10. D. 1. 124.

S. M.a Novella
N.o 5489:

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
ABBATIÆ CASSINENSIS
PER SÆCULORUM SERIEM
DISTRIBUTA,

Qua Leonis Chronicon a Petro Diacono ad annum MCXXXVIII. continuatum in pleriſque ſuppletur, & ad hæc uſque noſtra tempora ex probatiſſimis, authenticiſque documentis producitur, inſertis, operis initio, Monaſterii deſcriptione, & ad calcem pro laudati Chronici authoribus apologia,

STUDIO, & LABORE

D. ERASMI GATTULA

Cajetani, Abbatis ſancti Matthæi Servorum Dei, & celeberrimi Caſſinenſis Archivi Cuſtodis.

PARS PRIMA

A primo conſtructi Monaſterii ſæculo, nempe ab anno Chriſti DXXIX. ad ſæculum VIII. ſeu ad annum Chriſti MCC.



VENETIIS, MDCCXXXIII.

APUD SEBASTIANUM COLETI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

LOCENTUR TABULÆ.

I.	pag. VII.
II.	pag. VIII.
III.	pag. VIII.
IV.	pag. XIII.
V.	pag. XIV.
VI.	pag. XII.
VII.	pag. 71.
VIII.	pag. 82.
IX.	pag. 164.
X.	pag. 364.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

I. TOT ſunt ſacri Monaſterii Montis Caſſini decora, ut facile dicendo exequi nequeant: ſi enim Conditorem conſideres, is eſt Monachorum parens S. Benedictus, qui teſte S. Gregorio Magno lib. 2. Dialog. cap. 8. *Omnium Juſtorum ſpiritu plenus fuit*; quique, ut refert Marcus Poeta ejus diſcipulus, a Deo Caſſinum miſſus ad idololatriam eliminandam conſtruendumque Cœnobium, mirum quot prodigiis fidem dictis, & prædicationi ſuæ adſtruxerit. Hæc inter non immeritò accenſenda ejus Regula hic ſcripta, & promulgata, quam innumeris ſummiſque laudibus efferunt & ipſe S. Gregorius magnus cap. 36., & cujuſvis ævi ſcriptores, & Concilia; quamque incredibili plauſu amplexatæ ſunt Italia, Sicilia, Gallia, Hiſpania, Germania, Ungharia, Dalmatia, Polonia, Lithuania, Sardinia &c. Eam veluti a fonte hauſturi huc conceſſere celeberrimi ſanctiſſimique viri S. Sturmius primus inſignis monaſterii Fuldenſis Abbas a S. Bonifacio martyre Archiepiſcopo Moguntino ejus præceptore miſſus, S. Liudgerus Epiſcopus, & S. Adalhardus Caroli magni conſobrinus. Adeo ut ſollemne quondam apud monachos fuerit, aliquos excellentioris indolis viros Caſſinum amandare, quo S. Regulæ obſervatione purius, & exactius imbuerentur, ac reduces in ſuos derivarent. Locupletes ea de re teſtes affero Caſſinates, qui in epiſtola ad Germaniæ monachos ſic ſcribunt: *Plerique noſtræ conſuetudinis noſtræque converſationis cupidi de ſuis, quem cognoſcunt ingenii, unum huc traſmittunt, quo non ſolum auditu, verum etiam ipſo viſu, pro quibus mittitur, perſpiciat, eoque modo quaſi unus ex nobis hic quidam per integrum annum, quidam etiam diutius manent, tandem omnibus perſpectis ad ſua certus cum gaudio redit &c.* Quod nimirum, *Magiſtram in omnibus Regulam ſequimur, beati Benedicti Patris noſtri præcepta ſervamus: neque pro aliqua aliena novaque conſuetudine volumus a tantæ veritatis tramite deviare &c.* Hinc memoratus Carolus magnus, ut collapſam in Galliis monaſticam diſciplinam reſtitueret, quoſdam hinc monachos accerſit; & P. Roſetus Caſſinum adiit, ut coram mores, ritus, cæremonias, rigidioremque diſciplinam in cænobiis Congregationis SS. Witonis, & Hidulphi invehendam diſceret, a qua deinde in Cluniacenſes reformatos & San-Maurianos propagata eſt. Celebris etiam Congregatio Anglica obſoleviſſet, niſi D. Thomas Præſtonus Caſſinenſis Monachus illam curis ſuis redivivam feciſſet, ut ſuo loco narrabimus.

Parentis ſanctiſſimi virtutes in filiis ita copioſe pullularunt, ut plures quolibet ſæculo in monaſterio Caſſinenſi vixerint monachi ſanctitate, doctrina, & dignitatibus illuſtres: ac merito Baronius ad A. 716. ſcripſerit: *Sed illud ſecure abſque trepidatione mendacii aſſeri jure poteſt, nullum unquam toto Chriſtiano Orbe extitiſſe aliquando monaſterium, ex quo tot viri ſanctitate conſpicui, atque doctrina, tanta numeroſitate ad regimen S. Apoſtolicæ Sedis adſciti fuerunt, ut plane dici poſſit: fuiſſe aliquando ſeminarium ſacrorum Antiſtitum, prout, quæ ſuo tempore dicturi ſumus, manifeſte docebunt.*

II. Si minoris momenti ornamenta percurramus, juriſdictio Cœnobii Caſſinenſis ſpiritualis vetuſtiſſima eſt. Nam celebris Caſſini civitas proprios Epiſcopos ante S. Benedictum habuit, quos inter S. Severus Concilio Romano ſub Felice III. A. 487. ſubſcripſit. Hæc deinceps epiſcopalis poteſtas proprio, ac, ut ita dicam, nativo jure in S. Benedictum ejuſque ſucceſſores Abbates Caſſinenſes pervenit, quod diœceſim in idololatriam lapſam ſua ac monachorum opera ad Fidem Chriſtianam reduxerit, ut aſſerit S. Gregorius magnus lib. 2. Dialog. cap. 8., & 19., & fuſius proſequitur S. Rota Romana in Deciſionibus in Contradictorio judicio factis coram Merlino Sorana Beneficii 8. Martii 1627. coram Albergato

Montis Caſinen. Præeminentiarum 30. Aprilis 1677., 14. Aprilis 1679., 27. Januarii 1681. Capuana, ſeu montis Caſinen. Parochialium coram Bourlemon. 10. Martii 1679., & coram Matthæo 17. Junii 1686., & coram Orſino 6. Aprilis 1693. In quibus deciſionibus hæc præſertim adnotanda: *Et ſucceſſivis temporibus Abbates Caſinenſes poſt divum Benedictum, licet non eſſent Epiſcopi, jura tamen epiſcopalia, & omnimodam juriſdictionem ſemper exercuerunt diœceſimque habebant &c. quod Eccleſia Montis Caſini, quæ olim a ſui origine fuit Cathedralis, & poſtea quaſi Cathedralis, ejuſque Abbates ſint immediate ſubjecti ſanctæ ſedi, habeant ſeparatam diœceſim, & in eam juriſdictionem omnimodam, & quaſi epiſcopalem, indictionem concurſus, convocationem Synodi, aliaque ſpectantia ad Cathedrales, & Epiſcopos in eorum diœceſibus non per modum æquiparationis, ſed vere, & proprie, ex quo in monte Caſino, ubi fuerat præclara civitas cum ſuo Epiſcopo, Sanctus Benedictus miſſus a Deo ad converſionem civium ſucceſſit Epiſcopis &c.* Neque tantum ditionis noſtræ caſtella, & oppida in provincia Terræ laboris continentur. Sed plura extant in provinciis comitatus Moliſii, Aprutii ultra, & citra, ac Calabriæ citra. Imo multæ, quæ extra diœceſim Caſſinenſem ſitæ ſunt Eccleſiæ, ita pleno jure Abbati noſtro ſubſunt, ut Epiſcopus, in cujus diœceſi reperiuntur, eas viſitare, aut in eas jus ullum exercere non poſſit. Pluribus aliis Abbas Caſſinenſis prærogativis decoratur. Nam Sacramentum confirmationis, & minores Ordines ſibi ſubditis Regularibus, & Sæcularibus confert, ac pro iis, qui ad majores ordines ſunt promovendi, literas dimiſſorias ad quemcumque maluerit Epiſcopum concedit, vel quempiam alium benevolum Antiſtitem advocat, qui ſacras ordinationes in diœceſi Caſſinenſi habeat; reos violatæ immunitatis eccleſiaſticæ judicat, literas apoſtolicas aut per ſe, aut per vicarium ſuum generalem exequitur tum ad gratiam, tum ad juſtitiam pertinentes, etiamſi expeditæ ſint in forma brevis, & ſignificavit, atque Sacerdotiorum inſtitutiones in forma *Dignum*, aut gratioſa, & diſpenſationes matrimoniales. Examen pro parochis eligendis inſtituit, & parochias in quatuor ſibi attributis menſibus vacantes confert, aut in aliis octo magis dignum ad ſummum Pontificem remittit, ac interim Oeconomum deputat. In Canone Miſſæ poſt Papam nominatur Abbas ex veteri ſemperque ſervata conſuetudine. Illi ſemel Clemens VII. facultatem tribuit duos ſibi ſubditos plurium criminum ſontes presbyteros *actualiter*, *& realiter*, degradandi, & conſignandi brachio ſæculari, ac iterum Urbanus VIII. idem conceſſit quod ad ſceleſtum ſubdiaconum.

In miſſa pontificio ritu a ſe celebrata, & quandocumque opus fuerit, indulgentias elargitur more Epiſcoporum, ac pro libito Pontificalia exercet. Nec enim Alexandri VII. decretum ejus jura vel minimum inficit. Hinc plures abacos ornat, dum miſſas ſolemni ritu celebrat, habitu prælatitio, & Cruce, cappa magna, galero epiſcopali, paſtorali baculo abſque velo, ſeptima candela utitur, ac mitra, & baldachino auriphrygiato, quod ſemper erectum in baſilica Caſſinenſi extat, ac quoties opus eſt in aliis diœceſis eccleſiis erigitur. Pontificio ritu ſacra facienti ſeptendecim miniſtri inſerviunt pluvialibus, caſulis, & dalmaticis induti præter clericos. Verbo: Iiſdem prorſus privilegiis pollet, quibus fruuntur Epiſcopi, iis exceptis, quæ ad ordinem epiſcopalem ſpectant. Illud certe ſingulare, quoſdam epiſcopos, & Aiglerium Archiepiſcopum Neapolitanum haud dedignatos Abbatis Caſſinenſis Vicarios generales eſſe.

Suberant monaſterio Caſſinenſi, imo ejus membra, ſeu, ut vocant, *Granciæ* erant, centum quinquaginta, & amplius monachorum Cœnobia, partim ab ipſis Caſſinatibus extructa, partim dono habita; nedum per totam pene Italiam ſparſa, ſed quædam etiam in Gallia, Sardinia, Dalmatia, Lithuania, unumque non longe Conſtantinopoli; alterumque ſatis inſigne Hieroſolymis.

Quare ſingulis annis Abbas noſter capitulum generale cogebat, in quo fere omnes e memoratis monaſteriis ſuperiores convenirent, monitaque exciperent ad diſciplinam monaſticam reſve ſpirituales, & temporales augendas, eliminandoſque, ſi qui forte irrepſiſſent, abuſus. Quædam ex his monaſteria maxime celebria vix

no-

Digitized by Google

nomine dumtaxat nota modo fuiſſent, niſi cura ac labore noſtro eorum famam redivivam reddidiſſemus. Plura etiam Sanctimonialium Cœnobia in variis Italiæ plagis, & valetudinaria Caſſinatibus patebant.

III. Si Cœnobii noſtri dignitatem, & magnitudinem a juriſdicundi temporali poteſtate, & dominatus vetuſtate metiare, ea proculdubio a medio ſaltem octavo ſæculo repetenda eſt. Cum ditionem non modicam Giſulphus II. Dux Beneventanus totius pene regni Neapolitani dominus, Abbati Caſſinenſi dono dedit abſoluto nullique obnoxio ac ſupremo jure, atque, ut a juriſconſultis dici ſolet, in allodium, & burgenſaticum. Quo factum, ut ad hæc uſque tempora neque militare ſervitium, neque alia unquam onera perſolverint Caſſinates regni Neapolitani Dominis, atque a dominii antiquitate primus regni Neapolitani Baro ſit, & nuncupetur Abbas Caſſinenſis. Iſtud Giſulphi munus paulopoſt ratum habuit, nullo ſibi reſervato jure aut dominio, Carolus magnus regni Langobardici everſor, qui Arichim Beneventi Principem ſibi tributum pendere coegerat. Idemque præſtitere Imperatores Caroli ſucceſſores, aliique regni Neapolitani, intra cujus fines ſita eſt Caſſinatium ditio, reges, & principes Beneventani, Salernitani, Capuani e Langobardorum genere, & Northmanni. Eos inter princeps Capuæ Pandulphus in privilegio Aligerno Abbati conceſſo ſic loquitur: *Landolphus dilectus filius noſter exoravit noſtram Excellentiam quatenus &c. concederemus &c. in monaſterio Beati Benedicti &c. ipſa Caſtella, & turres, quæ in hæreditate præſati monaſterii uſque modo conſtructa fuerunt, ~~vel quod adhuc in antea conſtructa fuerint~~ &c. ut amodo, & in perpetuis temporibus firmiter, & ſicuriter pars prædicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus &c. haberent, & poſſiderent ipſas Caſtellas, & turres, quæ in hereditatem jam fati monaſterio uſque modo conſtructa fuerunt, vel in ante conſtructæ fuerint ad tenendum, & dominandum, & ordinandum, & regendum pars præfati monaſterii qualiter eorum placuerit ut nullam dominationem in eadem Caſtellis, & terris haberemus nos, aut ſucceſſoribus noſtris, vel quiſcumque ex parte noſtri publici &c.*

Neque Giſulphi tantum munere auctæ Caſſinatium res. Plura enim caſtella, & oppida a quibuſdam principibus dono data in variis regni Neapolitani provinciis, aliiſque remotioribus plagis, quædam ab Abbatibus noſtris conſtructa aut empta ſunt eodem ſupremo jure, ~~quod ratum deinceps habuere Imperatores~~, Reges &c. Non minimum certe ſummi dominatus in ditione ſua Caſſinatium juris indicium eſt, conſtructa ab iis munitaſque arces, alias ſolo æquatas pro libito, coactas militares copias, in quibus monaſterii ſubditi triduo propriis impendiis inſervirent, in poſterum æs ab Abbate acciperent; bella inita, fœdera æquo jure cum ſummis principibus icta, comitem ſtabuli militum creatum, conceſſa feuda cum onere ſervitii militaris, exactum juſjurandum Ligii Homagii, æquis conditionibus, permutata oppida cum aliis principibus, qui nullum ſibi jus in iis reſervarent, rebellantes vi armata ad officium revocatos, adſcitas auxiliares copias, victis leges ab Abbate datas, qui nobilis titulo, & inſignibus quoſdam, alios militari cingulo decorabat, quos etiam a vectigalibus monaſterio ſolvendis eximebat. Eligebat prothonotarium, notarios, & judices ad contractus, qui fidelitatis juramentum præſtabant, ut aliquando etiam factum eſt a ſubditis univerſim. Imo, quod longe eſt majus, aliquoties ipſi Capuæ Principes ſupremi proculdubio ditionis ſuæ domini ſeſe Abbati Caſſinenſi jurejurando obſtrinxere ac ſi ejus feudatarii eſſent. Monaſterium Caſſinenſe erat ſpecialis Camera Imperialis, nulli principi parebat, nec ab ullo inveſtitura donabatur; ſed ſub defenſione Imperatoris ditione ſua fruebatur proprio, nullique obnoxio jure. Nedum in ſubditos, qui Angarii, & Perangarii erant, plenum jus ab Abbate exercitum, ſed in eorum etiam bona, utpote quæ a Caſſinatibus conceſſa illis fuiſſent. Id certe faſſi ſunt ipſi ſubditi Joannæ primæ reginæ Neapolis, quæ in privilegio omnibus ditionis noſtræ hominibus conceſſo hæc habet: *Et quia ſupradicti ſupplicantes, ſupradictæ Abbatiæ, & eccleſiæ Caſinenſis Vaſſalli eſſe noſcuntur ſupradictæ eccleſiæ Caſinenſis, qui ea, quæ habent, ab eccleſia tenent prædicta, & eidem*

ſunt eccleſiæ ad ſervitia obligati bujuſmodi officia, vel alia ſine Prelati dictæ eccleſiæ licentia nullatenus committatis, nec committi per alios permittatis &c. Neque venatum aut piſcatum ire ipſis licebat, neque piſtrina ad fruges vel Olivas terendas conſtruere Abbatis injuſſu. Quibuſdam etiam manualibus ſervitiis obnoxii erant, aut bovibus, ſi quos haberent, locare operam. Obtenta cœnobio facultate aut dum viverent, aut morituri bona ſua vendere aliis Caſſinatium ſubditis poterant, & quidem ſoluta Cameræ noſtræ tertia pretii habiti parte. Si non ſubditis vendidiſſent, omnia ad monaſterii proprietatem redibant. Bona quoque ab iis amittebantur, cum plus anno extra ditionem Caſſinenſem habitaſſent. Singulis viginti novem annis bonorum conceſſiones ab iis renovandæ erant, & quidam ob id ſolvendi nummi. Mortui ab inteſtato, qui nec parentes, nec filios, nec fratres habuiſſet, monaſterium hæres evadebat, cui etiam cedebant perduellium, & Hæreticorum bona. Quoties Abbas Caſſinenſis a Romano Pontifice benedictionis munus accepiſſet, Clerici laicive quædam in impenſas corrogabant. Quod idem præſtitum, cum Abbas negotiorum aut concilii generalis cauſſa a ſummo Pontifice vocaretur.

Sui juris in tota ditione Caſſinenſi eſt Portulania, ſeu dominium murorum ac munimentorum cujuſcumque caſtelli, turrium, viarum, ac cujuſvis loci publici, ejuſque injuſſu nemo in iis domum extruere, imo ne ſordes quidem injicere poteſt, aut trabes, & menſas ponere, aut vel minimum quid viarum occupare. Pondera etiam, & menſuras librare juris Caſſinatium eſt, ita ut nemo quidpiam, quod pendi, aut menſurari poſſit, vendere queat, niſi magiſtratus hanc ob rem ab Abbate conſtitutus omnia diligenter inſpiciat, ſignetve. Balivæ quoque dominium habet, ſeu poteſtatem eos puniendi, qui latifundia, & prædia devaſtant, arbores cædunt, fructus furantur &c.: Jus plateæ, quo fit, ut Exteri, qui aliquid vendere, aut emere publice velint, ſtatutum vectigal ſolvant: jus Fidæ, & Disfidæ, nedum in publicis locis, ut ſunt montes, colles, valles, plana &c.; ſed in ipſis etiam privatorum latifundiis, ita ut pro pecudibus, quæ illuc paſtum ducuntur, vectigal ſit pendendum; ſique injuſſu magiſtratus paſcant, dupli pœna mulctantur. De Juribus in hoc paragrapho enumeratis peculiares Diſſertationes elucubravimus, quæ alio in opere propediem Deo dante vulgabuntur.

IV. Celebris, ac nunquam ſatis laudatus Leo Marſicanus monachus Caſſinas, Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis, primus Chronicon Caſſinenſe edidit, quod a triceſimo quinto libri tertii capite proſecutus eſt Petrus Diaconus, qui quartum etiam librum addidit ad An. 1138. Anonymi Caſſinenſes quædam breviſſime de rebus noſtris delibarunt ab An. 1000. ad 1212. Richardus a S. Germano ab An. 1189. ad 1243. Anno circiter 1582. D. Placidus Petrucius Romanus chronicon Caſſinenſe & ipſe elucubravit latina lingua ab An. 492. ad 1581. D. Honoratus Mediceus Neapolitanus circa An. 1611. Annales Caſſinenſes lingua italica ab An. 480., ad 1610. D. Zacharias Serenus Romanus circa An. 1600. vitas Sanctorum Caſſinenſium Italice, in quam etiam linguam vertit primum Leonis Marſicani Librum. D. Antonius a Neapoli eadem Sanctorum Caſſinenſium Acta latine concinnavit An. 1622. & D. Marcus Antonius Scipio Placentinus Elogia Abbatum Caſſinenſium An. 1630., & ſecundis curis An. 1643., quibuſdam in hac editione additis aliiſve obliteratis. Juſſu D. Angeli Nucei hiſtoriam Cœnobii noſtri ab anno 1138. ad 1628. latine compoſuit D. Rachiſius Ginnevo a Duno Hibernus. Laudati tamen Scriptores, ne ipſo quidem Leone demto, plura omiſerunt, aut ſaltem breviſſime delibarunt, præſertim ex Sanctorum, & piorum Monachorum actis, vel autographa non conſuluerunt, pluraque ab iis omiſſa egregie apud Caſſinates geſta, & facta memorabilia. Altum apud eos ſilentium de ritibus ac ceremoniis, & diſciplina monaſtica, ſi Leonem, & Petrum Diaconum excipimus: licet & hi per tranſennam de rebus iſtiuſmodi pertractaverint: ne nomen quidem apud eos legas plurimorum Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum. Quædam aut nimium preſſe deſcripta, aut omnino omiſſa,

Pri-

Privilegia Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum Langobardorum, & Normannorum, Judicum, qui Reges dicebantur Sardiniæ, Donationes Oppidorum, Monaſteriorum, Eccleſiarum, locorum piorum, ſententiæ pro Caſſinatibus latæ, Cœnobia monachorum, & Sanctimonialium, locave pia a noſtratibus erecta.

Ad hæc itaque ſupplenda noſtram in hiſce lucubrationibus operam navavimus. Illudque in primis nobis cordi fuit, ut ſi quæ Autographa reperiuntur Sanctorum, & piorum monachorum Caſſinatium acta, huc exſcribenda curaremus. Quemadmodum etiam fere omnia diplomata Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, Donationes, ſententias, quæ inedita pene omnia, vel ab ipſis autograghis in archivo noſtro ſervatis ſumma diligentia, ac fide, ne ipſis quidem omiſſis Soleciſmis ac barbariſmis aut mendis, repetita ſunt, vel a regeſto Petri Diaconi An. MCXXX. concinnato. Hæc documenta ab anno 748. ad præſentem diem excurrunt. Quæ ideo præfari voluimus, ut æqui rerum æſtimatores penſent, an nos ſcribendi prurigine, & vana gloria illecti improbum hunc laborem ſuſceperimus; an vero neceſſitate mera, & deſiderio ſociis noſtris amatiſſimis, ac Cœnobio, in quo a pueritia nutriti, & alti ſumus, juvandi conſulendive. Id an obtinuerimus, experimento quilibet ſuo diſcet. Nobis certe hæc unica mens, & finis ſcribendi fuit.

Præmiſimus operi Deſcriptionem monaſterii, & eccleſiæ, ut modo extant, cui tres ichonographicæ cartæ ~~ære inciſæ adnexæ ſunt juxta triplicem~~ ædificii ordinem, aliæque tres proſpectum interiorem Eccleſiæ, veteris pavimenti a Deſiderio Abbate olim conſtructi, & Cœnobii exhibentes. Quinque aliæ operi huic adnectuntur tabulæ prædictis non abſimiles, diverſa tamen antiquitatis monimenta præſeferentes, ſuiſque pro admota occaſione locis appoſitæ. Hiſce accedunt Diſſertationes duæ de vetuſto ſtemmate Caſſinatium, deque Balneorum apud Regulares, & laicos uſu.

V. Hiſtoriam in ſæcula diviſimus, & primum quidem apponimus Abbatum ſeriem, in qua poſt an. 1138. eorum geſta deſcribuntur. Irritum quippe fuiſſet de anterioribus ea repetere, quæ ſatis fuſe deſcripſere Leo Oſtienſis, & Petrus Diaconus in Chronico Caſſinenſi. II. Diſciplinam Monaſticam. III. Hiſtoricos eventus ad idem monaſterium ſpectantes. ~~IV. Monachos pietate ac Sanctitate~~ inſignes. V. Qui ~~ſcientiis~~ floruere, tum ab his elucubrata Opera. VI. In variis eccleſiaſticis dignitatibus conſtitutos. VII. Hiſtoriam Cœnobiorum, tum Monachorum, tum Sanctimonialium, nec non xenodochiorum, quæ vel a Caſſinatibus fundata, vel ipſis Principum aliorumque liberalitate donata fuere.

Rem maxime frugiferam quibuslibet monachis futuram credidimus magnorum virorum res geſtas, & quæ apud nos ſervaretur diſciplina, commemorare, ut eorum animi ad majores ſuos imitandos accendantur; nec prorſus inutilem literariæ reipublicæ, quæ plura inde decerpere poterit ad veteres monaſticos, & Eccleſiæ ritus dilucidandos. Cujuſmodi profecto ſunt ab ætate Gregorii III. recitata quotidie a Caſſinatibus officia Deiparæ, & S. Benedicti præter divinum; Servatam apud eos ad Sæculum XV. conſuetudinem communionis ſub utraque ſpecie; Sacramentum Extremæ Unctionis datum ante Sanctiſſimum Viaticum, in eoque plures, quam hodie perunctas corporis infirmi partes; monachos morti proximos in terra ſupra cilicium cinere aſperſum decubuiſſe, eodemque tempore decantatos circa eos a ſodalibus pſalmos, & litanias; feria VI. majoris hebdomadæ omnes ſacram Euchariſtiam ſumſiſſe ad Sæculum XIII.; & etiam XIV.; ab Epiſcopis, cum alterius a ſua diœceſi eccleſiæ conſecrarentur, aliiſque in caſibus, largitas indulgentias, etiamſi ipſi concedentes nec conſecrarent, imo ne præſentes quidem conſecrationi eſſent, ea tamen ſemper conditione addita, modo diœceſanus aſſentiretur. Abbates Caſſinenſes, alioſque, quibus juriſdicundi in ſpiritualibus poteſtas eſſet, examinatos olim in Curia Romana eodem modo, quo Epiſcopi, ac proinde longe vetuſtiorem examinandorum a Romano Pontifice Epiſcoporum uſum eſſe, quem quidam autument. Poſt emiſſam profeſſionem triduo monachi

ſilen-

ſilentium ſervabant, & ſacra communione reficiebantur. Jejunium Adventus a Feſto S. Martini incipiebat, & in Romania aliiſque locis illud S. Crucis ab octava Pentecoſtes ad eumdem S. Crucis Feſtum menſis Septembris protrahebatur. Ante canonicas Horas pluries oratum, & in Dominicis Adventus poſt Primam canebatur miſſa Annuntiationis Deiparæ. In aliis infra annum illa Sanctiſſimæ Trinitatis. Quolibet die dominico pluribuſque aliis Feſtis ſupplicationes habitæ, in quibus litaniæ, pſalmi, aliæque Orationes decantatæ. Tempore Quadrageſimæ tribus hebdomadæ diebus idem præſtabant nudis pedibus, eodemque tempore quotidie præter Officia Divinum, & Deiparæ, recitabant illud mortuorum, cum pluribus aliis pſalmis. Feria V. majoris hebdomadæ finita miſſa Abbas, & Monachi ante pauperes, quibus pedes lavandi erant, in genua procumbentes, & demiſſo ad terram uſque capite, in illis Chriſtum adorabant, quod idem factitatum abſoluta pedum lotione, poſtquam monachi ſibi etiam invicem pedes in capitulo lavabant. Tota ejuſdem majoris hebdomadæ feria VI. nudis pedibus incedebant, eaque die præter divinum officium cantabant integrum pſalterium cum litaniis, & orationibus, & reparatoris noſtri paſſionem a S.S. Matthæo, Marco, & Joanne deſcriptam, atque pro cibo pane tantum, & aqua utebantur. In Feſto S. Marci Caſſinates ſupplicabundi nudis pedibus ad monaſterium Albanetæ uno fere lapide diſſitum pergebant, & viciſſim Albanetæ monachi ad illud S. Nicolai Ciconiæ uno, & amplius milliari longius. Sæpiſſime infra annum noctu poſt officium divinum canebant illud mortuorum, & Sanctorum omnium, alioſque peculiares Pſalmos cum litaniis, & Orationibus, ac poſtmodum miſſam pro Defunctis. Eorum pſalmodia mirum quantum moleſta, & protracta erat, diuturnum ſilentium, aſperrimæ pœnitentiæ pro leviſſimis etiam culpis impoſitæ, cibus admodum parcus ex lacte, & eſcis, quibus Quadrageſimæ tempore veſci liceret. Quotidie apud eos jejunatum a Feſto S. Crucis Septembris ad Reſurrectionem Domini, & ab hac ad memoratum Feſtum S. Crucis quibuſdam hebdomadæ diebus. Incredibili caritate excepti hoſpites, quibus ante omnia lavabant pedes; imo quotidie aliquos ad id deſcriptos accerſebant pauperes, quibus pium hujuſmodi officium impenderent. Veſtitus humilis, & nigri coloris: numquam Abbates, & monachi in eccleſia ſepulti ab ævo Petronacis. Socios piorum operum, quæ ipſi feciſſent, adſciſcebant Imperatores, Reges, Principes, alioſque Dynaſtas; cumque pluribus monaſteriis Germaniæ, Galliæ, aliorumque locorum ſpiritualem ſocietatem inibant, qua pro defunctis monachis officia miſſaſque Deo offerendi viciſſim ſubibant onus.

Tertium res in monaſterio Caſſinenſi geſtas deſcribimus, quarum pars major vel intacta aliis, vel a nobis dilucidata eſt, pluribuſque in locis ad veritatis trutinam librata, correctaque ſcriptorum quorumdam menda. Qua occaſione preſſe hiſtoria eccleſiaſtica, & prophana percurritur. Inter tot autem rerum eventus viciſſitudineſque illud præ cæteris obſervabunt Caſſinates, quanta Dei miſerentis ope ſervatum hactenus fuerit Cœnobium noſtrum, poſtquam furentium Barbarorum impetu toties disjectum, everſum, conflagratumque fuerat, & ipſum, & ſubjecta oppida ejuſque latifundia: poſt tot direptiones, depopulationeſque, perſecutiones, & expulſiones Monachorum, ut eorum loco milites ſufficerentur: inter tot Dominorum regni Neapolitani mutationes, bella flagellaque, quæ primum ſemper Caſſinates obtigere, quippe qui ditioni eccleſiaſticæ finitimi ſint, a qua novi ſemper Domini huc divertere, ac prælia inire ſolebant: inter tot jurgia, & lites graviſſimas, quas fere ſemper magnæ dignitatis viri, Principes, ac Fiſcus regius in nos excitarunt; poſtquam quinquaginta annis Abbatibus Commendatariis paruerat. Semper tamen magno conatu a Monachis excitatum, noviſque ac elegantioribus ſubſtructionibus ornatum fuerit, quodque magis eſt, ab ipſis barbaris Principibus, quales fuere Langobardi, & Northmanni, aliiſque piis viris ditatum ſit; magniſque privilegiis auctum a Romanis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibus, qui non ſemel huc venerabundi conceſſere: & hæc noſtra eccleſia funditus everſa a Barbaris, & terræmotu disjecta ac iterum ædifica-

ca-

cata, conſecrata ſemper fuerit a Romanis Pontificibus ſumma celebritate. Ut nemo jam inficiari poſſit, impletum, quod S. Victor III. in ſuis Dialogis pag. 13. narrat promiſiſſe Caſſinatibus Sanctum eorum parentem Benedictum: *Præſentior vobis, dilecti filii, carnis depoſito onere, veſtrique per Dei gratiam cooperator exiſtam*. At nulla in re magis divinum Numen præſto ſemper cœnobio Caſſinenſi fuiſſe conſtat, quam quod omni ævo ac tempeſtate quidam in eo vixerint monachi, morum ſanctimonia, & doctrina illuſtres. Illud certe præ aliis admirandum, pluries monachos omnes Caſſino pulſos, & profugos Romam, Theanum, Capuam adiiſſe, ibique erexiſſe monaſteria, in quibus longe commodius vivere, omniaque ad vitam honeſte ſubſtentandam ubertim nanciſci poſſent, minuſque Barbarorum incurſionibus paterent. Et tamen dilectam ſemper ſolitudinem appetiiſſe, ac montem aridum, pene inacceſſum confragroſumque repetierint, in quo nonniſi difficile magnoque ſumtu ædificia excitentur, aliaque comparentur neceſſaria. Quæ quidem, & alia plurima liquido demonſtrant S. Benedicti, qui Dei juſſu huc conceſſerat, precibus impetratum, ut monachi lubentes volenteſque ea incolant loca, in quibus longe a mundi illecebris divina præcepta conſiliaque facilius ſervent.

In hanc rem certe maximopere confluunt, quæ a nobis quarto loco referuntur ſanctorum, & piorum virorum, qui in Cœnobio noſtro diverſati ſunt, acta genuina, quæ iiſdem auctorum verbis damus, & ex quibus aliqua prorſus inedita ſunt, nec ab ullis ſcriptoribus memorata. Imo quædam Sanctorum nomina prorſus aliis ignota hinc diſcuntur. Scriptorum itidem menda corrigimus, cum opus eſt. Quod idem præſtamus, cum quintum agimus de viris doctrina illuſtribus, quorum nonnullæ lucubrationes ineditæ ſunt, & ab aliis ſcriptoribus prætermiſſæ.

Sextum inter Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, quos hic recenſemus, nonnullorum nomina, & res geſtæ cura noſtra nunc primum innotuere.

Septimum compendio deſcribimus monaſteriorum locorumve piorum fundationes, quoto ea tempore perduraverint, eorumque latifundia. Hæc inter plura vix nomine modo nota celeberrima fuere, ut ſupra dictum, tum divitiis, tum juriſdictionibus ſpirituali, ac temporali, cujuſmodi ſunt illa Glannafolii in Gallia, S. Stephani Terracinæ, S. Liberatoris Majellæ, S. Salvatoris ad S. Germani, S. Angeli Vallis Regræ, S. Benedicti apud Marſos, S. Nicolai Tronti, S. Benedicti, & S. Angeli Capuæ, S. Mariæ de Virgiotis, S. Mariæ in Cingla, S. Petri Imperialis apud Tarentum, S.S. Coſmæ, & Damiani Taliacozii, S. Petri de Avellana, S. Matthæi Servorum Dei, S. Benedicti Salerni, S. Georgii Lucenſis &c. In quibuſdam ex illis Græco ritu divina officia perſolvebantur. His accenſenda valetudinaria præſertim montis Caſſini, Sancti Germani, & Montis S. Michaelis Archangeli &c.

Synodos quaſdam, & Inſtructiones Abbatum Caſſinenſium edimus, ex quibus & diſciplina eccleſiaſtica erui poſſit, & noſci ſana doctrina, quibus Diœceſanos ſuos Caſſinates imbuebant.

Cum primis autem operæ pretium eſſe duximus apologias contexere pro Leone Oſtienſi, & Petro Diacono ad eos a nimia quorumdam criticorum cenſura vindicandos. Hac occaſione oſtendimus editum Venetiis An. 1513., & Pariſiis An. 1603. Chronicon Caſſinenſe non eſſe genuinum Leonis, & Petri Opus, ſed illud interpolatum, ac licet elegantius, mendoſe tamen concinnatum a viro doctiſſimo Ambroſio Camaldulenſi. Sincerum autem illud eſſe Pariſiis impreſſum An. 1668. cum notis Angeli Nucei.

Breves quoque Caſſini, & Interamnæ, quæ coloniæ, & municipia Romanorum fuere, deſcriptiones damus, atque S. Germani, & quinquaginta & amplius oppidorum vicorumve, quæ hactenus Caſſinatibus ſubſunt, præter alia plurima vix ruderibus nota. Omnes, quæ in iis ſuperſunt, veteres Inſcriptiones addimus, ſive nunc primum editas, ſive facta cum autographis comparatione correctas: atque exactum curſum fluminis Liris, quem deinde Carnellum, aut fluvium viri-

Digitized by Google

ridem nuncuparunt, ac demum Garilianum, quo loco fines caſtellorum S. Apollinaris, & Caſtri Evandri alluit. In hunc Rapidus aliaque flumina influunt, quorum curſum etiam oſtendimus, pluriumque ſcriptorum hallucinationes emendamus.

Prolixa deinde ſequitur Diſſertatio de juriſdictione civili, criminali, & mixta, quas in ſubjecta ſibi loca exercuere Caſſinates ab anno 748. ad hæc uſque tempora. Tum alia longe brevior de archivo Caſſinenſi, ejuſque antiquitate, fide, & dignitate Archiviſtæ, qui ſumma diligentia tum vetera cuſtodit, tum nova in eo inducit monumenta, & ſcripturas. Hac occaſione quædam attingimus de veteribus eccleſiarum, & monaſteriorum archivis.

Ut memorata omnia aptius, exactiuſque dilucidaremus, neceſſe fuit plurima in medium proferre diplomata Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, & Donationes, Placita, ſeu ſententias, aliaque monumenta fere prorſus inedita, ut alias ſupra commemoravimus.

Quanta vero ex hujus generis veteribus monumentis, monogrammis, ſigillis, utilitas profluat, is tantum neſciat, qui nihil eruditionis ſacræ prophanæve ſciat. Nonnulla certe ex his noſtris lucubrationibus eruas ad hiſtoriam, Chronologiam, genealogias elucidandas, ad noſcendos ignotos eccleſiarum Antiſtites, verumque, quo præſidebant, tempus, quaſdam provincias, & comitatus, eorumque fines, civitates, plurimaque oppida funditus modo diruta, & everſa. Præter hæc conſtat, monaſteria *etiam ſanctimonialium* habuiſſe defenſores, & advocatos ſuos, quod primum munus obierint Imperatores, Reges, Principes, ac demum privatus quiſque: cum Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ contractus inibant, interveniſſe conſenſum ſubſcriptionemque Canonicorum, monachorum, & monialium: S. Sedi ſubjectos in contractibus juraſſe pro ſalute Papæ. Qui in judicio cecidiſſent cauſſa, ſateri cogebantur, ſe victos ac malam cauſſam ſoviſſe, nihilque propterea ſibi juris in eam amplius competere, & ad ſententiam ſervandam fidei juſſores dabant, pluribuſque, ac rigidis ſeſe pœnis ſubjiciebant. Videre etiam ibi eſt, quomodo lites agitarent decernerentve veterum magiſtratus ſupremi, & inferiores; quove tempore deſierit abuſus probandi, quæ quis in judicio contenderet, ſingulari certamine, ferro calido, aqua frigida, aut calida: aliquem uni ſubditum, alium ſibi Dominum adſciſcere potuiſſe, modo ad illius ditionem incolendam tranſiret; licentiamque a patribus matribuſve familias, qui plures filios habuiſſent, contra jus faſque omne uſurpatam unum ſeligendi, qui Domino oppidi incolatus ſui ſubeſſet, reliquoſque declarandi liberos; eoſdemque parentes eodem abuſu ſediſſe judices in cauſſis natorum, & maritum in illis uxoris. Plurium etiam dynaſtarum, præſertim e Principibus Beneventi, Salerni, & Capuæ, nomina, eorumque vitæ annos hinc eruas; e quibus locis orti donantes, aut contrahentes; quibuſve legibus obnoxii eſſent, Romanis, Langobardicis, an Salicis; donationum, & contractuum formulas; pœnas mulctaſque appoſitas, imprecationes; dotatas a principibus, aliiſque privatis viris uxores; aliaque plura, per quæ longum eſſet excurrere, quæve diligentiſſime more ſuo enumerat magnus Mabillonius in elaboratiſſimo opere de re Diplomatica, & præſertim lib. 1. cap. 1., ubi præ aliis hæc habet: *Quanta ſit iſtius artis utilitas, ac neceſſitas, nemo non videt: cum non ſolum eccleſiaſtica, & civilis hiſtoria, ſed maxime privatorum hominum, eccleſiarumque fortunæ, plurimum pendeant, ex hujuſmodi monumentis, quam ob rem magnopere intereſt ad antiquariam, forenſemque diſciplinam hæc tractatio &c.* Quibus adſtipulantur Theodericus Ruinart in præfatione novæ editionis Pariſienſis An. 1709. memorati operis, Juſtus Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus, in vindiciis Antiquorum diplomatum adverſus Bartholomæi Germani diſceptationem, de veteribus regum Francorum diplomatibus, & arte ſecernendi antiqua diplomata vera a falſis, editis Romæ anno 1705. Georgius HicKeſius in Theſauro linguarum veterum Septentrionalium Oxonii 1705., aliique plures. Præſertim vero Godefridus Guillelmus Leibnitius in præfatione ad codicem Juris Gentium Diplomaticum editum in urbe Hannoverana

An.

Digitized by Google

An. 1693., ubi præ ceteris ait: *Sane qui rem publicam tractant, in iſtis monumentis invenient exemplaria, quæ inſpiciant, & ubi artes ſuas vel cum voluptate agnoſcant, vel cum fructu augeant, cautioneſque, & formulas obſervent, quæ Gentium juri, & publico uſui accommodantur*; probatque abſque hujuſmodi actis vacillare Hiſtoricorum fidem; ac demum concludit: *Ut ſummatim comprehendam, proſunt iſta ad politicas artes, ad hiſtoriam, ad eruditionem reliquam, ſed in primis ad intelligenda Gentium Jura*.

Quamquam memoratus Mabillonius, aliique ſcriptores, ea diligenter adnotarunt, quæ in diplomatibus Pontificiis præcipua ſunt, puta, quinam primus fuerit, qui illud: *Salutem, & apoſtolicam benedictionem*, uſurpaverit; quinam Domini annos appoſuerit; monogrammate ſubſcripſerit verbo illo *Benevalete*, & alia hujuſmodi; quædam nos hic addimus haud ſpernenda, atque ſcriptorum hallucinationes emendamus, oſtendimuſque, ſigilla plumbea Victoris II., Nicolai II., & Pauli II. diverſa fuiſſe ab aliis Romanorum Pontificum; nomen *Curiæ Romanæ* longe antiquius eſſe, quam quidam cenſeant, quonamque tempore invectum, ut bullis Papæ ſubſcriberent Cardinales, aliaque multa.

Plura etiam a nobis adnotata cum Mabillonio aliiſque ſcriptoribus quod ad Imperatorum, Regum, & Principum diplomata, nempe non ſemper iiſdem formulis initialibus, invocationibus, titulis uſos, diverſas ab eodem Imperatore uſurpatas Epochas, non ſempet recenſitum Incarnationis, & indictionis annum; quiſnam fuerit Monogrammatis author; quomodo in ſigillis eorum imagines exprimerentur, quæve verba in eorum circumferentiis appoſita: eos primum cereos, tum plumbeos, ac demum aureos fuiſſe, illaque verba adhibita, *Et annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus*, & mulctas in tranſgreſſores indictas. In quibuſdam to *Datum* in prima perſona, in aliis in tertia uſitatum; in quibuſdam appoſitum, *Datum, & actum*, quidve hæc verba ſignificent, & alia haud contemnenda in Operis contextu videre eſt. Ea occaſione annos, quibus Imperatores inaugurati ſunt, deſcribimus, ac eorum parentes uxoreſve, & quando obierint. Animadvertimus quanta fuerit notariorum inſcitia, qui ſtylo prorſus barbaro, & incomto, barbariſmis, & ſolœciſmis redundante, & ſine Orthographia diplomata conſcriberent. Quæ vitia in iis præſertim monumentis conſpiciuntur, quæ Langobardorum ſunt, aut eorum tempora contingunt. Inter tot nihilominus offucias, & nebulas ingenua neſcio quæ & ſacrata veritas lucet.

Ex diplomatibus a nobis editis Principum Langobardorum Beneventi, Salerni, Capuæ, facile diſpicias, varias fuiſſe ejuſdem etiam Principis tempeſtate invocationes, formulas initiales, Datas, Scriptoris ſeu notarii dignitatem. Primum, quod exhibemus, privilegium eſt Giſulphi II. Incipit: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Firmamus, atque concedimus nos domnus vir glorioſus Giſolphus ſummus Dux gentis Langobardorum &c.* & deſinit: *Quod vero præceptum firmitatis largitatiſque conceſſimus, quod juſſus, & dictatas ſupraſcriptas domni Giſulphi ſcripſi, ego Gramus notarius ex juſſu in hunc noſtrum Sacratiſſimum Beneventanum palatium*, ſolaque indictio, & menſis recenſetur. Ex duobus vero hujus Giſulphi in opere noſtro contentis privilegiis, aliiſque exaratis in Chronico S. Sophiæ Beneventi edito ab Ughellio T. 10. Ital. Sac. Edit. Venet. Colon. 451. 455. litt. B. & C. 457. 458. &c. conſtat Arichim non fuiſſe primum, qui hanc formulam invexerit; *Scriptum in ſacratiſſimo noſtro Palatio*, ut credidere Herchempertus Hiſtoriæ num. 3. & Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 9. Imo in diplomate Arichis a nobis in memorata Diſſertatione edito, & aliis, quæ extant in citato Chronico S. Sophiæ col. 420. 421. 429. lit. B. C. D. legitur: *Actu Beneventu in fœliciſſimo Palatio*. Arichis tamen primus fuit, qui aſſumto Principis titulo, ſibi coronam impoſuerit, & ab epiſcopis Oleo Sancto unctus ſacratuſve fuerit, annumque Ducatus ſui recenſuerit in diplomatibus, quæ incipiunt: *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, dum nos Arechis, piiſſimus, atque excellentiſſimus Princeps gentis Langobardorum, motus Dei omnipotentis miſericordia*. Verum Grimualdus ejus ſucceſſor, & filius diverſam invocationem, & titulum uſurpavit. Nam in quibuſdam privilegiis

giis ſuis habet: *Nos vir glorioſiſſimus Grimualdus Dei providentia Princeps* &c. In aliis: *Nos Grimualdus piiſſimus, atque excellentiſſimus Princeps*; & aliquoties legitur, *Actum Beneventi*; aut: *In ſacratiſſimo Palatio*; aut: *In feliciſſimo Palatio*; maximeque notandum, quod extat columna 459. citati Chronici S. Sophiæ, nam incipit: *Domnus vir glorioſiſſimus Grimualdus eximius, & ſummus Princeps Domino dilectæ, atque Catholicæ gentis Langobardorum &c.* In illis Siconis præfertur: *Vir glorioſiſſimus*; & in privatis ſcripturis eo imperante hæc apponebantur: *Temporibus Domni noſtri viri glorioſi Siconi ſummi, & magni Principis Langobardorum Gentis*; aut: *Eximii, & magni Principis*; vel: *Piiſſimi, & magni Principis*. Sicardus etiam ſibi ipſi tribuebat illud, *Vir glorioſiſſimus*, & apponebat, *In ſacro Palatio*.

Alii Beneventi Principes ad Athenulphum uſque ſolo Glorioſiſſimi nomine contenti aliquando ſcribebant; *In ſacro noſtro Palatio*; aliquando, non. Hic Athenulphus anno nongenteſimo ex Comite Capuæ Beneventanus Princeps, primum crucem ante invocationem poſuit, & invocatio hujuſmodi eſt: *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni. Atenolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis Princeps*, ejuſque monogrammatis literæ cinnabaro, ſeu minio conſcriptæ ſunt, ac ita diſpoſitæ, ut crucem efforment, atque uno ex latere ſcriptum legitur: *Signum*, ex alio, *Domni Atenolfi sereniſſimi Principis*. Et in data aliquando: *Excellentiſſimi*, aliquando, *Glorioſi Principis* nomenclaturam ſibi arrogat. Sigillum Athenulphi cereum membranæ affixum eſt, & dimidiatam ejus imaginem, ſeu buſtum, & circum circa ejus nomen inſcriptum exhibet. Extat etiam eidem membranæ in exteriori parte impreſſum aliud ſigillum cereum, contraſigillum vocant cum monogrammate ita diſpoſito, ut ejus literæ crucem exprimant, & circum circa verbum hoc *Principis*. Privilegium ab Athenulpho Caſſinatibus conceſſum, ſic exorditur: *Nos Atenulphus annuente gratia divinæ pietatis genti Langobardorum Princeps* &c. Hic Princeps primus filium Imperii ſocium adſcivit; & tum quidem in ſigillis affixis cereis amborum buſta impreſſa, in circumferentia utriuſque nomen, quemadmodum & in diplomatis titulo, & in contraſigillis amborum monogramma exprimitur. Verum in monogrammate minio exarato ſolum patris nomen legitur, ac rariuſcule illud tantum filii. In Data tamen recenſetur annus Principatus utriuſque, dies, menſis, indictio.

Quæ omnia ab Athenulpho invecta amplexati ſunt ejus ſucceſſores Principes Beneventi, & Capuæ in diplomatibus expediendis, ex quibus videre eſt, plures eodem tempore fuiſſe Principes in eadem ditione, patrem cum filio, aut filiis, & fratre, avunculo, fratris filio, Conſobrino, & tunc quidem omnium nomina in titulo, & in Data, ac Principatus anni numerabantur; ſed in ſigillo duorum, tantum imagines, & in contraſigillo duorum itidem monogrammata expreſſa, quorum buſta ſigillum præferret. Quo tempore Capuanis imperitabant Aloara mater, & Landenolphus filius, monogramma minio ſcriptum Landenolphi ſolum nomen refert, cujus etiam imago tantum in ſigillo viſitur. Verum in contraſigilli monogrammate extat dumtaxat Aloaræ nomen, & in Data ſolum Principatus Landenolphi annus exſcribitur; in tribus privilegiis a Paldulpho, & Landulpho Cœnobio Caſſinenſi, & in alio monaſterio S. Salvatoris Cucurutii conceſſis amborum monogrammata minio ſcripta leguntur; quod idem conſpicitur in duobus aliis Landulphi, & Athenulphi. Hæc fere omnia Salerni etiam Principibus uſitata.

Numquam in quibusvis Principum Langobardorum diplomatibus, aut publicis, privatiſque gentis hujus monumentis reperias expreſſam Dominicæ incarnationis epocham. Plura in iiſdem tum primum naſcentis Italicæ linguæ verba leguntur; & quilibet facile perſpiciet, etiam longe poſt everſum Langobardorum dominatum, uſitatos in regno Neapolitano eorum characteres, ritus, leges, ex quibus nonnullæ in quibuſdam hujus regni locis hactenus vigent. Sed nimium eſſet ire per ſingula, quæ ex hujuſmodi documentis eruere poſſint viri docti. Haud tamen prætermittenda Diplomatis Giſulphi Salerni Principis, ejuſque uxoris verba, quæ ſunt hujuſmodi: *In nomine Domini, trigeſimo anno Principatus domni noſtri*

ſtri Giſolphi glorioſi Principis, menſe Septembris quintadecima indictione. Clare facimus nos ſuperius dictus Giſolphus Divina protegente clementia Princeps, & filius bonæ recordationis domni Waimari olim Principis, & mulier nomine Gemma gratia Dei Principiſſa, qui ſumus conjugatos vir, & uxor. Quoniam mihi ex dicti Giſolfi pertinentes eſt rebus per Comitato Marſicano, & per Balba, & per comitatu de Furcone, & per Comitatu de Amiterno, & pro finibus, & pertinentia de Marcha de Firmo; & Marcha de Spoleti pertinentes mihi a partibus domnæ Ictæ glorioſæ Principiſſæ aviæ meæ, in quo ego nominata Gemma domini miſericordia Principiſſa, quartam partem profiteor habere portionem per ſcriptum morgincapb mihi emiſſum a ſupradictus domnus Giſolphus glorioſiſſimus Princeps vir meus, & dum nobis amboque viri, & uxori congruum eſt pro noſtræ ſalutis animæ offerirent illud in monaſterio Sancti Benedicti &c. Tam ego nominata mulier per conſenſum, & voluntatem iſtius, Viri mei in cujus mundiu, me ſubjacere palam facio, &c.

Principibus Langobardis Capuæ ſucceſſere Northmanni, quorum primus Richardus, ejuſque ſucceſſores in ſuis diplomatibus invocationi ſignum S. Crucis præponunt. Invocatio in illis Richardi eſt hujuſmodi: *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni, Riccardus, & Jordanes divina ordinante providentia Capuanorum Principes*. Monogrammata, ut in Langobardicis, minio ſcripta ad latera habent illa verba: *Signum domni Riccardi excellentiſſimi Principis*. Sigilla pendentia, & plumbea una ex parte integras Principum Richardi, & Jordani ejus filii figuras exprimunt, & eorum nomina in circumferentia. In adverſa vero ſigilli parte plures ſculptæ turres, & porta, cum hac in circuitu epigraphe: *Capua Specioſa*. De hac forte porta ac turribus loquitur Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 16. cum narrat, Capuanos a Richardo ſubactos cuſtodiam turrium, ac portæ ſibi reſervaſſe. Pro tempore deſignando ut plurimum hæc leguntur: *Ex juſſione præfatæ ſereniſſimæ Poteſtatis ſcriptum &c.* Et tum ipſe, tum ejus ſucceſſores fere ſemper præter Principatus ſui annos, etiam illos Incarnationis Dominicæ recenſuere. Eorum diplomata characteribus latinis exaratu ſunt, longeque minus barbare, quam Langobardica; licet eorum ſcriptores non raro oſcitantes & ipſi fuerint, ut infra patebit. Richardus etiam aliique Northmanni Principes magna ſolemnitate uncti ſacrative ſunt ab Epiſcopis.

In tribus Richardi, & Jordani Privilegiis ab Alerifio judice Palatino ſcriptis menſe Januario, Februario, & Martio, quorum duo Caſſinatibus conceſſa ſunt, tertium Muridio Sueſſano, exprimitur annus Domini 1065. per extenſum, & ſeptimus annus eorum Principatus, ac Ducatus Cajetæ ſecundus; & Chronologia cohæret. In alio vero pro monaſterio S. Michaelis Archangeli ad arcum Dianæ ſcripto a Joanne Judice exprimitur nonus eorum Principatus annus, & quartus Ducatus cum epocha Incarnationis Dominicæ Romanis numeris. Error tamen ibi eſt aut in annis Principatus, aut epochæ Domini; neque menſis, ac dies enunciatur. In permutatione inter Caſſinates, & Richardum facta oppidi Concæ cum illo Interamnæ a memorato Joanne ſcripta idem Principatus, & Ducatus annus legitur, & Domini 1066. Verum in alio diplomate, quo nonnulla latifundia Monaſterio S. Michaelis conceduntur, octavo Principatus, & ſecundo Ducatus anno adnectitur ille Domini 1066. die 4. Julii, indictione tertia. Hinc Joannes nedum in indictione, quæ quarta erat, ſed vel in recenſendis Principatus, & Ducatus annis, vel in illis Domini fallitur. Longe tamen notabiliora ſunt, quæ habentur in diplomate, quo idem Richardus monaſterium S. Michaelis Caſſinatibus elargitur. In eo enim hæc videas: *Nos Riccardus Dei gratia Princeps, anno Deo propicio Principatus noſtri quatuordecimo, menſe Februario, indictione decima &c.* & definit: *Et taliter nos, qui ſupraſcriptus Riccardus Domini gratia Princeps, qualiter nobis congruum fuit pro ſalute Animæ meæ feci, & tibi Joanni notario ſcribere juſſimus.* Hic itaque deſunt notæ Chronologicæ & locus, ubi conſcriptum eſt diploma. Neque tamen nullatenus, an illa omnia genuina ſint, dubitari poteſt, cum & eorum authographa in archivo noſtro extent, eademque abſque notis exſcripta etiam ſint in regeſto Petri Diaconi Richardo coævi, & quod fere magis eſt, exe-

cutioni ſtatim a contrahentibus demandata ſint pacta, & conceſſa, teſte Leone Oſtienſi lib. 3. cap. 18. &c. aliiſque contemporaneis documentis; ac demum quod hoſce contractus donationesve confirmaverint Richardi ſucceſſores, quos procul-dubio veritas latere non poterat.

Diploma, quo Richardus Caſſinatibus dono dat Abbatiam S. Mariæ in Caleno, ſic incipit. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, quinquageſimo nono, indictione duodecima, domno Nicolao Venerabili Papa, apud Amelphim ſacra ſynodum agente cum aliis quamplurimis interfui, Ego Ricardus nutu divino Capuanus Princeps &c.* & deſinit, *ſcriptum per manus Aldemarii jubente eodem ſereniſſimo Principe.* Adeſt monogramma rubris literis minio ſcriptum, ſubſcribuntque teſtes. Quod factum etiam in nonnullis aliis ejuſdem Richardi diplomatibus.

Initium quoque diplomatis Jordani Principis conſiderandum a nobis eſt. Sic enim habet: *Jordanus Dei gratia Princeps. Hoc ſcriptum memoriæ fieri jubeo, ut a me fidelibuſque meis conſtanter credi poſſit, & conſervari, quomodo a me ordinatum ſit Sancti Germani in Curte Abbatis Deſiderii pietatis fama Venerabilis. Ego vero proclamationem ſuorum hominum, qui Caſtellum Pedemontem habitant, facio, quoniam ipſi mihi, meiſque injuriam intulerunt &c.*, & deſinit: *Quatenus ſervetur præcipio omnibus hæc dicta conſervari, hanc paginam manu propria confirmatam, ſigillo noſtro notamine juſſimus imprimi.* Ejus monogramma nigris literis exaratum eſt, atque ab aliis ejuſdem valde differt. Sigillum impreſſum cereum ejus imaginem exhibet cum inſcriptione, *Jordanus Princeps*. In alio ejuſdem privilegio ſcripto a Petro Diacono *ad vicem Rotberti Cappellani*, die 12. Decembris anno 1078. recenſetur annus Principatus Richardi, qui menſe Aprili obierat; neque tamen in titulo, ac monogrammate nigris literis ſcripto ejus nomen legitur.

Adnotanda itidem illa Roberti I. verba in diplomate anno 1117. dato, quod poſt titulum ſic incipit: *Notum fieri volumus univerſis, hujus Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ, cunctiſque Baronibus, ac militibus fidelibus noſtris, quoniam nos, quem divina clementia commovit in Principem, ut Eccleſiarum Dei ditator, atque defenſor exiſtam, & ſpecialiter Caſſinenſis Monaſterii, cujus nobis defenſio, atque tutela commiſſa eſt, prædeceſſorum noſtrorum glorioſorum Principum exempla ſequentes, quæ idem monaſterium exaltare, ac multis opibus ditare ſtuduerunt, Nos quoque in quantum poſſumus idem facere proferamus &c.* Nec contemnenda quæ anno 1123. promittit Oderiſio primo Abbati Caſſinenſi Jordanus II. hiſce verbis: *Et totam terram Sancti Benedicti cum Caſtellis, & pertinentiis, & villis ſuis, ſicut præcepta Imperialia domni Karoli, Ottonis, Henrici, & Chonradi continent, per fines, & terminos ſuos &c.* Plura Caſtella nominat, tum proſequitur: *Hoc actum eſt in capitulo Caſſinenſis monaſterii Fratribus Univerſis coram poſitis, & Baronibus Principis &c.* Baronum deinde nomina recenſet, tum annum Domini dumtaxat, menſem, & indictionem, atque ſigillum Ceræ impreſſum apponit equum exhibens cum inſcriptione, *Jordanus Princeps*. Sigillum hoc parvum eſt, quo in aliquibus forte ſcripturis ſignandis utebatur. In aliis quippe ejus diplomatibus extat ut in reliquis Northmannorum ſigillum plumbeum pendens, in quo una ex parte ejus imago impreſſa eſt, in adverſa turres, & porta cum inſcriptione, *Capua ſpecioſa*, ut de Richardo diximus. In privilegio ab eodem Jordano anno 1125. Cœnobio noſtro conceſſo inſtante Otthone Archiepiſcopo Capuano, Roberto Epiſcopo Averſano, Principis Œconomo, & Camerario, hæc habentur: *Per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum una cum Roberto noſtro dilectiſſimo filio &c.* Tum monogramma Jordani minio, illudque filii nigris literis ſcriptum apponitur; neque tamen Roberti nomen, & Imago aut in fine diplomatis, aut in ſigillo reperitur. Sed tantum poſt monogrammata legitur: *Ego qui ſupra Otto Dei Clementia Archiepiſcopus.*

Ea inſuper adnotanda in uno ex privilegiis Roberti II. *Igitur nos prænotatus ſecundus Robbertus ſola Domini miſericordia Capuanus Princeps &c.* In eo deeſt menſis dies. In jurejurando vero, quo idem Robertus an. 1128. Seniorecto Abbati ſeſe obſtrinxit, hæc leguntur: *Ego ſecundus Robertus Capuanorum Princeps. Promitto,*

& per

& per hæc Sancta Dei Evangelia juro tibi Domno Senioritto &c. Teſtium ſubſcriptione vallatum eſt, & cereo ſigillo, in quo exprimitur homo ſupra equum cum inſcriptione, *Robertus Princeps*. Suſpicamur hujus generis ſigilla pro privatis ſcripturis adhibita. In diplomate Roberti Comitis Calatiæ, & Alipharum an. 1098. dato, adeſt ejus monogramma minio ſcriptum, & rubris etiam literis exarata ſunt hæc verba, *Ego qui ſupra;* ſubſequitur monogramma; tum ſubditur: *Comes manu propria me ſubſcripſi*. Ac demum plures teſtes ſubſcribunt. Erat hic Robertus filius Rainulphi Fratris Riccardi I. Principis Capuæ. Ejus diploma ſic incipit. *In nomine Omnipotentis Dei, & domini noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione ipſius* 1094. *menſe Decembri, ſecunda indictione, dum quadam die, Ego Rodbertus Comes, Filius bonæ memoriæ Raynulſi comitis colloquerer cum fidelibus meis &c.* Aliud ejuſdem an. 1105. ſcriptum a Johanne Judice, *Ex juſſione ſereniſſimæ poteſtatis*, exorditur. *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Ego Rodbertus divina favente potentia Calatianorum, atque aliorum multorum Comes, ac filius bonæ memoriæ Raynulſi Comitis*. Adeſt monogramma minio expreſſum cum verbis, *Signum Domni Comitis*. & ſigillum impreſſum Ceræ.

Robertus Northmannus primus Calabriæ, & Apuliæ Dux, atque Rogerius filius, & Guillelmus nepos, ejuſque in Ducatu ſucceſſores, ſignum S. Crucis invocationi præponunt in diplomatibus ſuis, in quibus invocatio ſemper eſt hujuſmodi. *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Ego Robertus divina favente Clementia Dux*. Annus Ducatus Roberti non recenſetur, neque dies, neque locus; ſed tantum ille Incarnationis Dominicæ, menſis, & indictio, quæ a Septembri incipit. In uno ex ſuis privilegiis poſt Urſum Archiepiſcopum ſubſcribit ipſe, & Rogerius, ac Boamundus ejus filii. In aliis ſubſcribunt teſtes, & ſemper aureum ſigillum adhibetur.

SiKelgaita Roberti uxor in diplomate, quo Caſſinatibus dono dat Cetrarii oppidum, eadem ſervat, quæ maritus in ſuis privilegiis, locum tamen exprimit, licet non menſem; ſubſcribuntque duo Archiepiſcopi, unus Epiſcopus, ac Rogerius, & Robertus ejus filii.

Rogerius Roberti filius in ſuis privilegiis recenſet annum Incarnationis, & Ducatus ſui, menſem prætermiſſo die, indictionem, quam a Kalendis Septembris repetit; non tamen locum: illique anni 1090. ſubſcribit ipſe, ejus Comes ſtabuli, nonnullique teſtes, ac in eo utitur aureo ſigillo. Duobus aliis anno 1104. expeditis ipſe tantum ſubſcribit, appoſitumque eſt ſigillum plumbeum, quod idem ſervatum in illo an. 1110. In alio tamen an. 1098. nec ipſe ſubſcribit, nec menſis exprimitur, ſed tantum pendet ſigillum plumbeum. Illud ſic incipit: *In nomine Patris, & Filii, & ſpiritus Sancti Amen, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo octavo, indictione ſexta*.

In illis Willelmi adeſt ſigillum aureum, annus Incarnationis, & Ducatus, ac menſis; nec tamen exprimitur dies, aut locus. Uni an. 1114. ſubſcribit ipſe, Robertus Capuæ Princeps, ejus Comeſtabuli, Prothonotarius, aliique teſtes, & indictio a Kalendis Septembris repetitur; In alio an. 1126. adeſt ſigillum plumbeum, ipſeque tantum ſubſcribit.

Memorati Roberti privilegium anno 1080. ſic exorditur: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Robertus divina favente Clementia Dux, & uxor mea Sikelgaita Duciſſa, & filius meus Rogerius &c.;* & illud Boamundi eodem anno datum: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Ego Marcus, qui & Abbamonte Roberti Ducis Filius;* ſubſcribit ipſe, duo Archiepiſcopi, nonnullique teſtes; interque alios, *Ego Godeſcalgus Preibiter, & Monachus eo tempore legatus Apoſtolicæ ſedis ſcripſi;* exprimitur dies menſis, & locus.

In donatione Roccæ filiæ Drogonis Comitis, & conſobrinæ Ducis Rogerii, hæc præſertim adnotanda. *Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, milleſimo, atque centeſimo quinto, apud Romanos autem nonageſimo octavo, Regnante domno noſtro Rogerio Duce menſe Februarii &c.* Rocca, ejuſque notarius Andreas in Apulia verſabantur, a qua Græcos pepulerant Northmanni Roccæ parens, &

patrueles. Nec dum tamen eliminati fuerant plures Græcorum mores, qualis proculdubio erat ille numerandi Incarnationis annos octennio ante Latinos. Hanc ſolam membranam ſi vidiſſet Pagius, haud ita multum in evertenda Petavii, Ervarti, & Bollandianorum opinione laboraſſet in Diſſertatione de Periodo Græco-Romana num. 28. Addit Rocca: *hæc me denique cogitantem, nullam meliorem mihi videtur eſſe ad redimendum peccata, quam qui ſocietatem, & Fraternitatem habet in monaſterio, qui ſecundum Deum, & regulam Sancti Benedicti obſervant &c.* Subſcribunt ejus filii, & gener præter teſtes.

In uno ex privilegiis Rogerii filii Rogerii Comitis Apuliæ, & Siciliæ poſt ſignum Sanctæ Crucis hæc leguntur: *In nomine Domini Dei Æterni, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo triceſimo indictione octava, Ego Rogerius Dei gratia Dux Apuliæ Chriſtianorum adjutor, & clypeus Rogerii magnifici Comitis hæres, & filius &c.* Subſcribunt Archiepiſcopus Salerni, & ejus Magiſter Camerarius. Adeſt circulus, tum alius concentricus, intra quem hæc verba: *Ego Rogerius qui ſupra Dei gratia Dux Apuliæ;* cruce diviſa, ac circum circa ſymbolum, quæ etiam ſymbola videntur in exteriori circulo; ac pendet ſigillum aureum. Succeſſit hic Rogerius in Ducatu Apuliæ Willelmo an. 1127. Tum an. 1130. exacto Roberto II. Capuæ Principe aliiſque Dynaſtis coronatus eſt utriuſque Siciliæ Rex.

In diplomate pro Cœnobio S. Clementis Piſcariæ an. 1140., cujus authographum ſervatur in archivo noſtro, notæ Chronologicæ leguntur poſt Datam; ac ſymbolum ponitur extra circulum, & verba: *Rogerius Dei gratia &c.* minio ſunt exarata. In eo hæc videntur præcipua: *Ad confirmanda autem prædicta omnia cartam iſtam noſtro regio ſigillo inſigniri præcepimus, in qua etiam regiæ dignitatis ſignum aſcribitur.* Huic fere ſimile eſt aliud ab eodem Rogerio conceſſum privilegium valetudinario Caſſinenſi. Invocatio tantum variat, & deeſt locus; terque repetitur, *Amen*. Sigillum plumbeum eſt, & ab aliis diverſum.

Privilegium Willelmi I. Siciliæ regis ſic incipit: *In nomine Dei Æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, W: Divina favente Clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ*, Adeſt ſigillum aureum. Tum: *Data Panormi per manus Majoris magni Ammiratorum Ammirati, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, indictione VI. Regni vero Domni W. Dei gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno VIII. proſpere Amen. Ducatus vero domini Rogerii Kariſſimi fili ejus anno III. feliciter Amen.* Deeſt menſis, & dies. Hinc patet, uſuveniſſe apud Northmannos diem locumque, quo diplomata dabuntur, non exprimere: indictionemque repetere a menſe Septembri, ut videre etiam eſt in pluribus eorum privilegiis editis a Baronio Tom. XI., ab Ughellio Tom. VII. VIII. IX. & X., & a Rocco Pirro in Notitia Eccleſiarum Siciliæ.

Willelmo II. Siciliæ regi ſucceſſit Henricus IV. Imperator Conſtantiæ Rogerii I. Siciliæ Regis filiæ maritus. Ejus privilegium ſic incipit. *In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper auguſtus, & Siciliæ Rex &c.* Definit: *Ad cujus rei certam in poſterum evidentiam præſentem paginam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.* Subſcribunt Patriarcha Aquilejæ, Archiepiſcopi Coloniæ, Ravennæ, & Capuæ, Epiſcopi quidam, & nonnulli Germaniæ Principes. Ejus monogramma idem eſt, ac illud aliorum Imperatorum. Demum hæc leguntur. *Ego Ditherus Imperialis aulæ Cancellarius, vice domni Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii, recognovi. Acta ſunt hæc anno Domini* 1191. *Indictione nona. Regnante domno Heinrico Sexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus vigeſimo ſecundo, Imperii primo: Datum Acerris per manum Heinrici Protbonotarii decimo Kalendas Junii.* In ſigillo aureo una ex parte viſitur Henrici imago cum illis in circumferentia verbis: *Henricus Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper auguſtus;* ex alia Urbs Roma cum verbis, *aurea Roma*, & circum, *Roma caput mundi, regit orbis frena Rotundi*. A-

liud

Digitized by Google

liud datum Panormi anno 1195. die 25. decembris ſic exorditur : *Henricus Sextus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, & Siciliæ Rex &c.* Subſcribunt Epiſcopus Wormatienſis, aliique Principes, viſiturque ſigillum pendens cereum.

Poſt Willelmi II. obitum Siculi adverſus Conſtantiam ejuſque maritum Henricum rebellantes ſibi Regem inaugurarunt Tancredum filium ſpurium Rogerii Siciliæ regis. Is hoc utebatur titulo. *In nomine Dei Æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Amen, Tancredus divina favente Clementia rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.* Huic ſucceſſit Willelmus III. ejus filius, quem Henricus exautoravit.

Federicus II. Henrici VI. filius eumdem ac parens titulum adhibet, ut videre eſt in uno ex ejus privilegiis dato, *Herbipoli anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſextodecimo, menſe madii, quartæ indictionis*; & in alio dato, *In civitate Neapoli poſt curiam Capuæ celebratam, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo, menſe Januarii, indictione nona. Imperante domno noſtro Friderico Dei gratia Romanorum Imperatore ſemper auguſto, & rege Siciliæ, Romani vero imperii ejus anno primo, & regni Siciliæ vigeſimo tertio feliciter Amen.* Illud vero an. 1237. conceſſum Judici Petro ſic incipit. *Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem, & Siciliæ Rex &c.* Quem regni Hieruſalem titulum an. 1225. aſſumſerat, quo Iſabellam Joannis Brenna Hieruſalem regis filiam ſibi deſpondit, ut narrant Riccardus a S. Germano, Spondanus, & Raynaldus. Ejus ſucceſſores etiam ex auguſtiſſima Auſtria gente eumdem titulum adhuc retinent.

Federico ſuffectus eſt Conradus ejus filius, qui utebatur titulo regis Romanorum electi, Hieruſalem, & Siciliæ. Hujus ſucceſſor Conradinus, ſeu Conradus II., regem ſe ſe Hieruſalem, & Siciliæ efferebat. Is regno pulſus eſt a Manfredo Federici naturali filio, qui regem tantum Siciliæ ſeſe appellabat.

Rex vero Carolus Andegavenſis, S. Ludovici Galliarum regis frater, cui Clemens IV. Neapolitanum regnum conceſſerat an. 1266. præferebat titulos regis Hieruſalem, & Siciliæ, Ducis Apuliæ, Principis Capuæ, & Achajæ, comitis Andegavenſis, provinciæ Forcalquerii, & Tornodori, Senatoris Romani, & Vicarii generalis Ætruriæ pro Sancta Romana eccleſia. Haud tamen ſemper eoſdem titulos Scripturis omnibus præmittebat. A Carolo II. ejus filio ſequentes tituli adhibiti. *Carolus ſecundus Dei gratia rex Jeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedimontis comes &c. Datum Neapoli per manus Bartholomæi de Capua militis, Logothetæ, & Protbonotarii regni Siciliæ, anno Domini 1309. die quarta Februarii ſeptimæ indictionis, Regnorum noſtrorum anno viceſimo quinto.* Extat ſigillum pendens ceræ rubræ impreſſum cum Caroli imagine ex una parte, & ſtemmate gentilitio ex altera. Eadem prorſus obſervata regnantibus Roberto, Joanna I., & Carolo III. Cum vero hinc abeſſet Carolus, Regni Ungarici adeundi cauſſa Margarita ejus uxor hoc titulo utebatur. *Margarita Dei gratia Regina Ungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis comitiſſa, ſereniſſimique Principis domni Regis Caroli III. reverendi domini viri noſtri in dicto regno, & Comitatibus Vicaria generalis.*

Ladislai quoque ejus filii diplomata hoc modo inſcribebantur : *Ladislaus Dei gratia Ungariæ, Jeruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæque Rex, Provinciæ Forcalquerii, ac Pedimontis comes &c.* Quodque primo regni ſui anno careret ſigillo, eumdem adhibebat, quem mater cum regno Neapolitano præeſſet. Poſtmodum ſigillum habuit illi ſuorum deceſſorum ſimile, quemadmodum & Joanna II. Quo vero tempore hæc uxor erat Jacobi Marchiæ comitis, ſequens ſcripturis titulus preponebatur : *Jacobus, & Joanna Dei gratia Ungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ Rex, & Regina.* Adnotantur vero hæc verba : *Præſentes autem literarum communi annulo noſtro ſecreto munitas, & ſigillo quadrato &c.*

Ti-

Titulus Renati Andegavenſis Joannæ ſucceſſoris eſt hujuſmodi: *Renatus Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Rex, Andegaviæ, Bari, & Lotharingiæ Dux, Ponnæ Marchio, Provinciæ, Cenomaniæ, Forcalquerii, ac Pedemontis Comes*. Et Iſabella ejus uxor regni abſente Renato gubernatrix hæc diplomatibus ſuis præmittebat: *Iſabella Dei gratia, Hieruſalem, & Siciliæ Regina, Andegaviæ, Bari, & Lotharingiæ Duciſſa, Ponnæ marchioniſſa, Provinciæ, Cenomaniæ, Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa, nec non pro ſereniſſimo domino, & illuſtriſſimo Principe, & domino conjuge noſtro reverendiſſimo domino Renato eadem Dei gratia dictorum regnorum rege, vicaria generalis*.

Alphonſus I. Aragonum Rex, qui Renatum exauctoraverat, hiſce ſeſe titulis decorabat. *Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Jeruſalem, Hungariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam comes Roſſolionis, & Ceritaniæ &c.* Ejus ſucceſſor Ferdinandus I. ſequenti breviori titulo contentus erat: *Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Jeruſalem, & Hungariæ*. Quemadmodum, & Alphonſus II., & Ferdinandus II., qui regno pulſus eſt a Carolo VIII. Galliarum Rege. En hujus titulos. *Karolus Dei gratia Rex Francorum, Siciliæ, ac Hieruſalem &c. Datum Neapoli die 18. Martii anno Gratiæ milleſimo quatringenteſimo nonaceſimo quinto, Regnorum vero noſtrorum, ſcilicet Franciæ duodecimo, & Siciliæ primo*. Iterum vero Ferdinandus II. pulſis Gallis regnum recuperavit, eoque mortuo ſucceſſit Federicus II., Ferdinandi I. Filius, & II. patruus in quorum ſigillis nihil eſt notatu dignum. Hic tamen Federicus a Neapolitano regno exturbatus fuit a Ferdinando Catholico, & a Ludovico XII. cui cum Neapolitana civitas in diviſione regni cum aliis Provinciis obtigiſſet, hunc titulum adhibebat. *Ludovicus Dei gratia Francorum, Neapolis, & Jeruſalem Rex, & Dux Mediolani &c. Datum Neapoli die 14. menſis ſeptembris anno Domini milleſimo quingenteſimo primo regnorum noſtrorum anno quarto &c.* Hic regno Neapolitano exturbatus pulſuſque eſt a Ferdinando catholico, qui propriis titulis illum addidit. *Rex Siciliæ citra, & ultra Farum, Jeruſalem*. Memorati omnes Reges ſigillo cereo rubro pendenti uſi ſunt cum propria imagine ex parte una, & ſtemmate gentilitio ex altera. Ferdinando ſucceſſit Joanna III. ejus filia, cum filio Carolo V. a quo reliqui ejus ſucceſſores ex auguſtiſſima domo Auſtriaca eoſdem titulos hæreditarunt. Obſervatione etiam dignus videtur titulus piiſſimæ Comitiſſæ Mathildæ, qui hujuſmodi eſt: *Matilda Dei gratia, ſi quid eſt*.

Et privilegia, ac donationes a judicibus Sardiniæ, qui reges etiam dicebantur, aliiſque ejus Inſulæ indigenis monaſterio noſtro conceſſa. Hæc illud ſingulare habent, quod pluſquam barbare ſcripta, & ab aliis ejus temporis prorſus diverſa ſint. Plurima tamen ad hiſtoriam, Epiſcopos, Chronologiam, & genealogiam elucidandam excerpere inde poterunt eruditi. In iis omnibus tum Regum, tum privatorum donationibus extat ſigillum plumbeum pendens, quod ex una parte refert nomen Regis tunc imperantis, ex altera hominis faciem peſſime expreſſam. Ex illis patet, nulli Sardo licuiſſe aliquid dono dare inconſulto rege, qui pro teſte etiam in ſcripturis adhibebatur: eoſdemque Sardiniæ Judices, ſeu Reges ad medium ſaltem ſæculum XI. Piſanis non paruiſſe, ut ſuo loco demonſtrabimus, ac luculenter deducitur ex Epiſtola S. Gregorii VII. edita a Baronio To. XI. ad An. 1073. pag. 434. in qua hęc ad rem noſtram leguntur: *Præterea nolumus ſcientiam tuam latere, nobis terram veſtram, a multis gentibus eſſe petitam; maxima ſervitia, ſi eam permitteremus invadi, fuiſſe promiſſa, ita ut medietatem totius terræ noſtro uſui vellent relinquere, partemque alteram ad fidelitatem noſtram ſibi habere. Cumque hoc non ſolum a Northmannis, & a Tuſcis, a Longobardis, ſed etiam a quibuſdam ultramontanis crebro ex nobis eſſet poſtulatum: nemini in ea re umquam aſſenſum dare decrevimus, donec ad vos Legatum noſtrum mittentes, animum veſtrum deprehenderemus. Igitur quia devotionem beato Petro te habere in Legato tuo monſtraſti: ſi eam, ſicut oportet, ſervare volueris, non ſolum per nos nulli terram veſtram vi ingrediendi licentia dabitur, ſed etiam*

ſi quis

Digitized by Google

ſi quis attentaverit; & ſæculariter, & ſpiritualiter prohibebitur a nobis, ac repulſabitur. Auxilium denique beati Petri, ſi in ipſius fidelitate perſeveraveritis: procuIdubio, quod non deerit vobis & hic, & in futurum promittimus &c.

Eſto vero in privilegiis ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, & privatis perſonis Cœnobio noſtro conceſſis error aliquis obrepſerit, aut quidpiam deſideretur, quod noſtrorum temporum diligentia ſupplet, haud tamen certe falſitatis arceſſiri a prudente ullo, & docto viro poterunt, cum eorum omnium vel authographa in archivo noſtro extent, vel apographa in regeſto Petri Diaconi, quo tempore plura ex his conceſſa ſunt, ſuppàris; omniaque executioni ab ipſa eorum conceſſione ſint demandata, & a ſucceſſoribus Principibus, quibus veritas occultari non poterat, fuerint confirmata; aliiſque vel eodem tempore, vel paullo poſt exaratis ſcripturis cohæreant; ac demum vel a Leone Oſtienſi, vel a Petro Diacono ejus continuatore ſummatim enumerentur in Chronico Caſſinenſi. Hiſce rationum momentis accedit, ejuſdem generis diplomata cum iiſdem prorſus defectibus, aut ſi mavis, mendis, plurima edita fuiſſe a Baronio, Raynaldo, Ughellio, Rhocco Pyrro, Mabillonio in Annalibus, Michaele del Giudice in Deſcriptione ditionis, & eccleſiæ metropolitanæ montis Regalis in Sicilia, Goldaſto in conſtitutionibus Imperialibus, Muratorio in collectione ſcriptorum Rerum Italicarum, aliiſque pluribus Authoribus, quos certe legimus, licet recenſere omittamus, ne memorioſi laborioſique hominis laudem aucupari videamur. Sed quod certe cordato cuilibet maximum præter hæc memorata pondus addere poterit, illud eſt, fuiſſe ſæpeſæpius diverſiſque ſemper temporibus diligenti ac ſevero examini ſubjecta iſthæc omnia noſtra diplomata a minime rerum noſtrarum ſtudioſis, aut faventibus judicibus, nempe a Miniſtris Fiſci regii, ſeu regiæ Cameræ ſummariæ, qui conſtanter hactenus faſſi ſunt, ea genuina eſſe, ac proinde nil juris fiſcó regio in Caſſinatium ditionem competere pro repetenda Adhoa, ſeu ſervitio militari, cum omnia nobis oppida, & latifundia in burgenſaticum, & allodium donata ſint. Qui vero vel minimum animadvertat, quanta ſeveritate ac animi contentione titulos omnes ſeu Diplomata hujuſmodi vetera ad trutinam revocent magiſtratus regii, præſertim Advocatus Fiſci, quem ne unum quidem verbum fugere ſolet, ut regii Juris utilitatem & commodum expiſcari poſſit, is porro, velit nolit, fateatur neceſſe eſt, indubitatæ fidei eſſe monumenta chartaſque noſtras, quas approbent hujus generis Judices regis ſtudioſiſſimi, ſimulque legum peritiſſimi, atque omnijuga eruditione præditi. Neque minus negotii nobis faceſſere, qui olim rerum capitalium juriſdictione fruebantur in Ditione Caſſinenſi. Pluribus ea de cauſſa motis litibus, ad quas eliminandas coacti fuimus identidem authographa exhibere a ſeveris exactiſque judicibus, & a vitilitigatoribus ipſis examinanda, ac penitius ſerioque introſpicienda, e quibus ne unus quidem unquam aliquod ex hiſce diplomatibus vitii falſitatis aut ſuppoſitionis inſimulavit, licet diverſis prorſus ab iis, quæ in foro nunc a quibuſdam jam ſæculis obtinent, formulis, & more concepta exarataque ſint. Non ſemel in aliis etiam ſupremis regni Neapolitani tribunalibus ſiſtere eadem privilegia oportuit ad jura Cœnobii noſtri tuenda vindicandave. Quare nemo prudens, & eruditus inficias iverit, nulla forte eſſe diplomata, quæ ut toties a pluribus Judicibus, & partibus ex adverſo litigantibus examinata probataque ſint, ita omni proſus ſuppoſitionis vitio, aut ſuſpicione careant. Ut jure merito ſanctum, ratumque habendum ſit illud Cl. Mabillonii; *Non ideo falſitatis inſimulandas ſcripturas, quod aliquid in iis præter uſitatum nunc morem deſit, aut redundet; ſed magna prudentia peritiaque opus eſſe ad tutum de iis ferendum judicium: noſcendaque cum primis nedum generalia quædam, ſed peculiaria cujuslibet Principis, nationis, Regni, Regionis inſtituta, & conſuetudines.*

Chronicon etiam Richardi a S. Germano, magni ſemper ab eruditis factum, edimus, quod plures graveſque in aliis editionibus Ughellii in Appendice ad

Tom.

Digitized by Google

Tom. III. Ital. Sac. Editionis Romanæ, & Tomo X. Venetæ, & Scriptorum Rerum Italicarum Tom. VII. errores irrepſerint. Illud itaque ex authographo adamuſſim exſcriptum hic habebit Reſpublica literaria, ſimulque ejuſdem Scriptoris non contemnendam ac ſatis diffuſam epiſtolam ad Monachos Caſſinates.

Eadem ratio in cauſſa fuit, cur novam editionem adornaremus Anonymorum Caſſinenſium; nempe quod pluribus iiſque graviſſimis lacunis mendiſque præter authographi fidem ſcateat illa Antonii Caraccioli ex illuſtri Theatinorum Ordine An. 1626. in opuſculo cui titulus: *Antiqui Chronologi quatuor, Herempertus Langobardus, Lupus Protoſpata, Anonymus Caſſinenſis, Falco Beneventanus cum Appendicibus Hiſtoricis &c.* Illum caſtigavit quidem Camillus Peregrinius in Caſtigationibus in chronicon Anonymi monachi Caſſinenſis; ſed ſæpe ſæpius & ipſe labitur. In Tomo V. Scriptorum rerum Italicar. Caraccioli editio nihilo immutata iterum excuditur; atque ibidem pag. 139. & ſequentibus recenſetur aliud Anonymi Caſſinenſis Chronicon ſub nomine Alberici Monachi Caſſinatis, & Præpoſiti S. Mariæ Albanetæ. Verum hoc quoque, & ab ipſo Authoris nomine mendoſum eſt, ut ex adnotationibus noſtris patebit.

His demum addimus ex manuſcriptis codicibus noſtris diligenter exſcripta Emortualia duo, aliudque mutilum, ac breve quoque martyrologium, aliaque non contemnendæ eruditionis monumenta. In Adnotationibus itidem noſtris videre eſt, quam manca ſint, & mutila, quæ extant Tom. VII. Scriptorum rerum Italicarum colum. 935. & ſeqq. proculdubio amanuenſium incuria, & oſcitantia, quodque authographa ob oculos non habuerit clariſſimus Muratorius.

Liceat nunc demum poſt tot exantlatos labores aliquid, & de me ipſo, deque lucubrandi hujus operis cauſſa præfari. Si plurimum ſemper negotii temporum viciſſitudines faceſſunt rebus omnibus, nemo prudens negaverit jura monaſterii Caſſinenſis ejus eſſe generis, ut ſi ſemel parta oculatiſſime non cuſtodiantur, facile labantur omnino, atque adeo peſſum eant. Quare cum ego omnibus titulis Caſſinenſi cœnobio plurimum obſtrictus ab adoleſcentia fuerim, haud irritam me Cœnobio nobiliſſimo operam præſtiturum exiſtimavi, ſi illius Principatus jura, poteſtatemque ab ipſo exordio explorarem. Impulit me maxime ad improbum hunc laborem ſuſcipiendum celeberrimi ejus archivi demandata mihi per multos annos cura. Inde enim factum, ut plura privilegia, donationes, pretioſaſque alias vetuſtiſſimas membranas, & chartas viderim, quæ ad inſtar Margaritarum aptiſſimæ eſſent ad locupletandum ornandumque Cœnobii Caſſinenſis decus, illudque a maleficiatorum quorumdam hominum malevolentia, & invidia vindicandum. Quæ res ſummopere me commovit, & impulit, ut quædam elucubrarem, quibus Principatus Caſſinenſis initia, incrementa, viciſſitudines, juraque examuſſim deſcriberentur. Verum quæ cura plurimum adjumenti eſſe per ſe debebat ad hæc cito perficienda, eadem mihi mirum quantum impedimentorum attulit, ne omnem ingenii, ſi quid in me eſt, quod ſentio, quam ſit modicum, viriumque contentionem adhiberem ad hoc unice opus. Ea enim eſt miſera apud Caſſinates chartophylacis conditio, ut in ullius unius humeris omnia pene Cœnobii negotia recidant, nec quidquam ſit ardui, litiumque quod diſſolvendum, enucleandum, expendendum ſit, pro quo in conquirendis ordinandiſque diplomatibus, & ſcripturis labores maximos exantlare non debeat, ita ut multum temporis ſpatium aliquando ad unam tantum inveniendam non ſufficiat; neque id una dumtaxat vel altera vice evenit, ſed quotidie pluribus occupationibus præpeditus eſt, & diſtractus in iis rebus examinandis, quæ ob amplam Cœnobii ditionem in Romana, Neapolitana, aliiſque Curiis diſcutiendæ ſunt. Nam facile Caſſinatium jura, & a propriis ſubditis vellicantur, & a regio Neapolitano Fiſco, &

ab

ab Epiſcopis ipſis, in quorum diœceſibus plures eccleſias, aliaque Cœnobium noſtrum poſſidet. Sæpeque evenit, ut ſingularia hæc jura oon juris communis præſidio, ſed peculiari, & municipali poſſeſſioois, privilegiorum, aliiſque hujuſcemodi titulis propugnari debeant, indeque major diligeotia, labor, cura impendenda. Accedit, quod omnia pene ſpiritualis, & temporalis Curiæ Caſſinenſis, ut vocant, Acta in tabulario noſtro aſſervantur, quibus fit, ut non raro ſubditi apographis indigeant ad orta inter ſeſe diſſidia dirimenda. Neque minimum eſt de mandata chartophylaci a pluribus eruditis, atque nobilibus viris cura, ut monumenta perquirat, exſcribendaque procuret, quæ ad hiſtoriam illuſtrandam, vel ad genealogiam nobilis alicujus Gentis iodagandam conducunt, cujus generis plura in archivo noſtro reperiuntur. Ut illud omittam tempus, quod ad membranas, & alias ſcripturas per ſeries ordinandas inſumendum eſt, aliaque multa negocia, quæ me plurimum in dies diſtrahunt, atque totum ad ſeſe rapiunt. Hæc non ideo commemorata ſunt, quaſi plus nimio eruditis hominibus laborem meum venditare velim, atque quodammodo extollere, ſed quo ſuſcepti laboris momenta rationemque ooſcerent, mihique vitio non verterent, ſi quid accurate adeo, atque perſpecte examinatum non eſt, quemadmodum rei gravitas exigit. Illud tamen ſolatii plurimum affert, quod advertit Baronius Anoal. T. VIII. ad an. 593. pag. 83. Sanctum Gregorium Magnum ad Dialogorum libros concinnandos paſtoralis muneris curis quadantenus valedixiſſe, quod ad alia majoris molis lucubranda opera non præſtiterat; quo ſcilicet noſceremus, animo maxime quieto, & tranquillo illi opus eſſe, cui geſta, eventuſque temporum narrandi onus incumbat. Ut vero ſuſcepti operis ratio conſtet, lectorem monitum volo, illud me exemplo eruditiſſimorum virorum, potiſſimum Baronii ſæpeſæpius uſurpaſſe, ut ipſiſſima ſcriptorum verba referrem, quoties illorum authoritate utendum foret, quod ſciam evenire aliquando, ut eorum ſententiæ alio detorqueantur, quam veritas ferat, vel ſenſim ſine ſenſu, dum aliorum mentem verbis noſtris exprimimus, veritas fatiſcat & perturbetur; vel ob præconceptam animo opinionem, vel ob mentis præcipitantiam, vel demum, quod ſcriptores ipſi noo ſatis mentem ſuam explicaverint. Hinc tot inter ſcriptores jurgia atque contortæ in utramque partem interpretationes. Verbo; illud alte infixum animo ſemper manſit, potiorem nomini meo futuram apud eruditos laudem, quod fidelis ſincerique hiſtorici ac diſſertatoris munus obierim, quam elegantis aut diſerti. Serio enim fateor ea mihi omnia ornamenta deeſſe, quibus oblectamenti aliquid afferre poſſim lectoribus, hincque ratus ſum ſcriptorum verba gratiora futura quam mea. Sed unicam Cœnobii Caſſinenſis utilitatem, dignitatemque quærimus, quæ ſi habeatur, ſuperabit longe expectationem meam laboris fructus.

Nulla hic mentio de mota jamdudum a Gallis noſtris amantiſſimis alioquim Fratribus ob Sanctiſſimi Legiſlatoris noſtri Benedicti lipſana adverſus Caſſinates controverſia, quod certum exploratiſſimumque credam Caſſinatium poſſeſſionem apud eruditos homines partium ſtudio haud abreptos jam peroratam cl. virorum lucubrationibus Matthæi Laureti Hiſpani Mooachi, Angeli de nuce Caſſinatis, Philippi Macchiarelli heremitæ Camaldulenſis, & Petri Mariæ Juſtiniani aſcetæ noſtri, ounc epiſcopi Sagonenſis, qui omnium fuſius Caſſinatium ſuorum cauſſam agit conſcripta hac de re apologia.

Demum non ignoro ſcriptores nonnullos res, aut diverſas, aut contrarias in libris ſuis exaraſſe, ab iis, quæ hic a me referuntur, a quibus confutandis, & magna animi mei erga omnes reverentia, aliaque non contemnenda rationum momenta removent, & divellunt. Repelluntur tamen dum aſſertiones omnes meas potiſſimis, quibus licuit, atque ineluctabilibus argumentis innixas affero. Ita enim ſum comparatus, ut ea tantum relata in hoc qualicumque opere voluerim, quæ pro veris menti meæ exhiberentur; indeque illa ineunda mihi via fuit, quæ alterius quidem nomini non officeret, ſed indubitata quæque ac ſolida referret, vel a Synchronis authoribus, vel ab irrefragabilibus archivorum, po-

tiſſimum noſtri monumentis repetita. Neque certe recentiorum aſſertiones hiſce fundamentis haud innixæ aliquid pendendæ ſunt. Quod itaque exploratum mihi non eſt, quamquam a recentioribus ſcriptum, in recentiorum ipſorum libris legendum illis omiſi, quibus otium ſuppetat, quod mihi certe nullum eſt. Hæc te monitum in anteceſſum volui, lector humaniſſime, ne quid inter legendum offenderes, cujus cauſſa, aut ratio comperta tibi non eſſet.

SACRI

Digitized by Google

SACRI CŒNOBII CASSINENSIS DESCRIPTIO.

Deſcriptio ab aliis diverſa.

DEſcriptionem hic ſacri cœnobii Caſſinenſis in pluribus ab iis diverſam, quas D. Placidus Petrucius, & D. Honoratus Mediceus in Annalibus Caſſinenſibus, Simeon Milleſius apud Hæſtenum in Commentariis ad Vitam S. P. Benedicti, Abbas D. Angelus Nuceus initio Chronici Caſſinenſis, & Mabillonius in Itin. Italico p. 120. & ſeqq., & To. II. Annal. p. 57., aliique literis conſignarunt, auſpicabimur, vel quod plura poſtmodum ædificia ſint excitata, alia complanata ſolo, plura variata, vel quod forte a memoria aliis quædam exciderint, quibus nos attentius hærebimus. Haud tamen errores hujuſcemodi, varianteſque narrationes adnotabimus, ne lectorum otio abuti videamur.

Situs Cœnobii noſtri.

Erigitur Caſſinenſe cœnobium in cacumine ferro, igneque complanato montis, quem Caſſini appellamus, a veteri ad montis latus poſita urbe, ut in ejus deſcriptione dicendum. Ejus longitudo gradibus conſtat XXXVII., & minutis XV., latitudo ſeptentrionalis, ſeu polaris, altitudo gradibus quadraginta, & uno, atque triginta minutis veriori ſupputatione ductis.

Via mon-ſii.

Pluribus, iiſque flexuoſis itineribus ad monaſterium pergitur, e quibus unum illud deſcribemus, quod concinnius eſt, aptius, magiſque populi frequentia preſſum hoc tempore. Incipit a ſuburbio civitatis S. Germani ſub rupe magis ſeptentrionali poſito ad orientem æſtivum, ſerpenſque via commoda, ac lata ex vivo lapide fere ſimili Appiæ, ac Latinæ magnis impendiis præteritis annis ſcalpro, applicatoque igne cuniculis ampliata, explanataque, ac tribus circiter paſſuum geometricorum millibus excurrit, quorum ſinguli quinque Neapolitanis palmis conſtant. Hujus viæ initio ad dexteram novum Dominicanorum cœnobium viſitur loco ſatis amœno, perfectique aeris; paulloque ſuperius ædicula ad honorem S. Mauri Abbatis, cui medio fere itinere emenſo, ſubſequitur illa S. Crucis, in qua plura S. Benedicti precibus facta miracula, teſte Roffrido Abbate Caſſinenſi, & Cardinale tit. SS. Marcellini, & Petri in epiſtola ad Johannem Salernitanum Cardinalem S. Stephani in Cœlio monte Monachum Caſſinatem, quam exſcripſerunt eruditiſſimus Hæſtenus in Commentariis ad cap. 18. Vitæ S. Benedicti, Matthæus Lauretus, & Nuceus in not. ad idem cap. Qui Sacellum hoc viſitaverint Cœleſtinus V. indulgentias quaſdam conceſſit hac inſcriptione ibidem poſita expreſſas. *Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto Sanctiſſimus Pontifex Cœleſtinus Quintus cum limina B. Benedicti devote viſitaret, & ad capellam S. Crucis, quæ in via publica eſt conſtructa, cuntibus Caſſinenſe monaſterium: & miracula, quæ beatus Benedictus operatus eſt, ibidem certa relatione reperiſſet, ob reverentiam almifici patris indulgentiam idem capellæ conceſſit, ut quicumque in prædictam capellam S. Crucis ingrederetur, & dominicam orationem cum Ave Maria diceret, centum annos, & centum quadragenas totiens quotiens inde tranſiret miſericorditer obtineret, & haberet.* Non longe hinc abeſt ſacellum S. Severi epiſcopi Caſſinatis a Theobaldo Abbate ineunte ſæculo XI. erectum, teſte Leone Oſtien. lib. 2. cap. 52. cujus etiam meminit Petrus Diac. lib. 3. Chr. Caſſ. cap. 40. Er huic ſtatis anni diebus quædam indulgentiæ aſſignatæ a. 1457. a Ludovico Cardinali S. Laurentii in Damaſo, & Legato ſedis apoſtolicæ, cujus Diploma ſæculo XV. dabimus. Viſitur inde crux, cui ſubiectus lapis, in quo ferunt, S. Benedictum genuum veſtigia reliquiſſe, cum ad deſtruendum idolum orationes funderet. Vid. Angelus Nuceus in notis ad cit. cap. 18. Emenſa via, amplior ſeſe planiorque area obiicitur, in cujus fere medio antiqua eccleſia ſita eſt S. Agathæ V., & M. cœnobii noſtri contra terræmotus potiſſimum patronæ. Ejus mentio habetur in veteribus ſtatutis ſæculo XIII., quo illa dabimus ab Abbate, & Monachis Caſſinenſibus ad inſtaurandam monaſticam diſciplinam factis, atque in rubricis plurimum e veteribus breviariis monaſticis; quare perperam Perrucius, & Mediceus in Annalibus, M. A. Scipio in Elogiis Abbatum Caſſinenſium, & Angelus de Nuce in not. ad cap. 75. lib. 2. Chron. Caſſinen. aſſeverant conſtructam ab Andrea Abbate an. 1370. inaugurato. Statim ſeſe videndam obiicit major cœnobii noſtri janua ex vivo lapide, præ cujus foribus duo lapidei veteres Leones poſiti, poſtque ingreſſum alia etiam lapidea, ſtatimque vetuſtiſſimus fornix aſper, depreſſuſque integer hactenus ſervatus patrum noſtrorum pietate, quorum traditione accepimus, veterem ipſi turrem adhæſiſſe, quam incoleret S. Benedictus. Ad lævam fornicis hæc ab Angelo Nuceo appoſita inſcriptio. — Cœnobii ingreſſus.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Fornicem ſaxis aſperum, ac depreſſum
Tanta molis aditum anguſtum
Ne mireris hoſpes,
Anguſtum fecit patriarchæ ſanctitas,
Venerare potius, & ſoſpes
Ingredere.

Fornici ad dexteram adjacet parvum Sacellum, in quo ſtatua ſedens S. Benedicti marmorea, ornamentaque aliquot ejuſdem generis, cujus etiam apertus liber quem læva manu ſuſtentat. In eo verba illa ex lib. 2. Dialog. S. Greg. M. cap. XVII. de Deſtructione cœnobii noſtri a Langobardis facta leguntur: *Vix autem obtinere potui, ut mihi*

ex hoc loco animæ cederentur. Hæc Hæftenus, aliique ad vitam ſpiritualem traducunt, quæ merito Nuceus in Notis ad idem cap. ad vitam corpoream refert, quod deſtructo, medio vix ſæculo poſt obitum S. Patris monaſterio, nullus ſit occiſus Monachus. Certe S. Gregorius M. animam pro vita corporea ſæpe uſurpat, recepto Sacræ Scripturæ more, Levit. cap. 57. nu. 15. Joſue cap. 50. nu. 35. Hieremiæ c. 48. nu. 6., Machabæorum nu. 5. c. 38., Act. Apoſt. c. 57. nu. 37., ad Rom. c. 53. nu. 5., & Pet. 3. nu. 20. ubi habet: *Octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam*. In Sacelli coronide hæc leguntur.

Mortuus hic puer eſt, Benedicti voce revixit.
Tacta ſilex cubiti ſubſedit pondere ſacri.
Plena oleo phiala ſignantur ſaxa cadenti.
Bis centum modii mane farina videntur.

Major deinde fornix erigitur, apertis undique feneſtris magno lumine perfuſus, ſexaginta duobus inde gradibus vulgo vocatis *cordodate* aſcenditur a prima ad tertiam cœnobii januam, in quam fornix hic deſinit, quæque columnis, aliiſque ornamentis Dorici ordinis conſtructa eſt, ſupraque coronidem tabula marmorea opere anaglyptico Deiparæ in ulnis Jeſum geſtantis imaginem exhibens, atque ad dexteram S. Benedictum, ad lævam S. Scholaſticam cum puero quodam Monacho. Turris deinde ſculpta duabus arboribus ad latera, aliaque ex parte Leo. Quæ omnia an. 5453. perfecta. Hæc modo inſignia cœnobii noſtri exhibent, de quibus poſt deſcriptionem aptior erit agendi locus. Clauditur hinc inde hæc janua duabus ex ligno duriſſimo ferro obductis valvis, poſtquam ad lævam Sacellum Deiparæ fronte marmoreo, aliiſque ex lapide, ac marmorato ornamentis decorum, in quo ab advenis orandum ante monaſterii ingreſſum, & pacis oſculum exhibendum pro ritu a SS̄mo Patriarcha noſtro cap. 53. invecto, explicatoque a Conſtitutionibus noſtris. Ab oſtio memorato ad primum periſtylium quatuordecim gradibus vulgo vocatis *cordodate* aſcenditur ſub fornice. Poſt quorum ultimum porta ad lævam ad janitoris cubiculum, & viridaria ducit, eademque linea podium adeſt ſatis amplum, quod ad occaſum viridaria reſpicit. Magnificus inde ſeſe trium periſtyliorum proſpectus offert, quæ ſeſe invicem colligant, mediumque inter ea tres porticus habet, quarum duæ laterales reſpondentibus invicem periſtyliis communes ſunt. Magnæ hæ porticus paraſtaticis viginti quatuor ex vivo lapide ordinis Dorici ſtriatis ſuſtinentur, quorum Zophorus variis emblematibus Chriſti domini Paſſionem, aliaque exhibentibus ornatur, illique ſuper impoſita coronis ex eodem lapide concinne fabrefacta ſtylos cancellatim compactos dorſo tenet ex eodem etiam lapide, ex quo ſunt & arcus ex una in aliam paraſtaticam ducti, cujus generis ſunt & porticuum & totius periſtylii pavimenta. In medio ciſterna ſcalpro, & igne magnis diuturniſque impendiis intra ipſa montis viſcera effoſſa, longa palmis LXX., lata XL., alta XXX. cujus os octangulato lapide conſtat, ex quo ſunt & duæ ad illius latera poſitæ ſtriatæ columnæ, quibus impoſitum epiſtylium, coronis, aliaque ornamenta ordinis Corinthii. In periſtylii fine ſcala ejus latitudine comprehenſa, qua undequadraginta ex lapide gradibus ad eccleſiæ atrium aſcenditur.

Primi Plani deſcriptio. Deſinente prima porticu, atque ex diametro ferreæ cœnobii januæ, ſtatua SS. Patris noſtri Benedicti poſita, prope quam inflexa lateribus ſcala lapidea affabre facta ad ſecundum, tertiumque cubiculorum ordinem devenitur, cui reſpondet altera in fine porticus ad lævam; nam deſinente tertia porticu ad dexteram, ſtatua S. Scholaſticæ viſitur, pone quam alia ſcala, & lapis, de quo Angelus Nuceus in notis ad cap. IX. Vitæ S. Benedicti. Alterius periſtylii ad lævam porticus ſuſtinent magnæ viginti ſex lapideæ paraſtaticæ cum zophoro, & coronide Ordinis Dorici, arcubuſque lapideis. In porticu ad Orientem peregrinorum triclinium, aliæque ad eorum commodum aulæ, quemadmodum ad Occidentem, & ſeptentrionem, paulloque ſuperius ſtabulum. Tertium ad dexteram periſtylium viginti octo ſimiles ejuſdem Dorici Ordinis paraſtaticas, arcuſque habet; in ejuſque medio admirandæ magnitudinis ex porphyrite columnæ pars viſitur, de qua hæc ſcribit Bernardus Montfauconius in Diario Italiæ p. 322. *In quodam impluvio columnæ porphyreticæ truncus adeſt, qua ſpiſſitudine nullam ejus materiæ vidimus, tres enim circiter pedes regios a diametro habet.* Et Petrus Ricordatus in Hiſtoria Monaſtica p. 53. a t. habet: *E fra le altre coſe degne di conſiderazione vi è un pezzo di una colonna di porfido, la quale è groſſa cinque braccia, & un quinto, della di cui groſſezza mai n' ho vedute in Roma, nè altronde, dello che ne reſto ſtupefatto, concioſiacoſa che detto Monaſterio ſia 3. miglia alto dal piano, & animal niuno vi può andare, ſe non qualche aſinello, ò mulo ben picciolo, onde è forza, che tutto ſi faceſſe, come ſi dice, per forza di braccia.* Ejus diameter tribus palmis, unciiſque octo Neapolitanis conſtat, & circumferentia palmis undecim cum dimidio. Similis omnino columnæ truncus parallelè ibidem poſitus ex Thebaico marmore. Illud admirationem auget, quod hujuſcemodi trunci extrema ſuperior columnarum pars ſunt, quæ proinde in medio, ac fine craſſiores fuerint, ſpiſſioreſque, neceſſe ſit. Suſpicamur magna inde, ac multa porphyretica, quæ non modica apud nos aſſervantur, avulſa. Ex porticu ad Occidentem in alia cubicula via eſt, & ad lævam inter duos parietes ſcala, qua ad ſecundum, tertiumque cœnobii ordinem aſcenſus patet, a qua non longe ad lævam duo cubicula ſunt, deindeque per plures gradus in antiquum illum, perpetuaque noſtrorum traditione venerandum locum deſcenditur, ubi SS. Patriarchæ diſcipulos olim habitaſſe hujuſmodi inſcriptio fert.

Vetuſtiſſimum habitaculum, in quo ſanctiſſimi patriarchæ diſcipuli quieſcebant.

Per anguſtam ſatis januam ingreſſis altare objicitur, ſupra quod Deiparæ ſtatua Reparatorem noſtrum mortuum ſuſtinens, & ad latera duo cœmentitii lecti, quibus incubant Monachorum dormientium ſtatuæ, atque Fornix ruſticus, depreſſuſque, quem ita veteribus noſtris relinquere placuit ad antiquitatis oſtentationem. Hinc gradibus aliquot in partem inferioris turris deſcenditur, quam pie credimus incoluiſſe ſanctum parentum noſtrum Benedictum, ut hæc Inſcriptio docet oſtii ſupercilio impoſita.

Pars

Pars inferior turris, in qua ſanctiſſimus Pater noſter Benedictus dum viveret Habitabat.

Sacellum ibi conſtruxit Bernardus quintus Abbas an. 1579., ut refert Petrucius ad eum annum hiſce verbis: *Eodem item anno Bernardus Abbas noſter cellam, quam divus Benedictus incoluit, (ut fama eſt, & fabrica ſitus miraculorumque ejus indicia demonſtrant) jam diu latitantem, & in tenebris jacentem e tenebris eripuit, & in ſacelli formam picturis ornatam omnium ſpectabilem reddidit. At vero Gregorius (XIII.) Pontifex, inſtante eodem Abbate noſtro, poſtea conceſſit ſuo diplomate plenariam indulgentiam omnibus contritis, confeſſis, & communicatis, cellam eandem viſitantibus, & pro felici chriſtiana republica ſtatu preces in ea ad Deum fundentibus in feſto SS. patris Benedicti, & ſollemnitate dedicationis eccleſiæ Caſſinenſis die prima Octobris a primis veſperis, uſque ad occaſum ſolis dictorum feſtorum: ſingulis vero diebus centum dies indulgentiæ eandem cellam adeuntibus miſericorditer indulſit.* Eadem fere habet D. Honoratus Mediceus. Hujus ſacelli ara Deo ad honorem Deiparæ, ac S. Benedicti dicata eſt, ac frontem, & gradus habet varii marmoris lævigati, cujus ſegmenta belle diſpoſita, commixtaque in flores ſunt. Concameratio marmorati Arabici operis, ac quibuſdam picturis ornata, & pavimentum quadrato, & teſſellato marmore ſtratum. Feneſtræ duæ, ad meridiem una, altera ad Occidentem ſacellum illuminant, quod longum eſt palmos trigintaſex cum dimidio, & latum palmos treſdecim cum dimidio, ejuſque parietum craſſitudo ſex palmorum eſt. Sacello impoſita duo cubicula, ante quorum ingreſſum tertium adeundum eſt, pone cujus portam in pariete ad dexteram hæc marmori inſcripta leguntur. (Cubicula ſancti Benedicti.)

Locus hic, ne ignores hoſpes,
Præbuit cellam Benedicto, & ſpeculam.
In hac ex more vigilans, univerſum
Mundum divini ſolis radio detectum
Inſpexit ſemel, ſimul & deſpexit.
Ex hac cœlum ſuſpectans Scholaſticam
Sororem, & Germanum Capuanum præſulem
Aſtra ovantes petere vidit.
Ex hac ipſe triumphans per viam
Orientis cœleſte capitolium penetravit.
Papa Gregorius Lib. II. dialogor.

Portæ ſupercilio, qua ad ſecundum cubiculum eſt aditus, hæc aureis literis inſcriptio appoſita.

Pars ſuperior antiquiſſimæ turris, quam SSmus Pater Benedictus huc e Sublacenſi ſpecu ad abolendum Idolorum culturam, regimenque Caſſinenſis Diœceſis proprio deſtitutæ Paſtore obeundum; Regulamque conſcribendam, & promulgandam divinitus miſſus, dum vixit, incoluit, virtutibuſque omnigenis illuſtravit; ex hac namque turri de almi Patris S. Benedicti pectore norma S. Monaſticæ Religionis quaſi de Paradiſi fonte manavit. Atque ex ejuſdem turris feneſtra, quæ contra Capuam reſpicit, idem arctiſſimæ vitæ Magiſter Opt. clariſſima Creatoris viſione dignatus, Germani Capuani Epiſcopi animam in ſphera ignea ab Angelis in Cœlum deferri, & mundum etiam univerſum velut ſub uno ſolis radio ante oculos ejus collectum videre promeruit.

Trium cubiculorum fornices marmorato, coronis, inaurato, Arabicoque opere ornati, aſarota pariter ex pretioſis marmoribus in cruſtas ſectis. Ex parietibus plures pendent excellentium artificum elegantiſſimæ pictæ tabulæ, atque in cubiculo medio ara Deiparæ conſtituta ſelectis variis marmoribus in flores diviſis, anaglyphis, ac coronide ornata, in qua Deo euchariſtiæ ſacrificium offertur, illique impoſita crux, ac crucifixi imago ex ſuccino, cum parvis quibuſdam ſtatuis, aliiſque operibus argenteis affabre elaboratis. Tertium cubiculum præ aliis Crucifixi imaginem continet authore, ut fertur, Optumo Donatello magiſtro Michaelis Angeli Buonarotæ cum quatuor clavis juxta certiorem opinionem, quæ Reparatorem noſtrum ita cruci ſuffixum fuiſſe aſſerit. Qua de re videndus S. Gregorius Turonen. lib. I. de glor. mart. cap. 6. Dominicus Macri in Hierolexico, verbo clavatum, Ciampinus veter. monum. par. 2. p. 33. nu. 37. & tab. 14. Lindanus in Panoplia l. 14. c. 47., Papebroch. in Reſponſ. ad Sebaſt. de Sancto Paulo art. 20. nu. 3., & ſeqq. Conſalvus Durante epiſcopus Feretanus in not. ad lib. I. Revelat. S. Birgittæ, aliiſque. Habet hoc cubiculum feneſtram ad Occidentem, ſecundum duas, ad occidentem, & meridiem; primumque unam ad meridiem. Magnifice adeo ornatum voluere majores noſtri hoc conclave, quod pie crederent, duo poſtrema cubicula ſuperiorem fuiſſe turris partem, quam S. Benedictus incoluerat. Illud certo conſtat, hic conſtitutam turrim illam, quæ in inferiorem ſupremamque partem dividebatur, teſte S. Gregorio M. lib. II. Dialog. cap. 35. hiſce verbis. *Turris erat eodem in loco conſtituta, quæ ſuper totius cellæ habitaculum eminebat, in cujus turris ſuperioribus ſe venerabilis Benedictus, in ejus quoque inferioribus ſe Servandus Diaconus collocavit, &c.* Idque conſtat etiam ex deſcriptione in mſ. noſtro codice ſæculi X. ſignato nu. 353. literis Langobardicis, quæ ſic incipit. *In turre juxta S. Martinum in feneſtra alta, quæ eſt contra Capuam, vidit S. Benedictus animam Germani Capuani Epiſcopi, &c.* Cujus integra verba ſæculo VIII. dabimus, quo ex ſtyli barbarie editam credendum, hujus etiam turris meminit Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 30., ut fuſius Sæc. XI. dicemus. An poſt tot cœnobii noſtri clades, & excidia a Langobardis, Saracenis, Terræque motu, eadem turris perſtiterit, quæ modo viſitur, noſtrum non eſt definire. Poſt hæc S. Patris cubicula plura ad meridiem, Orientemque alia extant, ut videre eſt in ichnographia num. 1. Deinde parvum cavædium, & porticus quatuor paraſtaticis lapideis ordinis Dorici ſuffulta; & ad lævam Cellaria quædam.

Ad dexteram inſigne, ac toto orbe celeberrimum archivum Caſſinenſe poſitum, ad quod unica porta laminis ferreis obductis valvis ingreſſus patet, tribuſque magnis aulis continetur, quarum quælibet longa eſt palmos quadraginta, & viginti lata, atque in earum ſingulis cœmentitii fornices, & feneſtræ ſingulæ cancellis ferreis, ac valvis ferro obductis tutæ. Plutei, in quibus monumenta, ſcripturæque aſſervantur, in poſtica parte fortibus, optimeque lævigatis tabulis pineis, cipreſſinis obducuntur, nuceiſque invicem innexis. Tabulæque quibus ſcripturæ incumbunt, earumque laterales, cipreſſinæ omnes ſunt, quo teredi- (Archivū Caſſinēſe.)

redhuum morſus evadant. Eateriores valvæ, aliaqoe ornamenta ea optima noce, atque omne opus Ordinis compoſiti. Tertiæ aolæ adjacet cubiculum iiſdem ornamentis elegans. In hoc archivo ſervantur vetuſtiſſima, recentiaque diplomata pontificum, imperatorum, regum, principumſ, regeſta membrauacea, variis de rebus inſtrumenta, protocolla Notariorum, Chronici Caſſinenſes Leonis, & Petri, aliiqoe codices, & innomeræ propemodum ſcripturæ autographæ. De archivi noſtri, ejuſque cuſtodis antiquitate, dignitate, aothoritateque ſingulari diſſertatione agemus. Plures quoque ibidem inſcriptiones, quas cum de Caſſini urbe dabimus, atque duæ in tabula pictæ imagines apoſtolorum Pet.i, & Paoli vetuſtiſſimæ noſtro judicio a ſeptingentis annis. In alia tabula ab A. 14t3. imagines Deiparæ, & S. Annæ. Eatat quoque ex integro rubro veteri orientali marmore egregie ſculpta balnearia ſella alta palmos tres, & uncias octo, lata duos cum dimidio, in medio pertuſa, ut videre eſt in ſchemate nu. 3. De hac, quam veteres ſolium, aut ſellam dixere, fuſe agit Angelus Nuceus in *Not. ad cap. 64. Lib.* IV. Chron. Caſſ. nu. 1815., & ſeqq., & Mabillon. in Itin. Ital. p. 121., & To. 2. Annal. p. 57., qui tamen fallitur, cum ea porphyretico marmore factam ſcribit. Hanc ex Caſſini balneis ad noſtrorum uſum aſportatam credimus, nam qoædam etiam in cœnobio noſtro, aliiſque fuiſſe balnea, aptius alibi dicendum. Contigua archivo ſunt carthopyhlacis cubicula, parvumque cavædium, ad cujus lævam piſtorum officina conclavibus quibuſdam conſtat, pone cujus portam ſcala, qua ad ſuperiores cœnobii partes iter eſt. Adjaceot cubiculis Carthophylacis aliæ quædam amplæ aulæ, quas inter lavacrum cum ciſterna, ac triginta duabus lapideis pilis, in quibus Mooachi, Commiſſique laneas ſubuculas ſuas lavant, deinde Tonſtrina, & Sarcinatorum, & Aromataria officina ſatis

Pharmacopoliſ.

apta, ac percommoda, locis quibuſdam additis ad manu conficienda, diſtillandaque medicamina, quapropter & ciſterna ibidem opportune excavata. Quæ alicujus ibi pretii videntur ſunt vas integrum ea marmore dicto *Porta ſancta* palmos quatuor altum, cujus circumferentia palmis ondecim conſtat, menſa, ejuſque pes, & baſis ex porphyretico marmore, ejuſdemque generis mortariom, variaque columnarum ex Thebaico marmore fragmenta. In latere unius feneſtræ hæc maculoſo marmori ſculpta.

Dionyſio Lombardello Senen.
Religione in deum,
In ſacrum cœnobium Fide,
Chymica, & Pharmacopeæ artis peritia
Inſigni
Caſinates ex teſtamento hæredes
Poſt tumuli conſortium
P P.
Vixit annos L X X X I I. Caſini L.
Obiit V I. Decembris.
M D C L X V.

Alteri pharmacopolii eateriori portæ objicitue ampliſſima cella vinaria, cum aliis quibuſdam conclavibus. Prope hujus cellæ portam ſcala, qua ad ſuperiores cœnobii partes pergitor.

Initio ſecundi monaſterii noſtri ordinis valetudinarium Monachorum, Commiſſorumque ſeſe offert undeviginti concameratis cubiculis conſtans; præter alia qoædam variis uſibus deſtinata, in quorum pluribus camini ad frigus hyeme arcendum conſtituti, ac qoatuor podiis, quibus lumen meſaulis concameratis, ut videre eſt oum. 2. patet. Aſſidue ibi medicus habitat, ac aromatarius, chirurgus, aliique, opem infirmis pro neceſſitate laturi. Sacellom ibi extructum Deiparæ, ac S. Joſeph, ea variis interraſiſque marmoribus, ac triclinium, & culina concamerato opere, in qua ciſterna quoque eatat. Poſt valetudinarium aliquot gradibus ad concameratam pergulam

In ſecundo cœnobii ordine valetudinarium.

aſcenditur, cujus ad lævam, Abbatis Caſſinenſis cubicula quinque poſita ad meridiem concamerata omnia præter majorem aulam, cum aliquot inferioribus, atque ſacello pretioſis ſatis marmoribus decoro ad miſſam privatim celebrandam. Ad pergulæ lævam cellæ plures ad ſeptentrionem, & Occidentem viſuntur, eaque finita quibuſdam gradibus ad Monachorum dormitorium deſcenditur, magnifice extructum cœmentitio fornice, cujus ad dexteram vigintiqoatuor ad meridiem concamerata cubicula eatant cum duobus podiis ad meridiem uno, altero ad Orientem; & ad lævam tres portæ, per quas ad periſtylium itur, cujus quattuor porticus viginti octo ea vivo lapide paraſtaricis cum Stylobatis, hypotrachelio, aſtragalis, ſcapo, epiſtylio, Zophoro, coronide, & cimapho ordinis Dorici, arcuboſque ejuſdem generis continentur. Magna in ejus medio ciſterna effoſſa longa palmos nonaginta ſeptem, lata quadraginta duos, profunda viginti octo, ſcalpro, igneque in ipſo montis meditullio. Ejus orificium, & ad latera ſtylobatæ, paraſtaticæ, capitellum, Zophorus, & coronis, omnia lapidea ordinis Dorici. In porticu ad Orientem cellæ magnæ duæ una ſervandis lignis, quorum hiemis tempore uſus eſt, alia fructibus deſtinata, cujus ad latus eatat odæum, in quo nocturnæ vigiliæ decantantur com altari, organo, libriſque. In porticu ad meridiem ſex concamerata conclavia; ad orientem grandis cella vinaria, in qua ciſterna eſt, in ejuſque initio occulta ſcala ad cœnaculum pergens. Initio ac fine quartæ porticus ſcalæ, quibus ad ſuperiores monaſterii partes eſt aditus. Huic dormitorio adjacet illud Commiſſorum perſimile quatuordecim ad Orientem æſtivum concameratis cubiculis conſtans præter illas ad Occidentem, in cujus fine ampla feneſtra paulloque ante oſtium viſitur, a quo ſcala incipit, qua ad odæum, & baſilicam noſtram iter eſt. Paucis conſcenſis gradibus ad dexteram alia ſeſe offert porta maculoſo marmore coronis ſtructa, ſupra quam hæc albo marmori impreſſa.

Abbatis cubicula.

Dormitorium.

Conditorium.

Beati mortui qui in domino moriuntur.
Apocalyp. X I V.

Hinc ad eccleſiam S. Annæ ingreſſus cœmentitio fornice conſtructam, cujus ara ſacellique latera vario marmore obſcuroque alabaſtrite ornata, quemadmodum, & ſtyli cancellatim compacti, ad quorum latera duæ extant columnæ Thebaico marmore. Totius eccleſiæ pavimentum teſſellato opere recentiori more ſtratum. In cornu epiſtolæ hæc de D. Zacharia Petronio inſculpta marmori inſcriptio legitur.

D. O. M.

Digitized by Google

D. O. M.

Patris Zaccariæ fuerat cui Patria Fracta
Cui crux divitiæ, ſpes, amor, alma fides.
Quem cernis muro connexum pone columnam
Sub lapide oſſa jacent, ſpiritus aſtra tenet.

P. C.

Compatri ſuo Cariſſimo
Severinus Abbas
Anno MDCLXXVII.

Eccleſia hæc conditorium eſt Abbatum, Monachorum, fratrumque, quos Commiſſos appellamus, ejuſque circumferentiam ambiunt ſcamna ex nuce.

Hoſpitiū pauperū. Ex ſcala in porticu, quam ad lævam primi periſtylii conſtitutam diximus, ad meſaulas concameratas, illuminataſque a duobus podiis hoſpitii pauperum iter eſt, quod decem, & octo amplis concameratis cubiculis definitur, ut videre eſt num. 2. In eo peregrini omnes ſacroſancta Patris noſtri limina viſitantes excipiuntur, foventurque omni ope, quod ad res ſpirituales, corporeaſque, Monachi potiſſimum ad id cum Commiſſo deputati induſtria, cujus oneris eſt, ut pervenerint, eorum pedes humiliter lavare, illiſque præparare obſonia, & cum apud nos permanent, & ad iter etiam, illoſque diſponere ad recipienda ſancta pœnitentiæ, & euchariſtiæ ſacramenta. Paulo inde diſtat officina ferraria, pone quam eſt tyronum viridarium cum duobus conclavibus, & ciſterna: deinde ſacellum concameratum S. Martini Turonenſis, cujus ara maculoſo marmore, coronis ſtructa circumdatur, eſtque laicorum omnium qui apud nos deceſſerint conditorium. Ad lævam hæc inſcriptio legitur.

D. O. M.

Hippolyto Petronio Fractenſi muſarum alumno medicorum præſtantiſſ. poſt peractum vitæ curſum ſervandæ Monachor: incolumitati feliciter impenſum defuncto Seni benemerito Caſinens: Conventus moerore pariter, ac lacrymis perpetuum gratitudinis pignus P. obiit IX. *Kal. Jan. Ann. ſalut.* MDCXXIV. *ætat. ſuæ* LXVIII.

Longe tamen poſterior hæc eſt illa eccleſia, quam S. Pater deo in honorem S. Martini dicavit, cujuſque meminit S. Gregorius M. lib. 2. Dialog. c. 8., & Leo Oſtien. lib. 1. cap. 4. lib. 3. cap. 34., aliiſque in locis. Haud multum hinc diſtat turris campanaria quadrato lapide ſatis magnifice conſtructa, cui ampliſſimæ, ſonoræque æneæ campanæ incumbunt.

Hoſpitiū nobilium. Eadem ſcala, qua ad valetudinarium pergitur, pandit iter ad ſupremam cœnobii noſtri partem. Ac primum quidem nobilium hoſpitium ſeſe conſpiciendum offert, quod meſaulis quibuſdam amplis quinque feneſtris illuminatis, trigintaque ſex cubiculis deffinitur. Hinc paucis gradibus ad ſtrictiorem pergulam aſcenditur, quæ ad dexteram quatuor habet cubicula, magnamque aulam, in qua exercitationes Theologicæ, Philoſophicæ, aliarumque ſcientiarum habentur. Inde quibuſdam gradibus ad aliud Monachorum dormitorium contignatum deſcenditur, amplum, latumque vigintiquatuor ad meridiem cubiculis conſtans, quod duæ magnæ ad meridiem, & Orientem æſtivum feneſtris illuminant. Ad lęvam duabus januis ad Xiſtum iter eſt ex quatuor concameratis porticibus conſtantem, in quarum una ad Orientem aula concamerata, aula ad quam hyeme frigoris depellendi cauſa conveniunt monachi. Illique adjacens ejuſdem operis bibliotheca, cujus plutei & ſtylobatæ anaglyphis ornatæ, ſtriatæque columnæ. Pluteorum ſcapi ordinis compoſiti, quibus incumbunt dimidiatæ ſtatuæ quoſdam ex Ordinis noſtri doctoribus exhibentes, ex nuce ſunt. Plures hic aſſervantur vetuſti Mſſ. Codices membranacei majorem partem Langobardicis characteribus, uti vocant, quibus magno emolumento uſi ſunt viri eruditiſſimi Cæſar Baronius, Carolus Sigonius, Villaprandus, Felix Contilorus, Lucas Holſtenius, Camillus Peregrinius, Ludovicus Ferrarius, Antonius Caracciolus, & Pogius, Iſidorus Clarius, Abrahamus Bzovius, Chriſtianus Lupus, Michael cognomento Monachus, Jo: Mabillonius, Jo: Bollandus, ejuſque continuatores, Ferdinandus Ughellius, Leo Allarius, Bartholomæus Chioccarellus, Philippus Ferrarius, Dominicus, & Carolus Macrii Fratres, Laurentius Zaccagna, Jo: Ciampinus, Julius Bartholocius, Bernardus Monfoconius, Jo: Polenus, Theodoricus Ruinartius, Edmundus Martene, aliique, ut domeſticos omittamus. Bibliothecæ adjacet aula cum camerata, quam Capitulum vocamus, ſubſellia nobili artificio elaborata continens. In cujus fronte magna ac egregia viſitur pictura quatuor Latinæ eccleſiæ Doctores, & S. Benedictum, ejuſque diſcipulos Maurum, & Placidum in tabula exhibens, opus celebris Andreæ Sabatini a Salerno, cui quingenta ob hoc ducata, haud exiguum per id temporis pretium, ſoluta ſunt, ut ejus Teſtamento conſtat ſtipulato a notario Hieronymo Coci a Cajeta, qua in urbe obiiſſe credimus, ubi certe, ut juſſerat, in eccleſia Ordinis noſtri S. Angeli humatus eſt. Parietes ornant quinque aliæ magnæ tabulæ celebris Pauli de Matthæis Neapolitani adhuc ſuperſtitis. E diametro capituli ara eſt variis marmoribus ornata, in qua vetus lignea, ac devota Crucifixi imago colitur, ante quam perpetuo lychnus ardet. In porticu ad Occidentem nobili, affabreque elaborata lapidea porta ingreſſus ad magni triclinii veſtibulum patet, cujus ad latera ex ſolido lapide maximi labri lyroglyphi ferramento polite excavati extant aquam ex leonis faucibus protentis æneis ſiphunculis prolabentem ad lavandas manus excipientes. In eorum dextero hæc leguntur

Margin notes: Bibliotheca. — Capitulū.

Munditiæs animæ corpus ſuper aſtra decorat.
Ablue cor lacrimis, ut aqua tibi proluo palmas.
Utraque membra liquor mundat uterque recens.

In altero hæc.

Ut foris oblectet nitor, hunc Decet intus haberi.
Si tua mens ſordet, quid erit ſi laveris ora.
Aut oculos puro corde lavato manus.

Sta-

Statim triclinium magno fornice concameratum aditur, in cujus fronte nobiliſſima, ampliſſimaque tabula ſeſe intuendam exhibet. Opus eſt celebre Franciſci, & Leandri a Ponte Baſſanenſium, quod oculos omnino rapit, perſonarum numero, pulchritudine, diſpoſitione, Hiſtoriarumque diverſitate. Plures aliæ circum circa pendent tabulæ, & in medio ad dexteram ſuggeſtus eminet, unde ſacræ lectiones ad comedentes monachos habentur, cujuſque fronti hæc marmori inſcripta.

Non in ſolo pane vivit homo,
Sed in omni Verbo quod procedit de ore Dei.
Anno domini MCCCCLXII. Pũo. menſis Martii nonæ indictionis.

E regione porta eſt, qua cibi feruntur: duæ triclinio cellæ adjacent, in quarum una ciſterna eſt, atque culina ſatis ampla, in qua etiam ciſterna effoſſa. Eadem in porticu aliud cœnaculum conſtitutum, ad quod etiam ſtatis diebus monachi conveniunt. Huic quædam conclavia ſubſtant, in quibus lintei ad omnium uſum aſſervantur, aliudque adnexum illi eſt, in quo horologium.

Tyronum conclave. In fine dormitorii porta maculoſo marmore conſpicitur, quæ ad Novitiorum conclave aditum præbet. Ibi dormitorium pariter, in cujus extremo ſeptentrioni obverſo magnum Podium, & tredecim ad dexteram concamerata cubicula præter ſacellum in honorem Deiparæ, & SS. Benedicti, & Scholaſticæ, cujus ara variis marmoribus interraſtis flores exhibentibus ornatur, & pavimentum ex teſſelato recentiori opere nitet. Ad lævam, ſeu occidentalem plagam Bibliotheca, amplum cubiculum cum camino, quo hyemis tempore utuntur Novitii, aliæque officinæ variis uſibus deſtinatæ, quas inter una eſt cum ciſterna, ac pila lapidea in qua a Novitiis laneæ ſubuculæ abluuntur. Ad hæc oſtium, ex quo ad Baſilicæ Chorum iter eſt.

Noſocomium. Ex ſcala illa in fine porticus primi periſtylii, qua ad peregrinorum hoſpitium pergitur, iter etiam eſt ad alias concameratas meſaulas, in quibus ampliſſimæ duæ feneſtræ ad ſeptentrionem, & ad dexteram ſe ſe offert ſatis amplum Noſocomium, cujus fornix depictus eſt, ibique in honorem Deiparæ ara erecta variis marmoribus flores exhibentibus ornata: ad lævam tredecim etiam cubicula concamerata cum ſocis pro pauperibus quidem, ſed non infimæ conditionis, culina quoque, aliaque pro infirmorum neceſſitate. Magna hic charitate excipiuntur peregrini omnes, aliique, quibus ad obſequia, infimæque ſervitia quod ad res ſpirituales, temporaleſque præſto ſemper eſt ad id deputatus monachus, & Commiſſus, omneſque certatim diu, noctuque cum opus fuerit illos inviſunt.

Exterior Cœnobii ſtructura. Omnis cœnobii noſtri ſtructura a pyramide incipit, qua finita coronis lapidea viſitur cuilibet cubiculorum ad Orientem, & ſeptentrionem ordini ſuppoſita. Feneſtræ omnes quotquot ſunt lapideæ, magnamque partem coronis ſtructæ, quo certe genere ſeſe ſpectabiles exhibent omnes portæ cujuslibet cubiculi, nempe antepoſtes, ac ſupercilia. Totius cœnobii tectum ſuſtinent lapidei mutuli, projectumque lapideis etiam laminis conſtat, præter novum Xenodochium, Noſocomiumque, quæ undique coronis magna ex ſolido lapide affabre elaborata ambit, quemadmodum & triclinii tectum, & periſtylii, quod in ſecundo cœnobii ordine memoravimus. Ædium facies ad orientem longa eſt palmos ducentum quinquagintaquinque, alta ſexaginta octo, ad meridiem longa ſexcentum quinquaginta, alta quantum monachorum cubicula excurrunt ſeptuaginta quatuor, nam ubi nobilium hoſpitium eſt, ad nonaginta & unum elevatur. Ad occidentem longa palmos quatuor centum quinquaginta tres, alta nonaginta, ad ſeptentrionem ſeptingentum viginti novem, ejuſque major altitudo palmis centum ſexaginta conſtat. Baſis, cui murus pyramidis forma conſtructus inhæret, lata eſt palmos viginti quatuor ex quadrato lapide, quod ſtructuræ genus in angulis etiam totius cœnobii videre eſt.

Propilæa. Ex ampla illa primi periſtylii latitudine, quam definit ſcala triginta novem lapideis gradibus ad porticum aſcenditur quatuor Thebaici marmoris columnis ſubſtentatam, præter duas ad angulos lapideas ſemicolumnas, ejuſdemque generis ornamenta, eminenteſque clathros ordinis Dorici. Quinque ibi e maculoſo marmore coronis ſtructo portæ, quarum duæ ad latera per duo qualibet ex parte conclavia ad inſtar turris facta ad ſubdixle ambulacrum primo periſtylio inhærens, quod vulgus *Paradiſum* ob oppoſitarum viſui planitierum, montium, fluminum amœnitatem appellat, aditum aperiunt. In eadem porticu duæ ex albo marmore affabre elaboratæ ſtatuæ, quarum cubile maculoſo marmore coronis, aliiſque ornamentis decorum eſt, una nomini Urbani V. excitata arte celebris Pauli Campi ex Maſſa Carrariæ, altera Clementis XI. ſcalptore celebri Franciſco Motatta Patavino. Tribus reliquis portis ad propylæum ante Eccleſiam aditus eſt, quod porticus quatuor ambiunt concameratæ ſubſtentatæque viginti Thebaici marmoris columnis, quatuorque lapideis paraſtatis ad angulos, quibus impoſiti lapidei cancellatim compacti ſtyli. In propilæi fronte tribus januis baſilica Caſſinenſis videnda ſeſe objicit, quarum duæ ad latera maculoſo coronis ſtructo marmore conſtant, media nobili lapide e fodina in cœnobio noſtro inventa ornatior eſt Jonici Ordinis. Duæ hujuſce oſtii ligneæ valvæ triginta octo laminis obducuntur, e quibus viginti duæ opera Deſiderii Abbatis anno 1066. factæ argenteis literis oppida, caſtella, latifundiaque noſtra deſcripta exhibent; earumque meminit Leo Oſtien. lib. 3. Chron. Caſſinen. cap. 20. Sexdecim reliquæ juſſu Oderiſii II. Abbatis anno circiter 1124. factæ, de quibus agit Petrus Diaconus lib. 4. cap. 80. bona alia noſtra referunt ſimplicibus literis. Laminas integras dabimus Diſſ. I. Sec. XI. Fronti quoque adhærent in cubilibus maculoſi marmoris, quod de reliquis etiam hiſce porticibus circumpoſitis ſtatuis intelligendum eſt, quatuor ex albo marmore ſtatuæ, quarum prima S. Benedicti parentem exhibet, cum hac epigraphe.

Benedictus filius meus.
Judic. XVII.

altera Matrem, cum epigraphe:

Benedictus fructus ventris mei.
Deuteronom. XXVIII.

Ter-

Digitized by Google

Tertia Tertullum patricium, omnes ſcalptore Franciſco Moratto; quarta Giſulphum II. Ducem Beneventanum opera Pauli Campi. Ad dexteram primæ ſtatuæ quatuor ſimilia ſtatuarum cubilia viſuntur, quibus intermedia ſunt alia, in quibus dimidiatæ eminentiæ truncus alicui benefactorum nomini excitandus. Quod in oppoſita etiam parallele porticu factum. In primo itaque majori cubili ſtatua ex albo marmore S. Gregorium M. exhibet opera celeberrimi ſcalptoris Petri le Groſſ Pariſini, altera S. Gregorium II. tertia S. Zachariam, quarta S. Stephanum IX. ad lævam prima Carolum M. Imperatorem omnes Pauli Campi, altera S. Henricum Imperatorem pulcherrima Petri le Groſſ, 3. Lotharium III. Imperatorem Pauli Campi, 4. Ducem Robertum Guiſcardum Laurentii Otthonis. Fronti eccleſiæ oppoſitæ porticui cubilia quidem excitata, ſed haud hactenus ſtatuæ, e quibus omnes a nobis memoratæ naturali magnitudine ſunt ex albo marmore. Tres ibidem maculoſo marmore portæ tribus memoratis e diametro ornamentis pluribus decoræ: primæ quarum impoſita hæc inſcriptio Angeli Nucei, qui marmorato opere conſimiles excitaverat ſtatuas.

Heroibus benemerentibus
Caſinates
Propria pietatis argumentum
Monimentum aliena
MDCLXVI.

Singulis porticuum angulis ſimiles portæ adnexæ, atque ultimæ prope eccleſiam noſtram exeuntibus ad lævam columna ex albo marmore adhæret, cui impoſita baſis ex ſerpentario marmore, huicque crux ærea. Baſim eſſe ferunt ſtatuæ Apollinis, quam S. Benedictus huc accedens deſtruxerat. Hujuſce columnæ baſis, & crucis meminit Nuceus in not. ad cap. VIII. Vitæ S. Benedicti nu. 119. in propilæi medio Ciſterna ſcalpro, igneque excavata intra montis viſcera longa palmos ſeptuaginta ſex, lata quadraginta tres, profunda viginti duo, aliaque ſub porticu ad lævam exeuntium ab eccleſia. Pavimentum ex lapide porticuum, totiuſque propilæi, quod veteri Romanorum more Paradiſum dixere Leo Oſtien. Lib. 3. Chron. Caſſ. cap. 28., & Petrus Diaconus lib. 4. cap. 8. Vid. Ducangius in verbo Paradiſus, Petrus Mallius Canonicus Baſilicæ S. Petri de Urbe ſcriptor Alexandro III. coævus apud Mabillonium p. 162. Tn. 2. Muſæi Italici, qui hoc nomine atrium S. Petri nuncupat, idemque Mabillonius ibidem p. 547., & Monfoconius in Diar. Ital. p. 291. Præfata omnia expreſſa ſunt in ichnographia n. 3.

Baſilica Caſſinenſis.

Tribus itaque januis aditus eſt ad inſignem baſilicam pronao, duabuſque alis conſtructam, quarum Teſtudines magnæ octo columnæ paraſtaticæ ſuſtulciunt, quarum ſingulis binæ teretes Thebaici marmoris columnæ appoſitæ, præter quatuor ſemiparaſtatas, octoque contraparaſtatas, ac quatuor ſemicontraparaſtatas cum arcubus, ac marmorato in flores, arabicumque opus, & anaglipha diviſo, inauratoque. In Pronai fornice magnæ quinque tabulæ viſuntur, quarum prima vix ingredientibus eccleſiam miraculum S. Benedicti exhibet, quod refert S. Gregorius M. lib. II. dialogorum cap. XXXI. alterum quod habetur cap. XIV. Tertium cap. XXI. quartum cap. XV., quintum e ap. XI. Teſtudinis flexibus ſupra feneſtras hinc inde alia S. Benedicti miracula videre eſt a S. Gregorio enarrata; & primum quidem ingredientibus eccleſiam in cornu evangelii, quod habetur cap. XXVII. ſecundum cap. XV. tertium cap. XXIX. quartum cap. XXXII. quintum cap. XXVII. In cornu epiſtolæ ingredientibus eccleſiam primum cap. XVI. ſecundum cap. XVIII. tertium cap. XXVI., quartum cap. XV. quintum cap. XXX. Harum tabularum ad latera virtutes duæ cum emblematibus ſuis depictæ. Ad latera feneſtræ ampliſſimæ, quæ in fronte eccleſiæ eſt, duæ ſunt tabulæ, quarum una in cornu Evangelii miraculum S. Benedicti cap. IX. a S. Gregorio narratum, alterum in cornu epiſtolæ cap. X. exhibet. Sub feneſtra ad uſque portæ coronidem quantum latus eſt pronaus, conſecratio eccleſiæ noſtræ repræſentatur an. 1071. facta ab Alexandro II. Romano pontifice, præſentibus decem Archiepiſcopis, Epiſcopis quadraginta tribus, pluribuſque Cardinalibus, ac Principibus, teſte Leone Oſtienſi oculato lib. 3. cap. 30. Ad decem feneſtrarum latera viginti Pontifices ex Ordine noſtro expreſſi. Tantum opus deſcriptum hactenus recentis albarii pictura molitus eſt an. 1677. nunquam ſatis laudandus Lucas Jordanus Neapolitanus pictorum ſui temporis facile princeps. Fornix hic, quemadmodum & illi alarum marmorato, flores, figuraſque Arabico opere auro illitas exhibente renidet. In ala ad cornu Evangelii quinque in fornice magnæ tabulæ, in quarum angulis Angeli cum emblematibus exhibentur. Earum prima prope portam Humanitatem Chriſti repræſentat ab Angelis adoratam, altera S. Jo. Baptiſtam diſcipulis ſuis Chriſtum oſtendentem, reliquæ miracula S. Benedicti, quorum primum deſcribit Pet. Diac. lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 44. alterum Victor III. lib. II. Dialog. p. 105. editionis Romanæ an. 1651. Tertium cap. 69. In ala ad cornu epiſtolæ quinque etiam conſpiciuntur tabulæ, in quarum angulis Angeli cum emblematibus aliquot S. Benedicti miracula repræſentant, quorum primum deſcribit Petrus Diaconus lib. IV. cap. 119. alterum Victor III. lib. II. p. 106. & Leo Oſtien. lib. 2. cap. 71. tertium epiſtola Roffridi Abbatis ad Cardinalem Johannem Salernitanum, quartum Leo Oſtien. lib. II. c. 61. Quintum idem Leo lib. II. c. 48. & Victor III. lib. II. p. 111. Pinxit hæc omnia celebris Paulus de Matthæis. Omnes eccleſiæ noſtræ parietes, ipſæque columnæ paraſtaticæ pulcherrimis interraſis marmoribus flores opere Arabico exhibentibus, vermiculatiſque lapidibus decori ita ſunt, ut dubium videatur, an materia formoſior baſilica noſtra ſit, vel arte. In medio quarumlibet paraſtatarum ſemiqueparaſtatarum, quæ cum ſtylobatis ſuis ſtriatæ ſunt, crux viſitur radiis ex aurato ære, aliiſque ornamentis decora, quæ conſecrationis eccleſiæ ſignum eſt, in eorumque ſtylobatarum latere, quod adeuntibus eccleſiam conſpicuum eſt, Cruces equeſtrium Ordinum ſub regula S. Benedicti ex marmore interraſo conſtitutæ, atque ad utrumque paraſtatarum latus duæ Thebaici marmoris columnæ arcus ſuſtulciunt, unaque in quatuor ſemiparaſtatis eccleſiæ pavimentum teſſellato inſigni veteri opere conſtratum eſt

pre-

Digitized by Google

pretioſis marmoribus porphyretide, ſerpentario, Thebaico, viridi, & flavo antiquo, quæ, illoſque vocant *porta Santa*, & *broccatello*, *cineracio*, *columbino*, aliiſque, idemque illud eſt, quod juſſu Deſiderii Abbatis factum narrat Leo Oſtien. lib. III. cap. 29. hiſce verbis. *Legatos interea Conſtantinopolim ad locandos artifices deſtinat, peritos utique in arte muſearia, & quadrataria, ex quibus videlicet alii abſidam, & arcum atque veſtibulum majoris baſilicæ muſivo comerent, alii vero totius eccleſiæ pavimentum diverſorum lapidum varietate conſternerent &c.* Informe admodum temporum viciſſitudine & iniuria modo eſt, ac deturpatum, unaque forte vetuſtate venerabile, ut videre eſt num. 6. Qua de cauſa ex variegato marmore rurſus confectum atque hoc demum anno 1728. quam maximo ſumptu pœnitus abſolutum.

Sacella S. Michaelis.

Singulæ Baſilicæ alæ quatuor habent ſacella egregiis, pretioſiſque invicem incruſtatis marmoribus in frontali, Ara, lateribus, coronide, & pavimento, plurimis floribus Arabici operis, & anaglyphis ſatis decora, in eorumque ara duæ ex obſcuro alabaſtrite columnæ, præter illas ſanctorum Januarii, & Guinizonis, quæ ſunt ex marmore viridi Ponzeveræ, & S. Gregorii M., atque S. Bertharii, quæ albo marmore pluribus aliis marmoribus ſtriatæ ſunt. Cancelli etiam marmorei cum baſi, ac cimapho ex vario marmore Arabici operis. Primum in cornu Evangelii ingredientibus eccleſiam ſeſe offert ſacellum S. Michaelis Archangeli, quem tabula Lucæ Jordani exhibet, quemadmodum illa Orontii Malencolici in cornu Evangelii Gabrielem Archangelum Danielem alloquentem, & illa in cornu Epiſtolæ Pauli de Matthæis Tobiam parentis oculos linientem.

S. Johannis Baptiſtæ,

Sacellum alterum S. Johannis Baptiſtæ, cujus tabula olearia pictura exhibet baptiſmum Chriſti Domini noſtri, opera celebris Franciſci Solimeni Neapolitani, cujus etiam ſunt recentis albarii picturæ in fornice, ejuſque angulis quædam S. Jo. Baptiſtæ geſta exhibentes.

S. Apollinaris,

In tertio ſacello S. Apollinaris Abbatis Caſſinenſis, ſub cujus ara ejus corpus urna marmorea conditur perpetuo lychno veneratum. Altaris tabula, duæque laterales, omneſque fornicis plura ſancti miracula geſtaque exhibentes pinxit Lucas Jordanus.

S. Victoris,

In quarto S. Victoris III. Papæ, cujus etiam corpus ſub ara conditum, veneratumque perpetuo lychno eſt, marmorea urna incluſum, tabulæ omnes etiam in fornice S. Viri geſta exhibentes, ejuſdem Lucæ Jordani ſunt.

S. Gregorii M.

In primo ingreſſuris eccleſiam in cornu epiſtolæ ſacello S. Gregorii M. ſub cujus ara in capſa ex auricalco urnæ marmoreæ incluſa clauſa ſunt corpora Sanctorum Conſtantini, & Simplicii, qui diſcipuli S. Benedicti, ejuſque ſucceſſores fuere perpetuo lychno venerati; tabula S. Gregorium exhibens eſt Marci Mazzaroppi, nam reliquæ nondum pictæ.

S. Carolomanni.

In ſecundo S. Carolomanni regis, & Monachi Caſſinenſis aræ laterumque tabulæ deſunt, quamquam fornix univerſus a Solimenio depictus eſt, exhibetque S. Carolomannum regnum Pipino Fratri dantem, commendantemque illi Filium, & S. Gregorium II. Romanum pontificem benedicentem S. Villebaldum Monachum Caſſinenſem jamjam in Germaniam iturum ad prædicandum Jeſu Chriſti Evangelium, atque S. Rachiſium regem ab obſidione Peruſina ſuaſu Zachariæ Pontificis diſcedentem. Sub hujus ſacelli ara Corpus S. Carolomanni reponendum, quod hactenus ſub ara maxima eſt.

SS. Guinizonis, & Januarii,

In tertio ſacello SS. Guinizonis, & Januarii Monachorum Caſſinenſium, ſub cujus ara eorum corpora humata urna marmorea, Altaris, laterumque tabulæ a Luca Jordano pictæ, aliæque duæ in fornice quædam SS. geſta exhibent. Ibi SS. Sacramenti tabernaculum, ſexque perpetui lychni poſiti, qua de cauſa quædam hujus ſacelli tabulæ ad myſterium illud pertinent.

& S. Bertharii,

In quarto S. Bertharii Abbatis Caſſinenſis, & Martyris ſub cujus ara corpus humatum eſt, perpetuoque ibi accenſo lychno veneratur, tabula S. Viri martyrium exhibet opera Raphaelis Vanni.

Sanctuarium,

Poſt Sacella in cornu evangelii Sacrarii porta viſitur ſtylobatis, columnis, & capitellis ex obſcuro alabaſtrite, cujus latera variis interraſis marmoribus Arabico opere, anaglyphiſque ornata, illique ex diametro longe ornatior porta haud diſſimilis ingreſſum ad Xiſtum præbet. In Sanctuarium inde variis gradibus aſcenditur, cujus baſes vario marmore ornatæ plures cancellatim compactos ſtylos ſuſtinent. Vaſtus deinde, elegansſque tholus exurgit magnis quatuor paraſtaticis columnis ſuffulta, in cujus fornice magnis quatuor tabulis exhibuit Beliſarius Corentius quædam S. Benedicti geſta a S. Gregorio M. enarrata, & quoſdam Congregationum fundatores ſub ejus regula, infraque virtutes Paupertatis, Caſtitatis, Contemplationis, & Obedientiæ cum emblematibus. In fornice ad tholi latera tres utrinque poſitæ tabulæ, quarum priores in cornu Evangelii quædam S. Scholaſticæ, reliquæ in cornu epiſtolæ alia S. Benedicti geſta repræſentant. Ad harum latera SS. Carolomannus & Ratchiſus reges, atque S. Stephanus nonus, & S. Victor III. Pontifices. Quæ omnia memoratus Corentius pinxit, atque marmorato coronis ſtructo, anaglyphiſque ornantur. Sub tholi medio Ara maxima pretioſiſſimis marmoribus, anaglyphiſque celebris a Benedicto XIII. conſecrata, ſed longe ob ſanctorum, quæ continet Benedicti, & Scholaſticæ, ac Carolomanni corpora celebrior. In ejus parte poſtica hæc lapidi lydio literis aureis ſculpta inſcriptio.

Benedictum & Scholaſticam
Uno in terris partu editos
Una in Deum pietate cœlo redditos
Unus hic excipit tumulus
Mortalis depoſiti pro æternitate
Cuſtos.

Ibidem treſdecim perpetuo lychni ardent cancellis ex auricalco ſuffulti.

Mauſoleum

In cornu Evangelii nobile Petri Medicæi Sepulchrum viſitur affabre adeo elaboratum in ſolido lapide, ut nil amplius deſiderari poſſe videatur, potiſſimum quod ad gentilitium ſtemma ſtylobatiſque quatuor columnarum attinet, architecto Antonio de Sancto Gallo Florentino, atque artifice Antonio Soloſmeo ejus populari. Duo Scutatorum

mil-

Digitized by Google

millia a cœnobio noſtro ob id perſoluta, ut ex confeſſione conſtat memorati Antonii penes acta notarii Joannis ſenioris Atticaui Sangermanenſis die 18. Aprilis 1534. Duæ ad latera ſtatuæ SS. Petri, & Pauli, illaque Petri Medicei mortui majorem partem nuda, capſulæ ex lydio lapide inſidens, Reſurrectio Christi Domini, duoque Conopæi velamenta ſculpta a Franciſco de Juliano a S. Gallo Florentino, cui cœnobium noſtrum mille aurea ſcuta ſolvit, ut ex conventione conſtat die 13. Julii facta an. 1532., & 11. Martii 1546. Tres anaglyptico marmoreo tabulæ inter columnarum ſtylobatas Matthæus de Quaranta Neapolitanus ſculpſit; Capſæ hæc inſcriptio impreſſa.

Petro Medici Magni Laurentii F. Leonis X. Pont. Max. fratri Clementis VII. Patrueli, qui quum Gallorum Caſtra ſequeretur ex adverſo prælio ad Lyris oſtium naufragio periit anno æt. XXXIII. Coſmus Medices Florentiæ Dux poni curavit MDLII.

Pene ſimile ex dimetro in cornu Epiſtolæ ſepulchrum excitatum Wido Ferramoſcæ, & Iſabellæ Caſtriotæ conjugibus. Capſæ huic inhæret Widi ſtatua militari amictu, aliaque Angeli, eidemque hi verſus inſculpti.

Dum facio infelix æterno funera fletu,
Creverunt lacrimis hæc monumenta meis,
Queis niſi molliſſem triſtiſſima corda, rigerem
Ipſa etiam heic toto corpore facta ſilex.

Duabus ad latera ſtatuis SS. Baſilii, & Hieronymi, ac quatuor lapideis ſtriatis columnis ornatur, in quarum ſtylubatis gentilitia viſuntur ſtemmata uxoris, aliorumque impreſſa affabre adeo, potiſſimum mortui caput, cum aliquot oſſibus, ut admirationem videndi augeant cum præſertim lapis chalchanteus ſatis ſit. Inter ſtemmata hæc inſcriptio legitur.

Vido Ferramoſca
Menn. Regulo Q. C. V. Fer. D. T. Sep.
Iſabella Caſtreota
Conjugi Cariſſ.
F.
V. A. LII. M. VII. D. VI. H. IX.
H. M. H. N. S.

Abbatis Sedes, In ſanctuario ad cornu evangelii Abbatis noſtri Sedes ſub umbella poſita, cujus pavimentum, graduſque vario marmore conſtant, quemadmodum & reliquum Sanctuarii, atque Odæi pavimentum teſſellatum recentiori more marmoreum eſt.

Sacella SS. Crucifixi, Ad duo Sanctuarii latera pulcherrima duo ſacella poſita cœlatis varii coluris marmoribus & ſculptis ad miraculum exornata, in quorum uno in cornu evangelii SS. Crucifixo dicato, tres in ara, ac latere tabulæ quædam Paſſionis Chriſti myſteria exhibentes olearia pictura finxit celebris Sebaſtianus de Conca Cajetanus. Aliud in cornu & Deiparæ, Epiſtolæ Deiparæ in Cœlum aſſumptæ, tres eodem loco poſitas habet tabulas oleo pictas a celebri Paulo de Matthæis, quæ Aſſumptionem, Conceptionem, Annunciationemque Deiparæ exhibent. Illud præ cæteris hoc ſacellum pulchrius habet, quod ſex ſtatuarum dimidiatas Imagines Doctorum ex Ordine noſtro, qui ſingulari devotione Beatiſſimam Virginem ſunt proſecuti, exhibentium marmoribus aliis inſertas habet.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Poſt Sanctuarium Odæum eſt, in cujus fornice novem tabulas, ac quatuor virtutes cum emblematibus ſuis pinxit celebris Carolus Mellin a Nancio, illumque ornat marmoratum reliquæ Eccleſiæ ſimile, cujus ſub coronide quatuor ad latera olearia pictura magnas tabulas finxit Franciſcus Solimenius, quæ martyrium S. Placidi exhibent, & S. Maurum dum infirmos ſanat, S. Ratchiſum cum uxore, & filia habitu monaſtico jam jam induendum, pluresque magnates, qui ad limina S. Benedicti veneranda conceſſerunt. At Odæi ſellæ nuceæ dorſuariæ, & brachiatæ admirationem excitant variis, iiſque minutiſſimis Arabico opere anaglyphis elaboratæ locis omnibus, quadraginta octo ſuperiores ſunt, trigintaque octo inferiores, in earumque poſtergali parte ſtatuarum trunci poſiti, quorum unus ab alio differt, quemadmodum, & ad brachia ſtatuæ, & dorſi partes, ac Zophorus, mutulique Angelorum capita exhibentes, qui coronidem ſuſtinent. In prioribus duabus ſellis dorſum ſtatuis eminentibus conſtat a celebri Nicolao Fumo ſculptis cum pluribus aliis. Reliquæ ſunt Urſini de Mari Neapolitani, Honorati Rodulfi Theutonis, Marcelli . . . . . , Joſeph Gallutii Sangermanenſis, Tiberii Menuitto, & Johannis Antonii Colicii Neapolitani, cœlatores Anaglyphorum fuere Dominicus Colicius, Julius Gattus Neapolitani, Matthæus Palma Averſanus, & Melchior Sidoto, Andreas Viſciano. Supra Odæi corunidem in fronte pulcherrimum ob anaglypha auro illita, ſtatuaſque organum ſuaviſſimis vocibus, ac concentu celebre ab inſigni Cæſare Catherinorio ab Ephide factum. Hæc omnia habentur in aſpectu anteriori baſilicæ Caſinenſis n. 4. Odæum; Organum;

In cornu evangelii baſilicæ noſtræ ſacrarium extat, in cujus fornice Jeſu Chriſti imago, recentis albarii pictura extat, ac quindecim olearia pictura in tela pendentes ad latera tabulæ Chriſti domini, Deiparæ, S. Jo. Baptiſtæ, & SS. duodecim Apoſtolorum celebris Joſeph Cęſaris Arpinatis vulgo Equitis cognomine, præter duas naturales Sanctorum Dominici, & Franciſci Imagines. Armariorum valvæ, quæ Sacrarium ambiunt, muſivo opere ſunt, ac dorſualia celaturæ minores eminentiæ columnellis interceptæ. Pulcherrima etiam ibi poſita crucifixi eburnea imago chryſtallis ſepta. Pavimentum ex vario marmore quadratarii operis factum. Sacrarii frontem occupat ſacellum, cujus fornix recentis albarii pictura Lucæ Jordani decoratur. In eo SS. reliquiæ aſſervantur thecis argenteis incluſæ, quas inter primum locum occupat non mediocris ligni Crucis Domini noſtri pars, longa ampliori argenteæ Cruci incluſa, in cujus fronte eminens figura viſitur Sanctiſſimi Crucifixi; tres Chriſti Spinæ, & Semis pars coronæ domini Noſtri, & columnæ in qua vapulavit, & ſpongiæ; Maxilla treſque dentes S. Jo: Baptiſtæ, brachia SS. Matthæi Apoſtoli, Athanaſii doctoris Eccleſiæ, Sebaſtiani Martyris Mediolanenſis, Fauſtini martyris Brixiani, Scholaſticæ ſororis S. Benedicti, & Mau- Sacrarium.

ri Abbatis: digita SS. Bartholomæi, Jacobi majoris, Thomæ, & Jacobi minoris apoſtolorum, Stephani Prothomartyris, & Laurentii martyris, ex Reliquiis SS. Petri, Pauli, Thaddæi, Matthiæ, & Lucæ Apoſtolorum. Caput S. Mauritii martyris Thebæorum Ducis, aliæque plurimæ. Non mediocribus etiam argenteis ornamentis præditum eſt Sacrarium, ad quæ aſſervanda, ſacraque cimelia, & habitus, quædam circumpoſita conclavia.

Crypta. In alarum eccleſiæ noſtræ fine perfoſſis ad utrumque parietem, politiſque encauſto cuniculis, hinc inde viginti octo gradibus ad cryptam deſcenditur, tugurium, ſeu confeſſionem vocant, cujus fornix marmorato coronis ſtructo, anaglyphis, ac picturis Marci a Pinu Senenſis ornatur. Ibi ſacellum S. Benedicti, & S. Scholaſticæ poſitum, cujus tabulam Marcus Mazzaroppus Sangermanenſis pinxit, cujus ea præcipue fuit induſtria, ut pluribus licet diverſis temporibus faciem S. Benedicti pinxerit, eodem tamen ſemper modo exhibeat, nempe devotam, delicatamque, ut hinc jactatum vulgo fuerit, illi quondam S. Patrem apparuiſſe. Duæ ad latera olearia pictura a Luca Jordano factæ tabulæ ſanatos illi dolore S. Urbanum II. Pontificem, & S. Henricum Imperatorem dum apud nos verſarentur exhibent. Ejuſdemque Lucæ ſunt tabulæ, S. Benedictum in paradiſum euntem, ac quatuor Evangeliſtas exhibentes. Marmoribus & hoc ſacellum ornatum clathratiſque cancellis ex aurichalco. Huic e diametro Odæum cum pluribus ſellis eleganter celatis ſtatuarum truncis interſeptiſque columnellis diviſis. Cryptæ parietibus Marcus a Pinu plura Paſſionis Chriſti myſteria pinxit. Ad hujus Odæi latera duo SS. Mauri, & Placidi ſacella, quorum utrumque aram habet marmoribus, columniſque ut cætera ornatam; verum tabulam S. Mauri pinxit Paulus de Matthæis, illam S. Placidi Sebaſtianus de Conca, earumque latera Marcus a Pinu.

Quantum ornamenta Eccleſiæ noſtræ creverint. Quo anno 1685. Cl. Jo: Mabillonius ad nos conceſſerat, ſatis conſtat, ne decimam quidem marmorum partem ornamentorumque in eccleſia noſtra extitiſſe, quæ modo viſuntur, & tamen ipſe Itineris Italici p. 121. dixerat: *Eccleſia ut in loco anguſto magna, & ampla ut in illa montis altitudine, & aſperitate, quo nulla poſſunt vehicula pertingere, magnifica, & auguſta;* & non longe poſt Monfauconius in Diar. Italico p. 322. *Mirari ſane ſubiit, quod tam arduum in locum carris non pervium tanta moles, columnæ, marmora, & alia id genus advecta ſint &c.*

Viridaria. Monaſterium ambiunt ampla viridaria muris obſita, in quibus optimi fructus, ac generoſæ vites. Præ cæteris admirandus quadrato ſoluto lapide paries ad Occidentem admodum latus, ac mille, & amplius palmis protenſus. Huic contigua ad ſeptentrionem Villa, quam a Sacello ejus nominis S. Honuphrii dicimus, in qua optima ad fructus vina, frugeſque producendas terra, puteuſque aquæ ſulphureæ, caſæ quædam, atque caula lapide ſtructa, ad pecus hyeme cuſtodiendum. E diametro ad Auſtrum in valle vinea eſt S. Ratchiſii dicta ab ejus nominis ſacello, cujus portæ hæc ab Angelo Nuceo impoſita inſcriptio.

Villa S. Honuphrii,

& S. Ratchiſii

Rachiſii Langobardorum regis, & monachi
Vineam
Regia manu olim conſitam & excultam
Ut regium chriſtianæ abiectionis exemplum
In poſterorum memoria revireſceret
Poſt nongentos annos in eodem ſolo
Ædicula etiam conſtructa
Repaſtinandam curavit Abbas Caſini Angelus
Anno M. D. C. L. X.

Caſæ & ibi, uvæ, ficus, optimæque fruges. Paulo hinc diſtat Albanetæ villa optimis & ipſa procreandis frugibus apta, ubi ſatis amplum, & commodum Monaſterium, quo levandi animi cauſa Monachi Bacchanalibus feriis ad dies aliquot pergunt. Quadraginta ibidem diebus manſit S. Ignatius de Loyola celeberrimæ Societatis Jeſu inſtitutor. Eccleſia ibi concamerata in honorem Deiparæ erecta. De hac, atque monaſterio fuſius alibi. Rudera inde monaſteriorum S. Matthæi Servorum Dei loco ſatis eminenti, & amœno viſuntur, & in ima Valle S. Nicolai de Ciconia, de quibus Sæculo XI. Hic exhibere injucundum non erit proſpectum ſacri archicœnobii n. 5. Mons univerſus amœno undique proſpectu patet, optimis, frugiferiſque arboribus abundat, & monaſterium quaquaverſum, montes, colliculos, valles, planitieſque amœniſſimas conſpicit, olivis, ficubus, pyris, malis, vitibus, glandibus, omniſque generis arboribus conſitas, atque ſilvis pluribus frugibuſque. Planities variis fluminibus, aliiſque rivulis irrigata hinc oculis obiicitur, ſpatioſique Campi, nedum Abbatiæ Caſſinenſis terminis circumdati, ſed & pheudi S. Gregorii, Aquini, Pontis curvi, magnaque Campaniæ Romanæ pars, fertileſque Sueſſani Campi, & pars quædam maris Tyrrheni ad Iſclam alias Ænariam Inſulam in ora Regni Neapolitani. Albaneta

De monaſterii Caſſinenſis Inſignibus, & ſigillis

Locus hic jam eſt, ubi ſcutariæ teſſeræ gentilitiæ ſermo paulo ante ſtudio omiſſus recurrat. Quonam potiſſimum tempore, quave occaſione ſymbolum hujuſmodi uſurpatum ſit inveſtigare vanus eſſet labor, poſt quam plura ea de re congeſſere Cardinalis Gabriel Galeottus de Sacris, & prophanis imaginibus, Spondanus ad an. 1604. Claudius Franciſcus Menetrier de Gentilitiæ Teſſeræ origine; Jo. Pierius Hieroglyphicorum lib. 15. & 19., Bartholomæus Caſſaneus in Catal. Glor. Mundi par. 1. conſ. 38., Budæus in l. fin. cod. ff. de orig. juris, Jacob. Pignatellus Conſult. Canonic. Jo: 8. conſ. 25. Du Cang. in Gloſſar. verb. *arma*, Petrus Gregorius Tholoſanus de Rep. lib. 6. Alexander de Alexandro Genial. Dierum lib. 5. cap. 24. Limnæus de Jure publico; Sebaſtianus Feſtius in Diſſ. de Inſignibus excuſa Baſileæ an. 1572. Jo: Boiſſeau de Magiſtrat. lib. 5. c. 5. Barthius animadverſionum ad Papyrium Statium To. 3. p. 326. Paulus Jovius in Diſſ. de ſtemmatibus, & armis p. 1., & ſeqq. edit. Venetæ. an. 1560. Philippus Bonannus To. I. Numiſm. Pont. Romm. p. 7. Jo. Lorinus in Comment. ad Act. Apoſt. c. 28. p. 971. & ſeqq. Jacobus Tirinus in Comment. ad Lib. 1. Machab. cap. 1. aliique, qui tamen ſecum invicem quod ad tempus, quo invecta Stemma Cœnobii Caſſinenſis.

Digitized by Google

ĉta hujuſmodi inſignia diſſentiunt.


Vetuſtiſſima Inſignia noſtra duo Leones

Illud itaque ſatis nobis veriſimile videtur, a ſæculo jam X. Inſignium loco uſurpaſſe cœnobium noſtrum duos Leones; nam ante illius fores duo ſatis magni vetuſtique conſpiciuntur ex ſolido lapide, quemadmodum & in hoſpitio noſtro apud Fanum S. Germani, atque in ſingulis nobis ſubditis oppidis. Imo quoties Caſſinates novum aliquod oppidum ditioni ſuæ adſciſcerent, ſtatim præ foribus duos lapideos leones apponebant, vel in domo Curiæ, aut alio loco, quos modo etiam videre eſt. Quod ſi alia deeſſent exempla Fractarum oppidum ſatis oſtendit, nam vix Sæculo XI. Caſſinatium juris eſſe cœperat, cum duo ibi Leones appoſiti, quorum unus ſupereſt in oppidi janua, duoque præ foribus Eccleſiæ. Idemque Sæculo XII. in oppido Pontiſcurvi factum, ut hactenus videre eſt prope Portam ad Orientem, aliuſque conſimilis Leo ibidem extat in Platea prope palatium Gubernatoris. Neque certe ad ornandas portas Leones poſitos comminiſci poſſumus, cum avulſi ab oſtio ſint. Id luculentius patet hiſce Leonis Oſtienſis verbis, dum Lib. 3. Chron. Caſſ. cap. 12. de duobus leonibus agit, qui ſuo tempore, ut modo etiam ante oſtium oppidi S. Georgii erant: *Interea Fractenſes Oppidani inquietorum ſcilicet, ac perfidorum hominum genus, ac ſi quidam latrunculi, junctis ſibi Minturnenſibus, aliiſque vicinis, nunc furtim, nunc palam, oppida ſibi contigua nobis pertinentia infeſtare non deſiſtebant, terminum ſiquidem, qui inter nos, & illos antiquitus dividebat, ideſt duo lapidei Leones, cum non procul ab eorum caſtro conſiſteret, olim malitioſe clam confringentes, in proximum demerſerant puteum, qua nimirum fraude fidentes ſi quando terminum noſtrum inter duos Leones, ſicut præcepta continent computabamus, illi de Leonibus, qui ſecus portas S. Georgii poſiti ſunt, illud dici pertinaciter affirmabant.* Fatemur leones aliquando ornamenti loco in ædificiis, aliiſque rebus ſacris, & prophanis poſitos, ut ſolita eruditione oſtendit, mihi dum viveret amicitia conjunctiſſimus Jo: Ciampinus To. 1. cap. 3. veter. moniment. p. 29., & ſeqq. Haud tamen ideo a Caſſinatibus uſurpatos credimus, ſed ut propriam gentilitiam teſſeram in ditione ſua figerent. Verum hac de re, aliiſque quotquot ſunt lucubrationibus noſtris eruditorum eſto judicium. Diximus ſupra, tertium monaſterii noſtri uſtium inſculptum ad ingredientium lævam leonem habere, ad dexteram turrim, quam duæ ad latera arbores, ut ſuſpicamur, pineæ ſepiunt, quarum radices ſeſe invicem implicant; hincque forſan creditum ab aliquibus, ſcriptoque demandatum, turri flumen adhæſiſſe. Simillima hæc turris eſt illi quæ cœnobii noſtri januæ imminet, nam & porta eodem modo quadrato lapide ſculpta exhibetur, illique imminentes duæ feneſtræ, una eminentior ad Orientem, altera ad Occidentem depreſſior: Leo, ac turris non ante annum 1453. ibi impreſſa eodem tempore, quo & Deiparæ imagines, & SS. Benedicti, & Scholaſticæ. Haud tamen modo vetuſta inſcriptio legitur ann. 1690. adempta, cum portæ lapidea ante pagmenta apponerentur. Illud credimus turrim haud ibi ſculptam, quod partem Gentilitiæ noſtræ teſſeræ an. 1453. componeret, ſed ne locus vacuus, & inornatus remaneret. Quod factu Cardinalis Aragonii comprobatum crediderimus; Nam hic anno 1480. tres Sacrarii noſtri fonti teſſeras ſculpendas curavit, quarum prima leonem ſolum, altera mitram, in cujus medio hæ literæ S. B., & ſub ſcuto, *Devotione*, exhibentur. Poſtque Sacrarii itidem valvas an. 1534. circiter fabrefactas, una ex parte Leo ſolus, in altera turris abſque arboribus, flumineque. In Odæi noſtri libro a biſcentum circiter annis ſcripto in Miſſa Dedicationis eccleſiæ inter plures cynnabare pictas imagines, in folii calce Leo eſt, cujus ad latera duæ arbores, & turris, e cujus latere erumpens fluvius; quæ certe vetuſtiores ſunt teſſeræ noſtræ cum Leone, & turri gentilitiæ imagines. Dehinc vero ſymbolo gentilitio uſum eſt cœnobium noſtrum Leone, & turri arbore ad utrumque latus ſepta, ſub cujus oſtium flumen egreditur, ut deſcripſimus. Incompertum vero, an Caſſinates Leones uſurpaverint in oppidorum ditionis ſuæ januis, aliiſque in locis, quod ii ditionis ſuæ termini eſſent, ut conſtat donatione Giſulphi II. cujus terminos Leo Oſtien. lib. 1. cap. V. deſcribit, eoſque inter *qualiter directe vadit per duos Leones*. Qui certe iidem termini recenſentur in donationibus imperatorum, regum, principum; eoſdemque repetit idem Leo lib. 1. cap. 27.

Sigillum Abbatum Caſſinenſium.

Primus, quod ſciamus ex Abbatibus noſtris ſigillo uſus eſt Gerardus, qui an. 1112. cœnobio S. Angeli in Formis pro aptiori infirmorum cura eccleſiam S. Ruffi cum pluribus latifundiis conceſſit; eaque inter prædium, *non longe a Civitate Capuanus juxta Sepulchra Judæorum*; in cujus donationis fine hæc leguntur. *Ad hanc igitur conceſſionem firmandam, & omnem dubitationem removendam manus noſtra ſubſcriptionem addidimus, atque ſcriptum ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Actum anno dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo duodecimo inditione quinta menſe Februarii feliciter Amen.* Poſt Abbatis, & Monachorum quorundam ſubſcriptionem, dimidiata monachi effigies viſitur cum hac inſcriptione. *Gerardus Abbas*. Et in concordia pro eccleſia S. Agathæ apud Averſam cum Ruberto ejuſdem Urbis epiſcopo anno 1113. inita habet idem Gerardus. *Et ut hoc ſcriptum remiſſionis, atque condonacionis firmius maneat, noſtra, Fratrumque noſtrorum ſubſcriptionis authoritate firmamus, noſtrique ſigilli impreſſione ſignamus*. Poſt quæ verba idem, quod modo narravimus, videre eſt. Atque in ejuſdem eccleſiæ conceſſione ab Oderiſio Gerardi ſucceſſore monachis S. Angeli facta, hæc in fine leguntur. *Et ut nemini hæc noſtra Conceſſio. . . . . vertatur, noſtri ſigilli impreſſione ſigillari mandavimus*. Poſtque Abbatis Monachorumque ſubſcriptionem dimidiata, ut ſupra, effigies viſitur cum inſcriptione. *Oderiſius Cardinalis, & Abbas*. Tres hæ conceſſiones extant in veteri regeſto S. Angeli in Formis pag. 5. 6. & 7. anno 1147. Raynaldus II. Abbas facultatem Monachis S. Matthæi Servorum Dei eligendi ſibi Priorem concedit, atque in conceſſionis calce ſolita verba extant. *Et ut hæc noſtra conceſſio firma, & ſtabilis, ac majoris authoritatis maneat ſemper, teſtibus, ac ſigillo proprio illam roborari mandavimus &c. Scripta per manum Fratris Sigenulfi Caſſinenſis Primicerii juſſione SS. Patris R. anno ordinationis ejus nono feliciter Amen*. Medium inter

Abbatis, Monachorumque ſubſcriptiones extat hoc ſignum.



Legitur hoc diploma in regeſto, ſeu Chartario monaſterii S. Matthæi p. 110. Statuit ineunte Seculo duodecimo Roffridus Abbas, & Cardinalis, ut Monachi S. Georgii apud Lucenſes cenſum quemdam Caſſinatibus quotannis ſolverent, cujus privilegii apographum confecit notarius imperialis Rainerius Cencinus tempore regis Caroli Andegavenſis, idque hiſce verbis teſtatur. *Authenticum illud unde hoc ſumptum eſt exemplum vidi, & legi bullatum cum bulla plumbea &c. Qua Bulla plumbea pendet ipſi privilegio, & in qua bulla ab una parte erat ſculpta imago hominis, ſcilicet caput, & vultus, & pectus, & brachia, & manus, una quarum tenet librum, & circumſcriptio dicit:* ✠ S. Benedictus, *& ab alia parte eſt ſculptura ad modum templi, ſeu Eccleſia, vel arcis, & circumſcriptio ✠ Sigillum Caſinenſis Monaſterii &c.* Stephanus Abbas an. 1219. in conceſſione iiſdem monachis facta eligendi ſibi Præpoſitum ab Abbate Caſſinenſi confirmandum, habet. *Ad cautelam igitur dicti monaſterii S. Georgii, & perpetuam firmitatem prædicta omnia per manus Philippi notarii noſtri ſcribere juſſimus, & ſigilli plumbei eccleſiæ noſtræ appenſione muniri &c.* Ejuſdem Apographum ſcripſit memoratus Cencinus, qui etiam habet. *Bullatum cum bulla plumbea &c. qua bulla plumbea pendet ipſi privilegio, & in qua bulla ab una parte erat ſculpta imago hominis, ſcilicet caput, & vultus, & pectus, & brachia, & manus, una quarum tenet librum, & circumſcriptio dicit* ✠ S. Benedictus, *& ab alia parte eſt ſculptura ad modum templi, ſeu eccleſia, vel arcis, & circumſcriptio ✠ ſigillum Caſſinenſis Monaſterii &c.* Autographum hujus conceſſionis extat in archivo noſtro cum ſigillo plumbeo pendenti a funiculo ſerico rubro, croceoque, in quo una ex parte hæc figura, circumſcriptæque litteræ adſunt.

in alia hæc



Eccleſiam ibi noſtram, ejuſque turrim campanariam, ante eam poſitam exhiberi credimus. V. Leo Oſtien. lib. 3. Chron. Caſſ. cap. 28. Bernardus I. in Conceſſ. an. 1271. Rectori eccleſiæ S. Pauli de Cervario facta novam erigendi eidem Apoſtolo eccleſiam, habet: *Ad hujus autem rei memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens conceſſionis noſtræ ſcriptum exinde fieri mandavimus bulla noſtra plumbea communitum &c.* In hac bulla, ſeu ſigillo dimidiata monachi effigies dextera benedicentis, ſiniſtraque tenentis librum viſitur, in cujus circumferentia hæc leguntur. *Pater S. Benedictus*, aliaque ex parte, *Bernardus Abbas Caſſinenſis*. Et in alio monumento ejuſdem Abbatis tempore an. 1273. facto, quo ſeſe monachi ad non alienanda cœnobii noſtri bona obſtringunt, hæc legere eſt: *Noſtri qui ſupra Abbatis bulla plumbea, & ſubſcriptione manus noſtræ, noſtrique qui ſupra Conventus ſigillo cereo, & ſingulorum de ipſo Conventu ſubſcriptionibus roboratum.* Eadem in ſigillo expreſſa. An. 1310. Marinus Abbas facultatem magiſtro Johanni de Neocaſtro Sangermanenſi Abbatiæ Caſſinenſis Protonotario conceſſit Piſcinam conſtruendi in flumine S. Angeli, atque in fine habet: *noſtra, & ſubſcriptorum fratrum noſtrorum, ac prædictorum judicis, & notarii ſubſcriptionibus, ac noſtra pendenti bulla plumbea communitum.* In ſigillo dimidiata monachi effigies quo memoravimus modo, ad cujus unum latus *S.* ad aliud *B.* exprimitur, atque adverſa parte, *Marinus Abbas Caſſinenſis*. Quæ omnia monumenta ſuo loco dabimus. Imagine certe S. Benedicti uſos poſt Marinum Abbates noſtros in ſigillis pendentibus plura evincunt. Quæ inter inſtrumentum Concordiæ an. 1433. die 3. Martii ſtipulatum ab notario Jacobo notarii Andreæ ab Aſculo Capitanatæ, inter Philippum Monachum Caſſinenſem, & Præpoſitum S. Nicolai de Turri Pagauca apud Beneventum, quoſdamque Aſculanos cives ob aliquos non ſolutos monaſterio noſtro cenſus. Quo in inſtrumento facultas ab Abbate Pyrrho Fr. Philippo conceſſa recuperandi bona, quæ olim Caſſinates apud Fogiam, Trojam, Aſculum, aliaque loca poſſederant, inſeritur, interque alia hæc leguntur. *Quaſdam litteras procurationis in carta membrana ſcriptas, & in cera rubea ſigillo magno Pontificali fratris Pirrhi Abbatis monaſterii Caſſinenſis S. Benedicti, quod ſigillum erat ſculptum cum figura, & imagine S. Benedicti, & in pede ipſius ſigilli erat depicta imago dicti Abbatis cum armis ſuis.* An. 1494. Baccius Ugolinus officialis generalis Cardinalis Johannis Medicei Abbatis Fiduciarii Caſſinenſis beneficium S. Chriſtophori in eccleſia S. Mariæ Quinquaturrium conceſſit, atque in ſigillo pendenti in cera rubra extat imago S. Patris Benedicti. Ab ineunte Sæculo XVI. Abbates noſtri in ſigillis pendentibus apponi ſolitis diplomatibus, quibus beneficia eccleſiaſtica, & Emphiteuſes conceduntur, uſurparunt etiam imaginem S. patris Benedicti, ſub cujus pedibus erat baculus paſtoralis, & mitra hac inſcriptione circum poſita: *Sacri Monaſterii S. Benedicti Caſſinenſis*. Michael Monachus Canonicus Capuanus in Sanctuar. Capuan. p. 162. & ſeqq. de cathedra marmorea agens in eccleſia S. Vincentii apud Capuam poſita, cui aliquot carmina de laudibus Abbatis, & Cardinalis Amici inſculpta, in ejuſque dorſo crux in medio exhibens benedicentem

tem manum hæc ſcribit. *De manu credo illam fuiſſe ſignum monaſterii S. Vincentii, ſicut manus, ſed aliquantulum diverſe formata, fuit, & eſt ſignum monaſterii Caſſinenſis. Vidimus quippe in S. Benedicto, in S. Rupho, in S. Angelo ad Ojaldiſcos, & nunc quoque videmus in S. Johanne Monialium manum pictam, & ſunt illæ omnes eccleſiæ Caſſinenſium &c. In pavimento S. Ruphi eſt ſculpta manus alata habens digitos minimum, anularemque flexos, pollicem vero, & indicem, & medium erectos: qua forma ſine dubio latinorum Pontificum Viſus in benedicendo myſterium Trinitatis exprimens repræſentatur. Manum illam ita ſculptam eſſe ſignum monaſterii Caſſinenſis oſtendunt appoſita verba.* S. Benedictus. *Ita nunc in manu iſta, quam dicimus eſſe monaſterii S. Vincentii, ritus Græcorum in benedicendo repræſentari videtur. Græci etenim præſules cum benedicunt digitis efformant litteras I. C. X. anularis enim junctus vel decurſatim pollici ſuperpoſitus exprimit litteram X. & Index prorſus erectus exprimit I. jota, & medius aliquantulum flexus C. ſigma, quibus litteris I. C. X.* Jeſus *Chriſtus exprimitur ex imagine S. Chriſoſtomi edita per patrem Antonium Caracciolum, & præfixa Conſtitutionibus Clericorum Regularium.* Quæ monachi verba confirmat ritus ab Abbatibus noſtris a ducentum jam, & amplius annis uſurpatos in ſigillis, quæ imprimuntur, idque modo etiam uſuvenit. Plures quidem Gerardo vetuſtiores Abbatum Caſſinenſium manu ſubſcriptæ extant in Archivo noſtro ſcripturæ, ſed in quibus neque ſigillum, neque de eo ulla mentio.

De balneorum uſu tum Monachis, tum Laicis per hac tempora familiari.

Balneorũ uſus apud Monachos.

Ne quid vero intactum reliquiſſe videamur, quandoquidem cum de ſella ex Orientali rubro ageremus, de balneis mentio eſt facta, operæ pretium erit de iis, eorumque uſu aliquid tum apud monachos, tum apud laicos diſſerere. Nam hujuſcemodi ſellam ad balneorum uſum deputatam hiſce Caſſiodori verbis evincitur libro II. variarum epiſtolarum epiſt. 39. *Hinc deſuper Sella compoſita, qua humanis neceſſitatibus in abſidis ſpeciem perforatur agros ſuſcipit interno humore deſluentes.* Quæ certe ſellæ noſtræ omnino quadrant. In monaſteriu quidem noſtro balnea fuiſſe teſtatur Leo Oſtien. lib. III. Chron. Caſſin. cap. 33. de conſtructis juſſu Deſiderii ædificiis agens hiſce verbis; *Ad qua inibi cum balneo, & cæteris oportunitatibus infirmorum fratrum quietem conſtituit.* Et Petrus Diaconus ibidem p. 58. dona referens a Sicelgaita cœnobio noſtro facta, habet: *Item quando venit huc poſt mortem ducis, poſuit in Capitulo quinque libras auri, & duas dedit in infirmario, unam pro expenſis, alteram pro balneo conſtruendo,* atque lib. 4. cap. 3. de ædificiis ab Oderiſio primo factis. *Domum namque infirmorum, quam dudum prædeceſſor Deſiderius magno ſumptu, ac ſtudio una cum balneo ædificaverat a fundamentis eſt orſus evertere, &c.* & inferius. *Juxta infirmorum vero domum ab interiori parte coquinam, ac balneum, atque ciſternam opere perpulchro extruxit &c.* Hinc in monaſterio noſtro S. Benedicti apud Capuam balneum quoque inſtitutum, ut vetuſtiſſima conceſſione Paldulphi, & Johannis Capuanorum Principum, qua monachis facultatem dant Vulturni aquas in uſum proprium derivandi, conſtat, in qua hæc leguntur: *faceremus ibidem omne ædificium, ſive ex parietibus conſtructum, ſive ex lignis, ſive ſuper terram, ſive ſubtus terram, ut volueritis, vel in aliam viam publicam, ibique conjunctam deducendi per ipſo ædificio, vel laborem veſtrum aquam ad veſtro valneo, qua in curte veſtri monaſterii conſtrui feciſti: &c.* Ut ea omittamus, quæ in aliis cœnobiis Ordinis noſtri extabant. S. Benedictus, de quo habet S. Gregorius M. lib. 2. Dialog. cap. 36. *Scripſit Monachorum Regulam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam, &c.* & concilium Duziacenſe ſecundum an. 874. *Beatus gratia, & nomine Benedictus Sancto ſpiritu inſpiratus conſona Sacris Scripturis & aliorum orthodoxorum Patrum prædicationibus in ſua regula dicit.* Inter alia, quæ infirmorum uſui aſſignat cap. 36., balnea numerat hiſce verbis: *Balneorum uſus infirmis quotiens expedit, offeratur; Sanis autem, & maxime juvenibus tardius concedatur.* Qua quidem in re Sanctos eccleſiæ doctores Athanaſium, Auguſtinum, & Hieronymum eſt imitatus. Nam primus Regulæ ſuæ ad Virgines nu. 43. habet: *Non ibis ad balneum ſiquidem ſana ſis, niſi de ſumma neceſſitate.* Alter Regulæ ſuæ cap. 31. *lavacrum etiam corporum, cujus infirmitatis neceſſitas cogit minime denegetur, ſed fiat ſine murmurio de Conſilio medicinæ, ita ut etiam ſi nolit, jubente Præpoſito, faciat quod faciendum eſt pro ſalute.* Et tertius in Epiſtola 27. nunc LXXXVI. novæ Editionis, de Paula agens. *Balneas niſi periclitans non adiit;* Et expreſſius littera VII. LVII. novæ editionis noſtri Joannis Martianay ad Lætam, permittit Nepti Paulæ, *ante annos robuſtæ ætatis periculoſa eſt teneris, & gravis abſtinentia; uſque ad id tempus ſi neceſſitas poſtulaverit, & balneas adeat, & vino utatur modico propter ſtomachum, & carnium edulio ſuſtentetur, ne prius deficiant pedes, quam currere incipiant. Et hoc dico juxta indulgentiam, non juxta imperium, timens debilitatem, non docens luxuriam.* Et ante hos S. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 9. p. 240. *Sumendum eſt lavacrum mulieribus quidem mundationis cauſa, & ſanitatis, ſolius autem ſanitatis cauſa viris.* Hinc cap. 10. p. 241. ſubdit. *Adoleſcentibus ſufficit gymnaſium* (ideſt corporis exercitatio, & motus) *etiamſi adſit Balneum.* Atque virili jam ætate hominibus corporis exercitationem pro balneo ſuadet. Refert S. Gregorius M. Lib. 4. Dialog. c. 40. de infirma S. Germani valetudine agens. *Poſt multum vero temporis Germano Capuano epiſcopo, cujus ſuperius memoriam feci, medici pro corporis ſalute dictaverant, ut in Angulanis thermis lavare debuiſſet. Qui ingreſſus eaſdem thermas prædictum Paſchaſium Diaconum ſtantem, & obſequentem in caloribus invenit: &c.* Et infra; *& poſt paucos dies rediit* (ad thermas) S. Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus Reg. ſuæ cap. 21. pro infirmis ſtatuit. *Lavacra nulli Monacho adeunda ſtudio lavandi Corporis, niſi tantummodo propter neceſſitatem languoris, & nocturnam pollutionem &c.* Atque de monachis agens lib. 2. de Offic. Eccleſiaſticis cap. 15. *lavacris utantur nunquam delectatione corporis, ſed raro propter neceſſitatem languoris.* Huic concinit S. Leander frater cap. 10. de Inſtitut. Virginum dum habet. *Balneo non pro ſtudio, vel nitore utaris corporis, ſed tantum pro remedio ſalutis utere inquam*

la-

Digitized by Google

lavacra quando poſcit infirmitas non quando ſuaſerit voluntas, non ſe illiciat lavare ſepius carnis voluptas, ſed infirmitatis imperet neceſſitas. Et S. Petrus Damiani opuſc. 15. cap. 18. *Balneis ſi fuerint incolumes non utantur*. Hiſce præiverat S. Pachomius Reg. ſuæ lib. 1. cap. 7. *Nec lavabitur aut aqua omnino nudo corpore perfundetur, niſi languor perſpicuus fuerit*. Et S. Cæſarius in Sanctimonialium Regula cap. 29. *lavacra cujus infirmitas expoſcit minime denegentur*, &c.

Quoad ſanos, quibus non niſi tardius balnea concedit S. Benedictus, imitatus etiam eſt S. Auguſtinum, qui Sanctimonialibus cap. 12. Balneorum uſum profuſius etiam concedit: *Lavacrum etiam corporum, uſuſque Balnearum non ſit aſſiduus, ſed eo quo ſolet intervallo temporis tribuatur, hoc eſt ſemel in menſe*. Et Synodus Aquiſgranenſis Can. 7. alias 58. ſtatuit, *Ut uſus Balnearum in arbitrio Prioris conſiſtat*. Caſſiodorus in lib. Divinar. lection. cap. 29. Monaſterium ſuum Vivarienſe deſcribens ait: *Balneas quoque congruenter præparatas corporibus juſſimus ædificari; ubi fontium perſpicuitas decenter illabitur, quæ & potui gratiſſima cognoſcitur, & lavacris*. Et in incerti Regula cap. 15. §. 25. ſtatuitur: *Balnearum uſus vel cura medendi ſummo adhibeatur ſtudio. Sanis vero præcipue Juvenculis tardius concedatur*. Et Irene Imperatrix in Sanctimonialium Regula cap. 58. illis Balnei uſum ſemel in menſe concedit hiſce verbis. *Reſtat, ut de Balneo agatur. Jubemus itaque, ut bene valentes monachæ ſingulis menſibus laventur, ægræ vero quoties morbi peritus medicus lotionem utilem eſſe dixerit, qui etiam morbo congruentem victum indicabit*. Permiſſum quidem olim monachis in ſolemnioribus feſtis Paſchatis, & Natalis domini balneis uti. Hinc S. Dunſtanus cap. 3. Concordiæ ſuæ habet. *Crucis vero veneratione peracta*, (Fer. 6. majoris hebdomadæ) *quibus vacuum fuerit, miniſtri, vel pueri ſe radant, & balneent, ſi tanta fuerit cohors ſocietatis, ut Sabbathi craſtini ad hoc non ſufficiat dies*. S. Lanfrancus in Decretis cap. 1. §. 2. *Vigilia tamen Apoſtoli* (Thomæ) *ſi dies dominicus non fuerit, radantur fratres, ut duobus diebus ante dominicam Nativitatis ſint omnes balneati. Si neceſſe ſit, ipſo apoſtolicæ feſtivitatis die balneari poſſunt*. In §. 3. tempore Paſſionis dominicæ *Fer. 3. radendi ſunt fratres in clauſtro ſimul ipſa die & in craſtina debent eſſe balnea præparata*. In rituali monaſterii culturæ Cœnomanenſis, quod uſitatorium vocant, apud Hugonem Menardum in Not. ad Concord. Regularum p. 831. *Balneatia quinta, vel quarta die peragantur omnia lucente die*. Ad quæ proſequitur Menardus: *Beda lib. 4. hiſt. Angl. c. 19. de ſancta Heldrida Abbatiſſa*. Raroque in calidis balneis, præter imminentibus ſolemniis majoribus; v. g. *Paſcha, Pentecoſtes, Epiphania lavari voluerit. S. Wiborada martyr incluſa in monaſterio S. Galli ter quotannis de licentia Abbatis ſui balneis utebatur, ut in ejus actis habetur: forſitan iſtis diebus Paſcha, Pentecoſtes, & Epiphania inſtantibus, ut probabile eſt. Neque hac Regula S. Benedicti adverſantur, qui non omnino a ſanis balneum removit, ſed tardius concedendum edixit. Nec immerito, quia ad pellendum ex animo mærorem conducit, ut notum eſt ex S. Auguſtino lib. 9. Confeſſion. cap. 12. Viſum eſt etiam mihi, ut irem lavatum, quod audieram inde balneis nomen inditum: quia Græci βαλανεῖον dixerint, quod anxietatem pellat ex animo*. Martene de antiquis monachorum Ritibus p. 274. nu. 35. ritum, ordinemque refert a S. Lanfranco cap. 1. §. 2. deſcriptum, quo a ſanis ſumerentur balnea; & S. Irenæus lib. 3. c. 3. de S. Polycarpo agens ait. *Et ſunt qui audierunt eum* (Polycarpum) *dicentem; Quoniam Johannes Domini Diſcipulus in Epheſo iens lavari, cum vidiſſet intus Cerintum, exiverit de Balneo non lotus, dicens, quod timeat, ne balneum concidat cum intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis*. Hinc eruditiſſimæ Congregationis S. Mauri monachi ad lib. 1. S. Ambroſii de offic. miniſt. c. 18. p. 22. demonſtrant haud vetitum olim Chriſtianis balneorum uſum. Ildemarus in expoſit. ad S. Regulam habet: *Ut ſcilicet ſinguli ſingulis in tinis ita ſe balneent, ut alter ab altero videri nequeat*. S. Julianus Abbas ſemel in anno balnea adibat, teſte Vulfino Boetio in ejus vita, Sæc. I. SS. Ord. S. Benedicti, & S. Amatus Habendenſis bis in anno, ideſt ante feſtum nativitatis, & Reſurrectionis Dominicæ, ut legere eſt in ejus vita ſæculo II. ibidem. Plura omittimus, cum forte plus nimio, citraque neceſſitatem fuerimus hac in re verſati. Haud quidem mirum permiſiſſe S. Benedictum aliquando balnea monachis ſanis, nam & eo tempore plurimum erant a laicis uſurpata, quibus ſtatim deſueſcere non poſſent Religionem ingreſſi, neque tum Monachi Subucula, aut linea, aut lanea utebantur, neque fœmoralibus, ut fuſius alibi dicemus. Quare tunica carni adhærente, ſudore, laboreque manuum facile conſpurcata caro lavari ad ſanitatem, munditiemque indigebat aliquando. Hinc modo veteres, recenteſque Conſtitutiones noſtræ balnea ſanis omnino negant, ſed infirmis aliquando, quibuſdam tamen additis conditionibus. Et quidem Conſtitutiones editæ an. 1520. habent: *Balneorum uſus. ¶ Intelligimus de balneis, quæ ſunt in Monaſteriis. ¶ Ad balnea vero: quæ ſunt extra Monaſteria, propter periculum animarum nemo accedere præſumat ſine licentia ſpeciali Capituli Generalis: ſi proxime fieri debet: & non ſit periculum in mora: aliter Præſidentis, aut unius ex Viſitatoribus ſuis: quando etiam major inſtaret neceſſitas: & differri non poſſet: ſufficiat licentia Prælati ſui una cum deputatis. ¶ Si igitur pro aliquo infirmo Fratre petenda ſunt balnea: Prælatus ipſe & non alius requirat ipſam licentiam. ¶ Et ne aliqua facilitate inducantur fratres ad balnea requirenda: facilis eis licentia non tribuatur: ſed ſi quis talibus indiguerit: conſulat Prælatus medicum: & ſi aliis remediis infirmo ſubveniri poterit hortetur, ut faciat, quod ſi Medicus eidem Fratri uſum balneorum omnino neceſſarium eſſe duxerit: tunc Prælatus cum conſenſu ſuorum deputatorum licentiam a Capitulo Generali: ſi tunc celebrabitur: Sin autem a Patre Præſidente: aut ab aliquo Viſitatorum petat: qua obtenta: fratri indigenti a Monaſterio ſuo ita provideatur: quod non cogatur mendicare. ¶ Nec præſumant Fratres pro balneis conſequendis infeſtare medicos, ſed tantum ſuorum Superiorum proviſione juxta præſcriptam formam: qui indiguerit accipiat*. Illis reſpondent conſtitutiones editæ an. 1680. Anſam forte huic decreto præbuere S. Hieronymi verba epiſt. 4. nunc xcv. novæ edition. ad Ruſticum. *Balnearum fomenta non quærat qui calorem corporis jejuniorum cupit frigore extinguere &c.* Et ad Heliodorum epiſt. 1. nunc v. novæ edition. *Scabra ſine bal-*

neis

neis attrahitur cutis, ſed qui in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt iterum lavare. Vid. ejuſdem epiſt. 7. ad Lætam, nunc LVII. novæ edition. S. Theodericus Abbas monaſterii S. Humberti, ne in infirmitate quidem balneis eſt uſus, quod efferret, carnem paulo poſt corrumpendam lotione haud indigere. Eundem imitatus eſt S. Epiphanius Ticinenſis epiſcopus. *Ne nitorem animæ, & interioris hominis fortitudinem balnea magis ſordibus amica confringerent*; teſte S. Ennodio ejus ſucceſſore in Vita. S. Georgius Betlehemi monachus, & martyr in Hiſpania in perſecutione Arabica *a die, qua monaſterium petiit, & cohortibus monachorum aſcitus eſt, uſque ad coronam martyrii ſui (ut ipſe nobis ſecretius retulit) nec lotus aqua, nec Balneis uſus eſt*, teſte S. Eulogio lib. 2. cap. 10. Eadem de cauſa laudibus effertur S. Tatto in Vita S. Paldonis nu. 17. S. Pardulphus in Vita nu. 5. S. Opportuna Abbatiſſa in Vita nu. 8. To. 3. SS. Ord. S. Benedicti, & S. Poppo in Vit. nu. 59. apud Bolland. die 25. Januarii.

De balneis publicis, privatiſque laicorum fuſe agit Mercurialis lib. I. de Arte Gymnaſtica cap. X. Alexander ab Alexandro lib. X. Genial. dierum cap. 20. Tiraquel; Galen. lib. X. de methodo medendi cap. X. magnaque eruditione Jacobus Gothofredus in Comment. ad lib. XV. Tit. 1. l. 50. quæ incipit. *Opus cœptum exeruatur*, & in l. 52. *Plurimu domus de operibus publicis*, qui coævorum ſcriptorum authoritate demonſtrat Romæ, & Conſtantinopoli magnifica olim balnea extitiſſe columnatis porticibus ornata, in quibus officinæ domuſque privatorum erant, qui venderent quæ balneorum uſui eſſent neceſſaria; & lib. 3. Tit. de Aquæductu leg. 3. *Summus quidem domos lavacris lautioribus*, &c. modum ſignificat, quo per Urbem balneorum aquæ diſtribuerentur ad privatorum uſum pro cujuſque dignitate; atque lib. VII. Tit. X. l. 1. *Omnem vel ex priſtini &c. l. 2. dudum lata*; & lib. XI. Tit. XX. *de conlatione donatarum, vel relevatarum poſſeſſionum*, leg. 3. *Exigua quodammodo &c.* lib. XVI. Tit. X. *de Paganis ſacrificiis, & Templis l. 20. Sacerdotales Paganæ ſuperſtitionis competenti coercitioni ſubiacere præcipimus, &c.* plura de balneis habet. S. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 5. p. 231. ait; *Viris, & fœminis communia aperta ſunt balnea*, & p. 32. *Erant vaſa innumerabilia aurea, & argentea, quorum hæc quidem ad propinandum, illa vero ad veſcendum, alia autem ad lavandum circumferuntur.* Julius Pollux lib. X. Onomaſt. cap. 20. balneorum nomina deſcribit, pluraque de iis legi poſſunt apud Jo. Meurſium de luxu Romanorum cap. 7. & 8. Abominandam hanc conſuetudinem, utrique ſexui communia eſſe balnea acriter reprehendit S. Cyprianus lib. de habit. Virg. hiſce verbis. *Quid vero quæ promiſcuas balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curioſis pudori, ac pudicitiæ corpori dicata proſtituunt: quæ cum viros, atque a viris nudæ vident turpiter, ac videntur, nonne ipſæ illecebram vitiis præſtant? nonne ad corruptelam, & iniurium ſuam deſideria præſentium ſollicitant, & invitant?* S. Hieronymus lib. II. adverſus Jovinianum circa finem probro illi, ejuſque diſcipulis vertit, quod ad promiſcua hæc balnea irent. Exitialis hic uſus Romæ quoque vigebat, quare de Hadriano Imperatore teſtatur Spartianus. *Lavacra eum pro ſexibus ſeparaſſe*; & de Marco Antonino Capitolinus: *Lavacra eum mixta ſuſtuliſſe.* De Alexandro Severo Lampridius. *Balnea cum mixta Romæ exhiberi ſuſtuliſſe: quod quidem jam ante prohibitum Heliogabalus fieri permiſerat*, Quamquam Romæ optime olim uſurpatum, teſte Tullio de officiis lib. I. *Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum Soceris generi ne lavarentur.* Quare ait S. Ambroſius lib. I. de Officiis cap. 18. *Ex quo mos vetus, & in urbe Roma, & in pleriſque Civitatibus fuit ut filii cum parentibus puberes, vel generi non lavarent.* De promiſcuis hiſce balneis ait S. Epiphanius hæreſi 30. num. 7. *Viri illic cum mulieribus promiſcue ſe lavare ſolent*, de Thermis Gadarenſibus agens. Hinc leges repudiandam hac de cauſa uxorem permittunt. *Inter culpas autem viri, & uxoris conſtitutionibus enumeratas, & hoc adiicimus, ſi forte uxor ſua ope, & induſtria abortum fecerit, vel ita luxurioſa eſt, ut commune lavacrum cum viris libidinis cauſa habere audeat* ſect. 2. lib. 11. c. de Repudiis. V. Novella 2. cap. 16. Juſtiniani Imperatoris, quam ad rem conſpexiſſe arbitramur Conſtantium Imperatorem cum in Cod. Theodoſiano lib. IX. Tit. X. de cuſtodia reorum ait lib. 3. *Quoniam unum carceris conclave permixtos ſecum criminoſos includit, hac lege ſancimus, ut etiamſi pœna qualitas permixtioni jungenda eſt, ſexum tamen diſparem diverſa clauſtrorum habere intimina jubeatur, &c.* V. Gothofredi commentarius ad hanc legem. Quæ carcerum ſecretio tempore etiam perſecutionis Wandalicæ obſervata, nam Victor Uticenſis epiſcopus de uxore Liberati Medici Chriſtiani lib. V. ait. *Nam cum ipſa, & maritus licet ſeorſum carceris cuſtodia tenerentur, ita ut ſe penitus non viderent, mandatur mulieri, diciturque illi, &c.* Quod vero magis dolendum, admirandumque eſt, ſcelestus promiſcuorum balneorum uſus a Gentilibus in chriſtianos atque adeo Eccleſiaſticos derivaverat. Hinc concilium Laodicenum ſub S. Damaſo can. 30. vetat; *Quod non oportet ſacratum, vel Clericum vel Monachum in Balneo cum mulieribus lavari, neque omnem penitus Chriſtianum, vel laicum. Hæc eſt enim prima gentibus condemnatio.* Quem ad locum habet Zonaras. *Viros cum fœminis lavari tum eſt animo perniicioſum, tum a decore, & honeſtate omni prorſus alienum. Etenim ſi ſe invicem nudos viri mulieresque conſpiciunt, flammam inde cupiditatis exiſtere ardoremque libidinis excitari neceſſe eſt. Ipſa vero per ſe ſatis ad luxuriem ebulliente natura, quid adhuc oleum camino ſuperinfundas? Quin id uſque adeo cum omni honeſtate pugnare ſemper exiſtimatum eſt, ut a quibus committeretur, eos intemperantiæ crimine ethnici quoque graviter condemnarint, omnibus igitur, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, vetitum id omnino eſſe, canon decernit.* Severius id prohibuit Synodus Concilii ſexti in Trullo imperialis palatii Secretario celebrata anno 692. dum can. 77. ait. *Quod non oportet ſacris initiatos, vel Clericos, vel aſcetas lavari cum mulieribus: nec omnem Chriſtianum, vel laicum. Hæc eſt enim prima condemnatio apud gentes. Si quis autem hac in re deprehenſus fuerit, ſi ſit quidem Clericus, deponatur: Sin vero laicus ſegregetur*; ad quem locum habet Balſamon. *Ut eſt veriſimile ante hanc ſynodum lavabantur ſacerdotes quidam, & monachi, & laici cum mulieribus, apoſtolicum divinum præceptum non curantes*; *quod dicit: ſine offendiculo ſitis, & Judæis, & Græcis, & Ec-*

Eccle-

Digitized by Google

eleſia Dei. Corrigentes hoc erga Sancti Patres ut maxime indecorum, & offenſionem, ſcandalumque afferens, & ad dæmoniacas cupiditates excitans, & eos qui hoc turpi inſtituto utuntur ad magnam condemnationem deducens; ſtatuerunt, ut qui deinceps adeo inconſiderate, & indecore cum muliere lavabitur, ſi ſit quidem Clericus, deponatur; ſi vero Laicus, ſegregetur. Nota autem quod Canan facit differentiam inter ſacris initiatos, Clericos, laicos, & Aſcetas. Sacris initiati ſunt qui ſunt ex ſacro tribunali, qui etiam ordinantur; Epiſcopi ſcilicet, ſacerdotes, Diaconi, & Hypodiaconi. Clerici omnes, qui extra ſacrum Tribunal in Templis ſerviunt, ut Lectores, Oſtiarii, & alii ejuſmodi. Aſceta autem monachi, qui Epiſcopalem characterem non accepere, ſed ſolam tonſuram Monachalem. Monachi enim qui Epiſcopalem tonſuram accepere, dicuntur Clerici. Aſcetarum autem, & Monachorum nulla eſt differentia, Dic ergo in ſummam redigens, quod qui ſunt quidem ex ſacro tribunali in ſcriptis jurare debent: qui autem ſunt extra tribunal ut Laici jurabunt, etiam ſi ſint monachi. Quidam autem laici cum in balneis una cum conjugibus lavantur, & propterea reprehenduntur, dicunt iſtud ab hoc Canone non prohiberi. Sunt enim caro una, & nihil turpe, ac indecorum inter eos fieri videatur, cum a ſe invicem non ſint disjuncti corporibus: illos autem puniri, qui cum ſeortatione ſe turpiter, & indecore gerunt, naturæque pudendarum nulla penitus pudore afficiuntur. Hæc autem religioſioribus non placuere dicentibus hoc eſſe primam apud gentes condemnationem, ut dicit Canon, & ideo id eſſe puniendum quomodocumque fiat, & quod etiam ſi videantur conjuges unum eſſe corpus, eis tamen non permittitur ſuis membris male uti. Si enim ita eſſet, nec ii qui ſibi mortem conſciſcere conati ſunt, punirentur.

NOS D. JULIUS A MEDIOLANO ABBAS

Et Preſidens Congregationis Caſſinenſis.

Cum Opera P. D. Eraſmi Gattulæ a Gajeta Abbatis Congregationis Caſſinenſis, quorum Titulus: *Supplementum Chronici Sac. Monaſterii Caſſinenſis a Leone Oſtienſi, & Petro Diacono conſcripti, ejuſque continuatio uſque ad noſtra tempora; ac Diſſertationes, quæ inſcribuntur: De Juriſdictione Civili mixta, & criminali, quam ab Anno 748. ad hæc uſque tempora habuit Sac. Caſſinenſe Monaſterium in ſibi ſubjecta Ditione: De auctoritate, & præſtantia Archivii Caſſinenſis &c.* duo ejuſdem Congregationis noſtræ Theologi, quibus commiſſa fuerant, accurata lectione recognoverint, & in lucem edi poſſe ſcriptis approbaverint, Nos quoque, ut Typis demandentur, quantum in Nobis eſt, facultatem facimus.

Datum Mediolani in Monaſterio S. Petri Inglaſſiatæ die 2. Maii 1728.

D. Julius a Mediolano Abbas, & Præſid. &c.

D. Joſeph Antonius a Papia Prior Pro Cancell.

N O I F E F O R M A T O R I

Dello Studio di Padova.

Havendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del P. Fr. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro intitolato: *Hiſtoria Sacri Cœnobii Caſſinenſis Auctore Eraſmo Gattola;* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza a *Sebaſtiano Coleti Stampatore*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. 19. Agoſto 1731.

(Carlo Ruzini Kav. Proc. Ref.
(Alviſe Piſani Kav. Proc. Ref.
(

Agoſtino Gadaldini Segr.

1731. 7. Settembre.

Regiſtrato al Magiſt. Eccellentiſſ. degli Eſſecutori contro la Beſtemia.

Angelo Legrenzi Seg.

SUPPLE-

SUPPLEMENTUM CHRONICI SACRI MONASTERII CASSINENSIS.

SÆCULUM PRIMUM HISTORIÆ CASSINENSIS

Ab ortu S. Benedicti Anno 480. ad Annum 600.

Author Vitæ S. Benedicti Gregorius Magnus, cui quatuor dialogorum libri aſſeruntur.

I. Conditoris monaſterii Caſſinenſis S. Benedicti vitam ſcripſit S. Gregorius Magnus in ſecundo libro ex quatuor Dialogorum de miraculis Patrum Italiæ. Rem evidentiſſimam, atque a vetuſtiſſimis ſcriptoribus Paterio S. Gregorii diſcipulo, Ildephonſo Toletano, Tajone Cæſar-Auguſtano, Aldhelmo, Beda, Paulo Emeritenſi Diacono, Photio, aliiſque, potiſſimum Zacharia Pontifice, qui in græcam etiam linguam opus hoc convertit, aſſertam primus in dubium revocavit Cedrenus, qui Dialogorum libros Gregorio II., Dialogo perperam appellato, tribuit. Ceterum libros hoſce genuinum eſſe Gregorii Magni fœtum nemo prudens dubitaverit, qui animadvertat ipſummet Gregorium ſibi hoc opus aſſerere; dum in pluribus libri quarti capitibus eaſdem hiſtorias narrat, quibus in homilus ad Evangelia uſus fuerat; paſſim in Dialogis nomen ſuum indigitat; coævum ſe primis beati Benedicti diſcipulis, legatumque in urbe Conſtantinopolitana facit, atque maxima familiaritate cum Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo copulatum; quæ tria potiſſimum Gregorio Magno unice ineluctabiliterque conveniunt. Illi certe hoſce libros loculentiſſimis argumentis vindicant Haeftenus Prolegom. 2. & ſeqq. ad vit. S. Benedicti, Petrus Guſſanvillæus in editione Operum S. Gregorii M., Bultellus noſter in præfat. ad verſionem Gallicam Dialog. Mabillon. in præfat. ad tom. 1. Act. §. 2. & to. 2. Annal. S. Benedicti p. 230.& ſeqq. Baron. ad Ann. 593. p. 53. aliique. Hinc mirum in modum S. Benedicti miracula, virtuteſque emicant, tum magni Gregorii dignitate, ac præſtantia, tum quod integrum ſecundum dialogorum librum in unius S. Benedicti geſtis enarrandis inſumat ea diligentia, ut, cum aliorum Sanctorum geſta ſingulis fere capitibus comprehendat, in iiſque enarrandis unum, vel alterum teſtem adhibeat, contra in ſecundo Dialogorum libro quatuor teſtes oculatos, religioſiſſimos, locupletiſſimoſque citet; adeoque accuratè, ut cum S. Benedicti de ſubverſione urbis Romæ vaticinium commemoraſſet ſub fide Honorati Abbatis, ſubdat eum fateri, haud quaquam ſe ex ipſius S. Benedicti ore, ſed ab aliis Monachis referentibus id audiviſſe. Quamquam verè integrum Dialogorum librum ad S. Benedicti geſta deſcribenda inſumat, fatetur tamèn: *Hujus ergo omnia geſta non didici, ſed pauca, quæ narro, quatuor illius diſcipulis referentibus, agnovi, Conſtantino ſcilicet reverentiſſimo valdè viro, qui ei in monaſterii regimine ſucceſſit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranenſi Monaſterio præfuit; Simplicio, qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit; Honorato etiam, qui nunc uſque adhuc Cella ejus, in qua prius converſatus fuerat, præeſt.*

S. Benedicti ortus, ſtudia, ſeceſſus in ſolitudinem.

II. Vir itàque venerabilis, teſte Gregorio Magno lib. 2. Dialogorum in Prologo, gratia Benedictus, & nomine, Nurſiæ, parva Ducatus Spoletani civitate liberiori genere ortus eſt anno 480. atque ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerens ſenile; ætatem quippe moribus tranſiens nulli animum voluptati dedit. Hinc Romæ liberalibus literarum diſciplinis erudiendus a parentibus vix mittitur, cum plures per vitiorum abrupta in præceps ruere conſpiciens, ſecumque mature reputans, quæ obventura illis fuiſſent, qui mundi illicita, atque involucra ſectarentur, deſpexit jàm quaſi aridum mundum cum flore quo temporalitèr uti potuiſſet. Itàque relicta liberè domo, rebuſque Patris, receſſit ſcientèr neſcius, & ſapientèr indoctus, ut Deo tantûm vacaret; cujus voti compos a Romano Monacho eſt factus, quo adjuvante per aliquot annos in horrido Sublacenſium montium ſpelæo delituit ſoli Deo notus; qui ne magni viri ſanctitas diù homines lateret, miraculo pium presbyterum ad illum perquirendum excivit. Ex hinc celebrior ejus nominis fama in dies evadere, itâ ut & a monachis, non longe poſitis, in Abbatem ſit evocatus. Quorum cum perditos mores ſuis componere ſtuduiſſet, in rabiem acti veneno S. virum interimere tentant, ſed præſervante Deo ſceleſtis illis hominibus relictis in ſolitudinem iterûm ſeceſſit; ubi cum diu *virtutibus, ſigniſque ſuccreſceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei ſunt ſervitium congregati, itâ ut illic duodecim monaſteria cum omnipotentis Jeſu Chriſti Domini opitulatione conſtrueret, in quibus ſtatutis Patribus, duodenos monachos deputavit, paucos vero ſecum retinuit, quos adhùc in ſua præſentia aptius erudiri judicavit. Cœpere etiâm tunc ad eum Romanæ urbis nobiles, & Religioſi concurrere, ſuoſque ei filios omnipotenti Domino nutriendos dare. Tunc quoque bona ſpei ſuas ſoboles Æquitius Maurum, Tertullus verò patricius Placidum tradidit, e quibus Maurus junior, cum bonis polleret moribus, Magiſtri adjutor cœpit exiſtere, Placidus verò puerilis adhuc indolis annos gerebat.* Cap. 3.

III. Verum hæc ſancti viri celebritas, quæ probos quoſque homines ad ſui venerationem, & obſequium trahebat, invidorum oculos perculit, potiſſimum Florentii presbyteri, qui cum jactis pluribus in S. virum dicteriis, atque calumniis excogitatis ne minimum ejuſdem famam, quod unice optabat, denigrare ſe poſſe cerneret, tandem in ejus vitam molitur, dono S. Benedicto mittens panem veneno infectum; quod dirum monus quamquam rei præſcius, pluribus redditis gratiis, accepit, corvoque, ne quis inficeretur, longiùs aſportandum tradidit. Ubi vana ſe arte in Benedicti vitam molitum vidit Florentius, novo flagitii genere diſcipulos ejus aggreditur, immiſſis in monaſterii hortum ſeptem puellis, quæ ad excitandam libidinem nudæ choreas agerent, quare diſcipulorum animabus jure timens ſollicitus S. Pater invidiæ ceſſit; præpoſitiſque duodecim a ſe conſtructis monaſteriis totidem Abbatibus, Sublacum alio tranſiturus dereliquit. Haûd tamen vindex Dei ira ſceleſtiſſima hæc facinora impunita reliquit, nàm mox ut *Vir Dei ejus odia humilitêr declinavit, hunc omnipotens Deus terribilitêr percuſſit. Nàm cum prædictus presbyter ſtans in ſolario, & Benedictum diſceſſiſſe cognoſceret, & exultaret, perdurante immobilitêr tota domus fabrica, hoc ipſum, in quo ſtabat, ſolarium cecidit, & Benedicti hoſtem conterens extinxit. Quod viri Dei diſcipulus Maurus nomine ſtatim venerabili patri Benedicto, qui adhûc a loco eodem vix decem millibus aberat, æſtimavit eſſe nuntiandum dicens; revertere, quia Presbyter, qui te perſequebatur extinctus eſt. Quod vir Dei Benedictus audiens, ſe ſe in gravibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte diſcipulus exultavit. Qua de re factum eſt, ut eidem quoque diſcipulo pœnitentiam indiceret, quod mandans talia gaudere de inimici interitu præſumpſiſſet.* Hiſce a Gregorio narratis admirabundus ſubdit Petrus ejus interlocutor; *Mira ſunt, & multum ſtupenda, quæ dicis. Nàm in aqua ex petra productâ Moyſen, in ferro vero, quod ex profundo aqua rediit, Haliſeum, in aquæ itinere Petrum, in corvi obedientiâ Heliam, in luctu autem mortis inimici David video: ut perpendo vir iſte ſpiritu juſtorum omnium plenus fuit.* Tributas a Petro meritas S. Benedicto laudes Gregorius ratas habuit, addens; *Vir Domini Benedictus, Petre, unius ſpiritum habuit, qui per conceſſa redemptionis gratiam, electorum corda omnium implevit &c.*

Sublacum abſcedit; Cap. 8.

IV. Quamquam verô ſcandalorum cauſam Florentii morte amolitam videret S. Pater, haud pedem retulit, ſed inſtitutum perſequens iter, quod ſumma ordinante providentia ſuſceperat, duobus Angelis comitibus, qui ad bivia quæque, quo eundum eſſet, demonſtrarent; ut teſtis eſt Marcus Poeta S. Benedicti diſcipulus in iis carminibus, quæ de ejus laudibus cecinit, quorum hæc ad rem noſtram leguntur.

Iter Caſſinum arripit duobus Angelis comitatus.

Ad quam tu ex alio monitus cum monte venires,
Per deſerta tibi Dux, via Chriſtus erat.
Namque duos Juvenes bivium produxit ad omne,
Qui te firmarent, quod ſequereris iter &c.

A Marco Poeta hoc iter deſcribitur

Et infrà.

Credar ficta loqui, niſi te, ne ſolus abires,
Tres ſubito corvi promeruere ſequi &c.
Qui velut orbati raucis tibi flere querelis
Inſtant, complentque quod caruere tuo.

Quæ carmina prædicta narrans refert Paulus Vvarnefridi lib. 1. Hiſt. Lang, cap. 26. atque Aimoinûs Floriacenſis in ſermone, quem de S. Benedicto compoſuit. At S. Petrus Damiani in ſermone pervigilii S. Benedicti hæc prætereà addit: *Cum per ignota loca ſolus viator incederet, ubicumque bivium occurrebat, duo protinus juvenes videbantur aſſiſtere, qui ſibi, quo greſſus dirigere debebat, indicarent. Qui nimirùm iuvenes, qui alii ſunt credendi, niſi angelici ſpiritus ad ſancti viri cuſtodiam deputati? Quid autem mirum ſi Angeli ſanctorum videlicet hominum amatores iter edocebant, ne vir ſanctus erraret; cum & bruta animalia ejus veſtigia ſequerentur, ne ſolus abiret? Nàm tres corvi per omnem viam individui ſibi comites fuerunt, ejus aſſiduè veſtigia proſequentes; hodieque in ſilva, quæ ven. Monaſterio Caſini Montis adjacet, duo, ſivè, ut ferunt, tres corvi annua ſemper revolutione nidificant, quos ab illis antiqui temporis corvis nonnulli prodire per traducem ſeminis aſſeverant. Et revera quotidie monaſterii ſeribus advolant, ut crocitantes, & alas, ac roſtra pandentes, ſolitam eſcam, veluti debitum cenſum ex vetuſta poſſeſſionis jure depoſcant. Et ut clarius innoteſcat, quàm pervigil ſuper beatum virum divina gratia coruſcaverit, ſanctus quidam vir in prædicti Caſini Montis tunc arce degebat, cui divina voce præceptum eſt, ut abſcederet, aliique, qui novus habitator accederet, locum daret. Hæc plane de Marci, ejuſdem videlicet beati Benedicti diſcipuli, venuſto carmine jàm defloravimus &c.* Quarum rerum plures alii teſtes ſunt locupletiſſimi.

V. Caſſinum itaque pergens S. Benedictus locum, non hoſtem mutavit, teſte Gregorio Magno: *nam tanto poſt graviora prælia pertulit, quanto contra ſe aperte pugnantem ipſum magiſtrum malitiæ invenit. Caſtrum namque, quod Caſſinum dicitur, in excelſi montis latere ſitum eſt, qui videlicet mons, diſtenſo ſinu, hoc idem caſtrum recipit, ſed per tria millia in altum ſe ſubrigens, velut ad aera cacumen tendit; ubi vetuſtiſſimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium a ſtulto ruſticorum populo Apollo colebatur. Circumquaque etiàm in cultu dæmonum luci ſucreverant, in quibus adhûc eodem tempore infidelium inſana multitudo ſacrificiis ſacrilegis inſudabat. Ibi itaque vir Dei perveniens, contrivit idolum, ſubvertit aram, ſuccidit lucos; atque in ipſo templo Apollinis oraculum B. Martini, ubi verô ara ejuſdem Apollinis fuit, oraculum ſancti conſtruxit Johannis, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat. Sed hæc antiquus hoſtis tacitè non ferens, non occultè, vel per ſomnium, ſed aperta viſione, ejuſdem Patris ſe oculis ingerebat, & magnis clamoribus vim ſe perpeti conquerebatur, ità ut voces illius etiàm Fratres audirent, quamvis imaginem minimè cernerent. Ut enim diſcipulis ſuis venerabilis Pater dicebat, corporalibus oculis ejus idem antiquus hoſtis teterrimus, & ſuccenſus apparebat, qui in eum ore, oculiſque flammantibus ſævire videbatur. Jàm verô, quæ diceret, audiebant omnes: prius enim hunc vocabat ex nomine, cui cum vir Dei minimè reſponderet, ad ejus mox contumelias erumpebat, nàm cum clamaret dicens: Benedicte, Benedicte; & cum ſibi nullo modo reſpondere conſpiceret, protinus adjungebat, Maledicte, & non Benedicte,*

Delubra in Monte Caſſino everſa, lucis ſuccenſis, Fides Catholica prædicata. Cap. 8.

quid

Digitized by Google

quid mecum habes? quid me perſequeris? ſed jam nunc expendenda ſunt contra Dei famulum antiqui hoſtis nova certamina, cui pugnas quidem volens intulit, ſed occaſiones victoria miniſtravit invitus.

Populis a S. Benedicto circumquaque poſitis fidem catholicam prædicatam confirmat Gregorius, dum ait cap. 19. *Non longò autèm a Monaſterio vicus erat, in quo magna multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione converſa. Ibi quoque quadam ſanctimoniales fœminæ inerant, & crebrò illùc pro exhortandis animabus, fratres ſuos mittere Benedictus Dei famulus curabat &c.*

Nàm ut habet S. Thomas opuſc. 19. cap. 4. *Divino judicio reputatus fuit Benedictus idoneus, cui immediatè a Deo committeretur prædicationis officium.* Divinitus autèm miſſum S. Benedictum fuiſſe Caſſinum auctor eſt locuples S. Petrus Damiani in Sermone de pervigilio S. Benedicti, dum aſſerit: *Cum vir Dei Benedictus in loco, qui Sublacus dicitur, conſtructis circumquaque Monaſteriis ſolitarius degeret, divinitus eſt admonitus, ut loco cederet; caſtrumque, quod Caſſinum dicitur, properaret &c.*

VI. Quæ omnia calculo ſuo probat eruditiſſimus Cardinalis Baronius t. 7. ad an. 529. p. 147. hiſce verbis. *Hoc ipſo anno magnus ille Benedictus ex anguſtiis Sublacenſium montium divino monitu egreſſus, Caſſinum petens, ad cujus montis radices erat ſita villa Marci Varronis, illic erecto Monaſterio Monaſticum Ordinem mirificè propagavit; agit de his S. Gregorius in Dialogis, ubi res ibi ab eo præclarè geſtas enarrat. Quod verò ad tempus ſpectat, id firmatum habes ex Caſſinenſi Chronico, & Leone Oſtienſi Epiſcopo, atque ex actis S. Placidi &c. At quis Dei conſilium non magnopere admiretur, dum conſideras, eodem ferme tempore, quo in Oriente Monachiſmus eſſet magna ex parte collapſus, compluribus ex iis a fide catholica ad diverſas hæreſum errores deficientibus, aliis quoque ab illo vetere inſtituto rigido in delicias prolabentibus: eodem, inquam, tempore in occidente inſtaurari, atque longe, lateque diffundi obſervantiam monaſtica diſciplina, eamque adeò fœcundo germine propagari, cum veluti ex tenui ſurculo prægrandium exorta ſint frugiferarum arborum ſilva, quæ univerſam repleverint occidentalem Eccleſiam; extiteritque locuples ſeminarium, ex quo plurimi progreſſi ſint ſanctiſſimi diverſarum eccleſiarum Epiſcopi, nec defuerint ex iis, qui in throno apoſtolico conſidentes, univerſam catholicam eccleſiam cùm vehementiores urgerent fluctus conſtantiſſime gubernarint: progreſſique ex eorum Monachorum Ordine ſint, qui apoſtolico munere complures barbaras nationes, Chriſti jugum ferre impatientes, tandèm ad chriſtianam fidem ſponte capeſſendam, converterint; prodierintque alii, qui ob ſuſcepta grandia pro religione certamina, ſint victores conſecuti coronam martyrii. Præterimus modò illos, qui ſacrarum rerum ſcientia nobiles intèr Scriptores eccleſiaſticos floruere; nec numeramus, quæ numerari vix poſſint ſacrarum examina virginum. Sicut nèc facile ſit recenſere, quod ex hoc uno vere dicendo ſui humilitate fonticulo immenſa flumina ſint derivata; quot, inquam, ex Benedicto diverſorum Ordinum ſint progreſſa agmina monachorum, qui licet diverſo nomine in eccleſia Dei circumamicta varietate cenſeantur, inſtituti tamen eſſe S. Benedicti, & ab ipſo progredi glorientur. Hæc tanta ſibi hic uno intuitu tanquam immenſum cœlum in parvo globo deſcriptum, inſpicienda obiter modò proponimus; quo ſentias facturos nos opera pretium, ſi ſancti viri primordia, atque progreſſus temporum ratione diſtinctos, quantum licuerit, annalibus intexamus, atque cum opportuna ſe occaſio dederit, ejuſdem contigerit meminiſſe. Ut autem ad Caſſini montem Chriſti athleta divinitus vocaretur, certamen, quod adverſus Dæmones mox ibi eſſet initurus, cauſa fuiſſe videtur.*

VII. Ex laudata capitis octavi Gregorii Magni narratione, atque ex cap. 59. invictè cognoſcitur præter Caſſini urbem alia fuiſſe illi contermina oppida, & vicos, quemadmodum ex cap. 57. & 35. Caſſinum urbem viros nobiles habuiſſe indigenas. Fuit enim Caſſinus urbs ampla, & nobilis, cui Epiſcopi aliquandiu præfuerunt, ut in peculiari de eà deſcriptione jam diximus. Nàm quidem Epiſcopi non omnibus urbibus, ſed amplis, populoque uberibus præficiebantur. Caſinus urbs nobilis.

Mirari ſubit, cur Baronius ad An. 529. p. 148. hæc ſcripſerit. *Neſcio enim, qua incuria dormitantium Epiſcoporum, quæ longe, lateque in Chriſtiano orbe extincta erat idololatria, in Monte illo altioribus fixa radicibus adhuc vigebat; ibi namque fortis armatus, tàmquam impietatis arce munitus, cultum a ſibi ſubditis infeliciter exigebat &c.* In cujus Ditione nil mirum Idololatriam adeo perduraſſe.

Cum ſibi met ipſe reſpondeat diſertiſſime T. VI. A. 496. fol. 512. editionis Romanæ 1595. hiſce verbis: *Quis credere poſſit poſt tot Chriſtianorum Imperatorum edicta adverſus idololatriam ſæpiſſime lata, poſtque ſanctorum Pontificum ad eamdem extirpandam adhibita ſtudia, viguiſſe tamen adhuc Romæ ad Gelaſii tempora, quæ fuere antè exordium urbis allata in Italiam, Lupercalia? Et quis ſatis digne admirari queat, eadem quoque recepta ab hominibus chriſtianis? Sed & non obſtupeſcat amplius audiens eadem habuiſſe defenſores Chriſtianos, qui Gelaſio illa penitus extirpare conanti reſtiterint, eoſdemque fuiſſe nobiles Senatores?* Idemque Gelaſius in Apologia, quam adverſus impios illos Senatores conſcripſit, habet: *Quomodò autem non in hanc partem recidit, qui cum ſe Chriſtianum videri velit, & profiteatur, & dicat, palam tamen, publiceque prædicare non horreat, non refugiat, non paveſcat, ideo morbos gigni, quia dæmonia non colantur, & Deo Februario non libetur. Video ubi hæc deliramenta conceperis. Quomodò prævaricator non eſt, qui in has blaſphemia profanitates incurrit?* Et infrà pag. 514. *Caſtores veſtri certe, a quorum cultu deſiſtere noluiſtis, cur vobis opportuna maria minimè præbuerunt, ut hyemis tempore venirent huc navigia cum frumentis, & civitas inopia minimè laboraret. An diebus ſequentibus hoc futurum eſt æſtatis?*

Hinc Mabillonius de inventa apud Caſſinates a S. Benedicto idololatria loquens Annalium T. 1. pag. 55. ſcribit. *Verùm id mirari deſines, ſi in ipſo Romæ ſanctuario cives paganis ritibus deditos, ad id fere tempus reliquos fuiſſe advertas, quales ſane multi ibidem reſtabant, Honorio Auguſto imperante, qui Ratgaiſo Italiæ cladem minitante erecti animo palam in ſermone jactabant, Ratgaiſo meritò hæc ſecunda evenire, quia Deos coleret; Romanam civitatem idcircò deſtitutam eſſe, quia Deos, & Sacra deſeruiſſet, quod etiam tùm jactatum in vulgus, cum*

ab Alarico Roma direpta eſt. Quâm in rem S. Leo Papa in Sermone ſeptimo de Nativitate Domini cap. 4. ſic loquitur: *De talibus inſtitutis, etiam illa generatur impietas, ut Sol inchoatione diurnæ lucis exurgens a quibuſdam inſipientioribus de locis eminentioribus adoretur: quod nonnulli etiam Chriſtiani adeò ſe religioſè facere putant; ut priuſquam ad B. Petri Apoſtoli baſilicam, quæ uni Deo vivo, & verò eſt dedicata, perveniant, ſuperatis gradibus, quibus ad ſuggeſtum* * *AREÆ ſuperioris aſcenditur, converſo corpore ad naſcentem ſe ſolem reflectant, & curvatis cervicibus in honorem ſe ſplendidi Orbis inclinent. Quod fieri partim ignorantiæ vitio, partim paganitatis ſpiritu multum tabeſcimus, & dolemus:*

Jus ſpirituale ob id in Diœceſim Caſſinenſem acquiſitum poſteriſque communicatum. VIII. Cum itaque catholicam Caſſinatibus fidem S. Benedictus prædicaverit, atque idololatriæ reliquias ab urbe, & diœceſi Caſſinenſi, in quâ tunc Epiſcopus nullus erat, quemadmodum antè fuerat, eliminaverit, jure ea ſibi, poſteriſque acquiſivit jura, quæ Epiſcopis competerent. Quod novit optime omni Europa celeberrimum tribunal Sacræ Rotæ Romanæ, ut infra dicendum.

IX. S. Benedicti in Caſſinum adventum A. 529. Baronius, Haeftenus, aliique collocant, quamquam Mabillonius Annalium to. 1. pag. 56. aliique anno 528. Invenit in eo Monte incolam heremitam Martinum, cui divinitus juſſum, ut inde recederet novo hoſpiti locum daturus, teſte Marco Poeta hiſce carminibus,

Heremitam Caſſini incolam S. Benedictus reperit.

Hic quoque viventi juſto prædixerat uni,
His tu parce locis, alter amicus adeſt.

Qui ad montem Marſicum receſſit. Hinc itaque abiens ad Montem Marſicum receſſit, ubi ut auctor eſt Gregorius Magnus lib. 3. Dial. cap. 16. primum pedes longiori catena conſtrinxit, ne longius abire poſſet, ſed monitu S. Benedicti ſoluta compede in antro ſuo ſe ſe ad vitæ uſque terminum continuit.

X. Ubi S. Benedictus Domicilium in montis crepidine fixit, innumera, eaque ſtupenda miracula patravit, quæ inter, duobus mortuis vitâ reddita, de quorum uno hæc habet Gregorius Magnus cap. 11. lib. 2. Dial. *Malignus ſpiritus eumdem parietem, qui ædificabatur, evertit, atque unum puerulum Monachum cujuſdam Curialis filium opprimens ruina contrivit. Contriſtati omnes, ac vehementer afflicti, non damno parietis, ſed contritione fratris; quod venerabili Patri Benedicto ſtuduerunt celeriter cum gravi luctu nuntiare. Tunc idem Pater ad ſe dilaceratum puerulum deferri jubet, quem portare non niſi in Sago potuerunt, quia collapſi ſaxa parietis ejus non ſolum membra, ſed etiam oſſa contriverant. Eumque vir Dei præcepit ſtatim in cellâ ſuâ in pſyathio, quod vulgo Matta vocatur, in quo orare conſueverat, projici, miſſiſque foras fratribus, cellam clauſit, qui orationi inſtantius, quam ſolebat, incubuit. Mira res, horâ eâdem hunc incolumem, atque ut prius valentem ad eumdem iterum laborem miſit, ut ipſe quoque parietem cum fratribus perficeret, de cujus ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare credidiſſet. Cœpit verò inter iſta vir Dei etiam Prophetiæ ſpiritu pollere, ventura prædicere, præſentibus abſentia nuntiare.*

Mortuos Caſſini reſuſcitat.

XI. Hiſce, aliiſque miraculis percrebreſcens, longe lateque S. Benedicti fama, Totilam efferatiſſimum Gothorum Regem excivit ad ejus virtutem experimento pertentandam; quare miſſo Spathario ſuo regio ornatu, atque comitatu ſtipato, qui fucum S. Patri faceret ſeſe Regem ſimulando, ut illum vir ſanctus vidit, propalam notiſſimam ſibi eſſe Regis ſimulationem graviſſimis verbis oſtendit. Id ubi Totilæ renunciatum eſt: *Tunc per ſe idem Totila* (verba ſunt S. Gregorii Magni lib. 2. cap. 15.) *ad Dei hominem acceſſit, quem cum longe ſedentem cerneret non auſus accedere, ſeſe in terram dedit; cui cum vir Dei bis, terque diceret, ſurge, ſed ipſe ante eum de terrâ erigi non auderet; Benedictus Jeſu Chriſti domini famulus per ſemetipſum dignatus accedere eſt ad Regem proſtratum, quem de terrâ levavit, de ſuis actibus increpavit, atque in paucis ſermonibus cuncta, quæ illi erant ventura, prænunciavit, dicens: multa mala facis, multa mala feciſti, jam aliquando ab iniquitate compeſcere. Et quidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, novem annis regnabis, decimo morieris. Quibus auditis, Rex vehementer territus, oratione petitâ, receſſit: atque ex illo jam tempore minus crudelis fuit. Cum non multo poſt Romam adiit, ad Siciliam perrexit. Anno autem Regni ſui decimo, omnipotentis Dei judicio regnum cum vitâ perdidit.*

A Totila inviſitur.

XII. Lubentiſſime quidem mirificam hic vitam S. Legislatoris noſtri integram referremus, niſi ab inſtitutâ brevitate longe id abhorreret; nec typis jam vulgata fuiſſet cum doctis notis ab eruditiſſimis viris Matthæo Lauretto, Benedicto Haefteno, Angelo de Nuce, Bollandianis, Mabillonio, ac tandem ab Angelo Maria Quirino non ità pridem ampliſſimo Cardinalium Senatui adſcripto, qui textui latino Gregorii Magni Græcam Zachariæ verſionem adjunxit. Hinc pauca quædam admirabiliora attigiſſe ſat erit; quorum certè maximum eſt viſio beatifica a Gregorio Magno lib. 2. cap. 35. hiſce verbis narrata. *Cumque vir Domini Benedictus adhuc quieſcentibus fratribus, inſtans vigiliis nocturnæ orationis tempora prævieniſſet, ad feneſtram ſtans, & omnipotentem Dominum deprecans, ſubito intempeſtâ noctis horâ reſpiciens, vidit fuſam lucem deſuper cunctas noctis tenebras effugaſſe, tantoque ſplendore clareſcere, ut diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiaſſet. Mira autem valde res in hac ſpeculatione ſecuta eſt: quia, ſicut poſt ipſe narravit, omnis etiam mundus velut ſub uno ſolis radio collectus, ante oculos ejus adductus eſt. Qui venerabilis Pater dum intentam oculorum aciem in ſplendore coruſcæ lucis infigeret, vidit Germani animam Capuani Epiſcopi in ſpherâ igneâ ab Angelis in cœlum deferri. Tunc tanti ſibi teſtem volens adhibere miraculi, Servandum Diaconem iteratò bis, terque ejus nomine cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuiſſet inſolito tanti viri clamore turbatus, aſcendit, reſpexit, partemque jam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obſtupeſcenti miraculum vir Dei per ordinem, quæ fuerant geſta, narravit, ſtatimque in Caſſinum caſtrum religioſo viro Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem ſub eâdem nocte transmitteret, & quid de Germano epiſcopo ageretur, agnoſceret, & indicaret. Factumque eſt, & reverentiſſimum Virum Germanum epiſcopum, is, qui miſſus fuerat, jam defunctum reperit, & requirens, ſubtiliter*

Viſione Beatifica S. Benedictus fruitur.

* Hæc vox ſic debet legi, uti evidentes demonſtrat Johannes Ciampinus in diſſertatione ad Authorem: De vocis correctione in ſermone ſeptimo S. Leonis de nativitate Domini fol. 22. a tergo.

Digitized by Google

ctter agnovit, eodem momento fuiſſe ejus obitum, quo vir Domini ejus cognovit aſcenſum. Hiſce auditis admirabundus Petrus ſubdit. PETRUS. *Mira res valde, & vehementer ſtupenda, ſed hoc quod dictum eſt, quia ante oculos ipſius, quaſi ſub uno ſolis radio collectus omnis mundus adductus eſt, ſicut nunquam expertus ſum, ita nec conjicere ſcio, quonam ordine fieri poteſt, ut mundus omnis ab homine uno videatur;* cujus hæſitantiam ut elevet Gregorius hæc præfatur. GREGORIUS. *Fixum tene quod loquor, Petre, quia animæ videnti Creatorem anguſta eſt omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce Creatoris aſpexerit, breve ei fit omne quod creatum eſt, quia in ipſa luce viſionis intima mentis laxatur ſinus, tantumque expanditur in Deo, ut ſuperior exiſtat mundo. Fit vero ipſa videntis anima etiam ſuper ſemetipſam. Cumque in Dei lumine rapitur ſuper ſe, in interioribus ampliatur, & dum ſe ſub ſe conſpicit, exaltata comprehendit, quam breve ſit quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo Dei, qui intueri globum igneum, Angelos quoque ad Cœlum redeuntes videbat, hæc procuͤldubio cernere non niſi in Dei lumine poterat. Quid itaque mirum, ſi mundum ante ſe collectum vidit, qui ſublevatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante ejus oculos dicitur, non cœlum, & terra contracta eſt, ſed videntis animus dilatatus, qui in Deo raptus videre ſine difficultate potuit omne quod infra Deum eſt. In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulſit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum quia ad ſuperiora rapuit, ei quam anguſta eſſent omnia inferiora monſtravit.* Luculentiſſimæ diſertiſſimæque explicationi plaudens concludit. PETRUS. *Videor mihi utiliter non intellexiſſe quæ dixeras, quando ex tarditate meâ tantum crevit expoſitio tua. Sed quia hæc liquide meis ſenſibus infudiſti, quæſo, ut ad narrationis ordinem redeas.*

Ex quibus Gregorii verbis, luce clarius evincitur, S. Benedicto intuitivam Dei viſionem fuiſſe exhibitam, cum potiſſimum Gregorius ipſe ea omnia rationum momenta eliminet, quæ in Theologicâ hac controverſiâ adverſus ſingulare munus S. Benedicto conceſſum, excitari a quoquam poſſent. Interrogans enim Petrus Gregorii interlocutor, quo ordine fieri poſſit, ut mundus omnis ab uno homine in ſolis radio collectus videatur? infit Gregorius: *Quia animæ videnti creatorem anguſta eſt omnis creatura: proinde non obſtat totius mundi moles, vaſtitas, & amplitudo, quominus in Deo videri poſſit. An ergo mundi machina,* (addebat Petrus) *contracta eſt, ut parva appareat?* Reſpondet Gregorius; *Non cœlum, & terra contracta eſt, ſed videntis animus dilatatus, qui in Deo raptus videre ſine difficultate potuit omne quod infra Deum eſt.* Non obſtat proinde anguſtia humanæ mentis ad videndum totum mundum, quia, ut rurſum Gregorius, *in ipsâ luce viſionis intima mentis laxatur ſinus, tantumque expanditur in Deo, ut ſuperior exiſtat mundo.* Ex alto igitur humilem, & infra jacentem mundum deſpicit. *Quid mirum* (ait Gregorius) *ſi mundum ante ſe collectum vidit, qui ſublevatus in mentis lumine extra mundum fuit?* Si quæras, quomodo hæc poſſunt fieri, reſpondet Gregorius: *Hæc procul dubio cernere, nonniſi in Dei lumine poterat.* Non vidit oculis corporalibus, nec viribus intellectus, nec lumine naturali, nec ſolâ fide, aut per ſpeciem creatam, ſed lumine gloriæ divinam eſſentiam, in cujus oceano cœlum, & terram ſimul contemplatus eſt. Itaque ut Gregorius exiſtimavit, omnino viſionem illam ſpiritualem fuiſſe, & ſatis inſinuat fuiſſe conjunctam cum viſione eſſentiæ Divinæ; quod niſi indicare voluiſſet, neque quæſtioni proponentis ſatisfeciſſet, neque ſimpliciter proprieque fuiſſet locutus, neque denique confirmationis vice illud adducere potuiſſet, in quo robur reſponſionis conſiſtit: *Animæ videnti Creatorem anguſta eſt omnis creatura.* Hæc enucleate Sandeus. Ceterum non injucundum erit advertere, duplicem a Gregorio Magno diſtinctam fuiſſe S. Benedicti viſionem, duoque lumina; corporale, quo anima S. Germani in cœlum abeuntis viſa eſt; aliud ſpirituale, cum ſublevatus in mentis lumine fuit; duplexque obiectum viſio habuit, ſpirituale nimirum, atque corporeum; cum potiſſimum eo tempore S. Pater ex Gregoriana phraſi ſupra ſe, extra ſe, extra Mundum, & in Deo raptus fuerit. Hanc in ſententiam S. Gregorii verba interpretati ſunt viri doctiſſimi, ſanctiſſimique, Rupertus Tuitienſis lib. XII. de Gloria, & honore filii hominis; S. Bernardus in Sermone ſuper illud: Audiam quid loquatur in me Dominus: S. Bonaventura libro de luminaribus Eccleſiæ ſermone 20. Dionyſius Carthuſienſis in Sermone de S. Benedicto, Urbanus VIII. in Bulla, pro feſtivitate S. Benedicti editâ anno 1632. 12. Kal. Aprilis, a Tamburino relatâ de Jur. Abb. T. II. diſp. 24. q. 5. in qua hæc leguntur. *Divinâ interius luce ſplendens ſublatus in mentis lumine, ſuperior mundo, & expanſus in Deo, mentis laxato ſinu, beatifico lumine humani imbecillitatem intellectus elevante, Deum ipſum, & in ipſo Deo adhuc mortalis, omne quod infra Deum eſt, videre meruerit.* Hæc Bulla, quæ præmiſerat, hoc Beato Gregorio teſte fulciri. In eandem ſententiam abiere non infimæ notæ Theologi, atque etiam Schola Salmanticenſis Benedictina, & Valliſoletana, atque Salisburgenſis; egregieque hanc controverſiam examinant Benedictus Haeftenus, & Angelus de Nuce in notis ad prælaudata Gregorii verba: Paulus Mezger tract. I. Diſp. 6. art. 3. §. 3. per tot. Auguſtinus Reding quæſt. 4. art. 1. nu. 26. Cœleſtinus Pley in Theorematibus Angelicæ Theologiæ quæſt. 2.

XIII. Nil itaque mirum, ſi S. Pater admirabili adeo lumine illuſtratus divinitus ea edoctus fuerit, quæ in Regulâ ſuâ conſcripta reliquit: *Hoc autem nolo te lateat* (ait Gregorius cap. 36.) *quod vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctrina quoque verbo non mediocriter fulſit, nam ſcripſit Monachorum Regulam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam. Cujus, ſi quis velit ſubtilius mores, vitamque cognoſcere, poteſt in eâdem inſtitutione Regulæ, omnes Magiſterii illius actus invenire: quia S. vir nullo modo potuit aliter docere, quam vixit.* Hæc Regula adeo a S. Gregorio commendata, paribus laudibus proſecuta eſt a pluribus ſanctitate, atque doctrinâ conſpicuis viris, ipſaque concilia ſanctam, eodemque Spiritu, quo Sacri Canones, dictatam appellant. Quæ Patrum, Conciliorumque teſtimonia congerit vir eruditiſſimus Edmundus Martene, in limine inſignis Commentarii ad Regulam S. Benedicti, Philippus Baſtide in Diſſertatione de antiqua Ordinis S. Benedi-

Regulam conſcribit, quam ipſo vivente, promulgatur.

ĉti intra Gallias promulgatione, cap. 7. & 8. & Haeſtenus in primo tom. Diſquiſitionum Monaſticarum, a fol. 156. ad 160. Promulgata eſt hæc Regula in variis Italiæ, Siciliæ, Franciæ, ac Hiſpaniæ Monaſteriis, vivente adhuc S. Legislatore, poſt cujus obitum mirifice omnem Europam pervaſit, atque adeo in quibuſdam Aſiæ, Africæ, & Americæ locis, ut demonſtrat Haeſtenus ibidem pag. 264. ad 269. Annales Ordinis S. Benedicti Johannis Mabillonii familiaritate nobis, dum viveret, conjunctiſſimi, Chronicon Antonii Yepeſii, omneſque quotquot ſunt ex Ordine noſtro ſcriptores. Hac tamen in re lectu digniſſima eſt Bulla Benedicti XII. quæ Benedictina nuncupatur.

potiſſimum in Monaſterio Terracinenſi,

XIV. Unum certe ex Monaſteriis, in quo S. Benedicti Regula, eo vivente, obſervata eſt, fuit Terracinenſe, ejus nutu atque Architectura conſtructum, ut narrat Gregorius Mag. cap. 22. hiſce verbis: *Alio quoque tempore a quodam fideli viro fuerat rogatus, ut in ejus patrimonii prædio juxta Terracinenſem urbem, miſſis diſcipulis ſuis, conſtruere Monaſterium debuiſſet, qui roganti conſentiens, deputatis fratribus, Patrem conſtituit, & quis ei ſecundus eſſet ordinavit. Hiſce vero Præfectus in ſomnis apparens, quomodo Cœnobii ædes, & Regulares officinæ diſponendæ eſſent, ſignificavit.* Ad Cœnobium hoc incolendum S. Benedictus miſit præ ceteris S. Specioſum, cujus martyrologium Romanum die 15. Martii meminit, & S. Gregorium germanos fratres. Quorum hic Terracinæ degens, Specioſi fratris, qui Capuæ forte commorabatur, animam in cœlum abeuntem vidit. De hiſce agit Gregorius Magnus in quarto Dialogorum lib. cap. 8. Mabillonius Seculo I. Actorum Ordinis S. Benedicti, & in Annalium to. 1. p. 65. & Socii Bollandiani ad diem 15. Martii.

ad quod SS. Specioſum, & Gregorium mittit

In Sicilia.

XV. Longe major fuit ſanctiſſimorum Monachorum colonia in Sicilia, cum S. Placido ab eodem miſſa, ut prope Meſſanæ portum Monaſterium conſtrueretur, in quo non longe poſt feliciſſimus Martyr oppetiit Placidus cum triginta Monachis, atque Eutychio, Victorino Fratribus, ſororeque Flaviâ, ut S. Placidi Acta narrant apud Achery, & Mabillonium in ſæculo I. Actuum ſanctorum ordinis S. Benedicti. Videatur hanc in rem laudatus Mabillonius in Annalium tom. 1. pag. 65. & ſeqq. & pag. 90. & ſeqq., ubi pag. 92. ait; *Poſt mortem S. Placidi ad Meſſanenſe Monaſterium Caſſino miſſi ſunt alii Monachi, qui locum illum incoluere, uſque ad Siciliæ devaſtationem factam per Saracenos, id eſt ad annos ferme trecentos, qua in communi ſtrage deſtructum fuit Monaſterium, &c.* Baronius ad annum 541. pag. 318. Apologia Theoderici Ruinart de Martyrio S. Placidi.

In Gallia

XVI. Nulla vero celebrior a S. Benedicto facta miſſio, quam S. Mauri dilectiſſimi diſcipuli, atque Præpoſiti cœnobii Caſſinenſis, quem petentibus Epiſcopi Cennomanenſis legatis ad id miſſis, in Galliam pergere juſſit, cum lectiſſimo Monachorum numero. Erat S. Maurus præcipuus S. Benedicti diſcipulus, tantæque a pueritiâ virtutis, ut ejus juſſu ad extrahendum e lacu Sublacenſi S. Placidum currens, ſiccis pedibus, ſuper aquam ambulaverit. Quare ejus vitæ ſanctimoniam demirans ſanctiſſimus Pater, ceteris Monachis in exemplum proponebat, ſibique adiutorem eſſe voluit, Præpoſitum Caſſinenſem conſtituens, quo in munere die quadam cum Monachis, ex agrario labore rediens, claudum, impoſitâ ei Diaconali ſtolâ, quam Diaconus ipſe aſſidue geſtabat, priſtinæ incolumitati reſtituit, innumeraque alia perpetravit miracula, maxime poſtquam iter in Galliam arripuit, ubi cum perveniſſet, Cœnobio Glannafolienſi, in agro Aurelianenſi condito, ita Regulam noſtram promulgavit, ut Caroli Magni tempore, vix aliarum Regularum nomina nota Monachis eſſent. Hinc idem Imperator in Capitularibus anno 811. agens de converſatione Monachiorum inquit: *Interrogandi ſunt, & utrum aliqui Monachi eſſe poſſint præter eos, qui Regulam S. Benedicti obſervant. Inquirendum etiam, ſi in Galliâ Monachi fuiſſent, priuſquam traditio Regulæ S. Benedicti in has parochias deveniſſet.* Et alibi eodem modo interrogandum jubet; *qua Regulâ Monachi vixiſſent in Galliâ priuſquam Regula S. Benedicti in eâ tradita fuiſſet, cum legamus S. Martinum, & Monachum fuiſſe, & ſub ſe Monachos habuiſſe, qui multo ante S. Benedictum fuit.* Certum ergo habuit Carolus Magnus nullam in Galliis fuiſſe Regulam a Benedictinâ diverſam, ab eo tempore, quo Galliis innotuit; aliàs fruſtra quæreret: *Utrum Monachi eſſe poſſint, præter eos, qui Regulam S. Benedicti obſervant:* fruſtra: *Utrum Monachi fuiſſent, priuſquam traditio Regulæ S. Benedicti in has Provincias deveniſſet:* inaniter, & fruſtra inquirendum juberet: *Qua Regula vixiſſent Monachi in Galliâ, priuſquam Regula S. Benedicti in eâ tradita fuiſſet?* ſi aliqua alia Benedictinâ antiquiore, aut etiam poſteriore, Monachos vixiſſe noviſſet. Nullam ergo aliam a Benedictinâ in Galliis obſervatam agnovit, nullam præceptam eſſe didicit, nullamque ex aliorum relatione credidit eſſe ſervatam. Quis enim neſcit, ea, quæ nomine Regum, Imperatorum, Principum ſcripta feruntur, & ſacris, ſeu politicis conventibus examinanda traduntur, perraro ab ipſis eſſe compoſita, nunquam vero propoſita in publicum, priuſquam ab omnium peritiſſimis viſa fuerint, & emendata? Quod cum nullus inficiari poſſit, nullus etiam, ut ſpero, ægre feret, ſi tanti Principis, tantorumque virorum, qui ſub ejus imperio floruerunt, auctoritate freti, Regulam S. Benedicti a S. Mauro per Gallias diffuſam crediderimus, nullis aliis poſtea intra imperium Gallicum admiſſis, ne ipſa quidem Columbani Regula, ſi eam a Benedictinâ ſejungas, aut ſepares, ut optime diſſerit Philippus Baſtide. V. vita S. Mauri a Fauſto ejus itineris ſocio, & conſanguineo deſcripta in ſæc. I. Act. ord. S. Benedicti, atque eruditiſſimi Mabillonii præfatio ad Sæc. I. §. 5. ad Sec. II. & III. part. 11. §. 2. & præ omnibus Apologia Miſſionis S. Mauri in Franciam a Theoderico Ruinart eruditiſſime concinnata, in qua veteres omnes ſcriptores, monumentaque adducit, quæ miſſionem hanc referunt, agitque de noſtræ Regulæ promulgatione per Maurum in Galliâ. Apologia hæc latine edita eſt in appendice ad tom. 1. Annal. Mabillonii, pag. 629. atque ſeparatim Gallica lingua. Pagius hiſce de rebus agens anno 544. n. 9. ait: *Hoc anno Regula S. Benedicti in Galliâ recepta, quæ brevi tantam ea in Regno obtinuit authoritatem, ut alias omnes longe poſt ſe reliquerit intervallo. S. Maurus egreſſus Caſſino, recto contendit in Galliam, cum quatuor ſociis.*

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

ſociis. Vide Hug. Menard. de Origine, & incremento Ordinis S. Benedicti, in Martyrol. Bened. pag. 833., Philippum Baſtide io Diſſertatione de antiquâ ordinis S. Benedicti intra Gallias propagatione, Ludovicum Thomaſſinum de Beneficiis par. 1. lib. 3. cap. 25.

In Hiſpania.

XVII. Antonius Yepeſius vir apprime doctus in Centuria prima ad ann. 537. Chronici generalis ordinis S. Benedicti variis rationum momentis oſtendit, quoſdam e ſuis diſcipulis a S. Benedicto in Hiſpania miſſos, qui Monaſterium S. Benedicti Caradignenſe incolerent, atque S. Æmilianum, dum in vivis S. Benedictus ageret, ejus ordinem longe, lateque in pluribus Hiſpaniæ Monaſteriis propagaſſe, quæ inter erat Agabienſe. Hanc Yepeſii ſententiam amplexatus eſt Hugo Menardus in laudatâ de origine, & incremento ordinis noſtri Tractatione, pag. 852. & ſeqq. Haeſtenus in Diſquiſitionum Monaſticarum lib. II. pag. 168. dum ait: *Præ ceteris autem inſtitutum noſtrum per Hiſpaniam magis propagavit S. Æmilianus, qui obiit circa annum Domini* 574. Joſeph Perezius in Diſſert. Eccleſiaſticis fol. 144. & ſeq. aliique. Quam rem etiam confirmat vetuſtiſſima inſcriptio in S. Æmiliani ſepulchro reperta, de qua agunt citati auctores.

In Germania.

Laudatus Menardus in mox citatâ tractatione pag. 859. & ſeqq. longeque validius in notis ad vitam S. Benedicti Anianenſis, quam concordiæ Regularum præmittit, pag. 41. demonſtrat Regulam noſtram in Germania promulgatam a S. Benedicti diſcipulis. Illudque citra omnem dubitationem eſt, in pluribus Italiæ fere totius Monaſteriis Regulam hanc invectam a Simplicio tertio Caſſinatium Abbate, quod invictiſſimis argumentis demonſtrat Mabillonius tom. 1. Annal. pag. 143. & ſeq. & pag. 669. & ſeqq. & Pagius ad Ann. 581. nu. 10. Haeſtenus tom. 1. pag. 164. & ſeqq. aliique plures.

Regula hæc Caſſini conſcripta.

XVIII. Regulam hanc brevi admodum, longe lateque dilatatam Caſſini exaravit S. Legislator, quemadmodum validiſſimis, luculentiſſimiſque rationibus probat Nuceus in Not. ad cap. 29. lib. III. Chron. Caſſinenſis, ut jure Thomaſſinus in to. I. de Beneficiis lib. 3. cap. 25. pag. 710. col. 2. Cœnobii Caſſinenſis dignitatem elegantiſſimis hiſce verbis extollat: *Caſſinenſi omni in Italiâ Abbatia ſuus ſemper incolumis, illibatuſque in omnia Occidentis Monaſteria vendicabatur principatus honoris, & gloriæ. Et quidem cum ad Caſſinenſe Monaſterium profectus eſſet S. Odilo Cluniacenſis Abbas, rogatuſque miſſarum ſolemnia celebrare cum paſtorali, ſacroque Abbatum baculo, eo poteſtatis inſigni uti conſtantiſſime recuſavit, præſente Abbatum Abbate, hoc eſt Abbate Caſſinenſi.* * *Longe refugit dicens: Nequaquam dignum eſſe, contra fas eſſe, quempiam Abbatum manu paſtoralem præferre virgam, ubi Benedicti Vicarium, Abbatem ſcilicet omnium Abbatum eſſe contigerat. Eam honoris prærogativam contulit Romanus Pontifex Abbatibus Caſſinenſibus, ut ſupra Abbates omnes alios ſederent in conventibus omnibus, tam Principum, quam Epiſcoporum.* In omni Epiſcoporum Principumque conventu, ſuperiorem omnibus Abbatibus ſedem, & in Conſilus eorum priorem ſententiam firmavit. *Pontius Cluniacenſis Abbas, cum Romæ Concilio adeſſet, una cum Abbate Caſſinenſi, & illam quoque nominis gloriam ſibi arrogaret, ut Abbas diceretur Abbatum, fractus tamen eſt pondere, & evidentiâ rationum pro Caſſinenſi Abbate militantium, cui pontifices quoque eum titulum integrum uni ſervaverunt, quod e Caſſino Regula in omnem ſe Orbem effuderit.* Videatur Haeſtenus diſquiſit. Monaſticarum lib. 2. diſquiſ. 3. pag. 103. & ſeqq.

* Leo Oſtien. Chron. Caſſ. lib. 2 cap. 14. & 97.

lib. 4 cap. 61. Chron. Caſſ.

Mors S. Scholaſticæ.

XIX. Dum hæc agerentur inter privatas, publicaſque curas, quibus S. Benedictus diſtinebatur, animum ſemel in anno recreabat dulci ſororis S. Scholaſticæ lectiſſimæ, ſanctiſſimæque ſeminæ colloquio, quod hiſce verbis deſcribit S. Gregorius Magn. cap. 33. *Soror namque ejus Scholaſtica nomine omnipotenti Domino ab ipſo infantiæ tempore dicata ad eum ſemel per annum venire conſueverat, ad quam vir Dei non longe extra januam in poſſeſſione Monaſterii deſcendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum diſcipulis Venerabilis ejus deſcendit frater, qui totum diem in Dei laudibus, ſacriſque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris, ſimul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad menſam ſederent, & inter ſacra colloquia tardior ſe hora protraheret, eadem ſanctimonialis fœmina ſoror ejus, eum rogavit, dicens: Quæſo te, ne iſtâ nocte me deſeras, ut uſque mane aliquid de cœleſtis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille reſpondit: quid eſt quod loqueris ſoror? manere extra cellam nullatenus poſſum, &c.* Cum vero nullis ſe precibus fratrem allicere poſſe conſpiceret, ut ibi eâ nocte maneret, converſo ad Deum animo uberrimos imbres obtinuit, qui repagulo fuere, ne S. Benedictus ad Monaſterium rediret ſuum: *Sicque factum eſt* (proſequitur Gregorius,) *ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per ſacra ſpiritualis vitæ colloquia ſeſe vicariâ relatione ſatiarent.* Et cap. 34. hæc ſcribit idem Gregorius: *Cumque die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam remeaſſet, vir Dei ad Monaſterium rediit, cum ecce poſt triduum in cellâ conſiſtens, elevatis in aera oculis, vidit ejuſdem ſororis ſuæ animam de ejus corpore egreſſam in columbæ ſpecie cœli ſecreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens Omnipotenti Deo hymnis, & laudibus gratias reddidit, ejuſque obitum fratribus denunciavit. Quos etiam protinus miſit, ut ejus corpus ad Monaſterium deferrent, atque in ſepulchro, quod ſibi ipſe paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens ſemper in Deo una fuerat, eorum quoque corpora nec ſepultura ſepararet.* Cum vero S. Gregorius Sanctimonialem S. Scholaſticam appellet, ejuſque cellam nominet, atque ex iis, quæ S. Bertharius noni ſæculi author, & Albericus Diaconus undecimi ſæculi, aliique ſcribunt, luculentiſſime evincitur S. Scholaſticam Monialem clauſtris addictam vere fuiſſe, ejuſque cœnobium quod ipſa regeret prope Caſſinenſe S. Benedicti fratris conſtitutum. Qua de re agit diſertiſſime Angelus de Nuce, atque Haeſtenus in notis ad laudata Gregorii verba; Mabillonius in Præfatione ad I. Sæculum Benedictinum §. 3., & in primo Annalium Tom. p. 60. atque Menardus in laudata diſſertatione de Origine, & incremento ordinis S. Benedicti p. 858. Quamquam vero S. Gregorius Mag. c. 19. hæc ſcribat: *Non longe a Monaſterio vicus erat, in quo magna multitudo hominum ad fidem Dei ab Idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione converſa. Ibi quoque quædam Sanctimoniales fœminæ inerant,*

Digitized by Google

erant, & crebro illuc pro exhortandis animabus, fratres ſuos mittere Benedictus Dei famulus curabat &c. quod diverſorium Aſceterium vocat Zacharias; haud tamen ſatis conſtat, an hoc cœnobium a S. Benedicto extructum fuerit, aut in eo S. Scholaſtica ſit diverſata. Videndus Mabillonius Annal. to. 2. pag. 59. Nuceus, & Haeſtenus in not. ad hæc Gregorii verba.

XX. Poſt exhibita virtutum omnium ſpecimina, obitoſque egregios labores, S. Benedictus moritur, quemadmodum in hæc verba Gregorius Magnus cap. 37. narrat: *Eodem vero anno, quo de hac vita erat exiturus, quibuſdam diſcipulis ſecum converſantibus, quibuſdam longe manentibus, ſanctiſſimi ſui obitus denuntiavit diem, præſentibus indicens, ut audita per ſilentium tegerent, abſentibus indicans, quod vel quale ejus ſignum fieret, quando ejus anima de corpore exiret. Ante ſextum vero ſui exitus diem, aperiri ſibi ſepulturam jubet. Qui mox correptus febribus, acri cœpit ardore fatigari, cumque per dies ſingulos languor ingraveſceret, ſexto die portari ſe in oratorium a diſcipulis fecit, ibique exitum ſuum Dominici Corporis, & Sanguinis perceptione munivit, atque inter diſcipulorum manus imbecilla membra ſuſtentans, erectis in cœlum manibus ſtetit, & ultimum ſpiritum inter verba orationis efflavit. Qua ſcilicet die duobus de eo fratribus, uni in cella commoranti, alteri autem longius poſito, revelatio unius, atque indiſſimilis viſionis apparuit. Viderunt namque quia ſtrata palliis, atque innumeris coruſca lampadibus via recto Orientis tramite ab ejus cella in cœlum uſque tendebatur. Cui venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, cujus eſſet via, quam cerneret, inquiſivit. Illi autem ſe neſcire profeſſi ſunt, quibus ipſe ait: Hæc eſt via, qua dilectus Domino cœlum Benedictus aſcendit. Tunc itaque ſancti viri obitum ſicut præſentes diſcipuli viderunt, ita abſentes ex ſigno, quod eis prædictum fuerat agnoverunt. Sepultus vero eſt in oratorio B. Baptiſtæ Johannis, quod, deſtructâ arâ Apollinis, ipſe conſtruxit. Qui & in eo ſpecu, in quo prius Sublacu habitavit, nunc uſque ſi petentium fides exigat, miraculis coruſcat.* Quam Dei oculis grata mors S. Benedicti fuerit, graphice deſcribit S. Gertrudis lib. 4. Divinarum inſinuationum cap. 2. quam in rem plura erudite pro more congerit Haeſtenus in Commentario ad laudata Gregorii verba, potiſſimum vero authoritates S. Petri Damiani, S. Bernardi, S. Odonis, aliorumque.

S. Benedictus obiit.

Plurimum inter ſeſe ſcriptores diſſident, de die, menſe, anno emortuali S. Benedicti. Qua de re nos ageremus, ſi inſtituti ratio pateretur. Verum qui hæc penitius noſſe velit, adeat Haeſtenum in Commentario ad cap. 37. Vitæ S. Benedicti pag. 175. & ſeqq. Excurſum Chronologicum Angeli da Nuce ad cap. 1. Chronici Caſſinenſis, Joſephi Perezii diſſertationes Eccleſiaſticas, in quibus pleraque ad hiſtoriam eccleſiaſticam, & politicam Hiſpaniæ, remque diplomaticam ſpectantia, accurate diſcutiuntur; Baronium ad A. 542. pag. 324. Petavium part. II. Rationarii temporum lib. 4. cap. 13. Mabillonium Annalium to. 1. p. 115. & ſeqq. Pagium ad ann. 544. nu. 12. 13. & 14. Nos enim cum Leone Marſicano anno 543. eveniſſe credimus, cujus ſententiæ ſubſcribit Mabillonius p. 116. Perez p. 312. Haeſtenus, aliique complures.

SÆCULUM PRIMUM

A CONSTRUCTIONE MONASTERII CASSINENSIS

Anno DXXIX. facta.

I.

ABBATES S. BENEDICTI SUCCESSORES

In Sacri Cœnobii Caſſinenſis, & Lateranenſis Præfectura.

Conſtantinus poſt S. Benedictum Abbas eligitur.

I. A Mœſtiſſimis ob mortem S. Benedicti Monachis electus eſt Caſſinenſis Abbas S. Conſtantinus anno circiter 543. qui Cœnobio præfuiſſe fertur annos decem & ſeptem, ad annum ſcilicet 560. Ejus ſanctitatem ſatis prædicat Gregorius Magnus, eum in Prologo ad vitam S. Benedicti *Reverentiſſimum valde virum* appellat, quo titulo non niſi inſignes pietate, ac dignitate viri deſignabantur; unumque fuiſſe teſtatur ex quatuor illis, S. Benedicti Diſcipulis, a quibus Præceptoris eorum præclariſſima, planeque admiranda geſta didicerit. Non minimum ejus ſanctitatis indicium eſt etiam, quod ſub Ara maxima ad pedes S. Benedicti humatus fuerit, quo in loco undecimo ſæculo ſacra ejus lipſana reperta ſunt a Deſiderio Abbate, deinde a Johanne Aragonio Cardinali, exeunte ſæculo XV. atque a Simplicio Caffarello initio Sæculi XVII. ſub cujus finem tranſlata ſunt in Sacellum S. Bertharii Martyris; ac demum ineunte noſtro hoc ſæculo ſub arâ illius Sacelli humata, quod Caſinates ejus nomini, S. Simplicio, & S. Gregorio Magno ſacrarunt: ut tempus vetuſtiſſimum omittamus, contra quod nulla hominum memoria recurrit, quo ſemper ut ſanctus veneratus eſt, & habitus Conſtantinus. Ejus meminere in martyrologio Benedictino Arnoldus Vvion, & Hugo Menardus ad diem 29. Martii, Mabillonius to. I. Annalium pag. 143. Petrus Diaconus de Ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 10.

II. Huic circa annum 560. ſuffectus eſt Simplicius, & ipſe diſcipulus S. Benedicti, atque unus e quatuor teſtibus, quos S. Gregorius Magnus potiſſimum adhibuit ad vitam S. Benedicti narrandam. Ejus corpus ſub Ara etiam maximâ Baſilicæ

Cui ſuffectus eſt Simplicius.

Caſ-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Caſſinenſis ſepultum toties inventum eſt, quoties illud S. Conſtantini, quo cum demum in Sacello eorum nomini dicato reconditum. Hujus ſancti viri Acta ſe vidiſſe teſtatur Odo Abbas Glannafolienſis, ſeculi noni author, in Epiſtolâ Actis S. Mauri præfixâ, quæ modo non extare dolemus ex animo. Nominis ſimilitudine deceptus Gallonius, Simplicium Abbatem Caſſinenſem cum altero Simplicio S. Mauri ſocio confudit, quem contendit Monaſterio Lateranenſi præfuiſſe ex prave intellectis Gregorii verbis, quibus ſe didiciſſe ait geſta S. Benedicti a *Conſtantino ſcilicet reverendiſſimo valde viro, qui ei in Monaſterii regimine ſucceſſit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranenſi Monaſterio præfuit, Simplicio, qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit &c.* pronomen *illius* Gallonius retulit ad Valentinianum, cum ad S. Benedictum manifeſte referatur, ut oſtendit Paulus Diaconus lib. 4. de Geſtis Langobardorum cap. 10. Leo Oſtien. Chron. Caſſinen. lib. 1. cap. 2. pluresque alii apud Mabillon. Annal. to. 1. pag. 143. & ſeqq. & pag. 669. & ſeqq. Pagius ad ann. 581. n. 10. Haeſtenus Monaſticarum diſquiſit. to. 1. pag. 164. & ſeqq. Conſtantinus Cajetanus in Apologia pro Johanne Diacono, Vvion, & Menardus ad diem 29. Martii, Mabillonius loco laudato, & in Actis Sanctorum ordinis S. Benedicti, Sæculo I. pag. 194. & 276. Quo anno obierit incompertum.

Huic Vitalis, III. Huic in regimine cœnobii Caſſinenſis ſucceſſit Vitalis, cujus Paulus Diaconus, Leo Oſtien. aliique in laudatis locis meminere, quamquam annus ejus emortualis ignoratur.

& Bonitus IV. Subrogatus in ejus locum eſt Bonitus, cujus etiam meminere Paulus Diaconus, Leo Oſtienſis, aliique; nil præterea de eo aliud traditum, quam ſub ejus præfecturâ Caſſinenſe cœnobium everſum, ac peſſumdatum a Langobardis, e quorum manibus evadentes Monachi, majori ex parte Romam conceſſerint, ubi prope Lateranum ſedes novas fixere, opitulante Pelagio Pontifice, ut mox narrabimus.

II.

ABBATES COENOBII LATERANENSIS

A GASSINATIBUS CONSTRUCTI.

deinde Valentinianus. V. BOnito ſucceſſit Valentinianus, *qui annis multis*, teſte Gregorio Magno in Prolog. lib. II. Dialog. *Lateranenſi Monaſterio præfuit*. Fuit & ipſe unus e quatuor S. Benedicti diſcipulis, quibus referentibus, acta S. Benedicti didicit S. Gregorius Magnus. Hujus vitam ſe vidiſſe refert Odo Glannafolienſis, quæ ſi extaret, plura forte nobis ignota panderet. Sancti hujus viri meminit Petrus Diaconus in laudato lib. cap. 14. Mabillonius T. I. Act. SS. Ord. S. Benedicti pag. 276. & Annal. tom. 1. pag. 176.

VI. Valentiniano ſubrogatus Gregorius, cujus nomen dumtaxat ad nos pervenit.

III.

RERUM EVENTUS IN COENOBIO CAISINENSI.

Caſſinenſis Cœnobii vaſtatio a Langobardis. SUb Bonito Abbate hoc ſeculo evenit miſeranda cœnobii Caſſinenſis clades, a S. Benedicto prævisa, ut hiſce verbis narrat Gregorius Magnus lib. 2. Dialogorum cap. 17. *Vir quidam nobilis Theopropus nomine ejuſdem Benedicti Patris fuerat ammonitione converſus, qui pro vita ſua merito, magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat, Hic cum quadam die ejus cellulam fuiſſet ingreſſus, hunc amariſſime flentem reperit. Cumque diu ſubſiſteret, ejuſque non finiri lacrymas videret, nec tamen ut vir Dei conſueverat orando plangeret, ſed mærendo, quænam cauſa tanti luctus exiſteret inquiſivit. Cui vir Dei illico reſpondit; Omne hoc monaſterium quod conſtruxi, & cuncta, quæ fratribus præparavi, omnipotentis Dei judicio gentibus tradita ſunt. Vix autem obtinere potui, ut mihi ex hoc loco animæ cederentur. Cujus vocem tunc Theopropus audivit; nos autem cernimus qui deſtructum modo a Langobardorum gente ejus monaſterium ſcimus: nocturno enim tempore, quieſcentibus fratribus, nuper illic Langobardi ingreſſi ſunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem illic tenere potuerunt: ſed implevit omnipotens Deus quod fideli famulo Benedicto promiſerat, ut ſi res gentibus traderet, animas cuſtodiret. Qua in re Paab vicem video tenuiſſe Benedictum, cujus dum navis rerum omnium jacturam pertulit, ipſe in conſolatione vitam omnium, qui eum comitabantur, accepit.* Qua de re hæc ſcribit Paulus Diaconus lib. 4. de Geſtis Langobardorum cap. 18. *Circa hæc tempora cœnobium B. Benedicti Patris, quod in caſtro Caſſino ſitum eſt a Langobardis noctu invaditur, qui univerſa diripientes, ne unum quidem de Monachis tenere potuerunt, ut prophetia venerabilis Benedicti Patris, quam longe ante præviderat, compleretur, qua dixit: Vix apud Deum obtinere potui, ut ex hoc loco mihi animæ concederentur. Fugientes quoque ex eodem loco Monachi Romam petierunt, ſecum codicem ſancta Regula, qaam præfatus Pator compoſuerat, & quædam alia ſcripta, nec non pondus panis, & menſuram vini, & quicquid ex ſupellectili ſubripere poterant deferentes. Ceterum poſt B. Benedictum Conſtantinus, poſt hunc Simplicius, poſt quem Vitalis, ad extremum Bonitus Congregationem ipſam rexit, ſub quo hæc deſtructio facta eſt.* Et Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 2. Chronici Caſſinenſis eam cladem hiſce verbis narrat: *Huic ſanctiſſimo Patri ſuccedit in monaſterii regimine vir reverentiſſimus Conſtantinus ejuſdem S. Patris diſcipulus. Tertius autem a B. Benedicto præfuit ejuſdem Congregationi Simplicius; quartus Vitalis, quintus vero Bonitus. Quo præſidente, Langobardi, qui nuper ſub Juſtino minore Italiam invaſerant, cum jam ab Incarnatione Domini quingentorum ſexaginta, & octo annorum circulus volveretur, præfatum cœnobium nocturno tempore, quieſcentibus fratribus, ingreſſi ſunt. Qui univerſa diripientes, ne unum quidem illic hominem capere potuerunt, videlicet ut ſermo S. Patris Benedicti compleretur, quem Theopropo dixerat: Vix obtinere potui, ut mihi ex hoc loco animæ* ce-

Digitized by Google

cederentur. Fugientes itaque ex eodem cœnobio fratres, Romam profecti ſunt, codicem S. Regulæ, quam B. Benedictus deſcripſerat, & quædam alia ſcripta, nec non & pondus panis, vini quoque menſuram, & quicquid ſupellectilis potuerunt ſurripere deferentes, atque ex conceſſione Romani Pontificis Pelagii, qui tunc ſedi Apoſtolicæ præerat, juxta Lateranenſe Patriarchium monaſterium conſtruxerunt, ibique per centum, ac triginta annos, quod Caſſinenſe monaſterium deſtructum permanſit, habitaverunt.

Illud apud ſcriptores exploratum eſt, Langobardos Italiam invaſiſſe anno 568. teſte Paulo Diacono lib. 2. cap. 7. dum ait. *Tunc Alboin ſedes proprias, hoc eſt Pannoniam amicis ſuis Hunnis contribuit, eo ſcilicet ordine, ut, ſi quo tempore Langobardis neceſſe eſſet reverti, ſua rurſus arva repeterent. Igitur Langobardi, relictâ Pannonia, cum uxoribus, & natis, omnique ſupellectili, Italiam properant poſſeſſuri. Habitaverunt autem in Pannoniâ annis quadraginta duobus, de qua egreſſi ſunt menſe Aprili, per Indictionem primam, alio die poſt ſanctum Paſcha, cujus feſtivitas eo anno juxta calculi rationem ipſis Kalendis Aprilibus fuit, cum jam a Domini Incarnatione anni quingenti ſexaginta octo eſſent devoluti.* Paulum ſectati ſunt Baronius, Pagius ad eum annum, Sigonius de Regno Italiæ pag. 16. Camillus Peregrinius in Diſſertatione de Tempore inſtituti Ducatus Beneventani, Antonius Caracciolus in Propylæo ad quatuor Chronologos a ſe editos, aliique non pauci.

Langobardi hoc nomine ſunt appellati, vel a barbæ prolixitate, vel potius a ſecurium longitudine, quam nominis ethymologiam accurate perquirit Angelus de Nuce in notis ad caput 2. Chron. Caſſinen. Bollandus tom. 1. & II. Februarii in adnotationibus ad vitas S. Antonini, & S. Sabini Canuſini Epiſcopi. Alboinus Langobardorum Rex crudelis, atque efferatiſſimus propriæ Conjugis Roſæmundæ artibus morti addictus eſt. *Cauſa autem interfectionis ejus*, teſte Paulo Diacono cap. 28. *hæc fuit; Cum in convivio ultra quam oportuerat apud Veronam lætus reſideret, cum poculo quod de capite Cunimundi Regis ſui ſoceri fecerat, Reginæ ad bibendum vinum dari præcepit, atque eam, ut cum patre ſuo lætanter biberet, invitavit. Hoc ne cui videatur impoſſibile, veritatem in Chriſto loquor, ego hoc poculum vidi in quodam die feſto Ratchis Principem, ut illud convivis ſuis oſtentaret, manutenentem. Igitur Roſemunda, ubi rem animadvertit, altum concipiens in corde dolorem, quem compeſcere non valens, mox in mariti necem patris funus vindicatura exarſit, &c.* Quamquam Gregorius Turonenſis lib. IV. n. 41. editionis Pariſienſis A. 1699. ab eruditiſſimo Theodorico Ruinart concinnatæ ſcribit. *Mortuâ autem Chlothoſinda uxore Albuini, aliam duxit conjugem, cujus Patrem ante paucum tempus interfecerat. Qua de cauſa mulier in odio ſemper virum habens, locum opperiebatur, in quo poſſet injurias patris ulciſci. Unde factum eſt, ut unum ex famulis concupiſcens, virum veneno necaret, quo defuncto, cum famulo abiit, ſed apprehenſi pariter interfecti ſunt; Langobardi deinceps alium ſuper ſe Regem ſtatuunt.*

Tanto impetu præfatus Albuinus in Italiam irrupit, ut omnibus Venetiæ oppidis, Liguriæque facile in ſuam ditionem ſubactis, Mediolanum hujus Provinciæ caput (Inſubres enim Ligures quandoque dicti) ingreſſus, a ſuis Rex ſit appellatus. Atque hinc infinitarum in Italiâ cladium origo, a quibus non urbes, non provinciæ, non clerici, non monachi, non eccleſiæ, non res ſacræ ſervatæ. Quare Gregorius Turonenſis loco mox laudato de Langobardorum in Italiam irruptione agens, ait: *Quam regionem ingreſſi maxime per ſeptem annos pervagantes, ſpoliatis eccleſiis, ſacerdotibus interfectis, in ſuam redigunt poteſtatem &c.* & Paulus Diaconus lib. 2. cap. 31. *Per hos Langobardorum Duces ſeptimo anno ab adventu Albuvin, & totius gentis, ſpoliatis eccleſiis, ſacerdotibus interfectis, civitatibus ſubrutis, populiſque, qui more ſegetum excreverant, extinctis, exceptis his regionibus, quas Albuvin ceperat, Italia ex maxima parte capta, & a Langobardis ſubjugata eſt.* De hac Langobardorum invaſione, atque irrogatis Italiæ univerſæ malis, eorumque immanitate contra eccleſias, cœnobia, clericos, monachos, civitates, oppida, eorumque accolas, fuſe agit Baronius anno 568. 573. 577. 579. 584. Videatur Pagius, Sigonius de Regno Ital. aliique.

Cis-Tiberina potiſſimum Italia, quæ modo Regnum Neapolitanum conſtituit, potiti ſunt Langobardi, quibuſdam exceptis, maritimis urbibus, Neapoli, Cayeta, Cumis &c. quas navali claſſe, mariſque ſubſidiis deſtituti, expoliare non potuere. Dux ibi Beneventanus ei conſtitutus, cui omnis Cis-Tiberina Italia pareret. Conſentiunt authores primum Beneventanum Ducem fuiſſe Zotonem in annos viginti; cetera diſcrepant de anno differentes quo Ducatus ſit inſtitutus; nam eruditiſſimus Antonius Caracciolus in Propylæo ad antiquos quatuor Chronologos pag. 6. & ſeqq. initium Præfecturæ Zotonis anno 571. collocat, eodemque anno inſtitutum Ducatum Beneventanum, validis rationum momentis contendit contra Vuolfangum Lazium lib. 12. de migratione Gentium, Sigonium lib. 1. de Regn. Ital. pag. 31. aliosque, qui ad annum 589. hæc rejiciunt. Camillus Peregrinius fuſe, eruditeque hac de re agit in diſſertatione inſcripta: *Ducatus Beneventanus quando inſtitutus*; licet antea in Hiſtoria Principum Langobardorum pag. 272. Caracciolo ſubſcripſerit.

Illud etiam eſt pervulgatum, ſacrum Caſſinenſe Cœnobium ſub Zotone vaſtatum; quonam id vero anno acciderit, non ſatis inter ſcriptores convenit. Sigonius enim eam everſionem anno 589. collocat, illique aſſentiuntur Haeftenus in Commentario ad cap. 17. Vitæ S. Benedicti pag. 126. Angelus de Nuce in excurſu chronologico de tempore everſionis, vaſtitatis, & inſtaurationis Monaſterii Caſſinenſis num. 482. aliique plures. Quorum aſſertionis potiſſima ratio a Gregorii verbis deſumitur, dum cap. 17. ait: *Nuper illic Langobardi ingreſſi ſunt*; nam Gregorius ſcribendis Dialogorum libris exacto tertio Pontificatus ſui anno, hoc eſt initio anni 593. manus admovit, ut conſtat ex eorundem lib. 4. cap. 36. 47. & 55. cujus rei teſtis eſt etiam Baronius ad ann. 593. Communem hanc fuiſſe ſcriptorum omnium opinionem fatetur Mabillonius tom. 1. Annal. p. 176. quamquam ipſe ad ann. 580. rejicit, dum ait: *Caſſino tum præerat Bonitus Abbas ſucceſſorem in regendo apud Lateranum grege*

Caſ-

Digitized by Google

Caſſinenſi ſortitus Valentinianum, qui annis multis, *teſte Gregorio*, Lateranenſi Monaſterio præfuit. *Unus hic locus ſufficit emendandæ communi noſtrorum ſententiæ, qui hanc everſionem anno ſupra quingenteſimum octogeſimo nono ponunt. Gregorius quippe Dialogos ſuos ſcribere aggreſſus eſt anno nonageſimo tertio. Jam vivere tum deſierat Valentinianus, qui* multis ante annis, *hoc eſt annis minimum decem Lateranenſi Monaſterio præfuerat; ergo longe ante annos decem everſum fuerat Caſſinenſe Monaſterium, & Monachi inde fugati, quibus Pelagius continentem Lateranenſi baſilicæ locum ad conſtruendum monaſterium conceſſerat, anno utique circiter octogeſimo, qui quartus erat ejus Pontificatus annus; Nec refert quod Gregorio ejus ſucceſſori Dialogorum librum ſecundum ſcribenti nupera dicatur hæc everſio;* Nuper *enim apud Gregorium non ſemel accipitur pro decem, immo & pro viginti annorum ſpatio, ut duo ejus loca manifeſte probant; &c. nempe cap. 26. lib. 3. Dialogorum, ubi ſic habetur.* Nuper in Samnii Provincia quidam Venerabilis vir Menas nomine .... ante hoc fere eſt decennium defunctus. Igitur, ait Mabillonius, vocabulum *nuper* porrectum eſt ultra decennium. Imo in Dialogorum lib. 3. cap. 8. Gregorius inquit: *Vir quoque venerabilis vitæ Conſtantius Aquinæ Civitatis epiſcopus fuit, qui nuper prædeceſſoris mei tempore beatæ memoriæ Johannis Papæ defunctus eſt. Itaque* nuper *in viginti annos, & amplius protenditur: ſiquidem Johannes Papa tertius ſub quo Conſtantius nuper defunctus Gregorio dicitur anno 573. diem clauſit.* Quemadmodum autem Gregorius Magnus ſemel ultra decennium, & iterum ultra vicennium illud nuper protrahit, ita potuit vaſtationem cœnobii Caſſinenſis deſcribens, nuper citra decennium coarctare, propriaque ſignificatione pro brevi admodum temporis intercapedine uſurpare, non pro tredecim annis.

Poſt acerbiſſimum hoc excidium uno ſæculo, & amplius Monachorum incolatu deſtitutum eſt cœnobium Caſſinenſe; quod tamen non ita eſt accipiendum, quaſi nullus prorſus Monachus ibi degeret, cui ſacrarum Benedicti, & Scholaſticæ reliquiarum cura demandata non ſit; nam aliquos ad eam rem delegatos ab Abbate, qui Laterani ſedes fixerat, Monachos advertit Polyhiſtor Baronius anno 664. pag. 491. hiſce verbis: *Certum eſt a Langobardis Caſſinenſe cœnobium devaſtatum: ſed rogo te, num Monachis illis Caſſinenſibus Romam migrantibus, quibus cura fuit menſuram quoque panis, & vini ſecum ferre, nulla fuit ratio ſacrorum oſſium ſanctiſſimi Benedicti, & ſi non ſecum aſportandi, ſaltem occultandi, vel cuſtodiendi ea, alicujus Monachi anachoreticam vitam illic ducentis aſſiſtentia? Ita plane ſenties; neque enim fas eſſe videtur exiſtimare tam ſacra pignora Benedicti, atque Scholaſticæ illic fuiſſe penitus abſque cultu aliquo derelicta a Monachis Caſſinenſibus Romæ degentibus, cum videamus exemplis quoſvis etiam regularis diſciplinæ ſolutiſſimos Monachos ſui ipſorum inſtitutoris memoria tenaciſſimos eſſe, ut pro ea conſervandâ parati ſint vitam quoque profundere. Certe quidem quando Petronax Brixianus ad inſtaurandum locum perrexit, aliquos ibi reſidere invenit, prout idem Paulus Diaconus docet. Vel ſi volumus nimiâ oſcitantiâ ſtertiſſe omnes ut abſque cultu veneranda lipſana dereliquerint, quomodo transferre ea Romam ad Lateranenſe cœnobium in mentem potuit non veniſſe, tot præterlabentibus annis? Quod cum eos non feciſſe conſtet, plane bene cultum tunc, & cuſtoditum fuiſſe locum illum aliquando reſtituendum argumento eſt.* Et ad annum 716. tom. 9. pag. 7. *Quod autem ait idem Paulus, tanto tempore perſeveraſſe locum illum abſque habitatione hominum; intelligas ſic perſeveraſſe abſque Monaſterio ad Monachorum regularem habitationem conſtituto, cum alioquin nunquam illic defuerint habitatores, qui ad venerandum corpus ejuſdem S. Benedicti excubias agerent; nam ante conſtructum a Petronace Monaſterium illud, habitatores ipſum ibi inveniſſe, qui eum delegerant (ut ait) ſeniorem, idem ipſe teſtatur Paulus. Sic igitur illud exploratiſſimum eſt a tempore everſionis Caſſinatis Monaſterii a S. Benedicto conſtructi, uſque ad erectum a Petronace monaſterium, locum illum deſtitutum fuiſſe, ſicut Monaſterii habitatione, ita & monaſticâ regulari inſtitutione; cum tamen nunquam defuerint qui illic habitaverint Servi Dei excubantes ad ſepulchrum SS. Patris (ut diximus) Benedicti.* Monachi itaque Caſſino aufugientes Romam conceſſerunt ubi a Pelagio Romano Pontifice amantiſſime, humaniſſimeque excepti prope Lateranum Monaſterium conſtruxere.

Monaſterium Lateranenſe a Monachis Caſſinenſibus ædificatur.

I V.

VIRI SANCTITATE, ET DOCTRINA

HOC SAECULO ILLUSTRES.

FLoruere hoc ſæculo Sanctitatis fama celebres Monachi Caſſinates S. Maurus, S. Placidus, S. Conſtantius, S. Simplicius, S. Valentinianus, S. Gregorius, S. Specioſus, de quibus jam a nobis actum, omnes S. Benedicti diſcipuli, præter S. Paulinum, & S. Auguſtinum ejuſdem diſcipulos, quorum corpora cum duobus aliis ignoti nominis anno 1103. in Eccleſiâ S. Stephani reperta ſunt, quæ Caſſini erat, non Terracinæ, ut hallucinatur Nuceus in notis ad cap. 23. lib. 4. Chronici Caſſinenſis. Tranſlata ſacra hæc corpora fuere in parietem Eccleſiæ S. Andreæ, ut Petrus Diaconus laudato loco Chronici Caſſinenſis narrat, qui cap. 19. & 20. de ortû, & Vita Juſtorum Caſſ. ait: *Paulinus Patris Benedicti diſcipulus vitâ, religioneque perſpicuus in Caſſino uſque ad ſuum eſt obitum converſatus, ſepultus vero eſt ibi in ipſo loco, ubi poſtea eccleſia S. Stephani conſtructa eſt. Hujus igitur corpus Oderiſii Abbatis tempore, dum inventum fuiſſet, dæmoniacus quidam ibidem veniens confeſtim ſanatus eſt. Tunc Abbas cum fratribus S. Paulini corpus inde elevans, in muro eccleſiæ S. Andreæ Apoſtoli reverenter locavit: Auguſtinus B. Benedicti diſcipulus ſanctitate probatus, ibidem in Caſſino converſatus eſt, atque juxta corpus S. Paulini, cum aliis duobus ſepultus; ſed cum ſanctorum corpora inventa fuiſſent, Dæmoniacus quidam ibidem veniens clamare cœpit dicens,* Paulinus, & Auguſtinus *diſcipuli Benedicti cum duobus ſociis ſuis me ejiciunt. Hæc dum crebro per os illius diabolus diceret, cum ſanguine immundus ſpiritus egreſſus eſt. Oderiſius autem Abbas ſanctorum inde corpora elevans cum corpore B. Paulini juxta Eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli ſepelivit.* Intra ambitum cœnobii Caſſinenſis Eccleſias S. Stephani, &

Plures S. Benedicti diſcipuli vitæ ſanctimonia conſpicui, quos inter Auguſtinus, & Paulinus.

S. An-

Digitized by Google

S. Andreæ extitiſſe res eſt indubitata, cum earum mentio in pluribus monumentis noſtris reperiatur. De his agit Mabillonius Annal. tom. primo pag. 65. & in Martyrologio Benedictino Vvion, & Menardus.

SS. Conſtantinianus, & Antonius.

Inter S. Benedicti diſcipulos recenſendi ſunt etiam S. Conſtantinianus, & S. Antonius S. Mauro in Gallias pergenti ſocii, de quibus hæc ait Martyrologium Monaſticum Vvionis, & Menardi ad diem 3. Septembris. *In pago Andegavenſi dedicatio Eccleſiæ Sancti Mauri de Glannafolio a Calixto Papa ſecundo, & elevatio corporum ſanctorum Antonii, & Conſtantiniani, qui Caſſinenſi cœnobio ad Gallias cum B. Mauro perrexerant.*

De hiſce Sanctis quædam obſervat Menardus p. 481. eorumque inventionis meminit Petrus Baconus coævus Author lib. 4. Chr. Caſſin. cap. 64. & cap. 7. & 8. laudati libri, de ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium.

SS. Fauſtus, & Simplicius.

Duo alii e S. Benedicti diſcipulis fuere cum S. Mauro in Galliam miſſi, nempe SS. Fauſtus, & Simplicius, qui quadraginta propemodum annis iis in partibus diverſati ſunt, ut refertur in vita S. Mauri, & a Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 1. Chron. Caſſ. dum ait: *Ipſo itaque anno, quo de hac vita migraturus erat ad Chriſtum, rogatus in Gallias ad Monaſterium conſtruendum ſuos mittere monachos &c. nihil moratus, Beatum Maurum illuc cum eiſdem legatis direxit, cum quo etiam B. Fauſtum &c. & tres alios mittere ſtuduit &c.* Petrus etiam Diaconus in laudato lib. cap. 6. Fauſti meminit, & cap. 10. Simplicii, Vid. Mabillonius annal. tom. 1. pag. 186. & 286. atqoe Vvion, & Menardus in Martyrolog. Monaſtico, ubi ad diem 15. Februarii, Fauſtum inſigni elogio exornant. Sauſſajus in ſupplemento ad Martyrologium Gallicanum, & Angelus Nuceus in notis ad cap. 3. lib. 1. Chron. Caſſin. in quibus magnam Fauſti ſanctitatem ex humili de ſe narratione in Prologo. Vitæ S. Mauri contexta ſatis apte deducit. Inea Fauſti narratiooe hæc potiſſimum verba ſunt adnotanda: *Cernens itaque Beatiſſimus Pater* (Benedictus) *me per omnia ſaluti propriæ, & regulari inſtitutioni operam dare, multis ſæpiſſime argumentationibus propoſitum animi mei niſus eſt experiri, etiam de his, quæ ipſi homini impoſſibilia, ac importabilia eſſe ſciebat &c.*

S. Benedictus Anachoreta.

Celebris in martyrologio Romano die 23. Martii, & apud Gregorium Magnum lib. 3. Dialogorum cap. 18. eſt mentio S. Benedicti monachi, cujus cellam cum immaniſſima feritate Gothi cremare artibus omnibus pertentaſſent, divinitus illæſa ſervata eſt, licet circumquaque poſita omnia combuſta eſſent; quare in rabiem acti ardenti in clibano ſanctum virum includunt, in quo die integro clauſus illæſus omnino etiam quoad veſtimenta, & capillos inde exivit. Ferrarius in catalogo ſanctorum Italiæ aſſerit ſanctum hunc virum Monachum Caſſinatem fuiſſe, cujus rei fides eſto penes aothorem. Extat S. Benedicti Vita apud Mabillonium Sæculo I. Act. Sanctorum Ordinis S. Benedicti pag. 122.

Plures etiam doctrina celebres, hoc eſt, Marcus Poeta.

Inter viros doctrina memorandos floruit hoc ſæculo apud Caſſinates Marcus Poeta S. Benedicti diſcipulus, qui præceptoris ſui præclariſſima aliquot geſta verſibus cecinit, atque miracula quædam a S. Gregorio magno haud recenſita. Hujus Poetæ carmina extant in bibliothecæ noſtræ codicibus mſſ. n. 257. & 353. Edita vero ſunt in tertio Poematum volumine Proſperi Martinengii edit. Romanæ anni 1590. & in appendice chronici Caſſinenſis ab Angelo Nuceo notis illuſtrato pag. 3. De hoc fuſe agit eruditiſſimus Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpana Veteri lib. 5. cap. 2. pag. 242. nu. 53. & ſeqq. ubi ineluctabilibus rationum momentis ab auctoritate veterum, recentiorumque e Benedictina familia ſcriptorum petitis demonſtrat longe Marcum noſtrum a Maximo Epiſcopo Cæſarauguſtano differre, quocum illum pſeudo quidam Hiſtorici confudere, ut facilius excogitatas a ſe fabulas venditarent; qua de re diſſerit omnigena eruditione præſtantiſſimus Cardinalis Joſeph Saenz de Aguirre to. II. Concil. Hiſpan. pag. 419. & 420.

Fauſtus.

Fauſtus etiam inter ſcriptores Caſſinates memorandos, cum Vitam S. Mauri litteris conſignaverit a Bonifacio Papa quarto approbatam. Ejus meminere Sigebertus de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 32. Oſtien. cap. 3. Petrus Diaconus de Viris Illuſtr. Caſſ. cap. 2. Mabillonius ſæc. 1. pag. 274. & ſeqq. & Annal. to. 1. pag. 107. & 286. pluribuſque aliis in locis; Pagius tom. II. Anno 606. nu. 6. aliique plures.

Sebaſtianus.


Floruit etiam Sebaſtianus S. Benedicti diſcipulos auctor vitæ S. Hieronymi eccleſiæ Doctoris, ut ex mſſ. Bibliothecæ noſtræ codicibus ſignatis nu. 147. & 148. conſtat, quæ etiam reperitur in mſſ. Sublacenſibus, & Reatenſibus. Ut hinc videas, deceptum eruditiſſimum Johannem Gherardum Voſſium Sebaſtiano eam vitam abjudicantem lib. 3. de Hiſtoricis latinis cap. 3. dum aſſerit, vitam S. Hieronymi alumni S. Benedicti ab eo ſcriptis conſignatam. Quem errorem ſectatur etiam Johannes Baptiſta Marus in not. ad cap. 4. Petri Diac. de Vir Illoſtr. Caſſ. ubi de hoc Sebaſtiano agitur. Incipit vita. *Pleroſque nimirum Illuſtrium virorum non ambigo noſſe quo natus quibuſque Doctoribus eruditus ſit literis, quoque quieſcat S. Hieronymus loco &c. Beatus igitur Hieronymus genere nobili ortus, patre vero Euſebio nomine, oppido Stridonis, quod a Gothis everſum, Dalmatiæ quondam, Pannoniæque confinium fuit.* Et poſt multa alia. *Huic viro in literarum ſtudiis, plerique Cathigêtæ fuere, Donatus nempè Ortigraphus, Romanis eum imbuens elementis, liberaliumque ſufficienter ſapore replens, magiſter extitit illi, ſicut ipſe in chronica ſua meminit dicens, Victorinus Rethor, & Donatus Grammaticus præceptor meus Romæ inſignes habentur. Gregorium quippè Nazianzenum, ut idem in tertio explanationum Iſaiæ lib. refert, Didaſculum fuiſſe ſuum teſtatur.*

Simplicius.

Simplicos Caſſinenſis Abbas carmina quædam de regulæ noſtræ laudibus, atque promulgatione compoſuit, quæ refert Holſteinus in cod. Regularum, Menardus de origine, & incremento Ordinis S. Benedicti pag. 870. Antonius Yepes in Chr. Ordinis S. Benedicti, pag. 337. Haeftenus tract. 6. diſquiſit. I. Mabillon. annal. tom. 1. pag. 669. aliique complures. Agit de Simplicio Petrus Diaconus pag. 5. laudati opuſculi, multique alii.

SÆCU-

Digitized by Google


V
NSIS
Andreas Maliar ſculp.
Neap. an. 1713.

Digitized by Google

Digitized by Google

IV



Digitized by Google

SÆCULUM SECUNDUM
A CONSTRUCTIONE SACRI COENOBII CASSINENSIS.
AB ANNO CHRISTI DC. AD DCC.

I.

SERIES ABBATUM CASSINENSIUM, QUI Lateranenſi Cœnobio præfuerunt.

Abbates Lateranenſes.

ANno circiter Chriſti ſexcenteſimo Lateranenſe cœnobium regebat S. Theodorus, quo impellente Vitam S. Mauri conſcripſit Fauſtus e Monaſterio Glannafolienſi redux, cujus rei idem Fauſtus initio ejus vitæ eſt author. Odo nono ſeculo Abbas Glannafolienſis in epiſtola ad Adelmodum Archidiaconum eccleſiæ Cennomanenſi teſtatur, viſam a ſe S. Theodori vitam, quam interiiſſe impenſe dolemus. Videatur Mabillonius ſæc. 1. Act. SS. Ord. S. Benedicti, & Annal. to. 1. pag. 107. 186.286. Bollandus die 15. Januarii, ubi de vita S. Mauri agit, Petrus Diaconus de Ortu, & Vita Juſtor. Caſſ. cap. 16. Leo Oſtien. lib. 1. cap. 3. Quot annis cœnobio Lateranenſi S. Theodorus præfuerit, aut quo anno obierit incompertum.

Apud Arnoldum Vvion lib. 1. ligni Vitæ pag. 12. & 13. ſola Abbatum Lateranenſium Theodori ſucceſſorum nomina recenſentur, quæ hic exſcribimus.

Joannes quintus Lateranenſis Abbas.

Leo ſextus Lateranenſis Abbas.

Urſus ſeptimus Lateranenſis Abbas.

Agapitus octavus Lateranenſis Abbas.

Leo II. nonus Lateranenſis Abbas.

Joannes II. ut vult Petrus Diaconus, ab Anaſtaſio vero Romanus vocatur, decimus Later. Abbas.

Theophilus undecimus Lateranenſis Abbas.

Adrianus duodecimus Lateranenſis Abbas. Conſtantinus Cajetanus pro Joanne Diacono pag. 132. eadem nomina recenſet, nihil addens præterea. Verum apud Vvionem, & Cajetanum horum nominum fides eſto, cum nulla ſuperſint vetera monumenta, e quibus diſcere illa potuerint.

Lucentius plures Pontifices Monachis Lateranenſibus adſcribit.

Abbas Julius Ambroſius Lucenti Ital. ſac. to. 1. in deſcriptione Epiſcopatus Caſſinenſis col. 523. hæc habet; *Nulli tamen non apparet Sanctiſſimi cœnobii Lateranenſis incolis interea temporis haud minimam deberi reverentiam, tanquam a ſummo Deo ſingularibus gratiis, & favoribus commendatis. Magnis enim, & immortalibus meritis illuſtres emerſerunt viri ad Epiſcopales cathedras, ad gentium converſionem, ad populorum magiſterium, ad S. R. E. purpureum gradum, quorum nomina recenſere longum foret. Sufficiat eos explorare ad ſupremum Petri ſolium, qui aſcenderunt ex ipſis Romanorum Pontificum ſerie bene librata. Horreum extitit ſacra hac Lateranenſium Monachorum congregatio, unde granatum per urbem, tum per orbem diffuſa eccleſia Dei agrum frugibus ſelectiſſimis locupletarunt. Plures inter, qui recenſentur Summos Chriſti Vicarios eo excurrente ſæculo, ſunt S. Boniſacius IV. è Marſorum provincia Romanus Monachus S. Sebaſtiani extra urbem, qui Pantheon expurgavit, & B. Virgini Mariæ, Sanctiſque omnibus ſtatuit. Adeodatus primus Romanus, S. Eraſmi in Cœlio Monte Monachus, quem eximie laudat Trithemius lib. 4. cap. 4. quod Monaſterium redditibus, & Monachorum numero auxerit, attributo eiſdem Abbate. S. Agatho Siculus Monachus S. Hermetis in urbe Panormi eâ ſanctitate, doctrinâ, & miraculorum virtute præfulgens, dum modicus adhuc eſſet cœnobita, ut a confluentibus ad eum populis Thaumaturgi cognomentum accipere promeritus fuerit. De quo Trithemius, Sigibertus, Panvinius, & Oldoinus in additionibus ad Ciacc. S. Benedictum II. Romanum ex Canonico Regulari Lateranenſi factum Presbyterum Cardinalem, & inde ad Pontificatum aſſumptum, nonne à Benedicti Schola delectum auſpicabimur, cum per ea tempora Lateranenſis Patriarchii divina jura ad inſtar Canonicorum ſub Abbate Canonico perſolverent ipſi Caſſinates Monachi; & pari jure adſtipulandus inter Benedicti aſcetas S. Sergius I. ſiculus, qui Monaſtica vita profeſſus, & Canonicus Regularis Laterani pariter acclamatur, ut ex Oldoino in allegatis Ciacconii additionibus.*

Sed incertum, an ita ſe res habeat.

Quæ quidem a Lucentio maximâ olim nobis familiaritate conjunctiſſimo aſſerta, quamquam Caſſinatibus perhonorifica, probare ſatis non poſſumus, cum nullum ejus rei extet authenticum apud ſcriptores veteres monumentum. Aſſerit quidem Ciacconius in Vita S. Bonifacii quarti, eum fuiſſe Monachum S. Sebaſtiani extra Muros orbis, ejuſque Monachatum confirmat Trithemius lib. 4. de Vir. Illuſtr. Ord. S. Benedicti cap. 3. Hieronymus Plata de Bon. Stat. Religioſ. lib. 2. cap. 28. Vvion ligni Vit. lib. 2. pag. 134. aliique recentiores. Silet tamen hac de re Anaſtaſius, aliique veteres, atque Baronius Anno 607. & ſequ. Mabillonius to. 1. Annal. Ord. S. Benedicti, aliique emunctæ naris Scriptores. At faciamus eſſe, Monachum illum S. Sebaſtiani fuiſſe, Quid inde o bone? An ergo Monachus Lateranenſis, aut cœnobium S. Sebaſtiani Lateranenſi ſubjectum? Quod idem de Monaſterio S. Adeodati Pontificis dubium ſuboritur, qui Monachus vixit in Monaſterio S. Eraſmi, *quod eſt in Cœlio Monte, cujus Monaſterii fabricam novis ædificiis auxit, multiſque eidem prædiis attributis Abbatem ibidem, & Monachorum congregationem inſtituit*, teſte

Anaſtaſio, in ejus vita, Baronio ad annum 669. & ſeqq. Mabillonio to. 1. Annal. pag. 513. Ciacconio in ejus vita, aliiſque plurimis. S. etiam Agatho Monachus quidem S. Hermetis apud Panormum fuit, ut plurium ſcriptorum authoritate probat Oldoinus in Additamentis ad ejus vitam a Ciacconio contimatam, neque ullus ejus monachatum inficiatur, agmen ducente Anaſtaſio, quem ſequuti ſunt Baronius ad annum 678. & ſeqq. Mabillon. Annal. to. 1. pag. 544. Trithemius lib. 4. de Vir. Illuſt. Ordinis S. Benedicti cap. 5. aliique plures apud Vvionem Ligni vitæ pag. 135. Quid vero amabo Agathoni cum monaſterio Lateranenſi? S. Benedictum ſecundum noſtris confidenter aſſereremus, ſi illud verum eſſet, quod Ciacconius venditat in ejus vita, ex Canonico ſcilicet Regulari Lateranenſi factum fuiſſe S. R. E. Presbyterum Cardinalem, cum certo certius conſtet nullos eo tempore in Eccleſia Lateranenſi Regulares extitiſſe præter Monachos Caſſinates, ut alibi demonſtrabimus. Verum ſummum de pontificis hujus monachatu ſilentium apud Anaſtaſium, Baronium ad A. 684. & ſeqq. Mabillonium, alioſque probatiſſimos Scriptores. Quod idem ſilentium nos retinet, ne fidem præbeamus Oldoino in Additamentis ad vitam S. Sergii Pontificis apud Ciacconium, cum ait ſanctum hunc Pontificem Romæ educatum, ubi monaſticam vitam profeſſus ſit, vel in Lateranenſi, vel in alio ejuſdem urbis cœnobio.

Error Lubini. Serio tamen, conſtanterque aſſerimus deceptum eruditum Lubinum in Notitia Abbatiarum Italiæ p. 341. dum contendit Eccleſiam S. Pancratii, de qua loquitur S. Gregorius Magnus lib. 4. Regeſti epiſt. 18. novæ editionis monachorum Benedictinorum Congregat. S. Mauri, eamdem eſſe cum monaſterio S. Johannis Baptiſtæ S. Johannis Evangeliſtæ, & S. Pancratii a Caſſinatibus prope Lateranum conſtructo. Ea quippe Epiſtola Mauro Abbati ſcripta hæc habet verba. *Quoniam vero Eccleſia S. Pancratii, quæ erat commiſſa presbyteris frequenter neglectam fuiſſe cognovimus, ita ut venientes dominico die populi miſſarum ſolemnia celebraturi, non invento presbytero, murmurantes redirent, hoc matura deliberatione noſtro ſedis arbitrio, ut, eis remotis, monachorum Congregationem in monaſterio eidem Eccleſiæ cohærenti conſtituere cum Dei gratia deberemus: quatenus Abbas, qui illic præeſſet, curam, & ſollicitudinem antefatæ Eccleſiæ habere modis omnibus debuiſſet. In quo etiam monaſterio te Maurum Abbatem prævidimus præponendum, ſtatuentes, ut terras præfatæ eccleſiæ, vel quidquid illuc intraverit, ſeu de reditibus acceſſerit antedicto monaſterio tuo debeas applicari, atque illic ſine diminutione aliqua pertinere: ita ſane, ut quæcumque in ipſa ſuprafcriptâ eccleſia fienda, reparandaque ſunt, per te ſine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris, quibus eccleſia ipſa fuerat ante commiſſa, vacare miniſteriis videatur, idcirco hujus tibi authoritatis tenore præcipimus, ut peregrinum illic non deſinas adhibere presbyterum, qui Sacra miſſarum poſſit ſolemnia celebrare, quem tamen & in monaſterio tuo habitare, & inde vitæ ſubſidia habere neceſſe eſt. Sed & hoc præ omnibus cura tua ſit, ut ibidem ad Sacratiſſimum corpus B. Pancratii quotidie opus Dei procul dubio peragatur.* Quæ plane demonſtrant invectam a S. Gregorio in eâ eccleſia Monachorum congregationem, quod presbyteri, quos modo dicimus ſæculares, non ſatis accuratè populo inſervirent; cum tamen Caſſinates prope Lateranum ſedes jam fixiſſent ante Gregorii Pontificatum, quo tempore Theodorus abs dubio erat Lateranenſis Abbas, non Maurus. Sermo itaque in hac epiſtola eſt de eccleſia S. Pancratii in Monte Janiculo, quæ a Monachis noſtris juſſu Alexandri III. ceſſit Monialibus Ciſtercienſibus, a quibus ad Fratres S. Clementis Romæ Ordinis S. Ambroſii ad nemus tranſlata eſt, ac demum ad Fratres Carmelitas excalceatos devenit. Videatur Mabillonius Annal. to. 1. pag. 231.

SÆCULUM TERTIUM

A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS

AB ANNO DCC. CHRISTI AD DCCC.

I.

SERIES ABBATUM POST INSTAURATIONEM

Cœnobii Caſſinenſis.

6. PEtronax Abbas præfuit Cœnobio Caſſinenſi ab anno 718. ad medium anni 751.

7. Optatus a die 6. Maii anni 751. ad 4. Junii anni 760.

8. Ermetis ab eo tempore ad diem tantum 18. Julii ejuſdem anni 760. cui ſucceſſit.

9. Gratianus ad diem 22. Auguſti anni 764.

10. Tomichis ab hoc anno ad 25. Januar. anni 771.

11. Poto ad 29. Junii anni 778.


12. Theodomar ad non. Junii ann. 797.

II.

Res hoc ſæculo ad diſciplinam Monaſticam pertinentes.

Gregorius tertius Romanus Pontifex anno 731. inauguratus, & Zacharias anno 741. juſſerunt, ut præter divinum officium ex Regulæ noſtræ præſcripto — Caſſini officia Deiparæ, & S. Benedicti quotidie recitata.

Digitized by Google


V
PROSPECTUS SACRI ARCHICOENOBII CASINATIS
1 Ianua Coenobii.
2 Atrium in quo ciſterna, et porticus ab ingreſſu secundæ ianuæ.
3 Periſtylium media ciſterna ante templum erectis circum aliquorum de casino optimè merentium simulacris.
4 Templum.
5 Sacrarium, sub quo ædicula S.ti Martini, ubi conditorium secularium.
6 Conclaue, ubi sacra supellex aſſeruantur.
7 Turris campanaria
8 Ambulacrum subdiale, unde prospectus ad montes, ad planitiem, ac ad mare Caietanum
9 Atrium, et porticus subter Hospitium Nobilium.
10 Hospitium nobilium, sub quo Valetudinarium monachorum.
11 Oratorium Turris olim quam diuus Benedictus incoluit.
12 Gymnasium
13 Cubicula monachorum
14 Domicilium Abbatiale.
15 Cubiculum P. Prioris.
16 Dormitorium Tyronum, sub quo illud commiſſorum, et subtus cella ca(nearia)
17 Culina, sub qua cella penaria.
18 Triclinium maius cellæ uinariæ impositum.
19 Triclinium minus superſtructũ promptuario linteorum, sub quo furnus.
20 Atrium, et ciſterna, et porticus sub xysto.
21 Xyſtus.
22 Capitulum, sub quo Odæum ad noctis psallendum.
23 Bibliotheca, supra pomarium extructa.
24 Aula Calefactoria, sub qua lignile.
25 Scalæ, uel gradus.
26 Atrium, et porticus iuxta Archiuium.
27 Archiuium insigne.
28 Domicilia senibus, et emeritis aſſignata
29 Lauatorium purgandis tunicis interioribus cum ciſterna.
30 Tonſtrina.
31 Officina sartorum
32 Officina Pharmacopolæ cum ciſterna.
33 Atrium, et porticus Nosocomij, et xenodochij.
34 Xenodochium, sub quo Nosocomium
35 Cella fabri ferrarii
36 Cubicula Artificum, sub quibus Agasonum, et e regione stabula.
37 Scala lignea, qua in Hortum descenſus.
38 Hortus adusum Pharmacopolæ
39 Via ad Albanetam
40 Monasterium S.tæ Mariæ de Albaneta.
41 Monaſterium S.ti Mathæi Seruorum Dei.
42 Monaſterium S. Cosmæ
43 Cairus mons

Digitized by Google

ſcripto die quotidie apud Caſſinates recitari ſolitum, parva quædam officia in laudem Deiparæ, & S. Benedicti decantarentur, teſte Petro Diacono in expoſitione ad cap. 64. Regulæ in codice bibliothecæ Caſſinenſis ſignato num. 257. ubi ritum electionis atque benedictionis Abbatis deſcribens inquit: *Eodem die Abbas nihil aliud niſi panem, & aquam comedat, & canonica ſeptem orarum officia in commemoratione B. Patris Benedicti nunquam dimittat, ſalvo ſcilicet eo, quod in onore ſanctæ Dei Genitricis perſolvi conſuetudo eſt. Quod etiam generaliter ſub diſtricto precepto Caſſinenſi Congregationi Zacharias Papa obſervare præcepit; conſtituent, ut omni tempore tam æſtatis, quam hiemis, ante nocturnale, vel diurnale officium, mox ut Fratres in choro convenerint, incipiant officium de S. Benedicto, & eo expleto, inchoent officium, quod Regula præcipit, adjuncto etiam Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ officio. Septem namque ſunt vitia, ex quibus cetera vitiorum peſtes oriuntur. quæ nimirum ſunt ſuperbia, avaritia, vanagloria, iracundia, triſtitia. Hæc itaque quia cauſa ſunt, & origo omnium vitiorum, ſub eodem numero ſuos habere noſcuntur effectus: ſeptem videlicet criminalia peccata, id eſt: adulterium, homicidium, furtum, perjurium, falſum teſtimonium, rapinam, & blaſphemiam, in quibus videlicet tam certa, tam manifeſta mors eſt animarum, ut quiſquis in quolibet horum deprehenſus obierit, evadere damnationis æternæ ſententiam nullatenus poſſit. Rurſus ſeptem ſunt levia minimaque peccata in quibus non ſolum peccator, ſed & juſtus quiſque cotidiè labitur, etiamſi in excelſo jam perfectionis culmine ſtare videatur. Quæ profecto ſunt cogitatio, ignorantia, incoſtantia, neceſſitas, infirmitas, oblivio, obreptio, per quæ videlicet in cotidianâ ſemper converſatione contra Patris Benedicti regulam Monachi quique delinquunt, atque ideo neceſſe eſt, ut quia per hæc peccati vulnera legislatorem noſtrum offendimus, per cotidianum officium in ejuſdem Patris honore celebratum placare, ac propitium habere mereamur. Scriptum quippe eſt*, Septies in die cadit juſtus, & reſurgit; *qui minimum & ſepties cadere, & tamen juſtus eſſe deſcribitur, quia juſtus eſſe etiam peccando non deſinit, dum non ex propoſito, ſed ex humanitate delinquit. Propter hæc igitur ſeptem levia parvaque peccata, quæ pro fragilitatis humanæ debilitate Monachi in B. Benedicti regulam delinquunt, & cavere non poſſunt, hoc a Zacharia, & ejus anteceſſore Gregorio Papa ſtatutum eſt, & per Apoſtolicam auctoritatem præfixum, ut omni tempore tam æſtatis, quam hiemis, diebus, & noctibus mox ut Fratres in choro convenerint, incipiant officium in commemoratione S. Benedicti, & eo expleto, decantent officium regulare; Ut ſeptem offenſionum maculas, quas ex cotidiana vita hujus converſatione Fratres contrahunt, per diurnale, & nocturnale officium omni tempore B. Benedicto in ejus commemoratione exhibitum expiare procurent*. Duo hæc parva Deiparæ, & S. Benedicti officia in lucem edidit Angelus de Nuce in appendice ad chronicon Caſſinenſe p. 19. & ſeqq. atq; ea Petri verba quæ incipiunt: *Eodem die Abbas*, uſque ad *& Virginis Mariæ officio* refert eruditiſſimus æquê, ac piſſimus Cardinalis Bona de Divinâ Pſalmodia cap. 12. §. 2. idemque præſtat Gavantus ſeſſione 9. de appendicibus Breviarii cap. 1. de officio parvo beatiſſimæ Virginis Mariæ; qui tamen in eo fallitur, quod Petrum nuncupet Paulum: longe tamen Paulus a Petro abeſt qui anno MCXV. ſub Girardo abbate Monachum induit. De his vero officiis loquens Petrus hæc ait. *Ipſius etiam officii curſum ſicut in veteribus ſcedulis jam vetuſtate conſumptis exaratum invenimus, ad poſterorum memoriam hic deſcribere congruum duximus.*

Quare officii Deiparæ inſtitutio non eſt Petro Damiani tribuenda

Ex quibus ſatis luculenter deducitur, circa annum 1056. non eſſe inſtitutionem officii Mariani tribuendam Petro Damiani, ut credidit Baronius eodem anno, & 1095. cum de Urbano II. loquens ait: *Ad quod promerendum* (ſcilicet auxilium Deiparæ) *idem Chriſti Vicarius eodem Claromontenſi concilio rogata ſententia Patrum egit, ut horaria illæ preces, & laudes, quæ vulgo Dei genitricis appellari conſueverunt officium, apud Monachos heremitas inſtitutionis Petri Damiani (ut ſuperius vidimus) frequentari cœpta, ex illis deducerentur ad clericos, a quibus dignè ex animo eidem Sanctiſſimæ Virgini perſolvi deberent, ut ipſa apud filium precibus ageret, quo fidelis populus in tot, & tantis diſcriminibus ſubeundis, ejus fulciretur auxilio, atque præſidio muniretur. Quod quidem tunc a Sancta Synodo, Urbano agente, ea occaſione indictum, & a clericis pie ſuſceptum, ad laicos quoque fuit, tam viros, quam mulieres propagatum, eo quidem cum magno fœnore gratiarum, ut experti ſunt omnes, jugiterque experiuntur Fideles, illud ex animo frequentantes, &c.* Quamquam Johannes Monachus author vitæ S. Petri Damiani præceptoris ſui, Johannes Antonius Flaminius Forocornelienſis, Auguſtinus Fortunius, aliique apud Bonam mox laudatum aſſerunt, S. Petrum Damiani non inſtitutorem, ſed inſtauratorem officii Mariani, quod penê obſoleverat, fuiſſe. Eodem Bona teſte, in eccleſiâ Græca Marianum officium circa annum 728. a Johanne Damaſceno fuit inſtitutum, id que ex mſſ. Græcis Cœnobii Cryptæ Ferratæ diœceſis Tuſculanæ probat, atque authoritate Vincentii Belluacenſis in ſpeculo Hiſt. lib. 17. cap. 103. Quare uſus officii Deiparæ recitandi vetuſtior eſt, quam ut vulgus credit, atq; conſtat non fuiſſe illud a Ciſtercienſibus inſtitutum; demumque tria quotidie in cœnobio Caſſinenſi perſoluta officia, Divinum, Deiparæ, & S. Benedicti. Vid. Martene de antiquis Monachorum Ritibus lib. 1. cap. 2. num. 17. & ſeqq.

Neque Ciſtercienſibus

Græce latineq; officia divina recitata in cœnobio Caſſinenſi.

Piam etiam conſuetudinem Petronax invexit, ut in altari S. Benedicti græce, latineque officium decantaretur, ut ex vetuſta Turris S. Benedicti deſcriptione conſtat, quæ in vetuſtiſſimo bibliothecæ noſtræ codice num. 353. reperitur, quam ob inclinatam latinitatem, & barbaram, aliaque in ea contenta integra hic exſcribere operæ pretium exiſtimamus. *In Turre juxta S. Martinum in feneſtra alta, quæ eſt contra Capuam, vidit S. Benedictus animam Germani Capuani epiſcopi; Et ibi in feneſtra, quæ eſt contra Plumbariolam, vidit animam S. Scholaſticæ. Ibi reſanavit Severum contritum, & leproſum, & ibi cunctas virtutes fecit. In fundo Turris fecis miraculum de labello olei, & ibi ſupra arca tredecim Sol. de auro ceciderunt. Per feneſtra unde vidit anima S. Scholaſtica jactata eſt ampulla de vitro, ibi reſuſcitavit mortuum. Ad pede de Turre extra porta ibi S. Maurus claudum extendit*

in poſo, qui eſt in dormitorio, ante porta de Turre Solſit ruſticu, & ibi carrivit ad Totila; in refettorio, qui eſt juxta ipſum dormitorium profetavid de Roma & de pam. In Turre ipſa ſcripſit Regula in pede de Rabe, a Sanctu Janno fugabi Demone, in fion de ipſu dormitorio, & de Sanctu Martino feci Cerbonara, da foris porta a pede de Turre venit de farina. Altare de Sanctu M... fuit ſub corona de rame, in ipſa Turre omni anno in ſancti Benedicti Altare Biaticzo faciebant officium Graci, & Latini, ſicut pracepit Petronax Abbas. Hanc refert etiam Mabillonius Annal. to. 1. lib. 4. no. 20. & to. 11. lib. 20. ubi prope finem n. 20. agens de illis deſcriptionis verbis *Faciebant officium Graci, & latini,* ait: *Hinc dubium ſuboritur, an monachi Graci ab eo inſtituti fuerint in inferiori monaſterio, an mixta in ſuperiori ex Gracis, Latiniſque congregatio fuerit: An denique Graci illi monachi ex vicino quopiam monaſterio acciti fuerint ad celebrandum ejuſmodi officium.* At ex ipſis deſcriptionis verbis luculentiſſime evinci credimus, monachos, qoi græce canerent, in Monaſterio Caſſinenſi commoratos.

Ad quod plures S. Viri venerunt, & S. Sturmius a S. Bonifacio miſſus. In monaſterio vero Caſſinenſi mirum in modum monaſticam obſervantiam tunc temporis viguiſſe, plures ſanctiſſimi viri, qui illuc adventarunt, plane demonſtrant. Nam S. Bonifacius Moguntinus Archiepiſcopus, apoſtolus Germaniæ, atque fundator nunquam ſatis laudati cœnobii Fuldenſis S. Sturmium Diſcipulum ſuum, quem primum ejus cœnobii Abbatem ſtatuerat, ad monaſterium Caſſinenſe miſit, ut accuratiorem monaſticam diſciplinam ab fonte ipſo hauriret: quod teſtatur Rodulphus Monachus Fuldenſis ſcriptor graviſſimus in vita S. Liobæ Abbatiſſæ S. Bonifacii conſanguineæ, atque plurimum ab eo in ſuis epiſtolis laudatæ, quam ipſe juſſo celeberrimi Rabani Mauri ex monacho Fuldenſi Archiepiſcopi Moguntini deſcripſit excerptam ex rebus a tribus S. Liobæ ſanctimonialibus ſcriptis conſignatis, atque a Magone Fuldenſi monacho illis coævo. Hæc itaqoe habet Rodulphus: *Volens ergo* (S. Bonifacius) *utriuſque profeſſionis ordinem regulariter obſervari, idoneum utrique magiſterium ſtuduit adipiſci, miſitque in Caſſinum montem Sturmi diſcipulum ſuum, virum genere, & more nobilem, ut in monaſterio, quod B. Pater Benedictus inſtituit, diſciplinam regularem, & vitam, moreſque monaſticos agnoſceret, paſtorque futurus diſcipulus fieret, atque in ſubjectione diſceret, quomodo aliis praeſſe debuiſſet &c.* Et Baronios ad annum 725. pag. 48. hæc ſcribit: *Addit praterea Rodulphus in Lioba eundem S. Bonifacium, ut quam exactiſſimam Monaſticam diſciplinam Germania populis traderet, ab ipſo fonte eam haurire curaſſe nimirum ex domo ipſa prima, atque primaria S. Benedicti Abbatis, hoc eſt ex monaſterio Caſſinate, cujus rei gratia miſiſſe tradit illuc Sturmum diſcipulum ſuum, ut aliquandiu illic moratus, diſceret cultum perfectiſſimum monaſtica vita, quamvis ipſe Bonifacius a puero monaſticis imbutus fuiſſet inſtitutis in Anglia, ubi revera iis temporibus florebant monaſteria ſanctitate, atque doctrina, ut tum ex Beda, tum ex ejuſdem Bonifacii litteris intelligitur; ſed nihil voluit pratermiſiſſe vir Sanctiſſimus, quin in Germanicam, quam ſuſceperat excolendam, eccleſiam quacumque foret, vel exiſtimaret eſſe perfectiora, conferret, &c.* Extat hæc S. Liobæ vita apud Surium die 28. Septembris, qno die Sanctæ hojus meminit Martyrologiom Romanum, & apud Mabillonium ſæc. III. part. II. pag. 245. & ſeqq. S. Sturmios pluribus annis cœnobium Foldenſe ſanctiſſime rexit, in quo præter exactam monaſticam diſciplinam, ſcholam etiam inſtituit ad adoleſcentes literis imbuendos, e qoa doctiſſimi illi monachi prodiere, qui ordinem noſtrum, Germaniamq; univerſam ſcriptis ſuis illuſtraront. Videator vita S. Sturmii a S. Eigile IV. Fuldenſium Abbate ſcripta, Sæc. III. Act. SS. Ordinis S. Benedicti Part. II. pag. 267. & ſeqq. & apud Surium 17. Decembris, Brovverus in antiquitatum Fuldenſium libris, præfatio Mabillonii ad primam partem ſæculi III. §. 2. 3. & 4. Pagius anno 744. nu. 10. & ſeqq. anno 772. nu. 5. & anno 779. nu. 3. & 4. idemqoe Mabillonius pluribus in locis to. II. Annalium.

Neque unicum tantum ſui erga Caſſinenſes amoris monumentum dedit S. Bonifacius; verum hanc etiam epiſtolam ad Optatum Caſſinenſem Abbatem, quæ inter ſuas centeſima ſexta eſt, miſit. Qui litteras Optato ſcripſit amoris & obſequii plenissimas. *Reverendiſſimo Fratri imo dilectiſſimo conſacerdoti Optato Abba, & univerſa ſancta Congregationi, ſub cura illius regularis vita normam cuſtodienti Bonifacius ſine prarogativa meritorum nominatus Epiſcopus, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem. Venerandam ſanctitatis veſtra clementiam intimis obſecramus precibus, ut nos indignos nobiſcum in unitate fraterna dilectionis, & ſocietatis ſpiritalis ſuſcipere, & habere dignemini, ut una ſit inter nos, & fides mentium, & pietas actionum, & ſicut Princeps Apoſtolorum* Petrus *hortatur, dicens:* Ante [a] omnia mutuam in invicem charitatem habete, & quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Et ipſa veritas dixit:* In [b] hoc cognoſcent omnes, qoia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem: *Et ſimiliter* Paulus *Apoſtolus admonet dicendo:* Alter [c] alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Et alibi: Finis enim pracepti eſt charitas de puro corde, & conſcientia bona, & fide non ficta. Et ut veſtra Fraternitas in ſpiritali regulariter vita vivens in pacifica tranquillitate fraterna concordia pro noſtra fragilitate exorare dignetur,* ut [d] Sermo Domini currat, & clarificetur, *ut juxta dictum Apoſtoli, liberemur ab importunis, & malis hominibus, & a tentationibus malignorum Spirituum, & tribulationibus adverſariorum,* ut [e] *lux evangeliorum gloria Chriſti, & via vita, quam populis, & gentibus oſtendere, & ipſi pergere debemus, nobiſmetipſis non obtenebreſcat, nec abſcondatur. Diligenter quoque deprecamur, ut familiaritas fraterna charitatis inter nos ſit, & pro viventibus oratio communis, & pro migrantibus de hoc ſaculo orationes, & miſſarum ſolemnia celebrentur, cum alternatim nomina defunctorum inter nos mittentur. Interea ſi quid Fraternitas veſtra nobis mandare ad perficiendum, vel ad dicendum dignata fuerit, voluntatis veſtra deſiderium in omnibus adimplebimus. Agite ergo de hac petitione noſtra, ut in alto cælorum culmine mercedis veſtra pramia in ſuperna curia Angelorum clareſcant, & creſcant. Longavum, ac valentem, & almis viribus proficientem, & ſuaviſſimis operum, & verborum floribus odorantem beatitudinem veſtram perenniter Salvator mundi cuſtodiat.* ✠ Hujos Epiſtolæ meminit Mabillonius Annal. tom. II. ann. 752. pag. 157.

a 1. Pet. 4.
b Joann. 13.
c Gal. 6. Rom. 13. 1. Tim. 13.
d 2. Theſ. 2.
e 1. Tim. 11.

Mi-

Carolus Magnus Caſſinatium amantiſſimus.

Mirum etiam fuit Caroli magni erga Caſſinates ſtudium, quod humaniſſime oſtendit in ea Epiſtola; quam latinis carminibus ad Paulum Diaconum dedit. Hæc vero carmina Caſſinenſis cœnobii laudes potiſſimum complectuntur.

Hinc celer egrediens facili mea carta volatu
*Per ſilvas colles valles quoque * perpete curſu* (* prepete)
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Eſt nam certa quies feſſis venientibus illuc.
Hic olus hoſpitibus, piſcis, hic panis abundat.
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia Fratrum,
Laus, amor, & cultus Chriſti ſimul omnibus horis.
Dic Patri, & ſociis cunctis, ſalvete, valete,
*Colla mei Pauli gaudendo * amplecte benigne* (* amplectere dulcis)
** Dicito multoties ſalve, Pater optime, ſalve.* (* dicens)

Quæ refert Leo Oſtien. lib. 5. cap. 15. & Johannes Diaconus in Chronico S. Vincentii ad fontes Vulturni apud Du-Cheſne T. III. de ſcript. Francorum pag. 668. eorumque meminit Mabillon. tom. 2. Annal. pag. 281. Menardus in not. ad cap. 60. concordiæ Regularum, Haeſtenus in Commentario ad cap. 8. lib. 2. Dial. S. Greg. Magni. In codice tamen Bibliothecæ noſtræ 257. multa plura ejus epiſtolæ carmina reperiuntur.

nam inde monachos ad reformanda Galliæ Monaſteria accerſit data ad Theodemarum Epiſtola.

Adeo vero ad Regulæ amuſſim compoſiti Caſſinatium mores longe lateque percrebuerant, ut cum Carolus Magnus Galliæ monaſteria ad perfectiorem Regulæ S. Benedicti obſervantiam redigere vellet, litteras ad Theodemarum Caſſinenſium Abbatam circa annum 787. per Adelgarium Epiſcopum Trecenſem, ut quidam putant, miſit, in quibus enixe petebat aliquos ſibi monachos in Galliam dirigi, quorum opera piiſſimum cœptum executioni demandaret. Annuit piiſſimi Principis votis Theodemar, atque nedum Monachos in Galliam miſit, verum etiam Regulæ apographum ex ipſo S. Benedicti codice, quem propriis manibus exaraverat. Haud equidem quod in Galliis S. Benedicti Regula invecta nondum eſſet, quam oſtendimus a S. Mauro mirifice ita propagatam, ut Donatus illam in ſua Regula tranſcripſerit, Leodegarius Epiſcopus Auguſtodunenſis, & Bonifacius Moguntinus in Synodis a ſe coactis laudarent, juſſerintque, ut in cœnobiis adamuſſim ſervaretur, ipſeque Carolus Magnus in ſuis Capitularibus aſſeruerit a vetuſtiſſimo jam tempore unicam hanc Regulam in Galliis obſervatam; ſed ut donum ex ipſo autographo S. Benedicti deſumptum gratius piiſſimo Principi eſſet. Miſit præterea pondus panis, & vini, quod ſingulis monachis quotidie Caſſini propinabatur, omneſque ritus, atque conſuetudines in cœnobio noſtro tunc ſervatas in epiſtola ſua deſcripſit, cujus author eſt Paulus Diaconus. Hujus epiſtolæ verba tantum quædam hic dabimus, quæ ad rem noſtram conducunt; integram ſi quis legere cupiat, inveniet apud Haeſtenum eruditis notis illuſtratam diſquiſit. Monaſticarum to. II. pag. 5086. & ſeqq. quam ipſi ex valde vetuſto codice S. Maximi Treverenſis dum viveret communicavit P. Heribertus Roſvveidus. Eam a Franciſco Pitheo acceptam prælo commiſit quoq; Breulius in appendice Chronici Caſſinenſis Pariſiis anno 1603. a ſe editi: longe vero emendatiorem ex codice vetuſtiſſimo Johannis Abbatis ſignato 353. auctioremque Angelus de Nuce in not. ad cap. 12. Chron. Caſſinen. lib. 1. Loquens itaque Theodemar de pulmentis hæc infit. *Nos vero ex inſtitutione majorum noſtrorum tria cocta pulmentaria aliis diebus, quarta Feria, & ſexta Feria duo tantum reficiendis Fratribus præparamus. Excepto, quod plures ex Fratribus noſtris pane tantum his diebus, herbiſque hortenſibus veſcuntur, quorum plerique etiam nec vinum bibunt &c. Exceceptis ſecunda, quarta, & ſexta feria, aliis diebus prandentibus Fratribus, cum vinum nobis abundat ſingulas fialas miſcere facimus &c. Cum vero tempus ſectionis fœni eſt, etiam potionem ex melle ad horam quartam laborantibus fratribus propinamus &c.*

cui Abbas alia reſpondit omnes cœnobii ſui conſuetudines continente.

Scribens deinde de veſtimentis, eorumque forma, ait: *Habent etiam Fratres noſtri & duplicia femoralia: multi tamen ex eis, Deo adjuvante in tantum ſe continent, ut neque femoralia habeant, neque amplius quam duplicia ſecundum regularem textum indumenta &c. Senibus noſtris gunnas pellicias tribuimus, infirmos etiam & in culcitris jacere permittimus.* Nulla in hac epiſtola interularum mentio, forte quod nondum apud Caſsinates fuerint uſurpatæ, quemadmodum S. Benedicti ævo non erant, cum earum in cap. 55. Regulæ ſuæ non meminerit, ubi de ſingulis Monachorum veſtimentis agit.

Propugnatur hæc Epiſtola.

Eruditiſsimus Menardus in notis ad cap. 48. Concordiæ Regularum pag. 709. hanc epiſtolam pro ſuſpecta habet; pro ſuppoſititia vero Cointius, frivolis tamen ductus rationum momentis, quorum præcipuum eſt, quod ſingulis monachis panis pondo quadraginta octo unciarum quotidie in ea præſcribatur, illudque ita eſſe ex hiſce Theodemari verbis deducit: *Direximus quoque pondo quatuor librarum, ad cujus æqualitatem ponderis panis debeat fieri, qui in quaternas quadras ſingularum librarum juxta Sacræ textum Regulæ poſſit dividi; Quod pondus ſicut ab ipſo Patre eſt inſtitutum, in hoc eſt loco repertum &c.* Neque Haeſtenus, & Angelus Nuceus horum verborum ſenſum ſunt aſſecuti. Panis enim quatuor librarum non ſingulis monachis, *ſed in quaternas quadras ſingularum librarum pro totidem monachis dividebatur*; cum tempore S. Benedicti uſuveniſſet, ut crudi panes cruce ſignarentur, quo cocti facile in quatuor partes æquales partirentur quatuor monachis dividendas. Hujuſce conſuetudinis meminit S. Gregorius Magnus Dialog. lib. 1. cap. 11. ubi de diſcipulis Martini monachi agens ait, cum die quadam ſubcinericios panes confeciſſent, oblitos *Crucis ſignum imprimere, ſicut in hac Provincia crudi panes ligno ſignari ſolent, ut per quatuor quadras partiti videantur:* qui uſus hactenus Cajetæ perſeverat, aliiſque in locis. Licet vero Nuceus in eam ſententiam abierit, ut crederet quatuor panis libras uni monacho quotidie datas, re tamen maturius perpenſa, veritatem & ipſe novit, ut hiſce verbis teſtatur Lucentius to. 1. Ital. ſac. col. 541: *Et judicium eſto ipſius Domini Abbatis de Nuce, qui anno 1682. die 20. Januarii (ad Roſſanenſem Archiepiſcopatum jam aſſumptus) Romæ dum verſaretur, ab illuſtriſſimo D. Ciampino interrogatus, num tanti penderet menſura panis pro quolibet monacho? Reſpondit poſt editum a ſe laudatum Chronicon cum notis, rem perſpicacius ſua mente libraſſe, & pronunciandum dixit, quod maſſa panis* quadra, *ſeu* quadrata *nuncupata, hac una ponderis eſſet quatuor librarum quatuor mo-*

nachis dividenda pro unius diei ſufficienti refectione, & ea aliquantiſper erat deſuper diſſecta in forma æquilateris crucis, ut inde in quatuor æquales omnino facile poſſet diſcerpi, & ita uno pondere quatuor librarum totidem monachi ratam portionem, & juxta præſcriptum regulæ cap. 39. unius libræ panis accipiebant, &c. Futiles alias Cointii objectiones docte ſolideq; refellit Mabillonius in Præfatione ad ſæculum IV. part. 1. nu. 95. & ſeqq. & Annalium to. 2. pag. 282. & ſeqq. Vid. Martene in comment. ad cap. 39. Regul. S. Benedicti pag. 515. & ſeqq. Ioſeph Pereſius loc. cit. fol. 198. & ſeqq. pro menſura vero potus præfati ſcriptores, Haeftenus lib. 10. tract. 3. & 4. de pane & de potu vini &c. ubi ſubdit: *Viguiſſe autem tum Caſſini accuratam regularis vitæ obſervantiam, ipſa Caroli Magni petitio argumento eſſe poteſt, eademque non obſcure colligitur ex carmine, quo tantus Rex Paulum Diaconum ibidem monachum, quem in deliciis habebat ſalutavit, quod ex eodem Leone Oſtienſi ſupra Comment. ad c. 8. vitæ S. BENEDICTI nu. 16. repoſuimus. Verum domeſtica Caſſinenſium diſciplina perfectius elicitur ex Theodemari Abbatis ad Carolum Magnum epiſtola &c.* & Mabillonius in Præfatione ad ſæculum IV. parte 1. nu. 94. habet. *Quippe reſtituto Caſſinenſi monaſterio denuo viguit in eo tanquam in capite monaſtica norma, quæ inde in alia Italiæ cœnobia ſenſim propagata eſt.* Et num. 95. *Eodem animo Carolus Magnus Caſſinates monachos conſuluit ſuper ipſorum obſervatione, ut Gallicanis eam cœnobiis, quæ ad meliorem frugem revocare deſtinabat, ſectandam proponeret &c.* Atque num. 99. *Nempe Carolus ſollicite curabat, ut monachi a primaria vivendi norma prolapſi ad B. Benedicti normam qualis Caſſini ſervabatur informarentur; id ſatagente in primis Benedicto Anianenſi, qui teſte Ardone;* Quos peritos in regulæ cultu eſſe compererat attente ſciſcitabatur circa longeque poſitos, eos etiam, qui iſtis in partibus ad montem Caſſinum accederent, veluti qui non audita ſolummodo, ſed viſa perciperent, *ut ſcilicet monaſterium ſuum ad Caſſinenſium mores emendaret. Quapropter rogatu Caroli Magni Theodemarus ea, quæ ſuperius commemorata ſunt, in Galliam miſit, ut ad eorum normam Gallicani ſeſe monachi conformarent &c.*

Sancti viri Caſſinū adeunt, ſcilicet S. Liudgerus.

De S. Liudgero epiſcopo hæc ſcribit Altfridus tertius poſt eum anno 839. epiſcopus Mimigardevordenſium in ejus vita apud Bollandum tom. III. Martii, pag. 646. num. 18. & Mabillonium Sæculo IV. parte 1. pag. 25. *Perrexit* (Liudgerus) *Romam, & inde progrediens pervenit ad Monaſterium S. Benedicti in regno Beneventino, & illic in ſancta converſatione conſiſtens didicit regulam ejuſdem S. Patris Benedicti. Erat enim cupiens in hæreditate ſua cœnobium conſtruere Monachorum, quod ita poſtea, Domino opitulante, factum eſt, in loco, qui nominatur Uverthina.*

Poſt duos igitur annos, & menſes ſex reverſus eſt ad patriam ſuam, & pervenit ejus fama ad aures glorioſi Regis Caroli, qui conſtituit eum doctorem in gente Freſonum, ab orientali parte fluminis LabeKi, ſuper pagos quinque, quorum hæc ſunt vocabula, &c.

S. Adalhardus.

Piiſſimus æque, atque eruditiſſimus Paſchaſius Radbertus Abbas Corbejenſis ſcripſit vitam S. Adalhardi præceptoris ſui, Caroli Magni patruelis, viri ſanctiſſimi, prudentiſſimique, in qua hæc habet. *Itaque ſic ſe fugiens ut ſe inveniret, pervenit ſecum in fortitudine verbi, uſque ad Montem Caſſinum, volens patriæ cognoſcere curas, neque prædicari de ſe vento jactantiæ laudes; cogitabat autem ſolum ſe velle tantum percepiſſe, nec dum diviſum a divitiis, quouſque moraretur infra patriæ fines, & ne rurſus novis diaboli retibus ligaretur, exivit ultra ſe vadens, ſi quomodo poſſet relatu veritatis edicere;* Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Chriſtus. *At ubi ita conſcius venit Caſſinum, quo totius fons religionis, & origo putabatur, ſuſceptus quidem a Patre Monaſterii &c.*

Extat hæc vita apud Mabillonium Sæc. IV. part. I. pag. 306. & ſeqq. Agunt de Radberto Bellarminus, Labbe, de Scriptoribus Eccl. ejuſque vita reperitur apud Mabillon. Sæc. IV. part. 2. pag. 122. & ſeqq.

& S. Anſelmus.

Sanctus etiam Anſelmus celeberrimi Nonantulani cœnobii Abbas, & author plures annos in cœnobio Caſſinenſi eſt diverſatus, teſte ejus vitæ ſcriptore apud Mabillon. Sæc. IV. part. 1. pag. 13. & Ughellium Italiæ Sac. tom. V. col. 477. & ſeqq. hiſce verbis: *In primis is ipſe Venerabilis Anſelmus rexit ipſam Abbatiam annis quinquaginta temporibus Regum Aiſtulfi, & Deſiderii, & Caroli Magni Imperatoris, & ex his ſeptem paſſus eſt exilium a Deſiderio apud Caſſinum, ſicut multorum ſeniorum relatione didicimus, pro eo quod neſcio quid deliquerit in Deſiderio, & VIGILANTIUS Presbyter in prædicto tempore feliciter Nonantulanum gubernavit cœnobium, & multa commoda ibidem adquiſivit in libris, & in aliis multis rebus, & prædictus Beatus Pater Anſelmus ab exilio reverſus, multos poſtea vixit annos, & inter diſcipulorum manus, ſicut in geſtis ejus legitur, ſpiritum Domino reddidit V. non. Martii.* Hujus vitæ authorem undecimo ſæculo vixiſſe cenſet Mabillonius, idque colligit ex ſerie Abbatum Nonantulæ ab eodem authore concinnata.

III.

RES IN COENOBIO CASSINENSI

HOC SAECULO GESTAE.

Cœnobiū Caſſinēſe per Petronacem inſtauratum.

CUm Gregorius II. Romanus Pontifex electus fuiſſet anno 715. non 714. ut contra Baronium oſtendit Carolus Cointius in Annalibus Francorum ad ann. 715. nu. 54. & ſeqq. cœnobium Caſſinenſe inſtaurari curavit per Petronacem civem Brixienſem. Hic divino amore ductus, Romam cum perrexiſſet, Gregorium Pontificem adiit, qui probata religione, auctor fuit, ut Caſſinenſis cœnobii inſtaurationem ordiretur. Incertum, an Petronax tunc monachus eſſet, an poſtea apud Caſſinum monaſticum ſchema induerit. Paulus Diaconus illorum temporum ſcriptor, cum circa annum 778. ætate jam grandævus monachus evaſerit, ut oſtendit Mabillonius annal. to. 1. pag. 239. cœnobii noſtri inſtaurationem hiſce verbis narrat. lib. 6. cap. 40. *Circa hæc tempora Petronax civis Brixianæ urbis divino amore compunctus Romam venit, hortatuque tunc Gregorii Apoſtolicæ ſedis Papæ, Caſſinum caſtrum petiit, atque ad ſacrum corpus B. Patris Benedicti perveniens, ibi*

cum

Digitized by Google

cum aliquibus ſimplicibus viris jam ante reſidentibus habitare cœpit, qui eundem venerabilem virum Petronacem ſibi ſeniorem ſtatuerunt. Hic poſt non multum tempus, cooperante divinâ miſericordia, & ſuffragantibus meritis B. Benedicti patris, jamque volutis fere centum, & decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum deſtitutus erat, multorum ibi Monachorum nobilium, & mediocrium ad ſe concurrentium pater effectus, ſub ſancta regulæ jugo, & B. Benedicti inſtitutione reparatis habitaculis, vivere cœpit, atque hoc ſanctum cœnobium in ſtatum, quo nunc cernitur, erexit. Huic venerabili viro Petronaci inſequenti tempore Sacerdotum præcipuus, & Deo dilectus Pontifex Zacharias plura adjutoria contulit, libros ſcilicet ſanctæ ſcripturæ, & alia quoque, quæ ad utilitatem monaſterii pertinent, inſuper & Regulam, quam B. Pater Benedictus ſuis ſanctis manibus conſcripſit, paternâ pietate conceſſit. Ideo Paulus ait cœnobii noſtri vaſtationem annos centum, & decem perduraſſe, quod eam anno 605. eveniſſe perperam exiſtimaverit, ut probat Peregrinius in Hiſtoriâ Principum Langobardorum pag. 271. & ſeqq.

Illud privilegio immunitatis ditat Zacharias Pontifex.

Paulum exſcribit Leo Oſtien. lib. 1. Chron. Caſſinen. cap. 4. tantumque addit, cum Petronace Caſſinum *aliquantos de Congregatione Lateranenſi Fratres direxiſſe* Gregorium Pontificem. Poſtquam vero Leo dona deſcripſit, quæ Zacharias Pontifex in monaſterium Caſſinenſe liberaliter contulit, hæc habet; *Ab hoc etiam ſanctiſſimo Papa prædictus Abbas* (Petronax) *privilegium primus accepit, ut hoc monaſterium cum omnibus cellis ſibi pertinentibus ubicumque terrarum conſtructis, ob honorem, ac reverentiam ſanctiſſ. Patris Benedicti ab omni Epiſcoporum ditione ſit liberum, ita ut nullius juri ſubjaceat, niſi ſolius Romani Pontificis*; quod privilegium utpote verum ſacræ Rotæ infra adducendæ deciſiones probant, atque Cardinalis Baronius ad annum 748. pag. 193. dum ait: *Quidnam autem contineret Privilegium a Zacharia conceſſum monaſterio Caſſinenſi, docet Leo Oſtienſis* [a] *in fine, cum enumerat res ab eo eidem collatas his verbis*; Sequenti item tempore ſanctiſſ. Pater Zacharias &c. Ab hoc etiam Papa Sanctiſſimo prædictus Abbas Privilegium primus accepit, ut hoc monaſterium cum cellis omnibus ad ſe pertinentibus ubicumque terrarum conſtructis ad honorem, & reverentiam ſanctiſſ. Patris Benedicti ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum, ita ut nullius juri ſubjaceat, niſi tantum Romani Pontificis. Antonius Gallonius ejuſdem oratorii eruditus Presbyter in Apologia, quam contra Conſtantinum Bellottum lucubravit pag. 55. eadem confirmat. Qua de re hæc ait Mabillon. tom. II. annal. pag. 115. *In ejus locum* (Gregorii tertii) *electus Zacharias natione Græcus peculiari ſtudio S. Benedictum, noſtroſque Caſſinates proſecutus eſt, nam teſte Leone* [*] *Marſicano ſacro illi monaſterio non ſolum codicem ſanctæ Regulæ, quem S. Pater propria manu ſcripſerat, ac pondus libræ panis, & menſuram vini ab eodem conſtitutam, Romamque quondam allatam reſtituit; ſed etiam libros aliquot ſacræ ſcripturæ, & varia conceſſit ornamenta, nec non privilegium inſigne, ut idem monaſterium cum omnibus cellis ſuis ubicumque terrarum extructis a quorumvis Epiſcoporum ditione liberum eſſet, nulliuſque juri ſubjaceret, niſi ſolius Romani Pontificis, etc.*

[a] Chron. Caſſin. lib. 1. cap. 4.

[*] Chron. Caſſin. lib. 1. cap. 4.

Quod propagatur.

Ejuſdem generis privilegia Sæculo nono conceſſa deinceps ſunt cœnobio noſtro a Nicolao I. teſte Leone lib. 1. cap. 24. & Stephano V. teſte Erhemperto in Hiſtoria Langobardorum num. 69. quem exſcripſit Leo Marſicanus cap. 47. Cetera hiſce ſimilia Pontificum diplomata prætermimus, quod alibi forſan recurret aptior hac de re agendi locus. Pluribus quidem, iiſque luculentiſſimis exemplis demonſtrare fas eſſet, hæc privilegia executioni fuiſſe demandata; verum ne longius quam inſtituta brevitas fert, excurrat narratio, tria hic tantum a probatiſſimis ſcriptoribus relata proferamus in medium. Primum a Leone Oſtienſi repetimus, qui poſtquam lib. 1. cap. 6. retulit, Petronacem, opitulante Giſulfo, Beneventano Duce, ejuſque uxore Scauniperga Sanctimonialium cœnobium in diœceſi Aliphana excitaſſe, tribus illud monialibus conceſſum eſt eo tenore: Verba ſunt Leonis noſtri: *ut quamdiu qualibet earum adviveret loci ipſius regimen ſine alicujus contradictione teneret: poſt illarum vero exceſſum & poteſtas, & ordinatio ejuſdem loci ad monaſterii noſtri ditionem rediret.*

Alterum narrat Ignotus Caſſinenſis teſtis oculatus in Hiſtoria ſua apud Peregrinium pag. 102. nu. 7. cum de Ludovico ſecundo diſſerens hæc habet: *Auguſto autem menſe reverſus Beneventum in cujus obſequium cum eſſet ibidem Bertharius Abbas, nam illic in ſancta Sophia inchoatum fuerat oratorium a prædeceſſore ſuo reverendiſſimo viro Baſtacio, quod omni ſtudio perfecit, & in honorem ſancti conſtruxit Benedicti, dedicatum autem a Stephano Theanenſis ſedis epiſcopo, & ab Angelari levitæ ſtudio opus perficitur.* Quæ eadem refert Oſtienſis cap. 36. in hæc verba: *Ibi itaque cum in ejus obſequium Abbas Bertharius moraretur, oratorium parvum, quod intra Monaſterium S. Sophiæ prædeceſſor ſuus Abbas Baſtacius inchoaverat, omni diligentiâ ſtudioque complevit, & in honorem S. Patris Benedicti a Stephano Theanenſis eccleſiæ præſule conſecrari fecit.* Et tamen Beneventani Archiepiſcopi muneris eſſe id debuiſſet, aut ſaltem, eo concedente. Cum vero S. Sophiæ parthenon cœnobii Caſſinenſis juris eſſet, licuit ob mox allata privilegia Berthario Abbati, inconſulto Beneventano Archiepiſcopo, oratorii conſecrationem epiſcopo Theanenſi demandare.

Tertium idem Leo ſub Angelario prope finem noni ſæculi Abbate Caſſinenſi eveniſſe ait cap. 46. cum ſcilicet *Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus manifeſtavit ſe monaſterio huic de obedientia noſtra in Caſa Gentiana, ut nullam ibi poteſtatem, neque ipſe, neque ſucceſſores ſui habeant, vel licentiam in ea aliquem ordinandi, vel conditionem ponendi; ſed ſicut antiquitus nobis pertinuit, ita deinceps in noſtra, ex integro, poteſtate, & ordinatione rediret. Per idem tempus Laurentius Diaconus, & monachus noſter præpoſitus monaſterii S. Mariæ de Cingla fecit concambium cum quodam Landoario Capuano de quibuſdam terris in Calvo, & Calinalo, cum licentia conſenſu præfati Abbatis, & Radelchiſæ Abbatiſſæ. Idem quoque fecit & Johannes ſacerdos, & monachus, ac præpoſitus præfati monaſterii de Cingla de quibuſdam aliis terris eidem Landoario, per licentiam nihilominus, & conſenſum ejuſdem Abbatis Angelarii, & Abbatiſſæ Gaitrudæ &c.* Caſæ Gentianæ Territorium,

Digitized by Google

rium, quod intra fines Liburiæ, aut agri Phlegræi extat, Epiſcopi Neapolitani tunc juris erat. Quare cum Neapolitanus epiſcopus publicitus faſſus eſt nullum ſibi jus in obedientia, ſeu cœnobiolo noſtro, id privilegiorum noſtrorum vi factum. Qua etiam de cauſa Præpoſiti cœnobii S. Mariæ in Cingla permutationes illas facultate tantum Abbatis Caſſinenſis, & illius cœnobii Abbatiſſæ perficere potuerunt inconſultis diœceſeon Epiſcopis, in quibus cœnobium illud ejuſque latifundia ſita erant. Hinc hallucinatur doctiſſimus Thomaſſinus Parte I. de Beneficiis lib. 3. cap. 28. ubi agit: *Quam neceſſario monachi pendeant ad Epiſcopis poſt annum Chriſti milleſimum*; & pag. 721. nu. 4. aſſumptam a ſe opinionem hiſce verbis probare nititur: *Auctor eſt Leo Oſtien. ab Alexandro II. generali immunitate donata fuiſſe, & epiſcopali juriſdictioni ſubducta quæcumque Caſſinenſi Abbatia ſubeſſent ſive monaſteria ſive cellæ &c.* Cum hac immunitate tribus jam ſæculis præditum eſſet a Zachariæ tempore. Sed de his alibi.

Inſtauratio vero Caſsinenſis juſſu Gregorii II. eſt facta.

Ut vero ad inſtitutum ſemel de inſtauratione Caſſinenſi ſermonem redeamus, illud quidem Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 8. & ſeqq. validiſſimis rationum momentis ab Itinerario potiſſimum S. Vvillibaldi deſumtis, quod Sanctimonialis ejus conſanguinea ipſo referente conſcripſit, demonſtrat Petronacem Caſſinum adventaſſe ſub Gregorio II. atque eo anno, quem Leo Oſtienſis habet. Hincque amanuenſium errore factum, ut in Leonis codice pro ſecundo Gregorio tertius irrepſerit; quam genuinam fuiſſe Leonis mentem repetitis ab eodem Leone authoritatibus luculentiſſime evincit. Hanc Peregrini ſententiam amplexarunt, aliiſque argumentis confirmarunt Bollandus in vita Gregorii II. die 13. Februarii, Nuceus in excurſu Hiſtorico de hac inſtauratione n. 483. Mabillonius Sæculo III. parte 1. pag. 694. & ſeqq. ubi etiam non contemnendis probationibus contendit, S. Petronacis in Caſſinum adventum anno 718. eſſe collocandum, quod Annal. T. II. pag. 55. repetit.

Quibus omnibus præivit eruditiſſimus Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 3. p. 134. an. 748. *Cæterum monaſterium Caſſinas Petronax Abbas a Langobardis, ut diximus, inflammatum, Gregorio II. & III. adjuvantibus inſtaurare incœpit, & ad extremum Zacharia Pontifice ſedente, atque opitulante abſolvit. Quo facto Zacharias ipſe eo perrexit, ac poſtero ineunte anno ædem S. Benedicti una cum tredecim Archiepiſcopis, & ſexaginta octo Epiſcopis conſecravit, ac ſacros libros multos obtulit, & leges, quos P. Benedictus manu ſua ſcripſerat, & pondus panis, & menſuram vini, quæ Romam delata â fugientibus Langobardorum rabiem monachis fuerant, reddidit ac varia ad uſum eccleſiæ ornamenta conceſſit, multaque alia Petronaci præſenti, & ſucceſſoribus ejus beneficia detulit, quæ poſtquam Aquinum venit, diplomate amplo complexus eſt, quod indictione prima x11. Kal. Martii in hanc fermè ſententiam dedit. Ut Monaſterium Caſſinas cum cellis omnibus ad ſe pertinentibus ab Epiſcoporum ditione eſſet ſolutum, ac ſoli Pontificiæ ſedi obnoxium, ut in conventu Epiſcoporum Abbas Caſſinas ſuprâ omnes Abbates ſederet in Conſiliis, & Judiciis antê omnes ſententiam diceret. Ut monaſterium Caſſinas dignitate cætera omnia ſuperaret. Ut mortuo Abbate, monachi ex corpore ſuo, niſi idonea perſona deeſſet, Abbatem eligerent, eumque probandum, ac conſecrandum Pontifici Romano præberent. Ne Epiſcopo Miſſarum ſolemnia in ejus poſſeſſionibus celebrare jus eſſet, niſi ab Abbate, aut Præpoſito invitatus eſſet. Ne Epiſcopo decimas ab eo exigere, Sacris Sacerdotum interdicere, aut ad conventum vocare liceret. Abbas ordinationes inire, altaria ſacrare, chriſma accipere quemlibet aut a quolibet Epiſcopo poſſet. Inſuper prædia omnia Monaſterii, & præſentia, & futura ei in perpetuum confirmata &c.*

Pro hujus capitis coronide lectu digniſſima ſunt hæc Mabillonii verba Sæculo III. parte 1. Act. SS. Ord. S. Bened. p. 695. n. 6. *Et quoniam devenimus ad hunc locum, juvat pauliſper conſiderare, an monachi Benedictini, qui poſt cladem Caſſinenſem Romam confugientes Lateranenſem eccleſiam inſederant, iſthic reſederint ad uſque Gregorii II. Pontificatum. Obſtare videtur Anaſtaſius vulgatus de Gregorio III. ita ſcribens:* Simili etiam modo renovavit monaſterium SS. Johannis Evângeliſtæ, Johannis Baptiſtæ & S. Pancratii ſecus eccleſiam Salvatoris antiquitus inſtitutum, quod ab omni ordine monachico extiterat nimiâ incuriâ deſtitutum. In quo prædia, & dona contulit, & quæ invenerat de ipſo monaſterio alienata, reddito pretio, in eundem locum reſtituit; ubi & Congregationem monachorum, & Abbatem conſtituit, ad perſolvenda quotidie ſacra officia laudis divinæ in baſilica Salvatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quæ Conſtantiniana nuncupatur, juxta Lateranis diurnis, nocturniſque temporibus ordinata, juxta inſtar officiorum eccleſiæ B. Petri Apoſtoli. *Hoc argumento adductus Angelus de Nuce in præcitatum Leonis locum, admittit Petronacem a Gregorio II. miſſum, monachos ex Lateranenſi congregatione accepiſſe a Gregorio III. qui eam reſtituerat. Verum Anaſtaſius videtur aliter interpretandus: nempe congregatio Lateranenſis ad paucos redacta erat pontificatu Gregorii II.* ob alienata prædia: *nec reliqui cenſus juſta Congregationis alendæ ſarciendiſque ædificiis ſufficere poterant. Prædia reſtituit Gregorius III. & inſtauratis ædificiis, congregationem augendo reſtituit; immo tunc fere* omni Ordine Monaſtico deſtitutum *erat Monaſterium Lateranenſe, quod plerique forſan monachorum Caſsinum remigraverant.* Eadem repetit Annalium tom. 2. pag. 56. Quam Mabillonii opinionem diſerte confirmat Leo Oſtien. dum lib. 1. cap. 4. ait: *Quo annuente* (ſcilicet Petronace) *mox idem Venerabilis Pontifex cum illo aliquantos de Lateranenſi congregatione Fratres direxit.* Haud itaque Monachis deſtitutum remanſit Laterânenſe cœnobium. Hinc neſcio, quo jure Nuceus hac de re diſſerens ſcribat: *niſi dicamus Lateranenſes monachos ſub Gregorio II. Caſſinum cum Petronace profectos fuiſſe, aſſerentibus noſtris auctoribus, monachos Caſſinenſes per 130. tantum annos Romæ habitaviſſe. Ergo ex tunc Caſſinum remigrarunt, Lateranenſi cœnobio relicto, indeque Lateranenſe monaſterium pæne deſtitutum remanſiſſe.* Per plura deinceps ſæcula Monachi monaſterium Lateranenſe incoluerunt; expreſſe id teſtante Anaſtaſio in vit. Adriani I. pag. 261. editionis Romanæ Ioannis Mariæ Salvioni anno 1718. hiſce verbis: *Hic autem ter beatiſſimus,*

Plures tamen e Caſsinatibus Lateran: per plura ſæcula cõmorarunt.

& apo-

& apoſtolicus vir dum diligentiſſimâ exquiſitione ſuâ reperiſſet Monaſterium Honorii Papæ in nimiam deſolationem per quamdam negligentiam venire, divinâ inſpiratione motus, noviter ædificavit, atque ditavit, & Abbatem cum cæteris monachis regulariter ibidem vitam degentes ordinavit, & conſtituit eos, ut in baſilica Salvatoris, quæ & conſtantiniana dicta eſt, juxta Lateranenſe Patriarchium poſita, officia celebrarent, hoc eſt matutinam horam, primam, tertiam, ſextam, ſed & nonam etiam, & veſpertinam, ab uno choro quidem, qui dudum ſingulariter in utroque pſallebant monachi ex monaſterio S. Pancratii ibidem poſito, & ab altero choro monachi jam fati monaſterii S. Andreæ, & Bartholomæi, Honorii Papæ, quatenus piis laudibus pariter pſallentes hymniferis choris læti reſonent cantus, reddentes Domino glorioſos melos. Videatur Baronius ad ann. 795. atque ad annum 1130. Annalium Eccleſiaſt. Tom. XII. ubi hæc habet: *Quod pertinet ad Innocentium, fuiſſe ipſum quidem monaſtici ordinis, hæc accepimus ex Archivo tituli S. Praxedis: Domnus Gregorius monachus Lateranenſis cœnobii SS. Joannis Baptiſtæ, Joannis Evangeliſtæ, atque Pancratii, idemque Abbas monaſterium SS. Nicolai, & Primitivi ordinis S. Benedicti loco, qui vocatur Gabis prope lacum Burranum, qui ab Urbano Papa II. creatus eſt S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis S. Angeli, mortuoque Honorio Papa, in Pontificem legitime electus, Innocentius dictus eſt.* Videndus etiam Conſtantinus Cajetanus pro Iohanne Diacono pag. 132. & ſeqq.

I V.

VIRI SANCTITATE HOC SAECULO ILLUSTRES.

Apud Caſſinenſes multi Sanctitate floruere, quos inter ſanctus Gregorius II.

ANno 715. electus, inauguratuſque eſt Pontifex Gregorius II. de quo hæc ſcribit Anaſtaſius laud. edit. pag. 163. *Gregorius II. natione Romanus ex Patre Marcello, ſedit annos ſexdecim, menſes octo, dies viginti &c. Hic a parva ætate in Patriarchio nutritus, ſub ſancta memoria D. Sergio Papa ſubdiaconus, atque ſacellarius factus, bibliotheca eſt illi cura commiſſa; deinde ad diaconatus ordinem provectus eſt, & cum viro S. Conſtantino Pontifice ad regiam profectus eſt urbem, atque a Juſtiniano principe inquiſitus de quibuſdam capitulis, optima reſponſione unamquamque ſolvit quæſtionem. Erat enim vir caſtus, divinæ ſcripturæ eruditus, facundus loquela, & conſtant animo, eccleſiaſticarum rerum defenſor, & contrariis * fortiſſimus impugnator &c.* Mabillonius Sæc. III. part. 1. pag. 521. & ſeqq. in vita hujuſce ſancti poſt relata Anaſtaſii verba, ait: *Qui locus intelligendus videtur de Patriarchio Lateranenſi, in quo tum Romani Pontifices degere ſolebant, quum Patriarchium S. Petri erat extra muros Urbis. Atqui ab excidio cœnobii Caſſinenſis ad ejuſdem inſtaurationem, Gregorio II. Pontifice, factam, monachi noſtri Patriarchium Lateranenſe incoluerunt. Siquidem, teſte Leone Marſicano in Chron. Caſſ. lib. 1. cap. 4. inde Colonia monachorum Caſſinum per Petronacem reducta eſt. Hinc eſt, quod Gregorius III. cernens monaſterium Lateranenſe, antiquitus inſtitutum ab omni ordine Monachico deſtitutum eſſe, monachis ſcilicet Caſſinum tranſlatis, inibi Congregationem monachorum, & Abbatem conſtituit ad perſolvenda quotidie ſacra officia laudis divinæ in baſilicâ Salvatoris, &c.* Videatur idem Mabillonius tom. 2. annal. pag. 85. Ciacconius, Trithemius lib. 3. de vir. Illuſtr. Ord. S. Benedicti cap. 161. Plata lib. 2. cap. 28. de Bono ſtatu Relig. Aureis characteribus Gregorii II. nomen exaratum eſt in breviario Caſſinenſi Oderiſii I. Abbatis idib. Februar. quo die Martyrologium Romanum, & Benedictinum ejus meminit. Baronius ad ann. 714. ait: *Atque primum de ſede Gregorii ejus nomine ſecundi Romani Pontificis, quem abſolutiſſimi omni ex parte ſummi Sacerdotis expleſſe numeros, cum res ab eo præclare geſtas perlegeris, æque conſenties, &c.* Ab hoc anno ad 731. de egregiis hujuſce Pontificis geſtis agit Baronius. Videatur Pagi ad eos annos.

* contrariorum.

S. Stephanus II.

Idem Anaſtaſius de Stephano II. ab aliis III. hæc ait: *Stephanus II. natione Romanus ex patre Conſtantino, ſedit annos quinque dies viginti octo. Hic poſt patris ſui tranſitum parvus derelictus in venerabili cubiculo Lateranenſi * pro doctrina Apoſtolicæ traditionis ſub prædeceſſoribus beatæ memoriæ Pontificibus permanſit, quem ſigillatim per eccleſiaſticos ordines promoventes ad Diaconatus ordinem eum ordinaverunt &c. Erat enim idem beatiſſimus Papa amator eccleſiarum Dei, traditionem etiam eccleſiaſticam firma ſtabilitate conſervans * pauperum Chriſti velox ſubventor, verbi Dei in magna conſtantia prædicator, viduas, & pupillos * multo melius viſitans, fortiſſimus etiam ovilis ſui cum Dei virtute defenſor. Mox vero reſtauravit, & quatuor in hac Romana urbe ſita antiquitus xenodochia, quæ a diuturnis, & longinquis temporibus deſtituta manebant, & in eis ordinavit omnem utilitatem in diverſis eorum locis diſponens intus etiam, & foris, in quibus & multa contulit dona. Quæ & per privilegii paginam ſub anathematis interdicto confirmavit patrii modo a novo fundaſſe dinoſcitur, & xenodochium in * plantana centum pauperum Chriſti diſpoſitum illic faciens, quotidianum videlicet victum eorum decernens tribui &c.* Mabillonius Sæc. III. part. 1. pag. 523. & Annal. to. 2. Baronius ad ann. 752. & ſeqq. Pagi &c.

* Sub doctrina Apoſtolicæ traditionis ſuorũ prædeceſſorum Gregorii, & Zachariæ Pontificum.

* conſervabat.

* Baron. eleemoſynis ſcilicet, quam corporali præſentia.

* Plataria

S. Stephanus III.

De Stephano vero III. alias IV. agens Anaſtaſius pag. 218. hæc habet *Stephanus III. natione Siculus ex patre Olivo ſedit annos tres, menſes quinque, dies viginti octo. Vir ſtrenuus, & divinis ſcripturis eruditus, atque eccleſiaſticis traditionibus imbutus, & in earum obſecrationibus conſtantiſſimus perſeverator. Hic dum a Sicilienſi inſula in hanc adveniſſet Romanam Urbem tradidit eum Domnus Gregorius ſanctæ recordationis tertius Papa in monaſterio S. Chryſogoni, quod tunc noviter fundabat, illicque clericus, atque monachus eſt effectus. Quem poſtmodum domnus Zacharias Papa ex ipſo * abſtollens monaſterio in Lateranenſis Patriarchii cubiculo * eſſe præcepit. Eumque poſtmodum presbyterum in titulo S. Eccleſiæ conſecravit. Quem tamen pro ejus caſtitatis modeſtiâ in ſuo officio Lateranenſis detinuit. Sed & reliqui ſcilicet domnus Stephanus, & Paulus beatiſſimi Pontifices eumdem ſanctiſſimum Stephanum pro ejus piis converſationibus in ſuo ſervitio ſimiliter detinuerunt.*

* auferens

a ſuo præſcreus.

Dum vero prædeceſſor ejus domnus Paulus Papa

pro

Digitized by Google

pro auctoritate fervoris æſtivo tempore in eccleſia B. Pauli demoraretur, & valida ibidem ægritudine præoccuparetur, de qua & vitam finivit, die, noctuque idem beatiſſimus Stephanus in ejuſdem ſui prædeceſſoris Pontificis perſeverans ſervitio, nullo modo ab ejus lectulo, donec ſpiritum emitteret, receſſit &c. Videatur Mabillonius Sæc. III. part. 1. pag. 524. & Annal tom. 2. pag. 214. & ſeqq. Baronius ad ann. 768. & ſeqq. Pagius, Martyrologium monaſticum die 31. Ianuarii.

Ex quibus probabili certè calculo exiſtimamus Gregorium II. & Stephanum II. Lateranenſis cœnobii, quod tum a Caſſinatibus incolebatur, monachos fuiſſe. Stephanum vero III. monachum quidem S. Chryſogoni per aliquod tamen tempus in Lateranenſi cœnobio a Gregorio III. inſtaurato commoraſſe; eoſque propterea Pontifices cœnobio noſtro Caſſinenſi non minimum adnexos. Cæterum hac de re lubentiſſimè eruditis judicium permittimus.

S. Carolomanus. Inter illuſtres autem vitæ ſanctimonia, ac genere viros, qui ſub ipſam cœnobii Caſſinenſis inſtaurationem maximum illi ſplendorem attulere, connumerandus eſt S. Carolomannus filius Caroli Martelli natu maximus, cui Patris teſtamento obvenit Auſtria, Svevia, ſeu Alamannia, & Thuringia. De eo hæc ſcribit Mabill. Sæc. III. part. 2. pag. 123. *Caſſinenſe Monaſterium ut tempore S. Patris Benedicti Romanæ nobilitatis ſchola, & palæſtra fuerat, ſic poſt inſtaurationem a Petronace factam, Principum, ipſorumque Regum diverſorium evaſit, & opportunum a ſæculi turbinibus aſylum. Primus inter primos* Carolomannus *Francorum Dux, ne dicam Rex, iſtuc ſe ſe recepit: cujus exemplum ſequuti Ratchiſius Langobardorum Rex*, Giſulfus *ex nobili Beneventanorum Ducum proſapiâ ducens originem*, Guaiferius *Princeps Salernitanus, aliique, quos enumerare longum eſſet*. Proſequitur Mabillonius vitam piiſſimi Principis authoritate ejus Sæculi ſcriptorum contexere; ex quibus oſtendit Carolomanum ſtrenuum æque, ac pium Principem ſummopere rebus eccleſiaſticis faviſſe, curæ plurimum diligentiæque impendens; ut eccleſiaſticorum mores ad evangelii amuſſim reformarentur, multaque eccleſiis latifundia tribuens. Demum ſæculo valedicens filiiſque, quorum natu maximum Drogonem Auſtriaci Principatus ſucceſſorem reliquit, monachum induit, poſt commendatos filios omnes Pippino fratri. Hujus ſeceſſus author eſt Eginhardus coævus ſcriptor in vita Caroli magni Carolomanni nepotis, cum ait: *Hunc cum Pippinus pater Karoli regis ab avo, & patre ſibi, & fratri Karlo Manno relictum ſumma cum eo concordiâ diviſum aliquot annis velut ſub Rege memorato tenuiſſet, frater ejus Karlomannus incertum quibus de cauſis, tamen videtur quod amore converſationis contemplativæ ſuccenſus, operosâ temporalis regni adminiſtratione relicta, Romam ſe in otium contulit, ibique habitu permutato, monachus factus, in monte Soracte apud eccleſiam B. Silveſtri conſtructo Monaſterio, cum Fratribus, ſecum ad hoc venientibus per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota ſolvenda Romam ſolemniter commearent, & eum velut dominum quondam ſuum præterire nollent, otium quo maxime delectabatur crebra ſalutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam hujuſcemodi frequentiam cum ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, in Samnium provinciam ad monaſterium S. Benedicti ſitum in arce Caſſina ſeceſſit, & ibi quod reliquum erat, temporalis vitæ religioſe converſando complevit &c.* Et Annales Fuldenſes habent: *Anno DCCXLVII. Carlomannus relicta, quam tenebat, poteſtate, Romam vadit, ibique mutato habitu religioſe victurus in Caſſinum ad S. Benedictum ſecedit, & monachus efficitur*. Plura hic ſanctiſſimi Principis demiſſiſſimæ abjectionis, humilitatiſque exempla referre liceret, ſed unico contenti erimus, quod Carolomannus opilio factus oſtendit; oves enim cum pro more paſceret a latronibus impetitus tanta ſtrenuitate, atque conſtantiâ ſe ſe defendit, ut ne una quidem ſceleſtis illis permiſſa, veſtibus tantum expoliari permiſerit. Quare cum ad monaſterium veniens rem, quæ ſibi evenerat, narraſſet, Abbas ejus patientiam probaturus, acriter increpare, ſegnitiemque, atque ſocordiam objicere, obmuteſcente interim patientiſſimo principe; juſſus itaque ad demandatam ſibi curam redire, cum die quadam ad Monaſterium pergere feſtinaret, ovem claudicantem videt, quam humeris ſublatam, ad caulam prope monaſterium duxit. Id ubi noſſet Petronax tanti principis humilitatem demiratus, horti deinceps curam demandavit uſitato ordinis noſtri more, quo principes etiam viri humilibus, abjectiſſimiſque muneribus addicebantur, ut Adalhardo, Ratchiſo, Amedæo Altæcumbæ comiti, aliiſque evenit. Leo Oſt. lib. 1. cap. 7.

De Carolomanno a pluribus ſcriptoribus rege appellato, quem Caſſinates ut ſanctum colunt, agit Mabillonius laudato loco, & tom. II. Annal. anno 747. pag. 131. & ſeqq. pluribuſque aliis in locis ibidem, Baronius anno 747. Leo Oſtien. lib. 1. cap. 7. Bolland. die 10. Februar. Pagi ann. 741. nu. 19. & ſeqq. anno 742. nu. 15. & ſeqq. anno 743. nu. 1. & ſeqq. ann. 746. nu. 8. ann. 747. nu. 1. & ſeqq. ann. 754. nu. 3. ann. 755. nu. 7. & 8. Martyrolog. Monaſticum die 17. Auguſt. & 29. Martii, quo die ejus inventionis fit mentio, cum nimirum a Deſiderio Abbate Sæculo XI. ejus corpus ſub ara maxima baſilicæ Caſſinenſis, ubi hactenus extat, repertum eſt, quod etiam Sæculo XV. ſub Iohanne Aragonio, Sæculo XVII. ſub Simplicio Caſſarello evenit.

Sub Petronace quoque Abbate Ratchiſius Langobardorum Rex Caſſini monachus evaſit. Cum enim amplificandi regni cupidine incenſus pluribus ditionis Pontificiæ oppidis captis, Peruſiam obſideret, a Zacharia Pontifice conventus, adeo ſanctiſſimi Pontificis chriſtianis monitis commotus eſt, ut ne dum obſidionem ſolverit, moremque Pontifici in omnibus geſſerit, verum identidem æternæ vitæ gaudia animo reputans, abdicandi regni conſilium inierit. Quare aſſumptâ ſecum Taſia uxore, & Ratrude filia Romam petiit, ubi a Zacharia Pontifice clericus factus, & monaſtico habitu indutus, Caſſinum ad Petronacem directus eſt, ubi in ſummâ humilitate vitam tranſegit. Extat hodieque vinea cœnobio noſtro contermina, quæ piiſſimi Regis manibus culta dicitur. S. Ratchis. Taſia, & Ratruda

Quum Ratchiſius noſter Langobardorum Rex eſſet, coactis Ticini anno 745. regni ordinibus edictum

ctum rogavit more majorum, & promulgari juſſit, quo nimirum Deceſſorum ſuorum in nonnullis legibus aſperitatem lenivit. Integrum extat hoc edictum in celeberrimo manuſcripto codice legum Langobardorum, quod in Cavenſi tabulario ſervatur. Antequam vero per ingens Dei immortalis beneficium ſe regno abdicaret Ratchiſius, quod ſagaci ſemper adminiſtratione tractaverat, Erſoni permiſit inſigne monaſterium in monte Amiato propê Cluſium conſtruere, quod etiam ampliſſimis prædiis locupletavit. Uxor, filiaque Ratchiſi concedente Petronace Abbate, monaſterium Plumbariolæ prope Caſſinum condidere, ubi vitam ſanctiſſime ducerent. Mortuo vero deindê Aiſtulfo, qui Ratchiſo fratri in Langobardorum regno ſucceſſerat, cum Deſiderius ſtabuli Comes thronum invaſiſſet, tanta indignatione commotus eſt Ratchiſius, ut arma ſumere contra Deſiderium ſtatuerit. Quod ubi reſcivit Deſiderius, Stephani Pontificis opem implorans, perfecit, ut Pontifex Stephanum presbyterum ad Ratchiſum miſerit, jubens in conſtituta ſemel vitæ ratione permaneret. Ratchiſius ſtatim morem gerens Langobardos etiam ſuos hortatus eſt, ut Deſiderium pro rege ſuſciperent, atque ſanctiſſime reliquum vitæ in monaſtica diſtrictione tranſegit. Videndus Anaſtaſius in Vita Zachariæ, & Stephani III. Leo Oſtien. lib. 1. cap. 8. Baronius ann. 750. & 756. Mabillonius Tom. 2. ann. 750. pag. 147. & 177. Pagius ann. 744. nu. 6. anno 746. nu. 5. anno 750. nu. 1. anno 756. nu. 1. aliique. Rex hic piiſſimus, ut ſanctus apud Caſſinates colitur.

S. Vvillibaldus.

S. Villibaldus nobiliſſimo genere apud Anglos ortus Caſſinum etiam anno 728. venit ſub Petronacis diſciplina vitam monaſticam peracturus. Ex Jeroſolymitanâ quippe peregrinatione redux in Italiam, e qua ante octo annos diſceſſerat, poſt decennium a ſuo diſceſſu ex inſula Britannia, Autumno in hyemem inclinante, Caſſinum pervenit, ubi amantiſſime exceptus, per decem annos eſt commoratus, cœnobiticæ vitæ formam a Caſſinatibus accipiens, iiſdemque ipſe præbens exemplum &c. Tot vero ab ipſo ſui adventu virtutum exempla Caſſinatibus dedit, ut primo anno eccleſiæ cubicularius, ſeu ædituus ſit conſtitutus, inſequenti monaſterii Decanus, per octo reliquos annos janitor, quatuor quidem in monaſterio ſuperiori, totidemque in inferiori. Neque mirum cuiquam videatur, quod ex Decano factus ſit januæ monaſterii cuſtos, cum ad id officii S. P. Benedictus exigat ſenem ſapientem, & maturum moribus, uti conſtat ex ejus regula Cap. LXVI. Demum ab hiſpano quodam presbytero & monacho qui Romam pergere debebat, ſocius ab Abbate petitus, illuc devenit. Ubi Gregorius III. reſcivit Vvillibaldum Romæ verſari, ad ſe accerſitum hortatus eſt, ut ad Bonifacium conſanguineum ſuum in Germaniam tenderet in prædicatione evangelica opem laturus; quod ſummopere Bonifacius expetebat. Remoram tantum Vvillibaldo faciebat, haud ſibi a ſuo Abbate Petronace facultatem ad illud iter eſſe; verum Pontifex amovit ſcrupulum, jubens ſecurus abiret, cum ne Petronaci quidem hanc provinciam refugere liceret, ſi ipſe juſſiſſet. Pontificis itaque dictis morem ſtatim geſturus in Germaniam ad Bonifacium perrexit, a quo Eiſtetum miſſus, pauloque poſt presbyter ordinatus eſt, atque A. 741. Epiſcopus Eiſtetenſis primus. Ibi ſtatim ſanctus Vvillibaldus monaſterium condidit, ad quod plures ex ea regione confluebant. Poſtquam vero per vaſtam Bajoariorum pruvinciam Chriſti fidem propagaſſet, ſanctiſſimê in eccleſia ſua obiit anno 787., ut Cointius exiſtimat ad annum 785. nu. 14. Celebris eſt S. Vvillibaldi memoria in Martyrologio Romano nonis Julii hiſce verbis: *In Saxonia S. Vvillibaldi primi Eiſtetenſis Epiſcopi, qui una cum S. Bonifacio laborans in evangelio multas gentes convertit ad Chriſtum*. Videatur ſancti hujus vita apud Mabillonium Sæc. III. part. 2. pag. 365. apud Surium, & Bollandianos die 7. Julii. Agunt de eo Baronius anno 725. 738. 742. Pagi anno 725. nu. 10. anno 750. nu. 3. & 4. Mabillon. Annal T. 2. pag. 79. 112. &c.

S. Vvillibaldus germanum fratrem habuit S. Vvinebaldum Abbatem, & S. Vvalburgam Abbatiſſam ſororem, patremque S. Riccardum nomine, qui Lucæ obiit. Vita S. Vvinebaldi extat apud Mabillonium Sæc. III. part. 2. pag. 176. & ſeqq. & apud Surium die 18. Decembris, S. Vvalburgæ, apud Mabillonium ibidem pag. 287. & ſeqq. S. Riccardi apud Bolland anos, die 7. Februarii; deque hiſce tribus agunt mox laudati Hiſtoriographi.

V.

SCRIPTORES, QUI APUD CASSINATES

HOC SAECULO FLORUERUNT.

Eruditione floruere Cyprianus.

CYprianus presbyter inter Caſſinates hoc ſeculo hymnum in laudem S. Benedicti compoſuit, qui in ejus feſtivitate canebatur. Incipit: *Aureo ſolis radio perennis*; atque in pluribus e noſtris codicibus reperitur. Agit de eo Petrus Diaconus de viris Illuſtribus Caſſ. cap. 7. Mabillonius Annal. T. 2. pag. 151. Vvion ligni vitæ lib. 2. pag. 411. aliique.

Paulus Diaconus.

Mabillonius agens ſæculo 4. ſanctorum Ordinis S. Benedicti de ſcholis Pariſienſibus, Palatinis, & monaſterialibus ſæculi noni, §. 8. pag. 241. nu. 197. hæc ait: *Caſſinenſe Monaſterium* (*quod honoris cauſâ primum nominari debuit*) *pæne præterieram: ubi Paulo Diacono Præceptore non minus claruerunt artes liberales, quam virtutis, ac religionis diſciplina &c.* Et Joannes Diaconus in Chronico Epiſcoporum ſanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ in tom. 1. part. 2. Rerum Italicarum Scriptor. fol. 310. loquens de Stephano II. Epiſcopo Neapolitano, ait: *Hic etenim Romam direxit tres Clericos, qui in Shola Cantorum optimê edocti, omnique ſacro Romanorum Ordine imbuti ad propria redierunt. Ex quibus unum Leonem, cognomento Maurunta, Cardinalem ordinavit Presbyterum, alios deindê Clericos in Monaſterium S. Benedicti Paulo Levita deſtinavit. Unus verò de iſtis Johannes nomine, qui poſt Diaconus ordinatus eſt, apprimê eruditus effulſit*. Eadem narrat Chioccharellus in Archiepiſcopis Neapolitanis fol. 74. & Ughell. tom. 6. Ital. ſac. in Archiepiſcopis Neapolitanis fol. 65. Erat Paulus genere Langobardus, Vvarnefridi, & Theudelindæ filius, ut ipſemet teſtatur de Geſtis Langob.

lib.

Digitized by Google

lib. 4. cap. 39. ubi genealogiam ſuam texens majores ſuos Forojulienſis Venetiæ provinciæ caſtri indigenas fuiſſe ait; natus tamen ipſe eſt Aquilejæ, ut teſtatur Erchempertus, innuitque Hildericus monachus Caſſinenſis Pauli auditor in Epitaphio de præceptore ſuo, quod refert Marus in notis ad cap. 8. Petri Diaconi de Viris illuſtri. Caſſ. & Mabillonius T. 2. Annal. p. 716. noſque infra exſcribemus, quod nullus ſit Hilderico vetuſtior, qui Pauli geſta narraverit. Præceptore in grammatica uſus eſt Flaviano, quem & Felicem ejus patruum laudat lib. 6. de Geſt. Langobardorum cap. 7. Carus Ratchiſio regi fuit Paulus teſte Hilderico, multoque magis Deſiderio Aiſtulfi ſucceſſori, ut narrat Erchempertus in ſuſiori Langobardorum hiſtoria hiſce verbis: *In præfati regis Deſiderii tempore floruit &c. Diaconus Paulus &c. carus etiam regi in tantum, ut ipſe Rex in omni arcano verbo conſiliarium eum haberet &c.* Monachus Caſſini evaſit ſub Theodemaro Abbate circa annum 777. ut oſtendit Mabillonius pag. 239. Annal. tom. 2. Carolo Magno cum primis cariſſimus, ut ea carmina teſtantur, quæ jam retulimus, ac ea, quæ apud Alcuinum cap. 186. Caroli Magni nomine Paulo ſunt ſcripta.

Parvula Rex Carolus ſeniori carmina Paulo
Dilecto Fratri mittit honore pio.
Qua rapuit calamo ſubito di tantis amore,
Demandans charta; Fer mea verba cito.
Ad faciem Pauli venerandam perge per urbes
Per montes, Silvas, flumina, luſtra pete
Caſſinum montem Benedicti nomine clarum
Paſtoris magni, Præcipuique Patris.
Illic quære meum mox per ſacra culmina Paulum.
Ille habitat medio, ſub grege credo Dei
Inventumque ſenem devota mente ſaluta,
Et dic Rex Carolus mandat aveto tibi.
* precor *Gaudia dicque reor * noſtra ſibi magna ſalutis.*
Gratificam Chriſti pro miſerantis opem.
Atque pium Patrem rogitò tunc ſemper ubique
Pro nobis ſacras, ut ferat ille preces.
Nec non nos Fratrum precibus commendet honeſtis,
Sum votis quorum certus adeſſe Deum,
Qua propter . . . . . ei per me mandare ſalutem
Perpetuæ pacis omnibus his placuit.
Ecce valete ſimul cuncti Juveneſque ſeneſque,
Gratia vos chriſti protegat, atque regat.

Magnum ſane magni principis erga Paulum amoris, ac familiaritatis argumentum, quem appellare dilectum fratrem haud dedignatur. Fuit etiam Arichi Beneventano principi familiaritate conjunctiſſimus, cujus epitaphium compoſuit a Baronio relatum ann. 787., & a Peregrinio pag. 235. in Hiſtoria principum Langobardorum; atque magno Corbejenſi Abbati S. Adalhardo, cujus rei teſtis eſt epiſtola amoris & benevolentiæ pleniſſima a Mabillonio Annal. tom. 2. pag. 284. relata, quam Paulus Adalhardo mittit una cum epiſtolis quinquaginta quinque S. Gregorii magni ab eo ſibi petitas. In fine Epiſtolæ hæc carmina appoſuit.

Ante ſuos reſtans Rhenus repedabit ad ortus,
Ante petet fontem clara Moſella ſuum,
Quam tuus è noſtro carum, ac memorabile ſemper
Dulce Adalard nomen, pectore cedat amor.
Tu quoque ſi felix vigeas de munere Chriſti,
Eſto memor Pauli tempus in omne tui.

Scripſit Paulus hiſtoriam epiſcoporum Metenſium precibus Agilramni ejus urbis epiſcopi, atque ſex hiſtoriarum libros de Geſtis Langobardorum, opus vere ſingulare, cum nemo ante ipſum de Langobardis egerit, omneſque deinceps eum ſectati ſint. Commendatiſſima etiam eſt Vita S. Gregorii magni ab eo ſcriptis conſignata, quam primus in lucem edidit Mabillonius Analect. To. 1. & Sæc. 1. Act. SS. Ordinis S. Benedicti, extatque in noſtris Codicibus mſ. * ubi tamen diſſimulari * num. cx. cvi. & cxvi.
non poteſt, quædam occurrere, neque tamen levia, in quibus non parum diſcrepat, tum a mox laudata Mabillonii, tum ab illa, quam ab Authore anonymo exſcriptam refert Bollandus tom. 2. Martii fol. 130. & ſequentibus. Scripſit quoque Appendicem ad hiſtoriam Eutropii a tempore Valentiniani, & Valentis Imperatorum ad Juſtinianum primum, nam reliqua Landulpho ſagaci tribuuntur. Juſſu Caroli magni regis plures SS. Patrum homilias in unum coegit, quas per omnem annum diſpoſitas Homiliarium nuncupavit, inſcriptis ſingulis homiliis authorum nominibus, quod prius uſu in eccleſiis receptum non erat. Id quod ex epiſtola Caroli Magni, & carminibus a Paulo Diacono huic Homiliario præmiſſis conſtat. Ea epiſtola, & carmina præfixa ſunt Homiliario in fol. edito ann. 1482. Spiræ, apud Petrum Drach juniorem, eamque refert Mabillonius tom. 2. Annal. pag. 328. & ſeqq. exſcriptam e bibliotheca Augienſi, in qua hoc Homiliarium duobus magnis voluminibus ante annos octingentos ſcriptum reperitur, in quibus non extant homiliæ Aimoini, Herici, aliorumque poſteriorum, quæ ab interpolatoribus in editis ſunt permixtæ. Pauca nos hic dumtaxat hujus epiſtolæ verba referemus. *Carolus Dei fretus auxilio, rex Francorum, & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, religioſis lectoribus noſtræ ditioni ſubjectis. Cum nos divina ſemper domi, foriſque clementia &c. Denique quia ad nocturnale officium compilatas quorumdam caſſo labore licet recto intuitu minus tamen idonee reperimus lectiones, quippe quæ & ſine auctorum ſuorum vocabulis eſſent poſita, & infinitis vitiorum anfractibus ſcaterent: non ſumus paſſi noſtris diebus in divinis lectionibus ſacrorum officiorum inconſonantes perſtrepere ſolæciſmos, atque earumdem lectionum in melius reformare tramitem mentem intendimus; idque opus* Paulo Diacono familiari noſtro *elimandum injunximus; ſcilicet ut ſtudioſe catholicorum Patrum dicta percurrens, veluti florentiſſimis eorum pratis certos quoſque floſculos legeret, & in unum quæque eſſent utilia, quaſi ſertum aptaret. Qui noſtræ celſitudini devote parere deſiderans, tractatus, atque ſermones, & homilias diverſorum catholicorum Patrum perlegens, & optima quæque decerpens in duobus voluminibus per totius anni circulum congruentes, cuique feſtivitati diſtinctè, & abſque vitiis nobis obtulit lectiones. Quarum omnium textum noſtra ſagacitate perpendentes noſtra etiam auctoritate eadem conſtabilivimus, veſtræque Religioni in Chriſti eccleſiis tradimus ad legendum.*

Quod vero Catolus regem tantum, non Imperatorem ſe inſcribat, deducitur ante ann. 800. quo Imperatur eſt electus, Homiliarium fuiſſe a Paulo compoſitum, cujus hæc ſunt præcipua carmina a nobis memorata,

En

Digitized by Google

En jutus Patris Benedicti mira patrantis
Auxilio meritiſque piis, veſtrique fidelis
Abbatis Dominique mei, & ſi juſſa nequivi
Explere, ut dignum eſt, tamen o pietatis Amator
Excipe grataŋter decus, & mirabile mundi
Qualemcumque tui famuli, rex magne laborem.

Simile Homiliarium juſſu etiam Caroli regis cuntexuit Alcuinus, teſte ejus vitæ ſcriptore. Ante hæc aotem uſu in Eccleſiis receptum fuerat Bedæ Homiliariom, quinqoaginta homiliis conſtans, quarum ultima erat de S. Benedicto cognomento Biſcopo, cujus loco aliam elucubrâvit Paulus Diaconus in laudem S. Benedicti patriarchæ, ut ipſe Paulus initio ejus homiliæ teſtatur, quæ in noſtris codicibus MSS. extat, ex quibus exſcripſit Mabillonius ediditque in Appendice altera ad primum Tom. Annal. pag. 674., integramque iterum recenſuit Lucenti Ital. Sac. tom. 1. col. 535. & ſeqq. In eâ homiliâ poſt prædicata egregia multa de S. Benedicto, hæc de ejus Regulæ promulgatione ait: *Qui non ſolum tunc corporali præſentiâ multorum piis verbis vel actibus vitam condivit, ſed uſque ad præſentem diem, præſens ſpiritu non tantum noſtrum Collegium, ſed per totum maximè Occidentem ſuos ſequacos erudit. Qui per ſalubrem, rationiſque plenam ſanctæ inſtitutionis ſuæ regulam, vitam carnalium diſſolutionum labe tabidam reſtringendo revocat ad ſalutem &c.* Ergo aſſerit Paulus Sæculo octavo toto jam Occidente regulam noſtram promulgatam, pauloque poſt de miraculis a S. Benedicto in monaſterio Caſſinenſi patratis addit: *Teſtatur hoc quod loquimur recens illud miraculum, quod ante hoc fere decennium geſtum, multiſque veſtrum eſt cognitum, mutum ſcilicet ante ejus hoc corpus ſacratiſſimum fuiſſe locutum: mox enim ut Benedicti opem totis votis expetiit lingua conſecutus eſt officium, & qui nullum ex die ortus ſui verbum edere poterat, quod eſt admirandum vehementius, non ſolum loquelam propriam, hoc eſt barbaram cœpit effari, ſed ſimul etiam & latinam. Plura ſunt & relatu digna, quæ per eum quotidie Chriſtus efficit, quæ propria, Deo præſule, ſeria veſtra pandenda ſunt charitati &c. Proinde Fratres chariſſimi nos, qui e diverſis mundi partibus ad ejus properavimus magiſterium, diſcamus ſpernere quod ſprevit, diſcamus diligere, quod dilexit, & ſi ſequi eum poſt ad gloriam cupimus, modò ipſius veſtigia imitando ſequamur &c.*

nota de propagatione Regulæ S. Benedicti.

nota.

Aſſerit Galeſinus viſam a ſe hiſtoriam Epiſcoporum Ticinenſium a Paulo Diacono elucubratam, quam quidem ſe ſcripturum promittit Paolus ſub finem libri ſexti de Geſtis Langobardorum, obi Petrum Epiſcopum Papienſem laudat. In codice Vvindocinenſi extat vocabularium Pauli Diaconi ex Feſto Pompejo excerptum, quod præmiſſa Epiſtola Carolo magno nuncupavit. Cum id a pluribus in dubiom revocetur, potiſſimum a Nuceo in notis ad cap. 15. lib. 1. Chron. Caſſiuen. eam epiſtoiam integram exſcribendam hic duximus a Mabillonio in Append. To. 2. Annal. pag. 717. relatam. *Largitatis munere ſapientiæ, potentiaque præfulgido Domino Regi Carolo Regum ſublimiſſimo Paulus ultimus ſervulus. Cupiens aliquid veſtris bibliothecis addere, quia ex proprio perparum valeo, neceſſario ex alieno mutuavi. Feſtus denique Pompejus, Romanis ſtudiis affatim eruditus tam ſermonum abditorum, quam etiam quarumdam cauſarum origines aperiens, opus ſuum ad viginti prolixa volumina extendit. Ex quo ergo prolixitate ſuperflua quaque & minus neceſſaria prætergrediens, & quædam abſtruſa penitus ſtilo proprio enucleans, ita ut erant poſiti relinquens, hoc veſtræ celſitudini legendum compendio obtuli in cujus ſerie ſi tamen lectum ire non dedignabimini, quædam ſecundum artem, quædam juxta Ethimologiam poſita non inconvenienter invenietis, & præcipue civitatis veſtræ Romuleæ portarum, viarum, montium, locorum, tribuumque vocabula diſerta reperietis: ritus præterea gentilium & conſuetudines varias. Dictiones quoque Poetis, & Hiſtoriographis familiares quas in ſuis opuſculis frequentius poſuere. Quod exiguitatis meæ munuſculum ſi ſagax, & ſubtiliſſimum veſtrum ingenium non uſquequaque repuleris, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit. Auguſtus locus ſanctus &c. A. Hoc vocabularium deſinit in hac voce littera N. Nequiquam.*

Compoſuit Paulus epitaphium Fortuoati Pictavorum Epiſcopi ſuggerente Apro Abbate S. Hilarii ejus civitatis, atque epitaphium Hildegardis uxoris Caroli magni duarumque ejus natarum, Rotaidis quoque, & Adelaidis filiarum Pippini regis, quæ omnes in baſilica SS. Apoſtolorum, ſeo S. Arnulphi Metis humatæ ſunt. Plures etiam hymnos in laudem ſanctorum cecinit, qoorum excellentior habetur in laudem S. Johannis Baptiſtæ regni Langobardorum patroni, qui incipit: *Ut queant laxis reſonare fibris*, e cujus primæ ſtrophæ emiſtichiis B. Guido Aretinus, cantus eccleſiaſtici, quo nunc utimur, notas, & rationem derivavit deſumptis inde initialibus ſyllabis,

UT. RE. MI. FA. SOL. LA.

Quas uno verſiculo incluſit recentior quidam apud Voſſium.

Cur adhibes triſti numeros cantumque labori,
UT REleve MIſerum FAtum SOLitoſq; LAbores.

Omittimus plures ab eo recitatas Homilias, qoæ in noſtris codicibus extant.

De Paolo Diacono agunt Sigebertus de Scriptor. Eccleſ. cap. 80. & Miræus in Notis ad illod caput. Leo Oſtieo. lib. 1. cap. 15. & Nuceus ad illud caput, Petrus Diac. de Viris Ill. Caſſ. cap. 8. & Jo. Baptiſta Marus in Notis, Bellarminus, Labbe de Scriptor. Eccleſiaſt. Voſſius de Hiſtoricis latinis lib. 2. cap. 30. Baron. anno 774. & Pagius ad eum annum nu. 16. Mabillon. to. 1. Analect. pag. 319. & ſeqq. & pluries in Annal. To. 2. aliiqoe non pauci.

Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 15. laodans opera a Paulo Diacono elucubrata inter alia ſcribit: *Rogatuſque a prædicto Abbate, vel Fratribus, Expoſitionem ſuper Regulam S. Benedicti valde utiliſſimam edidit, ubi multa de veteri hujus loci conſuetudine neceſſariò teſtatur.* Quod idem aſſerit Petrus Diaconus laudato loco, ad quem Marus habet: *In eodem Archivio Caſſinenſi adſunt Commentaria mſſ. in fol. Pauli Diac. in Regulam S. Benedicti ubi in fronte habetur pictura vetuſtiſſima ſanctiſſimi Benedicti, & Johannis Abbatis, cui Regulam tradit, &c.* At hæc commentaria Pauli Diaconi non eſſe, ſed ultramontani alicujus authoris pluribus addu-

ctis argumentis demonſtravit Nuceus in Notis ad laudatum Leonis caput nu. 604. & ſeqq. Hujuſce ſcriptoris nomen oſtendit Martene in præfatione ad Commentarium Regulæ S. Benedicti, dum evincit Hildemarum monachum Gallum, qui tempore Ludovici Pii floruerit, hujus operis authorem eſſe, in quam ſententiam concedit etiam Mabillonius. Hic ab Angelberto Mediolanenſi Archiepiſcopo in Italiam accerſitus, miſſusque eſt Ramberto Brixienſi Epiſcopo ad Monaſticæ regulæ obſervationem in Monaſterio SS. Fauſtini & Jovitæ inſtaurandam. Non deſunt tamen, qui Rutardo Hirſaugienſi Monacho auditori Rabani, & Strabonis opus illud tribuant, vel Rutardo Monacho cœnobii Heremitani S. Mariæ apud Helvetios. Pro coronide hujus de Paulo narrationis ejus epitaphium ab Hilderico Monacho Caſſinate, ac deinde Abbate compoſitum, integrum ſubnectimus, in quo initiales litteræ Carmen hoc referunt.

Paulus Levita Doctor præclarus & inſons.

Ex Codice Bibliothecæ Caſſinenſis ſignato num. 353. Pauli Vvarnefridi epitaphium, auctore Hilderico ejus diſcipulo.

Perſpicuus clarum nimium cum fama per ævum
Aſtra ſimul junctum pangant te cœtibus almis
Veridicos, levita, tuos quis ſumme triumphos
Lucifluis, Paule, poterit depromere dictis?
Vt tua ſed lector properans huc noſcat, & hoſpes
Sacrato tumulo requieſcere membra ſub iſto;
Laudis, amande, tua ſummatim carmine digno
Almificos actus dignum eſt reſerare canendo.
Eximio dudum Bardorum ſtemmate gentis,
Viribus, atque armis qua tunc opibuſque per orbem
Inſignis fueras, ſumpſiſti generis ortum.
Iam digna eſt, poſtquam nitidos, ubi ſæpè Timavi
Amnis habet curſus, genitus tu prole fuiſti.
Divino inſtinctu regalis protinus aula
Ob decus, & lumen patriæ te ſumpſit alendum.
Cum tua poſt Tibridem populis, & regibus altis,
Tunc placida cunctis vita ſtudiumque maneret;
Omnia ſophiæ cepiſti culmina ſacra,
Rege monente pio Ratchis penetrare decenter.
Plurima captaſſes dignè cum dogmata cujus,
Reſplendens cunctos ſuperis ut Phœbus ab Aſtris,
Arctoas rutilo decoraſti lumine gentes.
Et ſic jam nimium fluidi cum gloria ſæcli
Condignis ditaret ovans te ſedule gazis;
Lucis ob eterna vitam ſine fine beatam
Audacter ſpreviſti hujus devotus honores:
Regis, & immenſi fretus pietate polorum,
Vernanti huc Domino properaſti pectore Chriſto
Subdita colla dare Benedicti ad ſepta beati.
Exemplis mox compta tuis ubi concio ſacra,
Tum jubar ut fulgens cœpit radiare coruſcis.
In te nam pietas jugiter, dilectio dulcis,
Nectareus, & pacis amor, patientia victrix,
Simplicitas ſollers nimium, concordia ſumma,
Omne ſimulque bonum ſemper, venerande, manebat:
Nunc ideo cœli te gemmea regna retentant,
Sideream retinens pariter per ſæcla coronam.
Hæc tibi poſco, Sacer, gratum ſit carmen honoris,
Hildric en cecini quod lacrymando tuus?
Quem requiem captare tuis fac quæſo perennem
Sacratis precibus ſemper amande pater.

V I.

COENOBIA HOC SÆCULO SUB DITIONE

MONASTERII CASSINENSIS

Extructa.

PRopè flumen Rapidi, quod mœnia urbis S. Germani modo alluit, Petronax Caſſinenſis Abbas extruxit monaſterium, ut ex illis itinerarii S. Vvillibaldi verbis colligitur a Sanctimoniali ejus conſanguinea, ipſo referente, ſcripti. Monaſterium prope Rapidum extructum.

In primo anno illuc veniens (ſcilicet Caſſinum) *Cubicularius fuit eccleſiæ, & in ſecundo Decanus erat in monaſterio, & poſtea per octo annos fuit Portarius in duobus monaſteriis.*

Quatuor annis erat Portarius in illo monaſterio, quod ſtat ſupra in monte valdè excelſo, & alios quatuor erat in alio monaſterio, quod infrà ſtat juxtà amnem Raphito.

Quæ eadem narrat Mabillonius Annal. tom. 2. pag. 79. Mirum tamen, e noſtris neminem hujus cœnobii meminiſſe, cujus propterea neque ſitum, neque aliquid aliud novimus.

Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 6. Chron. 7. Caſſinenſis, a quo, quibuſve auxiliis conſtructum fuerit cœnobium Sanctimonialium S. Mariæ a Cingula, corrupte *Cingla* & *Cegna*, nos admonet. Ejus hodieque præter eccleſiam complura rudera exquiſitis marmoribus decora conſpiciuntur non longe ab Ailano, intra fines Aliphanos olim comprehenſo oppido. Habet itaque Leo: *Hujus Ducis temporibus quidam Sculdais Beneventanus Saracenus nomine, in loco qui Cingla vocatur territorio Aliphano, eccleſiam in honore S. Caſſiani a fundamentis conſtruxit: eamque ex permiſſione præfati Ducis, cum omnibus quæ ibi adquirere potuit, ſimul etiam cum omni ex integro ſubſtantiâ & hæreditate ſua præter ſervos, & ancillas, quos omnes libertate donavit, quoniam filium non habebat, in monaſterio B. Benedicti obtulit. Qui locus cum oculis venerabilis Petronacis valde utilis viſus fuiſſet, cum conſenſu & maximo adjutorio ejuſdem glorioſi Ducis Giſulphi, & Scauniperga uxoris ejus, conſtruxit ibidem monaſterium puellarum Dei ad honorem B. Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ. Conceſſa inſuper ibi a prædicto Duce eccleſia S. Crucis cum omnibus territoriis, & pertinentiis ejus, quam Giſelpertus noſter præpoſitus a quodam Abbate Deuſdedit nomine cum conſilio, & adjutorio ejuſdem Ducis emerat. Nec non & aliis eccleſiis, & curtibus non paucis in circuitu, juxta quod monimina ejuſdem cœnobii continent. Quod videlicet ſanctæ dei genitricis monaſterium annuente præfato Abbate, idem Dux Giſulfus tunc confirmavis tribus ancillis Dei, ideſt Gauſani Abbatiſſa, Paneritudæ, & Gariperga: quæ poſtpoſitis parentibus, & univerſis opibus ſuis peregrinari pro Deo in partibus iſtis elegerant. Eo utique tenore, ut quandiu qualibet earum adviveret, loci ipſius regimen ſine alicujus contradictione teneret. Poſt illarum vero exceſſum & poteſtas, & ordinatio ejuſdem loci ad monaſterii noſtri dicionem rediret.* Hæc omnia tribus hiſce Giſulphi II. Beneventani Ducis privilegiis continentur, quæ ex veteri Petri Diaconi regeſto, Parthenon S. Mariæ in Cingla.

cujus

cujus alibi authoritas, & fides a nobis demonſtranda eſt, fol. 79. & 79. a to. nu. 173. & 174. exſcribimus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti firmamus, atque concedimus Nos Domnus vir glorioſus Giſolfus ſummus Dux gentis Langobardorum in monaſterio Beatæ & glorioſæ Virginis Dei genitricis Mariæ, quæ fundatum eſt in locum, qui dicitur Cingla. Manifeſta cauſa eſt, quia pro noſtra auctoritate, atque voluntate pravidit Domnus Petronacis Abbati pater noſter conſtruere monaſterium puellarum in honore Beatæ Mariæ in Cella, & territorio quam quod Saracinus in honore ſancti Caſſiani in ipſo edificaverat locum, & per noſtrum firmitatis preceptum condonavit in monaſterio S. Benedicti ad ipſum locum ordinandum, & regendum, ubi nos una cum Scauniperga glorioſa conjuge noſtra decretamus per dei miſericordia adjutorium prebere, & perficere opera, & convenerat inter Giſelperto monacho B. Benedicti, & Deuſdedit Abbate de ſancto Johanne, ut cella Sanctæ crucis cum diverſa Territoria ibidem pertinentem tam quod Anaſtaſius presbyterum, qui antea ibi fuerat conquiſivit, aut emit quamque quod Abbas Deuſdedit inibi aggregavit ad ſanctum prædictum cœnobium venundaret, ſed dum nos obſecraſſet, ut cum noſtra fieret voluntate, atque tributa largitate obvians ei Petrus Gaſtaldus noſter, & contradicens dicendo, ut presbyter ille quidam Anaſtaſius advena fuerat homo, & quod acquiſierat ſub noſtra poteſtatem poſt ejus diſceſſum in noſtra debuerat jura deveniret, & quia ex parte tam ipſe, quam ſuper & ſcriptus Deuſdedit de illis emerat hominibus, qui habuerant vendendi poteſtatem ſicut ipſe inquiſierat Petrus, quod nos cum lege poteramus tollere, & cum voluemus dare, ſed oportune, & importune petiit nos jam dicta Giſelpert in preſencia Gnindenario, & granno fidelibus noſtris ut non ipſam cauſam exigere permitteremus, niſi daremus licentiam ſecundum qualem inter ſe ſtanciam facta habebat ipſum locum venundarem, quod nos propter Dei timorem, & anima noſtra mercedem, & ipſius Giſepert adtendentem humili poſtulacione, dedimus licentiam jamdicto Deuſdedit ipſum locum venundari, & precium tollere, ſicut inter eos convenerat quod exſeſcentos ſolidos eidem Giſelpert dedimus ad ipſum locum emendi pro Anima noſtra ſalutem unde firmamus, atque concedimus in cœnobio ſancta Maria, vel congregationi ibidem conſtituta jamdicta ſancta Crucis cellam, qualiter eam prephatus Deuſdedit venundavit, & cartam emeret, & ſimul et diverſa Territoria, & vineas, Silvas, prata, paſcua, atque paludes, omnia, & in omnibus quantum ſancimus reliquid, aut undecumque aquiſiveret, ſed & poſtea domni Petronacis Abbatis, vel ejus monachi emere viſi ſunt, ita ut ſi quodvit tempore oſtenſum fuerit quod de illis hominibus emiſſe qui poteſtatem vendendi non habuerunt, nos ex noſtro dono, atque per preſentem conceſſio noſtra precepto concedimus, vel confirmamus in prænominato ſancto loco, ut abſque omni vexatione, vel moleſtacione quecumque homini ipſa congregacio vivere valeant, & permanere, & per noſtra facinora Domini miſericordia deprecare. Ut dum domino reſeruerint laudes nobis, & cunctas Langobardorum gentibus proficiat ad ſalutem, quatenus ab hanc preſenti die damus in mandatis in omnibus judicibus, vel agentibus noſtris ut nullus quiſpiam agere præſumat contra ea, quæ noſtra glorioſa roborat poteſtas, ſed ſtabiliter atque inviolabiliter omni in tempore maneat. Quod vero preceptum firmitatis largitatiſque conceſſimus quod juſſus, & dictatas ſupraſcriptas Domini Giſulfi ſcripſi ego Gramus. Notarius, ex juſſu in hunc noſtrum ſacratiſſimum Beneventanum Palacium menſe Octuber, & Indiccione quarta decima.

In nomine Domini dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti firmabimus nos Domnus vir glorioſiſſimus Giſolfus ſummus Dux gentis Langobardorum per regum Sergio fideli noſtro, & ſecundum poſtulacione Sarraceni Sculdais eccleſia Beati Caſſiani Sacerdotis, & martiris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam ipſe Sarracinus a virginitate edificavit in loco ubi dicitur Cingla omnem ſuſtantiam ipſius Sarraceni ſecundum ejus voluntatem, pro eo quod de ſuo ſemine filium minime potuit procreare, ideoque tam caſas, vineas, territoria, & alios caſales ubique habere niſus fuit in integram omnia, & in omnibus mobilia, & immobilia ſeu peculia ejus in ipſo ſancto loco poſſidendam firmamus excepto familia ſervos, & ancillas, quas liberatum, vel liberata vero, volo ut omnes liberi, & abſoluti ſint a jugo ſervitutis, cum ea, quæ eorum donavero, ſive terras, vel vineas, aut peculia, nam alia omnia ſupraſcripta in ipſo venerabile confirmabimus, ſic tamen ut dum ipſe Sarracinus, and ejus conjux advixerint in eorum ſit poteſtate uſufructuandi, nam ad a jure eccleſia alienandum, & hoc noſtra glorioſa poteſtas firmavimus, atque licentiam damus, ut ipſa eccleſia S. Caſſiani ſit ſub jure monaſterii B. Benedicti, & ejuſdem Abbati, qui eſſe videtur in Caſſino, & nullus quiſpiam Epiſcopus, aut quilibet Sacerdos aut Judex ibidem aliquod preſumat ordinare niſi quem Abbas ejuſdem Beati Benedicti ordinaverit aut diſpoſuerit ſtabilem, atque roboratum permaneat. Quod vero preceptum firmitatis, ſeu oſtercionis ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis dictavi ego Eremitari Referendarius tibi Grano, notario ſcribenda. Actum in Aliſas menſe Auguſti per Indiccione XI. feliciter.


In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti firmamus, atque largimus nos domnus vir glorioſiſſimus Giſolfus ſummus Dux gentis Langobardorum nobis Gauſani dicata deo Abbatiſſa & Pancritude, & Gariperge religioſiſſime ancille Chriſti pii monaſterii S. Mariæ in Cingla, quia manifeſta cauſa eſt quæ. poſtpoſuiſtis parentes, & ſubſtancias veſtras, & veniſtis peregrinare in terra noſtra Beneventana, & nos propter deum, & anima noſtra mercedem, & quia poſt deum in noſtra veniſtis fiducia, dedimus vobis una cum beatiſſimo Patre noſtro Petronaci Abbati Cella in Cingla: quæ pertinet de jure S. Benedicti, & una cum ipſo nobis ſupraſcriptum monaſterium fecimus & ſubſtanciam largiti ſumus una cum Scanniperga glorioſa conjuge noſtra, unde prevordimus vos ſupraſcriptas in ipſo Sancto Cœnobio confirmare in eo ordine, ut dum una ex vobis advixerit, inibi regimen tenere debeatis ut ſuper vos alia priore non imponatur, quia & ex parte ibidem noſter eſt labor, nam poſt vero veſtro diſceſſu quorum ſupra quem ipſa ſancta congregacio elegerit, & providerit poteſtas de Abbate, qui fuerit S. Benedicti ipſa confirmetur, nam dum vos vixeritis, in veſtra ſit poteſtate ſecundum honorem, & converſacionem veſtram ſi recte, & caſta vixeritis, atque converſaveritis,

Digitized by Google

ritis, quod enim preceptum largitati ſeu firmitatis, ex juſſione ſupraſcripti Domni viri glorioſiſſimi Giſolfi, & ex dictato Scarolfi notarii ſcripſi ego Beatus Notarius data juſſione in hunc ſacratiſſimo Beneventano Palacio menſe Magio per Indiccione quintadecima. Tria hæc monumenta celebrat Cl. Angelus Nuceus in notis ad memorat. cap. atque narrata a Giſulfo, & Leone compendio exprimuntur in inſtrumento, quo Robertus Calatiæ Comes A. 1094. & in alio, quo A. 1122. Ranulfus Aliphanus Comes Parthenon S. Mariæ Caſſinatibus reſtituunt. Quæ nos inſtrumenta dabimus in Diſſert. de authoritate Archivi Caſſ. Cœnobium S. Mariæ ſucceſſione gubernarunt laudatæ tres Sanctimoniales; illique Atenulfus I. Capuæ Comes, & Princeps Beneventi anno 903. hoc privilegium conceſſit, cujus autographum in archivo noſtro extat.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Atenolfus divina ordinante providentia Languvardorum gentis Princeps cum principalis Excellentia peticione Dilectorum ſuorum juſte petentis clementer favet. Non ſolum eos, quibus hac impendit devotiores obſequiis reddit verum etiam divinam mageſtatem ſibi propenſius parare creditur adjutricem. Quapropter noveris omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſolercia, quia Atenolfus dilectus filius meus obſecravit noſtram Excellentiam, quatenus concederemus, adque confirmaremus in monaſterio Puellarum S. Dei Genitricis, & perpetue Virginis Mariæ de loco Cingla, ubi Adeltrnda Abbatiſſa ancilla Chriſti regimen tenere videtur omnia precepta, que in eodem monaſterium conceſſa, adque firmata ſunt, ſibe ab Imperatoribus, ſeu Regibus, vel a Ducibus, vel a Principibus cum omni continentia, que continunt, & omnes ſcripciones, & Moniminas eidem monaſterii pertinentes, & cum omnia, que continunt, quemammodum ibi prelegitur, ita in prephatum monaſterium in omnibus nos confirmaremus, adque concederemus, cujus peticione libenter aſſenſum prebentes, hos firmitatis apices prephati monaſterii exinde fieri juſſimus; Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, adque futuris temporibus concedimus, adque confirmamus in prephatum monaſterium omnia precepta, que ei ab Imperatoribus, vel a Ducibus, ſeu a Regibus, vel Principibus conceſſa, adque firmata ſunt, una cum cunctis ſcripcionibus, & moniminas prephati monaſterii pertinentes, ut quemadmodum in ipſa precepta continet, & in ipſis ſcripcionibus, & moniminas ipſas ſcriptum repperitur, & prelegitur, ita in omnibus invioleviliter maneant in ipſum prephatum monaſterium in ipſa ratione, que in ipſis prelegitur conceſſum adque firmatum, ea ſcilicet racione omnia preſcripta precepta, & ſcripcionibus, et moniminas cum omnia, que in ipſis legitur, & cum omni continencia que continunt in eodem prephatum monaſterium conceſſimus, adque confirmavimus ad poſſeſſionem prephati monaſterii ad habendum, & poſſidendum, & faciendum pars prephati monaſteris legaliter omnia, que ei placuerit abſque contrarietate Comitis, Caſtaldeis, Judicis, vel Sculdahis, aut cujuſcunque perſone hominis contradictione, vel inquietitudine, ſet perpetualiter ipſe prephato Monaſterio firmiter illut habeat, & poſſideat, nemine ei exinde in aliquo contraria ingerente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocunque violare preſumpſerit ſciat ſe ad partem prephati Monaſterii compoſituros auri libras centum, & hec noſtra conceſſio in omnibus, que continet firma permaneat in perpetuum Ut autem hec noſtra conceſſio verius obſerbetur manupropria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.

Signum  *Domni Atenolfi Sereniſſimi Principis,*

Petrus Clericus & Scriba ex juſſione ſupradicte Poteſtatis ſcripſi. Datum quinto idus Junii anno tertio Principatus Domni noſtri Atenolfi excellentiſſimi Principis Indictione quinta. Actum in civitate Capuana.

Adeſt ſigillum cereum affixum, cui apponitur adverſum ſigillum.

Evaſerat Atenulfus Beneventi Princeps a. 900. ut probat Peregrinius in hiſt. Princip. Langob. cum de ejus genealogia, Michael monachus in ſanctuario Capuan. fol. 617. Jo. de Nicaſtro in Beneventana Pinacotheca fol. 18. aliique. Eidem cœnobio Atenulfus precibus Leonis Abbatis Caſſinenſis conceſſit montem S. Eleutherii, flumenque Ete, ut ex privilegio, quod Sæc. X. dabimus Diſſ. I.

Anno circiter 847. deſtructum omnino eſt, direptumque hoc monaſterium a Saracenis teſte Ignoto Caſſinenſi ſcriptore coævo apud Camill. Peregrinium num. 12. hiſce verbis: *Aliquantis interim elapſis temporibus Maſſar Dux Benevento reſidens in auxilium Radelchiſi principis beatiſſimæ Dei Genitricis in Cingla Mariæ monaſterium devaſtavit, caſtellumque poſtmodum Sancti qui cognominatur Viti cepit, Teleſinum poſſidens caſtrum humiliavit totamque devaſtavit Apuliam, & cætera nihilominus loca &c.* Eadem narrat Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 28. Haud vero prorſus Sanctimoniales, atque Caſſinenſes cœnobium dereliquere, nam Leo Oſtienſis cap. 46. refert Laurentium Diac; & Monachum Caſſinatem ejus cœnobii Præpoſitum latifundia quædam cum Landoario Capuano mutaſſe in territorio Calvenſi, & Carinolenſi annuente Angelario ab anno 883. circiter ad 889. Abbate noſtro, & Radelchiſſa Abbatiſſa; Quod idem præſtitum a Joanne presbytero Monacho, & Præpoſito cum eodem Landoario. Conſtat id ex Privilegiis etiam memorati Atenulfi. Vaſtatum iterum hoc cœnobium a Saracenis a. circiter 942. ut optime advertit Ciarlant. lib. 3. in mem. Hiſt. Samnii fol. 238. Quare Joannes Caſſinenſis Monachus, ejuſque Præpoſitus annuente Abbate Caſſinenſi novum parthenonem ſub titulo S. Mariæ excitavit Capuæ, eoque Sanctimoniales traduxit, ut refert Leo Oſt. lib. 1. cap. 57. hiſce verbis: *His porro temporibus cum Cinglenſis eccleſia a Saracenis divaſtata fuiſſet, Johannes ejuſdem cellæ præpoſitus quicquid ſubpellectilis, vel theſauri quoquomodo ſubripere potuit aſſumens cum conſenſu Abbatis noſtri Capuas pergit, atque ibi monaſterium conſtruere cæpit. Quo etiam tempore venerabilis Papa Marinus eandem eccleſiam S. Mariæ de Capua cum omnibus poſſeſſionibus ſuis Caſſinenſi cœnobio per privilegium ex integro confirma-*

firma-


Digitized by Google

firmavit. Quod idipſum ſimiliter confirmaverunt Joannes quinusdecimus, Benedictus VIII. Benedictus nonus, Leo, ac Stephanus nonus: Abbatibus noſtris Balduino, Aligerno, Manſoni, Atenulfo, Theobaldo, ac Friderico. Cum vero ſatis anguſtum, maleque compactum illud eſſet, precibus Aligerni Abbatis Pandulfus, & Landulfus ejus filius Capuani Principes aptiorem locum conceſſere, in quo novum Monaſterium extrueretur, eodem Leone teſte Lib. 2. cap. 2. hiſce verbis: *Eo quoque tempore idem Abbas ad Principes jam dictos accedens rogavit, ut darent cella noſtra Cinglenſi locum foris portas S. Angeli ad monaſterium conſtruendum ancillis Dei, quia monaſterium, quod intus erat nimium ſtrictum, & incompoſitum habebatur ancillis Dei ibi manentibus. Illi vero concedentes ſtatuerunt locum foris murum civitatis ubi caſtrum & monaſterium conſtruerentur, cuique conceſſerunt foris murum, qualiter vadit uſque in flumen.* Quæ omnia privilegio Pandulfi & Landulfi conſtant a. 970. conceſſo monaſterio S. Mariæ de Capua Carda Abbatiſſa, & clarius id narrat Ottho II. in privilegio a. 981. conceſſo Aldegrimæ Abbatiſſæ, in quo hæc leguntur: *Qualiter Johannes venerabilis ſacerdos, & Propoſitus monaſterii S. Maria, quod ipſe Johannes proprio ſumptu juxta Capuanam portam qua S. Angeli appellatur extra urbem conſtruxerat, & a gentibus idem monaſterium in loco qui dicitur Cingla deſolutum idem ipſo Johannes in noſtra urbe in jamdicto loco readificaverat, noſtram adiens clementiam rogare ceperat &c.* Memorata privilegia Pandulfi, & Landulfi, & Otthonis, aliudque vetuſtius Grimoaldi Beneventani Principis, ac ſententiam pro juriſdictione Monaſterii S. Mariæ in Cingla dabimus Sæc. X. Diſſ. 1.

In privilegio a Ioanne XV. Aligerno Abbati conceſſo, in quo bona cœnobii noſtri confirmantur, hæc legas: *Itemque & monaſterium S. Maria Cingla quinunc infra civitatem Capuanam adificatum eſt.* Eadem habet idem Pontifex in alio privilegio Manſoni Abbati dato, ac repetit Benedictus VIII. in illis Athenulfo, & Theobaldo Abbatibus, & Benedictus IX. Richerio.

Memorati Paldolfus, & Landolfus Capuani principes hoc etiam privilegio monaſterium S. Mariæ apud Capuam decorarunt, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Criſti Dei aterni. Paldolfus, & Landolfus filio ejus divina ordinanto providentia Langovardorum gentis Princeipes cum principalis Excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Grimualdus Comes dilectus noſter obſecravit noſtram Excellenciam, ut pro hamore omnipotentis Dei, & ſalbacione hanima noſtra concederemus in Eccleſia Sancta Dei Genetricis, et Virginis Maria monaſterio Puellarum, qui vocatur at Cingla, ubi Johannes Sacerdos, et Propoſitus regimen tenere videtur, ut nullus homo, vel Comes, ſeu Caſtaldeus, aut Judices, ſibo ſculdahis, aut qualiſcumque miniſteriales, aut alter qualibet homo, qui ſub noſtra dominacione havitans audent per virtutem introire in curto ipſius monaſterii, qua eſſo videtur in finibus Aliſo, hoc eſt curto ubi dicitur at Cingla, in qua predicto monaſterio hedificato eſſe videntur, et alia curte ubi nominatur Airanu, et Sanctu Archangelu, quam, et ipſa Curte del Coprata, et alia Curte in loco Ailane, ſimulque, et ipſa Curte ubi dicitur vel Lanicu, et at S. Columbanu, quam et alia Curte de Sepezanu, et at famulos ipſius Monaſterii, vel at liberis hominibus, qui ſuam hereditatem non habunt, et in dictis Curtis predicti monaſterii modo commorare videtur, et amodo in antea ibidem ad havitandum venerint, et partem ipſius Monaſterii ibidem ordinaverit at faciendum eorum qualiſcumque malum, aut tollendum cauſa eorum per forcia, quam et concederemus in prephato Sancto Monaſterio, ut nullum ſervicium faciant parti noſtra publici illos liberos homines, qui hereditatem ſuam non habunt, et in qualibet curtis in dicti monaſterii havitant, de quibus petiit a noſtra Excellencia, ut firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juberemus, cujus peticionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter havendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in prephato ſancto Monaſterio, ut nullos homo vel Comes, ſeu Caſtaldeus, aut Judices, ſibe ſculdahis, aut qualiſcumque Miniſteriales, aut alter qualibes homo, qui ſub noſtra dominacione habitans haudeant per virtutem introire in predictis curtis jamdicti Monaſterii at faciendum qualiſcumque malum, aut tollendum ad omines liberos, qui hereditatem ſuam non habunt, ſeu, & at famulos jamdicti Monaſterii, qui in predictis curtis ſupradicti Monaſterii modo havitant, vel reſedunt, aut hamodo in antea pro pars predicti monaſterii ibidem ad havitandum venerint at tollendum cauſa eorum, aut qualibet malum faciendum, quam & concedimus in jamdicto monaſterio, ut nullum ſervicium faciant parti noſtre publici illos liberos homines, qui hereditatem ſuam non habunt, & in qualibet curtis predicti Monaſterii havitant, vel reſedunt, itaut a nullis ex noſtris Comitibus, Caſtaldeis, Judicibus, vel ſculdais haveatis de predicta conceſſione qualecumque moleſtiam, aut contrarietatem, ſet perpetuis temporibus haveant, & poſſideant ſecuro nomine abſque contrarietate cujuſcumque perſona hominis prephato S. Monaſterio, nemine ibidem exinde in aliquo contraria faciente.*

Signum  *Domni Paldolfi Excellentiſſimi Principis.*

Adelchiſi Scriba, ex juſſione ſupradicta Poteſtatis ſcripſi. Datum quinto decimo Kalendas Januarias anno tricoſimo ſexto Principatus Domni Paldolfi Glorioſi Principis, & anno undecimo Principatus Domni Landolfi ejus filii Indictiono ſeptima. Actum in civitate Capuana.

Paldolfus imperare cœpit cum patre a. 943. cum filio Landulfo IV. a. 968.; quare privilegium a. XXXVI. Paldolfi, & XI. Landolfi Indictione ſeptima datum correſpondet a. 979.

Athenulfus Comes, ejuſque conjux Radelgarda cœnobio S. Mariæ dono dederunt eccleſiam S. Ioannis cum bonis ſuis omnibus in Territorio Theanenſi, ut hoc monumento conſtat, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

† *In nomine Domini viceſimo ſecundo anno principatus domini noſtri Landolfi glorioſi principis & octabo anno principatus domni Paldolfi, quam & tertio anno principatus domni Landolfi excellentiſſimi principibus germani & ejus filii menſe Madio quarta Indictione. Ideoque nos ſumus Atenolfus comes filius bona recordationis domni Atenolfi comitis, quam & ego Radelgarda que ſum uxor nominati domni Atenolfi comitis, & filii bona memoria Potoni declaramus nos abere rebus infra finibus Teanenſe civitatis, loco ubi cluſa dicitur ubi eccleſia S. Johannis constructa eſſe videtur mihi qua ſupra Radelgarde cometiſſe pertinentes per ſcriptum Morgincap quod mihi datum eſt, traditum eſt a nominato viro meo cum Legem & pro aliis meis racionibus, modo vero inſpirantes nobis omnipotens Deus ambo vir, & conius per remedium anima noſtra nd in futuro ſeculo requiem invenire valeamus per anc cartulam offerimus in monaſterio Dei genitricis Virginis Maria, quod ſitum eſſe dinoſcitur in loco Cengla ubi Deo bobente domna Adelgarda religioſa Abbatiſſa praeſt, & cuſtus ibidem eſſe videtur Johanne presbytor oc eſt ipſa nominata rebus cum nominata eccleſia ſancti Johanni, qua eſt infra finibus Teanenſe civitatis loco cluſa, & eſt nominata rebus cum pradicta eccleſia per as finis prima parte fine fluvio bulturno, ex alia parte fine rebus noſtra qua nobis reſerbabimus, & qualiter aſcendit in ipſa via puplica qua vadit erga ipſu monte qui eſt ſuper jam pradicta eccleſia S. Johanni, & qualiter vadit nominata via uſque in ipſo ribio qui deſcendit juſta ipſu nominatu monte, alia parte qualiter deſcendit ipſu ſupradicto ribio, & conjungit ſe cum ipſo nominato flubio bulturno qui eſt priores fines. Infra hac vero finis offerimus in pradicto monaſterio Dei genitricis Maria viginti, & quatuvor modia de terra habentes per ſingula ipſa nominata modia in omni parte, tam per longitudine, quam per latitudine paſſos triginta ad paſſum juſtu menſuratum. Hac autem ſupraſcripta rebus qualiter de fine in fine indicata eſt cum omniā intro habentibus ſubter, vel ſuper & cum via ſua ibidem intrandi, & exiendi, & cum ipſa nominata eccleſia ſancti Johanni, qua intus in eadem rebus videtur eſſe edificata, & cum omnibus ſuis pertinentiis totum, & integrum illud offerimus in nominato monaſterio habendo, & poſſidendo, unde & denominata noſtra offerſione nec nobis qui ſupra vir & conius, nec ad noſtris heredibus, neque ad nullis aliis hominibus exinde aliquid reſervabimus vel dicimus remanere, & obligamus qui ſupra Atenolfus comes, & ego jam nominata Radelgada cometiſſa mihi conſenciente nominato domno Atenolfo comite viro, & mundualdo meus integra ſupradicta noſtra offerſione defendere, & antiſtare ſemper ab omnibus hominibus, ab omnique partibus in pradicto monaſterio, & ad ejus rectores, nam ſi nos qui ſupra vir, & conius vel noſtros heredes anc cartula offerſionis, per quacumque ingenium dirrumpere aud remobere queſierimus, vel ſi exinde aliquid tollere, & comminuare voluerimus, & ſi non fecerimus, & non compleberimus in prafato monaſterio ea omnia qualiter ſuperius legitur centum ſolidi vizantei penam nos, & noſtros heredes, a parte ſupraſcripti monaſterii, & pradicte Abbatiſſe, & ad ejus rectoribus, & cuſtodibus componere obligamus, & inſuper omnia nominata in eodem monaſterio compleamus per invitis, & anc cartula ſupradicte noſtra offerſionis de quibus continet firma permaneat ſemper, & taliter ego qui ſupra Atenolfus comes, & ego qui ſupra Rudelgarda cometiſſa per conſenſum ſupradicti domni Atenolfi comitis viri, & mundualdmeus pro mercede, & redemptionem anima noſtra fecimus, & te Gariperto clerico, & notario ſcribere rogavimus. Acto Tiano ✠ Ego Vigelmo Judex ✠ Ego Petro ✠ Ego Maraldo.*

Annus 961. quo Indictio quarta currebat erat XXII. principatus Landulfi II. & XVIII. aut XIX. Paldulfi I. & II. Landulfi III. ejus filiorum, nam pater imperare cœpit circa medium anni 940. primus filius anni 943. tertius circa medium anni 959. Incuria tamen notarii hic factum ut pro anno XVIII. principatus Paldolfi decimus tantum numeretûr.

Inſtitutâ pro prædiis quibuſdam inter Abbatiſſam S. Mariæ, quoſdamque Ailani accolas lite, ad eam dirimendam Ottho III. Imperator Audoaldum judicem conſtituit, qui ſententiam pro Abbatiſſa tulit a. 999. quo Indictio decimaſecunda currebat, & annus XVIII. principatus Paldulfi II. & XII. Landulfi V. ejus filii Beneventanorum principum, nam primus imperare cœpit circa medium anni 981. & alter circa medium a. 987. En ſententiam ex autographo in archivo noſtro.

† *In nomine Domini anno octabo decimo principatus domni Paldolfi, & duodecimo anno principatus dom. Landolfi ejus filii magnis principibus men Januarius duodecima Indictione. Ideoque nos Benerufo, & Johanne & Paulo germani filii quoddam Meroaldi, & Viſantio, & Gaucio, & Franco, & Petri, ſeu Benedicto germano fil quoddam Petri, & Marſo, & Berenardo, & Azzo, & Cinno germani filii quoddam Deodati, & Donato fil. Amici, & Johanne, & Vito germani filii Beraldi, & Amico, & Lando germani, & filii Suppi, & Petrus Presbyter, & Johanne ſeu ali Johanne, & Gualdo germani filii quoddam Aliperti, & Ado, & Dominico, & Martino germani filii quoddam Urſi, & Gregorius Dominici, & Petri filii Senaldi, & Malelgardo, & Saſſo, & Benedicto, & Mirando Cleric. germani filii Baſſi, et Adenolfo filio quoddam Sorani, et Traſari fil Franconi, et Benedicto, et Rodaldo, et Majo germani filii quoddam Majoni, & Aguſto filio quoddam Sardi, & Johanne, & Benedicto; & Jaquinto, & Ubo germani filii quoddam Majoni, & Mari fil. Iohanni, & Franco, & Lioto & Iohanne filii quoddam Majoni, & Adenolfo, & Petri, & Grimoaldo, & Paulo, & Iohanne germani filiis quoddam Cinni Iſembardo, & Maraldo, & Martino, & Tiano germani filii Iohanni ſtabile, & Iohanne germani filii quoddam Iohanni, & Iohanne fil. Domnelli, & Gaudino, & Iohanne germani fil. Benedicti, et Grimoaldo fil. Dominici, toti enim habitatori ſumus in loco Alilane, poſitum vero infra pertinenciis comitatum civitatis Aliſana, quem Audoaldus, et Aldemarius cum alio Aldemarius comitibus ex parte reipublica retinunt declaramus nos omnes quia in praſencia Audoaldi judici Capuana provincia, cui commiſſa eſt judicia ab invictiſſimo Imperatore Domno Ottone ſemper Auguſtus perficiendam, in qua coram enm aderant mundi judex praſata civitatis Aliſana exorta eſt cauſacio inter nos omnes pranominatos, et vos videlicet Petrus benerabilem presbyter, ac Prapoſitus, ſeu cuſtos monaſterii*

rii

Digitized by Google

rii puellarum ſancta Dei genitricis, et perpetue virginis Marie cujus vetuſtatus monaſteri poſitus eſt in loco Cengla nobus etenim cenobius ille dedicatus eſt juſta Capuanam urbem, in qua domna SiKelgaita religioſa Abbatiſſa cum Sanctimonialis ſuam congregaciones pre eſt vos erga vobiſcum abend Advoca ujus veſtri cenobii Maraldus, qui et Madelfrit ſcribitur. Unde vos pro parte predicti veſtri monaſterii oſtenſiſtis nobis precepta prefati cenobii emiſſa a principibus Benebentane civitatis cum unum alium preceptum rurſum conceſſum, et traditum ipſius monaſterii a pie recordationis ſecundi domni Ottoni Invictiſſimo Imperatori. Cum alia moniminas cartarum refutationis a comitibus ujus aliſano civitatis de rebus pertinentes ipſius veſtri monaſterii qua ſunt videtur in pradicto loco Cengla, et Ailane, quorum finis decernitur do rebus ipſis ex qua inter nobis ut dictum eſt ortum eſt litigium: de prima parte fine Serra de monte qui dicitur Cremonio de ſecundæ parte flubio, qui dicitur Ete. Incipiente a loco illo unde oritur, & ſicut badit rebolvente flubio ipſe uſque ad flubio, qui dicitur bulturno, & per eodem flubio Bulturno badit, & conjungis uſque in ribo Cerbaru. De tercia vero parte fine jamdicto ribo Cerbaru, & a capite de predicto ribo incipientes per montes aſcendentes, & traberſante per balles, ac directum & aſcendentes per eoſdem montes Eremonio uſque in ejus cacumine de quo vos qui ſupra Petrus presbyter, ac Prepoſitus una cum predicto veſtro advocat. querebatis eadem per finis indicata terras, & montes ad proprium haberent, & poſſiderent ſupradicto veſtro cenobio, & jamfata domna Abbatiſſa cum ejus ſucceſſores cum predic. precepta, & per cartarum moniminas illam, quem nobis oſtenſiſtis, et per legalem poſſeſſionem quem ab antiquitus et uſque nunc poſſeſſus eſt. Et nos omnes prenom. querebamus infra fines de eadem terra habere, et poſſidere terras nobis pertinentes in locum illum qui dicitur Ailane per ſcripciones nobis emiſſe a prefatis namque comitibus nius nom. Aliſana civitatis, ſet propter quod nobis prepoſita eſt a vobis queſtio ut nos de terris de predicto loco Ailane malo ordine tuliſſemus frugiis ad baliente ſolidos centum que pars veſtri cenobii tollere, et accipere conſueberat, et nos vobis minime reſpond. legibus querebamus propter noſtra duriciam, propterea inter nobis, et vobis majorem orta eſſe intencio. Et ideo dum diucius altereaſſemus, et magnum paciantibus laborem ex qua inter nobis rebus ipſas ex eo loco Ailana legaliter poſſidere deberemur per ſuas utilem utraque raciones. Congrati inter nos fuerunt pacifici homines Deum timentes, qui nos querentes de eadem rebus ad bonam perducere conbenienciam ne in amplius ad majorem perbeniremur inde litigium, aut aliquam damnietate nobis incurrere, et tunc ſicut Domino Deo placuit qui eſt amator omnium bonorum operum, et recuperator Sancteque ſue eccleſie permiſit nos ad anc conbenienciam exinde pervenire, propter quod ipſe nominati Audoaldus judex pardevit nobis, ut ipſis comitibus per nullam racionem aut per cartarum ſcripcio auſi eſſent rebus ipſis jamfati cenobii pertinentes imbadere, aut praoccupare nec per ſe nec per ſuas apocriſarias accipere frugum quem ipſis terris referunt, eoquod obligati illis ſuoque heredes prefati cenobii per ſupradictas ſcripciones refutacionis eſſe conſpiciebant et nihil nobis balerent in placitum legis illam oſtendere ſcripciones nobis ab ipſis comitibus emiſſe quem ſuperius aſſerebamus ſet preceperunt nobis, ut ſi nos refutacionis cartam ex omnibus rebus ipſis in par. predicti monaſterii firmaremur ipſe namque benerabilem Petrus presbyter, et Prepoſitus inclitam nobis relaxaret queſtio, et cauſacio ipſa, quem de antea, ut uſque nunc de diverſis facinoris, et frugum ter. ipſius nobis pre ponere potuerant, ſed dum utraque parcium ita conbeniſſet perficiendum tunc ipſe nominatus Petrus presbyter, et Prepoſitus una cum ipſum ſuum advocat. datam eorum eſſet licencia a memorata religioſa abbatiſſa relaxaberunt nobis omnibus calupniis, et queſtionibus ipſis, que de rebus illis, et ejus frugum . . . . . . inutilis facinoris nobis preponere potuerunt quem nos in rebus ipſis de antea egimus, ut ſecuri, et contempti exinde maneremur, quapropter nos omnes prenom. . . . . et Beneroſo, et Johanne, et Paulo, et Viſancio, et Gancio, et Franco, et Petri, et Benedicto, et Marſo, et Bernardo, et Azzo, et Cinno et Donato, et Johanne, et Vito, et amico, et Lando, et . . . . et Johanne, et Johanne et Gualdo, et Adi, et Dominico, et Martino, et Gregorio, et Petri, et Malelgardo, et Saſſo, et Benedicto, et Mirandi Cleric., et Adenolfo, et Traſari . . . . et Rodaldo, et Majo, et Aguſto, et Johanne, et Benedicto, et Jaquinto, et Ubo, et Mari, et Franco, et Lioto, et Johanne, et Adenolfo, & Petri, & Grimoalde, & Paulo, & Johanne . . . . & Maraldo, & Martino, & Tiano Stabile, & Johanne Gaudino, et Ioanne, & Grimoaldo ut nobis congruum eſſe videtur ſpontaneaque noſtra boluntate . . . . et nobis ſcripcione quem de rebus ipſis apud nos retinuimus apud vos benerabilem prepoſitum & suum advocatum ille emiſimus ad poteſtatem predic. . . . . eredum in omnibus, & continuo per une ſcribtum conbeniencia manifeſtum facimus nos omnes vobis Petro presbyteri, ac Prepoſ. & jam dicti veſtri advocat. pro parte jamfatè Sancti & benerabilis hujus nominis veſtri cenobii quia integra ſuperius dic. per fines indicata terras, & montes, cum omnia infra ſe habentibus pars predicti veſtri Monaſterii fuiſſe, & eſſe pertinentes per antiquis temporibus tam per precepta regum, ſeu principum, quamque per alia cartarum moniminas antiquitus ſcribte ſeu nobis . . . . veſtri monaſterii apud ſe retinunt una cum refutacionibus a comitibus prefata civitatis Aliſana ſeu alioſque hominum de ipſis rebus prefati monaſterii emiſſe . . . . & nobis nec ad noſtris heredibus ipſas vel exinde nullam eſſe pertinentes neque per monimina neque per teſtes, neque per poſſeſſionem, neque per qualiſcumque racionem, aut umana aſtucia ſet in omnibus ut prelegitur ipſos par. predic. monaſterii fuiſſet, & eſſet pertinentes ut dictum eſt. Cumque taliter nos manifoſtaſſemus pertinere, nos omnes prenom. obligavimus vobis, et parti predicti veſtri Monaſterii quod ſi aliquando adbeniente tempore nos, aut heredibus noſtris adverſus vos, & jam dicta Domna SiKelgaita Abbatiſſa, & ſucceſſoribus veſtris, & parti pradicti vri. monaſterii, deſuperius dictas per finis indicatas terras, & montes cauſare, aut contendero queſierimus quirendum illut tollere vobis & parti predicti veſtri monaſterii, aut exinde diminuare ſibe per ſcripciones aut per poſſeſſiones ſeu per teſto, vel per qualiſcumque ad inbentam pacionem que eſt humane

mane

niano ingenium tam per nos ipſis, ſeu a nobis qualibet perſonibus emiſſis, & non dimiſerimus ipſos ſecuriter reſidere, & dominare abſque moleſtia vos & pars predicti veſtri monaſterii trecemos Viz. ſolidos unoquoque ex nobis, & noſtris heredibus dare, & componere obligamus vobis, & ad ſucceſſoribus veſtris, & parts predicti veſtri monaſterii, & in antea ſemper tacitis, & quietis per omnia inde manſuri exiſtamus quia ita nobis complacuit, & taliter nos omnes ſinguli nominati, qualiter nobis congruum fui ec omnia ſupradicta bventi animo fecimus & te Godefrit Subdiac., & Notar. ſcribere rogavimus. Actu Aliſe. ✠ Ego qui ſupra Audoaldus Judex ✠ Ego qui ſupra Mundi Judex. ✠ Ego Leo Judice. ✠ Ego Guarnerus Presbiter.

Ex ea inter alia eruuntur nomina Comitum Aliphanorum, qui eo anno vivebant. Quod Sæc. X. Diſſ. I. aliâ nos ſeutentiâ demonſtrabimus. Landulphus IV. dictus a S. Agatha Capuæ Princeps ann. 1004., quo Indictio ſecunda numerabatur, ejuſque Principatus annus V. nam circa medium Anni 999. imperare cœpit, omnia privilegia donationeſque cœnobio S. Mariæ factas confirmavit, ut ex ejus autographo hoc diplomate in archivo noſtro ſervato conſtat.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei aterni. Landolfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis Princeps. Cum principalis Excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Sicbelguta venerabilis Abbatiſſa monaſterii Puellarum vocabulo ſancta Dei genitricis Maria, qua nominatur ad Cingla noſtram obſecravit Excellenciam, ut ab amore omnipotentis Dei concederemus, & confirmaremus in predictum monaſterium, in qua nunc illa preeſt, omnia precepta, que in eodem Monaſterium conceſſa, atque firmata ſunt, ſive ab Imperatoribus, ſeu Regibus, vel a Ducibus, vel Principibus cum omni continentia, qua continunt, & omnes ſcriptiones, & mominimas eidem monaſterii pertinentes, & cum omnia qua continent, ut quemammodum ibi prelegitur, ita in omnibus nos in prephatum monaſterium confirmaremus. De quibus petiit a noſtra Excellentia per Landolfum comitem dilectum parentem noſtrum, ut firmitatis apices prephati monaſterii exinde fieri juberemus, cui petitioni libenter aſſenſum prebentes, hos firmitatis apices prephati monaſterii fieri juſſimus exinde, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, et futuris temporibus concedimus, atque confirmamus in prephatum monaſterium omne precepta, qua et ab Imperatoribus, vel a Ducibus, ſeu Regibus, vel Principibus conceſſa, atque firmata ſunt, una cum cunctis ſcriptionibus, et moniminas prephati Monaſterii pertinentes, ut quemammodum in ipſa precepta continet, et in ipſis ſcriptionibus, et moniminas ſcriptum repperitur, et prelegitur ita in omnibus inviolabiliter maneant in ipſum prephatum monaſterium in ipſa ratione, qua in ipſis prelegitur conceſſum, atque firmatum, Ea ſcilicet ratione omnia preſcripta precepta, et ſcriptionibus, et moniminas cum omnia qua in ipſis legitur, et cum omni continentia, que continunt in eodem prephatum Monaſterium conceſſimus, atque confirmavimus ad poſſeſſionem prephati monaſterii ad habendum, et poſſidendum, et faciendum pars prephati monaſterii legaliter omnia, que ei placuerit abſque contrarietate comitis, caſtaldeus, judicis, vel ſculdahis, aut cujuſcumque perſona hominis contradictione, vel inquietudine, ſet perpetualiter ipſe prephato monaſterio firmiter illut habeat nemine ei exinde in aliquo contraria ingerente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare praſumpſerit, ſciat ſe ad partem prephati monaſterii compoſiturus auri libras centum, et hac noſtra conceſſio in omnibus, qua continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio verius obſervetur manu propria ſcripſimus, et ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*

Signum  *Domni Landolfi excellentiſſimi Principis.*

Adeodatus Clerice, et Scriba ex juſſione ſupradicta glorioſa poteſtati ſcripſi. Dat. undecimo Kalendas Martii anno quinto Principatu domni Landolfi glorioſi Principis. Indictione ſecunda. Actum in civitate Capuana.

Adeſt ſigillum cereum affixum, cui apponitur adverſum ſigillum.

Michael Monachus in genealogia principum Capuæ p. 619. ait memoratum Landulphum per errorem hoc nomine appellatum lib. 1. Chron. Caſſinen. cap. 20. cum Paldulphus dici debuiſſet, ut certe nominatur cap. 31. Verum ipſe labitur, & quod caput 15. lib. 2. numerare debuiſſet, quodve Landulphum IV. a. 1007. mortuum teſte Anonymo Caſſinenſi cum ait: *Obiit Landulphus Princeps Capuanus*: cum Pandulpho IV. confundit Capuano principe fratre Abbatis Caſſinenſis Atenulphi, cujus eſt mentio capp. 31. 34. 39. & 40. lib. 2. Chron. Caſſ., quique a S. Henrico Imperatore a. 1022. depoſitus, iterum a. 1026. Principatum obtinuit teſte Leone Oſtienſi cap. 58. qui ejus etiam meminit cap. 59. 61., & alibi, atque ad a. 1049. vixit. V. Peregrinius in cit. Genealogia.

A. 1020. XIII. Landulphi V. & IX. Paldulphi III. ejus filii Beneventanorum Principum Indict. 3. magna oborta lis eſt inter Vitum Aliphanum epiſcopum & Sanctimoniales, ob eccleſias quaſdam, & prædia, quæ pacifice tandem dirempta, ut ex celebri hoc judicato conſtat, cujus autographum in archivo noſtro reperitur.

† *In nomine Domini, Anno triceſimo tercio Principatus domni Landolfi, et nono anno Principatus domni Paldolfi ejus filii magnis Principibus menſe Julio tercia Indicione. Ideoque nos Vitus Domini gracia Pontifex epiſcopatus ſancta Dei genitricis, & Virginis ſancta ſedis Aliſana. Declaramus quia ante preſencia mundi judici ejuſdem civitatis Aliſana, & aliorum teſtium, nos pro parte nominati noſtri epiſcopatus, & erga nobiſcum habendo Johannem Diaconum advocatum ipſius noſtri epiſcopatus. Exorta fuit cauſacio inter nos, et te videlicet Pandonem comitem Langobardorum filium bona memoria Pandoni Comitis Langobardi, qui es habitator civitatis Capuana. Tu denique nominatus Pando comes*

Lan-

Langobardus pro parte eccleſia, qua eſt Monaſterium puellarum ſancta Maria ſita in loco qui dicitur Cingla finibus ipſius Alifana, ubi vir benerabilis Petrus presbiter cuſtodem eſſe videntur, et in qua domna S. Kelgaita religioſa Abbatiſſa videtur eſſe de curtibus, et territoriis cultis, et incultis, et montibus et aquis, et molendinis, qua eſſe videntur in finibus Prata, que eſt infra finibus, et pertinenciis predic. Aliſane videlicet in nominato loco, qui dicitur Cingla, et ubi dicitur Ailane, et ubi dicitur Gattucini, et ubi dicitur Aqua Vibola, et ubi dicitur Vicu Borelle, et ubi dicitur Ceppoline, et ubi dicitur Tordiſci, et ubi dicitur Potuliſci, et ubi dicitur Eremonio, et de eccleſiis, qua ſunt conſtructa infra is curtibus, et terrstoriis, videlicet eccloſia ipſa, qua eſt Monaſterio puellarum Sancta Maria & eccleſia S. Johanni, & eccleſia ſanctorum Septem Fratrum, & de caeteris eccleſiis qua ibidem conſtructa ſunt, quam & de aliis curtibus, & territoriis cultis, & incultis, & montibus, & aquis, & molendinis, que eſſe videntur, ibique in eadem finibus Prata, qua eſt infra finibus & pertinanciis pradicta Aliſana loco ubi dicitur Airanu, & ubi dicitur ſanctu Archangelu, & ubi dicitur Pazzanellu, & ubi dicitur Balle Farſperti, & de eccleſiis, qua conſtructa ſunt infra his terris, videlicet eccleſia S. Viti, & eccleſia S. Archangeli, & eccleſia S. Eraſmi, & EccleſiaSS. Johannis, & Pauli, quarum ipſis prioris nominibus curtibus, & territoriis, & montibus, & aquis, & molendinis has habent finis. De una parte fine ſerra de monte, qua dicitur Eremonio; de ſecunda parte fine flubio, qui dicitur Ete; de tercia parte fine flubio Bulturno, de quarta parte fine Vibo, qui dicitur Cerbario, deinde quomodo badit per montes, & balles uſque in pradicta Serra de monte, qui dicitur Eremonio, qua eſt prior fine. Ipſis vero aliis curtibus, & territoriis, & montibus, & aquis, & molendinis has abent fines, de prima parte fine finita do comitato Iſerrienſe de ſecunda parte fine flubio pradicto, qui dicitur Ete, & fine ribo, qui dicitur Pentemoſu, & ab inde directe per montes, & balles ſicut directe perexiit per ipſi montes, & balles pertinentes pradicti monaſterii puellarum uſque in jam dictos fines de pradicto comitatu Iſernienſe. De tertia vero parte fine pradicto flubio Bulturno. Unde fuimus reconiuncti nos pro parte nominata noſtra ſedis erga nobiſcum habendo nominatum Iohannem Diaconum advocatum nominata noſtra ſedis, cum ipſum Petrum presbyterum & cuſtodem pro parte nominata eccleſia & monaſterio, erga ſecum habendo Petrum clericum Advocatum nominata eccleſia, & monaſterii, et cauſaverant contra nos dicendo, ut Serbos pradicta noſtra ſedis per noſtram juſſionem introiſſent infra jam dictis terris per jamdictos fines pertinentes nominata eccleſia, et monaſterii, et foſſata ibidem feciſſent, et terminos antiquos inde effodiſſent, et fruges malo ordine inde tuliſſent baliente uſque ad viginti ſolidos, inde a nos queſierant audire reſponſum, et legem recipere. Unde nos quo auditi diximus pro parte jam dicta noſtra ſedis, ut haberemus terris, et montibus, et eccleſiis infra ipſe finis pertinentes legibus ad partem nominata noſtra Sedis, et unde guadiati fuimus per partes tali tinore, quatinus nos a parte noſtra pro parte nominata noſtra Sedis plicaremus nos cum racione noſtram, et cum raciones pradicta noſtra Sedis, et ipſe qui ſupra Petrus presbyter, et cuſtos pro parte nominati monaſterii plicaret ſe cum racionem ſuam, et cum racionibus jam dicti monaſterii, et de jam dictis ſerris, et montibus, ſeu et de jam dictis eccleſiis bocabulo Sancti Iohannis Baptiſta, et de jam dictis eccleſiis vocabulo SSrum. ſeptem Fratrum faceremus inter nobis exinde ſecundum legem finem; Unde inter nos per partes fidejuſſorem poſueramus, et ſtatim nos qui ſupra Vitus Domini gratia Epiſcopus erga nobiſcum habendo nominatum advocatum jam dicta noſtra Sedis a parte noſtra pro parte nominata noſtra ſedis oſtenſimus ibidem in judicio viginti, et tribus ſcripcionibus pertinentes legibus noſtra ſedis, et duobus praceptis ſigillatis, et unum brebilegium iterum pertinentes nominata noſtra ſedis, et dedimus ipſo pro parte nominata noſtra ſedis, in manu pradicti judici, et manifeſtavimus, ut plus ſcripciones, nec praceptis pro parte nominata noſtra ſedis contra eis, nec e contra partem nominati ſui monaſterii ad cauſandum non haberemus et ipſe qui ſupra Petrus presbyter, ſeu cuſtos interrogato a nominato judice, ut pro qua racione pro parte nominati ſui monaſterii ipſos habere boleret, quibus ille una cum nominato advocatore jamdicti ſui monaſterii dixerunt, ut per poſſeſſionem juxta legem pro parte nominata ſua eccleſia ipſos habere boleret, et tunc ipſe judex in ſuis manibus deprehenſis jamdictis ſcripcionibus, et pradicto pracepto, et jamdicto Brebelegio et per ordinem ipſe relegi fecerat. Quarum prima ex ipſe ſcripcionibus erat ſcripcio offercionis, quomodo Lupichis presbyter filius quoddam Lupi obtulerat in eccleſia S. Iohanni, que ſita erat ſecus flubio, qui dicitur Ete, omne facultatibus ſuis, mobilia, adque immobilia, omnia et in omnibus poſſidendum, et cetera in omnibus ſicut ibidem continebat, qua ſcripta erat per Antechis notarium actum Benebenti, temporibus domni viri pracellentiſſimi Grimoaldi Benebentanorum probincia principis, ſeptimo anno principatus ejus menſe Aprilis ſeptima Indicione roborata per ipſum Lupichis presbiter, et per Balſemundum diaconum, et alios teſtes. Secunda ſcripcio iterum offerſionis quomodo Brinculus offeruerat in eccleſia beati Iohanni Baptiſta dominici pracurſoris omnes res ſuas, et cetera ſicut ibidem continebat qua ſcripta erat per Barbato clerico actu Beneventi in monaſterio beati Petri principis Apoſtolorum menſe ſeptembrio Indicione quartadecima. Tercia ſcripcio ſimiliter offerſionis quomodo Airoaldus filii Luciani offerueraт ſeipſum cum filiis ſuis, vel cum omne rebus ſubſtancia ſua in eccleſia S. Iohanni qua ſito erat in Prata, ec catera velut ibidem continebat, qua ſcripta erat per Arnipertus notarius actu Beneventi tempori domni viri pracellentiſſimi Siconis Beneventanorum provincia principis duodecimo anno principatus ejus menſe nobembrio Septima Indicione. Signum nominati Airoaldi ibidem legi, et per teſtes pleniter roborata erat. Quarta ſcripcio quomodo ante Dauſerium Marepais filium Majoni venerat Majo diaconus qui praerat eccleſia S. Iohanni cum Alderiſi Tutore ſuo, quibus venerant Faſano, et Martinus, quorum Alderiſſi, et Majo dixerat ante ipſus dies queſiſſent Audefuſi Sculdais ejus contra legem ſuperſederet eccleſia ſancti ſeptem Fratrum, qua ſita erat in Caſale et ejus pertinentes ſubſtantiam, et cetera in omnibus ſicut ibidem continebat, qua ſcripta erat per Aldemari notarium temporibus domini viri

pra-

præcellentiſſimi Grimoalt Benebentanæ provinciæ principis, decimo anno principatus ejus menſe Nobembrio nona Indictione roborata erat per ipſum qui ſupra Dauferi. Quinta ſcripcio quomodo Romano filius Conſtantii venundederat Lupichis presbyter ſancte Iohanni omnes res ſuas, quæ habebat in vico Bonelle, & cetera velut ibidem continebat, quæ ſcripta erat per Semplicianum ſubdiaconum, & Notarium; actum in Prata temporibus viri glorioſiſſimi Grimoaldi ſummi Magni principis Langobardorum gentis quintodecimo anno principatus ejus; menſe Decembrio Indictione undecima roborata per teſtes ut ibidem legitur, Sexta ſcripcio quomodo Lupo filius quoddam Gavioli venundederat Luperchiſi presbiteri de S. Iohanne curtem ſuam de Ortale, quam habuerat in vico Bonelle, loco qui nominatur ſub via puplica in integro doderat ei ſors ſua habente fine de uno latere fine flubio Ete, do alio latere in ribo, & do capite ſimiliter in ribo, & de alio capite in via puplica, & catera ſicut ibidem continebat quæ ſcripta erat per Simplicianum notarium actu Prata temporibus domini viri glorioſiſſimi Grimoalt ſummo magno principe Langobardorum gentis quintodecimo anno menſe Aprelis per indictione undecima roborata per Paulus, et ger alios teſtes. Septima ſcripcio quomodo Vitaliano filius Vitali venundederat Lupichiſi presbyteri de ſanctu Iohanne omnes rebus ſubſtancia ſua, quam habuerat in Prata, loco qui nominatur vico Bonelle, et cetera ſicut ibidem continebat quæ ſcripta erat per Semplicianus notarius intro in S. Vito temporibus domini Grimoaldi ſummo magni principis Langobardorum gentis octabodecimo anno principatus ejus menſe Ianuario per Indiccione quartadecima roborata per teſtes qualiter ibidem legitur. Octaba ſcripcio quomodo Campolo filius quaddam Agnelli firmaverat cartam vendicionis Calberiſi venerabili presbiteri, qui in ſanctu Stephanu in Prata regimen tenere videbatur, & ipſa terra erat poſita in territorio Pratenſe, ubi dicitur in caſalo de Ailane, & Gavia publica, quæ præcurrebat de duæ parti, & de alies vero parte fino ribo qui vocatur fetido, & catera quæ in omnibus ibidem continet quæ ſcripta erat per Ato notarium, Acto in Prata in curte S. Stephani temporibus domini Arechis ſummus Ducis anno viceſimo ſexto glorioſo Ducatus ejus menſe Aprile Indiccione ſexta roborata per teſtes qualiter * Nona ſcripcio quomodo Germanus filius Conſtantii vendiderat Lupichiſi presbyteri in ecleſia S. Johannis Caſella ſua, & cetera in omnibus ſicut ibidem continebat, quæ ſcripta erat per Deuſdedo notarium Actu Teanenſe in caſalicu temporibus domni Grimoalt ſummo principe gentis Langobardorum anno quartodecimo principatus ejus menſe martio per Indiccione decima roborata per teſtes qualiter ibidem continet. Decima ſcripcio quomodo Arnaiſclo filius qu. Vvillerani venundederat Alduli benérabili presbiteri vinea ſua in loco Prata, & cetera in omnibus ſicut ibidem continebat, quæ ſcripta erat per Ato notarium. Acto in Prata temporibus domini Arechis ſummi ducis gentis Langobardorum anno ſeptimo ducatus ejus menſe Magio per Indiccione ſecunda roborata qualiter ibidem legitur. Undecima Scripcio quomodo Urſus presbyter, & prepoſitus commodacionis tinore tradiderat & dederat Protuli presbyteri terram ſuam in Prata ubi vocatur Ceſa molina de duobus partes fine ecleſia S. Stephani una pars ribo Laniolu, uno capite de filii Gualperti, & Radiperti latitudo terre ipſa paſſi trecenti, longitudo paſſuum quingenti ſepte, & cetera in omnibus ut ibidem continebat ſcripta erat per Deus dedit Notarium in quarto anno principatus domini Siconolfi magni principis Langobardorum menſe Octuber ſeptima indiccione roborata qualiter ibidem eſſe videtur. Duodecima ſcripcio quomodo Paldo filius quoddam Saviniani venundederat Alduli venerabili presbyteri vinea poſita in Prata in villa, quæ vocatur Ailane raſola una ſub via, & alia ſuper via, & alia ſicut in omnibus, ſicut ibidem legitur ſcripta erat per Ato Notarium temporibus domni Arechis ſummo Ducis gentis Langobardorum anno duodecimo Ducatus ejus menſe Aprelis per Indiccione ſeptima roborata ſicut ibidem legitur. Terciadecima ſcripcio quomodo Petro Traſpadano venundederat Lupiciſi presbiteri ſortione ſua de terrola, & vinea in locum, qui vocatur in Cingla, ubi dicitur vico Benelle, & cetera in omnibus, ut ibidem legebatur ſcripta erat per Leone notarium temporibus domini Grimoaldi ſummi principis Langobardorum gentis anno quintodecimo principatus ejus menſe Magio per Indiccione decima roborata qualiter ibidem legitur. Quartadecima ſcripcio quomodo Aredo filius quoddam Georgii offeruerat in eccleſia S. Iohannis fundatus in Prata omnes res ſuas, & cetera ſicut ibidem continebat quæ ſcripta erat per leopardum notarium temporibus domni Arechis ſummi Ducis gentis Langobardorum anno viceſimo ſecundo ducati ejus menſe magio per Indicione ſecunda roborata qualiter ibidem continebat. Quintadecima ſcripcio memoratorio quomodo Paulus gracia dei Epiſcopus epiſcopii ſancta Dei genetricis & Virginis Mariæ, & S. ſedis Alifanæ erga ſecum habendo Landonem judicem advocatum præfati ſui epiſcopii ante domnum Andoaldum comitem & coram eis reſidente Adi judicem, & alios viros conjunxerat ſe in judicio cum Andrea ſubdiacono & præpoſito, ſeu cuſtude monaſterii puellarum Sancta Dei genitricis & virginis Mariæ ſita in loco Cengla erga ſecum habendo Andoaldum advocatum prædicti ſui monaſterii ex eo quod ante ipſos dies queſierat eum dicendo ut ſervi ſui pro parte ejuſdem ſui epiſcopii contraxiſſent ad partes ſui monaſterii curte, & terris, & malo ordine tuliſſet inde porcos de ſervi prædicti monaſterii, & ipſe qui ſupra Andrea ſubdiacono, & Propoſito, adſque Cuſtus una cum prædicto advocato ejuſdem ſui Monaſterii ceperat ei monſtrare curtes, & terris ipſis per finis, ut ibidem legebatur & oſtenſerat per partes ſcripcionibus, & muniminas quibus, & qualiter ibidem leguntur & per Judicium ipſius judici utraſque partes guadiare eis fecerat, et ut pars prædicti Epiſcopii firmaret per Sacramentum ad Dei evangelia de rebus, et terris, atque Eccleſiis, quæ illi ei monſtrarent per quadraginta annos poſſediſſet, et catera in omnibus ſicut ibidem continebat quæ ſcripta erat per Maraldum clericum, et notarium in anno tercio principatus domini Paldolfi glorioſi principis menſe Iulio duodecima Indiccione roborata erat per ipſum qui ſupra Adi judex, et per Mimo. Sextadecima ſcripcio quomodo Paulus gracia Dei epiſcopus ſancta ſedis Aliſana ante Ranſonem judicem erga ſecum habendo Vitum diaconum advocatum pro quibus dederat & tradiderat Siconi prebitere filio Mancioni eccleſia S. Iohannis Baptiſta in finibus Prata non longe flubio qui dicitur Ete Simul cum omnibus territoriis pertinentem

* ibidem legitur.

Digitized by Google

tem eidem eccleſia in eodem loco per finis, & cetera ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Johannem clericum, & notarium in primo anno principatus domni Paldolfi glorioſiſſimi principis menſe Februario decima Indiccione roborata per ipſum qui ſupra Ranfo judex, & Johanne. Septimadecima ſcripcio iterum memoratorium quomodo nos Vitus Domini gracia epiſcopus ſancta ſedis Aliſana ante Domnum Aldemarium comitem, & Mundi judex, & alios viros dederamus, & tradideramus Falconi clerico filio Giczi de Prata ad tenendum, & dominandum unum molinum noſtrum, que ipſe Falco clericus edificatum habebat in rebus ex eodem loco Prata ſecus flubio, qui dicitur Ete per finis, & cetera ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Iaquintum Diaconum, & notarium in triceſimo anno Principatus domni Paldolfi, & viceſimo quarto anno principatus domni Landolfi ejus filii magnis principibus menſe Julio nona Indiccione roborata per ipſum qui ſupra mundus judex. Octabadecima ſcripcio memoratorio quomodo Sico presbyter filius Manzoni de loco Prata ante Liotardum judicem voluntarie ſue manifeſtaverat ſe ei Benedictus filius Sinderami, & Johanne fili Johanni de loco Prata de una petia de terra S. Johanni in eodem loco Prata ubi eccleſia S. Johanni conſtructa erat, & que erat juſta ipſa Ete infra finis, & cetera ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Johannem diaconum, & notarium in ſexto anno principatus domni Paldolfi glorioſi principis menſe martio quintadecima Indiccione roborata per ipſum qui ſupra Liotardo judex, & Gvinardo. Nonadecima ſcripcio iterum memoratorium quomodo Paulus gracia dei epiſcopus ſancta ſedis Aliſana habens advocatum Vitum diaconum ante domnum Audoaldum comitem, & Adi judex, & alios viros conjunxerat ſe ad legem cum Andrea ſubdiacono, & prapoſito ſeu cuſtus monaſteris puellarum S. Maria ſita in loco Congla ille erga ſecum habente Audoaldum Advocatum predicti ſui monaſterii, & cauſaverat contra eum dicendo, ut ſervi ſui pro parte ejuſdem ſui Epiſcopi contraxiſſes ad partem ſui monaſterii S. Maria curte, & terris, & catera ſicut ibidem continebat; que ſcripta erat per Johannem Clericum, & Notarium in anno tercio domni Paldolfi glorioſi principis menſe Junio duodecima Indiccione roboratum per ipſum qui ſupra Adi judex & per Mimo. Viceſima ſcripcio ſimiliter memoratorio quomodo ipſe Paulus gratia Dei Epiſcopus anto Ranfonem judicem habente Advocatum Vitum diaconum guadiam ei dederat Giczo filio Ildeperti, & medium ei poſuerat Adonolfum cognatum ſuum, ut deberet laborare ipſis terris in finibus Pratenſe loco vicum Bonelle per fines, & catero ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Johannem clericum, & notarium in primo anno domni Paldolfi glorioſi principis menſe Januario decima Indiccione roborata per ipſum qui ſupra Ranfo judex, & per Johannem. Viceſima prima ſcripcio judicato quomodo in preſentia Adi judici venerat ipſe D. Paulus epiſcopus habente advocatum Landonem judicem ad faciendum, & dandum ipſum ſacramentum Andrea ſubdiacono, & prapoſito monaſterii puellarum Sancta Maria ſita in Congla ſicut inter ſe guadiati fuerant, & catera in omnibus, ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Johannem diaconum, & notarium in quarto anno principatus domni Paldolfi glorioſi principis menſe Junio terciadecima Indiccione roborata per ipſum qui ſupra Adi judex, & per Mimo. Viceſima ſecunda ſcripcio memoratorio quomodo nos Vitus epiſcopus habente advocatum Maraldum clericum ante Aldemarium comitem, & Adelardum judicem conjunxeramus nos cum Marſo filio Lubini pro deliberandum cum eo de guadia illa de ipſa terra quam laboraverat Beczo, & cetera ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Petrum Diaconum, & notarium in octabo anno principatus domini Paldolfi, & ſecundo anno domni Landolfi ejus filii magnis principibus die Iobis quarto die, ſtante menſo ſeptember, indiccione ſecunda, roborata per ipſum qui ſupra Adelardo judex, & per alios teſtes. Viceſima tercia ſcripcio quomodo Anſeramoſcanfarda una cum Lupu & Anſone filii ſui venundederant Deuſdedit venerabili presbitero vinea, & terras in Ailane, & cetera ſicut ibidem continebat, que ſcripta erat per Radichis notarium temporibus domni Giſolfi ſummo duci anno nonodecimo ducatus eius menſe Nobembris indiccione quartadecima roborata qualiter ibidem legitur. Primovero ex ipſis preceptis continente inter catera quomodo domnus Paldolfus, & domnus Landolfus divina ordinante providencia Langobardorum gentis principes per obſecratione Audoaldi comitis concesserant in prefato ſacroſancto epiſcopio inter alia que ibidem legitur omnes aquas que conjuncta eſſe videbantur cum terra prefati epiſcopii cum ripis, & albeis, & curſus ipſius aqua ad faciendum ibidem cluſurie, & molina, & alia omnia que ad pars prefati epiſcopii neceſſaria fuiſſet, & cetera velut ibidem legitur, que ſcripta eſt per Adelchiſi ſcriba; Data pridie nonas Marcias anno viceſimo octabo principatus domni Paldolfi glorioſi principis, & anno tercio principatus domni Landolfi ejus filii Indiccione quartadecima actum in civitate Capuana, & in qua ipſe domnus Paldolfus princeps, & litteras rubeas ibidem roborato erat, & ab anulis ipſorum principum de intus, & foris in cera ſigillato erat. Ipſe alia precepta quomodo in ſexto anno domnus Paldolfi principis, & primo anno domni Landolfi glorioſi principis filii eius menſe Januario prima Indiccione, & quarto anno domni Alfani benerabilis archiepiſcopi Benebentana, ac Sipontina ſedis ipſe Alfanus archiepiſcopus dum me venerabilem Vitum in ſancta Aliſana eccleſia epiſcopum conſecraverat conceſſerat mihi, & pro me mea eccleſia ea que ſua Sancta eccleſia per precepta conceſſa erant a cunctis principibus vel diverſis dignitatibus idest omnia que in noſtra Sancta eccleſia, & in ejus ſubjectis eccloſiis qualitercumque oblata erant, vel a quibuſcumque deincebs afferrentur, & omnia, que predicta noſtra eccleſia poſſidere, vel habere videretur per quelivet monimina, tam per offerſiones, ſeu emciones, atque donaciones, & obligaciones, ſeu manifeſtaciones, vel Iudicata, adque definiciones, ſeu & per quacumque alia porcionem conceſſorat denique in Sancta eccleſia noſtra, & cetera velut ibidem legitur qui ſcripto eſt per Vizancio ſubdiacono, & bibliothecario roborato per Rodegari Archipresbyter, & Abbat, & per alios Sacerdotes & cleros Sigillato in cera ab anulis S. Dei genitricis Marie figurantibus in una parte dignum Sancta Crucis cum Ꝺ, & V, in utroque crucis latere duabus columbe aſtantibus, atque in altera parte nomen ſancta Maria in cruce depictum affixerat roboratum, & in qua ipſe Alfanus archiepiſcopus manu propria ſcribſerat, que legitur bene-

benebalete. Ipſe brebilegio continentes inter cetera quomodo ipſe Alfanus archiepiſcopus clere ordini, & plevi conſiſtenti in Aliſis dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem petentibus ſibi me Vitum venerabilem diaconum, quem conſecraverat adque per ipſius ſuis ſeriem, confirmantes decreberat Aliſanam eccleſiam ut olim ſemper qui. habitura, cujus epiſcopatus infra ambitum ſubſequencium finium perenni jure ſine contradiccione ſua ſucceſſorumque ſuorum ita inviolaviliter haberemur ex una parte fine flubio albente, indeque badit in ipſa Tora, & exiit in ipſos arcus, deinc progrediendo qualiter extenditur in ipſas pilas, qua ſtare videbantur juſta flubio Bulturnum, ex alia parte latere montis qui Eſere dicitus, ambitus deinde progreditur per ſerras ipſius montis, uſque in montem qui Gallus dicitur, deinc.per deſcenſum ipſius montis extenditur uſque in frabica muri mortui, & per eandem in flubio bulturna, ex tercia parte fluentis ipſius fluminis dirimitur, deinc deſcendendo per eundem fluvium conjungit ſe in priotas fines, & contra quod ibidem legebatur ſcriptum per manum ipſius Vizancii ſubdiaconi, & Scriniarii, & Vibliothecarii ſancta venerabilis eccleſia, menſe Januario, prima Indiccione, in anno quarto Archiepiſcopatus ejus, annorum principum quomodo ibidem ſcriptum erat per Indiccione nominata anno dominica incarnacionis nongenteſimo LXXXV. & in qua ipſe archiepiſcopus manu propria ſcribſerat ſicut ibidem eſſe videtur que legitur benebalete, & ab anulo ejus plumbeo ſigillato eſt. Relecte vera jamdictis ſcripcionibus, & preceptis, & ipſe brebilegio per ordinem querebamus nos habere, & detinere pro parte nominata noſtra ſedis de jam dictis terris, & montibus, & aquis, & molendinis, ſeu & de jamdictis eccleſiis infra nominate finis per jamdictis ſcripcionibus & praceptis, & brebelegio, & ipſe qui ſupra Petrus presbyter, & cuſtus pro parte nominata ſue eccleſia monaſterii querebat ipſos habere juſtam legem per poſſeſſionem quadraginta annorum, & plurima intencio inter nos exinde habuimus ſet pro quibus pars nominati monaſterii S. Maria poſſedit ſupra dictis territoriis cultis, & incultis, & montibus, & eccleſiis, & molendinis, & omnibus earum pertinenciis per nominate finis, & indicacionibus jam ſuper quadraginta, annos & nos minime potebamus ipſos habere per ipſis ſcripcionibus, & preceptis, & brebolegio, ideo antequam ipſos inter nobis per legem finiremus, per colloquia bonorum hominum venimus exinde ad conbenienciam, ut ipſe qui ſupra Petrus presbiter, & cuſtus pro parte nominati ſui monaſterii daret Audemundi Langobardi pro parte nominati noſtri epiſcopatus quinque peciis de terris pertinentes nominata ſue eccleſia monaſterii, que ſunt videtur in nominate Aliſane finibus, cultis & incultis, una ex ipſe in loco Sanctu Columbanu, una cum ipſa eccleſia S. Columbani ibique conſtructa, & alia in loco Brellanicu & tercia ex ipſe in loco Sipiczanu, quarta in loco Scarpellani, quinta vero in loco ad pede de monte ubi dicitur ad pentuma, & petra cupa erga flubio Torano ſimul cum quadraginta ſcripcionibus pertinentes nominati ſui monaſterii, que ſunt continentes nominate pecie de terra cum continencia, qua ibidem continere videtur preter quod non daret eiquo Audemundi aliquid de integra centum modiorum de terra per paſſus racionaviliter menſuratum de nominata pecia de jamdicto loco Brellanicu, quem nunc modiorum de terra ipſa poſſident pars nominati noſtri epiſcopii per datum de Comitibus ipſius Aliſa, & preter duodecimam partem de exegregata terra de predicta pecia de terra de nominato loco Brellanico, que eſt duodecimam partem ipſa pertinentes ad famulos Archiepiſcopatui ſancta Capuana ſedis, a parte Orientis ubi ipſos modo tenunt, ſeu & preter biginti modia de terra de nominata pecia de loco ipſo Sepiczanu, & excepto unum modium que eſt oliveto de eadem pecia, quem reſerbaret ipſum cum via ſua ibidem intrandi, & exiendi in poteſtate nominati ſui monaſterii eciam & dimitteret, & relaxaret ille ipſius Audemundi pro parte nominata noſtra ſedis calumnias, & queſtiones, & compoſiciones quicquit nos eis pro parte nominati ſui monaſterii facere debuimus de nominata ſua queſtione pro pena obligata componendum decem milia auri ſolidos conſtantinopolit. bon, & nos qui ſupra Vitus Domini gracia Pontifes pro parte nominata noſtra ſedis pro eadem combeniencia rumperemus, & cabſaremus in manu tua qui ſupra Pandoni comiti Langobardi pro parte nominati monaſterii jamdictis bigintitribus ſcripcionibus quod ſupra oſtenſimus, & manifeſtaremus nos per ordine conbeniencie juſta legem tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi pro parte nominati monaſterii in ſubſcriptas raciones de integris jamdictis terris, & montibus, & eccleſiis, & aquis, & molendinis de jamdictis locis per ſuperius dictos fines, & ideo ut conbeniencia iſta ſecundum legem firmiter fieret conbocavimus infra nobis nominatu mundi Judicis, & ſubſcriptos idoneos homines, qui ſe nobiſcum intereſſe dixerunt ſicut in legem ſcriptum eſt de conbeniencia, & ita fecimus, & firmavimus infra nobis exinde hanc conbeniencia cartam. Idcirco nos qui ſupra Vitus Domini gracia Pontifes una cum conſenſu Sacerdotum, & clericorum nominata noſtra ſedis, & erga nobiſcum habendo nominatu Johanne diacono advocato ejuſdem noſtra ſedis qualiter inter nobis conbenit pro parte nominata noſtra ſedis rupimus, & cabſavimus tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi in manu tua pro parte nominati Monaſterii jamdictis biginti, & tribus Scripcionibus, quibus fuerunt legibus pertinentes nominati noſtri epiſcopii, & ſic rubta, & cabſata ipſe aput te remiſimus pro parte nominati monaſterii nullum roboro in eis habentes, & iterum pro parte dicti noſtri Hepiſcopatus nos qui ſupra Vitus Domini gracia Pontifes per hanc cartam conbeniencia ſecundum legem manifeſtum facimus tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi pro parte nominati monaſterii quia integris omnibus jam dictis Territoriis cultis, & incultis, & montibus, & planis, & aquis, & molendinis per nominate finis cum integris omnibus jam dictis eccleſiis, que conſtructe ſunt infra ſuperius dicto finis, & cum piſcacionibus. & cum omnibus earum pertinenciis legibus ſunt pertinentes ipſius monaſterii puellarum ſancta Maria per poſſeſſionem, & per alias raciones ipſius Monaſterii pertinentes, & nobis, nec ad ſucceſſoribus noſtris, nec ad partem nominati noſtri epiſcopatui ipſos, vel inde nullam eſt pertinentes neque per poſſeſſionem neque per ſcripcionem, nec per nullam aliam qualiſcumque racionem, vel humana aſtucia eo quod manifeſtavimus nos tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi pro parte nominati monaſterii ut nullam aliam ſcripcionem de ipſos, vel inde non haberemus niſi tantum ipſe que tibi ſuperius rupimus,

&

& cabſavimus, & apud te remiſimus, & jam dictis duobus preceptis & ipſum brebilegium, & pro eadem conbeniencia obligamus nos qui ſupra Vitus Domini gracia Pontifes nos, & ſucceſſores noſtros, & partem nominati noſtri Epiſcopatui tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi pro parte nominati Monaſterii, ſeu cui ac carta conbeniencia in manu paruerit, tali timore ut amodo, & ſemper taciti, & quieti maneamus nos & ſucceſſores noſtros, vel pars nominati noſtri epiſcopii contra te qui ſupra Pandonem comitem Langobardum pro parte nominati monaſterii, vel contra cui ac carta conbeniencia pro parte ejuſdem monaſterii in manu paruerit de integris omnibus jam dictis terrisoriis planis, & montibus cultis, & incultis, & eccleſiis, et aquis, et aquis, et molendinis per ſupradictarum finis cum omnibus earum pertinenciis ita ut neque per ſcripcionem, neque per poſſeſſionem, nec per nullam aliam qualiſcumque adinventam racionem vel humana aſtucia de integrum ipſos, vel inde contrate, vel contra cui ac carta in manu paruerit cauſare aut contendere non queramus, & amodo, & ſemper nos, & ſucceſſores noſtros, & pars nominata noſtra ſedis taciti, & quieti exinde faciamus eſſe, & permanere omnibus illis hominibus, & partibus, qui pro parto vel datum noſtrum vel de ſucceſſores noſtros, vel de parte nominata noſtra ſedis tecum, ſeu cui hac carta in manu paruerit pro parte nominati monaſterii de ipſos vel inde cauſari vel contendere quaſierimus quibuſcumque modis, eo quod ita inter nobis combenit quia & per eadem conbeniencia ipſe qui ſupra Petrus presbiter et cuſtus dedit, et tradidit ipſius qui ſupra Audemundi Langobardi pro parte nominati noſtri epiſcopii jamdictus quinque peciis de terris per indicate finis ſimul cum jamdictis quadraginta ſcripcionibus inde continentes cum continencia quas inde ibidem continere videtur excepto ipſos quod ſuperius exinde exceptnatum eſt, que ſcripcionibus ipſe nominatibe declarate ſunt, et ſuper ec ſcripta duodecimam partem infra finis exceptuata eſt, et relaxavit ei pradictas calupnias, et queſtiones, et compoſiciones de nominata ſua queſtione pro nominata pena obligavit componere in omnibus, quemammodum continet carta conbeniencia, que ille ejus pro parte nominata noſtra ſedis in preſenti menſe, et Indiccione firmavit, qua ſcripta eſt per Petrum notarium Capua roborata per ipſum qui ſupra Petrus presbiter, et per Sacerdotes, et clericos, et per Petrum Judicem, et idoneos teſtes, et unde ipſe Audemundus de carta ipſa conbeniencia exemplum emiſit ipſius qui ſupra Petri presbyteri velut in ipſum exemplum continet, qui ſcripto eſt per Godefrit clericum, et notarium Aliſe, et in qua roboratum eſt ipſe qui ſupra mundi Judex eoquod ita inter nobis conbenit tamen et per eadem conbeniencia obligamus nos qui ſupra Vitus Pontifes nos, et ſucceſſores noſtros tibi qui ſupra Pandoni Comiti Langobardi, et ad suis heredibus pro parte nominati Monaſterii, vel cui ac carta pro parte ejuſdem monaſterii in manu paruerit, ut amodo, et ſemper taceamus, et faciamus tacere de omnia nominata qualiter prelegitur contrate, et contra heredibus tuis, et contra cui ac carta in manu paruerit pro parte nominati monaſterii ſic in omnibus ſicut ſupra leguntur, quia ita inter nobis conbenit. Si autem nos qui ſupra Vitus Pontifes, vel ſucceſſoribus noſtris hanc conbeniencia cartam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium remobere queſierimus, et ſi non compleverimus tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi, vel ad tuis heredibus, ea omnia, qua pralegguntur decem millia auri ſolidos Conſtantinopolitanos bonos pena nos & ſucceſſoribus noſtris tibi qui ſupra Pandoni comiti Langobardi, vel ad tuis heredibus componere obligamus, & ac carta conbeniencia qualiter ſecundum legem ſtare poteſt ſit firma, & taliter nos qui ſupra Vitus Domini gracia Pontifes cum conſenſu Sacerdotum, & Clericorum nominata noſtra ſedis, & erga nobiſcum habendo nominatu advocato nominati noſtri Epiſcopii ſicut inter nobis conbenit ſecundum legem fecimus, & ita te Godefrit clerico, & notario qui ſupra nominatus eſſcribere rogavimus, eo quod interfuiſtis. Actu Aliſe.

✠ Ego qui ſupra Vitus epiſcopus; ✠ Ego Cennamus Diaconus. ✠ Ego qui ſupra Johannes diaconus. ✠ Ego Guinandus Presbyter. ✠ Ego Aczo Presbyter. ✠ Ego Benedictus Subdiaconus. ✠ Ego Cennamus. ✠ Ego Giſemundi Judex. ✠ Ego Lando Judex.

Hinc nomen Viti Aliphani Epiſcopi ab Ughellio omiſſum eruitur, qui ab Alphano II. Beneventano archiepiſcopo circa a. 984. conſecratus eſt privilegio deceſſoribus ſuis conceſſo a Johanne XIII., & XIV. ſibique a Gregorio V., ut refert Ughellius in deſcriptione Archiepiſcop. Benevent. Conſtat etiam Pauli Aliphani epiſcopi nomen ab Ughellio omiſſum, qui ex ſcriptura 15. 16. 19. 20. 21. Judicati, I. III. & IV. anno Pandulphi II. Beneventani principis vivebat, ideſt ab a. 981. ad 985. in quibus ideſt primo Pandulphi ſeu 982. Indictio erat X. A. 3. ideſt 984. XII. & 4. ideſt 985. XIII. Quando etiam Alphanus II. inauguratus ſit Beneventanus archiepiſcopus, qui typorum errore apud Ughellium appellatur primus. Nam primus circa annum 615. vivebat, atque hic circa A. 1010. obiit. Si inaugurationis certe tempus Ughellio notum eſſe non potuit, quod opportuna documenta deeſſent, nobis patet circa medium a. 984. eveniſſe, nam Alphanus privilegium Vito Aliphano epiſcopo conceſſit anno VI. Paldulphi, & primo Landulphi ejus filii Beneventanorum principum; ſuique Pontificatus IV. Indictione I. ideſt a. 988. Mendum cubare in alio Alphani privilegio, quod Annum incarnationis 985. & quartum Alphani refert, inde evincitur, quod indictione prima conceſſum dicatur, cum eo anno tertiadecima eſſet, quodque præter Langobardorum morem incarnationis annus numeretur. Quare certo credimus a ſcriptore judicati pro arbitrio additum, cum privilegium eodem, quo primum, anno ſit datum. In eccleſia etiam Beneventana ſcriniarius, & bibliothecarius erat, qui bullas expediret. Atque in priori Alphani privilegio, quæ in ſigillo continerentur, exprimuntur; in altero dictum ſigillum fuiſſe plumbeum. De hiſce aliiſque eccleſiæ Beneventanæ prærogativis fuſe agit Ughellius in deſcriptione Archiep. Benevent. Anni quoque adnotantur, quibus imperarunt Beneventani Principes potiſſimum Giſulphus, Arichis, Grimoaldus &c. ac tandem in privilegio Pandulphi, & Landulphi ejus filii hæc leguntur: *Et in qua ipſe dominus Paldolfus princeps, & literas rubeas ibidem roborate erat, & ab annulis ipſorum Principum de intus, & foris in cera ſigillato erat.*

Vitus Epiſcopus Aliphanus.

Paulus epiſcopus Aliphanus.

Alphanus Archiepiſ. Beneventanus.

nota.

Palduiphus VI. & Joannes I. Capuæ princeps principatus anno III. indictione VII., ideſt, a. 1024. hoc privilegio ſtatuunt, ut nulla unquam ratione Abbatiſſa, & Sanctimoniales, earumque Præpoſitus, ſacerdotes, aut clerici ad præſtandum in judicio juramentum adigerentur; ſed quoties id opus eſſet, more regiæ curiæ earum vices obirent Scariones, ideſt Advocati; utque parthenonis ſervi intra principatum Capuæ nullum vectigal ſolverent.

Ex originali in Archivo. † *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Criſti Dei aeterni. Paldolfus, & Joannes filius ejuſdem glorioſiſſimi principis divina ordinante providentia Langovardorum gentis Principes. Cum principalis Excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet nunc & modo & ſemper & ſecla. Qua propter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Landenolfus Comes Calacianus dilectus noſter, & filius quandam Landolfi, qui fuit Comes noſtras exoravit Excellencias, ut per noſtrorum preceptali paginam concedi, ac confirmari juveremus in Monaſterio puellarum S. Dei genitricis, & perpetue Virginis Marie ſita in loco Concla in qua nunc in jamphato monaſterio puellarum domna Sichelgayta Abbatiſſa preeſſe videtur hoc eſt ut ſi amodo, & quacumque tempore cauſaciones aberet pars ejuſdem monaſterii puellarum cum quibuſcumque hominibus, vel ſi homines abuiſſent cauſaciones cum partem prephati monaſterii puellarum, et Sacramentum preceſſerit ut pars jamdicti monaſterii Sacramentum facere debuiſſet ad quempiam perſone hominum pro quacumque cauſam, vel culpam, ut eadem domna Abbatiſſa, vel ejus ſucceſſores, que poſt illam in ejus honorem accedere debuiſſent, neque ad quempiam de Ancillis Dei, quas in S. monaſterio deſervire videntur, que veſtem, et abitum S. religionis ibidem induto ſunt, vel fuerint ad Sacramentum invitari, noc querere non deverent? ut illas ipſum Sacramentum deducere, vel facere deverentur, ſet neque cuſtodibus, qui pro tempore fuerit in ipſo S. monaſterio puellarum, et ibidem deſerviro viderentur, neque ſuis presbiteris, vel clericis, qui in ipſo venerando monaſterio ſervicium Dei quotidie peragere viderentur, ut nec illis aliquando tempore ad Sacramentum invitarentur, ut*

nota. *illis Sacramentum perſolviſſent ſi pars ejuſdem S. locis, que ut diximus Sacramentum perſolvi debuiſſent, ſet per ſcariones ejuſdem monaſterii in ipſa Sacramenta ſe defenſarentur pars ejuſdem venerabilis locis, ſicut antiqua erat conſuetudo in racione, et ordine, ut hic ſubter dicturi ſumus. De quibus petiit a noſtris Excellenciis, ut noſtre emunitatis apices inde in ipſo S. Monaſterio fieri juveremus, cujus precis benigniſſime exaudientibus hos noſtre firmitatis apices inde S. ipſius monaſterii fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, et perpetualiter abendum noſtris, et futuris temporibus, quam et pro animabus noſtris mercedem, ut ſalutem, et remedium conſequi valeamus a piiſſimam Matrem Domini, et omnipotentis Dei ab omnibus noſtris delictis per hoc noſtrum roboreum preceptum concedimus, et confirmamus in prephato Monaſterio puellarum S. Dei genitricis Marie ſita in loco Cengla ubi ipſa domna Sichelgayta Abbatiſſa preeſſe videtur ut ſi amodo, et quacumque advenienre tempore cauſaciones abuerint partem jam phati Monaſterii puellarum cum qualemcumque hominem, vel ſi homines cauſaciones abuerint cum ipſo S. monaſterio puellarum, vel cum parte . . . . Sacramentum procedit, ut partem prephati Monaſterii Sacramentum deducere, vel facere deveat pro quacumque cauſam, vel culpam ad quempiam hominem, ut eadem domna Abbatiſſa, ejuſque ſucceſſores, que poſt illam in loco honoris in ipſo S. monaſterio puellarum accedere debuerint, neque ad quempiam de ancillis Dei, quas in ipſo S. monaſterio deſervire videntur, que veſtem, et abitum S. religionis induse ſunt, vel fuerint, ad Sacramentum invitare, nec querere non deveantur, ut illas ipſum Sacramentum perſolvant, vel faciant ſet neque cuſtodibus, qui pro tempore fuerit in ipſo S. monaſterio Puellarum, et ibidem deſervire videntur peragentes cauſaciones predicti monaſterii, neque ſuis presbiteris, vel clericis, qui in ipſo venerando monaſterio, vel in ejus cellis ſervicium Dei quotidie peraguntur, ut nec illis aliquando tempore a quempiam hominem ad Sacramentum invitentur ut illis ſacramentum perſolvant pro ipſo S. monaſterio, ſet ſi evenerit, ut pars ejuſdem locis ſacramentum facere deveat, quatenus per ſuos Scariones ſe defendat, et ipſi Scariones Sacramentum deducant, vel faciant, ſicut antiqua fuit conſuetudo, et non immerito, ſet per legalem diffinitatem hoc conceſſimus, et confirmavimus por hoc noſtrum preceptum in ipſo S. monaſterio, quia ſcimus cum Monaſterias, vel reliqua loca Venerabilia in defenſione ſacri palacii eſſe noſcuntur, et ideo cum noſtra eſt defenſio illorum, vel noſtro palacio, ideo volumus, ut ſic ſe defendat in ipſo Sacramento per ſuos Scariones quemmamodum curtis regie Scariones per Sacramentum defenditur quando evenerit, ut pars curtis regie Sacramentum deducere deveant, ut Aſtolfus rex inſtituit, Simulque et concedimus in ipſo S. Monaſterio, ut aliquando tempore ſervis ejuſdem locis non dent in cuncto noſtro Capuano Principatu nullum plateaticum, neque portaticum, neque pontanaticum, ſet ſit hec omnia conceſſum, et confirmatum in ipſo S. monaſterio per hoc noſtrum preceptum ad faciendum inde omnia quod ei placuerit abſque contrarietate Comitis, Caſtaldei, Judicis, vel Sculdays, vel de qua cumque perſonam hominis contradiccionem, vel inquietitudinem nemine ei inde in moleſtiam aliquo ingerenti, quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem, & confirmacionem noſtri precepti in quomodocumque violare preſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturus in ipſo S. Monaſterio puellarum auri puriſſimi libras centum, & hec noſtra conceſſio, de quibus continet ſit firma ſemper. Ut autem hec noſtra conceſſio verius obſervetur manu noſtra propria ſcribſimus, & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*

Signum  *Domni Paldolfi Excellentiſſimi Principis.*

Petrus Clericus, & Scriba ex juſſione predicto ſereniſſime Poteſtatis ſcribſi. Dat. tercio Idus Julii anno tercio Principatus domni Paldolfi, quam & ter-

Digitized by Google

tercio anno Principatus domni Joanni ejus filii glorioſis Principibus Indictione ſeptima. Actum in Cibitate Capuana.

Adeſt Sigillum cereum, cui apponitur adverſum ſigillum.

Paldulphus, & Joannes fuere Capuani Principes ab anno 1022. ad 1026. creati a S. Henrico Imperatore, ut refert Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 41.

Differt. 1. ſæc. XI. duo placita exhibebimus pro cœnobio S. Mariæ a. 1033. & 1035. facta.

A. 964. Indict. 7. oborta lis eſt inter hoc cœnobium, & Comitem Theani Atenulphum; ut in Inſtrumento conſtat ſtipulato a clerico, & notario Martino de Theano, quod ſic incipit.

Ex originali in Archivo.

† *In nomine Domini viceſimo primo anno principatus domni Paldolphi, quam & ſexto anno principatus domni Landolphi glorioſi principibus menſe Octuber ſeptima Indiccione. Dum nos Biſancio judex Taanenſa civitatis, quadam die reſidento intus eadem civitatem ante conſpectum domni Atenolfi magnifici comitis filii bona memoria domni Atenolfi comitis, & erga nos ante eum reſidentibus plures nobiliores viri pradicta civitati intoraltercantes judieando definiendas cauſaciones, tunc ante conſpectum ipſius jamdicti glorioſi comitis aſtitit Johannes presbyter & propoſitus atque cuſtos eccleſia S. Dei genitricis, & virginis Maria, in quo eſt monaſterium puellarum, qua ſita eſt in loco Cengla in qua domna Adelgarda religioſa Abbatiſſa praeſt. Ille autem erga ſecum habendo Vigelmum judicem Advocatorem ſupradicti monaſterii, & reclamabit ſuperius dictus Comet ut miniſteriales ejus de Bairano injuſte & contra racionem intraſſent infra finis de duabus pecie de terris jamdicte eccleſia pertinentes, qua eſſent infra fines de ſupradicto loce Bairanum in loce ubi dicitur Tora, & indicabis ei ut terris ipſis haberent has finis. Prima petia de terra in loce Tora ubi reſiderent ſerbi ipſius eccleſia, qua eſſet propinquo eccleſia S. Martini de loco Grottule haberet finis de una parte ribio qui decerneret inter hac terra & terra qua modo teneret homines de Bairano, & pars epiſcopo S. Stephani de Capua ubi ipſa eccleſia S. Martini conſtructa eſſet, & ab in de ubi oritur ribio ipſe in ſurſum iret, circa terra ipſius monaſterii uſque ad pede de monte qua eſſet pertinentem ſupraſcripti domni Atenolfi comiti qui vocatur monte S. Eleutherii, & ut eodem ribio pergeret, uſque ad ribium de baniolum &c. Et ipſi miniſteriales ejus de terris ipſis malo ordine frugium tuliſſent & ſerbi ipſius eccleſia infra jamdictis finis pigneraſſent. Querebat inde ab eodem Comite reſponſum audire, & legem reciperet. Ad hac ipſe qui ſupra Comes dum talia auditus dixit ut ipſi miniſteriales ſuot per ſuam juſſionem talia feciſſent, eo quod jam dictis terris ei legibus deberet eſſent pertinentes pro pars publica jam dicti comitatui ſui Teanenſis, quibus ipſe qui ſupra Johannes presbyter et prapoſitus, atque cuſtos cum eodem advocatore ſupraſcripti ſui monaſterii negaberunt dicendo, ut talia verum nunquam eſſet, et pars publica infra jam dictis finis nunquam habuiſſet, ſet terris ipſe pars ipſius eccleſia S. Maria per triginta annos poſſediſſent, etiam ille pro pars ſupraſcripta ecclesia talem poteret faceret adprobacionem per teſtimonia, et conſignacionem ſecundum legem et conſuetudinem, quomodo ipſe jamdic. terris per ipſi jamdicte finis pars jamdicta eccleſia trenta anni poſſediſſent. Cumque nos qui ſupra judex talia audibimus, interrogabimus eodem comite ſi haberet ille de pradictis terris ſcripcionem oſtenderet illam, vel ſi poteret inde ille faceret adprobacionem judicaret illud, ille autem manifeſtabit ut de ipſe jam dictis terris ille nullam ſcripcionem haberet, et nullam adprobacionem inde facere poteret, ſed tantum dicebat, ut ipſe jamdictis terris exfundata fuiſſent et ei legibus pertinerent pro pars publica. Ideo ex juſſione nominati domni Atenolfi comitis inter eum et jamdictum propoſitum judicabimus, et per noſtrum judicium eodem prapoſitum cum ipſum advocatorem ſupraſcripta eccleſia guadiare fecimus cum Amatum filio Guaiferii pro pars, et vice ipſius domni Atenolfi comitis tali tinera ut ambarum partes pergerent ſuper ipſa jamdictis terris, et ipſe qui ſupra Johannes presbiter, et prepoſitus pro pars jamdicta eccleſia S. Maria faceret ei qui Amati monſtraret tres teſtes ſuos ipſe jamdictis terris per ipſe jam dic. finis, et ipſi teſtes facerent inde ei talem conſignacionem ante prafatum Comitem pro ejus parte tendentes manum contra eum, et per ſinguli teſtificando ei dicerent Sao cco Kella terro per Kelle fini, que te bemoſtrai trenta anni le poſſetre parto Sancta Maria, et teſtes illi et eodem prapoſito et Sacramentales ipſius eccleſia firmarent ipſum teſtimonium per ſacramentum ad evangelia ſecundum legem et conſuetudinem, et ipſe qui ſupra Amate pro pars ipſius jam dicti Comiti ante eum pligaret ſe cum ſancta Dei evangelia ad recipiendum de pradictis terris teſtimonia ipſa, et ſacramenta, et de talia inter ſe complendum ambarum partes mediatores inter ſe poſuerunt, et abierunt. In conſtituto autem quod inter ſe poſuerunt dum ego qui ſupra Biſantio judex cum plures nobiliores viros aſſiſtebamus ante conſpectum ipſius domni Atenolfi comitis ambarum partes ante eum reconjuncti fuerunt. Ipſe qui ſupra Johannes presbyter, et prapoſitus, atque cuſtos pro pars jam dicta eccleſia ſancta Maria paratus erat ſecundum legem et conſuetudinem cum eodem Vigelmum judicem advocatorem ipſius eccleſia, & cum ſacramontales ſuot, ſeu et cum tres teſtes nomina eorum Mari presbyterum, et Beneroſum presbyterum, et Magelfrid Subdiaconum et notarium ad perficiendam ipſam jamdictam conſignacionem et ſacramenta, quam & ipſe qui ſupra Amato pro pars ipſius domni Atenolfi comitis paratus erat cum ſancta Dei evangelia, & intimabit ipſius qui ſupra Comiti &. nobis ut ab ipſis prafati teſtes ipſe jamdicta terris per ipſe ſuperius dicta finis monſtrata haberent. Et tunc ego qui ſupra judex ex juſſione ipſius Comiti ipſis jamdicti teſtes ſeparari fecimus, & ipſum qui ſupra Magelfrid ſubdiaconum, & notarium fecimus duci in partem unam, & eodem Beneroſum presbyterum tolli in partem aliam, & ſuperius dictum Mari preſbyterum ante nos detinuimus & eum diligenter de domini timore monuimus, & interrogabimus eum ut quod rectum ille de pradictis terris ſciret hoc illud teſtificaret exinde teſtimonium redderet, ille autem extenſa manu contra eodem Amatum & teſtificando ei dixit Sao eco Kelle Terre per Kelle fini que te bemoſtrai trenta anni le poſſetre parte S. Maria. Et eo amoto fecimus venire ante nos jam dictum Magelfrid Subdiaconum & notarium, & diligenter eum de Domini timore monuimus, & interrogabimus eum ut quod rectum ille de pradictis terris ſciret, hoc exinde teſtimonium redderet; ille autem extenſa manu contra*

ipſum qui ſupra Amatum, & teſtificando ei dixit; Sao cco Kelle terre per Kelle fini que te bemoſtrai trenta anni le poſſette parte ſancta Maria cumque ipſis jamdicti teſtes ita quaſi uno oro teſtificantes ſtatim ab ipſum qui ſupra Amatum pro parte ſupraſcripti Comiti poſita ibi ante eum ipſa evangelia primis juraberunt ei ipſi jam dicti teſtes per ſinguli tangendo ipſa evangelia, & dicendo per Sacramentum ut ſic eſſet veritas ſicut illi eadem hora de ipſe jam dictis terris teſtimonium retdiderunt, deinde juraberunt ipſe qui ſupra Johannes Presbyter, & Prapoſitus, & undecim Sacramentales ipſius Eccleſia tangendo ipſa evangelia, & dicendo per ſacramentum, ut ſic eſſent veritas ſicuti ipſis jamdicti teſtes de ſupradicte terris teſtimonium retdiderunt, & ita eſt altercacio ipſa inter ipſum qui ſupra domnum Atenolfum comitem, & pars jam dicta eccleſia S. Maria per ipſa teſtimonia & Sacramenta ſecundum legem, & conſuetudinem finita, & deliberata in omnibus. Quapropter nos qui ſupra Biſantio judex dum taliter ea omnia qua ſuperius legitur inter nos acta, & finita conſpiceremus, judicabimus ut a nunc, & ſemper ipſe qui ſupra Johannes presbiter, & prepoſitus & cuſtos & ejus ſucceſſores & partem ſupradicta eccleſia S. Maria firmiter haberent, & poſſiderent integre ipſe jamdictis duabus peciis de terris abſque omni contrarietate, & moleſtacione nominati Domni Atenolfi comiti & de ejus heredibus, & partis publica, vel cujuſcumque homini contradiccionem & pro recordandum in perpetuum ea omnia qua ſuperius legitur, & pro ſecuritate ipſius jamdicta eccleſia, & de ejus rectoribus atque cuſtodibus, quam & per noſtrum rememorandum judicium. Hunc ſcriptum judicatum exinde eique Johanni presbiteri, & prapoſiti emiſimus pro pars nominata eccleſia quem tibi Martini clerice, & notari ſcribere juſſimus, eo quod interfuiſtis. Actu Teanenſe, ✠ Ego qui ſupra Biſantio Judex, ✠ Ego Unoaldo. ✠ Ego Falco,

A. 965. Indi. VIII. XXII. Paldulphi, & VII. Atenulphi III. ejus fratris alia inter hoc cœnobium atque eundem Atenulphum Theani comitem controverſia excitata, quæ tandem pacifice diremta, ut hoc inſtrumento conſtat.

Ex originali in Archivo.

† *In nomine Domini viceſimo ſecundo anno principatus domni Paldolfi, quam & ſeptimo anno Principatus domni Landolfi glorioſis principibus menſe magio octaba Indiccio. Ideoque ego Atenolfus comes Teanenſis, & filius bona recordacionis domni Atenolfi comiti. Declaro quia exorta fuit cauſacio inter me qui ſupra Atenolfum comitem & te videlicet Johannem presbiterum & prepoſitus atque cuſtus eccleſia Sancta dei genitricis, & virginis Maria qua edificata eſt in loco Cengla ſupra fluvium qui dicitur Ete, in quo eſt monaſterio, ubi Deo auxiliante domna Adelgarda religioſa Abbatiſſa preeſt. Tu autem erga tecum habendo Vigelmum judicem advocatorem ſupradicta eccleſia de una pecia de terra . . . . poſſideo, qua eſt inculta mihi pertinentes pro meis racionibus qua eſſe videtur in finibus hujus noſtri comitatus Teanenſis &c.* Et poſt multa: *Idcirco ego qui ſupra Atenolfus Comes ſicut mihi congruum eſſe videtur per hanc cartula conbeniencia ordine ſecundum legem dimiſimus atque relaxabimus te qui ſupra Johannem presbyterum, & prapoſitum, atque cuſtus & ſucceſſoribus tuis, & pars ſupraſcripti veſtri monaſterii, & propriis hominibus jamdicti veſtri monaſterii, atque & Corteſani ſupraſcripti monaſterii amodo, & ſemper omnique tempore mittere omnibus veſtris animalibus per totum ipſum jam dictum montem ex utraque parte ideſt porcos ad eſcas pabendum, & bobes, & pecoras & capre ad erba pabendum, & licenciam, & poteſtatem habeatis vos, & ſuceſſoribus veſtris & pars ſupraſcripti veſtri Monaſterii, et ipſis veſtris hominibus, et Corteſani de ſupraſcripto monaſterio omnique tempore amodo, et ſemper mittere per totum ipſum montem ipſis animalibus ſuis per erbam, et eſcam bendum, et poteſtatem, et licenciam habeatis inde ligna incidere, et arbores pro veſtris utilitatibus, quante vobis et illorum neceſſe fuerit eciam et infra fines de ipſa ſuperius dicta pecia de terra in illud quod inde incultum eſſe videmini omnique tempore ipſis veſtris propriis hominibus, et corteſanis ipſius veſtri monaſterii licenciam, et poteſtatem habeant andare cum ipſis animalibus ſuis per eſcam, et erbam pabendum, et ligna inde incidere pro ſuis utilitatibus, quante eorum neceſſe fuerit unde de ipſum jamdictum montem, neque de ipſa predicta terra veſtris hominibus neque corteſani veſtri neque vos, neque ſucceſſoribus veſtris neque pars ſupraſcripti veſtri Monaſterii nobis, nec ad noſtris heredibus nullum datum, vel eſcaticum dare debeatis, et per hac eadem combenienciam tu qui ſupra Johannes presbyter, et prepoſitus atque cuſtus cum voluntate ſuperius dicta domna Adelgarda Abbatiſſa ſecundum legem, et te Martinum clericum et notarium ſcribere rogabimus Actu Teano. ✠ Ego qui ſupra Biſancio Judex. ✠ Ego qui ſupra Vigelmo Judex. ✠ Ego Saſſo. ✠ Ego Petrus.*

Peregrinius in Genealogia Principum Beneventi, & Capuæ hujus quidem Atenulphi meminit, ſed quonam in loco Comes eſſet ignorabat.

Ex alio hoc inſtrumento conſtat Mariam cœnobii Cinglenſis Abbatiſſam ſororem patruelem fuiſſe Paldulphi Venafrani Comitis filii Landenulphi, atque illud cœnobium ſub ditione ſua habuiſſe caſtellum S. Archangeli.

De Paldulpho agit Peregrinius in cit. Genealogia.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu chriſti. Viceſimo ſexto anno principatus domni Landolfi et ſexto anno principatus domni Paldolfi ejus filii magni principibus menſe madio Sextadecima Indiccione. Ideoque nos Johannes judex, et Magenolfo presbiter, et Mainardo miniſteriales monaſterii puellarum ſita in loco ubi dicitur Cingla ſicut conbenit inter nos, et te videlicet Paldolfi comite Benafro filiis cujuſdam domni Landenolfi comiti voluntarie noſtro in preſencia Verni judice, et alios viros nos pro parte predicti monaſterii, et cum noticia domna Maria religioſa Abbatiſſa ſupraſcripti monaſterii conſobrina ſorori tua, et domni Guigelmi venerabili ſacerdoti, et propoſiti, atque cuſtodi ſupraſcripti monaſterii guadiam dedimus tibi qui ſupra Pandolfi comiti, et fidejuſſore per ipſe conbeniencia tibi poſuimus nos ipſi tali tinore, ut ſi amodo in antea clarafacta veritate paruerit quod ipſa domna Maria Abbatiſſa aut ipſe domno Guigelmus propoſitus vel ſucceſſoribus ſuis pro inimicitia tua, vel de tuis heredibus miſerint inimici veſtri in caſtello ſupraſcripti monaſterii qui dicitur S. Archangeli, quem ego modo ſupraſcripti monaſterii reſtitui dedit, et tradidit, ſicut inde continet ſupraſcriptum, et inimici fecerunt dannacione, et depre-*

dacio-

dacione intus de Comitatu tuo, vel de heredes tuos quatenus cum talia paruerit debeant ſupradicta domna abbatiſſa, vel ipſe domnus propoſitus, aut ſucceſſoribus ſuis dannacionem, et depredacionem ipſa vobis emendare aut reſtaurare non bolverint debeant vobis exinde facere legem ſecundum judicium Capuanorum, que exinde judicatum fuerit in Capua, et ſi hac omnia vobis non fecerint, et non compleverint qualiter ſupradictum eſt, quatenus cum talia claruerit veritas, ab illo tempore in antea habeatis, et poſſideatis tu et tuos eredes una pecia de terra que eſt ſupradicti monaſterii ibidem de ipſo caſtello qui dicitur S. Archangeli, et nominatur eam ad Olmeta que adjacet per as fines prima parte ipſa fontana Angeli, et quommodo mittit in fluvio Vulturno. Secunda parte ipſo flubio Bulturno, de tercia parte ribo qui pro tempore aqua decurrit, et decernit infra rebus ſupraſcripti monaſterii, et territorio de illi Maſtradi, et quomodo vadit ipſo ribo in ipſo pleſcullo. De quarta parte qualiter deſcendit per illa balle dellubentu, et deſcendit in ipſa Ceſa Calenda prope de ipſo monte, et venit in ipſa bia puplica et redit in priora fine, cum omnia inferius et ſuperius ibi habentibus, et cum omnibus ſuis pertinenciis ad abendum, et poſſidendum, et faciendi vel exinde omnia qua vobis placuerit, et defenſatum abeatis ipſo ab illo tempore in antea ſemper ab omnibus hominibus ab omnique partibus de quibus ſi neceſſum fuerint ad pignorandum obligavimus nos qui ſupra Johanne judes, et Magenolfus presbiter, et Mainardo per nos ipſi fidejuſſores pro noticia ſupraſcripta domna Abbatiſſa, et ſupraſcripti domni Prapoſiti nos et noſtros heredes, et partem ſupradicti monaſteris pranominatibe bobi, bacce, et porci noſtri, et de aliis rebus noſtris uſque ad legem, et de taliter nos qui ſupra Johanne judes et Magenolfus presbiter, et Mainardo qualiter nobis congruum fuit cum noticia ſupraſcripta domna Maria Abbatiſſa, et ſupraſcripti domni Guigelmi benerabili presbiter, et prepoſitus fecimus et te Stephane presbiter, et notarius ſcribere j ſſit, et interfuit. ✠ Ego qui ſupra Verno Judex. ✠ Ego Manno.

Ex hac donatione monaſterio Cinglenſi a Paldulpho facta eruitur Paldum fuiſſe ejus fratrem, atque Giſulphum fuiſſe Theanenſem Comitem. Prætcrea quaſdam in hoc inſtrumento imprecationes legere eſt, quas nunquam a Langobardis uſurpatas meminimus. Giſulphi Theanenſis Comitis meminit Peregrinius loco citato.

Ex originali in Archivo.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo primo, et tercio decimo annos principatus domni Riccardi, et domni Jordani filii ejus glorioſi principibus menſe ſeptembris nona indiccione. Ideo ego Paldulfus Comes de civitate Venafro, et fili quoddam Landenolfi, qui fuit Comes, declaro me hac communiter habere rebus infra finibus de Teano loco Preſenzanu ubi ad Sabinianu dicitur, cum Paldi germano meo, et cum aliis parentibus, et conſortibus meis, de qua divina inſpiracione compulſus, oportet et mihi illud offerre pro redempcione, et ſalvacione anima mea, quia per doctos didici homines, quod grandis mercedem in vitam heternam acceperit quid de rebus ſuis in eccleſia optulerit. Ideo ſicut mihi actum, et congruum eſſe videtur bona eterni mea voluntatem, quam, et pro firma ſtabilitatem intereſſe Verno judex, et aliorum teſtium per hanc quoque videlicet cartulam offero in monaſterio ſancte Dei genetricis, et Virginis Maria quod ſitum eſt in loco Cingla integra eadem porcione mea de predicta Terra quod ſuperius patefeci pertinente habere in eodem loco Savinianum, et quibus eadem pecia de terra videtur eſſe infra hac fines. Primo latere per longitudinem fine via puplica uſque in terra Auguſti Gadi, et Dodati, et iterum revolvi juſta terra Telgrimi, et iterum revolvit erga terra ſupraſcriptu Teudelgrimu, & iterum revolvit juſta terram ſupraſcriptu Teudelgrimu, & terra Cinnami benefacte, qualiter directe vadit uſque in ribu, qui dicitur de baccari. Alia parte a capite fine pradicto ribu de Baccari, Alio latere fine terra monaſterio S. Benedicti uſque in ipſa via publica, & qualiter pergit per eadem viam uſque in rebus de filis domni Giſolfi qui fuit Comes Teanenſe civitatis, & qualiter pergit juſta eadem terra de predicto Comite, uſque in terra S. Terenciani. Alia parte a capite fine terra S. Terenciam, qualiter vadit, & reconjungit ſe in priores fines. Hac autem predicta pecia de terra per indicate finis qualiter hic ſuperius legitur, ego qui ſupra Paldulfus Comes offero ipſa integra mea porcione, quem mihi eſt pertinentes a parte ſupradicti genitoris mei offero in predicto monaſterio ſancta Dei genitricis, & virginis Maria ad poſſeſſionem pradicti monaſterii & de ejus rectores, & rectrices, unde de pradicta mea offerſione qua prelegitur nec mihi qui ſupra Paldulfus comes, neque ad uxoribus meis, nec ad heredibus meis, nec cuicumque alteri homini habendum exinde nulla reſervavi, nec dico remanere, ſed una cum inferius, & ſuperius, atque cum vias ſuas ibidem intrandi & exiendi, & cum omnibus ſuis pertinenciis in integrum ipſos in prephato monaſterio offerui ut dixi ad faciendum exinde omnia, qua ad pars pradicti monaſteris placuerit, et ad ejus rectores, et rectrices, eâ racione quatenus ut amodo, et ſemper integra ſupradicta mea offerſione ſecuriter, ac firmiter habeat, et poſſideat pradicto Sancto monaſterio, et ejus rectores, et rectrices ſine mea, et de meis heredibus contradiccione, vel et de ſine cujuscumque requiſicione, et obligo me ego qui ſupra Paldulfus Comes, et meis obligo heredes a pars predicto monaſterio, et ad ejus rectores, atque rectrices amodo, et ſemper integra ſupradicta mea offerſione defendere, et anteſtare ab omnibus hominibus, ab omnique partibus. Si autem ipſos tamen defendere non potuerimus, aut noluerimus aut ſi ego, vel meis heredibus integra ſupradicta mea offerſione cum pars pradicti monaſterii cauſaberimus, vel qualitercumque ea retornare, ſeu removere, et adminuare queſierimus, tunc et viginti ſolidos Conſtantin. auri boni pena me et meis heredibus a pars predicti monaſterii componere, et dare obligamus. Nam ſi ego qui ſupra Paldulfus Comes, vel de meis heredibus, ſeu qualiſcumque homo de cuncta ſupradicta mea offerſione cum pars pradicti monaſterii cauſare aut contendere voluerit volendum inde aliquid tollere ſeu minuare fiat condempnatus in die judicii ſicut Dathan, et Abiron, et habeat participacionem cum Juda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fiat et in domo ejus quomodo in centeſimo octabo pſalmo legitur. Fiat habitacio ejus deſerta, et non ſit qui inhabitet in ea. Fiant fili ejus orphani, et uxor ejus vidua, commoti amove-*

anur de habitacionibus ſuis, & non ſit illi adjutor, nec ſit qui miſereatur eis. Fiat condempnatus in die judicii ante Tribunal domini Noſtri Jeſu Chriſti, & hanc cartulam noſtra offerſionis de quibus contines firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum, & te Johannes presbiter, & Notar. ſcribere rogabimus.

✠ *Ego qui Supra Verno Judex.* ✠ *Ego Guſtabile.*

Anno 1070. Gilibertus huic cœnobio illud S. Johannis intra fines Theanenſes dono dedit, quo diſciplina ibi regularis excitaretur, ut hoc inſtrumento conſtat.

Ex originali in Archivo

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni duodecimo anno principatus domini Riccardi, & domni Jordani ejus filii glorioſis principibus menſe Aprilis octaba Indiccione. Ideoque ego Gilebertut filius quoddam Eribert ex genere Normannorum declaro quia habeo rebus pertinentes mihi per conceſſione a parte Aduiſo uxori mea propter ejus dote juxta noſtros mores mihi datum & traditum a Riccardo Comes Calacienſe cibitatis quam & Thianus prafate uxori mee, quando ipſe qui ſupra Riccardo illa mihi in conjugio ſociabi hac ſunt pradicte rebus infra finibus Teanenſis civitatis loco ubi dicitur cluſa, inter quas habeas monaſterio S. Johanni, qui eſt ſupter ipſu caſtellu qui dicitur Sanctu Iohanne at cluſa, cum rebus, terris, & vineis cultum vel incultum, mobile, atque inmobile pertinentes ejuſdem prefati Monaſterii. Modo vero inſpiracione Dei compulſus per remedium, & ſalbacione anima mea, quam & uxori mea, genitori meo, ſeu de genetricis mea, ut apud Deum omnipotentem miſericordiam invenire valeamus quia per doctos didici homines, quia grandis mercede in vitam eternam accipere qui de rebus ſuis in monaſterio optulerit & eccleſiam dei cuſtodierit, nec violenciam abeat & ne dixorvatur. Ideo cognovimus hunc noſtro monaſterio ſine regimen eſſe videtur, & abſque omni regula monachile eſſe. Propterea proſpeximus ut offeriret illut in monaſterio ſancta Maria in Cengla ne predictum monaſterium noſtro deſolatum remaneret, & nos offenſi ad deum veniamus ſet in futuro ſeculo requiem invenire valeamus. Proinde ſicut mihi aptum, & congruum eſt, per hanc quoque videlicet cartam offero deo in predicto monaſterio S. Maria in Cengla, ideſt ipſu pradictu monaſterio S. Iohanni, qui eſt in predicto loco cluſa cum omnibus rebus ſubſtanciis, & mobilibus pertinente de eodem Monaſterio ideſt terris, & vineis at que arbuſtis cultum, & incultum, mobilibus, atque immobilibus inſimul & omnibus ipſis racionibus & ſcripcionibus, qua ſunt continentes, & pertinentes in pradicto Monaſterio, & in ſuis rebus quam ex omnibus pertinenciis ſuis. Hac autem pradict. monaſt. S. Iohannis cum integris ſupradictis rebus, & pertinenciis offero in pradicto monaſterio S. Maria in Cengla ubi Deo volente domna Maria Abbatiſſa preeſt, & cuſtos ibidem eſſe videtur Guilelmus ſacerdos atque prepoſitus at ad abendo, & poſſidendo predic. monaſterium S. Maria, & faciendo indo omnia, qua placuerit pars ejuſdem monaſterii & ejus Abbatiſſe, & Prepoſiti, & eorum ſubceſſores, & de integra ſupradicta mea offercione: nec mihi qui ſupra Gileberti, nec ad heredibus meis, neque uxori mee, nec cuicumque alteri homini habendum exinde nullam reſervabi, vel dico remanere, ſet una cum inferius, & ſuperius, atque cum viis, & aquis, & anditus ſuis, & cum omnibus ſuis pertinenciis eraſactibo illut offerui in pradicto monaſterio S. Maria in Cengla ad poſſeſſione prafati monaſterii, & predicte Abbatiſſa & Prepoſiti & de ejus ſucceſſores. Ea racione quatenus ut amodo, & ſemper firmiter abeat & poſſideat parte predicti monaſterii, & jamdicte Abbatiſſe & ſuprafcripti prepoſitus, & eorum ſucceſſores integra ſupradicta mea offerſione, & faciant inde omnia, qua placuerit pars predicti monaſterii, & jamdicte Abbatiſſe, & Prapoſitus, & ejus ſucceſſores ſine mea, & de meis heredibus contradiccione, vel & de ſine cujuſcumque requiſicione, et obligo me ego qui ſupra Gilbertus, et meos heredes defendere, et anteſtare integra iſta mea offerſione ad partem ſuprafcripti monaſterii, et ejus Abbatiſſa et Prapoſiti, et ad eorum ſucceſſores ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem ipſos quos diximus non defenſaverimus, ego et meis heredibus ad pradicti monaſterii, et jamdicta Abbatiſſe, et Prepoſiti, et at eorum ſucceſſores, obligo me et meos heredes componere ad partem pradicti Monaſterii decem libras de auro obrizo bonos. Nam ſi ego qui ſupra Gileberto vel meis heredibus ſeu qualiſcumque homo de integra ſupradicta mea offerſione qualiter ſuperius dixi, cauſare, aut contendere, ſeu removere, aut amminuare queſierimus, vel ſi de poteſtate, et dominacione ſuprafcripti monaſterii Sancta Maria jamdicta Abbatiſſa et Prepoſiti, et eorum ſucceſsoribus ſubtrahere queſierimus qualiſcumque homo hoc facere preſumpſerit, fiat condepnatus in die judicii ſicut Dathan, et Abiron et abeat participacione cum Iuda traditore domini noſtri Ieſu Chriſti, et ſocietur cum Simone Mago, fiat ei in domo ejus quomodo in centeſimo octabo pſalmo legitur, fiat abitacio ejus deſerta, et non ſit qui habitet in ea fiant filii ejus orfani, et uxor ejus vidua. Commoti ammobeantur de abitacionibus ſuis nec ſit qui miſereatur ei, et quicumque defenſator extiterit hanc noſtra offerſione habeat munus felicitatis ſet perpetua benediccione, et hanc offerſionis cartulam de quibus continet firma permaneat ſemper, et taliter ego qui ſupra Gilebbertus ſicut mihi aptum et congruum eſt pro redempcione anima mea et pradicta uxoris mea, et genitoris, et genitricis mea feci; et te Antonius presbiter et notar. ſcribere rogavi. Actu Caſtro, qui dicitur Petra.*

✠ *Ego qui ſupra Gilebbertus* ✠ *Ego Iohannes Iudex.* † *Ego Franco.* † *Ego Mari.*

Quædam etiam hic imprecationes; indeque videre eſt uſuveniſſe apud Nortmannos ut dotarentur fœminæ, atque Riccardum uxoris Giliberti avunculum fuiſſe Calatiæ Comitem.

Animadvertat velim lector laudatam monaſterii S. Johannis donationem, ut ut eodem in loco ſiti, aliam prorſus eſſe a donatione eccleſiæ S. Johannis, quæ, ut retulimus ſupra, facta fuit per Atenulfum Comitem, & Radegardam Comitiſſam; iſti ſcilicet dono dederunt eccleſiam, Gilibertus verò monaſterium S. Johannis.

Rem verò eruditis omnibus jucundam nos facturos arbitramur, ſi oſtenderimus præfatum B. Iohannis monaſterium per Laodolphum Theani Comitem, ejuſque nepotes Paldolphum, & Landolphum fuiſſe conſtructum, atque dotatum. Id ſane apertiſſime evincitur ex hoc illorum privilegio, cujus autographum in noſtro extat Archivo.

Eruitur inde Landolphum Theani Comitem fi-

lium

lium fuiſſe Paldolfi, qui ex Theani Comite in Capuæ Principem una cum filio ſuo Iohanne evaſit anno 1022. Paldolfum, & Landolfum filios fuiſſe Paldolfi Comitis, & Annæ Comitiſſæ ab Sergio Neapolis Duce, uti autumat Peregrinius, progenita: Blactam, quæ poſt viri fatum monialem induit, nupſiſſe Joanni Capuæ Principi, qui cum patre ſuo Paldolfo regnare cœpit eodem anno 1022., ac demum Uraniam Iohannis filiam fuiſſe, ejuſdemque Paldolfi Comitis uxorem, quorum omnium meminit Peregrinius in genealogia Principum Langobardorum. Datum eſt privilegium hoc anno trigeſimo Paldolfi Principis Capuæ, cujus regnum anno incœpit 1020. ejus vero filius Landolfus V. regnare cœpit cum patre, & Avo anno 1047. Videatur Peregrinius laudato loco.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei eterni anno triceſimo principatus domni Paldolfi, et tercio anno principatus domni Landolfi ejus filii glorioſi principibus menſe Julio ſecunda Indiccione. Dum me Landolfus comes Teanenſis, & filius bone memoria domni Paldolfi princips orbatus patrem, & fratres cernerem inſpiracione Dei cepi in mentem meam cogitare ſedule territus quoniam vita iſtu caduca, & fragilis & cum videtur tenere, ſubito labefacta effugit verba recordantis Dominica. Quit prodeſt homini ſi lucretur univerſum mundum anima ſue nihil prodeſſe conſideret, & Apoſtolus: dum tempus habemus operemur quod bonum eſt Domino propterea metu territi pœna infernalibus, ut evadere queamus eternam, quam & jam dicti noſter genitor, noſtrique predicti fratres, & gaudia aquirere valeamus cœleſtia. Eccleſia S. Johannis, que ad cluſa dicitur, que noſtra rebus eſt propria pro redempcione anima noſtra & jam dicti genitoris fratrumque noſtrorum congregacio monachorum, & monaſterium fecimus, & de noſtris rebus quod ibi circumquaque habemus ditari cupimus, ut praſentibus, & futuris fratribus ibi commorantibus Deoque ſerbientibus uſufructu vita eorum habeant perenniter. Ideoque jamphatus Landolfus gratia dei Teanenſis Comes & filius qdd. prafati bona mem. domni Paldulfi Principis, ſeu & nos Paldulfus & Landolfus comitibus & filii qdd. bone recordacionis Domini Paldulfi comitis filis ſupradicti domini Paldulfi principis declaramus nos habere jam dicta eccleſia S. Johannis Baptiſte in ipſa predicta Curte noſtra, qua dicitur cluſa propinquo flubio, qui dicitur Vulturnus, & in ipſa eccleſia S. Johanni Dei nutu & inſpiracione monaſterium fecimus, ut diximus in ea racione, & ordine, ut ſemper Congregacio monachorum ibi permaneat qui cotidie laudes Deo ibidem referant, & officium monachile peragant, nunc autem qualiter nobis congruum eſt pro mercede, & redempcione anima noſtra, & de predictorum parentum noſtrorum, ut hic, & in futuro ſeculo de peccatis noſtris requiem, & miſericordiam invenire valeamus, ut ſupra legitur: Per hoc ſcriptum firmamus ut in ipſa jam dicta eccleſia, & a nobis monaſterium factum judicatum, & offertum ſit firmiter duabus pecie de terris noſtra, quem habemus infra ipſa jam dicta Curte de cluſa in eodem ordine, & tenore, ut ſupra legitur. Prima ex ipſe pecie de terra eſt ad ipſa petroſa ubi dicitur ad fontana habet has finis: unu latere monte habet inde paſſi quadrigenti quadraginta, alio latere via habet inde paſſi quadringenti ſexaginta, unu capu da ipſa Petroſa, habet inde paſſi ſexaginta quattuor ali capu Caſtanero da Fontana haber inde paſſi centum. Secunda vero pecia ubi dicitur ad Sporuaſina, unu latu flubiu mortuum, qui decernit inter hac terram, & terra noſtra que dicitur ad ipſe limate ubi dicitur ad pede de monte, quem in noſtra reſervabimus poteſtatem; deinde deſcendente in flumen, qui vocatur vulturnu. Secunda vero fine quomodo deſcendit jam ſupradictum flumen, & ubi ſe conjungit cum ipſa Silva, que dicitur plana. Tercia vero finis jam dicta Silva, & ubi ſe conjungit in prioras fines, & inſimul ibidem firmamus beneficia que ubique de terra, que ab antea fuerunt beneficium de ipſa eccleſia & una preſa in ipſu caſtellu per longum paſſus octo, & per traberſu paſſi ſex, et hac omnia menſuratum ſit ad paſſum Landoni Seniori caſtaldei, et unu Sedium de molinu in ipſu ribiu cum formali, et clauſuria et curſus aquarum et concedimus ibidem dua preſa in ipſu flumine ubi faciat clauſuria pro piſci capendum. Hec autem omnia que, et qualiter ſuperius dicta, et declarata ſunt, et qualiter ſuperius continere videntur in ipſo predicto noſtro monaſterio ſit conceſſum, et traditum, atque offertum a nobis ſuper ſcriptis Thio, et nepote cum viis, et aquis, et curſu aquarum, et cum ſepis, et limitibus, et anditis, ac ripis, et omnibus ſuis pertinenciis, et cum omnia inferiora, ac ſuperioras ſuas ad poſſeſſionem ipſius praphati monaſterii, et de ejus rectoribus in ea videlicet racione ut inclitis omnibus ſupradictis rebus, et ſubſtanciis necnon et ipſum predictum monaſterium, et ipſa eccleſia cum omnibus ſupraſcriptis ſuis pertinenciis habere debeat in poteſtate Johannes venerabile Sacerdos, et Monachus, atque a nobis electus, et firmatus Abbas cunctis diebus vita ſua, et ejus ſucceſſoribus ad ſuam, et fratrum utilitate, et de ipſa frugia, que illis dominus annualiter inde dederit peragendum, et faciendum inde omnia, que eorum, et fratrum placuerit, ea videlicet ſancione cuncta ſuperius dicta in ipſo monaſterio, et in ipſa jamdicta eccleſia ſit conceſſum et offertum, et traditum, ut ubi Deo auxiliante inviolabiliter conſiſtere valeant firmiter in perpetuum ſicuti a nobis actenus conceſſa, et praordinata eſſe videmur ita ut ſuperius dictus Iohannes presbyter venerabilis, et monachus, qui jam a nobis ibi praordinatus eſt Abbas, et rector licenciam habeat cum ceteris fratribus, et cum noſtra voluntate, et de noſtris heredibus in ipſo monaſterio ordinare rectore, & Abbate ſine omni datu, virum bone opinionis Abbatem, & eorum monaſterium una cum jam dictis terris, & omnibus ceteris rebus, atque ſubſtanciis, que, & qualiter ibidem Domino opitulante agenda ſunt cuncta & integra in ſuo Iuris dominio, & poteſtate tenere, & dominare, & regere, atque gubernare debeat, ſic quidem, ut ubi ille rector, qui ibidem ordinatus fuerit objerit, quatenus eligant ſibi Abbatem, vel rectore Monachos ex ipſo monaſterio unum ex fratribus, quale voluerint cum conſenſum noſtrum, vel de noſtrorum heredibus abſque aliqua dacione virum bone opinionis, qui univerſa ſuperius dicta gubernet, et regat ipſe, fratribus, et peregrinis, et egentibus, et hoc ſancimus, atque firmiter ſtatuemus, ut neque ſupraſcripto Iohanne presbiter, et monachus, atque Abbas, neque noſtrorum heredibus quod abſit minime credimus fieri corruptus aliqua cupiditate praſumat tollere inde pecunia, vel quolibet premium praordinandum ibidem

Abbat

Abbas vel rectore ut hac pietacis et omnia inſtituta in lucra carnalium commutentur, ſet propter reverencia, & amore divina majeſtatis talem rectorem ibidem ad regendum et gubernandum, atque dominandum, ut diximus, ſine quolibet premium ordinare deveam qui ſecundum Deum qualiter nos inſtituimus una ſuperius dic. gubernet atque diſtribuat per fratres Monachos, & pro peregrinis & gentibus, & nullum noſtrorum heredibus dum unquam de pradic. rebus, vel qua ibidem Domino opitulante agenda ſunt quomodo per vim auferre aut ſubtraere, & per ſingulos annos dare deboant ipſe qui ſupra Iohanne preſbyter, & monachus, atque Abbas, & ejus ſucceſſoribus, quam & illis hominibus, qui eodem monaſterio regere conſpicimus nobis qui ſupra Landolfi comiti, & Paldulfi, & Landolfi comitibus nepotibus noſtris, vel ad noſtrorum heredibus pro benediccione unum parin de oblate, & unum ceren duplice de cubitum in nativita Domini, & ſimiliter in Paſcha majore, & in S. Johanni Baptiſta omni anno: ſeu & ego Blacta qua ſum monachile habitum induta, qua fui Principiſſa, & relicta quoddam Johanni principi filia ſupradicti Domni Paldulfi principis. Quam & ego Urania Comitiſſa filia Johanni Comiti, & uxor videlicet ſupradicti Landolfi Comiti, necnon & ego Anna Comitiſſa filia Sergi, & relicta quoddam ſupradicti Paldulfi comiti, ſicut nobis qui ſupra mulieribus congruum eſt pro ſalvacione anima noſtra conſenciente mihi qua ſupra Blacte Monache pradictus Landolfus Comes. Cognato meo, & ſupraſcripti Paldulfus, & Landulfus comitibus nepotibus meis, & cum eorum voluntate, & mihi qua ſupra Urania Comitiſſe conſenciente ſupradictus Landolfus comes vir, & Mundualdmeus, in cujus mundium me legibus ſubjacere agnoſco, & cum ejus voluntate, & mihi qua ſupra Anna Comitiſſa conſenciente ſupraſcriptus Paldulfus & Landolfus filis, & mundualdi mei in cujus mundium me ſubjacere cognoſco, & cum eorum voluntate per hoc ſcriptum firmamus, atque offeruimus in ipſo jam dicto monaſterio, & in ipſa jamdicta Eccleſia cunctam, & integram omnem partem, & pertinenciam noſtra de. ipſis omnibus ſupradictis rebus, & ſuſtanciis, qua ſuperius dicta ſunt, & declarata cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua, & una cum viis, & aquis, & anditus ſuis, & cum ſepis, & limitibus, & cum pertinentiis ſuis, & cum omnia, qua ibidem Domino opitulante augenda ſunt totum, & integrum ipſos ſit offertus ibi ad poſſeſſionem pradicti monaſterii de ejus rectoribus, in ea racione, & ordine ipſa pars & pertinencia noſtra de ipſis jam dictis viribus ac mulieribus licentiam, & poteſtatem habeant Rectores ipſius monaſterii de ipſis ſupraſcriptis rebus & ſuſtanciis fieri ſibi inde auctori, & defenſatori per iſtum ſcriptum & pro alius eorum & noſtris racionibus prout melius potuerint, & ſcierint. Tantummodo omnibus ſupradictis rebus, & ſuſtanciis obligamus nos & noſtris heredibus ipſos os defendere ad pars ipſius monaſteri ab omnibus hominibus, ab omnique partibus. Qua & propter ut cuncta qua, & qualiter ſuperius ſcripta eſſe videtur firma ſtabilitate incomutabili ordine permaneat in eternum, & ut nobis, et omnibus noſtris parentibus patrum fratrumque, quorum iſta fuerint, vel qua ibidem Domino opitulante a nobis, vel quibuslibet fidelibus Chriſticolis adhuc augenda ſunt proficiant ad eterna remuneracione, et perpetuam felicitatem, et illut nequaquam a nobis vel a noſtris heredibus dirumpendum aud minuendum pariterque conſenſum obligamus nos omnes ſupra nominati viri, et mulieribus nos, et noſtris heredibus nos autem que ſupra mulieribus cum conſenſum, et voluntate de ipſis jam dictis mundualdis noſtris vobis qui ſupra Johanni prosbiteri, et Monachi atque Abbati, et ejuſdem monaſterii rectore, qui eum regere conſpicitur quam et ad illis hominibus, qui hunc ſcriptum pro pars prephati monaſterii in publico judicio oſtenſerit, ut ſi aliquando tempore nos ipſis vel quiſcumque de noſtris heredibus de cuncta qua, et qualiter ſuperius legi dirrumpere, aud retornare vel inde aliquis minuare quaſierimus, et totum, et integrum illud ad partem, et poteſtatem ipſius monaſterii non aimiſerimus in ipſa racione qualiter ſuperius diximus, vel ſi hunc ſcriptum in quavis parte refutare temptaverimus, aud ſi omnia ſupradicta in jamdicto monaſterio, et ad ejus Rectores non compleverimus ut dictum eſt mille ſolidos aurei vizantei boni pœnam nos, et noſtrorum heredibus componere obligamus vobis qui ſupra Johanni presbyteri, et monachi, atque Abb., et ſucceſſoribus veſtris, vel ad pars ipſius Monaſterii, ſeu ad illis hominibus qui hunc ſcriptum pro parte ipſius monaſterii in puplico oſtenderit in cauſacione contra veſtra parte, et omnia ſupradicta perinvitis vobis per compleamus in ipſa racione, que ſuperius legitur perſolventes vos, et pars ipſius Monaſterii nobis qui ſupra Landolfi Comiti, et Paldulfi, et Landulfi Comitibus, et ad noſtris heredibus jamdic. Benedic. annaliter ſemper ut ſupradiximus, et ſcripcio iſta de omnibus, qua continet firmum permaneat in perpetuum, et taliter nos, qui ſupra Landolfus Comes, et Paldulfus, et Landolfus comitibus, et nos qua ſupra mulieribus Blacta monacha, et Urania, et Anna comitiſſa unanimiter pariterque conſenſu pro ſalvacione animarum noſtrarum, et de parentorum noſtrorum fecimus, et te Antonius presbyter et notarius ſcribere rogabimus. Actu Teanenſe. † Ego Roffrida Judex. † Ego Petrus.

Arnaldus de Buſcione huic eccleſiæ S. Iohannis Baptiſtæ dono dedit territorium quoddam, quæmadmodum conſtat ex hac illius donatione, cujus autographum in noſtro tabulario ſervatur. Injicitur in ipſa mentio Roberti Aliphani epiſcopi, quem præteriit Ughellius in ejuſdem Urbis Epiſcoporum deſcriptione, atque inſuper Comitum Rainulphi, & Ruberti.

In nomine Domini Anno ab incarnacione. ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonogeſimo octabo, menſe Octuber ſeptima Indiccione. Ego Arnaldus cognomento de Buſcione, ac filius bona memoria Oddom nacione Normannus. Clarefacio, quia Deo annuente ex dono Comitis Rainulſi, et conceſſione nota. *domini mei comitis Robberti plurimas habeo res, ſcilicet caſtella cum pertinenciis ſuis, et alias res, inter quas habeo pertinentem unam peciam de terra in finibus Teanenſis, loco videlicet Cluſa. Modo vero inſpiracione Dei compulſus pro mercede, & ſalbacione anima mea, & genitoris, ac genitricis mea cupio illam offerire Deo, & in eccleſia beati Johannis Baptiſta, que fundata eſſe dinoſcitur in prafato loco Cluſa, & ideo ſicut mihi aptum, & congrum eſt bona etenim mea boluntate ante dom. Robbertus Dei gratia Alliphienſis epiſcopus, et aliique ſupſcriptos teſtes per hanc cartulam offercionis offarro in predicta*

eccle-

eccleſia S. Johannis qua fundata eſt in predicto loco cluſa inclitam unam peciolam de terram meam quam ego habeo infra finis de jam dicto loco cluſa ubi dicitur ceſe eſt infra hos fines, & menſuras. A parte Orientis finis mortina, qui tempore imber aqua decurrit inde ſunt paſſus ſeptuaginta & ſex, a parte meridie finis terra Siconi de jam dicti filii Jaquinti inde ſunt paſſus viginti, & octo, & revolvet ſe contra meridie jamdict. Terra de jamdict. filii Jaquinti, inde ſunt paſſus decem & octo, & iterum revolvet ſe contra Occidente juxta terra de jam dic. filii Jaquinti, inde ſunt paſſus viginti, & quattuor, a parte occidentis finis via puplica, inde ſunt paſſus ſexaginta, & nobem, a parte ſeptentrionis finis ipſa jam dicta mortina, q. tempore imber aqua decurrit, inde ſunt paſſus triginta, & uno, totum ad paſſum juſtum menſuratum. Hec autem jamdicta peciola de terra qualiter per ſuperius ſcriptos fines judicata, & menſurata eſt cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus ſuis, & cum viis, & anditis ſuis ibidem introeundi & exeundi cunctam & inclitam illam ſicut ſupradiximus offero in pradictam eccleſiam pro redempcione, & ſalvacione anima mea, & genitoris, ac genitricis meę, ut poſt obitum meum firma, & ſtabile permaneat ipſa mea offercione cum ipſa carta offerſionis in pradicta Eccleſia in qua Johannes preſbiter, & monachus, ac filius qm. Cenuami preſbyteri regimen tenere videtur eâ racione, ut cunctis diebus vitæ prafati Iohannis preſbiteris, & monachi ejus ſit poteſtati tenendi, fruendi, ac dominandi, nam non vendendi, nec donandi, vel in aliis partibus alienandi, a die vero obitus illius, & in antea pars pradicta eccleſia, & ejus rectores, atque cuſtodes habeat eam in illorum poteſtate tenendi, & frugiendi, & faciendi omnia, qua illorum placuerint juxta racionem, unde obligo me ego qui ſupra Arnaldus, & obligo meos Herodes ad partem pradicta eccleſie, & ad ejus rectores, adque cuſtodes integra jamdicta mea offercione defendere, & anteſtare ſemper ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus, & da parte uxoris mea, & quando pars jamdicta eccleſia voluerit, poteſtatem, & licenciam habeant exinde auctores, & defenſatores fieri tam per iſtam cartam quam & cum aliis noſtris, & ſuis racionibus, vel ſcripcionibus, ſi autem ipſos ad partem jamdicta eccloſia, & ad ejus rectores, atque cuſtodes defendere & anteſtare non potuerimus, aut noluerimus ut diximus, de colludio autem legibus ad Dei evangelia jurare obligamus, & inſuper retdamus in pradicta eccleſia alia tanta, & taliter cum tales ędificio in conſimilis loco, qualis in illis diebus pradicta mea offerſio invenitur eſſe in pradicta eccleſia, nam ſi ego qui ſupra Arnaldus, vel meos heredes hanc meam offercionem per qualecumque ingenium vel humana aſtucia diſrumpere, aut retornare, vel removere queſierimus, & ſi non fecerimus, & non compleverimus ea omnia qualiter ſupra legitur in iſta carta in pradicta eccleſia, & ad ejus rectores, atque cuſtodes viginti ſolidos aureos Conſtan. bonos componere, & dare obligamus in pradicta eccleſia, & hanc cartam offercionis de quibus continet firma, & ſtabiles permanead ſemper. Et taliter ego qui ſupra Arnaldus pro mercede, & ſalbacione anima mea, & genitoris, ac genitricis mea, ſicut mihi aptum, & congruum ſuis faci, & te Andream notarium ſcribere rogabi in caſtro Prata. Actum Alliphis.

Eidem cœnobio S. Mariæ, quædam latifundia dono dedit Ata Comitiſſa Ioannis Comitis Venafrani filii Landulphi uxor, cujus meminit Peregrinius in cit. Genealogia, ut hoc inſtrumento conſtat ex originali in archivo noſtro.

† *In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Anno Incarnacionis ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo ſecundo, & quarto decimo anno principatus domni Richardi, & domni Iordani filii ejus menſe Februario decima Indiccione. Ideoque ego Ata filia Paldi Comiti, de civitate Venafro, & ſum uxor videlicet Iohanni Comiti filii quoddam Landolfi qui fuit Comes de ſupraſcripta civitate. Declaro me habere rebus infra finibus Teanenſe civitatis loco Preſenzanu ubi ad Savinianu dicitur pertinentem mihi a parte ſupradicti Paldi genitoris mei, & qua predicte rebus ipſa declaro communiter habere cum germanos, & ceteros conſor. ſupradicti genitoris mei unde mihi prafate mulieris congruum eſt offerre pro animam meam, & viri mei, & genitoris, & genitricis mea integra ipſa mea porcione, quem mihi eſt pertinente a parte ſupraſcripti genitori mei de jam dicta terra per circumdate finis, quibus hic inferius declaramus. Sed dum ego prephata mulier audita ſum per doctos didici homines, ut nullo mulieri libero liceat res ſuas alienare ſine conſenſum, & voluntatem Mundualdi ſuis, in cujus mundium ſe legibus ſubjacere agnoſcens, ideo obſecravi eodem jamdicto Iohanne Comite viro meo, in cujus mundium me legibus ſubjacere agnoſco, ut ipſe mihi juxta legem ad hoc rebus offerendum conſentirem, quibus ipſe preces mea benigne audivit velut ego ipſum deprecavit. Quapropter ego qui ſupra Ata Comitiſſa ideo dum mihi congruum eſſe videtur bona etenim mea boluntatem & per conſenſum, & largietatem ſupradicti Iohanni Comiti vir & mundualdmeus, in cujus mundium me ſubjacere cognoſco, nec non & pro firma ſtabilitate intereſſet Morinus judic. et alios teſtes, per hanc quoque videlicet cartulam, et cum conſenſum, et largietatem jamdicti Iohanni Comiti viri et Mundualdmei offero in Monaſterio Sancta Dei genetricis, et Virginis Maria, qua ſitum eſt in loco Cingla integra eadem porcionem meam de pradicta terra quod ſuperius patefeci pertinente habere in eodem loco Savinianu, et quibus eadem pecia de terra videtur eſſe infra hac fines. Primo latere per longitudinem fine via publica uſque in terra Aguſti Gadi, et Dodati et iterum revolvi juſta terra Telgrimii, et iterum revolvi erga terra ſupraſcriptu Teudelgrimi, et iterum revolvit juxta terram Supraſcriptu Teudelgrimi, et terra Cinami benefacte qualiter directe vadit uſque in ribu qui dicitur do Baccari. Alia parte a capite fine predictum Ribum de Baccari. Alio latere fine terra Monaſterio S. Benedicti uſque in ipſa via puplica, et qualiter pergit per eadem via uſque in rebus de filii domni Giſolfi, qui fuit Comes Teanenſe civitatis, et qualiter pergit juſta eadem terre de predicto comisi, uſque in terra S. Terenciani. Alia parte a capite fine terra predicti S. Terenciani qualiter vadit, et reconjungit ſe in priores fines. Hac autem predicta pecia de terra per indicate finis qualiter hic ſuperius legitur, ego qui ſupra Ata Comitiſſa per conſenſum, & largietatem ſupradicti viri mei offero ipſa integra mea porcione, qua mihi exinde legibus eſt pertinentes a parte ſupradicti*

geni-

Digitized by Google

genitoris mei offero in pradicto monaſterio ſancta Dei genitricis, et virginis Maria ad poſſeſſionem pradicti monaſteris, & ad ejus rectores, unde de predicta mea offerſione qua prelegitur, nec mihi qui ſupra Ate comitiſſa nec ad heredibus meis, nec cuicumque alteri hominum abendum exinde nulla reſervavi nec dico remanere, ſed una cum inferius, & ſuperius, atque cum vias ſuas ibidem intrandi & exiendi, & cum omnibus ſuis pertinenciis in integrum ipſos in prephato monaſterio offerui ut dixi ad faciendum exinde omnia, qua ad pars pradicti monaſterii placuerit, & ad ejus rectores, & rectrices ea raciono quatenus ut amodo, & ſemper integra ſupradicta mea offerſione ſocuriter ac firmitor habeat, & poſſideat predicto ſancto monaſterio, & ejus rectores, & rectrices ſine mea, & de meis heredibus contradiccione, vel & de ſine cujuſcumque requiſicione, & obligo me ego qui ſupra Atn Comitiſſa per conſenſum, & largietate ſupradicti Iohanni Comiti viri mei, & meis obligo heredibus a pars pradicto Monaſterio, & ad ejus rectores, et rectrices amodo, et ſemper integra ſupradicta mea offerſione defendere, et anteſtare ab omnibus hominibus ab omnique parte. Si autem ipſos tamen defendere non potuerimus, aut noluerimus, aut ſi ego, vel meis heredibus do integra ſupradicta mea offerſione cum pars pradicti monaſterii cauſaberimus, vel qualitercumque ea retornare, ſeu removere, et adminuare queſierimus. Tunc et viginti ſolidos conſtantin. aurei boni pena me, et meis heredibus a pars pradicti monaſterii componere, et dare obligamus. Nam ſi ego qui ſupra Ata Comitiſſa vel de meis heredibus ſeu qualiſcumque homo de cuncta ſupradicta mea offerſione cum pars pradicti monaſterii cauſare, aut contendere voluerit, volendo inde aliquid tollere ſeu minuare fiat condempnatus in die judicii ſicut Dathan, et Abiron, et abeat participacionem cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti, fiat ei in domo ejus quomodo in centeſimo octabo Pſalmo legitur fiat habitacio ejus deſerta et non ſit qui inhabitet in ea, fiant filii ejus orfani, et uxor ejus vidua. Commoti ammoveantur de abiſacionibus ſuis, et non ſit illi adjutor nec ſit qui miſereatur eis, fiat condempnatus in die judicii ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, et hanc cartam noſtra offerſionis de quibus contines firma et ſtabilis permaneat in perpetuum, et te Iohannes presbiter, et notarius ſcribere rogabimus. † Ego qui ſupra Verno judex. † Ego Morino judex. † Ego Guſtavile.

Urania Abbatiſſa prædium quoddam in emphyteuſim conceſſit Vigelmo Poſtella, ut inſtrumento conſtat, in quo ſcarionum, ſeu Advocatorum cœnobii mentio eſt.

Ex originali in Archivo. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Anni incarnacionis ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo quarto, et triceſimo ſexto annos principatus domni Landolfi glorioſus principis menſe Septembrio Indiccione duodecima. Ideoque ego domna Urania ſpirituali Abbatiſſa monaſterio puellarum ſancta Dei genitricis, et virginis maria ſita in Cingla declaro quia una cum conſenſu ſororum monacharum ancillarum chriſti ſupraſcripti monaſterii, et erga nobiſcum habendo Manno Iudice Scarione ſupraſcripti noſtri monaſterii. Per hunc ſcriptum libellum dedimus, et tradidimus tibi domni Vvigelmi qui fuit natibus de gentis Francorum qui vocatur Puſtella, et modo ſum reſidente in territorio Aliſana civitatis loco Sanctu Angelu, qui dicitur Funuculu. Propter bonum amorem, et bonum ſervicium, quem ego et meos heredes qui ſupra jam nominatus Wigelmus debeo ſervire, et obedire juxta legem imperacione ſupraſcripte Abbatiſſa ubicumque neceſſe ei fuerit in prefato ſupraſcripti monaſterii contra omnes homines ubi nos per legem, et juſticiam contendere, et defendere potuerimus, hoc eſt una pecia de terra, qua eſſe videtur in oppido loco Cingla, loco qui vocatur Curte Zuppoli, quem terra habet prima parte orientis fine qualiter deſcendit ribiu, qui dicitur altu, uſque in ipſa Morticina et qualiter vadit ipſa morticina, uſque in fluvio Vulturnu et qualiter aſcendit in ſurſum per ipſum fluvio Vulturnu uſque in ipſa Morticina, qua eſſet videlicet ad terra Iohannis fili Iohannis Marſi habitantes loco Sanctu Archangelu, et qualiter aſcendit per ipſa Morticina uſque in ipſa via publica qua aſcendit in ſurſum per ipſum Farnitu qui dicitur fundillu, et qualiter per ipſa via uſque in via traverſa qua eſt per campu longulu, et qualiter vadit ipſa via publica uſque in ribio quem mergit per Palumbiſci, et qualiter vadit per ipſu ribiu uſque in ribio altu qui eſt ad prioras fines. Hac autem jam pradicta terra qualiter ſuperius legitur per ſupraſcripte finis indicata, et andata per jam dicto Manno Iudice Scarione ſupraſcripti monaſterii, una cum arboribus, et cum omnia intro habentibus ſubtus, vel ſuper una cum viis ſuis intrandi, et exiendi, cuncta, et integra ſupraſcripta terra dedimus, et tradidimus tibi jam ſupraſcripti Wigelmi tuiſque heredibus ad habendum, et tenendum, et poſſidendum, et laborandum per hoc ſcriptum libellum vobis firmamus, et concedimus; ut exinde detis nobis terraticum quarta parte ſupraſcripti noſtri monaſterii ſicut aliis noſtris, et veſtris hominibus laborat. alia terra quem ipſi reſidunt a parte ſupraſcripti noſtri monaſterii, ea ſcilicet racione quatenus ut amodo, et in antea ſupraſcripta terræ vos, et veſtris heredibus firmiter habeatis, et poſſideatis uſque in viginti, et novem annos expletos, et ad completi vero viginti, et novem annos faciatis nobis renobare alium libellum per eadem convenienciam quod ſupra diximus de eodem ſervicio, quem nos conſtituimus in prephato monaſterio vos, et ad veſtros poſterioribus. Si autem inter hac Deus dignatus eſt me qui ſupra Wigelmum vocare me de hoc ſeculo quomodo ſupraſcripta terra quem vos ſupraſcripta domna Urania ſpirituali Abbatiſſa mihi conceſſa habetis quem ego aut meis heredibus non paruerit ex hoc mundo abſque omni contrarietate, aut moleſtacione eveniant, apud vos, et veſtris poſterioribus hac conceſſionem hujus terris in prephato Monaſterio. Et obligo me ego qui ſupra Manno judic. Scarione ſupraſcripti monaſterii pro juſſione ſupraſcripta domna Urania Spirituali Abbatiſſa, et poſteriores noſtros, et pars ſupraſcripti noſtri monaſteri tibi qui ſupra Wigelmi tuiſque heredibus defendere, et anteſtare amodo, et uſque in predictum conſtitutum ab omnes homines, ab omnique parte excepto ipſum terraticum quod eſt quarta parte de ſorti quattuor tibi ſorti tres, nobis dare debeatis ſortem unam, qua eſt quarta parte ad nos, et ad noſtros poſteriores. Si autem nos qui ſupra domne Uranie Spirituali Abbatiſſe vel noſtros poſteriores aut pars predicti noſtri monaſteris ſupraſcripta terra defendere, et anteſtare noluerimus, vel ſi tibi, aut ad tuis heredibus tollere, aut exinde diminuare voluerimus, vel ſi hunc ſcriptum per*

qua-

Digitized by Google

qualecumque ingenium , vel humana aſtucia dirrumpere , aut removere queſierimus , et omnia ſupradicta vobis , veſtriſque heredibus non compleverimus , centum auri ſolid. vizantei pena nos , & noſtros poſteriores , et pars ſupraſcripti noſtri monaſterii tibi ſupraſcripti Wigelmi et ad tuis heredibus componere , et dare obligamus . Si autem tu qui ſupra Wigelmus , aut ad tuos heredes in prephato monaſterio ſi non compleveritis , et non feceritis ea , qualiter ſupradiximus de hanc convenientia , et de ipſa quarta parte de ipſo terraticum quantumcumque inde de ſupraſcripta terra exierit ſi non dederis , et non compleveris in ſupraſcripto monaſterio centum ſolidos auri vizantei pena vos , et veſtris heredibus , quia ſic ſtetit , atque convenit inter nos , et inſuper hunc ſcriptum qualiter ſecundum legem ſtare poteſt firmum , et ſtabile permaneat . Et taliter noſ qui ſupra domna Urania ſpirituali Abbatiſſa una cum conſenſum ſororum ancillarum Chriſti noſtrique monaſterii , quam et erga nobiſcum habendo ſupraſripto ſcarione , et nobiſcum habendo verno Judice qualiter nobis congrum fui fecimus . Ex juſſione ſupraſcripta domna Urania Spirituali Abbatiſſa . Scripſit ego Johannes presbiter et notarius . Actu ſancta Maria in Cingla .

✠ *Ego qui ſupra Verno Judex .* ✠ *Ego Guſtabilo .*

A. 1089. Gemma Abbatiſſa alia quædam in Emphyteuſim conceſſit, ut hoc inſtrumento conſtat.

Ex originali in Archivo

† *In nomine Domini . Anno ab incarnacione ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octuageſimo nono menſe Auguſto duodecima indiccione : Memoratorium factum a nobis Paldolfus judex , et Rocci german. et filii quoddam Landoni judici , et Liopertus judex filius quoddam Johanni , et Jaquintus filius quoddam Jaquinti judicu , et Raimari filius quoddam Deodati , et France filius quoddam Bonifilii , et Jaquintus filius quoddam Malolfi , et Johanne presbiter filius quoddam Sikenolfi presbiteri , et Johanne presbiter filius quoddam Malolfi , et Amice presbiter fil. quoddam Johanni , et Lando presbiter fil. quoddam Atenolfi , et Falco presbiter fil. quodd. Johanni , et Deodatus presbiter fil. quodd. Longini , et Deodatus presbiter filius quoddam Adenolfi presbiteri , et Petrus diaconus filius Triſigii , et Viſancio , et Petrus germanus , et filius quoddam Johanni , et Petrus Pelle filius quoddam Joanni , et Petrus presbiter filius quoddam Petri , et Johannes fil. quoddam Lioti , et Petrus filius Landolfi toti habitatores de finibus Alliſe loco Prata de eo quod ante preſencia Iohanni judici , et aliorum teſtium combenit inter nos et Iohannes diaconus , et prepoſitus adque cuſtus eccleſia vocabulo ſancte dei genetricis , et virginis Maria , que eſt monaſterio puellarum , quod conſtructum eſt in loco , qui nominatur Cingla in qua domna Gemma religioſa Abbatiſſa praeſt , et una cum noticia , et voluntate ipſius domna Gemma religioſa Abbatiſſa , et per eadem conbenienciam voluntarie ſua guadiam nobis dedit Iohannes diaconus , et prepoſitus , ſeu cuſtus preſcripti monaſterii , ille erga ſecum habendo Landulfus judex Abbocat. ſupraſcripti monaſterii , et per eadem conbenienciam mediatorem nobis poſuit ſeipſum tali vero tinore ut amodo , et uſque in viginti , et nobem annos expletos , ipſa domna predicta Abbatiſſa , et ſuas ſucceſſores , et ipſu predictus Iohannes diaconus , et Prepoſitus , ſeu cuſtus jam dicti monaſterii , et ſuoi ſucceſſores , et pars predicti monaſterii dimittat nobis qui ſupra omnes prenominati , et at noſtros heredes tenere , et laborare , et excotere , et ad cultum perducere in parte internos , et parte ejuſdem Monaſterii integras ipſas terras quas uſque modo habuimus in ipſa balle , qua dicitur de Erimonio , et que dicitur balle ſancti Nicandri , que eſſe videtur in finibus jamdicta civitatis Alliſis infra pertinencia de jamdicto loce Prata , in eo quidem ordine , qualiter hic inferius declaratur . Itaque debeamus nos qui ſupra omnes pranominati et noſtres eredes amodo , et uſque in jamdictos viginti , et nobem annos completos integris predictis terris de jamdicta balle qui ſupra diximus cultis , et incultis tenere , et laborare qualiter diximus , quam et licenciam , et poteſtatem habeamus nos , et noſtros Eredes arare , ſeminare , et laboris ipſi cultare , metere , et recolligere annuali tempore ſuo juſta racionem , et omnes fruges , et labores , quod nobis Dominus annualiter dederit de ipſis predictis terris qua ſupradiximus amodo , et uſque in viginti et nobem annos expletos dibidere debeamus ipſos nos , et noſtros eredes cum parte ejuſdem monaſterii tempore ſuo ibique ad aree in nobem partes , nos et noſtros heredes tollamus exinde ſorti octo et ad partem ſupraſcripti monaſterii inde demus Sorte una , que eſt nona pars , et quando venerimus nos , vel noſtros heredes , labores ipſos ad metendum , et recolligendum , et conciandum annualiter faciamus nos , vel noſtros Eredes ſcire ad partem ſupraſcripti Monaſterii ut ibidem dirigat miſſum ſuum ad conſpiciendam , et recipiendam ipſum fruges , et labares , quod nobis dominus exinde dederit ipſam predictam ſuam nonam partem et per eadem conbenienciam , et per jam dictam guadiam , et fidejuſſorem obligavit ſe jamdictus Iohannes diaconus , et prapoſitus ſeu cuſtus una cum boluntate jam dicta domna Gemma religioſa Abbatiſſa , et ſuos obligavit ſucceſſores , et partem jam dicti monaſterii , ut amodo , et uſque in ſupraſcriptas biginti , et nobem annos expletos ipſa predicta domna Gemma religioſa Abbatiſſa , et ſuas ſucceſſores , et predictus Ioannes diaconus , et prapoſitus ſeu cuſtus , et ſuos ſucceſſores , et pars predicti monaſterii defendat nobis pranominati Paldolfi judici , et Rocci , et Lioti judici et Iaquinti , et Raimarii , et Franconi , et Iaquinti , et Ioanni presbiteri , et alii Iohanni presbiteri et Amiconi presbiteri , et Landoni presbiteri , et Falconi presbiteri , et Deodati presbiteri , et alii Deodati Presbiteri , et Petri diaconi , et Viſantii , et Petri , et alii Petri , et Petri presbiteri , et Iohanni , et Petri , et ad noſtros eredes integra jam dicta terra que ſupra diximus , qualiter ipſa terra nobis uſque modo tenuimus de jam dicta balle de Erimonie , et que dicitur balle S. Nicandri ſicut ſuperdiximus cum viis ſuis ibidem intrandi , et exiendi , et cum omnibus ſuis pertinenciis ab omnibus hominibus ab omnique partibus . Completi vero ipſi jamdicti viginti , et nobem annos expletos quatenus ipſa domna Gemma religioſa Abbatiſſa et ſuas ſucceſsores , et ipſum jamdictus Iohannes diaconus , et prapoſitus , ſeu cuſtus , et ſucceſsores ſuos et pars ſupraſcripti Monaſterii debeat nobis , vel ad noſtros eredes dare , et tradere , et firmare alia tale ſcripcione conbeniencia qualiter iſta legitur in alios viginti , et nobem annos expletos pro ſupra ſcripta racionem omni in tempore . Si autem ipſe qui ſupra jamdicta domna Gemma religioſa Abbatiſsa , aut ſuas ſucceſsores , et predictus*

Digitized by Google

dictus Ioannes diaconus , et prepoſitus ſeu cuſtus , aut ſuos ſucceſsores vel pars predicti monaſteris non compleverint nobis qui ſupra nominatis Paldolfi judici , et Rocci , et Lioperti judici , et Iaquinti , et Raimarii , et Franconi , et Iaquinti , et Ioanni presbiteri , et alii Iohanni presbitori , et Amiconi presbiteri , et Landoni presbiteri , et Falconi preſbiteri , et Deodati presbiteri , ea alio Deodati preſbiteri , et Petri diaconi , et Viſantii , et Petri , et alii Petri , et Petri presbiteri , et Iohanni , et Petri , vel ad noſtros heredes , ea omnia , et in omnibus per ipſum ordinem , et racionem , qualiter ſuperius legitur , vel ſi hunc ſcriptum conbenientie in quacumque parte refutare tentaberint centum ſolidos aureos uizanteos bonos pena ſe ipſe qui ſupra jamdictus Iohannes diaconus et prepoſitus , ſeu cuſtus , et ſuos ſucceſſores , et pars predicti Monaſterii nobis qui ſupra nominatis Paldolfi judici , et Rocci , et Lioperti judici , et Iaquinti , et Raimarii , et Franconi , et Iaquinti , et Iohanni presbiteri et alii Iohanni presbiteri , et Amiconi presbiteri , et Landoni presbiteri , et Falconi presbiteri , et Deodati presbiteri , et alii Deodati presbiteri , et Petri Diaconi , et Viſancii , et Petri , et alii Petri , et Petri presbiteri , et Iohanni , et Petri , et ad noſtros heredes componere et dare obligaverunt per jamdictam guadiam , et predictam medietatem , quia ſic ſtetit , atque conbenit inter nobis . Scripſit ego Andrea notarius , et fuit intus in curte Sancta Maria .

† *Ego Iohannes diaconus , et Propoſitus .* † *Ego qui ſupra Iohannes Iudex .*

Omnia hæc monumenta ex autographis exſcripſimus in archivo noſtro aſſervatis , ne iulo prorſus immutato . De ignorantia notariorum , & barbarie in diſſ. 1. agendum . Ex illis vero omnibus liquet ad monaſterium S. Mariæ in Cengla iterum rediiſſe ſanctimoniales ineunte Sæc. XI. ac forte etiam antea , ut videre eſt in judicato Anni 999. quod diſſ. prima dabimus . Quamquam vero ex allatis jam inſtrumentis A. 961. 964. & 965. Sanctimoniales apud Cinglam fuiſſe appareat , ne id tamen certo affirmemus , impedit authoritas diplomatum Paldulphi , & Landulphi a. 970. atque Otthonis II. anno 981. quæ Capuam adhuc illas incoluiſſe ferunt . In Bulla Urbani II. a. 1098. in qua lis deſcribitur orta inter cœnobium Caſſinenſe, atque Abbatiſſam S. Mariæ de Capua , quæ monaſterium S. Mariæ de Cingla ſibi vindicabat , refertur etiam cauſam Caſſinatibus fuiſſe adjudicatam hiſce verbis : *Quibus omnibus inſtructi certius ſumus Cinglenſem cellam ab ipſo fundationis exordio ad Caſſinenſe cœnobium pertinuiſſe et per Caſſinenſis Abbatis voluntatem Sanctimonialium ibi congregationem fuiſſe diſpoſitam ; ſic poſt multas tandem dilationes negotii veritate perſpecta , communicato cum fratribus noſtris epiſcopis ſeu Rom. eccleſiæ Cardinalibus Iudicibuſq; conſilio venerabili Fratri Oderiſio Abbati veſtro Cinglenſe monaſterium ex integro reſtituimus , ita tamen ut de loco ipſo Sanctimoniales minime expellantur , ſed ſemper illic puellarum Dei Congregatio converſetur tanto ut ſperamus religioſius quanto ſanctiori patrono , monaſterioque commiſſa ſunt ſalva in omnibus ſedis Apoſtolicæ reverentia , quam ſcilicet reſtitutionem literis preſentibus ratam et inviolatam perpetuo manere decernimus etc.*

Hanc Bullam integram dabimus cum de archivi Caſſinenſis authoritate . Rem iterum Abbatiſſa agitare cœpit tempore Paſchalis II. ut ex hac ejus Bulla conſtat .

PASCHALIS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri , & compresbitero Oderiſio Caſſinenſi Abbati ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem . Ex originali in Archivo. *Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſollicitos eſſe , & que recte ſtatuta ſunt ſtabilire . Ea perpetuo cœnobii veſtri cauſam de Cinglenſi cella nequaquam ſtatu illo dimovendam duximus , qui a domino predeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ Urbano ſcripti aſſertione inſtitutus agnoſcitur . In Melfitana ſiquidem Synodo , quam largiente Domino , noſtræ ordinationis anno ſecundo ſolemniter celebravimus ,* nota. *Abbatiſſa , quæ Cinglenſem cellam ante tenuerat vehementius reclamavit ſe perperam tractatam , ſe paſſam injuriam aſſeverans . Cumque confeſſum totum ſuis queſtibus implevisset communis filius Johannes eccleſiæ noſtræ diaconus abſentiam tui gravatus tandem ſurrexit , & negotium id canonice definitum expoſuit . Cujus mox relationi confrater noſter Oddo epiſcopus Oſtienſis teſtimonium contulit dicens vere Abbatiſſam de Cella illa domini Urbani Papæ judicio reveſtitam vere poſt menſes tres ad Barenſe concilium invitatam , quo cum non iverit , nuntium deſtinavit .* nota; *Ille negotii finem ſubterfugiens , Abbatiſſam non plenius reveſtitam clamabat , quia quaſdam cellæ cartas defenſionisve neceſſarias minime recepiſſet . Unde actum fuit , ut per manum domni Roffridi Beneventani epiſcopi cartæ ipſæ non ante requiſitæ in conſpectu concilii redderentur . Mox Papa Beneventum regreſſo iterum Abbatiſſa per litteras ut Sinueſſam veniret vocata eſt . Cum nec Sinueſſam veniſſet , nec quid gravaminis pati ſe illa juſte conquereretur ad S. Germani oppidum , quod Caſini Monti adjacet veniendi accepit inducias , venit tandem , ſed cauſam aggredi recuſavit conquerens adhuc , quia non omnia Cinglenſis cellæ monimenta receperit . Fratres vero Caſſinenſes Sacramento probare preſto fuerunt ſe nec plures , nec alias in eodem loco cartas , quam reddiderant inveniſſe . Illa quibuſdam noſtrum clam munimina cartarum oſtendens , ad Pontificis conſpectum producere noluit , Tandem domini Urbani Papæ ad concordiam ſuadentis , noſtriſque commonitionibus parvipenſis clam diſcedens judicio locum dedit . Sic Dominus noſter Sanctæ in Chriſto memoriæ Papa Urbanus relectis diligentius Romanorum Pontificum decretis Imperatorum preceptis loci fundatoris cyrographis , cellam ipſam Caſſinenſi cœnobio reddidit in perpetuum poſſidendam . Illa quippe Abbatiſſa procurata abſentia juxta canonum ſanctiones pro confeſſione habenda cunctis a Fratribus qui tunc aderant epiſcopis ſeu Cardinalibus cenſebatur . His verbis confratris noſtri Oſtienſis epiſcopi , Albertus quoque nunc Sipontinus epiſcopus , hujus autem actionis tempore tranſacto Romanæ eccleſiæ Cardinalis presbiter , quia & ipſe interfuerat teſtificationis ſuæ ſuffragium copulavit . Romani etiam judices Petrus , & Raimbaldus negotium illud ſe preſentibus pertractatum perhibuerunt ſe etiam & Romanæ legis libris* nota; *ſententiam proferentibus . His perauditis grave nobis videri diximus ut quæ ab anteceſſoribus noſtris deciſa fuerant retractarentur . Ceterum Abbatiſſa illa vehementius inſiſtente fratribus noſtris epiſcoporum quibuſdam precepimus , ut in partem euntes ex conſilio reſponderent utrum cauſa hæc retractanda utrum*

rum

rius videretur. Regreſſio Brunone Signino epiſcopo proloquente dixerunt rationabile, ac juſtum ſibi domini Papæ judicium videri, ratumque id habendum tamquam canonico ordine pertractatum. Et nos ergo in eodem ſtatu ſemper manere cenſuimus, & ſicut tunc verbo, ita & nunc ſcripto ſancimus Cinglenſem cellam ſub diſciplina ſemper religionis monaſtica diſponendam ad jus ſemper, & poſſeſſionem Caſſinenſis monaſterii pertinere. Si quis vero hujuſce definitionis, & confirmationis tenore agnito obviam ire, & cellam illam a Caſſinenſi cœnobio ſeparare preſumpſerit ipſe quoque ab eccleſiæ corpore eccleſiæ judicio ſeparetur. Scriptum per manum Petri notarii Regionarii, & Scriniarii ſacri Palatii. Ego Paſchalis catholica eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Datum Lateranis per manum Johannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis II. Kal. Aprilis Indictione IX. Anno dominicæ incarnationis Milleſimo centeſimo ſecundo. Pontificatus autem domini Paſchalis ſecundi anno II. Adeſt ſigillum plumbeum pendens.

Sententiæ Paſchalis meminit lib. 4. cap. 70. Petrus Diaconus, qui ibidem refert, iterum ſub Calliſto II. obortam litem, quæ tandem dirempta ſit poſtquam Rainulphus Calatiæ Comes Calliſti juſſu Cinglenſe cœnobium Caſſinatibus reſtituit poſthabita Abbatiſſa cui antea favebat. Quatuor a Calliſto II. ſcriptæ epiſtolæ ad Alpheradam Abbatiſſam, treſq; ad Rainulphum Comitem extant in Regeſto Petri Diaconi fol. 31. & 32. a. to. num. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. & 57. eaque ad Otthonem Archiepiſcopum Capuanum eſt hujuſmodi &c. *Caliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Otthoni Archiepiſcopo Clero & populo Capuano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Noverit dileccio veſtra nos A. Abbatiſſam monaſterii S. Mariæ de Capua quater, & eo amplius noſtris litteris, & nunciis monuiſſe, ut Caſſinenſes Fratres de Cinglenſi eccleſia B. Mariæ, de quo videlicet injuſte ſpoliati fuerint reveſtiret; porro ipſa nequaquam noſtris monitis obedivit, immo contemptui obſtinaciam addens, ſe in cauſa hac nunquam nobis obſequituram reſpondit. Ea propter nos contumaciam illius habenis ſeveritatis eccleſiaſtica refrenandam, & ſuum B. Benedicti Monaſterio duximus juſticiam conſervandam, unde in prædicta Cinglenſe Eccleſia, & in ipſo eciam Capuano B. mariæ monaſterio divina omnia officia interdicimus eandem Abbatiſſam a monaſterii regimine ſequeſtravimus, & tam eam quam fautores ejus in cauſa hac excommunicacioni addiximus. Tibi ergo Kariſſime frater Archiepiſcope præcipiendo mandamus, ut in eodem B. Mariæ monaſterio nullum divinum officium celebrari permittas Datam hanc a nobis interdiccionis, & excommunicationis ſententiam per tuam Parrochiam nunciari facias & teneri. Vobis autem clericis & laicis omnimodo prohibemus ne contra interdictum noſtrum eccleſiam ipſam ingredi, aut cum excommunicatis participare ullatenus preſumatis.*

Petrus Diac. lib. 4. cap. 53. reædificatam a Gerardo Abbate hujus parthenonis eccleſiam refert hiſce verbis. *Pari etiam modo in Aliphano territorio eccleſiam S. Mariæ in Cingla a fundamentis diruens magnificam, & ſpecioſiſſimam ad ſimilitudinem hujus eccleſiæ S. Martini in priori loco renovavit.* Michael Monachus in Sanctuario Capuano p. 471. ſeriem refert Abbatiſſarum S. Mariæ in Cingla, & S. Mariæ de Capua, earumque regiminis annos, exſcriptam ab emortuali S. Mariæ de Capua, quod, teſte Peregrinio in ſerie Abbatum Caſſinenſium fol. 30. editum eſt tempore Abbatiſſæ Sikelgardæ de Petruro circa a. 1123. Ut mirum non ſit nomina ibi, annoſque Abbatiſſarum diſſore ab iis, quæ in noſtris monumentis recenſentur, pluresque Abbatiſſas monaſterii Cinglenſis illi S. Mariæ de Capua tribui. Operæ pretium hic nobis videtur memoratorium referre a Dodone Præpoſito, & cuſtode hujuſce monaſterii factum, in quo plures Pratæ indigenæ fatentur prædia quædam ad eccleſiam ejuſdem cœnobii pertinere, atque inde eruitur Rodbertum fuiſſe Aliphanum epiſcopum, cujus nulla apud Ughellium in deſcriptione Epiſcop. Aliliph. mentio, ut ſupra diximus.

† In nomine Domini Anno incarnacionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo menſe Auguſto octava Indictione. Cauſarum diffiniciones, ac licium determinaciones ſcriptis comprehendere ne memoria auferantur non eſt omittendum ſed pocius perficiendum. Igitur a me Dodone monacho atque præpoſito, ac cuſtode eccleſiæ S. Mariæ de loco Cinglæ memoratorium factum eſt ex hoc quod in preſencia domni Rodberti Allifienſis epiſcopi, ubi aderas Johannes Allifianus judex, & Arnaldus filius quondam Oddoni cognomento de Buſcione & alii plures viri habendo nobiſcum Landolfum advocatum præfatæ noſtræ eccleſiæ conjunximus nos in judicio cum Jaquinto filio quondam Petri, & Falco filio quondam Petri, & Prato filio quondam dodati, & cum Ubberto filio quondam Johannis, & cum Petro Rufo, & Johanne germanis & filiis qm. Landolfi, & Johanne filio quondam Longini presbiteri, & Aczo filio qm. Guidi, & cum Tanſo filio qm. Murici, & cum Johanne filio qm. Iohannis presbiteri, & Petro filio qm. Iohannis, & Leone filio qm. Aczoni, & Iohanne filio qm. Iaquinti, & cum Ubberto, & Riccardo filiis quondam Ubberti, & Landone archipresbitero filio qm. Dodati, & cum Griſo filio qm. Frankonis, & Iohanne filio qm. Petri, & Mazamauro filio qm. Iohannis habitatoribus in loco Prata pro definiendis cauſacionibus illis, quas ſæpe habuimus de terris pertinentibus jamdicta noſtra eccleſia quæ eſſe videntur in pertinenciis de prephata Prata in loco Strupeda, & loco Putaliſci, & loco Ceſe Meroaldi, & in loco Gattucini, & loco Ceſe de Libertini, & in loco poſta, & ſunt infra hos fines & indicaciones. Terra quæ eſt in predicto loco Strupeda eſt inter hos fines: &c. (deſcribuntur fines) *cumque conqueſti eſſemus contra eos, ut prephatas terras malo ordine, & contra racionem retinerent, & ipſi non haberent ullas juſtas raciones, cum quibus praſcriptas terras jure, ac legaliter vendicare poſſent. Statim in eodem judicio ſponte, ac voluntarie per eorum convenienciam manifeſtaverunt, & obligaverunt ſe ſuoſque filios, & heredes in perpetuum nobis, & ſucceſſoribus noſtris & parti jamdicta noſtra eccleſia de omnibus prædictis terris infra ſupraſcriptas fines, & indicaciones, & guadiam unuſquiſque dedit ſcilicet ſupradictus Jaquintus, & Falco, & Prato, & Ubbertus, & Petrus Rufus, & Johannes Germanus ejus, & Johannes, & Aczo, & Tanſo, & Johannes, & Petrus & Leo, & Johannes, & Ubbertus, & Riccardus, & Lando archipresbiter vice ſua, & vice, & parte Liotolfi germani ſui, & Griſo pro vice ſua, & vice, & parte Beraldi, & Iohannis germanorum ejus, & Iohannes vice ſua, & vice, & parte Lupi germani ſui, &*

Ex originali in Archivo.

Mazamaurus prephato Landulfo advocato noſtro ſub penam inferius declaratam, fidejuſſores poſuerunt unuſquiſque ſe ipſum ad pignerandum ſe ſuoſque filios, & heredes ſecundum legem ſi de omnibas ſuprascriptis terris cum ſuis ſupradictis finibus, & cum omnibus ſuis pertinenciis, & adjacenciis, atque inferioribus, & ſuperioribus ſuis, & omni earum rerum edificio, & ſuperficie, & redditu earum contra nos aut noſtros ſucceſſores aut partem prephata noſtra eccleſia praſumpſiſſent agere cauſare qnolibet modo per ſe, aut per ſuppoſitam, vel ſummiſſam ab eis perſonam per aliquam inventam racionem, aut ſcripturam, vel per quodlibet ingenium quod humana mens in ſe cogitare aut invenire poſſit, aut ſi apparuerit aliquod factum, vel ſcriptum quod alteri parti factum haberent, quod nobis vel noſtra eccleſia aliquomodo nocere poſſit, & ſi nos, & ſucceſſores noſtros, ſupraſcripta noſtra eccleſia pacifico, & quieto ordine ſupraſcriptam terram tenere & habere non permiſerint, aut ſi litem, vel controverſiam contra nos movere preſumpſerint, aut ſi nos quietos, & pacificos inde eſſe non permiſerint, & ſi ipſi exinde taciti, & ab omni jure remoti non permanſerint, vel ſi hoc ſcriptum obligacionis, atque manifeſtacionis in quavis parte refutare temptaverint, & omnia, que ſuperius ſcripta ſunt inviolabiliter in perpetuum non obſervaverint tunc obligaverunt ſe ſuoſque filios, & heredes in perpetuum nobis ſupraſcripto Propoſito Dodoni ſucceſſoribuſque noſtris, atque parti ſupradicta noſtra eccleſia, ſe eſſe compoſituros, & componant ſolidos aureos bizanteos bonos centum, & ſoluta pena taciti, & quieti maneant exinde inviti per ſupraſcriptas guadias, & fidejuſſores qui obligaverunt nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & parti prephata noſtra eccleſia ad pignerandum omnes res illorum eorumque heredum uſque ad legem. Quod vero ſcriptum obligacionis atq; manifeſtacionis ſcripſi ego Johannes notarius, & interfui. Actu Alliſie loco Prata. † Ego qui ſupra Rodbertus Epiſcopus. † Ego qui ſupra Johannes Judex.

Qua demum cauſa Sanctimoniales hoc cœnobium incolere deſierint, incompertum: illud conſtat Petrum Abbatem A. 1178. die 18. Januarii hujus eccleſiæ redditus veſtimentis monachorum deputaſſe, quod bullis Alexandri III. Clementis III. Honorii III. aliorumque confirmatum. Quare Sanctimoniales eo certe tempore ibi non erant. Hactenus memoratam eccleſiam ejuſque bona poſſident Caſſinates.

Ex autographis in archivo noſtro liquet ineunte ſæculo XI. ac forte ſub finem decimi Cinglam tunc proprios habuiſſe incolas, quod clarius ab inſtrumentis eruitur anni 1237. & ſeqq. in quibus etiam aſſeritur ſuburbium habuiſſe.

Cœnobium S. Sophiæ de Benevento.

Celebre quoque Caſſinatibus ſubditum fuit Sanctimonalium cœnobium S. Sophiæ apud Beneventum, de cujus conſtructione, atque Arichi Beneventano principe hæc habet Erchempertus Hiſt. ſuæ n. 3. apud Peregrinium. *Infra Beneventi autem mœnia templum Domino opulentiſſimum, ac decentiſſimum condidit, quod Graco vocabulo* * Αγίαν Σοφίαν, *ideſt Sanctam Sapientiam, nominavit,* * *ditatumque ampliſſimis pradiis, & variis opibus Sanctimoniale cœnobium ſtatuit, idque ſub* * *jure D. Benedicti in perpetuum tradidit permanendum.* Templum S. Sophiæ conſtrui cœptum a Giſulpho

* *Agian Sophiam* litteris latinis
* dotatumque.
* nomine.

II. Arichis parente affirmat Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 6. hiſce verbis: *Iſte Giſulfus cœpit ædificare eccleſiam S. Sophia in Benevento, quam cum morte praventus explere non poſſet, Arichis, qui ei ſucceſſit, mirifice illam perfecit, ibique Sanctimonialium cœnobium ſtatuens, monaſterio S. Benedicti hic in Caſſino conceſſit ſicut in ſequentibus oſtendemus.* Et cap. IX. fuſius erectum hoc cœnobium in hæc verba teſtatur. *Hic (Arichis) intra mœnia Beneventi templum Domino opulentiſſimum, ac decentiſſimum condidit quod Graco vocabulo* ΑΓΗΑΝ ΞΩΦΗΑΝ, *ideſt Sanctam Sapientiam nominavit. Ditatumque ampliſſimis pradiis, & variis opibus, ac Sanctimonalium cœnobium ſtatuens germanamque ſuam ibidem Abbatiſſam efficiens cum omnibus omnino pertinentiis, & poſſeſſionibus ejus id ſub jure B. Benedicti in monte Caſſino tradidit in perpetuum permanſuram. In quo videlicet templo Sanctorum martyrum XII. Fratrum corpora, diverſis in locis per Apuliam in quibus & decollati fuerant quieſcentia honorabiliter allata ad tutelam, & honorem Patria in ſingulis capſis pariter ſub uno altare recondidit, poſtmodum vero corpus pretioſi martyris Mercurii, nec non & aliorum tam martyrum, quam confeſſorum numero triginta, & unum ſancta corpora ex diverſis Italia partibus per tempora diverſa indeptus ibidem nihilominus attulit, & per diverſa Altaria in circuitu majoris Altaris ſatis reverenter locavit, ubi dum maxima devotione quoniam vicinum loco illi palatium erat frequentem conſuetudinem in oratione pernoctandi haberet fertur quadam nocte oranti illi Sanctos XII. Fratres apparuiſſe, eumque pariter inclinatis amicabiliter vultibus ſalutaviſſe. Quos dum torvo nimis aſpectu exteros quoslibet eſſe exiſtimans, quinam illi eſſent, qui nocturno tempore Sanctimonialium clauſtra ſic audacter ingredi praſumpſiſſent inquireret, illi leniter arridentes; Nos, inquiunt, ſumus o Princeps quos tua devotio per diverſa repertos loca ſummo huc ſtudio detulit. Quod nobis quidem quam bonum, & quam jocundum, ſibi autem quam ſit Divina pietate proficuum, ultima dies oſtendet. Et his dictis ſubito Principi viſio, qua videbatur, diſparuit. In quo etiam monaſterio eccleſiam S. Modeſti, quam nuper intra eandem civitatem quidam Leonianus conſtruxerat, eique omnem ſuam ſubſtantiam per cartulam offerens in arbitrio prafati principis illam reliquerat, ipſe per ſuum præceptum poſtmodum cum omnibus ejus pertinentiis obtulit, & confirmavit.*

Ampliſſimæ huic cœnobio factæ donationes ab Arichi, aliiſque Beneventanis principibus, privilegiaque a Romanis pontificibus, atque imperatoribus eidem conceſſa exſcribuntur ab Ughellio in deſcript. Archiep. Benevent. To. 8. Ital. Sac. col. 26. & ſeqq. & in ejuſdem cœnobii Chronico ab eodem edito To. X. ex quibus conſtat plures habuiſſe ſubditos.

Ut vero hujus cœnobii Sanctimoniales rite deinceps in S. Regulæ obſervatione perſtarent, juſſu Arichis Abbati, ac cœnobio Caſſinenſi ſubjectæ ſunt hoc diplomate ex reg. Petri Diaconi fol. 79. a ro. num. 175.

In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti. Dum nos Arechis piiſſimus, atque excellentiſſimus princeps gentis Langobardorum motus Dei omnipotentis miſericordia, & redempcione anima mea ſeu pro ſalvacione gentis noſtra, & patria concedimus in

Mona-

Digitized by Google

Monaſterio B. Benedicti, quod ſitum eſt in caſtro Caſino ipſum monaſterium S. Sophia, quam a fundamentis edificavi & ſervis, & ancillis, & hereditatem per diverſas loca illum ditavit, & hac noſtra poteſtate firmatum, ut ipſo monaſterio ſit ſub jure monaſterio B. Benedicti, & ejuſdem Abbas qui eſse videtur in caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus requieſcit, & nullus quiſpiam epiſcopus, aut quilibet ſacerdos, aut judex ibidem aliquod præſumat ordinare, niſi quem Abbas ejuſdem B. Benedicti ordinaverit, aut diſpoſuerit ſtabilem, atque roboratum permaneat. Quod vero preceptum firmitatis ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi ego Grannus notarius. Actu Beneventu in feliciſſimo palacio, in anno ſeptimo decimo, menſe Novembrii, per Indiccione tercia decima feliciter.

Decimus ſeptimus annus Arichis atque indictio decima tertia cum anno Domini 775. conveniunt nam Aeichis anno 758. imperare cepit.

Ut vero aptius Præpoſitus Sanctimoniales egeret, idem Arichis eccleſiam S. Benedicti non longe a parthenone eidem attribuit, ut ex hiſce memoratæ donationis verbis conſtat: *Obtuli ex tuis donis, atque datis in primis Eccleſiam S. Benedicti loco, qui vocatur Xenodochium quod poſitum eſt juxta ipſum monaſterium cum omnibus ſuis pertinentibus. Hoc etiam ſtatuimus, ut Præpoſitus jamdicti S. Sophia monaſterii ibi ſedeat, ibique ſit poſtea ad hoſpites ſuſcipiendos. Pro quo & addimus ut decima omnium frugum ibi annualiter ex monaſterio detur ad ſtipendium peregrinorum, & ſicut ab antiquis rectoribus prædicta S. Benedicti eccleſia poſſeſſa fuit amodo & deinceps S. Sophia monaſterii poteſtati ſubjaceat.* Hoc monaſteeium Leo Oſtienſis cap. 46. cellam cœnobii Caſſinenſis vocat. De eo infra fuſius agendum.

Ad plura ſecula ibi permanſere Sanctimoniales, cum demum circa medium ſæculum X. ut credimus, Abbas illuc, & monachi invecti. In duobus quippe privilegiis Paldulphi, & Landolphi Beneventi principum A. 961. ideſt decimo octavo Paldulphi, & ſecundo Landulphi ejus fratris Abbas ibi fuiſſe legitur nomine Azzo. Duo hæc privilegia extant in Chronico S. Sophiæ col. 439. & 440. In primo tamen lapſus eſt cum dicitur: *Ejuſque Filii A. ſecundo Indictione quartadecima*; nam Paldolphus Caput ferreum cum patre imperare cepit ab a. 943., cum Patre, & fratre Landulpho tertio ab a. 959. cum memorato Landulpho ab a. 961. cumque filio Landulpho IV. ab a. 968. quare in autographo legendum: *ejuſque fratris:* Atque A. 961. indictio IV. erat. In altero etiam privilegio mendum quoque in indictione cubat, neque Landolphus filius dicitur Paldolphi.

Idem Leo lib. 1. cap. 36. de Ludovico II. Imperatore, qui a. 867. Beneventi verſabatur agens hæc ſcribit: *Ibi itaque cum in ejus obſequio Abbas Bertharius moraretur, Oratorium parvum, quod intra monaſterium S. Sophia prædeceſſor ſuus Abbas Baſsacius inchoaverat omni diligentia ſtudioque complevit, & in honorem S. patris Benedicti a Stephano Teanenſis eccleſia præſule conſecrari fecit.* Et cap. 39. *Circa hos dies Pergolfus præpoſitus noſter de S. Sophia proclamavit in placito Heroici judicis Beneventani ſuper quemdam Lioprandum de curte, quæ eſt in loco, qui dicitur Pantanum ad vicum de Atriano quam idem Lioprandus dudum invaſerat, & oſtenſa ratione qualiter quidam Urſus cum uxore ſua Venera nomine obtulerat eam cum omnibus rebus ſubſtantia ſua in eccleſia S. Benedicti, quæ conſtructa eſt juxta Beneventum in prædicto loco Pantano cella hujus cœnobii judicante prædicto Heroico recollegit eam. Per hos etiam dies Adelchis princeps Beneventanus rogatus a Criſcio præpoſito S. Sophia per præceptum conceſſit huic monaſterio totam omnino ſubſtantiam Potonis cujuſdam nobilis cum omnibus rebus ac pertinentiis ſuis. Idem quoque præpoſitus alio præcepto adquiſivit ab Ajone principe cuncta quæ Poto Gaſtaldeus filius prædicti Potonis poſſidere videbatur in pertinentiis Aliphanis, & Teleſinis, ad opus videlicet & utilitatem monaſterii hujus. Dei terris nihilominus præfati S. Benedicti de Benevento quæ ſunt in Valle de Candas idem præpoſitus in præſentia Principis Adelchis ſuper Rodelgrimo quodam qui eas fraudolenter receperat proclamans protinus illas recepit: data ab eodem Principe publica juſſione, ne quis eſset deinceps qui abſque noſtri Abbatis licentia aliquas terras noſtri Monaſterii aliquo modo reciperet: propterea quia prædictus Rodelgrimus decepto Amelfrid monacho noſtro, neſcio Abbate quaſi ſub libello eaſdem terras receperat. In preſentia quoque Ludoici judicis proclamavit ſuper Guandelmario quodam infantulo de una Curte monaſterii S. Sophia in loco qui dicitur Faſſono, prope Beneventum quam idem infantulus retinebat ejuſque illam judicio recollegit.*


Cap. 49. poſtquam captum a Symbaticio Patritio XV. Kal. Novembris a. 891. Beneventum narravit Leo ſubdit: *Hic Symbaticius cum eſſet Imperialis Protoſpatarius, & ſtratigo Macedonia, Tracia, Cephalonia, atque Langobardia, Entilma fecit prædicto Abbati de monaſterio S. Sophia de Benevento, & S. Maria de Cingla, & S. Maria de Plumbariola terribiliter ex parte Imperatorum præcipiens, ne quis eſset qui in cauſis ac poſseſſionibus prædictorum cœnobiorum Caſſinenſi cœnobio ſubjectorum aliquo modo aliquam injuſtitiam inferre, ſeu violentiam inferre præſumeret, quod ſi aliquis in eis delinqueret, iram imperatoriam pro certo ſe experturum ſciret.* Entilma ſeu præceptum Symbaticii extat in regeſto Petri Diaconi fol. 65. num. 136. eſtque hujuſcemodi: *In nomine Domini. Ego Simbaticio. Imperialis Protoſpatharius, & Stratigo Macedonia, Tracia, Cephalonia, atque Longibardia dum reſiderem in Dei nomine intus palacio Beneventi Entilma facio tibi Ragemprando venerabili Abbati monaſterii S. Benedicti, qui edificatum eſt caſtro Caſino. Inſimul & tibi Criſſio medico & præpoſito monaſterii S. Sophia, qui adificatum eſt intus Beneventum, qui ſubjecta eſt cœnobio S. Benedicti ſimiliter, & monaſteria puellarum S. Maria de Plumbariola. Simul & S. Maria de Cingla, qui reſidet juxta fluvium Vulturnum ubicumque fueris de iſta prædicta quattuor monaſteria rebus ſervos vel ancillas. Non ſit quiſcumque homo, qui audeat, aut præſumat facere aliquit contrarietatem, aut leſionem cauſam de prædictis monaſteriis, ſimulque & res S. Sophia quas habet in Sancto Johanne de Valle Polluci, & ſimiliter de Aſculo, vel in quacumque terra ſeuque civitate, habueris rebus, & loca Dominacio Sanctorum Imperatorum ut nullam applicacionem, aut forciam faciant ibidem ſervi de Sanctorum Imperatorum, nec in monaſteriis ſeu cellis, vel Cellulis, ſive Curtis, & omnibus pertinenciis veſtris, neque de cunctis ſervis,*

Preceptum Symbaticii Protoſpatharii,

& ancillis, aut de veſtris ſubjectis, quibus in caſit de veſtris pertinenciis ſedeunt, & nullam dacionem aut tributum, ſive portaticum aut portunaticum, vel ripaticum a vobis. vel a monachis veſtris, atque ſervis, & ancillis veſtris. Sive ab omnibus hominibus qui in veſtris monaſteriis ſubditi, vel commenditi ſunt, ut nullus homo præſumat exinde aliquit tollere, vel contrare res, domos, ſervos, vel ancillas tam omnia & in omnibus, quibus in prædictis monaſteriis conceſſa ſunt a Regibus Francorum ſive a Principibus Langobardorum, vel per præcepta ſignata, & omnia, quæ per cartis, vel oſfercionis ſive per empcion., ſeu qualitercumque conceſſum habetis, vel amodo, & in antea quocumque modo fuerit conceſſum, ut amodo & ſemper pro ſtatu ſanctorum Imperatorum, & illorum mercedem vos, & veſtri ſucceſſores omnia, quæ ſuperius legitur firmiter poſſideatis & ſecuriter, & nullus homo præſumat de ſua civitate monachos qualicumque a majore uſque ad minimum de prædictis monaſteriis de ſuis habitacionibus foras eos eicere, aut qualibet nova conſuetudine in eoſdem monachos vel in ipſa cœnobia, & eorum pertinenciis facere pro eo quod vos die noctuque pro ſanitate, & proſperitate Sanctorum Imperatorum & per omnium illorum exercitum in mercede eorum Dominum Deum exoratis, & innoteſcimus vobis Chriſtianis omnibus, qui fideles eſtis, & honoratis ſanctiſſimis Imperatoribus, epiſcopas omnes Domino ſervientes, a protoſpathariis, ſpathariis, candidatis, & ſpathariis cartulariis, & Protonotarei, Thromarcis, Armeni, Græci ſeu & Longibardi gaſtaldeis, ſeuque omnibus hominibus a majore uſque ad minores, qui fideles ſunt Deo, & Sanctorum Imperatorum videntes, & cognoſcentes iſtam noſtram Entilmam, & ſic ipſa pleniter deſervetis & firmiter adimpleatis ſicut ſupra continet, & quomodo pro ſtatu Sanctorum Imperatorum ad hæc per ſcripta quattuor monaſteria firmavimus, & qui iſtam Entilmam non obſervaverit eam non adimpleverit, ſciat ſe eſſe damnatum contemptor & offenſor deo, & Sanctorum Imperatorum, & Dei ira & noſtra ſuper ſe induceret, & magnum patibulum. Qui vero hanc Entilma noſtra bullamus cum bulla noſtra plumbea menſe Junio decima Indiccione. Cap. 54. relata permutatione inter Johannem primum Abbatem noſtrum, ac Beneventi principes Landulphum & Atenulphum facta addit. *Sciendum autem quoniam prædictam curtem de Petra mellaria pro cambio nobis dedere præfati Principes, & recepere a nobis curtem de Pantano prope Beneventum, & obtulerunt eam in Sancta Sophia, quæ videlicet obedientia erat Monaſterii hujus.* Hujus permutationis monumentum in Diſſ. I. dabimus. Cap. 58. hæc habet Leo Oſtienſis. *Per idem tempus cum monaſterium S. Sophiæ de Benevento Principum violentia per annos aliquot ab hoc cœnobio ſubtractum fuiſſet, hic idem Abbas oſtenſis Romanorum Pontificum regumque præceptis, qui prædictum monaſterium in hoc loco firmaverant recollegit illud, & ſub dicione monaſterii hujus redegit. Poſthac cum a ſupradicto domno Marino Papa Romæ evocatus fuiſſet eique quoniam magna prudentia ac potentia videbatur Abbatiam S. Pauli idem Pontifex commiſiſſet, rurſus a Principibus monaſterium S. Sophiæ pervaſum & a noſtra dicione ſubductum eſt. Sub his ferme diebus cum defuncto Marino, Agapitus in ſede Apoſtolica ſucceſſiſſet eique ſuper hoc idem Abbas conqueſtus fuiſſet ſcripſit protinus prædictis Principibus idem Apoſtolicus increpans eos acriter cur talia agere præſumpſiſſent: monens pariter & obſecrans; ut idem monaſterium præfato Abbati ſine aliqua mora ex integro reſtituerent, quod ſi aliter facerent ſcirent ſe vinculo anathematis innodandos. Hujus imperio parens protinus Atenulfus princeps, & ipſum Monaſterium Abbati noſtro reſtituit, & per ſuum præceptum quemadmodum a domno Arichis primitus hic oblatum fuerat cum omnibus quæ ibi poſtmodum a ſingulis Principibus conceſſa ſunt in hoc cœnobio in perpetuum confirmavit.* Extat hujuſce privilegii Landulphi I. & Atenulphi III. atque Landulphi II. autographum in archivo noſtro a. 943. datum eſtque hujuſcemodi.

In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni, Landolfus, & Atenolfus & Landolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitionibus dilectorum ſuorum juſte petentibus omnibus clementer favet. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quoniam nos Atenolfus miſericordiâ Dei Princeps pro mercede, & redemptione animæ noſtræ, quam, & per rogum Baldoin venerabilis Abbas cariſſimo Patri noſtro conceſſimus, atque confirmamus in ipſo ſacratiſſimo cœnobio Beati Benedicti, ubi ipſe prædictus venerabilis Abbas praeſſe videtur integrum ipſum monaſterium S. Sophiæ, cum omnibus ſuis pertinenciis, ſicut a Domno Arechiſio glorioſo principe ibi oſferta, atque conceſſa ſunt, vel omnia, & in omnibus quantum a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris ibi afferta, atque conceſſa ſunt, ita ut neque a comitibus, gaſtaldeis, ſeu judicibus noſtris, neque a nullo quempiam homine habeat exinde prædictum cœnovium, aut ejus rectores quamcumque moleſtacionem, aut contrariotatem, ſet a præſenti, & deinceps perpetuis temporibus prædictum ſanctum cœnobium ejuſque rectores habeant, & poſſideant jam dicta omnia in requieta, faciendo exinde quod voluerint in ſupradictâ racione, quemadmodum prædicti noſtri anteceſſores glorioſi principes inſtituerunt, atque diſpoſuerunt. Porro ut hoc quod jubemur ab omnibus immobiliter obſerbetur, manu propriâ ſcripſimus, & anulo noſtro juſſimus ſigillari.

Signum domni Atenolſi glorioſi Principis



Urſus clericus, & ſcriba ex juſſione ſupradicta pote-

poteſtatis ſcripſi. Data tercio Kalendas Februarias in anno quadrageſimo tercio principatus domni Landolfi glorioſi principis, & decimo anno principatus domni Atenolfi, & quarto anno principatus domni Landolfi filii prædicti domni Landolfi glorioſi principis Indictione prima. Actu Beneventi in Sacro Palacio.

Adeſt ſigillum cereum affixum, & ex adverſo adeſt aliud ſigillum.

Landolphus I. imperare cœpit cum patre ab a. 901. cum Atenulpho III. ab a 933., cumque Landulpho II. ab a. 940. En vero epiſtolam ab Agapito Romano Pontifice ad Atenulphum, & Landulphum II. ſcriptam ex regeſto Petri Diaconi fol. 6. a to. num xi.

Agapitus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Atenulfo Beneventano principi Salutem, & Apoſtolicam benediccionem. Officii noſtri conſuetudo depoſcit vigilantes, & diem Judicii expectantes ut in melius proficiant ammonere, neglegentes corrigere, juſta illud Apoſtolicum argue, obſecra, & increpa. Hinc in alio loco Dominus per prophetam dicit: ſi non annunciaveris iniquo iniquitatem ejus, ſanguinem ejus de manu tua requiram. Noſtra igitur mentis benivolentiam a dilecto filio noſtro Balduino Abbate audientes unde valde gaudentes ſumus, quod nos ad eccleſiarum exaltacionem promptos audivimus. Sed quia nos conſtringit omnium eccleſiarum paſtoralis cura ſollicite vigilare ſicut nobis noſter Spiritualis filius Balduinus reverentiſſimus monaſteriorum Pater retulit veſtris dominacionibus, in bono, quo ceperatis non permanſiſſe, unde valde meremus, & dolentes ſumus, quod monaſterium in honore Sanctæ Sophiæ intra Beneventanam civitatem poſitum, & ſub dicione B. Benedicti patris monachorum in Caſino monte conſtituto ab ipſo ſuæ conſtruccionis exhordio ita permanente veſtris autem temporibus audacter ſtatuta regum, & univerſalium Apoſtolicorum virorum præ oculis non habentes, jamdictum monaſterium S. Sophiæ inaudita temeritate ſub dicione monaſterii B. Benedicti ſubtrahere non formidaſtis, ſed eundem monaſterium jamdictum Balduinus reverentiſſimus Abbas Canonica auctoritate, & regum, & Apoſtolicorum preceptis legalibus recollectum in ipſius ſancti monaſterii dicione revocatum. Prædeceſſori autem noſtro Marino pontifice eum ad ſe vocante idem ipſum monaſterium invadere præſumpſiſtis. Idcirco omnimodis monemus, & pro Chriſti amore obſecramus ut jamdictum monaſterium repetenti ſupradicto Abbati in integro reddere debeatis, & ulterius de monaſterio S. Sophiæ Caſſinenſi cœnobio moleſtiam non faciatis, & ſi, quod abſit, aliter feceritis, ſicut in noſtrorum prædeceſſorum pontificum præceptis ſancitum eſt, ita & vos ſub anathematis vinculo innodandum nichilominus ſciatis. Deficit in hac epiſtola Landulphi nomen amanuenſis errore, ex eâ eruitur Atenulphum ad a. 943. vixiſſe, cum potiſſimum in proclamatione pro cœnobio S. Sophiæ a Leone Oſtienſi facta hæc epiſtola ad Atenulphum, & Landulphum ſcripta dicatur. Meminit hujuſce privilegii Camillus Peregrinius in Serie Abbatum Caſſineſium p. 33., aſſeritque Agapiti epiſtolam aſſervari in tabulario S. Sophiæ hiſce verbis *Perhibet* (Leo Oſtien.) *Pontificem Agapetum qui in anno ut volunt 946. ſucceſſit papæ Marino ob hujus Abbatis Balduini conqueſtus litteras dediſſe prædictis principibus &c. De reſtituenda iterum Caſſinenſibus præfata Eccleſia ab ipſis rurſus pervaſa in anno videlicet XXXII. Imperatoris Conſtantini anno VI. Principatus Landulfi, & 2. Principatus Paldulfi filii ejus* (hic fuit Chriſti 945.) *etiam cum cauſa cognitione, quæ in libello judicii ſcripta in archivo prædictæ eccleſiæ S. Sophiæ adſervatur; quandoquidem in ſuperius dicta Epiſtola præmemorati Pontificis de ea re data ad Principem Landulfum ipſe Landulfus dicitur filius ejuſdem principis Landulfi &c.* Contendit tamen haud Balduini, ſed ejus ſucceſſoris tempore ſcriptam hanc epiſtolam, quod credat a Marini tempore Balduinum ſolum fuiſſe Abbatem S. Pauli Urbis. Oſtendit tamen Mabillonius Annal. To. III. p. 471. fuiſſe eodem tempore Balduinum & Abbatem Caſſinenſem, & S. Pauli, quod etiam ex lib. 2. Chron. Caſſ. cap. 2. conſtat, ubi Leo de Aligerno Abbate agens affirmat monachum in cœnobio S. Pauli evaſiſſe ſub Balduino a quo Caſſinum ſit miſſus. Idque luculentius ex hac eadem Agapeti epiſtola evincitur in qua Balduinus dicitur: *Monaſteriorum Pater:* Quæ refert Leo memorato cap. 58. confirmat Baronius a. 946. fol. mihi 734. & Mabillonius loc. cit. fol. 470.

Cap. 6. refert Leo: *Circa hos dies Giſepertus præpoſitus S. Sophiæ de Benevento ordinatus ſuper cauſas hujus monaſterii in Leſina, & Thermole &c. Hic idem Giſepertus proclamavit in placito Thermulenſi coram multis qui ibi aderant nobilibus atque Judicibus, ſuper quodam Caſtelgardo, qui ei contendebat quamdam curtem noſtram in eadem Thermula loco qui vocatur Caſale mari ad S. Georgium &c.* cap. 13. habet: *Hic* (Manſo Abbas) *fecit libellum Landenulfo Nucerinæ ſedis epiſcopo de Piſcaria Laſinenſi; unde idem epiſcopus per ſingulos annos reddebat cenſum in natali præpoſito S. Sophiæ de Benevento ad opus Monaſterii hujus Bizanteos biginti ſex:* Ex quibus eruitur uſque ad tempus Manſonis conſtitutas ab Abbatibus noſtris in parthenone S. Sophiæ præpoſitos ideſt ad a. 990. nam Manſo cœnobium noſtrum rexit ab anno 986. ad 996. Lib. 3. Chron. Caſſ. cap. 42. refert Petrus Diaconus Leonem Oſtien. juſſu Deſiderii Abbatis contendiſſe in concilio Romano ſub Gregorio VII. ut cœnobium S. Sophiæ Caſſinatibus reſtitueretur. En ejus verba: *Per idem tempus ſupradicto Papa Gregorio Romæ ſynodum celebrante Leo hujus loci bibliothecarius, qui poſt Oſtienſis epiſcopus factus eſt ex juſſione patris Deſiderii proclamationem fecit de cella S. Sophiæ in Benevento, quam nuper Beneventani a dicione hujus cœnobii violenter abſtraxerant, cumque ad placitum res perducta fuiſſet relecta ſunt in omnium audientia noſtra munimina qualiter Arichis Princeps ejuſdem eccleſiæ conſtructor illam per præceptum huic cœnobio Caſſinenſi tradiderat. Domnum vero qualiter omnes Romani Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, ac Principes prædictam cellam in hoc loco confirmaverant. Quo audito Papa Gregorius ait; quod nequaquam poſſent Beneventani eccleſiam monaſterio Caſſinenſi primitus delegatam ab ejus poteſtate ſubtrahere: ſed Caſſinenſem eccleſiam omnino canonice, ac legaliter eandem cellam in perpetuum obtinere debere:* Et Lib. IV. cap. 7. de Urbano II. agens: *Quo etiam tempore dum apud Trojam Apuliæ Civitatem Synodum celebraret, Abbas noſter Oderiſius proclamationem de cella S. Sophiæ in Beneven-*

nevento, ſed cauſis bellorum ingruentibus nil juſtitia habere exinde potuit. Refert hæc omnia clarius Leo ipſe Oſtienſis incorruptæ fidei coævus author, ut eum appellat Baronius initio anni 1059. To. XI. p. 248., in proclamatione ſepius repetita ante Urbanum II. quæ eſt hujuſmodi ex regeſto Petri diaconi fol. 23. & ſeqq. num. 37. in cujus fine extat inſignis memorati Pontificis epiſtola ad Anſonem Beneventi dominum, quam refert etiam Mabillonius in appendice annalium To. V. nu. 49. p. 666. ejuſque meminit p. 401.

Legitur in Pſalmiſta: Scribantur hec in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum; & nos ergo tam utilem ſentenciam minime neglegentes, tam ad Inſtruccionem ignorantium, quam & ad poſterorum memoriam ſcribamus, que circa nos actitata ſunt, & tam ſociis, quam eciam ſucceſſoribus noſtris arma ex his victricia ſuggeramus ut & ipſi notn faciant hec filiis ſuis, & cognoſcat generacio altera, ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei ſui, & mandata ejus exquirant. Monaſterium igitur S. Sophie intra Beneventi menia primo quidem a Giſulpho Duce conſtrui ceptum, ſed ab Arichis, qui illi ſucceſſit decentiſſime perfectum, multiſque, ac variis opibus ditatum ab eodem ipſo in noſtro Caſſinenſi monaſterio conceſſum, & confirmatum eſt, ſicut in hiſtoria domni Herchemperti, quam poſt Paulum diaconum de Langobardorum gente ſua compoſuit pleniſſime reperitur. Poſtmodum vero a Carolo, & Ludovico, ſeu Lothario, ac reliquis Imperatoribus, necnon & a ſingulis Pontificibus Romanis ex tunc, & deincept uſque ad nos tam privilegiis, quam preceptis illorum ſicut in promptu eſt, firmiter nobis conſtat, & authentice roboratum, Prepoſitis interim noſtri monaſterii ex imperio Abbatum noſtrorum loco illi preſidentibus, & cenſus diverſarum per Apuliam poſſeſſionum ad uſus, & utilitates cenobii noſtri annualiter colligentibus, Bertharium quoque Abbatem noſtrum, qui a Sarracenis poſtmodum jugulatus eſt inter iſta reperimus oratorium parvum juxta cameram ſuam in eodem monaſterio conſtruxiſſe, illudque a Teanenſi epiſcopo ſolemniter dedicari feciſſe, eo videlicet tempore quo in ſervicio Ludovici Imperatoris idem Abbas apud Beneventum in eodem cenobio morabatur. Ita ergo uſque ad monaſterii Caſſinenſis a Saracenis deſtruccionem immobiliter re iſta durante nacti occaſionem tantum Beneventani Principes prefatum S. Sophie monaſterium violenter, ac nequiter in ſuum dominium redegerunt, & per annos aliquot a noſtra poteſtatis jure funditus ſubtraxere. Poſt hec autem Balduinus ſextus a predicto Berthario Abbas effectus, cum eſſet valde prudens, atque magnanimus perquiſitis, atque oſtenſis eiſdem Principibus privilegiis, & juſticiis ſuis recolegit illud, & ſub ſua dicionis jura remiſit. Interea cum Marinus ſecundus Papa eundem Abbatem ad ſe vocaſſet & utpote prudentiſſimo Abbatiam S. Pauli apud Romam illi commiſiſſet, iterum Principes idem S. Sophie monaſterium invaſere, & jus, faſque vilipendentes a nobis per magnam illud violenciam extorſere. Jam in Sede Apoſtolica Marino Papa ſucceſſeras Agapitus, qui tanta per Balduinum patrem cognita nequicia, mox bullatum tomum mandat Principibus, primo quidem collaudans juſtam, & laudabilem ejuſdem nobis cenobii reſtitucionem, dehinc valde acriter reprehendens, atque redarguens nequiſſimam, atque temerariam ipſius ejuſdem iterato ſubrepcionem. Poſtremo mandat ut niſi protinus id corrigant, & monaſterium nobis ſubductum ſine mora reſtituant terribilis excommunicacionis ſe illos ſentencia feriturus: Mox predicti principes Atenulfus, & Landulfus Apoſtolicis juſſis obſecundantes Monaſterium reſtituere, & per Preceptum proprio ſigillo ſignatum, ſicut olim Arichis in noſtro cenobio illud conceſſeras cum ſuis omnibus firmaverunt. Hanc binam reſtitucionem ſub preſenti Abbate factam ex ejuſdem Apoſtolici tomo, & principis precepto, que pre manibus habemus, cognovimus, ne quis forte id autumet eſſe mendoſum. Poſt Balduinum vero eciam Majelpotum, & Aligernum, & Manſonem Abbates ſuos inibi Prepoſitos reperimus habuiſſe, ipſumque locum proprii arbitrii ſentencia ordinaviſſe nemine contradicente. Poſt hec licet nos ignoremus qualiter, vel quo tempore idem monaſterium a nobis defecerit, continuati. tamen & a Pontificibus Romanis & ab ultramontanis Imperatoribus ſemper, & uſque in diem preſentem nobis habemus firmatum, & omnibus pene ubique terrarum principalibus Sinodis noſtris proclamationibus repetitum. Noviſſime igitur frater Leo bibliothecarius S. Caſſinenſis cenobii, qui hoc ipſum memoratorium ſcripſit, & primo apud Romam in Synodo venerabilis Pape Gregorii, & poſtmodum apud Melphim, & Trojam, & iterum Romam in Synodo rev. Pape Urbani cum ſuper diverſis ac plurimis aliis tam ſuper hoc precipuo negocio ſolemnem proclamacionem feciſſet, & nihil ex his uſque ad hanc diem juſticia recipere potuiſſet, contigit, ut quadam die ex imperio domini Abbatis Oderiſii ad ipſius Apoſtolici curiam pergeret, qui tunc temporis Beneventum morabatur, cum ecce poſt paululum Madelmus Abbas S. Sophie domum illam, in qua conſedebant ingreditur, ac juxta eum ex precepto Pape invitus quodammodo, valde etenim propter hoc illi infenſus erat, ſedere compellitur, cepitque cum eo aliquantulum altercari. Tum Papa nequaquam hoc inquit inter vos convenit, ſed quoniam jam diu eſt Abba, quod querelas Fratrum Caſſinencium pacior, proculdubio oportebit te illis ſuper hec reſpondere, & qualis ſit cauſa tua patenter oſtendere. Uterque igitur veſtrum munimina ſua reperiat, & ad proximam Synodum apud Barum habendam deferat, ut ibi coram omnibus, qui affuerint canonice cauſa veſtra diſcuſſa, cui potiſſimum ſuper hoc juſticia faverit, concedatur. Annuit Abbas quantum extrinſecus, ſed & idem frater Leo libentiſſime id ſe facturum reſpondens gratias egit. Tum ita diſceſſum eſt. Venit tempus concilii ferme poſt menſem, cui videlicet concilio interfuere omnes fere Epiſcopi, & Archiepiſcopi, atque Abbates tam Principatus, & Marchie, quam & Apulie, & Calabrie atque Sicilie, Dux quoque Rogerius, & alii proceres multi, & reliquorum vulgus permaximus. Secunda igitur die ex imperio domni Abbatis in medium predictus frater ſurrexit, taliſque proclamationis orationem coram omnibus habuit. Jamdiu eſt pater optime, atque Apoſtolice, quod ſuper direptionibus, & injuſticiis nequiter Sibi, ac violenter olim illatis diverſis temporibus, & locis apud Apoſtolatum veſtrum clamavit, & reclamavit Sancta Monaſterii Caſſinenſis eccleſia, ſed quoniam tum meritis exigentibus noſtris, tum multiplicibus

nego-

nota, nota, nota, nota, nota, nota.

negociis prapedientibus veſtris hactenus juſticia ejus dilata eſt, orat ſuppliciter, & humiliter poſtulat per nos licet minimos filios ſuos, ut vel jam tandem tantis iniquitatibus, tantis adverſitatibus, tantis denique proclamacionibus Apoſtolicę auctoritati veſtrę modum finemque imponere placeat. Cauſa igitur monaſterii S. Maria de Cingla, ut cetera interim taceamus ſatis, nimiumque eſt vobis cognita, & in preſencia veſtra, veſtrorumque Cardinalium multociens ventilata, & nunc quoque ad terminum, quem ipſi nuper conſtituiſtis, accurrimus, & juſticia, quam veſtra omniumque conſedencium inde cenſura dictaverit recipere parati ſumus. Super hac eciam reminiſci dignetur Sanctitas veſtra, quod reverendiſſimo Abbati S. Sophia, domno Madelmo mihique famulo veſtro in palacio Beneventani epiſcopii de controverſia, quam ad invicem de ipſo monaſterio habeamus pracipere voluiſtis, ſcilicet ut in preſenciam, & audienciam tocius Sancti hujus concilii uterque conveniremus, & ex declaracione muniminum diverſa partis, cui potiſſimum eadem eccleſia deberet competere juſte atque canonice tractaremus, & ecce juxta imperii veſtri condictum advenimus, & partem munimentorum detulimus, decernat tandem ſuper his Apoſtolatus veſter quicquid cordi ſuo dominus fuerit inſpirare dignatus. Ad hac Papa juſſit abbati, ut ſurgeret, & rationem ſuam de his coram omnibus redderet. Tunc ex ſummiſſione Abbatis ſurrexit Archiepiſcopus Beneventanus, cepitque oſtendere imparatum ſuper hoc negocio Abbatem veniſſe, ſeque neque poſſe, neque audere racionem de his niſi, apud Beneventum aliquatenus reddere, dicentes ſe a domno civitatis prohibitos eſſe, ſi cogeret, Beneventum ſe amiſſurum procul dubio ſcire. nota. Reprehenſa eſt valde ab omnibus talis reſponſio, & nequaquam eſſe recipiendam ab univerſis fore clamatum. Poſt multas igitur & varias diverſorum ſuper re tali ſententias, tandem Apoſtolicus ait, utilius conſilium ſuper hoc illos oportere accipere, & in craſtinum inde rationabilius reſpondere. Interea ex conſilio Apoſtolici nobis perſuaſum eſt uſque ad tempus reverſionis ipſius in Beneventum nos debere ibidem, pollicens ſe juſtitiam nobis facturum eſſe. Quievimus licet inviti, & Beneventum poſt dies aliquot Papa redeunte, ſuper querimoniis noſtris in ipſo S. Sophia monaſterio, ubi tunc idem Apoſtolicus hoſpitabatur, juſticiam nobis ab eo pollicitam conſtanter repetere cepimus. Conventus ſuper hoc ab Apoſtolico Abbas, id ipſum, quod pridem, reſpondit. Juſſus, vel clanculo ſi quid haberet monimentorum oſtendere detulit ei jam noctu in Conclavi quedam anilia, & ipſius Apoſtolici, ut idem nobis poſtmodum retulit, judicio omnino inconveniencia, nihilque in ſe juſticia, ſeu auctoritatis habencia. Convenit eciam ex hoc Anzonem, quem ipſemet dudum de Benevento domino inveſtiverat. Oſtendit ſe multis negociis occupatum de tam magno negocio tunc ſe competenter reſpondere non poſſe. Rurſum nos reſponſis, rurſum cœpimus juſticiam ab Apoſtolico extorquere, tandem ipſe in frequentiſſimo valde magnoque conventu Epiſcoporum, nota. Abbatum, Clericorum quoque, & laicorum, multorumque magnatum, vocatis nobis propius reſidere precepit, & ait coram omnibus, Nos quidem fratres diligenter ſatis, & lucide cauſas querimoniarum veſtrarum, & perquiſivimus, & perſpeximus, & juſticiam vos ſuper hoc habere negocio pro certo previdimus, ſed ad preſens juſticiam vobis facere minime valemus. Donec omnipotens Deus, ut meritis & oracionibus beati Benedicti, & caterorum confratrum veſtrorum vel a nobis, vel a ſucceſſoribus noſtris competentem quandoque juſticiam inde recipere valeatis. De hinc quid Abbas, quidve Anzo ſibi ex hoc reſponderint, per ordinem referavit. Ad hac nobis utrum rata, ſeu racionabilis fuerit talis reſponſio requirentibus, tunc dominus Papa, nequaquam, inquit, ſed prorſus inconveniens, & injuſta, nihilque continens racionis, ac per hoc non tantum nobis, ſed & ſibi quoque ipſi patenter aſſerebat ex hoc violenciam irrogari; tanto tanti hominis teſtimonio nos letiſſimi redditi conſurgentes, gratias egimus, & multos aſtancium in teſtimonium ſpecialiter invitantes, inde Ducem Rogerium, Robertum, Robertum & Herbertum, & Heinricum Comites, nota. Rainonem de Fraſneta, Alzrinum de Rocca Romana, Archiepiſcopum Salernitanum, & Sipontinum, Hoſtienſem quoque epiſcopum, & cateros Cardinales ſurgente Papa, & ſoluto conventu receſſimus. Poſt dies aliquot ſimul cum illo nobis in ſervicium ejus pergentibus, & ſuper hoc eodem negocio rurſus iterumque Apoſtolicam ſentenciam repetentibus, ſcripſit Anzoni a Ceperano epiſtolam talia continentem,

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Cariſſimo filio * A Beneventanorum Domino ſalutem * Auſoni. & Apoſtolicam benediccionem. Cum nuper a te diſceſſimus noſti ſub quanta te affeccione dimiſimus. In eadem vero affeccione in eandem benignitatem, & nos tibi manere, & te nobis volumus permanere, quoniam quidem nos honorem tuum ſervare, & in melius augere curabimus, ſi & tu in B. Petri Apoſtoli, & noſtra curaveris fidelitate, & amore perſiſtere. De monaſterio S. Sophia quotiens, & ex quanto jam tempore Caſſinenſes Monachi reclamaverint te ipſum ignorare non credimus. Nuper in Barenſi concilio, cum ſcriptis, & monimentis eccleſia ſua juſticiam ſuam aſtruere parati fuiſſent, Abbas S. Sophia occaſione tui, cauſa accionem fugit, cum Beneventum eciam veniſſemus in ipſa B. Sophia domo fratres ipſi quantum queſti fuerint audiſti. Quid nos tibi de eadem cauſa dixerimus meminiſti. Tunc nobis pro voluntatis tua placito reſpondiſti. Nos autem diutius pati nolumus, ut Caſſinenſe monaſterium de his, qua ad ipſum pertinere videntur injuriam diucius paciatur. Locus enim ipſe per Dei graciam B. Benedicti meritis non tantum nobis, qui prope ſumus, ſed nota, univerſa etiam Italia opportunus, & neceſſarius eſt, multumque nos deceret, ut ſi poſſibile eſſet locum ipſum de noſtris etiam ditaremus nedum ſua favente juſtitia non recipiat. Tibi igitur tamquam cariſsimo, & fideli noſtro mandamus ut venerabili Fratri noſtro Caſſinenſi Abbati, & ejus fratribus de S. Sophia monaſterio vice noſtra juſticiam facias. Quod ſi ante te quaſi ſecularem poteſtatem cauſam agere excuſaverint, tu eos ad preſenciam noſtram venire compelle. Quo autem termino ante nos pro cauſa hac convenire debeant, nobis ante ſignifica, ut & nos Caſſinenſi Abbati ſignificemus. Porro quicquid nos exinde ſtatuerimus tuum erit, his etiam renitentibus adimplere, alioquin auctoritatis noſtra injuriam diutius pati nequibimus, quin adverſus contumaces, quod officii noſtri eſt impleamus, & Caſſinenſi Abbati qua ſua ſunt reſtituamus, quem in quantum videtur, plenam habe-

habere juſticiam credimus. Data Ceperani tertio nonas novembris. Sequenti anno Papa defunctus eſt. Anſo poſt biennium perdidit Beneventum, negocium iſtud ea propter remanſit infectum. Hoc certe monaſterium S. Sophiæ ſuo quoque tempore Caſſinatibus ſubditum fuiſſe oſtendit Deſiderius Abbas adeo a S. Petro Damiani laudâtus lib. I. Epiſt. 9. in ſuis dialogis lib. 3. p. 163. cum ait: *In eadem urbe* (Beneventi) *monaſterium eſt, quod S. Sophiæ dicitur Caſſinenſi monaſterio ſubditum, in quo quidam a pueritia Sancta converſationis, & magna utilitatis monachus fuit &c.* Hoſce Dialogos ex codice Bibliothecæ Vaticanæ erutos edidit Romæ a. 1651. canonicus Jo: Bapta Mari Romanos. Deſiderius vero nedum nobiliſſimus inter Beneventanos erat, verum juvenis in eodem cœnobio degerat teſte Leone Oſtienſi lib. 3. capp. 4. 5., & 6., quare notiſſimum illi eſſe debebat illud Caſſinatibus tum etiam temporis ſubjectum.

Iterum contendiſſe Caſſinates ut ibi cœnobium S. Sophiæ reſtitueretur narrat Petrus Diaconus lib. 4. cap. 48. hiſce verbis: *Alio vero anno præphatus papa Paſchalis iterum ad has partes deveniens cum noſtro Abbate ſynodum celebraturus, Beneventum perrexit, in qua videlicet per Senncm Capuanum Archiepiſcopum proclamationem fecit de eccleſia S. Sophiæ in Benevento quæ violenter a dicione hujus loci ſubducta fuerat, ſed nihil exinde habere juſtitiæ potuit.* Et cap. 60. refert a Paſchali II. id contendiſſe, cum ait: *Supradictus autem Pontifex ſociato ſibi noſtro Abbate Romam rediens mediante quadrageſima Synodum celebrare diſponit, in qua etiam noſter Abbas proclamationem fecit de Cella ſancta Sophia in Benevento, ſed nullam exinde habere juſtitiam valuit.* Quare haud ſatis intelligere poſſumus cur Benedictus VIII., & Leo IX. in privilegiis ſuis dixerint: *Inclinati precibus tuis per hujus noſtri Apoſtolici privilegii tenorem concedimus, ac confirmamus tibi, & ſucceſſoribus tuis in perpetuum præfatum monaſterium cum omnibus rebus ſuis quas nunc habet, aut habiturum eſt in perpetuum, ne id videlicet alicui patri aut domino niſi Romano Pontifici ſubjugatum ſed ſemper ab omni ſubjectione, & conditione Caſſinenſis monaſterii maneat quam fecit Urſo Abbas S. Sophiæ liber omnino juxta manifeſtationem Magilperti Abbatis S. Benedicti Caſſinenſis monaſterii, quam fecit Urſo Abbati S. Sophiæ in præſentia Principum Landolphi, ac Pandolphi filii, quin & magnatorum, ac judicum eorum, nec non & multis poſtmodum annis ſe manifeſtavit Johannes Abbas prædicti monaſterii Caſſinenſis tibi Gregorio Abbati S. Sophiæ quemadmodum & Magelpotus Abbas prædictus Urſo Abbati. &c. Scriptum per manus Stephani notarii Regionaris & Scrinarii S. Romanæ eccleſiæ in menſe martii Indictione quinta.* Extat hoc Benedicti privilegium in Chronico S. Sophiæ col. 490. ubi exſcribitur etiam aliud Leonis IX. datum: *XII. Kal. Junii per manus Federici Diaconi S. R. E. bibliothecarii, nec non & cancellarii vice domini Erimanni Archicancellarii & Colonienſis Archiepiſcopi anno Domini Leonis papæ IV. Indict. XV.* in quo eadem verba continentur. Crediderimus memorata verba à Monachis S. Sophiæ Benedicto VIII. ſuggeſta, ac proinde nil Caſſinatibus obeſſe quod ex hiſce ejuſdem privilegii verbis oſtenditur: *Igitur quia tua religioſitas noſtra Apoſtolatui humiliter poſtulavit, quatenus concederemus, & confirmaremus tibi tuiſque ſucceſſoribus prædictum monaſterium S. Sophiæ cum eccleſiis &c. privilegiis ſedis Apoſtolicæ ac infulis decoretur ut ſub jurisdictione S. Sedis Apoſtolicæ cui domino authore deſervimus eccleſia conſtitutum, nullius alterius juriſdictionibus ſubmittatur; inclinati precibus tuis &c.* Cum potiſſimum Benedictus VIII. in privilegio Atenulpho Abbati Caſſinenſi conceſſo inter alia cœnobia hoc etiam S. Sophiæ Caſſinatibus confirmet cum ait: *Similiter in eadem civitate Capuana cellam S. Benedicti, & monaſterium S. Johannis puellarum, immo & monaſterium S. Sophiæ infra civitatem Beneventanam ædificatum eſt, verum eciam & monaſterium S. Mariæ ſitum in finibus Beneventana in loco qui dicitur Canneto juxta fluvium Trinium, porro & monaſterium S. Mariæ ancillarum Dei intra civitatem Coſencia, &c. Scriptum per manus Stephani notarii Regionarii, & Scrinarii. Data tertio Idus martii per manus domini gratia Boſonis epiſcopi, & bibliotecharii S. Apoſtolicæ ſedis anno Deo propicio Pontificatus domni Benedicti Sanctiſſimi Octavi papa ſedente, anno ſecundo Indictione XII. menſe martii die XII.* Erat Boſo epiſcopus Tiburtinus, ut in ſubſcriptione alterius privilegii ejuſdem Benedicti legere eſt, quod adverterat optime eruditiſſimus, nobiſque dum viveret amiciſſimus Johannes Ciampinus in catalogo bibliothecariorum S. R. E. p. 30. Hinc corrigendi Ughellius, & Lucentius qui A. 1023. ejus Urbis epiſcopum Gerardum fuiſſe aſſerunt, poſt quem numerant Boſonem, qui illi præferendus erat. Eadem fatetor Benedictus in alio privilegio Theobaldo Abbati conceſſo hiſce verbis: *Similiter in eadem civitate Capuana cellam S. Benedicti, & monaſterium S. Johannis puellarum. Item & infra civitatem Beneventanam monaſterium S. Sophiæ &c. Scriptum per manus Stephani Protoſcriniarii S. ſedis Apoſtolicæ menſe Junio Indictione VI.* Bene Valete. *Datum . . . . Kalendas Julii per manum Boſonis epiſcopi S. Tiburtinæ eccleſiæ, & bibliothecarii S. Apoſtolicæ ſedis anno ab incarnatione Domini milleſimo vigeſimo tertio, Pontificatus vero domni Benedicti octavi papa ſedente anno duodecimo, imperii vero domni Heinrici Imperatoris Romanorum indictione ſexta, menſe Junii die vigeſima nona.* Extant hæc duo privilegia in regeſto Petri Diaconi fol. 10. & 11. num. 16. & 18. Illud idem cœnobium S. Sophiæ Caſſinatibus confirmat S. Leo IX. in privilegio Richerio Abbati conceſſo ex regeſto Petri Diaconi fol. 13. a to. num. 21. aliique ſucceſſores Pontifices. Si ergo Monachi S. Sophiæ Majelpoti, & Johannis Abbatum Caſſinenſium confeſſione liberi erant, atque ad id privilegiis Benedicti VIII. & Leonis IX. vallati, cur ea non oſtenderint in Synodis ante Gregorium VII., & Urbanum II.? quare fronte Caſſinates toties eandem quæſtionem inſtauraverint contra expreſſiſſimam ſuorum ſententiam? Quare jure dubitaverimus addita hæc in memoratis privilegiis, cum potiſſimum nunquam Urſi Abbatis nomen in eodem chronico memoretur.

Emendantur Ughellius, & Lucentius.

Ad plora deinde ſecula perſeverarunt in cœnobio S. Sophiæ monachi; nam Henricus Thomacellus Caſſinenſis Abbas Kal. Aprilis A. 1397. procuratores ſuos ad recuperanda quædam bona conſtituit fratrem Jacobellum a Pharabariola monachum

Caſſina-

Digitized by Google

Caſſinatem, & fratrem Angelum de Michaele monachû S. Sophiæ Beneventi, ut ex ejus primo reg. p. 36. & Pyrrhus Thomacellus vicarium ſuum generalem in diœceſi Caſſinenſi creavit Ambroſium Abbat. S. Sophiæ ut ex literis in reg. communi p. 165.

Ne tædio lectori ſimus, unicam hic dabimus Beneventanorum Conſulum epiſtolam a. 1575. ſcriptam ad Præſidem Congregat. Caſſinen. in qua aſſeritur, tum etiam in cœnobio S. Sophiæ monachos ex ordine noſtro fuiſſe, quorum tamen loco a Greg. XIII. expetituros ſe, ut Caſſinenſes inveherentur.

Ex originali in Archivo.

Mto. Rdo. Pre. Credemo, che la R. V. ſappia bene, come anticamente queſto noſtro monaſtero di S. Sofia fu fondato a nome del P. S. Benedetto & de PP. Caſſinenſi, li quali molto tempo da poi habitorno in detto luogo, e per il gran riſpetto, e devozione, che ſe gli hebbe da noſtri Cittadini andò ſempre augumentando di molti beni; poi non ſapendoſi la causa (ma forſi la longhezza de tempi che ſole apportar ſmutazione a tutte le coſe mutò queſt'ancora, che s'introduſſero in detto logo altri Frati d'habito, e vita differente dal Caſſinenſe, ſe beo dicono dell'iſteſſa regola del P. San Benedetto; Ma perchè hoggi ſi tratta di far mutatione di detti Frati, & introdurvi quelli del Monte Virgine per opera d'un Frate di quelli, quale è venuto qua, e ſotto preteſto de riforma cerca cacciarvia quelli, che ci ſono, & introdurvi la ſua religione con maliſſima ſatisfattione di tutta la città, perilchè eſſendo ancora vivaciſſima la divozione, che ſi ha all'Ordine di S. Benedetto, e particolarmente a quelli dell'Abito negro, e la memoria de gran beneficii, che riceve da quelli PP. Caſſinenſi d. monaſterio, e conſeguentemente tutta la città ha ſvegliato un deſiderio grande in generale, & in particolare di vederno a noſtri tempi li Padri della voſtra religione in d. monaſterio, ſperando, che per l'honeſta, e ſanta vita che menano in ogni parte habbia da portare gran ſalute all'anime noſtre e ſatiſfazzione alla Citta, o che l'eſemplarità della lor vita conoſciuta, e riverita da tutti habbia da eſſer come una riforma alli altri Monaſterii di queſta città, onde la pregamo, che voglia non ſolo accettare la volontà di noſtri cuori in laude, & ſervitio della maeſtà divina, ma voglia adoperarſi con ogni caldezza, e preſtezza poſſibile, tanto con l'eccellenza del Signor Marc'Antonio Colonna padre dell'Illuſtr. Sig. Abbate, quanto con la Santita di noſtro Signore, che nui ſiamo ſatisfatti di queſto noſtro giuſto, & honeſto deſiderio, & nui dall'altra parte imponeremo ad'un gentilomo noſtro Ambaſciatore, che fra puochi giorni ſarà in Roma, che ne tratti con ſua Santità ma tutta la noſtra integra ſperanza è riposta nell'opera & diligenza di V. R.; nella quale deve eſſere pare voluntà, ſi per corriſpondere alla noſtra affezzione, come per fare il ſervizio di Dio, la cui divina maeſtà pregamo la conſervi, & accreſchi ſempre nel ſuo ſanto ſervizio & a V. R. ci raccommandiamo di tutto cuore. Di Benevento il dì ultimo di Setembre 1575.

Che ſerverando la R. V. ſempre, Li Conſoli della Cità di Benevento.

Huic epiſtolæ humaniſſime reſpondit Præſidens eorumque commendatâ erga Sanctiſſimum Parentem Benedictum devotione ſubdit. *In nome di tutti li PP. della Congregazione le prego con ogni carità a non dare incommodo alcuno a quilli Religioſi chè di preſente ſi trovano nel d. monaſterio di Santa Soſia per conto noſtro baſtando a nui la benevolenza che così prontamente ci dimoſtrano in queſt'atto umaniſſimo di chiamarci à vivere con eſſo loro, &c.* Cl. D. Johannes de Nicaſtro Archidiaconus metropolitanæ eccleſiæ Beneventi in pinacotheca ſua Beneventana p. 116. refert doctiſſimum Leonardum Vairum priorem S. Sophiæ fuiſſe a. 1573. quo cœnobium illud Regulares Canonici Ordinis S. Benedicti incolerent, Canonicum Ordinis noſtri fuiſſe, affirmat etiam Toppi in Bibliotheca Neapolitana p. 187. In opere de Faſcino ejuſdem Leonardi edito Pariſiis A. 1583. apud Nicolaum Chemean hæc leguntur. *Leonardo Vairo Beneventano Ordinis S. Benedicti Canonico Regulari ac Sac. Theologiæ doctore ſapientiſſimo authore &c.* Ejus tumulo hoc epitaphium in eccleſia S. Sophiæ impoſitum a Johanne Baptiſta Roſcio ejus agnato, ex quo ſub regula S. Benedicti militaſſe conſtat.

D. O. M.
LEONARDO VAIRO BENEVENTANO
HUJUS ECCLESIÆ
CANONICO S. BENEDICTI
VARIO CONCIVIUM PRÆSAGIO FUTURARUM
DIGNITATUM CELEBRATO
VIRO OMNIGENA ERUDITIONE INCOMPARABILI,
OMNIBUS SUI ORDINIS HONORUM GRADIBUS
MACTA VIRTUTE PERFUNCTO
ASCANII CARDINALIS COLUMNÆ
TUM ANTONII PERENOTTI CARDINALIS GRANVELÆ
PROREGIS REGNI NEAPOLIS ABINTIMIS
INSIGNI THEOLOGO
APUD PHILIPPUM II HISPANIARUM REGEM
EDITO EJUSDEM AUSPICIIS SED PROPRIIS MERITIS
PUTEOLANO EPISCOPO
REGIOS DEINDE INTER CONSILIARIOS CONSCRIPTO
VIRTUTUM OMNIUM SANE CÆTU MERENTE
EMERITO
IMMORTALIS GLORÆ RUDE DONATO
PUTEOLIS ANNO MDXCVIII.
OCTOGENARIO VITA FUNCTO
JOANNES BAPTISTA ROSCIUS U. I. D.
THOMÆ ROSCII FILIUS
DEBITO CONSANGUINITATIS OFFICIO
MONUMENTUM.

Hinc

Corrigitur Ughellius.

Hinc corrigendus Ughellius, qui in deſcriptione epiſcoporum Puteolanorum hæc ſcribit: *Leonardus Vairus Beneventanus Canonicus Regularis Lateranenſis doctrina, & morum probitate inſignis &c.* Idemmet quippe dixerat in deſcriptione Archiepiſcoporum Beneventi col. 106. conceſſum hoc monaſterium a Clemente VIII. Canonicis Regularibus S. Salvatoris Bononiæ, quod anno 1590. factum aſſerit Lubin de Abbatus Italiæ p. 45. Errorem hauſiſſe putamus Ughelliom ab illis verbis epitaphii Vairo erecti a. 1634. in Cathedrali Puteolana a D. Franciſco Martino da Leon, & Cardenas.

Haud ſatis quippe attenderat aliud eſſe Vicarium Cardinalis Archipresbyteri eccleſiæ Lateranenſis; aliud Canonicum Regularem Lateranenſem; nam Vicarius quoque Baſilicæ S. Petri modo eſt doctus, & pius Johannes Franciſcus Nicolai a Leoneſſa ordinis S. Franciſci olim Vicarius Apoſtolicus apud Sinenſes in Provincia Nanking, deinde electus epiſcopus Beritenſis, & Vicarius Apoſtolicus in provincia Hukvang, nunc autem Archiepiſcopus Mirenſis.

Cœnobium S. Sophiæ primum Abbati Commendatario Roderico Borgiæ datum eſſe a Calliſto III. refert Ughellios cit. loco, qui mos ad noſtra hæc tempora ſervatur. Abbas hic quibuſdam in oppidis ſpiritualem, ac temporalem juriſdictionem exercet. Quod teſtatur etiam Nicaſtrus citato loco p. 24. ubi hæc ſcribit: *Quod quidem Sophianum templum prius a Giſulpho II. Duce exinde ab Arecho I. Principe redditibus pro alendis aſcetis, ac Sanctimonialibus degentibus duobus in Aſceteriis eidem templo adjectis, adeo fuit locupletatum, ut ad nonaginta ducatorum millia annui ipſius excreverint redditus, prout antiqua Beneventanorum fert traditio, & Sophianis ex Chronicis liquet. Sed proh humanarum rerum viciſſitudines! proh illacrymabiles temporum calamitates! In præſens prælaudata redditus Commenda vix ad quinque ducatorum millia pertingunt. Canonicorum vero Regularium Salvatoris redditus ducatos circiter mille complent.* Corrigendus vero Lubin qui pag. 45. habet: *Abbatia Tit. S. Sophiæ Ordinis S. Benedicti ab Arichis Duce Beneventano fundata, ut refert Chr. Caſſinenſe lib. 1. cap. 9. & 10. Ejus eccleſia fuit conſtructa in loco Ponticellum dicto non longe a muris Beneventanis per Zachariam Abbatem S. Benedicti Beneventi circa a. 706. ejus dotem auxit Giſulphus II. Dux Beneventanus. Data primitus fuit monialibus, quarum prima Abbatiſſa fuit Gorimberga &c.* Differt quippe Abbatia S. Sophiæ apud Beneventum ab illa ad Ponticellum pro monachis a Zacharia Abbate conſtructa, cui privilegia quædam conceſſere Duces Beneventani Romualdus, & Giſulphus in Cronico S. Sophiæ p. 445. & ſequentibus contenta.

Emendatur Lubin.

Cœnobiũ S. Mariæ de Plumbariola.

Conſtruxerant ſcito Petronacis Abbatis noſtri non longe ab urbe Caſſini cœnobium Sanctimonialium in Plumbariola Taſia uxor Ratchiſi Langobardorum regis, & Ratruda ejus Filia, ut fuſius refert Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 8. hiſce verbis: *Uxor vero illius nomine Taſia, & filia Ratruda concedente, & adjuvante præfato Abbate monaſterium puellarum non longe a Caſino in loco qui Plumbariola vocatur propriis ſumptibus extruxerunt, multiſque ditatum opibus, ibi ſub magna cautela, & diſtrictione regulari vitam agentes, ultimum diem clauſerunt.* Eadem narrat Cl. Mabillonius To. 2. Annal. p. 147., ac deinde refert: *Editum a nobis eſt ex libello diurno Romanorum Pontificum vetus privilegium a Romano Pontifice conceſſum Abbati venerabilis monaſterii Sanctæ dei genitricis Mariæ ejuſque monaſterio ſito in loco qui vocatur Plumbariola: &c. omnem cuilibet epiſcopo interdicens in hunc locum authoritatem atque univerſas ejuſdem monaſterii poſſeſſiones confirmans, ex quo intelligitur duplex eo in loco monaſterium olim extitiſſe, unum virorum, alterum puellarum, niſi dixeris Abbatem illo in privilegio memoratum non alium fuiſſe a Caſſinenſi, cui puellaris monaſterii juriſdictio competebat. Verum illud in contrarium occurrit, quod puellare ejus loci monaſterium non Virgini deiparæ, ſed S. Petronillæ nuncupatum legitur in ſequentium temporum monumentis, in quibus Bernardus Abbas Caſſinenſis miſſale quoddam miſiſſe dicitur ſororibus monaſterii S. Petronillæ de Plumbariola.* Fatemur ſub Abbate Bernardo eum ſecundum, aut tertium reædificatum eſt apud Plumbariolam anno 1278. cœnobium Sanctimonialium, titulum illi impoſitum S. Petronillæ. Verum Taſiæ tempore nomine S. Mariæ appellabator, quod optime deinde novit idem Mabillonius To. 3. p. 470. ubi compendio referens privilegium Marini II. a. 944. datum hæc habet: *Monaſterium S. Dei genitricis Mariæ, quod Plumbariola vocatur. Item S. Maria in Cingla in civitate Capuana tunc poſitum quæ duo Virginum erant &c.* Idem Mabillonius To. II. p. 279. privilegiorum meminit quæ Carolus Magnus monaſterio Caſſinenſi conceſſerat. In eorum uno Theodemaro Abbati ex regeſto Petri Diaconi p. 47. a t. num. 108. inter alia Caſſinatibus ſubdita cœnobia memoratur *monaſterium S. Dei genitricis Mariæ, ſemperque virginis, & S. Petronillæ, quod fundatum eſt in loco, qui dicitur Plumbariola &c.* Quare unum idemque Plumbariolæ monaſterium ſub nomine S. Mariæ, & S. Petronillæ erat, in ſequioribus deinde privilegiis Pontificum, ac Principum nomine tantum S. Mariæ indigitatum. Nam Nicolaus I. in privilegio Baſſacio Abbati conceſſo ex cit. reg. p. 3. num. 4. ait, *Seu, & quatuor monaſteria puellaria unum S. Mariæ in loco qui Plumbariola &c.* Et Johannes IX. Ragemprando Abbati &c. *Atq; monaſterium S. Dei Genitricis Mariæ Dominæ noſtræ quod eſt in Plumbariola.* Marinus II. Balduino: *Atque monaſterium S. Dei genitricis, & virginis Mariæ, qui Plumbariola vocatur.* Eodem nomine appellant Benedictus VII. in privilegio Aligerno dato, Johannes XV. Manſoni, Benedictus VIII. Atenulpho, & Theobaldo, Benedictus IX. & Leo IX. Richerio, Stephanus IX. Caſſinatibus, Nicolaus II. Deſiderio, Paſchalis II. Oderiſio, & Gerardo, & Calliſtus II. eidem Gerardo.

In privilegio Ludovici I. Imperatoris ex cit. reg. p. 45. a. to. num. 104. eodem nomine S. Mariæ appellatur, atque in illo Hugonis, & Lotharii Regum Italiæ hæc leguntur: *Seu quatuor monaſteria puellarum unum S. Mariæ dicato nomini quod Plumbariola dicitur.* Et in privilegio Simbaticii: *Similiter & monaſteria puellarum S. Mariæ de Plumbariola &c.* Quo eodem nomine deſcribitur in aliis ſubſequentium Principum; imo in Inventario de de bonis juribuſque ſacri cœnobii Caſſinenſis in diruto Plumbariolæ oppido juſſu Andreæ primi Abbatis

Digitized by Google

batis A. 1371. ex ejus regeſto p. 90. hæc habentur: *Monaſterium S. Petronillæ cum juribus & pertinentiis ſuis, ſeu S. Mariæ de Plumbarola.* Quare Sanctimonialium dumtaxat cœnobium apud Plumbariolam erat ad multa ſæcula ſuperſtes, ac proinde ſuſpicamur privilegii formulam a Mabillonio To. I. Muſæi Italici p. 33. relatam, verba illa, *Religioſo Abbati*, initialibus dumtaxat litteris fuiſſe deſignata, ac proinde æque, *Religioſæ Abbatiſſæ*, legi potuiſſe, vel ſaltem amanuenſis vitio pro *Abbatiſſa*, *Abbatem*, ſuppoſitum, qui nuſquam ibi cum Monachis fuerit.

Glannafolienſe Cœnobiŭ Caſſinatibus reſtitutum,

Mabillonius To. II. Annalium p. 279. hæc ſubdit: *In illo haud dubie itinere Theodemarus Abbas Glannafolienſe monaſterium, quod olim S. Maurus a beatiſſimo patre Benedicto miſſus in Galliam in pago Andecavenſi extruxerat, repopoſcit a Carolo Magno conqueſtus coram eo, & Hadriano Papa, quod Caſſinatis monaſterii, cui principio mancipatum fuerat, ditioni ſubtractum eſſet, & rebus ſuis a Gaidulfo deterrimo Abbate ſpoliatum, quibus intellectis Hadrianus Papa, Carolo aſſentiente, Glannafolium Caſſinatibus reſtituit, ſtatuitque, ut mortuo ejus loci Abbate novus electus a Caſſinenſi Abbate benediceretur, ac ſingulis quinquenniis Caſſinum iret, ubi in loco Præpoſiti ſederet. Cum vero eundem locum Foſſatenſes monachi ad quos S. Mauri corpus ob metum Normannorum translatum erat ſibi ſubjeciſſent, iteram reclamarunt Caſſinates apud Urbanum II. qui oſtenſo ſibi Hadriani Papæ diplomate Glannafolium denuo eis reſtituit, quæ ſubjectio poſt duo fere ſecula tenuit, ut faſius ſuo loco videbimus. Hoc unum argumentum evincit contra quoſdam Criticos miſſionem S. Mauri a S. Benedicto in Gallias, cum non alio titulo Caſſinates Glannafolium repeterent, quam quia colonia erat monaſterii Caſſinenſis, &c.* Quæ deſumpſit ex bulla Urbani II. cœnobio Caſſinenſi conceſſa, de qua ſuo loco.

Hoc tertio Sæculo plures eæque ampliſſimæ Donationes fidelium pietate cœnobio noſtro obvenere, quas deſcribit Leo Oſtien. lib. 1. cap. 5. 6. 10. 12. 14. Pro coronide verba afferemus quibus Cardinalis Baronius anno 716. To. IX. Caſſinenſis cœnobii encomium texit. *Mirum dictu quanta mox ex nova plantatione Petronacis fuerint propagata, eo in loco germina monachorum, & aucta ipſorum examina inſtar apum quæ ex turgeſcentibus alveariis prodeuntes in diverſa loca ad fœtus multiplicationem volaverint ſed & illud ſecure abſque trepidatione mendacii aſſeri jure poteſt nullum unquam toto Chriſtiano orbe extitiſſe aliquando monaſterium, ex quo tot viri Sanctitate conſpicui, atque doctrina, tanta numeroſitate ad regimen Sanctæ Apoſtolicæ ſedis adſciti fuerint, ut plane dici poſſit fuiſſe idem aliquando ſeminarium ſacrorum Antiſtitum prout quæ ſuo tempore dicturi ſumus manifeſte docebunt.*

Donationes hoc Sæculo Monaſterio Caſſinenſi factæ.

Encomiŭ Cardinalis Baronii Monaſterio Caſſinēſi.

SÆCULUM QUARTUM
COENOBII CASSINENSIS,
AB ANNO CHRISTI DCCC. AD DCCCC.

I.

SERIES ABBATUM CASSINENSIUM.

Giſulfus e nobiliſſima Beneventanorum Ducum proſapia ſedit a nonis Junii 797. ad nono Kal. Januarii A. 817.

S. Apollinaris ad v. Kal. Decembris a. 828.

S. Deuſdedit ad vii. Idus Octobris a. 834.

Hildericus dies tantum ſeptem, & decem.

Authpertus a menſe novembri a. 834. ad x. Kal. martii a. 837.

Baſſacius ad xvi. Kal. Aprilis a. 856.

S. Bertherius ad xi. Kal. novembris a. 884.

II.

Abbates, qui poſt excidium Cœnobii Caſſinenſis Monaſterio Teanenſi præfuerunt.

Angelarius ab xi. Kal. novembris a. 884. ad nonas Decembris a. 889.

Ragemprandus a Kal. Januarii A. 890. ad viii. Idus novembris A. 899.

III.

Res ad Diſciplinam monaſticam pertinentes.

Exactam Regularē diſciplinam Ludovicus pius promovet.

Quænam apud Caſſinates hoc ſæculo fuerit diſciplina monaſtica, ſatis explicat Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 16. hiſce verbis: *Ultimo hujus Abbatis* (Theodemari) *anno Ludovicus Imperator, qui cognominatus eſt Almus, vel Sanctus, filius HCaroli hujus, quarto anno imperii ſui in Aquiſgrani palatio, cum plurimis totius Franciæ Abbatibus, monachiſque religioſis conventum faciens, valde utiliſſima noſtri ordinis obſervationi ſeptuaginta, & duo generalia capitula conſtituit: quæ ita fere omnia apud nos, ac ſi B. Benedicti Regula, obſervantur &c.*

Ludovicus Pius Imperator a. 816. vel ut quibuſdam lubet 817., ut ſuam erga divinum cultum religionem oſtenderet, Concilium Aquiſgranenſe coegit, in quo regula ſtatueretur pro Canonicis, teſte Anonymo Aſtronomo in vita Ludovici Pii T. II. Ducheſnii p. 298. cum ait: *Imperator generalem habuit conventum Aquiſgrani, in quo quantum ferveris circa divinum cultum in arca pectoris geſtaret, toto adniſu declaravit. Congregatis enim epiſcopis,*

Digitized by Google

piſcopis, nobiliſſimoque ſancta eccleſia clero, fecit componi, ordinarique librum canonica vita normam geſtantem, in quo totius illius Ordinis perfectio continetur, ſicut recluſus ipſe fatetur &c. Indemque conſtituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo monachos ſtreuna vita per omnia, qui per omnia monaſteria Monachorum euntes, redeunteſque, uniformem traderent cunctis monaſteriis tam viris, quam ſanctimonialibus fœminis vivendi, ſecundum regulam S. Benedicti incommutabilem morem. Ex quibus deducitur in eodem Concilio regulam pro Canonicis, atque decreta pro monachis condita fuiſſe, quibus regula S. Benedicti examuſſim obſervaretur, hortante S. Benedicto Anianenſi. Epigraphe Capitulorum Ludovici hæc eſt: *Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXVII. Imperii veroglorioſiſſimi Principis Ludovichi IV. VI. Id. Julii, cum in domo Aquiſgrani palatii, quæ Lateranis dicitur Abbatem cum quampluribus una ſuis reſediſſent monachis, hæc, quæ ſubſequuntur capitula communi conſilio, ac pari voluntate Regularibus conſervari decreverunt.* Capitula hæc integra referre nil juvat, quod edita jam ſint penes Binium, Labbeum, & Sirmondum, atque in tom. III. Chronici Yepeſii, apud Hæftenum pag. 1092. in appendice Chronici Caſſinenſis ab Angelo de Nuce notis illuſtrati pag. 5., & ſeqq. alioſque multos. Tantum utiliora quædam exſcribemus ex pervetuſto noſtro cod. ſignato num. 353.

I. Ut Abbates, mox ut monaſteria ſua remeaverint, Regulas per ſingulas ſententias diſcutientes pleniter legant, & intelligentes, Domino opitulante, efficaciter cum monachis ſuis implere ſtudeant.

II. Ut monachi omnes, qui poſſunt Regulam memoriter diſcant &c.

IV. Ut in coquinâ, in piſtrino, & in cæteris artium officiis propriis operentur manibus, & veſtimenta ſua opportuno tempore ipſi lavent.

V. Ut nullo umquam tempore poſt Vigilias, causâ dormiendi, niſi contigerit, eos ante horam conſtitutam ſurgere, ad lectos redeant ſuos.

Sanctus etiam Benedictus Regulæ ſuæ capite 8. jubet, ut illud temporis intervallum, quod a vigiliis nocturnis ad matutinas laudes intercedit, in meditandis Pſalmis, aut Sacris lectionibus inſumatur.

VI. Ut in quadrageſima niſi in Sabbato Sancto non radantur, in alio enim tempore ſemel per XV. dies radantur, & in octaba Paſcha.

Non licebat in quadrageſima pœnitentibus aut barbam radere, aut comam tondere.

VIII. Ut ſi neceſſitas popoſcerit ob operis laborem poſt refectionem veſpertinam, etiam in quadrageſimam pari modo, & quando officium mortuorum celebratur, priuſquam lectio completorii legatur, bibant.

IX. Ut cum Abbate, vel a quocumque Priore ſuo increpatus quis eorum fuerit, mox ſine morâ proſternent illius pedibus, mea culpa primum dicat, ita ut indutus eſt, et tunc jubente Priore, ſurgat, & unde interrogatus fuerit, rationem humiliter reddat.

X. Ut ſolus ſine altero Monacho in via non dirigatur.

Exacte adeo S. Gregorii Magni tempore pia hæc conſuetudo obſervabatur, ut Monachum a monaſterii regimine, ad quod aſſumptus fuerat, extorrem eſſe voluerit Sanctus Pontifex, quod ſolus ex Monaſterio exierat.

XIII. Ut ſi neceſſitas fuerit, eos occupari in frugibus colligendis, conſtitutum legendi, & meridie pauſandi tempus prætermittatur, & operantes non murmurent.

XIV. Ut quartâ, & ſextâ, feriâ jejunantes, ante ſi neceſſitas fuerit juxta Prioris arbitrium levia opera exerceant.

XXI. Ut Abbas, vel quiſpiam Fratrum ad portam monaſterii cum hoſpitibus non reficiat, neque bibat. In refectorio autem omnem ejus humanitatem manducandi, ac bibendi exhibeat. Ipſe tamen a cibo, potuſque menſurâ contentus ſit, quam reliqui Fratres accipiunt. Si vero propter hoſpitem voluerit ad ſolitam menſuram Fratribus, ſibique aliquid augere, in ſuâ maneat poteſtate.

XXIX. Ut in quadrageſima, uſque ad nonam operentur Fratres, quatenus, miſſâ celebratâ, congruo tempore reficiant.

Hoc Canone unicâ tantum operis manuum horâ monachi levantur, cum S. Benedictus in Regulâ jubeat cap. 48., ut ſeptem horis quotidie labori manuum incumbant monachi.

XXXIII. Ut nemini liceat ſermonem juramenti affirmationis proferre, niſi ſicut SS. Patres ſoliti fuerint loqui.

Canon hic ſacroſanctus adeo apud monachos habebatur, ut nullatenus illud, quocumque objecto periculo violare quidam voluerint. Felices ſi tales modo ſe præſtarent Monachi, ut eorum dictio, ſicut olim, etiam in propriâ causâ, ſtatim crederetur.

XXXVII. Ut in Paraſceve non aliut niſi panis, & aqua ſumatur, ut benedictio a ſacerdote poſt completorium dicatur. Ut de omnibus in elemoſinâ datis tam eccleſia, quam Fratribus decima pauperibus dentur.

Hactenus etiam in omnibus cœnobiis noſtris uberes eleemoſynæ pauperibus, & nummariæ & cibariæ tribuuntur.

LIV. Ut docti Fratres eligantur, qui cum ſupervenientibus monachis loquantur. Hic Canon adamuſſim Regulæ cap. 66. reſpondet.

LX. Ut ad capitulum primitus martyrologium legatur, & dicatur verſus, quod ſilentium ſolvatur. Deinde Regula legatur aut Omelia qualibet, noviſſime, Tu autem Domine dicatur.

LXIII. Ut ad Capitulum lectio tradatur ſimiliter ad collationem, ſi tempus fuerit oportunum.

LXVI. Ut unicuique fratri in cibo, & potu ſeparatim portio detur, & de ipsâ menſura alicui minime ſit licentia dandi.

Mabillonius Annalium Tom. II. hæc ſcribit: *Optandum eſſet, ut, ſicut Modeſtus monachus priſcum Fuldenſium habitum pictura expreſſit a nobis ſuo loco exhibendum, ita etiam Eigil Abbas, aut Rudolfus monachus primariam illam deſcripſiſſet diſciplinam, qualem Sturmius Fuldæ inſtituerat ad normam ſcilicet Sacri monaſterii Caſſinatis. Nec dubium quin diſciplina illa ſcripto tradita ſit ad poſteros tranſmittenda, tametſi an ad nos uſque pervenerit, non liquet. Ejus ſpecimen videre mihi videor in fragmento illo, quod a me relatum eſt in tomo 4. Analectorum ex veterrimo codice Sancti Udalrici ſcripto ante annos fere nongentos, ubi Ordo Officii in* nota;

domo

domo Sancti Benedicti ante Paſcha præſcribitur, quod non de Friſingenſi S. Benedicti eccleſiâ, uti olim mihi viſum eſt, ſed de Caſſinenſi Monaſterio interpretandum exiſtimo. Subſequitur ibidem Ordo Regularis apud eos, qui in arce Regulari pollent, quod prioris ordinis ſupplementum cenſeri poteſt, & eſt ſequens.)

Fol. 439. to. 4. Veter. Analectorum. *I. Inprimis ut a veſpertinis uſque in capitulum, quod ſit poſt Primam, ſummum ſilentium teneatur: & poſt matutinas horas non redeatur ad lectulos, niſi quando plenarium officium celebratur, vel contingat ante horam ſurrexiſſe, excepto infirmis vel præ laſſitudine non valentibus, quorum imbecillitas a Priore conſideranda eſt.*

II. Poſt lectionem autem Capituli exeundum eſt ad opus, quod precipitur a Priore cum ſummâ cautelâ in pſalmorum modulatione, vel ſpiritualium rerum conlocutionibus, ne verba otioſa ſubripiant, ut juxta regularem auctoritatem uſque ad interrogationem non loquantur. Iſta interrogatio a ſapientibus conſideranda eſt, ut paucis comprehendant.

III. Poſt opus, & Tertiam, & miſſam pleniter conveniatur ad lectionem in locum deputatum ab omnibus, excepto his, qui in variis officiis deputantur: ſed de his, qui poſſunt, occurrant, quorum conſcientia ſibi teſtis eſt, utrum poſſint, cuſtodito ſummo ſilentio in intentione lectionis, niſi jubeat Prior alicui doctiori, minus doctis Fratribus, vel doctrina indigentibus, lectionem tradere, de cujus moribus ſecurus ſit.

IV. His ita compoſitis, Frater qui ſignis horarum præeſt, accedat ad coquinam ad videndum, ſi jam parata ſunt, quæ parantur fratrum uſui neceſſaria. His paratis, moveat ſignum prolixius dum Fratres omnes in eccleſiam concurrere poſſint. His in unum poſitis, ſignum ſecundum pulſet brevius. Finito officio ſtet Abbas, vel ſecundus ab illo ſi ipſe non adeſt cum Fratribus; & ſenior Decanus accedat propere ad ſignum refectorii pulſandum, quo audito, Abbas præcedat, ſic ſequantur reliqui Fratres honeſtiſſime, ut nullius vox, vel muſſitatio ibi audiatur.

V. Poſt cibum autem citius redeunt ad ſtratus ſuos, maxime juvenes, vel negligentes, quorum mores notantur. Si qui ſunt de quibus bene præſumitur, & volunt, liceat illis aliquantulum, ſed tamen breviter vacare orationi in eccleſia. In clauſtro autem, vel prohibito loco nullus inveniatur, ne forte (quod abſit) aliquis fabulis vacet, vel otio. Sed nec hoc prædicti Patres ſaltem concedunt.

VI. Item ſigno Nonæ priore pulſato prolixius ſuſtineatur a ſecundo eo modo, ſicut ſuperius; & cetera omnia, quæ ſuperius diximus de hora ſexta compleantur. Sunt qui verſum volunt dicere poſt potum nona ſicut prius in capitulo ad ſolvendum ſilentium, quod caute cuſtodiunt, uſque ad illam horam, ſed videat Abbas, utrum hoc obſervare voluerit. Poſt nonam autem ſicut jam præfati ſumus in opere cuſtodiantur omnia.

VII. Vidimus etiam de adoleſcentioribus fratribus maximam curam haberi, & ad hanc curam deputatos duos, quorum probatiſſima vita habebatur in Monaſterio, nec declinari adoleſcentes ab eorum adſpectu ſive in die, ſive in nocte unquam auſos fore.

VIII. Circatores etiam duos, qui omnibus horis, dum fratres vigilabant, circuibant Monaſterium, ne quis Frater deeſſet proprio loco, ſi autem defuiſſet, ſtatim in tabulis notabatur, & in conventum Fratrum adſpectui Abbatis præſentabatur, & juxta propriam temeritatem regulari diſciplinâ corripiebatur. Sed & multa alia, quæ brevitas hujus ſchedulæ coercet, & ore conloquentis edocentur melius ab his Patribus cuſtodiri.

IX. De modis autem pœnitentiæ cautiſſime decernunt, quos modos eſſe ſeptem dicunt Regulares. Primus ammonitio ſemel, & iterum, atque tertio. Secundus correptio publica coram omnibus abſque excommunicatione. Tertius excommunicatio pro levioribus culpis. Quartus excommunicatio pro gravioribus culpis. Quintus verberum vindicta, vel corporis caſtigatio. Sextus oratio communis ab omnibus. Septimus expulſio de Monaſterio, ſi rite recordor. Inveniuntur tamen & alii modi pœnitentiæ in regulari diſciplinâ, ſed hi excellentiores.

X. Vidimus etiam, & aliud obſervabile. Si quis ad perfectionem taciturnitatis venire deſideret, quod nullus Fratrum in qualibet loco loqui aliquid præſumebat præter duo ad hæc deputata. In eccleſiâ nullus præter officium Divinum, & verba orationis: Si aliquid cuilibet loqui neceſſitas erat, tacito veſtimento Abbatis vel cujuslibet Fratris, annuit ad illa loca: expoſitiſque pauciſſimis verbis, vel rationabilibus, ſtatim abſceſſerunt, timentes ne propter neceſſaria verba in nociva, & inutilia inciderent.

XI. Prædicti circatores hoc obſervabant; ſi aliquem ridentem, vel ſuſurrantem conſpexerant, ſtatim tabulis notabatur, & benigniſſime corripiebatur tempore oportuno.

XII. Inter ſe namque tantâ caritate ardebant, ut ſi cuilibet contigiſſet propter communem utilitatem longius abeſſe, quod tantâ dilectione deſiderabatur ab omnibus, ut nulla mater amplius unicum filium deſiderare potuiſſet, uſque dum rediret. Reddito propriis ſtatim ſuper collum ejus in oſculum ruebant fraterno affectu implentes illud quod dicit Dominus in evangelio: Tunc vere diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.

Ex noſtro codice 353. modus innoteſcit, quo eccleſiaſtica jejunia, pluresque alii ritus apud Caſſinates obſervabantur. Nam cum primis æſtate jejunium ad nonam protrahebatur, ad veſperam hieme, eaque jejunia in quatuor anni temporibus ſervabantur, præter alia in vigiliis Aſcenſionis, Pentecoſtes, S. Johannis Baptiſtæ, S. Petri, S. Laurentii, & S. Mariæ; Imagines Sanctorum in eccleſia velabantur tempore Paſſionis, atque, ut alia omittamus, ſingularia quædam afferemus in hanc rem hujus Codicis verba. *Item de Cœna Domini agatur miſſa, & veſpere, poſt hæc intrent in refectorium, accipiant ſingulas biberes, & panem & aliud quicquid eis appoſitum fuerit, exeuntes vero labent pedes ſimul unuſquiſque ad invicem, tam Abbas quam ſacerdotes, & ſeniores antiphonas decantantes, Dominus Jeſus poſtquam cœnabit, alia, dum recubuiſſet Dominus Jeſus; alia, Ibi eſt gaudium. pſalmus. Beati immaculati. Et poſt mandatum expletum, dicant verſum, & orationem, & poſt hæc vadant ad cœnam, & in ipſâ nocte ad matutinum per ſingulas antiphonas extinguant ſingulas candelas. Item ſexta feria hora tertia legitur Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Mattheum, hora ſextâ Paſſio Domini ſecundum Marcum, hora vero nonâ legitur in primis lectio de Oſea; inde ſequitur canti-*

Eccleſiaſtica jejunia rigide obſervata.

Suppl. Hiſt. Caſſin. F *cum*

cnm Domine audivi , poſt hec alia lectio de Exodo , & tractus , Qui habitat in adjutorio . Et ut modernis placet tractus , Eripe me Domine ab homine malo Poſt hec , Paſſio Domini ſecundum Johannem . Deinde ſubſequuntur oraciones cum Metaniis , & poſt hac adorant crucem cantantes antiphonas ſecundum conſuetudinem , & acta veſpera , reficiant panem , & aquam tantum , & legumen infuſum . Item in Sabbato Sancto ad matutinum . . . . . . de candelis extinguendis ſic faciant quomodo & in cœna Domini . Poſt horam nonam incipiunt leciones cum oracionibus , & tractu , & benedicite . Inde ſequitur benedictio ignis , & cerei , & aqua , & tunc incipiunt litaniam , & ibunt in eccleſiam Beati Petri Apoſtoli , & dicta ibi oracione , pergunt ad S. Benedictum , & finita letaniâ , incipiunt miſſam majorem , & quando Sacerdos dicit Gloria in excelſis Deo , tunc incipiunt tangere campanas , & ut legitur Apoſtolus , dat Abbas cerea ad omnes , finito autem Apoſtolo , incipie Sacerdos Alleluja : legitur evangelium tithiama ſolum precente , finita miſſa , acta Veſpera , pergunt ad refectorium antiphonam cantantes , Veſpere ſabbati , & datâ ibidem oracione exeuntes presbyter , & diaconus exuent ſe veſtimenta Sacerdotalia , & poſt hac omnia faciunt refectionem , inde canunt completorium .

In die Sancto Paſcha omnia rite ſuo peraguntur . Sequenti feriâ ſecunda eunt mane cum cruces , & codicibus ſacris , & aquâ benedicta per ſingulas domus , dantes oraciones , ac benedictiones , & redeuntes ad eccleſiam cum letaniâ peractâ miſſâ reficiunt . Item feria tertiâ in albis quando monachis major feſtivitas eſt , deſcendent omnes e ſurſum cum theſaurit ceroſtandiis crucibus , cantantes , & pſallentes , eo quidem diem magnum eis exhibetur epulum , a prapoſito majore & deorſum ſimiliter exeunt cum ornato , & theſauro eccleſiaſtico cantantes , & pſallentes , & ſic ſe pariter conjungunt ad S. Petrum in civitate ; preſbyteri , diaconi , ſubdiaconi , omnes veſtimenta Sacerdotalia , & ante pectus alii cruces aureas , alii capſas habentes , & ſalutant ſe invicem omnes , & incipiunt illi de deorſum . Benedictus qui venit in nomine Domini ; Et ſubſequuntur ipſi de ſurſum ſimiliter , Benedictus qui venit in nomine Domini : Quo finito dicit ſacerdos excelſa voce orationem . His expletis veniunt omnes unus ad unum ad Domnum Abbatem , & ad reliquos de ſurſum ſalutantes , & pacem dantes ; in primis ſacerdotes , diaconi , ſubdiaconi , poſtea ſeniores , & reliqui Fratres incipiunt letaniam illi de deorſum , & intrant omnes in Sanctum Petrum , & data oracione a presbytero , cantant Tertiam , & legatur lectio ſecundum conſuetudinem , inde incipiunt miſſam . Introitus . Venite benedicti Patris mei & lectio quod in feria ſextâ . Item tonus alleluja : pſalmus tuus David , reſponſorium proſcomen : in graduali alleluja : Verſus Celi enarrant gloriam Dei : Verſus : Expectans expectavi Dominum , & ipſi verſi plani in grecu : evangelium quod in feriâ ſexta ; presbyter vero perfinit miſſam , reliqui autem egrediuntur foras cantates , & pſallentes , ac deorſum pergentes ; mox igitur , ut appropinquaverint prope monaſterium , haut qum non longe ab ipſo negotiantum foro incipiunt letania cum qua ingrediantur in eccleſiâ Domini Salvatoris , & expleant eam , qua completa , pauſent modicum , & lotis manibus , induunt ſe omnes pariter ſacerdotes , & levita , nativneique ſacris , optimiſque veſtimentis , & procedunt caute , & ordinate in atriis beati principis Michaelis Archangeli expectantes venerabilem virum , & Sacerdotem , nec dubium quem birthr : Abb. At ubi ſtipatus adeo celeſti exequia iſdem pervenerit , mox ſimul omnes pariter reboent campana ; & fiat proceſſio cum ſignis , & flamulis , cereis , crucis , ceroſtandis , codicibus ordinatis , capſis , & domnus Abbas hymnum , ante pectus deferat codicem , quem Berthari mirifice Domino , beatoque conſtruxit Benedicto , & introeundo ad edem poſt tonum incipiant introitus . Aqua Sapientia potavit eos ; & omnia ordine ſuo complebunt ut mox eſt , poſt ſextam vero eunt decandando in refectorium ubi & cantent : Te Deum laudamus gratias agentes omnipotenti Dei , qui eos ab adverſis eripuit , & cœnobium cum inhabitantibus incolumem cuſtodibit , poſt datam oracionem exeunt ad expoliandum , & poſt modicum revertuntur ad refeccionem . Hoc oneſte completum poſt refeccionem aſſumentes veſtimenta ſua , & depoſito ornatu , valedicentes patri , fratribuſque , redeunt ſurſum . A feria quarta in albis uſque in octava Paſcha ſex lecciones ad nocturnos faciunt , & evangelium ſemper legunt , & ad matutinum Dominus regnavit cantant , & ad nullum officium completum . Miſerere mei Deus , & cateri pſalmi cantent , ſed neque genua flectunt publice in oracione uſque in octavâ Pentecoſtes ; ſimiliter in Natalitiis Sanctorum , & reliquis feſtivitatibus . His autem vicibus in anno proficiſcunt cum praceſſione ad refectorium . Siquidem in natale Domini , in Epiphaniâ , in Palme , in ſabbato ſancto , ſanctum Paſcha , ſequent feria tercia , & Pentecoſtes ; Et ſciendum quia domnus Abbas ad menſam ſuam ſolitam ad reficiendum non reſidet in quadrageſima , prater in feſtivitatem S. Benedicti , & in Pſalmis in Cœnâ Domini in Sabbato Sancto , & commemorabimus quoniam per omnes pæne canonicas horas pro defunctis pſalmum canitur miſerere mei Deus pro vivis autem . Deus in nomine tuo , pro Elemoſinantibus Domine Deus in adjutorium meum intende : & pro Domna Hingelberga Auguſta , De profundis clamavi : pro Paſtoribus vero , & commiſſis in quadrageſima ab Ad Dominum dum tribularer , uſque ad memento Domine David . Surſum vero canunt non ſolum in quadrageſima pro eis hi pſalmi , ſed etiam a Solemnitate ſancti Martini , uſque Natalem Domini , & memorata quadrageſima per circuitum cœnovii triduanas faciunt fratres publice letanias .

Mabillonius Annal. to. 1. pag. 609. nu. 46. hæc aliique ritus , & conſuetudines
ait : *Hujus loci occaſione haud ab re viſum eſt in appendice referre morem celebrandorum jejuniorum , ſaculo nono , apud Caſſinates noſtros receptum* ; & pag. 704. per extenſum refert eas conſuetudines , quibus jejunium ſervabatur ex noſtro laudato codice deſumptas ; imo to. IV. Analectorum primum hunc ordinem affert pag. 454. , & ſeqq. ex codice Auguſtano ante annos , ut ipſi videtur , nongentos conſcripto , longe tamen contractiorem quam noſter ſit . In eo quem Mabillonius edidit , hæc verba conſideranda : *In his feſtivitatibus fiunt duodecim lectiones , & dicitur Dominus regnavit , Paſcha , Aſcenſio Domini , Pentecoſten , S. Johannis Bapriſta , S. Petri , Sancti Laurentii , S. Maria , S. Martini , Nativitas Domini , Epiphania Domini , Octabas Domini , Octabas Epiphania , Purificatio S. Maria ,*

Mariæ, Nativitas S. Fauſtini, & Jovitæ, & Depoſitio S. Benedicti Abbatis, & S. Gregorii Papæ & S. Germani Epiſcopi. In his autem feſtivitatibus in vigilia non eſt proceſſio, nec jejunium ad veſperum, videlicet octaba Domini, octaba Epiphaniæ, & Purificatione Sanctæ Mariæ. In reliquis autem Sanctorum Feſtivitatibus VIII. lectiones. Quare ſi in Vigiliis octavæ Domini, Epiphaniæ, & Purificationis Deiparæ jejunium ad veſperam non protrahebatur, in aliis certe feſtivitatibus, ad eam uſque horam protractum eſſe debuit. Idem Mabillonius Annal. to. II. pag. 145. ait: *In priori ordine mentio fit non ſemel de Eccleſia Sancti Petri, ex quo dubium oritur, an is pertineat ad Caſſinenſe monaſterium, in quo nulla S. Petri eccleſia fuiſſe legitur, præterquam in Caſino Caſtro, ubi Scaumperga uxor Giſulphi Ducis, templum Idolorum in B. Petri honorem convertiſſe* * *memoratur. Verum cum cætera Caſino in hoc ordine conveniant, hujus eccleſiæ memoriam abolitam fuiſſe dicendum eſt; &c.* Hujuſcemodi tamen dubium a Petro Diacono Seniore eliminatur Authore vitæ S. Athanaſii Neapolitani epiſcopi, eique ſuppare; hic enim de obitu S. Epiſcopi loquens, qui anno 872. in oratorio S. Quirici non longe a monaſterio Caſſinenſi, cum Româ rediret, evenit, habet: *Inde portatus uſque ad montem Caſſinum flentibus omnibus, ſet exultantibus Angelis, quem ſuſcipiens omnis Sancta congregatio illius monaſterii, digne, ac decentiſſime Sanctiſſimum ejus corpus condiderunt in eccleſia B. Principis Apoſtolorum, quæ a Rechiſo rege conſtructa eſt, & jungitur baſilicæ S. Benedicti, ubi exuberant multa mirabilia per eum, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, uſque in præſentem diem &c.* Vita S. Athanaſii extat in noſtro codice inſcripto *Regiſtrum S. Placidi*, Vid. Baron. Anno 872.

* Chron. Caſſ. lib. 1. cap. 5.

Primi hujuſce Ordinis meminit Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 32., dum eas ceremonias refert, quæ feria tertia poſt Paſcha a Caſſinatibus fiebant; Martene de antiquis monachorum ritibus pluribus in locis potiſſimum in præfatione, & pag. 412. 459. &c. & Mabillonius laudato loco.

Comitia Generalia.

Prope finem noſtri codicis, de quo agimus, hæc adſunt verba, ex quibus idea quædam comitiorum generalium, quæ apud Regulares omnes modo invaluerunt, deducitur, atque magnus monaſteriorum numerus, quæ Cœnobio Caſſinenſi ſubjiciebantur. *Pridie Kal. Septembris conventio conventus, Synodus collecta, collectio undique per circuitum omnium Monachorum ad monaſterium Sanctiſſimi Benedicti Patris, audiendi a Paſtore quid emendare, quidve debeant cavere, vel quomodo ſub Dei præſentia caute, ac vigilanter vivere valeant ſemper. Kalend. ſeptembrias &c. Et eo die ordinatio Monachorum, & deſcriptio veluti per ſingulas eant Provincias.* Quæ eadem fere verba habet Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 32. Mabillon. in præfat. ad Sæcul. 4. part. 2. pag. 109. nu. 203. & Annal. to. III. pag. 23., ubi poſtea ſubdit: *Hæc forma quædam capituli generalis, in quo pro nutu Præſidentis amovebantur, vel continuabantur Præpoſiti, quæ lex aliis quoque in locis obtinebat*; & Martene de antiquis monachorum ritibus pag. 526.

Joannes VIII. hoc privilegium conceſſit S. Berthario Abbati, quod in veteri Regeſto Petri Diaconi p. 4. extat.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Berchario Religioſo Abbati venerabili monaſterio B. Benedicti confeſſoris Chriſti ſito in Caſino, & per eum in eodem venerabili monaſterio, vel cunctæque Congregationi in perpetuum. Quoniam ſemper ſunt concedenda quæ racionabilibus congruunt deſideriis oportet, ut devocio in me petitoris humiliter acquiſita in privilegiis concedendis minime denegetur a noſtra clemencia. Igitur quia petiſti a nobis quatenus monaſterium B. Benedicti Confeſſoris Chriſti atque monaſterium B. Scholaſticæ, ſeu & eccleſiæ per ſingula loca conſtructa prædictis monaſteriis pertinentes privilegiis apoſtolicæ ſedis infulis decorentur, ut ſub juriſdictione Sancta, cui deo authore deſervimus eccleſiæ conſtituta, nullius eccleſia cujuslibet Epiſcoporum dictionibus promoveatur vel ſubmittatur. Pro qua re piis deſideriis faventes, hac noſtra auctoritate id quod expoſcitur peticione mancipamus, & ideo omnem cujuslibet eccleſiæ epiſcopum in præfata venerabilia loca quamcumque dicionem habere omnino prohibemus præter ad Sedem noſtram Apoſtolicam habeant reſpectum amodo, & deinceps amiſſa videlicet omni novitate, & violencia, ex eiſdem monaſteriis prohibemus, ita ut niſi quis ab Abbate monaſterii fuerit invitatus neque ad conſecrandam eccleſiam, vel ſacerdotem de præfatis monaſteriis ſive in omnibus Cellis ibidem pertinentibus præſumant ingredi, nec miſſarum ibidem ſollemnitatem quiſpiam Epiſcoporum præſumat omnimodo inibi celebrare. Ad conſecrandam autem eccleſiam in ſuis monaſteriis, vel cellis quemcumque epiſcoporum invitare voluerit ipſe Abba ſine cujuslibet impedimento concedimus poteſtatem, ut profecto juxta id quod ſubiecti Apoſtolicis privilegiis conſiſtunt inconcuſſe donanda permaneant, ſed & conſtituentes unacum ſacerdotali noſtro collegio, per hoc noſtrum Apoſtolicum privilegium omnia loca, quæ aliquando poſſederunt ipſa venerabilia monaſteria, vel quæ nunc eis aut poſtea a fidelibus hominibus fuerint conceſſa per diverſa territoria nulli caſtaldio, aut epiſcopis non magno, vel parvo homini per quodlibet ingenium, aut argumentum liceat quomodocumque eaſdem invadere poſſeſſiones, vel cenſum tollere, aut affligere Monachos, vel ſervos, ſed magis ad laudem Chriſti, & eternam memoriam largitores perpetuo tempore maneant intacta ab omnibus, & deſerviant ſolummodo S. Matri Romanæ eccleſiæ, & nullus Preſul audeat amodo in his Monachis ſubjectis S. noſtræ eccleſiæ quamcumque ingerere excommunicationem ſed liceat illis ita peragere deificos curſus ſicut a B. Benedicto per illius regulam habent in mandatis, atque conſtituimus, ut quiſpiam præſul non præſumat ſegregare ab eccleſiis ex dictis monaſteriis pertinentibus populum ibidem percurrentem ad audiendum verbum Dei, & confitentem delicta ſua tam in urbibus, quam extra urbes, ſed canonice ingrediatur ibidem, & egrediatur devotus populus. Et eccleſiæ veſtris dicionibus ſubditæ omnibus pateant. Sed quoniam paſtoralis propterea nobis a Deo cura commiſſa eſt, ut viles in omnibus exiſtere mereamur, ne quod abſit, dominicæ oves luporum morſibus lanientur. Qua de re omnibus venerabilibus epiſcopis, presbyteris, abbatibus, diaconibus, ducibus, tribunis, comitibus, caſtaldiis, actoribus, vel cunctis Deum timentibus noſtra Apoſtolicæ auctoritatis, ſub conteſtacione Beati Petri principis Apoſtolorum præcipimus, atque jubemus. Qui ligandi, ſolvendique peccata homi-

num in cœlo, ac terra a domino deo noſtro poteſtatem percepit, cujus nos gracia divina vices gerimus ſtatutum eſt, & per hujus decreti noſtri paginam interdicimus omnibus omnino cujuslibet eccleſiæ præſulibus, vel cujuſcumque dignitatis præditis poteſtate ſub anathematis interdiccione, & eterni Judicii obligacione qui ei præſumpſerit præſenti conſtitucioni a nobis prephati monaſterii indulti quolibet modo exiſtere temerator. Scriptum per manum Anaſtaſii notarii Regionarii, & Scriniarii S. Romanæ Eccleſiæ in menſe Maii Indiccione quintadecima. Bene valete. Undecimo Kal. Junii per manus Walperti epiſcopi S. Portuenſis Eccleſiæ anno Deo propicio Pontificatus domini noſtri Johannis ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli, decimo, Imperante domno piiſſimo Carolo auguſto a Deo coronato magno Imperatore anno ſecundo.

Indictio diplomatis optime quadrat cum anno 882., qui decimus erat Johannis Papæ, & Secundus Caroli III. Imperatoris cognomento Craſſi. Walperti epiſcopi meminit Ughell. tom. 1. Ital. Sac. in deſcriptione epiſcoporum Portuenſium col. 113. nu. 16. Ciampinus in catalogo Bibliothecariorum p. 6. habet Raſponum aſſerere fuiſſe a. 860. Bibliothecarium S. R. E. Gualbertum Portuenſem epiſcopum, idque ex privilegiis Caſſinenſibus conſtare. Hoc noſtrum illud eſſe credimus ab Em. Raſpono viſum, in quo tamen Walpertus, non Gualbertus legitur, neque bibliothecarii muneris mentio eſt.

I V.

RES IN COENOBIO CASSINENSI

HOC SÆCULO GESTÆ.

Lotharius Rex Caſſinum venit.

LOtharius Imperatoris Lotharii primi filius alter natu, rex fuit Lotharingiæ a quo hoc nomen illi provinciæ inditum. Erat Lotharingia regnum peramplum, ac nobile, ut apud Scriptores conſtat, atque ex hujuſce regni diviſione poſt Lotharii obitum inter Ludovicum Imperatorem ejus fratrem, & Carolum regem patruum, anno 870. inita, quæ adnotata eſt in Capitularibus tit. 43. Vid. Mabillon. to. III. Annal. pag. 43. 161. 678. Lotharius Theutberga Boſonis filiâ uxore ductâ, plurium deinde criminum ream inſimulans, honeſtiſſimam fœminam repudiavit, ut Waldradam, quam deperibat, matrimonio ſibi copularet. Verum Nicolaus Pontifex hujuſcemodi nuptias irritas eſſe jubens, Waldradam etiam ſolemni ritu ſacris interdixit, anno 866. ut refert Cardinalis Baronius ad eum annum, Pagius nu. 9., & Mabillon. annal. to. III. pag. 155. Mortuo vero Nicolao, aliquid ſe profecturum exiſtimans Lotharius apud novum Pontificem, Ludovicum II. Imperatorem, fratrem ſuum Beneventum adiit, ubi tunc erat, Saracenos debellaturus, cujus precibus eſt factum, ut Hadrianus II. Nicolai Succeſſor ad Caſſinenſe cœnobium venerit, in quo Lotharius ipſe, & Engelberga Imperatrix occurrerunt. Hujus congreſſus cauſam narrat Annaliſta Bertinianus anno 869. apud Du-cheſne Tom. III. pag. 254. in hæc verba: *Lotharius &c. Romam perrexit locutus prius cum Ludoico fratre ſuo Imperatore, ut tunc, ſi poſſet, per eum apud Adrianum Papam obtineret, quatenus Theutbergam reiceret, & Waldradam reſumeret. Ipſamque Theutbergam poſt ſe Romam ire præcepit &c. Lotharius autem Romam rediens a latere ad ſuum fratrem in Beneventum uſque pervenit, & & apud eum per Engelbergam multis petitionibus, & muneribus, atque in convenientiis obtinuit, ut ipſa Engelberga cum eo, uſque ad monaſterium Sancti Benedicti, quod in monte Caſſino ſitum eſt, rediret. Quo etiam Adrianum Papam eidem Engelberga, & ſibi ex juſſione Imperatoris venire fecit, & apud eum, datis illis multis muneribus, per ipſam Engelbergam obtinuit, ut idem Papa illi miſſam cantaverit, & Sacram communionem hac convenientia ei donaverit. Si poſtquam Nicolaus Papa Waldradam excommunicavit, nullum cum ea contuberninm, vel carnalis copulæ mercimonium quin nec conloquium quoddam habuerit. Ipſe autem infelix more Juda, ſimulata bona conſcientia, & impudenti fronte, eandem Sacram communionem ſub hac conventione accipere non pertimuit, nec recuſavit; ſed & ſui fautores cum eo ab ipſo Papa percepere communionem. Inter quos & Guntharius auctor, & incemor hujus publici adulterii communionem inter laicos ab eodem Adriano Papa accepit, data illi prius coram omnibus profeſſione, quæ ita habetur.*

Profiteor ego Guntharius coram Deo, & Sanctis ejus, vobis Domino meo Adriano ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, ac venerandis tibi ſubditis Epiſcopis, reliquoque Conventu, quoniam judicium depoſitionis in me a domno Nicolao canonice datum non reprehendo, ſed humiliter porto. Unde nec ulterius ſacrum miniſterium contingere præſumo, niſi per miſericordiam mihi ſubvenire volueritis. Nec aliquando contra Sanctam Romanam eccleſiam, aut ejus Pontificem aliquod ſcandalum, vel quidquam adverſi moveri volo: ſed devotum me eidem ſanctæ matri eccleſiæ ejuſque præſuli exhibere, atque obedientem permanere proteſtor. Ego Guntharius huic profeſſioni a me factæ manu propriâ ſubſcripſi. Data Kal. Julii Indictione II. in eccleſiâ S. Salvatoris, quæ eſt in monaſterio S. Benedicti in Caſino.

Accipiens autem iſdem Papa a Gunthario conſiſtente inter laicos hanc profeſſionem, relectam inter laicos ab ipſo publice coram omnibus dixit illi: & ego tibi concedo laicam communionem, ea conditione, ut ita quamdiu vixeris obſerves, ſicut modo profeſſus fuiſti.

Engelberga denique redeunte ad ſuum Imperatorem, Adrianus Papa Romam reverſus eſt. Quem e veſtigio Lotharius eſt proſecutus &c.

Lotharius vero Roma latus promovens, uſque Lucam civitatem venit, ubi febre corripitur: et graſſante clade in ſuos, quos in oculos ſuos coacervatim mori conſpiciebat, ſed judicium Dei intelligere nolens, uſque Placentiam VIII. Id. Auguſti pervenit, ibique dominicâ die ſuperdiurnans, circa horam nonam inopinate exanimis pæne effectus eſt, et obmutuit, atque in craſtina hora diei ſecundâ moritur: et a paucis ſuorum qui a clade remanſerant, in quodam monaſteriolo ſecus ipſam civitatem terræ mandatur, etc. Regino, cui Baronius Anno 868. ſubſcribit, ab Annaliſta tantum differt, quod Romæ ſacram communionem a Lothario acceptam ſcribat. Sed Bertinianum vera faſſum oſtendit Guntharii inter Pontificis manus facta confeſſio, quæ Caſſini exa-

rata

rata dicitur. Annaliſtæ Bertiniano aſſentiuntur Pagi anno 868. nu. 9. & Mabillonius to. III. Annal. anno 869. pag. 155. & ſeqq.

Saraceni non longe Caſtrametati. Ab anno jam 846. Saraceni magna claſſe ex Africâ digreſſi, Romam perrexerant, ubi expoliatis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli baſilicis, viâ deinde Appia prope Fundos devenere. Qua urbe incenſa, Cajetam obſederunt, fugato etiam Francorum exercitu, qui periclitanti Cajetæ ſuppetias ferre contendebat. Fugientes milites perſecuti, Caſſinenſis Abbatiæ ditionem ingrediuntur, incenſiſque Sancti Andreæ, & S. Apollinaris cœnobiolis, poſtero die monaſterium Caſſinenſe devaſtare, ac peſſumdare ſtatuerant. Ubi id Caſſinates reſcivere, in preces ſeſe, lachrymaſque ante corpus S. Benedicti proſternere, ejuſque opem enixe implorare, ut narrat Ignotus Caſſinenſis coævus author apud Peregrinium in Hiſtoria Principum Langobardorum pag. 103., & ſeqq. Quid deinceps evenerit idem Ignotus refert nu. 9. cujus verba integra exſcribere operæ pretium ducimus, Ait ergo: *Dum nimius eſſet pavor, & formidoloſa expectatio, & copioſa fieret ad omnipotentem Dominum exoratio, per viſum Baſſacio Patri parum prædeceſſor, & Apollinaris Abbas; Quid, inquiens, habetis, quare mærorem patimini? & Baſſacius ad hæc. Imminet iniqua mors Pater, & non verendum? Nolite, inquit, timere: Benedictus pius pater veſtram obtinuit ſalutem, deprecamini igitur ſedule Dominum, cum litaniis, & miſſarum ſolemniis, Dominus cito exaudiet voces clamantium ad ſe, denique, & nos vobiſcum in eccleſiis ſtantes, cælorum cum civibus communiter pro vobis Jeſum Chriſtum Dominum exorare non deſiſtimus: Cumque a ſomno ſurrexiſſet Baſſacius Paſtor, & hoc Fratribus indicaſſet in commune omnes excelſa voce Dominum benedixerunt, qui ſalvat miſericorditer ſperantes in ſe. Tunc ſubito immanis facta eſt pluvia, corruſcationes, & tonitrua tam vehementiora, ita ſiquidem ut etiam Carnellus fluvius ultra terminos excreſcens redundaret, & quem pridie adverſarii tranſire poterant pede, ſequenti videl. die, divinâ coerciti repulſione, neque ripam attingere valebant fluvii: nitebantur quolibet fluvium tranſire modo, ſed dum nullus adeſſet eis ad cœnobium tranſmeandi aditus, ſicut eſt illorum dira barbaries, digitos corrodentes manum fremebant, qui ſtridebant dentibus huc, illucque furibundi diſcurrentes, & ut non abeſſet illorum aſſuetum facinus, cellas Beatiſſimorum martirum Stephani, ſeu Georgii igne cremaverunt & per duos* leones ad Caſtra remearunt. Poſt dies aliquos ſuos ſubnervantes equos, navigare cœperunt, qui dum propius ſua adeſſent Provincia, ita ut etiam jam vicinos cernerent montes, namico plauſu laudes ſuo more dederunt: mox inter eos una paruit navicula, quæ duos ferebat homines unius veluti ſpeciem Clerici, alterius veluti monachi habitum habentis; Qui dixerunt ad eos: Unde venitis, vel quo itis? At illi reſponderunt dicentes: A Petro revertimur, Roma, omne illius devaſtavimus oratorium, Populum cum Regione deprædatâ Francos, ſuperavimus, cellaſque Benedicti cremavimus: Et vos, inquiunt, quinam eſtis, ajunt illi: Qui nos quoque ſumus modo viſuri eſtis, illico facta eſt tempeſtas valida, & procella vehemens, omnes igitur naves confracta ſunt, cunctique adverſarii perempti, nullus unquam ex eis penitus remanſit, qui cæteris talia nunciaret. Sequenti itaque tempore Leo venerabilis Papa oratorium ambiens Beati Petri muris firmiſſimis, & excelſis, ne unquam talis Roma ulterius aliquando eventus eveniret.* Hoc idem miraculum narrat Victor III. lib. 1. Dialogorum pag. 8. & ſeqq., Leo Oſtien. lib. 1. cap. 27. Baronius ad annum 846., & Mabillon. Annal. to. II. pag. 670.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

* locus eſt, ac finis ditionis monaſterii Caſſinenſis. Ex Leone Oſtien. lib. 1. c. 5, lib. 3. cap. 12.

Sichardus Quintus Siconis Beneventi principis filius, vir cum vitiis omnibus infectus, tum maxime efferatus, in aliorum bona inhians, atque avarus erat. Quæ illi vitia cauſa fuere, ut mirum in modum eccleſias, cœnobia, viroſque nobiles, ignobileſque vaſtaret, vexaretque crudeliſſime. Nefandiſſimis hiſce vitiis inviſus omnibus, anno tandem 840. occiditur, in ejuſque locum ſuffectus eſt Radelchis illius quæſtor vir mitiſſimus, optimiſque moribus imbutus. Verum Siconulfus Sichardi frater, qui ejus juſſu Tarentum exulatum jam pridem abierat, Beneventanum ſibi principatum aſſerere conatus Salernum cum primis invaſit, aliaſque ditionis Beneventanæ urbes. Hinc atrociſſimum deinde inter Radelchim, & Siconulſum exortum bellum innumera Beneventano principatui, qui late per totum fere præſens regnum Neapolitanum patebat, atque adeo Italiæ univerſæ mala, cladeſque intulit. Cum itaque Radelchis pluribus factis experimentis comperiſſet imparem ſe, qui Siconulſo ſtrenuo principi, & ad belli artes nato reſiſteret, deſperatione actus, Saracenos ex Africa excivit, ope Pandonis familiaris ſui, qui Bario præerat. Hic Saracenos complexus prope mœnia Barii collocat, qua nacta occaſione Barbari intempeſta nocte egreſſi, urbem capiunt diripiuntque, primuſque omnium patrati ſceleris pœnas luit Pando in mare præfocatus. Radelchis amiſſæ Urbis diſſimulato mœrore, Saracenorum præſidio uſus eam omnem ditionem populabundus devaſtat, incenditque, quæ Siconulſo parebat, potiſſimum Capuam nobiliſſimam, munitiſſimamque urbem. Siconulſus ut tot a ſe, ſuiſque mala amoliretur, peſſimo Radelchis exemplo Saracenos ex Hiſpania advocat, ut Radelchi præpotentiæ æquales objiceret vires. Nimii eſſemus, ſi ea omnia hic mala referre in animo eſſet, quæ eccleſiis, cœnobiis, urbibus, oppidiſque opulentiſſimis irrogata hoc bello fuit. Ea legere quiſque poterit apud Ignotum Caſſinenſem, & Erchempertum, qui eo tempore, illiſque in locis vivebant, quibus hæc evenere; apud Leonem Oſtienſem libro I. Chronici Caſſinenſis, Baronium, Sigonium, Pagium, alioſque complures. Ea nos dumtaxat hic attingemus, quæ ad monaſterium Caſſinenſe præſertim pertinent. Et quidem primum omnium verbis Ignoti Caſſinenſis apud Peregrinium pag. 105. nu. 10. referemus, qualem, quantumque theſaurum cœnobii noſtri expilaverit Siconulſus. *Per idem tempus Siconolfus princeps pro Spanis tribuendum, de beatiſſimi Benedicti cœnobio teſaurum abſtulit perplurimum, ſiquidem vice prima Baziam argenteam unam, Vaucas par unum in gemmis, & ſmaragdis, Spara par unum, ſericamque ſericam do Filfori cum auro, & gemmis. In alia igitur vice centum triginta in vaſis auro libras. Tertia itaque vice trecenti ſexaginta quinque argento libras, & tredecim millia ſolidos auro figuratos. Quarta videlicet vice*

Principatus Beneventani diviſio.

Vacias duas penſantes libras triginta, & Fandatos duplices ſeptem. Quinta nihilominus vice matiatos ſolidos predolatos quatuordecim abſtulit millia. Et poſt hac in Agrifis Baciam unam, & Scaptonem unum Conſtantinopolitano deaurata fabrefacta vaſa opere. Porro in ſequenti vice ſexta per Landonem Comitem & Aldemarium Gaſtaldeum vi ex cœnobio ſuſtulit iſdem Siconolfus predolatı ſolidos duo millia, & ſui principis coronam Siconis, genitoriſque de auro, ac gemmis ſmaragdinis ornatam. Ex hoc neque ſibi profuit, animamque jugulavit ſuam, ſed neque quod fallere monachos promittendo niſus eſt, ei neque profuit nihilominus, ſeu patria, ſed videlicet ab hinc nullum ei amplius evenit triumphus victoria. Eadem, ſed fuſius refert Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 26. Mabillonius Annalium tom. II. pag. 645. Baronius ſub finem anni 843. Ignotus Caſſinenſis num. 12. innumera a Maſſar eorum Saracenorum Duce, qui Radelchi ſuppetias ferebant, irrogata Apuliæ mala refert, everſamque ab eo Theleſiam urbem, atque monaſterium S. Mariæ in Cingla, quod cœnobio Caſſinenſi ſubjectum erat. Mira tamen Dei erga Caſſinates providentia ſervatum noſtrum cœnobium hiſce verbis prædicat: *Quandoque pervenit (Maſſar) Secus almi Benedicti Monaſterium, cujus adeo ita divinitus ment immutata eſt, ut dum unus ei canis vellet in pratis unam comprehendere aucam, per ſemetipſum cum flagello cucurrit, & eandem de ore raptoris expulit avam, cumque ante januas aſſiſteret Monaſterii protinus portas claudere juſſit, ne ſubſequentes introire ...... preſumerent:* Adeo vitæ ſanctimonia efferatiſſimos quoque animos in ſui venerationem & obſequium adigit.

Ludovicus Beneventum advenit.

Pertæſi jamdudum tot cladibus Langobardi cum vires haud ſibi ſuppetere ſentirent, quibus obviam tot malis ire poſſent, Baſſacium Caſſinenſem Abbatem rogarunt, ut ſupplex Ludovicum II. Imperatorem adiret, opem afflictis, ac perditis Langobardorum rebus imploraturus. Erchempertus Hiſtoriæ ſuæ nu. 19. apud Peregrinium pag. 37. addit, ſocios Baſſaciu datos, Laudonem Capuanum Comitem, & Ademarium virum illuſtrem. Imperator benigniſſime votis eorum annuens magnâ comparata militum manu anno 852. in ciſtyberinam Italiam contendit, multiſque cum Saracenis initis prælıis, victor Beneventum ingreſſus vigilia Pentecoſtes ejuſdem anni Saracenos omnes ad unum interimi juſſit, abtruncato etiam Maſſar eorum Duce.

& Principatum Beneventanum divıdit.

Ut vero diſſidiorum originem deinceps averteret, convocatis Langobardorum magnatibus, matureque perpenſis rebus, Beneventi ditionem duplicem in partem, æqua lance diviſit, attributo Radelchi Beneventi principis titulo, eaque principatus medietate, quæ ex ora Boreali ad mare Adriaticum deſinit. Siconulſo vero cum titulo principis Salerni ditionis parte, ad meridiem vergente, quæ Tyrrbeno mari adjacet. Hinc principatus Salernitani exordia. Ubi Ludovicus abſceſſit, Radelchis, & Siconulſus inita inter ſeſe conventione ratam eam diviſionem habuere. In ea vero cœnobia Caſſinenſe, & S. Vincentii in Vulturno neutrius juris eſſe declararunt, utpote, quæ libera atque ſub immediata Imperatorum Lotharii, & Ludovici II. ejus Filii protectione eſſent, ut expreſſe legitur nu. 4. ejus conventionis apud Peregrinium pag. 85., & ſeqq. Vid. Ignotus Caſſinenſis nu. 18., Erchempertus nu. 19. Leo Oſtienſis cap. 29. Baronius ad Ann. 851. Pagi ibidem nu. 1. Poſt initam diviſionem non diu ſuperſtites fuere Radelchis, & Siconulſus, cui Sico ejus filius ſucceſſit, Radelchi, ſuffecto Radelgario Filio. Horum principum tempore Saraceni, qui Barium obtinebant, Apuliam omnem, Calabriam, provinciamque Beneventanam, & Salernitanam depopularunt; quare iterum Baſſacius cum Jacobo Abbate S. Vincentii in Vulturno Imperatorem adire cogitur.

Iterum Ludovicus huc venit.

Præſto fuit Imperator, propeque Barium cum Saracenis collatis armis irrito conatu ob Capuanorum ſceleſtas proditiones abſcedere cogitur, ſecum deportato Salernitano Principe, in cujus locum Ademarium Illuſtrem, ac ſtrenuum virum ſubrogavit. Vid. Erchempertus nu. 20., & Leo Oſtienſis cap. 30.

Iterum Saraceni Barii commorantes, duce Seodan, ad vaſtandos, depopulandoſque principatus Beneventanum, & Salernitanum poſt Imperatoris diſceſſum egreſſi ſunt, ut narrat Ignotus nu. 28. dum ait: *Ille peſtifer Senda quodam tempore egreſſus a Bari totam devaſtabat Capuam, Cancias, leborem, & ſuum nequiſſimum thronum poſuit in campo de Neapoli. Nullus omnino præteribat dies, quin ad quingentos, & eo amplius interficeret homines, & hoc patri ineſſe dicebat, ut illud compleretur evangelicum: Omnis, qui interficit vos, arbitratur, ſe obſequium præſtare Deo:* Joann. c. 16. *nam ſtans ille tyrannus ſuper cadavera morthorum ſedens edebat tamquam unus putridus canis &c.* Pluraque alia graviſſima ſcelera perpetrarunt, quæ idem narrat, atque Erchempertus nu. 29. Leo Oſtienſis cap. 35., qui etiam ſcriptores mala referunt cœnobio Caſſinenſi, ac Vulturnenſi a Barbaris irrogata.

& tertium

Cum vero Nicolaus I. Romanus Pontifex creſcentem in dies Saracenorum audaciam reprimere alia ratione non poſſe conſpiceret, quam viribus Ludovici II. Imperatoris, illum enixe rogavit, ut tertium Ciſtyberinam Italiam adiret, quod petebant etiam Beneventi, ac Salerni Principes; quare Imperator validiſſimo, ſi unquam alias, exercitu comparato, aſſumptâ Angelbergâ conjuge, anno 866. iter in Beneventanam ditionem arripuit; atque luſtrato Caſſinenſi cœnobio, laudatoque, plurimum ſeſe, reſque ſuas monachorum orationibus commendans, Capuam perrexit, quam poſt trium menſium obſidionem captam, majori ex parte evertit. Initis deinde felicirer pluribus cum Saracenis præliis, multas ab illis urbes recuperavit, duorumque annorum obſidione Barium cepit, in unica Tarento urbe coarctatis Saracenis. Poſt hæc Beneventum concedens Radelchis fucatis verbis techniſque perfecit, ut Imperator plus nimio illi fidens exercitum abire juberet.

Sed Beneventi capitur.

Quod ubi præſtitiſſe Ludovicum Radelcbis clam aggreſſum cuſtodiæ per ſummum indigniſſimumque facinus mancipat cum optimatibus ſuis, direptis etiam ejus theſauris. Mirum quantum audaciſſimum Radelchis facinus probos quoſque viros perculerit. Verum non diu paſſus eſt Deus inſontem principem vexari, nam

pauloque poſt liberatur.

cum Saraceni ad triginta millia ex Africâ in Salernitanum appuliſſent, vaſtaviſſentque populabundi Salernitanum, Neapolitanum, & Capuanum agrum, Imperator carcere poſt quadraginta dies educitur, ſolemni juramento adactus ad quaſdam

condi-

Digitized by Google

conditiones deinceps ſervandas, quarum potiſſima erat, ne amplius Beneventanos fines ingrederetur. Verulum inde optimus Imperator ſe contulit, ubi quoſdam menſes commoratus rogatu Landulfi Capuani epiſcopi, exercitum in Saracenos, qui Capuanum populabantur, miſit, quorum ad novem millia interempti. Alia Ludovici Imperatoris geſta, immaneſque clades Saracenis Calabriæ potiſſimum illatas legere eſt apud Ignotum Caſſinenſem nu. 7., & ſeqq. Erchempertum a nu. 32. ad 44. Chronicon Comitum Capuæ a Peregrinio editum nu. 5., Leonem Oſtien. cap. 36. 40. & 41. Baronium, & Pagium anno 866. 872. 874. & 876. quo anno plures epiſtolas refert Baronius Johannis VIII. Romani Pontificis, in quibus mala plurima, eaque graviſſima deplorat, quæ Saraceni in Italia univerſa præcipue Cyſtiberina perpetrabant, ita ut in una ex iis ad Imperatorem Carolum Calvum hæc ſcribat: *Quanta, & qualia per impiam gentem patiamur Saracenorum, quid dicam? quæ ſcribere quilibet ſtylus non ſufficit, cum omnia ligna ſilvarum ſi vertantur in linguas, narrare non valeant &c. Chriſtianorum ſanguis effunditur, devotus Deo populus continua ſtrage vaſtatur, nam qui evadit ignem, vel gladium, preda efficitur, captivus traditur, & exul perpetuus conſtituitur. En civitates, caſtra, villæ deſtituta habitatoribus perierunt. Et epiſcopi hac illaque diſperſi, ſola illis Apoſtolorum principis limina derelicta ſunt in refugium. Cum epiſcopia eorum in ferarum ſint redacta cubilia, & ipſis vagis, & ſine tectis inventis non jam eis liceat prædicare, ſed mendicare, &c.* Ex qua, aliiſque Johannis epiſtolis aperte cognoſcitur, vera quoad haſce Saracenorum clades ſcripſiſſe Ignotum, Erchempertum, & Leonem Oſtienſem.

Saracenos profligat.

Anno circiter 879. Capuæ præerat Pandolfus Comes, qui cum Romano Pontifici fidelem ſeſe obſequentemque ſemper exhibuiſſet, ab eo obtinuit, ut Cajeta ditionis Pontificiæ urbs nobilis juri ſuo ſubjiceretur; at vix eâ obtenta graviter Cajetanos vexare cœpit: quod indigne ferens Docibilis eorum Dux, ab eo rebellans, Saracenos Agropoli commorantes, in ſui præſidium advocat, qui innata Barbaræ genti indole innumeris undequaque ſceleribus patratis, Cajetam tandem appulerunt, atque in collibus inter Molâm, Itrum, & Cajetam habitare juſſi, ubi hactenus dirutæ caſulæ proſtant, quas conſtanti traditione a Saracenis conſtructas accepimus. Quid Abbas Bertharius contra Saracenos præſtiterit, brevibus hiſce verbis innuit Ignotus Caſſinenſis nu. 19. *Et quomodo totis viribus contra Saracenos in Gaeta dimicavit, noſtra pleniſſime comperit ætas. Quomodo autem ſuos dilexit commiſſos, & quatenus pro ipſis decertavit Præcepta indicant Imperatorum, &c.*

Saraceni a Cajetanis prope Garilianum collocati.

Nota.

Pœnituit maxime Pontificem nobilem adeo urbem, quæ Pontifici Romano obſequentiſſimam ſemper ſe, devotiſſimamque præbuerat, juri ſuo avulſam ad Saracenos conceſſiſſe, quare omnibus artibus perfecit, ut Cajetani, rupto fœdere, a Saracenis deſciſcentes cum eis prælium inirent, in quo tamen infeliciter pugnatum, pluresque Cajetani deſiderati, captique ſunt. Hac calamitate commotus Docibilis, ut ſuos ſaltem recuperaret, qui in poteſtate hoſtium erant, haud ægre fœdus cum Saracenis renovavit, quod ipſi enixe optabant, atque prope oram Gariliani fluminis habitare juſſit, ubi quadraginta annis incolas circumquaq; populos populationibus, ac ſanguine obruere niſi ſunt. Vid. Erchempertus nu. 49. 52. 58. &c. Leo Oſtienſis cap. 45., & Angelus de nuce in Notis, ubi oſtendit a Docibili prope flumen Gariliani ad habitandum directos Saracenos, non in monte, cum nullus tota illa regione, qua Garilianus excurrit, aut inter Tormianos colles ſit mons, cui Gariliani inditum a veteribus recentioribuſque nomen fuerit. Vid. Baronius ad Annum 879.

Haud vero contenti Saraceni tot cladibus, quas ditioni cœnobii Caſſinenſis, ejuſque cellis intulerant, poſt deſtructum nobiliſſimum S. Vincentii cœnobium mactatoſque monachos, quibuſcum ſummam Caſſinates familiaritatem obibant, ipſum etiam cœnobium Caſſinenſe, & S. Salvatoris, quæ modo eccleſia eſt collegiata civitatis S. Germani, expilant, diripiunt, devaſtant, ut narrat Leo Oſtienſis cap. 44. hiſce verbis: *Per idem tempus monaſterium B. Patris Benedicti, ubi Sacratiſſimum ejus corpus humatum eſt a prædictis Saracenis invaſum deſtructum, atque incenſum eſt pridie Non. Sept., anno incarnationi Domini octingenteſimo, octogeſimo quarto, indictione ſecunda. Nec multo poſt, undecimo videl. Kal. Novembris monaſterium majus, quod deorſum erat, ſimiliter occupavere, devaſtavere, & incendere, multoſque inibi perimentes, ipſum etiam Sanctum, ac venerabilem Abbatem Berthariúm juxta altarium B. Martini, gladio trucidavere. Cumque eandem domini Salvatoris eccleſiam diverſis in locis igne ſummiſſo exurere molirentur, Dei judicio id perficere nequivere, ſicque ea tantum de toto hoc monaſterio Saracenorum flammis erepta, illi monaſterii ſpoliis onuſtati lætantes, triumphanteſque Garilianum reverſi ſunt. Monachi vero quicquid ſupellectilis, vel teſauri, ſeu & muniminum hujus monaſterii ſurripere potuerant aſſumentes, una cum domno Angelario tunc temporis eorum præpoſito Theanum habitaturi proficiſcuntur, eundemque Angelarium ſibi conſtituentes Abbatem, in cellâ, quæ ad B. Patris Benedicti honorem dudum ibi conſtructa fuerat manere cœpere anno, & indictione ſupraſcripta. Completis a Petronace Abbate uſque ad iſtum annis centum ſexaginta, & ſex; ſepultus vero eſt ſupradictus S. Martyr Chriſti Bertharius ſurſum juxta eccleſiam S. Benedicti in capitulo Fratrum.* Excidii hujuſce meminit Erchempertus nu. 44. & 61. Baronius anno 884. Pagi ibidem nu. 2. Mabillonius Annal. To. III. ad eum annum, Sigonius de Regno Ital. ad eumdem, Chronicon S. Vincentii in Vulturno lib. 3. Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium p. 23., & 30. Ciarlante in memoriis hiſtoricis Samnii lib. 3. p. 232. Joannes Cabaſſutius in not. Eccleſiaſt. hiſt. Conciliorum fol. 366. Antonius Godau epiſcopus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica ad A. 884. lib. 2. cap. 117. Ludovicus Bulæus in Compendio hiſtoriæ Ord. S. Benedicti e Pariſienſ. 1684. ad cap. 66. lib. 5. Dominus Abbas Florius in hiſtor. Eccleſiaſtica To. XI. ad annum 884. p. 480. edit. Bruxellens.

Qui Cœnobium Caſſinenſe vaſtarunt.

Non diu Angelarius Berthærii ſucceſſor paſſus eſt cœnobii nobiliſſimi excidium; quare inſtaurare illud cepit, teſte Erchemperto, nu. 61. dum xit: *Per idem tempus monaſterium B. Benedicti a Saracenis prius dirutum anno Domini 884., ab Angelario*

Illud inſtaurare cepit Angelarius, qui ad monaſterium Teanenſe cum monachis Caſſinatibus confugerat.

Digitized by Google

gelario venerab. Abbate cœptum eſt readificari, anno Domini 886. *menſe Auguſti. A quo reverſi dum Capuam repeteremus, a Gracis capti, exutique ſumus, & exequitati, ablatiſque equis, & ſpoliis, & miniſtris cunctis, homines argento redempti ſunt, equos recollegimus quinque: Ego autem ſolus cum praceptore pedeſtre remanſi a Capuanis delati ſumus in urbem &c.*

Idemque Erchempertus nu. 69. injurias narrat ab Atenulfo Monachis Caſſinatibus, qui Theani verſabantur, irrogatas in hæc verba: *In diebus illis quando Atenulfus Gaſtaldatus regendi jura adeptus eſt, omnia quaque B. Benedictus infra urbem Capuanam poſſedit, fratribus exulantibus, auferri pracepit, qua de re miſſus ab Angelario venerabili Abbate, & epiſcopo, ego ipſe veſtigia Apoſtolorum adii* 892. *Stephanum ſummum Pontificem poſtulaturus pro rebus noſtris ablatis, a quo & Benedictionem Fratribus detuli, & privilegium noſtri cœnobii, & ſupradicto viro litteras exhortatorias attuli; dominicalis res ablata reddita eſt, mente autem ex toto ſubiracta, in proximo etiam cellam mihi ab Abbate traditam concepto dolore vi abſtulit.* Quæ duo Erchemperti teſtimonia a nobis allata hic ſunt, ut ætas ejus, atque Monachatus Caſſinenſis innoteſceret.

Malum haud unicum dumtaxat hominibus obvenit; deſtructo quippe cœnobio Caſſinenſi, cum Monachi Theanum ſeſe contuliſſent, acerbiſſimum, graviuſque quam primum forſan fuerit infortunium accidit, quod iiſdem Leonis verbis deploramus cap. 48. *Hujus autem Abbatis* (Ragemprandi) *ſeptimo anno, Indictione* 14. *Monaſterium quo in Teano Fratres degere cœperant, occulto Dei judicio ab igne crematum, eſt, cum omnibus opibus ſuis. Ubi etiam & Regula, quam B. Benedictus manu ſua conſcripſerat, nec non & facci, in quibus juſſu Dei cœlitus eidem patri Benedicto eſca delata ſunt: inſuper & plurima hujus cœnobii munimina, plurima quoque pracepta donationum, a ſingulis Imperatoribus, Ducibus, atque Principibus eidem monaſterio collata incenſa ſunt &c. De ſupradicto itaque incendio Teanenſis monaſterii quicquid a Fratribus de theſauro eccleſia potuit, quomodolibet eripi in epiſcopio ejuſdem civitatis repoſitum eſt: unde poſtmodum non parva ejuſdem teſauri pars in eccleſia ipſa remanſit.*

Monaſterium Teanenſe crematur.

Conflagratio hæc evenit anno 896. ejuſque meminit Mabillonius Annal. tom. III. anno 892. Inſtaurato, ut licuit Theanenſi Monaſterio, Monachi Caſſinenſes ibidem per aliquot temporis ſpatium deinde habitarunt.

V.

VIRI SANCTITATE ILLUSTRES.

Sancti viri apud Caſſinates floruere. S. Apollinaris.

S. Apollinaris Abbas, *cujus ſanctitas, benignitas, largitas, omnibus pene in hac provincia commorantibus lucidiſſime patuit &c.* teſte Victore III., lib. I. Dialogorum, ſiccis pedibus Lyrim fluvium tranavit; aliudque prodigium idem Victor pag. 10. recenſet. Eadem habet Leo Oſtien. lib. 1. cap. 19., & 27. Petrus Diaconus *de Ortu, & Vita Juſt. Caſſ.* cap. 25. in quo S. Apollinaris vitam paraphraſtice deſcribit. Baronius vero anno 818. fol. 660. ait: *Ut autem de rebus Occidentalibus aliquid attingamus, dicenda ſunt aliqua de cœnobio Caſſinato, ubi vigebat his temporibus Monaſtica obſervantia, ex quo tamquam ex fonte fluenta regularis diſciplina manabant, cum floreret viris ſanctiſſimis & inter alios, qui creatus fuit hoc anno ejuſdem cœnobii Abbas, nomine Apollinaris, qui eo miraculorum gratia eſt ſublimatus, ut Lyrim amnem ſicco veſtigio pertranſiret, ut Leo Oſtien.*[a] *eſt author. Porro dictum cœnobium haud pridem S. Adelhardus conſobrinus Caroli Magni petiit diſciplina monaſtica imbuendus, ut Paſchaſius in rebus ab eo praclare geſtis*[b] *enarrat. Sed & ſub eodem quoque Imperatore Carolo magno etiam ille Sanctitatis nomine inſignis primus Monaſterienſis epiſcopus, Lugderus nomine in idem S. Benedicti monaſterium peregrinatus, illic annis duobus, & ſex menſibus excolendus monaſticis inſtitutis permanſit, qua poſtea propagavit in Friſos, atque Saxones, nam Friſiorum eſt delegatus Apoſtolus: teſtantur hac acta ipſius a Monachis Werdenſibus quam fideliſſime ſcripta*[c]. *Licet autem de remotis Orbis partibus ad dictum cœnobium frequens eſſet acceſſus, illorum tamen, qui ex diverſis regionibus Italia tamquam ad civitatem refugii, atque ad aſylum Chriſtiana libertatis illuc confluere ſolerent, ſeque illic cum ſuis divitiis Deo offerrent frequentior erat adventus, ut ex Leone Oſtienſi res ejuſdem monaſterii deſcribente quiſque poterit intelligere.*

a Leo Oſt. lib. 1. cap. 21.

b Apud Sur. die 2. Januar. in Adalhardo.

c Apud Sur. die 26. Martii.

Agit de S. Apollinari Mabillonius Sæc. IV. part. II. pag. 463. Martyrologium Benedictinum Wionis, & Menardi 27. Novembris, aliique plures. Ab immemorabili jam tempore, cui nil unquam fit refragatum, Apollinaris ut ſanctus habitus eſt, & cultus in Monaſterio Caſſinenſi, quod teſtatur etiam Trithemius de Viris Ill. Ord. S. Benedicti.

Ejus Corpus in præſentiarum ſub Altare Sacelli ejus nomini dicati humatum eſt.

Sanctus etiam Deuſdedit Abbas Caſſinenſis fuit, de quo hæc ait Martyrologium Romanum die 9. Octobris: *Apud Caſſinum Sancti Deuſdedit Abbatis, qui a Sicardo tyranno in carcerem truſus, illic fame, & arumnis confectus reddidit ſpiritum.* Et Erchempertus illis temporibus proximus num. 13. ſcribit: *Prius enim quam obiret, ut cumulus ſua perditionis juſtius augeretur* (loquitur de Sichardo Beneventano principe) *pro amore pecunia ſpectabilem, & Deo dignum virum Sanctitate conſpicuum, Deuſdedit nomine, beatiſſimi Benedicti Vicarium a paſtorali monaſterio, Monachorum ſaculari magis potentia, quam congrua ratione depoſuit, ac cuſtodia mancipavit; cujus nunc quoque cineres, qua recubat humatus, nonnullos febre detentos, variiſque languoribus oppreſſos ex fide poſcentes creberrime curare noſcuntur &c.* Eadem narrat Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 22. Petrus Diaconus de ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 26. Mabillonius cit. tom. pag. 464. Trithemius de Vir. Illuſtr. Ordinis S. Benedicti lib. 3. cap. 274., aliique. Sancti hujus memoriam die 9. Octobris ſub ritu duplici in Monaſterio Caſſinenſi celebramus.

S. Deuſdedit.

Huc revocandus eſt S. Autoninus Abbas S. Agrippini apud Surrentum, atque inſignis Architectus, ut ex ejus vitæ authore primum ab Antonio Carraciolo anno 1626. edito, conſtat. S. Antoninus anno circiter 818. a cœnobio quodam Campaniæ fugam arripuit, quod ſubditum Abbati Caſſinenſi erat, ut idem Caracciolus aſſerit in Adnotationibus pag. 51. Vid. laudatæ adnotationes, &

S. Antoninus.

Mabillo-

Mabillonius Sæc. IV. Part. I. pa. 417. De S. Antonino hæc habet martyrologium Romanum die 14. Februarii: *Apud Surrentum S. Antonini Abbatis, qui e Monaſterio Caſſinenſi a Langobardis devaſtato in ſolitudinem ejuſdem urbis ſecedens, ibidem ſanctitate celebris obdormivit in Domino, cujus corpus multis quotidie miraculis, & præſertim in liberandis energumenis effulget.* Eodem elogio ornant Wion, & Menardus in Martyrologio Benedictino. Vid. memorata S. Antonini Vita a Caracciolo edita, notiſque illuſtrata, quæ ſecundo prodiit to. II. Februarii pag. 785., apud Bollandum, qui non abnuit monachum alicujus cœnobii Caſſinatibus ſubjecti hunc Sanctum fuiſſe. Tertium in lucem edita eſt a Luca Acherio & Joanne Mabillonio Sæc. IV. Act. SS. Ordinis S. Benedicti Part. I. pag. 417. idemque Mabillonius de eo agit to. II. Annal. Anno 830. At vero hi omnes cum concludant S. Antoninum circa hæc tempora floruiſſe, ægre illis perſuadeas, ut unus ex iis Monachis fuerit, qui ab excidio Caſſinenſi a Langobardis patrato evaſerint.

Celebris apud nos ritu duplici ſecundæ claſſis
S. Bertharius. eſt, die 22. Octobris, memoria S. Berthariі Abbatis Caſſinenſis, & martyris, cujus corpus ſub Altari ejus nomini in baſilica Caſſinenſi ſacro veneratur. De eo hæc ſcribit Ignotus Caſſinenſis nu. 19. *Huic* (Baſſatio) *ſucceſſit in regimine Bertharius Sacerdos ejus diſcipulus moribus, & vitâ ſtrenuus, & omni bonitate conſpicuus. Caſtelli ſurſum munitionem ipſe ambiens, calicem ad honorem Dei officium operatus eſt, civitatem . . . . . . fieri voluit, & inchoavit.* De ejus martyrio agunt Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 44. Petrus Diaconus de ortu, & vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 27. Martyrologium Monaſticum die 22. Octobris, Baronius anno 884. Pagius ibidem nu. 2. Mabillon. cit. ſæc. pag. 464. & ſeqq. & Annal. t. III. Anno 884. Sigonius de Regno Italiæ eodem anno, aliique complures.

Hoc Sæculo floruiſſe ſuſpicamur S. Felicem con-
S. Felix. feſſorem, de quo Victor III. Dialogorum lib. I. pag. 60. hæc ſcribit: *Quodam tempore neſcio qua de cauſa ad Theatinam urbem eſſe me contigit, & cum ab epiſcopo, & clericis illius eccleſiæ benigne, & amicabiliter ſuſceptus eſſem, atque orationis gratia ad orationem me duxiſſent, factâ oratione ad dexteram eccleſiæ me contuli, ibique ædiculam, & Altare conſpexi. Cumque Epiſcopum, & clericos interrogaſſem, in cujus honorem altare illud conditum eſſet? Reſponſum mihi eſt, quod in honorem B. Felicis confeſſoris Chriſti altare illud eſſet dicatum. Cum autem, qui fuerit ille Felix inquirerem, dicebant mihi, quod monachus Caſſinenſis Congregationis fuerit, atque ab Abbate ſuo illis in partibus miſſus, ut paſtoribus egregie præeſſet, ibi vitam finivit. Et cum ad corpus ejus omnipotens Deus multa mirabilia operaretur, a majoribus ſuis de loco in quo prius jacuerat levatus, atque in hac eccleſia ſub hoc, ut cernis, Altari conditus fuerit. Igitur quoddam memorabile illo in loco nuper ab eo patratum, omnipotente Deo largiente narrabatur &c.* nempe cæco lumen reſtitutum. Agit de eo Mabillonius Sæc. VI. part. 1. pag. 100.

S. Salvius. Abs dubio huic Sæculo competit S. Salvius, de quo hæc ſcribit Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 45., bona enumerans, atque eccleſias, quæ cœnobium Caſſinenſe in comitatu Teatino, & Marſicano poſſidebat: *Eccleſia S. Salvii ibidem, qui videlicet Salvius ex Campania natus hujus monaſterii extitit Monachus, & tenuit prædictam eccleſiam S. Clementis in obedientiam, ubi cum defunctus fuiſſet, multa mirabilia Deus ad ſepulchrum illius eſt operatus, &c.* Agit de eo Mabill. Sæc. V. pag. 653. Wion, & Menardus in Append. Martyrologii Monaſtici.

VI.

SCRIPTORES HOC SÆCULO ILLUSTRES.

ILdericus Pauli Diaconi auditor præceptoris ſui epitaphium compoſuit a nobis relatum. De eo agit Petrus Diaconus de Viris illuſtribus Caſſinenſ. cap. 9. Wion ligni Vitæ lib. 1. pag. 14. aliiq; Inter ſcriptores Caſſinates numeratur Ildericus.

Theophanes Diaconus, de quo Petrus Diac. cap. 10. de Viris illuſtr. Caſſ. teſtatur verſibus ceciniſſe de monaſteriis S. Salvatoris, & S. Mariæ in Plumbariola, de laudibus Virginis Deiparæ, de adventu S. Benedicti in Caſſinum, deque miraculis inibi factis. V. Wion lib. 2. ligni Vit. pag. 463. aliique. Theophanes.

Authpertus Abbas, de quo Leo Oſtienſis hæc ait Authpertus. cap. 23. lib. 1. *Hujus Abbatis nonnulla opuſcula, & pulchri ſermones habentur.* Et Petrus Diaconus de viris illuſtr. Caſſ. virum valde diſertum, valdeque eruditum appellat cap. 13., ubi ejus opera deſcribit, quibus aliqua addit Mari in Notis. V. Wion lib. 1. Lig. vitæ cap. 14. Mabillon. T. II. Annal. pag. 566. 567. & 600. Idem vero Mabillonius Sæc. III. part. 2. pag. 260., cui ſubſcribit Oudin in ſupplemento de Scriptoribus eccleſiaſticis 203. Ambroſio Authperto celebri monaſterii S. Vincentii in Valturno Abbati tribuit Homiliam de Aſſumptione Deiparæ quæ incipit: *Adeſt dilectiſſimi Fratres venerabilis dies omnium Sanctorum ſollemnitates præcellens &c.* cujus pag. 266. fragmentum Mabillonius adducit. In noſtris vero codicibus ſignatis nu. 109. 110. 201. 305. integra hæc homilia extat, excepto codice 110. in quo ejus tantum medietas eſt exarata hoc Titulo: *Sermo Domini Authperti Abbatis*; & in Codd. 42. B. & 106. Homilia reperitur in evangelium; *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ &c.* cum titulo: *Omelia Autperti Abbatis:* hæcque incipit: *Si ſubtiliter a fidelibus qua ſit hujus diei feſtivitas perpendatur:* quo eodem titulo hujuſce Homiliæ pars extat in cod. 110. quæ etiam a Mabillonio, & Oudin, Ambroſio Authperto tribuitur. Illud vero evincit Authperti noſtri eas eſſe, quod in bibliothecæ noſtræ codicibus bene multis undecimo ſæculo ſcriptis, nulla Ambroſii fiat mentio.

De Baſſacio Abbate hæc ait Ignotus Caſſinenſis nu. 19. *Baſſacius Abbas defunctus eſt, expletis in* Baſſacius *regimen annis decem, & novem, cujus quale, quantumque fuit ſurſum, deorſumque in eccleſiis ſtudium, & ipſi vidimus qui ſcribimus, & carmina illius nobis deſcripta reſonant, &c.* Et Petrus de viris illuſtr. Caſſ. cap. II. *Baſſatius Caſinenſis Cœnobii Abbas vir Scripturis Sanctis deditus, & notitiâ Eccleſiaſtici Dogmatis ſufficienter inſtructus compoſuit nitido ſatis, & aperto Sermone quoſdam tractatus &c.* V. Mari in Notis ad hoc Petri caput, & Wion loc. cit. pag. 15.

S. Ber-

Berthaſius.

S. Bertharius Abbas vir doctus fuit, prout illorum temporum conditio ferebat, de quo hæc ſcribit Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 33. *Hic apprime litteratus nonnullos tractatus, atque ſermones, nec non & verſus in Sanctorum laude compoſuit. Cujus & anticimenon de plurimis tam veteris, quam novi Teſtamenti quæſtionibus hic habetur: aliquot etiam de arte Grammatica libri, nec non & duo codices medicinales, ejus utique induſtria de innumeris remediorum utilitatibus hinc inde collecti. Verſus quoque per plures ad Angelbergam Auguſtam, alioſque amicos ſuos mira conſcripti facundia &c.* De eo agit Petrus Diaconus lib. cit. cap. 12. Marus in notis & Wion loc. cit. Petrus Diaconus, & Leo Oſtienſis, Berthario librum Anticimenon depugnantibus in ſpeciem quibuſdam Scripturæ locis tribuunt. Rectius tamen Mabillonius in ſuo Itinere Italico pag. 125. & Annal To. III. pag. 59. tribuit Juliano Toletano, cui illum adſcribit Felix & ipſe Toletanus Epiſcopus in Append. ad librum de Vir. Ill. Leonem enim & Petrum hæc carmina deceperunt, quæ initio noſtri codicis n. 187. Anticimenon complectentis exarata ſunt.

Bertharius Chriſti jutus juvamine Sanctus
Presbiter hoc librum condere juſſit amans.
Has bene ſcripturas ſatagis hinc diſcere Sanctas
Qui legis explora myſtica quæque tenet.
Poſce piis precibus, nec non ſuper Aſtra Tonantem
Ut famulo reddat premia digna ſuo.
Poſteaquem Abba ſervavit tempore longo,
Et relegens ſemper doctus ab arte fuit.
Tu quoque diſcipule ſollerti mente recurre,
Illius ad ſcedas diſcere recta vale.

Ex quibus ſatis patet librum hunc curante Berthario ſcriptum. Verba *jutus & hoc librum* prout in Codice extant retulimus. Vitam S. Benedicti elegiacis carminibus a S. Berthario conſcriptam habemus in noſtro codice 169., quæ quibuſdam in locis ab edita T. III. Poeſeon Martinengii differt. Quo eodem in codice prolixa admodum extat homilia Bertharii de S. Scholaſtica in evangelium: *Simile eſt Regnum Cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas*; cujus fit mentio in vetuſtiſſimo noſtro codice ſignato num. 353. hiſce verbis *IV. Idus Februarii S. Scholaſtica Commentum a Berthario editum Abbate.* In Codice 110. adeſt ejuſdem Bertharii ſermo de S. Matthia Apoſtolo, & vita S. Romani, & in codice 139. Sermo de S. Luca.

Erchempertus.

Erchempertus monachus Caſſinenſis, Adelgarii nobilis Langobardi filius ſcripſit hiſtoriam Langobardorum Beneventi, Capuæ, Salerni, &c. quæ ſi minus ſtyli elegantia, atque copia valet, egregia tamen cenſenda, quod ſingularis illo ævo fuerit. Hanc Hiſtoriam primus in lucem edidit Antonius Caracciolus, ſed longe emendatiorem poſt aliquod tempus accuratiſſimus Camillus Peregrinius. Ea ſæpe eſt uſus Leo Oſtienſis, ut idemmet fatetur cap. 9. 20., & 47. lib. 1. Chronici Caſſinenſis, & Baronius anno 871. 872. 874. 912., aliique ſcriptores. De eo agunt Leo Oſtienſis loc. cit. potiſſimum cap. 47. Petrus Diaconus de Vir. Illuſtr. Caſſ. cap. 14., & Marus in notis, Nuceus ad cap. 47. Leonis, Oudin in ſupplemento de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Mabillonius Annalium to. 3. pag. 263. & ſequentibus, Peregrinius a pag. 7. uſq; ad 24. in Hiſtoria Principum Langobardorum, ubi pag. 10. & ſeqq. validis argumentis oſtendit, Erchempertum ſub S. Berthario monachum evaſiſſe ante annum 881. atque pag. 12. ait: *Qui ingenii, qua pollebat acritate exiguo temporis ſpatio, & prærudi illo ſæculo ad miraculum uſque grammaticam, poeticam, rethoricamque utcumque aſſecutus, Cellam continuò adminiſtravit, legationiſque munus exercuit* (ſcilicet ad Stephanum Pontificem) *ut hoc quoq; ſupra ætatem miraculum Mundus ille admiratus fuerit, & eopſe miraculo legatus electus, legatioque ejus carior, acceptiorq; Romano fuerit Pontifici. Nec tamen ob id crediderint illum, ut ſummum attigiſſe, tunc annum vigeſimumquintum &c.*

Petrus Senior.

De Petro Seniore ait Baronius anno 872. Hoc item anno, qoo mortuus *eſt, Hadrianus Papa pariter ex hac vita migravit, ſed ante ipſum S. Athanaſius Epiſcopus Neapolitanus, ita teſtante Petro Diacono Caſſinenſi, qui hoc item tempore vixit, reſque ab eo præclare geſtas conſcripſit &c.* Vita hæc S. Athanaſii apud nos manuſcripta aſſervatur, ut diximus. Pro Petro Seniore videatur Choccarellus de Antiſtitibus Neapolit. pag. 90. Ughell. T. VI. Ital. Sac. col. 107.

Duo anonymi.

Sub Bertharii præfectura doo floruere Caſſinates monachi ignoti nominis, quorum unus hiſtoriam contexuit de Geſtis Langobardorum Ciſtiberinæ Italiæ ab anno 840. ad an. 875. Hanc ex noſtro codice 353. deſumptam edidit Peregrinius in Hiſtor. Princ. Lang. pag. 97., & ſeq. Vide adnotationes a Peregrinio ad hanc Hiſtoriam factas, de qua pag. 94. hæc ſcribit: *Nemo autem idcirco operam arguat me luſiſſe, quod Oſtienſi defloratа iterum recoxerim, nullo prorſus emolumento, namque ex incondita ipſa ſcriptiuncula, tum multa curioſis non ingrata, quæ ille omiſerat tamquam a ſuo inſtituto nimium aliena modo innoteſcent; tum vero clariora fient, ut opinor, quæ habentur in actis adparitionis S. Michaelis Archangeli in Gargano monte de bello inter Sipontinos, ac Neapolitanos &c.*

Monachus alter breve Chronicon ſcripſit de rebus Caſſinenſis Cœnobii, quod incipit: *Diebus Juſtiniani Ortodoxi Imperatoris B. Benedictus Pater, qui monachorum regulam inſtituit, & prius in loco, qui Sublacu dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta milibus abeſt, & poſtea in caſtro Caſini, quod Arx appellatur, & magnis vitæ meritis, & Apoſtolicis virtutibus fulſit, cujus vitam ſicut notum eſt &c.* Hujus Chronici fragmentum edidit Peregrinius pag. 115., & ſeqq. Patet vero ipſum ſub Berthario Abbate floruiſſe, quod ſupputationem annorum Principum Langobardorum Beneventi, & Salerni, atque Abbatum Caſſinenſium ad annum decimum nonum Bertharii protrahat.

VII.

VIRI DIGNITATE ILLUSTRES.

Hillarius Diaconus, & monachus Caſinas ad Epiſcopatum Teanenſem evectus eſt circa annum 860. ut referunt Ignotus Caſſinenſis apud Peregrinium pag. 108. num. 20. Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 33. Ughellius tom. VI. Ital. Sac. col. 694. Trithemius de Vir. Ill. Ord. S. Benedicti lib. 4. cap. 232.

Leo Monachus Caſſinenſis, cujus meminit Leo Oſtien-

Digitized by Google



Magliar sculp.

Digitized by Google

Oſtienſis lib. 1. cap. 41. ejuſdem civitatis epiſcopus circa ann. 879. electus eſt, teſte Ughellio Ital. Sac. tom. VI. col. 551. num. 5. aliiſque. Ad eom epiſtolam 207. ſcripſit Johannes Octavus, & Stephanus V. in Can. *Romanas* diſt. 81.

Angelarius. Angelarius etiam Abbas Caſſinenſis circa annum 884. ibidem a clero, & Populo Epiſcopus ſubrogatus eſt, cujus meminit Erchempertus num. 69. Leo Oſtien. cap. 46. Ughellius cit. tom. col. 551. num. 8. Trithemius lib. 4. cap. 264. de Viris Ill. Ord. S. Benedicti.

VIII.

MONASTERIA VEL EXTRUCTA,

AUT ALIIS CONCESSA A

Caſſinatibus, vel illis hoc Sæculo donata.

Monaſterium S. Salvatoris. GIſulphus Abbas Caſſinenſis eccleſiam, & cœnobium S. Salvatoris erexit teſte Leone Oſtien. lib. 1. cap. XVII. hiſce verbis. *Hic nobili Beneventanoram Ducum proſapia ducens originem mox ut Abbas effectus eſt cœpit ſatagere qualiter poſſet ad utilitatem Fratrum, quorum tuac maxima deorſum pars morabatur, tam Eccleſia, quam reliquarum officiaarum anguſtias ſpatiare, incitabat etenim illum ad hoc & loci amanitas, & opam cepia non parvarum, ſimul etiam arta & ardua montis habitatio jam non eras ſufficiens tam aumeroſa multitudini Fratrum. Itaque caidam Carioald, qui ejuſdem loci poſt eum Curia fungebatur officio mandat ut ſuper hoc negotio omni ſtudio ſtudeat, & ut eum locum ubi prius a Potone Abbate eccleſia parva S. Benedicti conſtructa faerat ad adificandas monaſterii officinas aptare protinus debeat, quod ille imperium promptus arripiens, quoniam inſtar paludis totus ille locus carectis, aquiſque ſtagnabat, multis terra ruderibus, ſaxorumque aggeribus univerſa replevit, atque amplam baſilicam in loco prioris parvula in honorem domini Salvatoris opere ſatis pulchro conſtruxit, qua videlicet Baſilica marmoreis baſibus, & columnis XXIV. hinc inde ſuffulta, & amplis porticibus circumſepta habet in longitudine cubitos LXXXII. in latitudine XL., & III., in altitudine XXVIII. deſuper autem ſatis mirifice trabibus tabuliſque cypreſſinis eſt laqueata, ac tegulis cooperta, parietibus in circuitu, figuris pulcherrimis inſignitis. Jamvero pavimenti opus quam ſpecioſum, quam ſolidum, quam variorum lapidum ſit diverſitate conſpicuum, & circuitus chori quam ſit pulchris ac magnis marmarorum tabulis ſeptus in promptu videntibus eſt. In abſida porro ejus baſilica mediana ad quam per gradus ſeptem aſconditur conſtituit altarium in honore, ut diximus domini Salvatoris. In dextera autem altarium S. Benedicti, in ſiniſtra vere altarium fecit ad honorem S. Martini. Ante eandem vero baſilicam fecit atrium longitudine cubiterum XL. latitadine ſimili, & in marmoreis illud columnis numero XVI. undique verſas erexit, atque in circuitu ipſius lapideos canales juxta pavimentum unde ſemper aqua decurreret poſuit. Porro a parte orientali ejuſdem atrii in conſpectu eccleſia abſidam fecit, & altarium ibi S. Michaelis conſtituit. In medio vero ipſius Campanarium valde pulcherrimum ſuper octo magnas columnas erexit. Ex utraque autem parte ejuſdem eccleſia, diverſorum officieram multas, & maximas, atque pulchras tam ad ſuas quam ad Fratrum utilitates officinas efficiens, totum etiam monaſterii ſpatium propter aquarum exundantiam magnis Saxorum tabulis ſtravit.* Ad annum 1694. ſubſtiterat hæc eccleſia, cujus iconem ex aotographo in archivo noſtro hic damos, cui Architectus hoc teſtimonium appoſuit.

Fo fede io infraſcritte Architetto di aver fatta la preſente Pianta, & alzata della Chieſa Collegiata oggi ſotto il titolo di S. Germano olim di S. Salvatore, & in detta Chieſa vi ſono aove colonne per parte viſibili, e duo altre per parte erano fabricate nelle muraglie da piedi della Chieſa, & un'altra per parte è fabricata nelli pilaſtri dell'arco maggiore. Parimente le mura laterali di queſta Chieſa ſono pittate di diverſe figure antiche, che rappreſentano molti Santi, e perche vi era la tanica percio l'ho fatta levare per riconoſcere dette figure. Tutti li pilaſtri ſono anche pittati. Vi ſono nove fineſtre per ciaſcheduna parte fatte all'antica. Il pavimente è fatto di diverſi pezzi di varie ſorti di marmi, e pietre dure di diverſi colori. Tutta la Chieſa è coperta a tetto. E alta detta Chieſa palmi 55. ſino ſotto al tetto, e larga palmi 93. da dentro à dentro è lunga palmi 188. L'Altar maggiore ſta nella teſta della Chieſa ſotto l'arco, e per andarvi ſi ſagliono 7. gradini. In corna Evangeli di detto Altare vi ſta una cappella fatta a nicchio con la ſtatua di marmo, che la chiamane di S. Germano. Io pero non ſo, ſe detta ſtatua ſia del ſudetto Santo, o di altro Santo. Nel corno dell'Epiſtola vi ſta ſimilmente una cappella fatta a nicchio dedicata al Santiſſimo Salvatore. Vi ſono le altre Cappelle, e l'altro coſe conforme ſta ſcritto, e delineato nella Pianta, & in fede della verita ho fatto ſcrivere la preſente, e firmatala di propria mano. S. Germano li 20. di Maggio 1695. Arcangelo Guglielmelli. Io D. Benedetto Lanno Canonice ſono teſtimonio. Io D. Agoſtino Roſſini ſono teſtimonio. Præſentem atteſtationem fuiſſe ſubſcriptam propria manu introſcripti Magnifici Archangeli Guglielmelli de Neapoli in mei, & introſcriptorum teſtium præſentiam fateor ego Notarius Joſeph Riccardus Civitatis S. Germani, et in fidem ſignavi rogatus. Locus ✠ Signi Notarii. Quare hanc eandem eſſe cũ illa a Giſulpho conſtructa conſtat. Memorato anno recentiori artificio conſtrui cœpit hæc Eccleſia, ut ſæculo XVII., & XVIII. dicemus.

Leonis verba oſtendunt aliud ibidem ante Giſulfi tempora extitiſſe monaſterium, vel non longe, ac forte illud idem, cujus mentio eſt in vita S. Willebardi, ut Sæculo præcedenti dictum. Circum hoc cœnobium conſtruxit S. Bertharius Eulogemenopolim, ideſt urbem S. Benedicti, quæ deinceps S. Germani eſt dicta, interque ædificandum mutus precibus S. Benedicti in eccleſia S. Salvatoris ſanatus eſt, teſte oculato Ignoto Caſſinenſi apud Camillum Peregrinium pag. 108. nu. 19., & 110. n. 27., atque Leone Oſtienſi cap. 33. qui ejuſdem monaſterii meminit cap. 32. & 44. deſtroctumque ait a Saracenis, anno 884., qui tamen admoto eccleſiæ igne eam deſtruere non potueront. Capite 45. reſtaurationem ejus ab Angelario factam refert hiſce verbis: *Hic ut ſupra jam diximus de Præpoſiturâ hujus monaſterii apud Teanum Abbas effectus poſt biennium cœpit paulatim reſtaurare monaſterium domini Salvatoris, quod a Saracenis incenſum ſuperius diximus.* Ad integrum

Sæcu-

Digitized by Google

Sæculum decimum perduraſſe hoc monaſterium eruitur ex Vita S. Nili Abbatis Cryptæ Ferratæ, in qua de Manſone Abbate Caſſinenſi hæc leguntur. *Cum Beatus vir profectus eſſet ad ipſum aliquando forte illum invenit in inferiori monaſterio ubi Sanctiſs. Germano ſitum eſt templum &c.* Appellata deinde eſt ab aliquibus hæc eeleſia *nomine* S. Germani, quam tamen conſtanter Summi Pontifices *in* privilegiis ſuis vocant S. Salvatoris. Ea Clero Sæculari conceſſione monaſterii noſtri ceſſit, ſed quo tempore, quove Abbate incompertum. Illud conſtat in codice bibliothecæ noſtræ mſ. ſign. num. 434. fol. primo reperiri conceſſionem a Richerio ab. A. 1038. ad 1055. Abbate, factam trium eccleſiarum cum latiſundiis ſuis eccleſiæ S. Germani, ſeu S. Salvatoris, quæ tum temporis Archipresbyterum, & clericos haberet; eaque ita ſe habet.

Nos Richerius divina concedente clementia ſacri monaſterii B. Benedicti Caſſinenſis Abbas, notum eſſe volumus omnibus noſtris præſentibus, & futuris in Chriſto confratribus, ſeu fidelibus quoniam ut ordo humanæ fragilitatis ſemper ad pravitatis opera proclivis deſinit nunquam ad meliora niſi Dei auxilio & ejus inſpiratione coſcendit, utile diximus eccleſiarum nobis ſtatum ipſo Deo adjuvante æquanimiter diſpenſare, ut honorifice unaquaque earum congrua officia Deo pſallere, & perſolvere; idcirco talia meditantes ad remedium animæ noſtræ, & confratrum noſtrorum pravidimus atque cenſuimus de eccleſia S. Nicolai vocabulo quæ ſita eſt in loco, qui dicitur Monticello juxta civitatem S. Germani, & de eccleſia omnium Sanctorum conſtructa intra prædictam civitatem, & de eccleſia S. Blaſii ſita juxta baſilicam S. Germani, ut amodo, & ſemper patrocinium obtineant eccleſiæ S. Germani, & ejus Archipresbyteri a me, vel a ſucceſſoribus meis ordinati, & omnia quæ ad eaſdem ſupradictas eccleſias a nobis ſunt conceſſa ſint cum eiſdem eccleſiis in poteſtate & ordinatione, & regimine prædictæ eccleſiæ S. Germani, & ejus Archipresbyteri, ſeu cuſtodum, itaut ipſe Archipresbyter cum noſtro conſilio ac licentia, ſeu ſucceſſorum noſtrorum ea agere debeat, & ipſas prædictas eccleſias cum omnibus rebus, & territoriis eis conceſſis videl. de eccleſia S. Nicolai conceſſimus ipſo monticello in circuitu, & ipſum campum de Verzarum, & da parte eccleſiæ omnium ſanctorum conceſſimus unam cluſam ad ipſum Tartaritum cum duabus vineis poſitis, & una petia de terra ad ipſa Foreſta, & alia petia de terra in loco, qui dicitur Rigurinaru. Et alia petia de terra in loco qui dicitur ad puteus Zizlo, & ipſum olivetum, quod eſt ante prædictam eccleſiam, & in circuitu, & per montem ſuper ipſam eccleſiam, & Cellarium, & caſa una ad ordinandum & regendum, & diſponendum, & ſecundum Deum ſicut melius poterit oblationes, & vota, quæ ſiunt in eiſdem eccleſiis amodo, & ſemper ſint in diſpoſitione prædicti Archipresbyteri, & cuſtodum S. Germani, ut omnes illos Sacerdotes, & clericos, qui ſunt in prædictis eccleſiis ordinare, & regere debeat velut bonus pater chariſſimos filios ſuos communi lege, ut clericos S. Germani, ut omnia quæ eis Dominus dederit, ipſe Archipresbyter per noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum licentiam communi conſilio clericorum ſuorum ſecundum Deum diſpenſet ad augmentum, & honorem S. eccleſiæ nulla impediente perſona a noſtra, vel confratrum noſtrorum, ſeu ſucceſſorum noſtrorum parte veniente, ſed liberam habeat licentiam ordinandi ſicut ſupra dictum eſt, & cenſum qui de S. Germano, & S. Maria antiquitus ſolitum eſt dare S. Benedicto detur hoc in Natale Domini, & in Paſcha medietatem de ipſa Cerea, & in Aſſumptione S. Mariæ quidquid Deus ibi dederit preter ipſe oblata quia hæc providimus ſecundum Deum melius fieri ad profectum prædictæ noſtræ eccleſiæ & ei miniſtrantium ad ſalutem animæ noſtræ, & confratrum, ſeu ſucceſſorum noſtrorum, & nullo in tempore hæc noſtra ordinatio, & conceſſio removeatur a nobis, vel noſtris ſucceſſoribus aut confratribus ſupradicti monaſterii ſed firmo, & perpetuo maneat. Et ſi quis contra ea venire temptaverit Deum habeat judicem pro cujus amore fecimus ſupradicta ordinatione, quam tibi J. N. Notario ita præcepimus adnotare. Ego Richerius d. Abbas ſubſcripſi. Ego Johannes Decanus, & Monachus ✠ Ego Frater Leo Sacerdos & Monachus. ✠ Ego Frater Landolphus Subdiaconus, & Monachus.

Ad notanda verba illa *& ejus Archipresbyteri a me, vel a ſucceſſoribus meis ordinati, & alia, & cenſum qui de S. Germano, & S. Maria antiquitus ſolitum eſt dare S. Benedicto detur hoc in Natale Domini, & in Paſcha medietatem ipſa Cerea & in Aſſumptione Sanctæ Mariæ quidquid Deus ibi dederit &c.* Quibus conſtat hoc onere conceſſam Presbyteris eccleſiam, quod nunc etiam quotannis ſolvitur. De eccleſia S. Germani, ſeu S. Salvatoris ejuſque inſigni capitulo egimus cum de deſcriptione Urbis S. Germani, pluraque addemus Sæculo XVII.

Inter alia a Grimoaldo III. Beneventi principe oblata cœnobio Caſſinenſi fuit monaſterium S. Mariæ in Banſe teſte Leone Oſtien. lib. 1. cap. 18. hiſce verbis: *Alio quoque præcepto* (Grimoaldus) *conceſſit in hoc loco monaſterium S. Mariæ in Banze, quod ſitum eſt in finibus Acerentiæ cum ſervis, & ancillis, atque colonis, & cum omnibus ex integro poſſeſſionibus, ac pertinentiis ejuſdem monaſterii.* Grimoaldi diploma dabimus Diſſ. I. Confirmarunt hoc monaſterium Caſſinatibus Nicolaus II. Alexander II. Urbanus II. Paſchalis II. Calliſtus II. aliique Pontifices, Hugo & Lotharius Italiæ Reges, Ottho II., S. Henricus Imperator, aliique Principes. Suſpicamur hoc monaſterium idem eſſe cum illo Bandini, cujus c[illegible]t Abbas Urſus anno 1088. quo illius eccleſiam S. Mariæ conſecravit Urbanus II. ejuſdem Abbatis precibus & Ducum Rogerii, & Boamundi atque eorum Comitum Baronumque; ea occaſione ſub S. Sedis Apoſtolicæ protectione receptum cœnobium ejuſque bona. Quamobrem auri uncia quotannis ſoluta Romanis Pontificibus, ut privilegio conſtat anno 1088. p. 606. relato a Baronio, qui a. 1090. p. 623. ampliſſimum aliud eidem Abbati, & Monachis a Rogerio, & Buamundo filii Roberti Guiſcardi conceſſum exſcribit, in quo hæc præ aliis leguntur. *Et ut Monaſterium idem de ſuſcepta libertate, & pace ſemper congaudeat, & de redditibus ſuis in nullo ſuſtineat detrimentum, ſtatuimus, ut ſeditores domorum ejus carentes propriis domibus, homines, & oblatos ejus, & cuncta mobilia, & ſtabilia, & locorum ejus jam habitatores, & habitaturos ubicumque conſtiterint cum omni poteſtate generalis dominii perpetuo dominetur, atque poſſideat. Et quæcumque jura, dominationes, & auctoritates*

Monaſterium S. Mariæ in Banſe.

ritates

Digitized by Google

ritates habemus nos in noſtris civitatibus, Caſtellis, & locis, hec eadem Rectores ipſius monaſterii perpetim habeant in cunctis obedientiis, & poſſeſſionibus ſuis, atque hominibus & oblatis, & domorum ſuarum habitatoribus domos proprias non habentibus per univerſas terras noſtras conſtitutis, & conſtituendis & montanas, & maritimas partes. Agit etiam de hoc Monaſterio Ughellius To. VII. Ital. ſacræ in deſcriptione Archiepiſcoporum Acheruntinorum col. 27. hiſce verbis: *Eodem Anno Urbanum II. eccleſiam S. Maria Bandini monaſterii Ordinis S. Benedicti haud longe ab Acheruntia dedicaſſe IX. Kal. Septembris pluresque indulgentias eidem conceſſiſſe narrat vetus monumentum, quod hic exſcribimus, cum in eo habeatur Urbanum aliquando in illo Monaſterio monachum egiſſe.* Et col. 30. *Sed nec reticendum puto quod idem Paſchalis antea hoc eſt A. 1103. conceſſeras privilegium nobili monaſterio Bandino in Apulia, ac diœceſi Acheruntina quod a Normannis extructum ſub ſpeciali cura Romana eccleſia fuerat aſſervatum ab Urbano II. &c.* atque ad verbum refert Paſchalis II. privilegium, in quo hæc leguntur: *Cum univerſis S. eccleſia filiis, & Apoſtolica Sedis authoritate, & benevolentia debitores exiſtamus, illis tamen locis, atque perſonis qua ſpecialius ac familiarius Romana ſunt eccleſia addicta quaque ampliori religionis gratia eminent propenſiores nos convenit eorum tanto ſtudio imminere. Quia igitur B. Maria cœnobium, cui Domini authoritate filii legitimi Præſides Romana, & Apoſtolica eccleſia hactenus jure proprio adheſiſſe cognoſcuntur &c.* Lubin p. 406. habet: *Abbatia, ſive monaſterium titulo S. Maria in Vanze, alias Banze quinque circiter millibus paſſuum ſuper Ferentum, & duodecim circiter ſupra Venuſiam, de quo Chronicon Caſſinenſe lib. 1. cap. 18. ſitum eſt in finibus Acerentia in Capitanata; an non ipſa Bantium? de qua ſupra litt. B. S. Maria de Vanze Septem millibus paſſuum Acheruntia diſtas verſus Boream;* & Litt. B. p. 41. *Banſium ubi Abbatia Tit. S. Maria Ordinis S. Benedicti diœceſis Acheruntina non longe ab Acheruntia in Apulia a Normannis extructa, & ab Urbano II. Summo Pontifice Romana eccleſia reſervata, ut narrat Cardinalis Baronius ad a. 1090., in qua idem Pontifex vitam profeſſus eſt monachalem, & in ſuo diplomate illam vocat S. Maria de Panſo vulgariter nuncupata Devenentum: Vide apud Ughell. To. VII. p. 40., & 44. forſan eadem cum Vanze, ſive Banze de qua infra.*

Corriguntur Ughellius, & Lubin.

Labuntor tamen Ughellius, & Lubin, cum aſſerunt a Normannis extructam hanc Abbatiam, cum Rogerios, & Buemondus in privilegio a Baronio exſcripto habeant: *Donationes, & conceſſiones ipſi monaſterio factas, & faciendas omnimodo confirmamus maxime præfati genitoris noſtri, & principis Siconolſi, a cujus ſtirpe nobilem maternam originem Dux ego ſuſcepi.* Mater ducis Rugerii fuit Sicelgaita Roberti Guiſcardi uxor altera filia Guaimarii IV. ſoror Giſulfi II. proneptis Joannis II. Salerni principum Langobardorum, quem ultimum Peregrinius in Genealogia Principum Salerni cenſet natum ex filia Siconulfi Anno 851. Salerni Principis quo a Ludovico II. inter ipſum, atque Radelchiſum diviſus eſt Beneventi Principatus. Hæc præterea in eodem privilegio legas: *Et quia Monaſterium ipſum poſt introitum Northmannorum prædeceſſorum noſtrorum cum intrinſeca ſua expoliatione, & locorum ſuorum miſerabili depopulatione cum Sacrilegis uſurpationibus epiſcoporum innumera lugenda detrimenta, & indigna ſuſtinuit qua breviatim in privilegio Comitis Amici notantur &c.* Eadem habentur in privilegio Urbani II. Haud itaque potuit conſtrui hoc cœnobium a Normannis, multoque minus eſſe idem cum S. Maria in Vanze, quod probabile cenſuit Lubin, noſque etiam ex donationibus Monaſterio Bandino S. Mariæ factis a Principe Sinicolſo.

S. Gregorii cœnobium.

Monaſterii S. Gregorii haud longe ab Aquini orbe in Feudo cognomine S. Gregorii meminit Leo Oſtien. Lib. I. cap. 19. hiſce verbis: *Sed & Clericus quidam nomine Daniel natione Tarentinus nobili genere ortus ad extrema veniens & ſe ipſum, & omnia ſua cum plurimis ſervis, & ancillis apud Aquinum, & apud ipſam Cellam S. Gregorii, qua in ipſius vicinia ſita eſt per cartulam oblationis huic Monaſterio tradidit. Unde nonnulli noſtrum nunc uſquequaque putant de prædictis ejuſdem Danihel ſervis eos, quos hodieque habemus famulos propagatos.* Danielis Donationem tempore S. Apollinaris factam dabimus in Diſſertatione prima, in qua inſigne quoque privilegium anno 942. ab Hugone, & Lothario Regibus huic monaſterio conceſſum exſcribemus. Confirmarunt hoc monaſterium Caſſinatibus Johannes XV. Benedictus VIII. Otho II., eorumque ſucceſſores. Theobaldus Abbas anno 1028. quo indictio undecima erat, & annus duodecimus Paldulfi IV., & VIII. Paldulfi V. ejus filii in emphiteuſim conceſſit prædium, atque in inſtrumento Monaſterii S. Gregorii eſt mentio, ut hiſce verbis conſtat.

Ex originali in Archivo.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Duodecimo anno principatus domni Paldolſi, & octabo anno principatus domni Paldolſi ejus filii ambo glorioſi principibus menſe Julius decima Indiccione. Ideoque ego Theobaldus Abbas Domini gracia in monaſterio S. Benedicti ſitus de monte Caſtro Caſino, declaro quia prædictum noſtrum monaſterium in multis ditatis habet de rebus, & ſubſtanciis inter quas habet tres pecie de terris intra fines de comitatu Aquino in locis ſicut ſubtus nominatur per finis, & indicacionibus, & menſuras pertinentes prædicti monaſterii, per cartam offerſionis, qua offeruit Aquino cujuſdam Sapatini abitator in ſupraſcripto Aquino quando ſe monachum fecit in jamdicto monaſterio prima pecia de terra eſſe videtur &c. (deſcribuntur petiæ terrarum cum confinibus) *Hac autem dicte pecie de terris ſicut ſupra judicavimus habebamus ſine omni . . . . . atu, & nihil inde accipiebamus venit ad nos viri quidam Ger. . . . . & fili qui ſupradicti Aquini monachi & ipſe ſupraſcripte pecie de terris a nos per ſcriptum libellum recipere volebant & dare, & reddere in ſupraſcripto monaſterio exinde terraticum ſicut dare, & reddere ipſi liberi homini de S. Gregorio ex omnibus frugibus. Cumque hac conveniencia, inter vos conveniſſet, convocavimus infra nobis Ratchiſi judex, & alios idoneos homines qui inter nobiſcum eſſe dixerunt ſicut lege ſcriptum eſt de conveniencia, & ita firmabimus infra nobis hanc conveniencia. Idcirco ego qui ſupra domnus Teobaldus Domini gratia Abbas huna cum conſenſu, & conſilium omnium monachorum ſenioribus, vel Junioribus, & erga nobiſcum habemus Ildeprando de ſupraſcripto Aquino Abbocatore ſupraſcripti noſtri monaſterii, ut ipſa pecia*

de terra, quæ eſt ud ſuprascriptu Falarcoſa, & ipſa pecia de terra, quæ eſt ud vadu de mare in tali tinore dedimus & trudidimus vobis Oderiſi, & Radelchiſi, ut inſimul vos habeatis, & ipſa peciu de terru, quæ eſt ad jumdictu lagu de culboli ut ſolum tibi predicto Oderiſio dedimus, & tradidimus, hoc eſt ſupraſcripta tres pecio per ſupraſcripte finis ad tenendum, & laborundum, & cultandum, & omniu noſtra utiſitatem ibidem fatiendum, quæ nobis neceſſe fuerit amodo, & uſque in viginti, & nobe annos expletos, & debeatis ipſos laborare, & cultare ſicut boni laboratores ſua laborant terru, & quicquid Deus exinde vobis dederit ex omnibus frugibus per annos evenerit debeatis vos & veſtris heredibus dare terraticu de quinque partibus una in prædicto monaſterio ad illum hominem quæ a parte Monaſterii miſſus fuerit terraticum colligendum, & adducere illum in ipſu cella S. Benedicti in loco Sancto Gregorio. Unde obligo me ego qui ſupru Theobaldus Domini gratiu Abbas, & poſteros meo, & pars prædicto monaſterio vobis ſupraſcripti Oderiſi, & Ralchiſi Germ. & ad noſtris heredibus defendere, & anteſtare amodo, & uſque in viginti, & nobem annos expletos ſupradicte pecie de Terru ab omnibus hominibus: & ab omnibuſque partibus ſicuti lex eſt. Et ſi autem ipſos vobis defendere non volueri mus, aut ſi vobis exinde diminuare queſierimus, vel ante ſupradicto conſtituto vobis, vel ad veſtris heredibus tollere voluerimus excepto anos ipſum terraticum aliquid exinde minuaveritis componere, & dare obligamus nos qui ſupru domnus Theovaldus Domini gratiu Abbas vel poſteros voſtros ſemper prædictum monaſterium vobis qui ſupru germanis, & veſtris heredibus hoc eſt auri vizantei ſolidos viginti, & prædicta terra uſque in prædicto conſtituto teneatis, & hunc ſcriptum de quibus continet firmum permaneat uſque in ſupruſcripto conſtituto, pro tali tenore qui ſupra domnus Theobaldus Domini grocias Abbas unu cum conſilium omnium Monachorum inſimul cum ſupraſcripto Abbocatore ſecundum legem fecimus, & tibi Benedictus Clericus, & Noturius ſcribere rogabimus in Aquino. ✠ Ego qui ſupru Theobaldus Abbas. ✠ Ego Gualterius Monachus, & Decanus. ✠ Ego Leo Sacerdos, & Monachus.

Anno 1062. Deſiderius Abbas eidem monaſterio prædium dono dedit, quod antea erat cœnobii S. Angeli de Valle luce, hoc diplomate.

Ex originali in Archivo. *Nos Deſiderius divina concedente clemenciu Sacri Monaſterii B. Benedicti Caſſinenſis Abbas omnibus S. Benedicti, & noſtris fidelibus præſentibus, & futuris notificamus quia largiente Deo diverſis in locis monaſteriorum nobis commiſſa ſunt regimina, unde & convenit nos in quantum ipſe donaverit ſingulorum utilitatibus providere, & quod cuique conveniat diligenter adtendere, proinde ſicut nobis relatum eſt cognoſcentes neceſſarium, & utile eſſe noſtro Monaſterio S. Gregorii concedimus, & donamus noſtra auctoritate quandom peciam de terru, quo videtur eſſe infra comitatum Aquinenſem in loco, qui dicitur laurita ...... ſcilicet, & contiguam terris ejuſdem Monaſterii, que quondam fuit oblata alio noſtro Monaſterio, videlicet Sancto Angelo de ballelucis per ſtraderium habitatorem ſupradicti Aquini ſicut in ipſa oblacionis cartula continetur, & ibi paſſus duocenti nonagintu quinque ad tenendum, & fruendum Præpoſitis, & Rectoribus ejuſdem Monaſterii Sancti Gregorii noſtra auctoritate amodo, et uſque in ſempiternum abſque omni contradiccione noſtru vel ſucceſſorum noſtrorum ſeu cujuſcumque ordinis vel condicionis, unde eciam ſub interdiccione conſtituimus ut hoc removere nullus audeat quod nos eidem monaſterio noſtru auctoritate conceſſimus ſed imperpetuum firmum, et ſtabile maneat nec aliquid ex ſupradicta terru iniquo ordine ſubtrahatur, ſed cum vineis, et ſilvis, et omnibus, quæ infru habentur utilitatis ſupradicti noſtri monaſteru S. Gregorii deſerviat perpetuo tempore per hoc noſtra conceſſionis ſcriptum, cui ut verius credatur, manu noſtra ſubſcripſimus, et confratrum noſtrorum teſtimoniis fecimus roborare, quod tibi Johanni noſtro notario ſcribere juſſimus menſe Julio, anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo ſecundo Indiccione quintadecima.*

✠ Ego qui ſupru Deſiderius Abbas. ✠ Ego Guido Sacerdos, et Monachus. ✠ Ego Fruter Johannes Levita, et Monachus. ✠ Ego Frater Geruldus Sacerdos rogatus ſubſcripſi. Ego Frater Bennus Sacerdos, et Monachus ſubſcripſi.

Anno 1068. venditum huic cœnobio prædium a Minoribus, quamobrem præſtitus Judicis conſenſus, ut hoc Inſtrumento conſtat, quod damus, ut Judiciorum ejus temporis forma pateat.

In nomine Dei Salvatoris: hunno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo hoctabo menſe marcio ſeptima Indiccione. Ideoque nos Petri, et Roffrida, et Johannes viri Fratres, qui ſumus natibi, et avitatoribus de Aquino, et filio quoddam Donnelli declaramus nos infru etatem eſſet proterea debenimus in tantu paupertatis, ut non aberemus unde vibere poſſumus, niſi bendiſſemus de noſtri rebus, et ut ſecundum lege ipſos faceremus, benimus ante preſencia Hadenolfi Judici, et intimabimus ei de noſtru ſumis inopiaque nos patiebamus, et quia bolebamus bendere una peciola de terru noſtra quam avebamus inter fines de prodicto Aquino loco capu de flumicellum ut de inopia famis non moreremus, et ſic a preſenti bendidimus, et tradidimus ſupraſcriptu pecia de terra in prædicto loco, cum noticia ſupraſcripti Judici tibi Domni Giroldi monachi, et Prapoſiti adque Rectori Eccleſie ſancti Gregorii una cum ipſo adeſent Abbocatores Caſtrocello ſupraſcripti Sancti monaſterii per hoc finis etc. Hac autem ſupraſcriptu peccia de terru qualiter ſuperius de fine in fine indicata et menſuratu eſt huuu cum arboribus, et cum omnia ibique intro habentibus ſubtus, vel ſuper et cum biu ſua ibidem intrandi, et exiendi ideoque nos qui ſupru prenominati fratres tibi qui ſupru domni Giroldi Prepoſiti integrum ipſos benundedimus tibi ad poſſeſſionem Sancti monaſteris, et ad ejus Rectoribus ad avendum, et poſſidendum, et faciendum exinde omnia, quæ tibi, vel ſucceſſoribus tuis placuerit, unde de integra ſupraſcripta hanc noſtra bendicione nec nobis, neque ad noſtris heredibus, neque ad nullis aliis hominibus exinde nihil reſerbavimus nec dicimus aliquit remanere, et per ſupraſcriptu hanc noſtru bendicione manifeſti ſumus nos qui ſupru fratribus Petri, et Roffrida, et Johannes quia in præſenti recepimus precium completum a te qui ſupru Domnus Giroldus propoſitus, ideſt uncie quinque, et denarios decem in omni deciſione, in ea racione ut amodo, et ſemper vos, et poſterioribus veſtris firmiter aveatis, et poſſideatis integra ſupruſcriptu hanc noſtra bendicione abſque omni noſtra, et de noſtris eredibus contra-

Ex originali in Archivo.

tra-

Digitized by Google

trarietate, et obligamus nos qui ſupra Petri, et Roffrida, & Johannes, & noſtros eredes tibi domni Giroldi Monachi, & Propoſiti & veſtris ſucceſſoribus, & poſterioribus integra ſuprascripta hanc noſtra bendicione defeadere, & banteſtare ſemper ab omnes homines ab omnibuſque partibus. Si autem non potuerimus illut bobis defendere, & anteſtare ſemper ut diximus primis bobis veſtriſque ſucceſſoribus nos, & noſtros eredes de colludinum legibus jurare obligamus, & componere bobis ſuprascripto preciums duplum, & duplum per hacpreciatum, in qua ſapraſcripta hanc noſtra benedicione aput bos in edificio vel illavore, ſea in qaabis partes remelioratum paruerit. Nam ſi nos qui ſapra pranomiaati fratres, vel noſtros eredes aliquando per qualecumq; ingenium, vel umana aſtucias dirrumpere, vel removere queſierimus, ſea ſi hanc cartam in quabis parte refatare, aut inanem facere, vel contrario agere qaeſierimus, ſibe per nos, vel per ſammiſſa noſtra, tunc & ſapraſcripta dupla penam nos, & noſtros eredes tibi qui ſupra domni Giroldi Propoſiti vel ſuoceſſoribus tuis, adque & coram poſteriores componere & dare obligamus, & eadem carta de quibus continet firma, & ſtavilis permancad ſemper, & taliter nos qui ſapra fratribus Petri, & Roffrida & Johannes per noſtra famis inopia ſicut vobis congrum fui fecimus ante ſapraſcripta preſencia, quem tibi Johanni Diaconi & Notarius ſcribere rogavimus in Aquino, ✠ Ego qui ſupra Adenolfo Judex. ✠ Ego Benedicto,

A. 1052. hujuſcemodi Judicatum pro Monaſterio S. Gregorii prodiit, quo conſtat eo quoque tempore uſuveniſſe, ut lites pugna dirimerentur, de qua alibi.

Ex originali in Archivo. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, triceſimo quarto anno Principatus Domai Paldolfi glorioſi Principis Capaa menſe Januarius quinta Indiccione. Dum nos Teodaldo judex ex comitata Aquinenſes ſos exemus inter ceteros judicandum, vel diffiniendam cauſantibus die autem quodam erga nobiſcum adeſſet plures viros in noſtro benerunt judicio Anſaricus monachus, & Prepoſitus Cella S. Gregorii qaa eſt ſubjecta monaſterio S. Benedicti ſitus de caſtro Caſina, qai cum ipſo beneras Boniſacius Judex, qui erat abbocat. ſupraſcripti monaſterii ambo miſſi pariter a pars jam pradicti Moaaſterii, ex parte etenim altera venerunt vir quidam nomine Johanne, & Petri & Teodericus tots germanis fratribus natibi, & avitatori de Caſtello pede de monte, & filii quoddam Aliperti clerici, qui dum noſtro Judicio eſſent pariter reconiuncti qaerebat inter ſe diffinire cauſacione illa quam inter ſe abebat de una pecia de terra, qaa eſſe bidentur inter fines de ſupraſcripto Aquina loco ad ipſa Fomanella ad ipſo decorrenti por fines, & paſſos quod inferius declaramus, unde ipſi qai ſapra nominati fratribus cartulam oſtendebat de moderno tempore ſcripta, & roborata a pars de una mulier nomine Fariola, & jam dicto Monaſterio ea poſſeſſa habebat antea jure qaieta per annos plarimos; de ac autem pradicta terra ſepius pars pradicti Monaſterii, & ejus Rectoribus cauſantibus cum ſapraſcriptis Fratribus, atque litigantibus per plurimos dies eciam & & per pagna illos querebat inter ſe finire. Nos qai ſupra Jadex qao talia perſpeximas judicavimus inter illis, & per aoſtram Judicium ipſi qui ſapra nominati fratribus capſaberant ipſa carta qua eadem terra continebat, & remiſerant illa aput pradictum Anſericas monachus, & Prapoſitus, & manifeſtaberunt ſo ibiqae in aoſtro Judicium coram cunctis qai ibidem atſiſtebat de eadem terra inſuper et guadia fecimus dare ipſi qui ſupra Johanno, et Petri, et Teoderico Fratribus at pradictu Anſaricus Monachus, et Prapoſitus quam erga ſecum babendo Abbocatore ſupraſcripto Boniſacius Jadex pro parte, et bico ſupraſcripti Monaſterii, et mediatore ei poſui Johanne filio Guelti avitator in loco at Sancta Lucia, tali bero tinore, et racione quatenus do jam dicta pecia de terra qua habet finis hac da una lata fine ipſa bia antiqua da alio latere fine terra d eredes Aſcari perſingulos etenim latere per longitudo abet paſſi nonaginta una cap. fine terra et binea Aſcari. Alii cap. fine terra ſapraſcripti Ered. Aſcari, per ſingulos etenim capite abet paſſus nonaginta appaxum juſtum menſuratum ipſi qui ſapra fratribus exinde loquere aut cauſaro queſierit, vel aliqua rixa vel intencione qualecumque tempore abeniente ipſi vel eorum beredibus incitare praſumſerit contra pars pradicti Monaſterii vel ad eorum Rectores, et inde quieti, et taciti aon manſerit omni tempore ſicus jam diximus, quatenus componat ipſi qui ſupra fratribus vel eorum eredes in pars predicti Monaſterii, et ad ejus Rectoribus ſolidos vizanteos aureos centum quinquaginta et omni tempore inde quieti, et taciti manaat per invitis pro ſupraſcripta guadia, et pradicto mediatore appigaerandum obligavit ſe predicto mediatore, et ſuos eredes ad ipſum qui ſupra Anſericus monachus, et Prapoſitus quam et at Boniſacius Judex Abbocator pro bice, et pars ſupraſcripti Monaſterii, et de ejus Rectores ſi neceſſe fueris pignerare omnia coram cauſa uſque at legem dum aos qui ſapra Judex hac omnia facta atqae perfecta conſpiceremus pro recordandum in perpetuum ea omnia qualiter ſuperius geſta ſunt quam et pro ſecuritate ſupraſcripti Monaſterii et de ejus Rectoribus, et poſteris ejus hunc exinde emiſimus Judicatum, qaem tibi Johannes Diaconus, et Notarius ſcribere juſſimus in Aquinn. † Ego qai ſupra Theodaldo judex. ✠ Ego Benedictus Clericas, et notarius.* Nunc primum, ni fallimur, Villa S. Luciæ nominata, nam de Joanne dicitur: *Avitator in loco, at Sancta Lucia;* quæ villa non longe abeſt a Pedemontio, cujus indigenæ erant Petrus, ejuſque Fratres.

A. 1085. Velgarda Præpoſito hujus monaſterii prædium vendidit hoc inſtrumento, quod formam judicandi ejus temporis refert.

In nomine Domini noſtri Jeſa Chriſti Anni ab Incarnacione ejus millesimo octoageſimo quiato quam et viceſimo ſeptimo anno Principata domni Jordani glorioſi principis Capua menſe Jannarii octaba Indicione Ideoque ego muher nomine Welgarda qua ſum uxor videlicet Petri, et ſumus ambo nativs, et habitatores in Haqaino cives, et ſum filia quoddam Haidolfi de ſupraſcripto Aqaino declaro me habere aliqaantulum de terra cum vinea poſita, qaa eſſe videtur infra fines de ſupraſcripto Aquino in loco ubi dicitur Fontanelle qaem mihi eſt pertinentes a pars Adoni, qui olim fuit vir meus per illum ſcriptum morgincap. que datam mihi habuit, et valde mihi ſapraſcripta mulieri una cum vir meus volo illa venandare. Sed ut ammonentes aos legem aos qui veadere, aat illi, qui emere cupiunt fecimus noticiam propinquis aoſtris parentibus ideſt Aidolfi filiis qdd. ſapraſcripti Aidolfi germanus meus de ſapraſcripto Aquino et Tmari filiis pradicti Aidolfi, atqae Leoni ſubſcriptos una cum Ex originali in Archivo.

prediɛtis ipſis meis parentibus, et cam jamdiɛto vir meus perreximus ante preſentia Voſſi Judici de ſupraſcripto Aquino mox intimavimus eidem prediɛta Terra cum vinea poſita oportunam erat nobis illa venundare, tunc prediɛtus Judex inquiſivit me ne aliquam vim paterem a ſupraſcripto viro meo, vel aliquo homine, & ego prediɛta mulier praphata quia nulla violenciam pacior. Tunc prediɛtus Judex interrogavit prediɛto vir meus ſi exinde mihi voluntatem vendendi daret, & una mecam communiter venderet ipſe vir meus reſpondit, ut libenter ita fieret, mox prediɛtus Judex interrogavit prediɛti parentibus meis ſi in hanc vendicionem mecum manum poneret atque voluntatem mihi daret ipſi predic. meis parentibus unanimiter dixerunt ut libenter adimpleront mihi ſapraſcripta vendicio fieret. Tunc prediɛtus Judex tribuit nobis licenciam vendendi, & ſicut nobis unanimiter aptum, & congruum fui, bona eteaim noſtra voluntate prediɛta terra cam vinea in prediɛto loco per hanc quoque cartul im venundedimus atque tradidimus in monaſterio B. Gregorii, unde modo videtur Propoſitus eſſet domnus venerabilis Jaquintus, que continet as fines, prima lata fine terra prediɛti monaſterii exinde habet paſſi ſedecim. Aliu latu fine terra de prediɛto monaſterio exinde habet paſſi tredecim. Una capu fine via arceſana exinde habet paſſi duodecim. Aliu capu fine terra prediɛti monaſterii Sanɛti Gregorii exinde habet paſſi undecim ad paſſum juſtum menſuratum. Hec autem prediɛta terra cum vinea qualiter ſuperius diximus de fine in fine iadicata, & menſurata eſt una cum arbores, & cum omnia ibique intro habentes ſubtus & ſuper, & cum via ſua ibidem intrandi, & exiendi. Ideoque ego qui ſupra mulier una cum voluntate viri mei, atque communiter cam ipſum conſtantem integra ipſa venundedimus in prediɛto monaſterio ad poſſeſſionem ejuſdem prediɛti Monaſterii, & ejus reɛtoribus ad abendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia que in prediɛto monaſterio, vel ad ejus reɛtoribus placuerit. Unde de cunɛta, & integra ſapraſcripta hanc noſtra vendicione nec nobis nec ad noſtris heredibus exinde nihil reſervavimus, nec dicimus aliquid remanere. Et pro ſapraſcripta hanc noſtro vendicione manifeſti ſumus nos vir, & conjux quia apud nos habemus precium completam a pars prediɛti Monaſterii, id eſt ſolidos ſex de bonos danarios de argentum valientem in omni deciſione, in eâ videlicet racione quatinus ut amodo, & ſemper, & in antea temporibus prediɛto Sanɛto monaſterio, & ejus Reɛtoribus firmiter habeas, & poſſideas integra prediɛta hanc noſtra vendicione abſque omni noſtra, & de noſtris heredibus contrarietate, & obligamus nos vir, & conjux, & noſtros heredes ad prediɛto Monaſterio, & ad ejus Reɛtoribus integra prediɛta hanc noſtra vendicione defendere & anteſtare ſemper ab omnes homines, & ab omnibuſque partibus obſervata prafata racione. Si autem non potuerimus illa defendere, & anteſtare ſemper in prediɛto monaſterio vel ad ejus Reɛtoribus nos vir, & conjux, & noſtros heredes de colludio legibus jurare obligamus, & componere vobis ſupraſcripto precio duplum, & in duplum per appreciatum. In qua ſupraſcripta hanc noſtra vendicione apud vos in edificio, vel in lavore, ſea in quavis parte remelioratum paruerit. Nam ſi nos vir, & conjux hanc ſupraſcripta noſtra vendicione aliquando per qualcumque ingenium, vel humana aſtucia dirrampere, aut removere queſierimus, ſeu ſi hanc cartula in quavis parte refutare, aut inanem facere, vel contrarie agere queſierimus, ſive per nos, vel per ſummiſſa noſtra, tunc & ſupraſcripta dupla pena nos vir, & conjux, & noſtros heredes in Sanɛto monaſterio, vel ad ejus Reɛtoribus componere, & dare obbligamus. Et hec cartula vendicionis de quibus continet firma, & ſtabilis permaneat ſemper, & taliter nos vir, & conjux una cum conſenſu de ſupraſcripti noſtris parentibus, ſea per largietatem de ſupraſcripto Judex ſicut nobis aptum, & congruum fui fecimus, & te Leoni notario ſcribere rogavimus in ſupraſcripto Aquino cives, eo quia interfuiſtis.

Anno 1142. Albertus Cœnobii hujus Præpoſitus monumentum edidit, in quo pacta quædam cum Archipresbytero Joanne inita erant; Monachos ibi converſoſque tum fuiſſe inde eruitur. Idem conſtat inſtrumento anno 1183. ſtipulato per acta Notarii Blaſii civitatis Aquini.

Anno circiter 1280. B. Caſſinenſis Monachus quidam e Caſtro cœli & Pedemontis Inventarium Feudi S. Gregorii confecit, in quo exacte viæ, earumque fines, atque poſſeſſores prædiorum, qui decimas cœnobio noſtro perſolverent, deſcribuntur. In membranis eſt ſcriptum, conſtatque octo paginis, in quarum ſeptima hæc leguntur: *Secunda finis infraſcripta continet loca per Abbates Caſſinenſes ad decimam infeudata, videlicet locum ubi dicitur Macchia famelica juxta montem monaſterii S. Chriſtophori, locum, ubi dicitur Tacca &c. locum ubi ſita eſt villa monaſterii S. Gregorii loco ubi dicitur le Caldanelle, &c.* Et fol. 8. *Territorium ubi dicitur Villa S. Gregorii cum ſuis pertinentiis infraſcriptos fines habet: prima finis eſt via publica, juxta ſtartiam de puteo &c. tertia finis eſt via que vadit inter aſperam, & prediɛtam villam S. Gregorii: &c.* Eadem leguntur in alio paulo poſt facto quod incipit: *Quaternus continens omnes & ſingulas terras de quibus debetur decima monaſterio S. Gregorii ſito prope Aquinum celle monaſterii Caſſinenſis, quas quidem terras Thomas Abbas Caſſinenſis infeudavit &c.* De hac villa, quam plures incolebant, agendum diſſ. prima. Eccleſia ibi modo eſt, quam eodem loco conſtructam quo antiquitus erat credimus, cum initio abſida videatur. Statis pluribus diebus ſacrificium miſſæ ea in eccleſia cui magna turris adhæret celebratur. Plura in feudo S. Gregorii latifundia poſſidet cœnobium noſtrum, ibidemque ſpiritualem ac temporalem juriſdictionem exercet.

Ignotus Caſſinenſis coævus author apud Camillum Peregrinum nu. 9. combuſta ſcribit a Saracenis Monaſteria S. Andreæ, S. Stephani, & S. Gregorii; illiuſque S. Apollinaris meminit hiſce verbis: *His diebus Saraceni ingreſſi Romam Oratorium totum devaſtaverunt beatiſſimorum principis Apoſtolorum Petri, beatique & eccleſiam Pauli, multoſque ibidem peremerunt Saxones, alioſque quamplurimos utriuſque ſexus, & ætatis; Fundenſemque capientes urbem, vicinaque depradantes loca, ſeptembris quoque menſe ſecus Gajetam caſtrametati ſunt contra quos pervenit Francorum exercitus; ſed ſuperatus a Saracenis quarto Novembris Idus, iniit fugam quos perſequentes Saraceni, illorumque omnia capientes, tandemque ad Sanɛtum devenerunt Andream, cujuſque cellam igne cremaverunt. Quique dum per-*

Cœnobia S. Andreæ S. Stephani, S. Gregorii, & S. Apollinaris.

venif-

Digitized by Google

veniſſent ad cellam præſulis beatiſſimi Apollinaris cognomento Albianum, e vicino Sanctum beatiſſimi Confeſſoris Chriſti conſpexerunt Montem, quo illico pergere ſatagebant; ſed tardior quippe eos tranſiere hora vetabat &c. & infra: Nitebantur quolibet fluvium tranſire modo, ſed dum nullus adeſſet eis ad cœnobium tranſmeandi aditus ſicut eſt illorum dira barbaries digitos corrodentes manuum, fremebant, qui ſtridebant dentibus huc illucque furibundi diſcurrentes. Et ut non abeſſet illorum aſſuetum facinus cellas Beatiſſimorum martyrum Stephani, ſeu Georgii igne cremaverunt, & per duos* leones ad caſtra remearunt. Eadem refert Leo Oſtien. Lib. I. cap. 27., & Victor III. lib. I. Dialogorum p. II. hæc de eis ſcribit: Cellas noſtri Monaſterii trans Lyrim poſitas igne cremantes (Saraceni) verſo exercitu quantocius abire cœperunt. Quatuor deinde ibi extructa iiſdem nominibus Oppida, quorum adhuc tria ſuperſunt, nempe S. Andreæ, S. Apollinaris, & S. Georgii. Hinc Victor II. in ptivilegio, quod alibi dabimus, enumeratis oppidis Caſſinatibus ſubditis addit: Quorum aliqua olim fuere Monaſteria, ſed a Saracenis deſtructa, poſtmodum ad tuitionem patriæ neceſſario facta caſtella.

* Locus eſt, ac ſinus Ditionis Monaſterii Caſſinenſis. Leo Oſtien. Lib. I. cap. 5. Lib. 3. cap. 12.

Monaſterium S. Domnini apud Teleſiam.

Leo Oſtienſis lib. I. cap. 34. monaſterii S. Domnioi apud Teleſiam meminit hiſce verbis: Agelmundus quoque Teleſinus civis ſemetipſum obtulit Deo in hoc loco cum omnibus ex integro rebus ſubſtantiæ ſuæ tam in ipſa Teleſia, quam & in diverſis locis præter duos caſales, quos dedit filiæ ſuæ Sanctimoniali, & alia nonnulla cum aliquantis ſervis, quæ conceſſit in eccleſia S. Domnini apud eandem Teleſiam, quæ erat cella hujus cœnobii.

Huic eccleſiæ prædium conceſſit Landulphus Capuanus princeps, ut hoc diplomate conſtat in regeſto Petri diaconi fol. 99. nu. 122. ex quo quidam ejus cognati eruuntur.

In Chriſti nomine. Nos Landolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis princeps per rogum Aldemari, & Audoaldi veris germanis, & Adoaldi gaſtald. dilecti parentes noſtri, & mercede animæ noſtræ concedimus in monaſterio B. Benedicti quod conſtructum eſt in caſtro Caſino, in quo domnus Aligernus venerabilis Abbas, & ſpiritualis noſter pater regimen tenere videtur terra ex fundatam, quæ ad ſacrum noſtrum palacium pertinet intus civitatem veterem Teleſia, quæ conjuncta eſt cum terra ejuſdem monaſterii in qua conſtructa eſt eccleſia S. Domnini ejuſdem monaſterii pertinentem, & quibus eadem terra videtur eſſe infra fines hac, & menſura, de capite fine arcaturia, quæ deſcendit ad ipſo molino Landolfi Comitis filius Rodelpoti ibidem ſunt paſſi decem & medium, de latere fine muro ipſius civitatis a parte olim ipſo pantano, ibidem per longitudinem habet paſſi viginti, & unum, de alio capite fine terra monaſterii Sancti Lupuli ibidem ſunt paſſi decem, de alio latere fine prædictam terram, ejuſdem monaſterii, S. Benedicti, in qua prædicta eccleſia S. Domnini conſtructa eſt ipſius monaſterii pertinentem, ibidem per longitudinem habet paſſi ſimiliter viginti, & unus. Per hac vero fines, & menſura eadem terra una cum inferius & cum ſua pertinencia in integrum in præfato ſacro monaſterio concedimus habendum quatenus amodo, & deinceps per hanc noſtram principalem conceſſionem prædicto venerabili loco, ejuſque rectoribus jam dictam terram in ſuo juris dominio in integrum habere & poſſidere debeant ſine ullius comitis gaſtaldeis ſeu Judicibus noſtris vel cujuſcumque perſona contrarietatem facientes inde omnia quod voluerint a nemine aliquid contrarium in eodem ſacro monaſterio in aliquo ingerente. Scripſi ego Madelfrid clericus, & Notarius atque ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis in anno VI. principatus ſuperius dicti domini Landolfi glorioſi principis menſe Auguſti nona Indictione. Idem cœnobium Caſſinatibus confirmavit Urbanus II., ejuſque ſucceſſores.

Monaſterium S. Mariæ in Maurinis.

De Monaſterio S. Mariæ in Maurinis hæc ſcribit Leo Oſtienſis lib. I. cap. 39. Cumque in reverſione ſua (Ludovicus II.) apud S. Apollinarem Ravennæ remoraretur, adiit eum Angelarius tunc monaſterii hujus præpoſitus proclamationem faciens de cella ſancta Maria in Maurinis ſita in comitatu Pennenſi quam videlicet Hildebrandus dux tempore HCaroli regis ante centum circiter annos, interveniente Beniamin monacho in hoc cœnobio, præcepto ſuo firmaverat: modo vero eſſent aliqui qui quaſi ex parte ipſius Imperatoris res ipſas ſe tenere aſtruerent, mox Imperator rei ejuſdem cognita veritate, & prædicti Angelarii precibus inclinatus ſcripſit, & Imperiali auctoritate præcepit, ut nullus deinceps ex eadem Cella aliquid retinere, vel attemptare, neque ex ſua, neque ex alicujus alterius parte præſumeret, ſed quieta, & omnimodis libera in priſtinum dominium cœnobii noſtri rediret, cum portu ſcilicet ſuo, & foce de Gomano, & cum omnibus omnino pertinentiis, & finibus ſuis, ideſt ab Atria uſque Gomanum, & uſque in fluvium qui dicitur Plomba, & uſque in mare cum ipſo littore ad piſcandum, & cum Gualdo de Bolejano modia videlicet terræ inſimul undecim circiter milia. Inſuper etiam præcepit Celſo cuidam præpoſito, & Grimaldo epiſcopo, ut ſimul cum eodem Angelario mox venirent, eumque ad utilitatem loci hujus ex parte ſua de his omnibus inveſtirent, præcepto, & ſigillo ſuo ſuper hoc illis conceſſo, ne quis unquam iſta removere præſumeret. Quæ omnia ad verbum fere exſcripſit Leo ex privilegio Ludovici II., quod ex regeſto Petri Diac. p. 50. a t. 12. Diſſ. I. dabimus. Theobaldus tum S. Liberatoris præpoſitus latifundia huic cœnobio ab Hildebrando filio Traſmundi ducis, & marchionis uſurpata vindicavit, ut hoc judicato conſtat ex regeſto Petri Diaconi fol. 134. num. 298.

In Dei nomine noticia judicati, qualiter pro futuris temporibus memoria recordandum idem in territorio Pinnenſe in loco qui nominatur Saline in ipſo monaſterio S. Martini, ibique in placito reſidebant Theodericus cancellarius, & ſummo conſiliarius domni Imperatoris, & Leo epiſcopus Vercellencie, & Enricus epiſcopus Parmenſe, & Oldericus epiſcopus Tredentinus, Armannus judex & miſſus domni Imperatoris haberant cum eis Uttebertus filius Utteberti, & Liutolfi filius Petri, & Girardus filius Dodati, & Johannes filius Johanni, & Adammo filius Giſoni, & Cono filius Raineri, & Johannes filius Farulfi, & aliis plures hominibus in ejus domum de ſupraſcripti venit Theobaldus præpoſitus S. Benedicti, & reclamavit ſe ſupra Ildeprandus filius quoddam Traſmundi dux, et Marchion, et dixit Domine Cancellarium, et Epiſc., et Judicibus, et bonis hominibus, judicate nobis juſticiam de Ildeprando; qui eſt ante veſtra preſencia, qui tenet de rebus S. Bene-

Epiſcopi Vercellenſis, Parmenſis, & Tridentinus. Cancellarius Imperatoris.

*dicti integra curte S. Maria in Morine cum omnia ſua pertinencia quantum ad ipſa ſupraſcripta curte pertinet, et eſt ipſa curte in comitatum Pinnenſe, et eſt infra finis de capo fine atria, pede fine mare cum lito de mare, de uno latu fine fluvio Gomano cum ipſa foce et cum ipſo portu de Gumano de alio lato fine plomba, et omnia ipſo Gualdo de Bolelano, et omnia ipſe rebus quantum ad ipſa Eccleſia pertinet in ipſa curte de Paterno, tunc ſupraſcripto Cancellarius cum ſupraſcripti epiſcopis, et boni hominibus interrogaverunt ipſo ſupraſcripto Ildeprando, quod inde dicere volueri tunc ſupraſcripto Ildeprando reſpondi, et dixi ab eo * per quem mihi pertine, deinde judicaverunt ipſo ſupraſcripto cancellarium cum ſupraſcripti epiſcopis, ut oſtendere ſue facciones, ipſe tamen non habuit, quod ei oſtendere ſtatim ante ejus preſenciam reddit, & inbeſtibi ipſo ſupraſcripto Theobalda prepoſito, & ipſo prænominato monaſterio, & de omnia ipſe ſupraſcripte rebus ſicut ſuperius ſcriptum eſt & juravi per quattuor evangeliſta, & arma ſacrata, quod de ipſe ſupraſcripte rebus ſicut ſuperius ſcriptum eſt nullo quoque tempore nec retollere, nec invadere præſumat ipſo jamdicto Ildeprando, nec ſuis heredibus inſuper ipſo jamdicto Cancellarius cum ſupraſcripti epiſcopis poſuerunt bannum ſuper caput de ipſo ſupraſcripto præpoſitum, ut ſi quis qualecumque homine de ipſe rebus ſicut ſuperius ſcriptum eſt ad ipſo ſupraſcripto monaſterii, aut ſuis monachi fallere, aut invadere præſumpſerit ſine legalis Judicio, ut compona auri his libre centum medietatem apars de ſupraſcripto monaſterio, & de ſuis monachis, & medietatem ad partem domni Imperatori, & finita eſt cauſa, unde pro ſecuritate de ſupraſcripto Monaſterium, & pro impoſterum recordandum hunc noticia Judicati ſcripſi Ego Acto Notarius, & Scabinus de mandacione de predicto Cancellarius, & ſupraſcripti epiſcopis, & de dicto Aremanni judicis miſſus domini Imperatoris anno ab Incarnacione Domini milleſimo viceſimo ſecundo, imperante domno Henrico Imperatore Auguſto anno octavo, menſe Februarii Indiccione quarta Actum in Pinne feliciter. Thiedericus Secretorum Romani Imperii Cancellarius, ac Logotheta Italicus ſubſcripſi. Leo epiſcopus Imperii Servus S. Euſebii voluit, decrevit, & in eternum valere pracepit. Heinricus epiſcopus & miſſus interfuit. Armannus judex & miſſus Domni Imperatoris interfuit & ſubſcripſit. Odalricus, qui & quodvult Dominus Imperator miſſus interfuit. P. Notarius & Scabinus ibi fuit miſſus.* Coronatus eſt Imperator S. Henricus a Benedicto VIII. die 14. Februarii Anni 1014., ut quidam ſcribunt apud Pagium num. I. Quamquam Witmarus coævus author apud Baronium id ad diem 24. Februarii refert, & Leo Oſtien. etiam coævus lib. 2. cap. 31. ad diem Paſchatis 25. Aprilis. Confirmant hoc monaſterium Caſſinatibus Hugo, & Lotharius Italiæ reges, Ottho Tertius, Conradus II., Lotharius III. aliique Imperatores. Quædam illi Sæculo XI. donata bona; verum inſtrumenta apud nos antographa hac de re non extant, quæ referre liceat.

* faccioni

nota.

Monaſterium S. Benedicti in Pantano.

Hæc ibidem Leo de monaſterio S. Benedicti in Pantano apud Beneventum refert: *Circa hos dies Pergolfus præpoſitus noſter de S. Sophia proclamavit in Placito Heroici judicis Beneventani ſuper quendam Lioprandum de curte, quæ eſt in loco, qui dicitur Pantanum ad vicum de Atriano: quam idem Lioprandus dudum invaſerat, & oſtenſa ratione qualiter quidam Urſus una cum uxore ſua Venera nomine obtulerat eam cum omnibus rebus ſubſtantia ſua in eccleſia S. Benedicti, quæ constructa eſt juxta Beneventum in prædicto loco Pantano Cella hujus cœnobii judicante prædicto Heroico, recollegit eam:* & deinde: *De terris nihilominus præfati S. Benedicti de Benevento, quæ ſunt in Valle de Caudis idem Præpoſitus in præſentia principis Adelchis ſuper Rodelgrimo quodam, qui eas fraudulenter receperat proclamans protinus illas recepit data ab eodem principe publica juſſione, ne quis eſſet deinceps, qui abſque noſtri Abbatis licentia aliquas terras noſtri Monaſterii aliquo modo reciperet: propterea quia prædictus Rodelgrimus decepto Amelfrid Monacho noſtro neſcio Abbate quaſi ſub libello eaſdem terras receperat.* Hoc monaſterium Caſſinatious confirmant Urbanus II. Paſchalis II. Calliſtus II. aliique.

Monaſterium Sancti Liberatoris ad radices montis Majellæ.

Quonam potiſſimum tempore nobile S. Liberatoris ad radices montis Majellæ ſeptem fere mille paſſibus Teate diſſitum cœnobium conſtructum, incompertum. Illius primum mentio eſt in inventario juſſu S. Bertharii Abbatis facto, in quo ſeptem alia monaſteria numerantur intra fines dumtaxat provinciæ ſeu comitatus Teatini, & Pennenſis comprehenſa, nempe S. Comitii, S. Renati, S. Severini, S. Pancratii, S. Benedicti in Lauriano, S. Petri in Caſtruniano, & S. Scholaſticæ in Tabe, præter eccleſias, ac latifundia, quæ magnam tum Chriſtifidelium in dotandis eccleſiis devotionem oſtendant, cum magnam adeo bonorum copiam in duobus dumtaxat Comitatibus cœnobio noſtro dono dederint. Illud ex Leone Oſtien. lib. I. cap. 45. & regeſto Petri Diaconi pag. 87. a t., & ſeq. num. 201. hic damus. *Commemoratorium a me factum Berthario Abbati ex Monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in Monte Caſino de rebus, & cellis S. Benedicti, quæ poſitæ ſunt in comitatu Teatino ſupra fluvium Laentum ad radicem Montis, qui dicitur Majella cum eccleſia S. Angeli quæ eſt in latere Montis plani cum integro eodem Monte, & cum caſtello S. Angeli cum univerſis pertinenciis ſuis, & curte quæ dicitur Caſale prandi & curte de Garifuli, & Caſtello S. Petri, & Curte S. Januarii, & Valleplana, & Luciano cum omnibus omnino pertinenciis, ac rebus ſuis intra hos videlicet fines ab uno latere finis torens ubi dicitur Cripta latronis, qui eſt ſub ipſo montitello nomine Saracenico, qui nunc vocatur Pretorium, & quomodo aſcendit inde ad ipſum Staphilum de Majella qui dividit inter cauſam Sancti Benedicti & Regalia. De alio latere quomodo deſcendit inde in aquam Fraſſiningam, & ſicut mittit in rivum qui dicitur Bacinnium hinc vero ab ipſo foſſato in puteum de Capetano inde in foſſatum S. Januarii, & in Roſentem de alio latere finis Biſara in viam, quæ vadit in lacunam ſupra ſanctum Donatum hinc in ficarium inde in foſſatum de S. Lucia, & aſcendit per aquam frigidam in limitem de monte plano, & ſicut vadit ſub ipſis limitibus in foſſatum Garifuli, & ita mittit in Alento Inter quos utique fines nullam omnino ſibi reſervacionem prædicti reges fecerunt, quia tota hac pertinencia regalis fuit, excepta eccleſia S. Vitalis cum pertinencia decem dumtaxat modiorum, quæ pertinet ad epiſcopium. Deinde eccleſia S. Maria in bacinnio cum pertinencia ſua. Dehinc eccleſia S. Felicis in Paſtoricio cum finibus, & pertinenciis, qui*

habet

habet ſines hos ab uno latere ſlumen Piſcaria, ab altero Lavinum, ab alio ripas de turri cum ipſa curte ubi eſt eccleſia S. Benedicti. Ab alio vero fontem de Troja quomodo deſcendit in Lavinum, eccleſia S. Viti ſupra ſlumen Lavinum, eccleſia S. Helia in Selangario cum pertinencia viginti milium modiorum, curtis de Caramanico, monaſterium S. Comicii juſta rivum Arulum cum multis poſſeſſionibus, eccleſia S. Felicis in Pulverio cum medietate ipſius curtis per ſines ſuos, ideſt ab uno capite monumentum ab altera pradicta Piſcaria ab altero terra S. Thoma ab altero Roſentem qualiter mittit in Piſcaria. Qua omnia Hiſelgarda Comitiſſa optulit B. Benedicto, eccleſia S. Calixti, S. Mammetis cum tota curte de Iliano, Sancti Marci S. Maria in Ponciano, cum terra modiis ſexcentis inſula, qua eſt intra pomarium, et caſtrum quod dicitur calcaria cum terra modiorum circiter quadringentorum, eccleſia S. Eleutherii, et S. Pauli in pertinencia de boclanico, loco qui dicitur Rupi cum terra ſeptingentorum octuagimta modiorum, eccleſia S. Heraſmi in Cerretu plano cum pertinentiis, et finibus ſuis, ac molendinis omnibus, qua intra ipſos conſtructa ſunt finos cum eccleſia S. Salvatoris, et S. Martini, eccleſia S. Benedicti, et S. Maria, et S. Comicii, et S. Silveſtri in loco qui dicitur Orni, cum omnibus finibus, ac pertinenciis earum; hanc eccleſiam S. Silveſtri conſtruxit quidam Ramerius, et obtulit eam B. Benedicto cum omnibus pertinenciis ſuis intra hos fines, ab uno latere ipſa benna, ab altero ſeptem via, ab altero alia benna, qua ſimul ſe conjungunt Faramajonis, et Fara, qua dicitur Biana cum finibus, ac pertinenciis eorum. Hic Majo fuit conſanguineus Poterici prapoſiti S. liberatoris ſub pradicto Abbate et obtulit in hoc Monaſterio eandem faram, qua continens eſt inſimul quinque milium octingentorum modiorum terra. Curtis S. Calixti cum omnibus ſuis, eccleſia S. Petri in loco, qui dicitur Mallianellum cum omnibus pertinenciis ſuis ideſt a capite foſſatum de la vite, a pede viam de ipſo puteo, ab uno latere bennam, ab altero fluvium de Argelli, quam eciam pradictus Majo hic obtulit intra quos fines eſt eccleſia in honore S. Mauri, et monaſterium S. Renati, quod ſitum eſt inter Antolanum et pizzum corvarium cum omnibus ſuis. Eccleſia S. Calixti ſupra ipſum laentum in loco, qui dicitur Vallis cum terra modiorum ſex milium ſexaginta; eccleſia S. Maria ſupra Faram de Laento cum pertinencia et finibus ſuis a capite videlicet via, a pede Laentum, ab utroque latere foſſatum, eccleſia S. Savini in Trevanico, S. Clementis in plombata, eccleſia S. Salvii ibidem; Qui videlicet Salvius ex Campania ortus hujus monaſterii extitit Monachus, et tenuit pradictam eccleſiam S. Clementis in obediencia, ubi cum defunctus fuiſſet multa ad ſepulchrum illius mirabilia Deus eſt operatus, eccleſia S. Maria in fluvio foro, loco qui dicitur cannetum cum terra modiorum quatuor milium ſexaginta, in ipſa aqua ejuſdem fori molendina quatuor, eccleſia S. Petri in Lolliano cum mille quadringentis modiis terra, monaſterium S. Severini, eccleſia S. Menne in pertinentiis ripa, S. Andrea in colle de albe, S. Petri in loco, qui dicitur Ari, curtis qua vocatur feneſtre, eccleſia S. Angeli ante civitatem Ortonam cum modiis terra octingentis, caſtellum de ungo cum tota pertinentia ſua et intra ipſam pertinenciam groſſe, et medietas de civitate Tazze cum tota pertinencia ſua de rapini, et Comino, eccleſia S. Crucis in pertinencia de Roma cum mille quingentis terra modiis, & medietatem ipſius caſtri de caſale cum pertinenciis ſuis, Monaſterium S. Pancracii cum pertinencia ſua, caſtellum de Prata & geſſi, & Civitella, & Vallis S. Martini cum omnibus pertinentiis eorum, eccleſia S. Petri in civitate Teatina vetere, & ibidem juxta eccleſia S. Pauli, eccleſia S. Tecla intra eandem civitatem novam cum ipſa porta, qua reſpicit ad orientem, qua hactenus porta Monaciſca vulgo appellatur, eccleſia S. Theodori, & eccleſia S. Salvatoris intra civitatem Aternum cum medietate de ipſo portu, qua ſupradicta Hiſelgarda Comitiſſa obtulit B. Benedicto. In comitatu vero Pennenſe eſt eccleſia S. Felicis in Stabulo, Campus de Gale; monaſterium S. Benedicti in Lanriano, & S. Scholaſtica juxta fluvium, qui dicitur Tabe cum integra curte de Muſcuſo, & curte de Gemberuti, & Eccleſia S. Angeli in Galbanico cum integra ipſa curte, & cum medietate de caſtro Laureto ab ipſa videlicet pila, qua in ejuſdem caſtelli medio ſita eſt, quomodo deſcendit in foſſatum de Roſiccle cum eccleſia, qua ibi conſtructa eſt in honore S. Felicis, & uſque Trivium, quod eſt ſuper S. Felicem, & ſicut pergit per ipſam Vallem in foſſatum de Doreniano, & ſicut ipſum foſſatum deſcendit in flumen Tabe, et qualiter per ipſum flumen aſcendit uſque ad Paterunm, ubi eſt eccleſia in honore S. Maria, et ſicut recto aſcendit in ipſo fonte de Laureto, et ſic venit ad pradictam pilam, intra quos fines nulli omnino aliquid pertinet niſi tantum monaſterio Caſſinenſi, in colle alto ſex pecie de terra per maxima, medietas ville de Laverano, medietas de podio pollecanti, curtis de Colle alto; Tercia pars de Caſtello Ceſe, medietas caſtri de Colle majo, eccleſia S. Martini in Geneſtrula cum tota curte, eccleſia in Salajano cum mille ſeptingentis modiis terra. Quarta pars de civitate Quana, medietas curtis de Viculo, curtis de carpento cum montanis, et planiciis magnis. In pertinencia de Civitella tria milia modiorum terra. Monaſterium S. Petri in Caſtromano, cum eccleſia S. Cecilia, et cum omnibus pertinenciis ſuis, et plurima alia, qua hic ſcribere ſuperſedimus. Qua videlicet omnia uſque ad id tempus Abbates hujus loci ſive ad Jus proprium retinebant, ſive ad cenſum aliis libellario nomine conceſſerunt. Cœnobii S. Liberatoris amplitudo privilegio potiſſimum Victoris II. Caſſinatibus anno 1057. conceſſo liquet, in quo hæc leguntur: *S. Liberatoris in Teti* (in comitatu Teatino) *cum cellis ſuis ſexaginta, et terris cultis, et incultis, et omnibus ſuis.* In privilegio Nicolai II. A. 1059. *Cellam S. Liberatoris in Marchia cum quadraginta cellis.* Eademque legere eſt in diplomatibus Otthonis II., S. Henrici aliorumque. Quænam pro inſtaurando ornandoque cœnobio S. Liberatoris præſtiterit Theobaldus ejus præpoſitus deinde Caſſinenſis Abbas, idemmet hoc monumento autographo in archivo noſtro nos docet.

In Dei nomine. Anno dominica incarnationis milleſimo decimonono, indictione XII. III. Kal. Septembris. Commemoratorium pro futuris temporibus factum a me Theobaldus Monachus ex monaſterio ſanctiſſimi patris Benedicti, qui ſitum eſt in monte, qui vocatur Caſtri Caſſini, ubi Sacratiſſimum ejus corpus humatum eſt.. Quique pradictus ego Theobaldus monachus, relictis parentibus meis XI. atatis mea anno,

anno , et quidquid in Seculo habere poteram , ad eundem venerabilem monaſterium , invitis parentibus , fugi . Eodem vero tempore vir venerabilis Alhernus Abbas monaſterii præfati ſpiritualiter curam gerebat , a quocumque benigne ſuſceptus eſſem , monachico habitu indutus, acque ab eo omnem regularem normam quantum meæ parvitatis ingenii ſtudium capere poterat , eruditus , adque inſtructus ſum . Elaventibus vero annis poſt ejus exceſſa XXXI. anno adventus mei ad eundem venerabilem locum , jubente pariter , adque adiuvante domnus Johannes Abbas ejuſdem S. noſtri Monaſterii hujus monaſterii S. Liberatoris , qui ſitum eſt in comitatu Theatino , juxta fluvio Laento , qui & ſubiectus eſt præfati monaſterii S. Benedicti regiminis curam , Deo juvante ſuſcepi . Ubi inveni parvam admodum Eccleſiam , adque omnimodo obſcura . Edificia vero alia omnia lignia , adque vetuſta . Ubi cum paucis diebus moratus eſſem , inſpirante Deo , adque juvante , cum fratrum adjutorio , quos hic inveneram , & quos ego ipſe ſuſceperam omnia edificia monaſterii ex lapidibus adque cementis a fundamento conſtruxi , ſicuti in preſenti cernitur . In eccleſia vero , quaut prædictum eſt parva , & obſcura mihi eſſe videatur , adjeci hunc titulum cum confeſſione ſua , & ad regiam paſſos plus minus tres , & in altitudinem cubitos tres, quas decoravi feneſtris , adque picturis , in quem ſtatui altaria ſex : Primum vero ſacrari feci in honorem domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris , adque liberatorit omniam fidelium , & S. Mariæ ſemper virginis Genetricis ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti , & S. Joannis Baptiſtæ , nec non & B. Joannis Evangeliſtæ , & S. Archangeli Michaelis , in quem recondita ſunt reliquie SS. Felicis , Simplicii , Fauſtini , & Beatricis , & ex veſtimento S. Joannis Apoſtoli , & evangeliſtæ , & ex ſanguine S. Ceciliæ , & ex reliquie SS. martyrum quadraginta , & S. Ceſarii diaconi ,& S. Sebaſtiani martyris . Ante ipſum vero Altarium ſtatui tabula argentei mira pulchritudinis , quam & ex parte deaurare feci ; quem vero argentum a parentibus meis ego ipſe accepi . Indumenta autem ipſius Altaris ſunt duo circitoria , & coopertoria tres ſerica Conſtantinopolitana . Altarium vero ſeptentrionale in honore S. Patris noſtri Benedicti , & S. Mauri , & S. Scholaſticæ virginis conſecrari fecimus , ubi ſunt reliquiæ recondita S. Ypoliti Martyris , & S. Eutitii , ubi poſui cercitoriam ſericam Conſtantinopolitano , & duo coopertoria ſimiliter ſerica , & indumentum aliud cotidianum , & coopertorium de Zendato rubeo , Zendato purpureo: alia duo cercitoria ſerica africana . Alium vero altare , qui poſitus eſt ad meridianam plagam , in honore omnium Sanctoram Apoſtolorum , & S. Prothomartiris Stephani , & S. Laurentii Levitæ , & martiris conſecrari fecimus ; ubi & condita ſunt reliquiæ S. Stephani Papæ , & martyrit , & Sancti Eutici martyris & S. Timothei , & S. Sebaſtiani Martiris : Indumenta vero ejuſdem Altarit cercitorium, & duo coopertoria ſerica Conſtantinopolitana , & alium cercitorium , & coopertorio de zendato . Quadrageſimali vero indumenta ipſorum altaria linea opere plumario adornata III. . . . . Ipſa vero tria altaria , quæ ſunt ad confeſſione , primum edificatus eſt in onore S. ſepulchri domini noſtri Jeſu Chriſti , & ejus S. Reſurrectionis , & S. Crucis , & omniam Sanctorum , in quæ ſunt reliquiæ S. Valentini martyris , & ex petra S. Sepulchri Domini ; in Altare meridianum , qui edificatum eſt in onore S. Nycolai , et S. Ambroſii et S. Gregorii confeſſorum Chriſti , ſunt reliquiæ S. Ciriaci , et S. Eutitii , et S. Ceciliæ virginis . Altare vero ſeptentrionale edificatum eſt in honore S. Martini epiſcopi , et confeſſoris Chriſti , et ſunt ibi reliquiæ SS. Pancratii , et Eutitii . Interea ego ipſe prædictus Theobaldus monachus , et propoſitus feci in hac præfata eccleſia domini liberatoris duo turibula ex argento optimo, quam ex parte deaurari fecimus miris adque pulchri operis, ſcilicet librarum decem , et aliam thuribulum ſimiliter argenteum hic poſui , qui fuit quondam genitori meo cam bullis , et figuris deauratis ſimiliter , et fecit unum calicem de obtimo argento cum duobus pateris , qui habe plus minus libras ſex , et alii duo calices parvi argentei , cum coopertoriis , et corporalibus ſuis , et alium calicem argenteum deauratum libre , et dimidia , et alium turibulu de argento . Feci autem et unam chrucem argenteam , quam deauravi tota auro puriſſimo , et alia ſimiliter cruce de auro puro , quas condivi ex ligno S. crucis Domini , et ex reliquiis plurimorum Sanctorum . Poſui vero ſuper altare S. liberatori unam Yconam eburnea , in qua celata eſt Ymago Sanctiſſimæ Dei genitricis , et virginis Mariæ , et hinc inde ymagines Sanctorum martirum , adque confeſſorum , et duas cruces Criſtallinas ; poſuimus autem ſuper ipſum altare una lena ſerica Conſtantinopolitana . Emimus hic duo Scaramange , una Diarodana , et una purpurea , in una dedimus bizanteos XXXVII. in alia lib. VII. , et duo aſr. Fecimus autem in hac præfata Eccleſia coronas de optimos auricalcus . . . . . . quas hic pendentes, et unum veſtimentum ſericum , qui fuit quondam Traſmundi Comiti , quem pro illius memoria in diebus feſtis hic appendere conſtituimus ; Inveni autem hic unam pectam Sericam cum quattuor leones, quam ego undique adornari feci ex optimo pallio . Similiter coopertorium ejuſdem operis . Feci autem ſcribere in has prædicta eccleſia ad honore S. Liberatoris , et S. Benedicti hos libros ; Primis : Textum S. Evangelii ex integro ex libris Comes , et manualem unum , quas veſtivi ex ſericis indumentis , et de ſuper cruces argenteas , et gammas , et bullas , et fibulas ſimiliter argenteas : Paſſionarium unum a feſtivitate S. Andreæ uſque in S. Petri . Omilia Paſcale una uſque in Adventum Domini , diviſa in duo volumina , Prophetarum unum , Regum unum , yſtoriarum unum , Vita Patrum majorem unum , collocutiones Patrum, collactiones Patrum , & inſtituta eorum in duo volumina . Moralia pars prima , & ſecunda , & tertia ; & ſuper Elıud , ſuper Marcam unum , Regiſtrum unum : yſtoria eccleſiaſtica una , ſuper Ezechiele duo . Vita S. Benedicti , et S. Mauri , et S. Scholaſticæ in uno volumine ; Diadema Monachorum una . Ceſarium unum . Epiſtole Pauli unum , Actuum Apoſtolorum unum . Yſidorum unum . Librum S. Trinitatis unum , ſuper epiſtola S. Johannis librum unum . Matricula una , Queſtionarium S. Auguſtini unum . Donatum unum , Hymnarium unum , Pronoſtica una , Proſperum unum , Concordia canonum , et alium librum Canonum , Orationale unum , Omelia de circuita anni una , conſilictu vitiorum unum , Regula una , ſuper cantica Canticorum , inchoavimus autem Omel. quadrageſimalia , Storia Anglorum , Dialogum S. Martini , Epiſtola S. Hieronymi ,

mi, quaterni pro defunctis, Iſtoria Pauli Oroſii, et Medi. Indumenta vere Sacerdotalium fecimus hic pluviales VIII., & planeta ſerica quatuor, & caſtanea tres cum tunicis, & amictis, & Stolis, & mappulis ſuis, & dalmatice IIII.[1] Inveni autem & hic alie quatuor planete ſerice vetuſte ſimiliter cum ordinibus ſuis; ſunt autem & hic tres ſtola ſerica cum auro, quas ego acquiſivi. Emimus autem & campanas tres, IIII. vero ego ipſe vero fundere feci, ſimiliter & quinta. Poſuimus autem ante altare S. Liberatoris ſubtus arcum a pariete uſque in pariete virgam ferream, quam replevimus candelis optimis de Babilonia, & ſtatuimus, ut in Nativitate Domini, et feſtivitate B. Benedicti, & in Reſurrectione domini noſtri Jeſu Chriſti de prædictis candelis repleatur, atque omnes accendantur, ſimiliter fecimus ante altare S. Petri Apoſtoli, & S. Benedicti ad altare omnium Sanctorum ſingulas virgas ferreas ana cubitis tres, poſui, & hic II. Concas de oricalco optimas ad mandatum, ut ſibi Fratres pedes labent. Nunc autem obſecro omnes monachos, & clericos Abbates, et præpoſitos, nec non & omnes laicos tam magnos, quam & parvos, tam prelatos, quam & ſubditos, & omnes, qui chriſtiano vocabulo cenſentur in Chriſti baptiſmate ſunt abluti, per Deum patrem omnipotentem creatorem Celi, & terra, & per Jeſum Chriſtum filium ejus unicum dominum noſtrum, qui pro ſalute totius mundi carnem ſumere, & mortem ſuſcipere voluit, & per Spiritum Sanctum, qui ex patre, filioque procedit, ut nullus de os ſupra, vel ſubter ſcriptos codices, vel ornamenta hujus ſacratiſſimo eccleſia domini Liberatoris, in qua præfati codices, & ornamenta ego ſupraſcriptus Theobaldus præpoſitus ſcribere feci, vel acquiſivi, aut fieri præcepi nullo modo tollere, vel auferre præſumat, neque in loco pignoris ponere, neque per aliud quolibet ingenio hinc, ut prædictum eſt, tollere præſumat. Quod ſi quis hanc noſtram obſecrationem, vel obteſtationem pro nihilo duxerit, & de hac omnia, qua ſuperius ſcripta ſunt, aliquid tollere, aut minuare preſumpſerit, in primis in ira Dei patris omnipotentis incurrat, & maledictionem habeat a Deo patre omnipotentem, & Jeſu Criſto filio ejus domino noſtro, & a ſpiritu Sancto, qui ex patre, filioque procedit; & non habeat ſort, neque partem in reſurrectione Juſtorum, neque in regno Dei, ſet ſis pars illius cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti, & cum diabolo, & ejus atrociſſimis miniſtris in ignem eternum, qui nunquam extinguitur, et anathematis vinculis ſit religatus hic, et in futuro. Dicite quaſo omnes ✠ Amen fiat, fiat. Similiter fortiatur et ille qui hanc chartula obſecrationis, ſeu anathematis de hanc eccleſiam S. Liberatoris quolibet modo, vel ingenio tollere, aut exturbare ſumpſerit. Amen. Scripſimus autem Thimologia S. Iſidori, et unum quaſtionarium, et alia concordia canonum, et tres antifonaria de die, unum, qui fuit Frater Gaidolfi, et unum, qui fuit frater Petri Guandali, et alium, qui fuit fratris Sifredi, et uno planeta de Caſtanea cum camiſo, et amicto, et ſtola, et mappula, et unum calicem argenteum ab intus deaurato, et patena, et unum manuale optimum, qua fuerunt fratri Johanni Romani, quem ego hic optuli in eccleſia S. Liberatoris pro illius anima, omnes autem planeta ſerica, qua hic habentur ſunt . . . . et una de Zendato, omnes cum ordine ſuo. Dalmatica de ſerico quatuor, duo de ſtaminea, una de pallio rubeo, omnes cum ordine ſuo, qui ſunt omnes triginta quatuor, et uno fedello argenteo ſuper altare S. Petri, ille quod appendimus in die feſtivitatis, unum purpurea, et unam luppa, et unum corium de cervo mira magnitudinis, et calices undecim de argento, et unum pallium Spaneſcum ad honerem S. Agnelli, miſſali tres, et manuali tres, et dua Motricole, cortina majores dua, minores quatuor, concas de Aricarco tres, duo lenzona linei operati propter altaria, et unum propter lecterio, et unum pallio ſpaniſco, qua dedit Adammo filius Bonifilia pro redemptione anima ſua, et unum Antifonarium de note, quod dedit Johannes Diaconus, et monachus, et unum ingreſſarium. ✠ Ego Theobaldus monachus Sacerdos, et præpoſitus hunc teſtamentum, atque commemoratorium fieri rogavi. ✠ Ego Azzo Sacerdos, et monachus conſentio. ✠ Ego Urſus Sacerdos, et Monachus aſſentio. ✠ Ego Petrus Sacerdos, et monachus aſſencio. ✠ Ego Treſidius Sacerdos, et monachus aſſencio. ✠ Ego Petrus Sacerdos, et monachus aſſencio. ✠ Ego Sifredus Sacerdos, et monachus aſſencio. ✠ Ego Petrus Sacerdos, et monachus aſſencio. ✠ Ego Maifredus levita, et monachus conſencio. ✠ Ego Bernardus ſacerdos, et monachus conſencio. ✠ Ego qui ſupra Theobaldus Abbas hunc Teſtamentum firmavi, et inconvulſum in perpetuum eſſe conſtituo. † Ego Theobaldus Abbas pro redemptione anima mea conſtitui in hoc monaſterio S. Liberatoris quaterni de Evangelia plenari cum Epiſtole S. Pauli inſimul ſe tenentes unum ymnuarium cum oracionale, et Breviario, et unum pſalterium, unum antiphonarium de die bullatum inveſtitum de rubeo, et quaterni de paſſionario de computo, qui eſt inveſtito de corio nigro, et quaterni de queſtionario. Altare majore, quod eſt in medio eccleſia S. Liberatoris edificatum in honore Dei patris omnipotentis, et Jeſu Chriſti filii ejuſdem domini noſtri, et Sancti Spiritus, et B. Maria ſemper virginis genitricis ejuſdem Dei, et domini noſtri Jeſu Chriſti, et in honorem S. Patris noſtri Benedicti, et Sanctorum Martyrum quorum reliquia illic recondita ſunt; ideſt SS. Cornelii, et Cipriani, Marii, Martha, Hanſidas: et Abbacuc, et Quirini, Urbani, et Flaviani, et S. Euthitii, et S. Yſidori martirum, et SS. Chriſanti, et Daria, et S. Felicitatis, et S. Ruphina, et Secunda, et aliorum Sanctorum martyrum, quorum nomina neſcimus, qua venerunt nobis de Lateranenſi palatio. In altare meridianum, quod eſt ſuper campanile dedicatum eſt in honore S. Blaſii, et S. Johannis Chriſoſtomi, et S. Remigii, et S. Severini, et reliquia Chriſanti, et Darie. Altare vero ſeptentrionale dedicatum eſt in honore S. Agnelli, et S. Antoni, et S. Sabba, et S. Galli Confeſſoris. Frater Petrus Aldoni duo pluviali, et unum circitorium, et unum coopertorium, et unum parium de cera aptata de argenteo, et una cruce de argente. Frater Lupus unum Pluviale. Frater Benedictus unum pluviale. Adalberto filius Guidoni una planeta, et unum circitorium, quod fuit de muliere Zaceoni. Dom. Urſus pp. unum parium de Ceraptata, et unam tabula de argenteo. Froter Tozzo unum calicem de argento. Frater Stabile unam planetam de Caſtanea. Frater Azzo unum antiphonarium de die. Bruczo unum pluviale. Giſo unum Pluviale. Iohannes presbiter unum pluviale. Senebaldo una

dol-

dalmatica. Johannes monachus una cortina; duo pluviali, & unum coopertorium, quod fecit Johannes Eremita; † Scriptum eſt hoc teſtamentum temporibus domini Henrici catholici, adque ſereniſſimi Imperatoris anno Imperii ejus, Deo propitio in Italia ſeptimo,

Leo Oſtienſis lib. II. p. 51. preſſe eadem deſcrib. t.

Victor III. Lib. 2. Dialogorum hæc de Monaſterio S. Liberatoris ſcribit: *Eſt monaſterium nobile juxta radicem Majellici montis in honorem S. P. Liberatoris conſtructum, et huic noſtro Caſſinenſi cœnobio ſubditum, ubi magna Fratrum multitudo commorantes juxta almi B. Benedicti mandatum Chriſto domino vero regi militantes deſerviunt.* Renovandam eam eccleſiam curavit idem Victor, dum Abbas Caſſini eſſet, teſte Petro diacono, lib. 3. cap. 48. hiſce verbis: *Hoc etiam tempore juſſu Deſiderii pulcro ſatis opere in Comitatu Teatino renovata eſt eccleſia S. Liberatoris ab Adenulfo jam dicti loci Præpoſito, et hujus cœnobii monacho.* Bernardus primus Abbas, ut ſuo loco dicemus, operis teſſellati pavimentum ſterni juſſit in ea eccleſia, quæ ſatis magnifica eſt & ampla, quemadmodum etiam cœnobium, ut propterea ejus proſpectus omitti a nobis non debuerit. Hactenus ibi Monachi extant ſub Priore ad nutum Abbatis noſtri, pluraque ibi ſubſunt oppida, in quibus Prior utpote Abbatis Caſſinenſis Vicarius, & locumtenens omnimodam eccleſiaſticam, laicamque juriſdictionem exercet. Poſterioribus etiam ſæculis de hoc cœnobio agendum, & potiſſimum in Diſſertatione prima.

Longi eſſemus ac nimii ſi eccleſias omnes, latifundiaque ſæculo potiſſimum XI. monaſterio S. Liberatoris dono data recenſere eſſet animus: quædam itaque potiora numerabimus, quæ inter Anno 1015. huic monaſterio data eſt eccleſia S. Gregorii in Comitatu Pennenſi a judice Giſone, ut hoc Inſtrumeuto conſtat.

Ex originali in Archivo.

In dei nomine ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quintodecimo, & dies menſe Auguſtus per Indiccione duodecima. Ideo coſtat me Giſo filius quoddam Tiodarti odierna die propria, & expontanea mea bona boluntate, declero enim ſicut in edicto quod contine pagina, ut qui rex ſua pro ſalute anima ſux in ſancti locis cauſa pietatis judicare balueri: licencia abead, quod judicaberit pro anima ſua ſtabilem debe: ad permanere modo vero mea videl ce ratione ego ſupraſcripto Giſo judice ſic judico trado, adque concedo pro anima mea in ipſa eccleſia domini Liberatoris, qua ſita eſt ipſa eccleſia in territorio Teatenſe juſta flubio Alento ad proprietatem de ipſa eccleſia S. Liberatoris ad poſſidendum, ideſt de res proprietatis meis, qua mihi ſupraſcripti Giſoni judice ad meum conquiſitum obenit, & eſt ipſe res infra territorio Pinnenſe, & in locum ubi dicitur Silba de Claris, qua eſt terra in una pecia juſta ipſo puteo, & ſuper ipſo puteo qua eſt per menſura modiorum ſes, & cum ipſa eccleſia, qua uidem ædificata fuit in onore S. Gregorii & eſt ipſa terra infra finis da capo fine limite, & via antiqua, pede fine rigo, de uno lato fine terra de conſortibus meis de alio latere terra, qua mihi remanſi es prodicte pecia de terra infra prædicte finis cum ipſa prædicta Eccleſia cum introito, & exoito ſuo, & cum omnia & in omnibus, quantum ipſe ſupraſcripte rebus infra ſupraſcripte finis infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum, & in omnibus per ac cartula Judicacionis ſeu ordinacionis qualiter prælegitur ſic judico trado, adque concedo ego ſupraſcripto Giſo judice per animam meam in ipſa jamdicta eccleſia domini Liberatoris ad proprietatem de ſupraſcripta eccleſia poſſidendum, & ſemper abendum, & hoc repromitto, & obligo me ego ſupraſcripto Giſo judice, vel meis eredibus in ipſa jamdicta eccleſia domini Liberatoris, ut ſi aliquoque tempore de ipſa ſupraſcripta res cum ſupraſcripta eccleſia quod per animam meam judicavit aliquit de ſinde retollere vel minuare queſierimus, vel foras eicere præſumſerimus tam per nos, vel a nos ſummiſſa ſuppoſita perſona, aut ſi ab omnes homines a nobis non fuerit defenſata ut compona ego ſupraſcripto Giſo judice vel meis heredibus in ipſa jam dicta eccleſia argenteum libre quinque, & cartula iſta judicacionis ſeu ordinacionis omnique tempore firma & eſtabile permanead quem vero, ac cartula judicationis rogatus a ſupraſcripto Giſo judice ſcripſit ego Johannes judice & Notarius dies iſtius menſe indiccione a ſupraſcripta, actum in Pinne feliciter. † Ego Giſo Judice in ac cartula a me facta me ſubſcripſi. † Signum manum Adelberti teſto a ſupraſcripta rogatus & ſignum cruce feci. † Signum manum Azzoni teſto a ſupraſcripto rogatus, & ſignum crucis feci. † Signum manum Luponi teſto a ſupraſcripto rogatus, & ſignum crucis feci.

Anno 1028. Raino dono dedit partem eccleſiarum S. Viti, & S. Juſtæ cum aliis quibuſdam prædiis, ut hoc inſtrumento conſtat.

Ex originali in Archivo.

In Dei nomine ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo biceſimo octavo, & dies menſe nobember Indiccione prima. Ideoque ego Raino filius quodam Guidoni odierna die propria, expontanea meam vona voluntatem declaro enim ſicut in edicto Longobardorum continet pagina quia domnus Liuprandus Rex in ſuo capitulo ſic adſiſit, ut quicumque de rex ſua pro anima ſua in ſancti locis cauſa pietatis, vel in Sinodochia judicaberit ſtabile deneat permanere modo vero in ea bidelicet ratione ſic judico, adque diſpono pro anima meam, & pro anima Guidoni qui fui genitore meum, & pro anima Maria, qua fuit genetrice meam & pro anime dageqde. uſore meam, ut dominus noſter Jeſus Chriſtus veniad retribuere dignetur, & ad ſua ſancta gratia revocare dignetur ut cum benerit die illo futuro judicio, mercede a Domino accipere mereamur. Propterea ego ſupraſcripto Raino ſic judico adque diſpono pro anima meam & perenniter manſuro confirmo in ipſo monaſterio S. domini Liveratori, qua eſt cella S. Venedicti per ſitum eſt ipſo jamdicto monaſterio infra territorio Teatino qui eſt in ipſa balle juſta fluvio Alento ad proprietatem de ipſo jam dicto monaſterio poſidendum, id eſt de rebus proprietatis meis qua mihi ſupraſcripto Rainoni in ereditatem obberit, & eſt ipſa rex mea infra territorio Pinnenſe in locis, qui nominatur Lucers, & in colle Saſoni, & in puntecillo, & in colle Franculi, & in caſtello vecio, & in ipſo Pojo de ſancto Bito, & in badu: ſuli & ine ejus vocabuli, & ine ejus pertinencii, ideſt omnia, & integra de ipſi rebus meis quomodo mihi pertinet qua eſt terra per ſingule ſupraſcripte loca, & per ſingule pecie exunate qua eſt inter terra culta & inculta, & binea bineati inſimul faciunt pro menſura modiorum nobe, & ſunt ipſi ſupraſcripti reb. meis infra finis capo fine ipſo Trecalio de Loceri, da pede fine rigo de colle Mezano; de uno lato fine ipſo rigo de balledori, & de alio lato fine ipſo rigo

de

Digitized by Google

VI

[illegible] by Google

de Ponticillo ac prædicta omnia ſupraſcripti rebus meis infraſcripte finit cum bineis ponit, & arboribus ſuis, & cum ipſa portione mea de ipſa eccleſia S. Juſte, & cum ipſa porcione mea de ipſa eccleſia S. Biti, & cum introito exoito, & de ipſe ſupraſcripte eccleſia, & cum omnibus eorum pertinentiis, vel edeficiis, & cum omnia, & in omnibus quantum ipſi ſupraſcripte rebus infra ſupraſcripte finis infra ſe vel ſuper ſe abentet in integrum, & in omnibus per ac cartula judicacionis qualiter prælegitur ſic judico adque diſpono pro anima mea in ipſo jam dicto monaſterio ad proprietatem de ipſo jam dicto monaſterio poſidendum, & hoc repromitto me ſupraſcripto Raino, & obligo me, vel meis eredibus in ipſo jam dicto monaſterio, & ad ipſo prepoſito de ipſo jam dicto monaſterio qui eo tempore fuerit, ut ipſa ſupraſcripta res quod pro anima mea judicabit ab omnes omines antiſtare &c. Quem vero ac cartula Judicacionis rogatus a ſupraſcripto Raino ſcripſit ego Ardemanno nothar., & Judice, dies iſtius, menſe, & Indictio ſupraſcripta A tum in Pinne feliciter. † Signum manum a ſupraſcripto Raino qui ac cartula fieri rogabi & ſignum cruci fecit. † Signum manu Luponi teſte rogatus a ſupraſcripto & cruci fecit. † Signum manum Rizardi teſte rogatus a ſupraſcripto, & ſignum cruci fecit. † Signum manum Amiradi teſte rogatus a Supraſcripto & ſignum cruci fecit.

Anno 1046. Giſo dono dedit eccleſiam S. Luciæ cum aliis bonis hoc diplomate.

Ex originali in Archivo. *In Dei nomine ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Criſti ſunt anni milleſimo quadrageſimo ſexto, & die menſe Junius per Indictione quartadecima. Ideo conſtat me Giſo filius quoddam Camponi odierna die propria, & ſpontanea mea bona voluntate per ac cartula ſic judico pro anima mea tractantes, & operavit nos contra Dei omnipotentis mani[?] miſericordiam, pro remedio ſalute anima noſtra offerere, & conferere debuiſſemus ſic judico adque trado, & domino veniad, & induljentia done de peccatis meis, ut in futurum mercede mereamur accipere ideſt de rebus proprietatis meis, qua mihi ad meo conquiſitum obvenit infra Comitato Teatino, aut in loco qui nominatur de ſancto Petro bocabulo in Beſera qua eſt terra, & binea per ſingule petie pro menſura modiorum duodecim, & cum ipſa eccleſia ſancta Lucia, & cum ipſo flumino, & cum ipſa aqua de Veſera, qua in ipſa ſupraſcripta terra pertinet, & habet finis capo fine terra Giſoin, pede fine Orſella, & fine Beſera de uno lato fine rigo cabo, & de alio lato fine Orſella, & in alio loco infra Comitato Pinnenſe, il loco qui nominatur de Oneviano; qui eſt intro ipſo caſtello pecia de terra per menſura pugilli duo quanta mihi pertinet de ipſa terra Teatenſe, & quantum mihi pertinet de ipſo caſtello Pinnenſe, & cum ſancte ecleſie, qua in ipſo ſupraſcripto caſtello pertinet, & qua in ipſa ſupraſcripta terra pertinet, & cum cellis, & datis, & ornamenta eccleſiarum es prædicta ſingule pecie de terra infra ſupraſcripte finis cum bineis pomis & arboribus ſuis cum omnia & in omnibus, quantum infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum ſic judico, adque trado in ipſo S. Monaſterio quod adificatum eſt in onore S. Liberatoris, qui eſt monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt, & per hac cartula ſic judico pro anima mea ad proprietate de ipſo ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio ad poſſidendum, vel ſemper habendum &c. ſic judico, adque trado in mano Donus Mielis monachu, & propoſitum ſacerdos bir venerabilis, & de alii plures bonis ſacerdotibus, & Monachi &c. hac cartula judicacionis, ſeu obligacionis rogatus a ſupraſcripto Giſo ſcripſit ego Adelberto judice & notario die iſtius, menſe, & indictione ſupraſcripta. Actuſin Teate feliciter Amen. † Signum manum Giſoni, qui hac cartula fierit rogabit, & ſinnum cruce fecit. † Signum manum Credoni teſto rogatus, & ſinnum cruce fecit. † Signum manum Johanni teſto rogatus, & ſinnum cruce fecit &c.*

Anno 1049. Tetmarus mille, & quingenta terræ modia dono dedit hoc inſtrumento.

Ex originali in Archivo. *In Dei nomine ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quadrageſimo nono & imperantes domnus Einricus dibina probidencia Imperator auguſtus anni imperii ejus in Italia deo propicio octabo, & dies menſe Aprelis per indiccione ſecunda ideo conſtat me Tetmari filius quoddam Johannis nullo mo cogentes nec aliquam bin pacientem niſi tantum ſana mente integro intro, atque bigonti conſilio declaro enim ſicut in edicto contines pagine langobardorum, & quia domnus Liuprandus Rex in ſuo capitulo ſic adſiſit, ut qui res ſua pro anima ſua judicaverit ſtabile permaneat, modo vero in alia bidelicet racione ego ſupraſcripto Tetmari ſic judico diſpono atque concedo perenniter manſuro confirmo pro animam mea & illius in ipſo monaſterio S. Liberatoris, qua eſt cella S. Benedicti ubi domnus Azzo prapoſitus regimen tenere bidetur qui ſitus eſt ipſe jamdictus monaſterio in Comitatu Teatino juſta flubio Alento concedo ego jamdicto Tetmari pro anima mea, vel illius in ipſo jamdicto monaſterio ad proprietatem, & ſuis rectoribus poſſidendum ideſt de rebus proprietatis mea, que mihi ſupraſcripto Tetmari per meum conquiſitum obenit, & eſt ipſa res mea infra Comitato Teatino, & illoco qui nominatur Pomario, qua eſt terra in uno ſe tenente per menſura modiorum mille quingenti, & abes finit capo fine ficario pede fine flubio Alento, uno lato fine ipſa tenencia de la calcaria & de alio lato fine rigagine, & terra Cacconi, & ſi amplius fuerit infra ipſe ſupraſcripte finis nulla reſerbacione, vel exeptuacione mihi vel meis eredibus exinde fecit ſed omnia in omnibus quantu in ſupraſcriptos finis inbentus fuerit de ipſis ſupraſcriptis meis rebus, ſed in ipſo ſupraſcripto monaſterio S. Liberatoris concedo, & ſunt omnia ipſe & ſupraſcriptis rebus infra prædicte finis cum terris, bineis, pomis, & arvoribus ſuis cum omnia quantu ſuper ſe, vel infra ſe habentes in integro, & in omnibus per ac cartula judicacionis qualiter prælegitur ſic judico diſpono, & perenniter manſuro confirmo pro anima mea vel illius ad proprietatem de ipſo jamdicto monaſterio, & ſuis rectoribus poſſidendum & hoc repromitto, & obligo me ego ſupraſcripto Tetmari, vel meis heredibus ad ipſo jam dicto monaſterio, & ad ſuis rectoribus, ut ipſa ſupraſcripta res quod pro anima mea vel illius judicabi adque conceſſi ab omni omine anteſtare, & defendere debeamus, etc. Quem vero hac cartula dicationis, ſeu conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Tetmari ſcripſit ego Titmari judice, & notarius dies iſtius menſi, & indiccio ſupraſcripta. Actum in Pinne feliciter. Locus † ſigni notarii. † Signum manum de ſupraſcripto Tetmari qui hac cartula fieri rogabi, & ſignum cruci feci. † Signu manum de ſupraſcripto Cacconi teſte rogavit & ſignum cruci feci &c.*

Plu-

Digitized by Google

Plura etiam latifundia obtulit Comes Tranſmundus hoc diplomate.

Ex originali in Archivo.

In Dei nomine ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinquageſimo ſexto, & imperantes domnus Richus divina probidencia imperator Auguſtus anni imperii ejus in Italia Deo propicio, & dies menſe December per Indiccione nona. Ideo conſtat nos Traſmundo Comes filius quod. Attoni Comes nullo me cogentes nec aliqua bim patientes niſi tantum ſana mentes in integro, atque bigenti conſilio declaro enim ſicut in edicto Langobardorum continet pagine &c. vona, & ſpontanea mea bona voluntate cogitavi enim dies mortis, & eterni judiciis ſperavimus, atque deſideravimus Dei omnipotentis miſericordia ut cum veneris die futuri Judiciis mercedem a domino Deo accipere mereamur &c. Propterea vero, nos Traſmundo Comes pro redempcione, atque ſalbacione Attoni Comes qui fui genitorem meum & pro anima mea, & pro anime Antiochia, qua eſt conjuge mea, & pro anima de aliis parentibus noſtris donamus &c. atque concedimus in ipſo monaſterio S. Liberatoris quod eſt cella S. Benedicti quod ſitum ipſo monaſterio S. Liberatoris &c. juxta flubio Alento ubi nunc praſenti tempore benerabilis Rolando prapoſitus regimen tenere videtur &c. & eſt ipſa res qui nos ſupraſcripto in ipſo monaſterio concedimus infra territorio Tetino illoco, qui nominatur baccari ideſt una pecia de terra in uno ſe tenente per menſuram modiorum triginta cum ipſa eccleſia S. Calixti cum cellis, & dotis, & libris, & habet finis capo fine bia, pede fine cerreto plano &c. & eſt alia pecia ibidem qua eſt per menſura modiorum ſexaginta ſepte, & habet finis capo & pede fine terra Comitale uno lato fine via, &c. & eſt alia pecia de terra bocabulo in colle Corvini, que eſt per menſura modiorum nonaginta due, & habet finis capo & uno lato ſibi a pede, & uno lato fine rigagine, & eſt alia pecia vocabulo de S. Demitrio, qua eſt per menſura modiorum undecim, & habet finis capo fine bia, pede fine rigagine, uno lato terra S. Liberatoris, & de alio Lato terra Comitale. Infra ſupraſcripte pranominate finis, una cum Caſis, terris, vineis, vincatice, terre culte, & inculta, pratis, paſcuis, Salectis, Cannetis, cum pomis, & arvoribus ſuis cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum, & ſi amplius fuerit nulla reſervacione infra iſte finis &c. Tranſmundo Comes, vel meis heredibus eſceptuacione non fecerimus, ſed tradimus, & concedimus Traſmundo Comes in ipſa ſupraſcripta res in ipſo predicto monaſterio at proprietate de ipſo monaſterio S. Liberatoris tenendum, & poſſidendum, & omnia faciendum ſicut de aliis rebus ipſius monaſterii, &c. Secundum ſtatuta lege noſtra Langobardorum &c. Si quis vero hujus noſtra conceſſionis, minoracionis, aut inbaſionem facere praſumſerit &c. ſciat ſe in tremendi juſti judici examine cauſam nobiſcum dicturus atque pro hanc in iram ſumma, & individua Trinitatis incurret, & deſcendat ſuper eum paternarum maledictionem, & habeat partem ſuam cum Juda traditore &c. Quem vero cartula tradicionis, ſeu conceſſionis rogatus jam ſupraſcripto Tranſmundo Comes qualiter praelegitur ſcripſit ego Tetmari notarius, & judice, & dies iſtius menſe, ac Indiccio at ſupraſcripto. Actum in Teate feliciter. Locus † Signi Notarii. † Signum manum Traſmundo Comes, qui ac cartula fieri rogavi, & ſignum cruci feci. † Signum manum Rainaldi teſto rogatus a ſupraſcripto, & ſignum cruci feci, &c.*

*Teasino

Anno 1198. Comes Manerius de Pallearia eccleſiam conſtruxit atque noſocomium in Monteplano, in quo plures cum rectore ſuo Monachi degebant, ut hoc diplomate conſtat.

Ex originali in Archivo.

In nomine eterni dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno Incarnationis ejus milleſimo centeſimo nonogeſimo octavo menſe octobris Indictione ſecunda regnante domina noſtra Conſtantia Romanorum Imperatrice ſemper auguſta, & regina Sicilia, & filio ejus Federico rege Sicilia ducatus Apulia principatus Capua. Quia ſicut ex uno fonte Paradiſi quattuor egrediuntur flumina univerſam partem irrigantia ita ex archano Salvatoris quatuor egrediuntur virtutes qua fidelium corda irrigant, ipſiſque praſtant ſalutifera monimenta, inter qua eminentiorem charitas retinet principatum per quam fideles dei adipſum ſalvatorem revertuntur dicentem: qui neceſſitatem patientibus ſua ſtudet impertiri, ipſiſque miſericordia viſcera aperit, mecum tendat ad ſalutem, quam per protoplauſtum amiſimus readipiſci valemus. Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti reddituri rationem ſive de bono, ſive de malo, qua geſſimus in hac miſera vita, Ideo dum ſumus in hac prava vita oportet nos bonum operari. Inter catera enim pietatis opera hoſpitalitatis, & eleemoſynarum bonum pius dominus commendat dicens: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me, *Item:* date, *inquit*, eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis; *ideoque communia conditoris dona ejus nobis pietate conceſſa pie convenit indigentibus communicare, ac pauperes chriſti tamquam membra ejus iuſtis adtentis neceſſitatibus confovere, quod enim ipſis facimus Domino facimus, ſicque per condignam temporalium diſpenſationem bonorum conſequimur eternorum plenitudinem gaudiorum. Inde eſt quod ego Manerius de Pall. Dei gratia Comes Manupelli divina inſpirante miſericordia cupiens bonum obulum, & a reprobis ſeparari, & cum ſanctis electis Dei perenniter ſociari pro mea, meorumque parentum vivorum, & mortuorum ſalute in honore Dei, & B. Petri Apoſtoli quamdam eccleſiam, & hoſpitale pro ſuſceptione pauperum, & aliorum chriſtifidelium, auxiliante Domino in monte plano deſideramus adificare, quem quidem locum cum aquiſitis, & aquirendis poſſeſſionibus ſuis ſtabilibus, & mobilibus ita liberum eſſe volumus, quod nec nos, neque noſtri heredes, vel ſucceſſores aliquam in eo habeamus poteſtatem, niſi ad ipſius loci adificationem, & exaltationem & protectionem, neque teneatur de aliquo alicui Eccleſia deſponderi niſi eccleſia domini Liberatoris annuatim libram unam de cera. Nunc autem ad ſuſtentationem pauperum Chriſti quandam poſſeſſionem terra ſitam in colle de Breccarola cum quibuſdam aliis bonis ibidem ad preſens donamus, & perpetuo concedimus. Cujus utique poſſeſſiones, terra, & ſilva fines hac ſunt, via publica eſt a capite terra, a pede terra eſt vallis, a latere ſiniſtro ſunt limites uſque ad collem rotuli, a latere dextero eſt terra filii Frederici. Quam terram quidem, & ſilvam ſicuti ea cum comite Gentili diviſi ex integro in eodem hoſpitali committens dedi licentiam Johanni ſervo dei ejuſdem tunc loci rectori, & etiam rogavi, ut per ſeipſum, & alios religioſos viros excommunicationis jaculo ferirent quemcumque contra hanc noſtram donationem & firmam conceſſionem venire,*

ſeu

Digitized by Google

ſea evacuare temptaverit, qui utique prædictus ſervus dei Johannes cum multis ſacerdotibus, & religioſis viris ſine mora proficiens auctoritate dei omnipotentis patris, & filii, & ſpiritus ſancti, & apoſtolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum excommunicaverunt, & jaculo perpetui anathematis ferierunt quemcumque ipſam poſſeſſionem de ſepedicto hoſpitali auferre præſumpſerit, & requiſitus niſi reſipuerit, & hoc emendaverit cum Dathan, & Abiron, quos terra vivos abſorbuit recipiat portionem. Præterea quicumque fidelium noſtrorum pro ſuorum remiſſione peccatorum, aut ibi Deo ſervire, aut ſuas emptiones, vel mobilia bona offerre ſive in vita ſive in morte Deo inſpirante voluerint, liberam eis concedimus facultatem. Volumus enim inſuper, ut tam præſentes, quam futuri ejuſdem loci rectores, & Fratres in dei ſervitio permanentes libere ac pacifice prænominatum locum poſſideant. Obeunte vero Anachorita Johanne nunc ejuſdem loci rectore, vel ejus ſucceſſoribus nullus ibidem per aliquorum extraneorum ſubjectionem aut violentiam præponatur, ſed Fratres illius loci communi conſilio ſecundum timorem Dei, & ſtatuta S. Patrum ſibi rectorem eligant. Si autem, quod abſit, diabolo inſtigante in electione concordia non fuerit, convocent viros ſpirituales ad quorum conſilium concordata electione ſive quam ipſe per ſe tantum, ſive quam per aliorum conſilium faciunt, maneat illa electio ſine fraude, & malo ingenio, & ſi ipſi fratres non poſſunt inde concordari, debeant comitem Manerium, & heredes ejus, & ſucceſſores ad conſilium convocare, ut ipſi cum prænominatis fratribus ſtudeant pro eccleſia ſalubrem electionem facere ſine præmio & fraude. Quæ omnia ſicut ſuperius continentur ego Manerius Petro de Oſene Notario literis comprehendi mandavi, & ad ipſius loci tutelam, & poſterorum recordationem hos teſtes ſubſcribi. Ego Comes Manerius hoc ſignum crucis † mea manu feci. Ego Gentilis filius Comitis hoc ſignum crucis † feci. Ego Comes Gentilis hoc ſignum crucis † mea manu feci. Ego Gualterius filius Comitis G. ſignum † crucis feci. Ego Berardus de Caſtanea introductus teſtis, & hoc ſignum † crucis feci. Ego Bonus Sejam hoc ſignum † crucis feci. Ego Romo de Lart hoc ſignum † crucis feci. Ego Rao de Lecto ſignum † crucis feci. Ego Gerardus ſignum † crucis feci. Ego Rogerius de Piczis ſignum † crucis feci. Ego Goffridus de Marelian. ſignum † crucis feci. Ego Philippus Ger. ſignum † crucis feci. Ego Bonus homo Seneſcalcus ſignum † feci.

Quod ceræ libra quotannis monaſterio S. Liberatoris ſolveretur, argumento eſt vel eccleſiam illam huic cœnobio fuiſſe ſubjectam, vel in hujus fundo conſtructam.

Neapoleo II. Urſinus Manupellæ, & S. Valentini Comes centum quotannis ducatos dono dedit Eccleſiæ S. Liberatoris hoc diplomate.

Ex originali in Archivo.

Neapoleo ſecundus de Urſinis miles Manuppelli, & S. Valentini comes, Maroniarum, Guardiagrelis, & Pallaaurea dominus, ac regni Siciliæ logotheta, & Prothonotarius. Univerſis, & ſingulis præſens privilegium inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Debet fidelium devotio divinæ gratitudinis munera, quæ Salvator omnium, & rex regum clementer effundit corde puriſſimo, & ſinceritate vera fidei amplexari eſſeque majeſtatis æternæ ſalvifici beneficii, & Salvationis gratiæ non ingrata, ſet ad illius gloriam reverentiam, atque laudem liberales extendere gratitudinaliter manus ſuas. Sane devotiſſime contemplantes, & in noſtræ mentis acie delectabiliter revolventes ingens, & inextimabile domini Dei quod ob devotionis affectum, quem ſemper geſſimus, & gerimus inceſſanter erga ſacram, & venerabilem baſilicam beatiſſimi Liberatoris de Majella Ordinis B. Benedicti, cujus Liberatoris altiſſimi ipſa baſilica denominationis vocabulo mirifice inſignitur, manifeſte fatemur, & recolimus ſuſcepiſſe, & ejus dexteram non ſolum in noſtra ſoſpitate perſona, quam a langoroſa conquaſſatam ægritudine, & invalidam ſua clementia miſericorditer liberavit, verum in cunctis noſtris agendis ſemper nobis propitiam adinvenimus, & novimus adiutricem. Eidem baſilicæ velut gratitudinis filius, & debitus imitator pro aſſidua reparatione, & ædificiis dictæ baſilicæ, & ipſius monaſterii, ſive loci ducatos centum per annum percipiendos anno quolibet inde & ſuper juribus fida noſtra Majella, & in illius defectu ſuper juribus gabellæ noſtræ ſilvarum, & banci juſtitiæ terræ noſtræ Manupelli. Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & proprii motus inſtinctu pro nobis, & noſtris heredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum damus, largimur, concedimus irrevocabiliter, & donamus. Inveſtientes altare majus ipſius baſilicæ per appoſitionem noſtri proprii anuli præſentialiter de eiſdem, quam inveſtituram vim, & efficaciam veræ, & realis donationis largitionis conceſſionis, & aſſecutionis dictorum ducatorum annuorum centum decernimus, & volumus obtinere, volentes, & decernentes expreſſe, & harum ſerie declarantes, quod prædictos annuos ducatos centum in & ſuper dictis juribus noſtris tres maſſarii caſtris Serræ Monaciſchæ idonei, & fideles ad id ſpecialiter deputandi, & duo monachi ejuſdem monaſterii diſcretiores, videlicet anno quolibet percipiant, manuteneant fideliter, & conſervent in ipſorum ædificiorum miniſteriis, ædificiis, & operibus dictæ baſilicæ, & monaſterii erogandos, atque diſtribuendos, & exolvendos una cum propoſito, & conventu ejuſdem monaſterii, qui pro tempore fuerint, & non aliter convertendos, & quod de dicta annua pecunia percipienda ut ſupra, cælum conſtructum hactenus ſub tecto præfatæ baſilicæ primo, & ante omnia reparetur, & reficiatur per ordinem ſicut fuit, & de bono in melius, & honorificentius quantum poteſt, demumque ad alia neceſſaria ædificia, & opera ut ſucceſſerint, & oportuna fuerint in ipſa baſilica, aut loco, ſive Monaſterio, dicta pecunia, prout expedientius fuerit convertatur. Ita tamen, quod pecunia ipſa nullo unquam tempore ad uſum alium, vel opus, niſi in prioriis ædificiis, fabricis, reparationibus, operibus, & laboreriis dictæ baſilicæ, vel loci, & monaſterii ipſius converti, & diſtribui poſſit, & valeat, aut quomodolibet erogari. Mandanteſque, & jubentes expreſſius univerſis & ſingulis vicariis, Ærariis, Cabellotis, & officialibus noſtris aliis quibuſcumque præſentibus, & futuris, quod authoritate, & vigore præſentium prædictos ducatos centum anno quolibet, ut præfertur, inchoando a die datarum præſentium, & ſucceſſive in antea proſequendo, præfatis tribus maſſariis de dicta Serra, & duobus monachis monaſterii memorati ad ipſorum requiſitionem, ex dictis juribus noſtris ſolvant exhibeant integraliter, & aſſignent, nullo alio noſtro, heredumque, & ſucceſſorum noſtrorum mandato niſi præſenti ali-

quatenus expectato, quod eiſdem noſtris officialibus, vel ipſorum aliis, ſeu alii, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit in futurum, retenta penes ſe tantummodo præſentium copiâ abbunde ſufficere volumus ad cautelam. In cujus rei teſtimonium, & præfata baſilica, ac monaſterii perennem certitudinem, & cautelam præſens privilegium noſtro pendenti ſigillo munitum, & ſubſcriptione manus noſtræ propria exinde duximus concedendum omni tempore in antea præmiſſo modo efficaciter valiturum. Datum in prædicto monaſterio S. Liberatoris de Majella anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto, die duodecimo menſis ſeptembris, decima Indictionis. N. Ego Comes præfatus prædicta confirmo, & manu propria ſubſcripſi :. N. de Manuplello. Reg. in camera. Adeſt Sigillum cereum pendens in cordula ſerica auro texta.

Abbas Petrus de Tartaris Viſitatorem cœnobii S. Liberatoris D. Thomam de Pierleonibus Romanum conſtituit, ut ex literis conſtat in ejus primo regeſto pag. 127. ex quibus liquet etiam præpoſitum ibi, decanum, & monachos extitiſſe, qui ſpiritualem, & temporalem in plura oppida juriſdictionem exercerent.

Petrus Abbas hujus cœnobii conſtituit Antonium de Sangro monachum Caſſinatem ex eodem reg. pag. 133. a t. atque Philippum de Manupelle ibidem p. 179. Quod idem ab Henrici Thomacelli ad noſtra tempora præſtant Abbates noſtri. Agit de hoc cœnobio in Notitia Abbatiarum Italiæ p. 198. Auguſtinus Lubin, qui tamen labitur dum ait A. 1378. Abbatem fiduciarium hujuſce cœnobii fuiſſe Johannem de Comina epiſcopum Teatinum, illudque caſtellum eſſe in Aprutio citra propeleuta fluvium decem a Reate lapidibus. Semel enim dumtaxat Abbas ejus Commendatarius anno 1492. fuit Marius Simbaldus de Scandrilia, ut ex inventario conſtat a Jacobo de Ponticellis juſſu parentis ejuſdem Marii facto: atque Johannes de Comina expreſſe Caſſinenſis monachus ex præpoſito hujus cœnobii Teatinus epiſcopus evaſit. Neque ullum in utroque Aprutio caſtellum ſub S. Liberatoris nomine. *Corrigitur Lubin.*

Cœnobia S. Renati & S. Comitii. Monaſteria S. Renati, & S. Comitii recenſentur in diplomate Ludovici II. Imperatoris; atque illius S. Comitii mentio eſt in chronico Caſſinenſi lib. 2. cap. 6. Illud S. Renati cum Surrentino cognomine cœnobio confundit Lubin, qui S. Comitii meminit p. 107.

S. Severini, S. Pancratii, & S. Benedicti in Lauriano. Monaſterii S. Severini mentio eſt in privilegio Lotharii III. S. Pancratii, & S. Benedicti in Lauriano in privilegio Ludovici I. Imperatoris; ejuſdemque in illis Lotharii I., & Othonis III., & apud Lubin pag. 186.

S. Petri in Caſtriniano. Cœnobii S. Petri in Caſtriniano meminit Leo Oſtien. lib. 2. cap. 26. atq; Ludovicus primus, Otho II., Otho III. S. Henricus, & Conradus II. Imperatores in privilegiis ſuis.

S. Scholaſticæ in Tabe. De Monaſterio S. Scholaſticæ in Tabe agit Leo noſter lib. II. cap. 89. hiſce verbis: *Eodem tempore ſupradictus Traſmundus, & Bernardus Comites firmaverunt per ſacramentum eundem Abbatem de omnibus rebus S. Benedicti in Comitatu Teatino & Pinnenſi, quod neque ipſi illas invaderent, & contra omnes homines eas S. Benedicto defenderent apud monaſterium S. Scholaſticæ in Penne. Inter bona in Comitatu Pennenſi cœnobio noſtro confirmata a S. Henrico tempore Athenulphi abbatis adnumeratur Cella S. Scholaſtica.* Quod idem præſtat Conradus II., Henricus III., aliique. Ejuſdem meminit Petrus Diaconus lib. IV. cap. 117. cum ait: *Tunc etiam idem Petrus conqueſtus eſt ſupra Robertum Comitem de Laurotello, qui Eccleſiam S. Scholaſticæ ſitam in territorio Pinnenſi cum multis aliis poſſeſſionibus, & eccleſiis cuidam militi ſuo in feudum tradiderat, & judicante præfato Imperatore per Gualfridum judicem Bononienſem, & prædicto Comite renunciante recollegit protinus illas.* Anno 1075. Præpoſitus hujus monaſterii erat Rollandus, qui compendio exſcripſit promiſſionem a Dodone Deſiderio Abbati factam, tradendi cœnobio Caſſinenſi, quæ Baro frater ejus illi reliquerat, ut Diſſ. prima dicendum. Anno 1497. Præpoſitum hujus monaſterii conſtituit Carolus Orphæus de Medicis gubernator, & locumtenens generalis Cardinalis Joannis Medicei Abbatis noſtri Honuphrium a Sueſſa monachum Caſſinenſem, ut ex regeſto Præpoſiturarum monaſterii S. Liberatoris p. 6. Modo præpoſitura hæc unita eſt monaſterio S. Liberatoris, ejuſque eccleſia ſupereſt ſub nomine S. Scholaſticæ de Moſcufo. V. Lubin p. 186.

Leo Oſtien. lib. I. cap. 47. de duobus monaſteriis agit Ageltrudæ Auguſtæ a Ragemprando Abbate conceſſis hiſce verbis: *Hic abbas conceſſit Ageltrudæ Auguſtæ, quæ fuit Mater Lamberti Regis libellario more diebus tantum vitæ ipſius duas cellas hujus Monaſterii cum omnibus rebus ſuis, in finibus Lambardiæ, unam in loco, qui dicitur Laude, & altera in Perſiceta, unde per ſingulos annos mittebat illi eadem Auguſta cenſus gratiâ tres libras argenti.* Monaſterii in Perſiceta meminit etiam Petrus diaconus lib. IV. cap. 18., ubi nomine S. Benedicti nuncupat. V. Lubin p. 288. *In Laude & S. Benedicti in Perſiceta.*

Monaſteria S. Agapiti, & S. Benedicti. Grimoaldus Beneventanus princeps inter bona alia nobis dono dedit monaſterium S. Agapiti teſte Leone Oſtienſi cap. 14. hiſce verbis: *Sequenti etiam tempore Grimoaldus filius ejus (quem Hcaroſo obſidem datum præmiſimus) ejuſdem regis conceſſione poſt patris obitum Beneventum remiſſus & princeps effectus per præceptum donationis conceſſit S. Benedicto univerſa dominicalia ſua, cum ſervis, & ancillis in eodem territorio Gentianæ, & cellam S. Agapiti, portum quoque Trajectenſem, & Vulturnenſem, necnon & totam Piſcariam de civitate Leſina, una cum ipſa foce ſua.* Grimoaldi diploma dabimus diſſ. prima. Ejuſdem cœnobii meminit etiam Leo cap. 48. & Ciarlantes in memoriis hiſtoricis Samnii lib. 3. p. 110., ubi tamen confundit illud in Gentiana, ſeu Liburia, quæ modo Quartum, quod quatuor a Puteolis lapidibus diſtet, nuncupatur, ut oſtendit Camillus Peregrinius in Campania felici p. 158., & Nuceus in Notis ad cap. 6. lib. 1. Chron. Caſſin. ſitum, cum loco S. Agapiti, de quo hæc ipſe ſcribit: *Queſto luogo di S. Agapito è nel diſtretto d'Iſernia, e nell'archivio della Catedrale di quella ſono alcune ſcritture, nelle quali ſi ha, che fuſſe badia, e vi abitaſſero Monaci. Al preſente ſta abbattuto, ma vi ſi ſcorgono rovine grandi, che dano ſegno eſſer ſtato luogo di conſiderazione. Si tiene, che la terra ivi vicino chiamata col medeſimo nome di S. Agapito ſia ſtata edificata da i Monaci di queſta Chieſa.* Refert Leo noſter cap. 18. Guacconem Beneventi anno *Emendatur Ciarlante.*

qua-

quædam eccleſiæ S. Benedicti in Quarto bona dono dediſſe hiſce verbis: *Optulit etiam idem Guacco in eccleſia S. Benedicti, qua ſita eſt in Liburia loco caſa Gemiana campum do Porcari, pratum quoque quod dicitur Porcile, & duodecim familias ſervorum cum omnibus ex integro illorum pertinentiis commanentes in vico, qui vocatur Baluſanu. Alios etiam ſervos, & ancillas ſuas in prædicta caſa Gentiana habitantes cum univerſis omnino rebus illorum. Hæc autem omnia ex integro ſimul cum prædictis eccleſiis obtulit in hoc B. Benedicti cœnobio &c.* Donationem exſcribemus Diſſ. 1. Ejuſdem eccleſiæ meminit Petrus diaconus lib. 3. cap. 64. cum rem admirandam refert, quæ ruſtico evenit, frumentum eidem eccleſiæ debitum furaturo. In privilegio regum Hugonis, & Lotharii anno 942. vocatur monaſterium; *Et cellam in honorem S. Benedicti in territorio liburnienſi, qua vocatur Caſagentiana &c.* & in privilegio Henrici III. anno 1047. legitur: *In Liburia terra S. Benedicti cum cellis, & eccleſiis atque vicis, cum ipſa piſcaria de Patria.* Verba *cum cellis* de monaſteriis S. Agapiti, & S. Benedicti intelligenda. Leo tamen Oſtien. lib. 1. cap. 46. habet: *Eodem tempore Athanaſius Neapolitanus epiſcopus manifeſtavit ſe monaſterio huic de obedientia noſtra in caſa Gentiana, ut nullam ibi poteſtatem neque ipſe, neque ſucceſſores ſui habeant, vel licentiam in ea aliquem ordinandi, vel condicionem ponendi; ſed ſicut antiquitus nobis pertinuit, ita deinceps in noſtra ex integro poteſtate, & ordinatione rediret.* Et cap. 56. de Johanne conſule, & duce Neapolitano agens: *Sed & cellam noſtram de caſa Gentiana cum Gualdo, & terris, & ſilvis, & omnibus omnino nobis in eodem territorio pertinentibus, & ut in tota civitate Neapoli nullum plateaticum ſive portaticum noſtri Monachi aliquando darent.* Ex quibus unicum dumtaxat in caſa Gentiana monaſterium fuiſſe eruitur. Forte poſt ea tempora aliud conſtructum in eccleſia S. Benedicti, ut memorata privilegia innuunt.

Monaſterium S. Martini de Vulturno.

Leo Oſtienſis cap. 18. meminit cœnobii S. Martini de Vulturno hiſce verbis: *Sub his quoque diebus vir quidam Colo nomine de territorio Cajazzano obtulit in Eccleſia S. Martini cella hujus cœnobii, qua ſupra Vulturnum ſita eſt, integram curtem ſuam in loco, qui dicitur Additianu cum omnibus ad ſe pertinentibus rebus tam in monte, quam in plano.* Coli oblationem dabimus Diſſert. prima. De eadem eccleſia agit Leo lib. 2. cap. 16. cum ſcribit: *Eam enim alia S. Secundini conceſſam ab abbate Johanne II. Manſoni poſtquam Abbatiam Caſſinenſem renunciavit.* Illud cœnobium ab Abbatibus Caſſinenſibus conceſſum aliquibus, iterum juri noſtro eſt reſtitutum, ut conſtat hoc privilegio Landenulphi Capuani principis anno 984. ex regeſto Petri diaconi p. 138. n. 315.

Diploma Landenulfi Capuani Principis.

Nos Landenulfus divinâ ordinante providencia Langobardorum gentis princeps. Patefacimus nos quod ab olim Bertharii Abbat Monaſterii S. Benedicti ſitus in caſtro Caſino per ſcripcionem libellarii nomine Jacobi clerici dedederat ad tenendum Cellam monaſterii ſui, qua dicitur S. Martini ſita in finibus Aliſana ſuper fluvio Bulturno, cum curtis, & territoriis ſuis, quem haberet in eodem loco ubicumque inde inventum dederit, tam caſis, fundora, cortaneis ortas, territoriis cum arboribus, bineis, montes, planos, pratis, paſcuis, ſilvis, ſeu paludis, ſervis, & ancillis, cartulatis, atque offertis, & poſticiis, & omnia cella ipſa pertinentibus jam dicti Jacobi clerice in omnibus libellario nomine tradiderat, dum ille advixerit in omni racione, & ordine, qualiter in eâdem ſcripcione continere videtur. Alia ſcripcio inter cætera continente quomodo eodem Jacobo clerice cauſaberat cum Dagoperto filiis Urſi dicendo ut Madelbertus Monachus, & Urſo filio ejus malo hordine intraſſent in rebus ipſius eccleſia S. Martini pertinentes ipſius eccleſia per offertionem, quem ibidem eando oſtenderat emiſſa a Lupergali filii Lupi, & Daciperti in loco Soſſano, & in aliis rebus jam dicta eccleſia S. Martini, & laboris inde miſiſſet, velud in eâdem ſcripcio continere debetur, quam & domnus Aligernus venerab. Abbas ejuſdem monaſterii S. Benedicti conveniencia ordine ſecundum legem dederat Paldolfi Langobardi cunctis diebus vita Johannis monachi, qui cognominabatur Scalſo integra ſupradicta eccleſia bocabulo S. Martini ſubiecta prædicti ſui monaſterii cum cunctis ſuis territoriis ad eaſdam eccleſia pertinentibus per finis, & indiccionibus in omni racione, & ordine qualiter in eadem cartula conveniencia continere bidetur. Sed cum ſuperius dictus Jacobi clerice, & prædictus Johannes Monachus antequam de hoc ſeculo hobiſſent remiſerunt apud par. ſupradicti monaſterii ſupradictas ſcripciones cum reliqua alia ſcripciones, qua ſunt continentes, & pertinentes jamdicta eccleſia S. Martini, & rebus ejuſdem eccleſia, ſet non a parte ipſius monaſterii illi fecerunt aliquid firmitatem, ut pars ejus quando neceſſe fuerit in judicio oſtendere, & finem cum ipſe facere, cum quo neceſſe fuerit nos propter hoc per rogum Grimoaldi Comiti dilecti noſtri confirmamus in præfato Sancto monaſterio, ubi licentiam & poteſtatem habeant pars ejuſdem monaſterii ſupradictas ſcripciones cum reliquas omnes alias ſcripciones per quem prædicto Jacobo Clerice, & jamdicto Johanni Monacho de ſupradictis terris pertinentes ſupradictæ eccleſia finem qualitercumque fecerit, & pars ipſius eccleſia cum ipſe cauſare, & contendere, & omnem finem facere, ſicuti illi exinde cauſare debuerunt vel potuerunt, & vobis exinde legem accederit abſq; contrarietate cujuſcumque perſona homines, neminem ibidem exinde in aliquo contrario ingerente, quod ſi quiſpiam homo hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare præſumſerit, ſciat ſe compoſiturus in præfato Monaſterio, & ad ejuſque cuſtodes, atque rectores auri libras tres, & ac conceſſio de qualiter continet firma permaneat in perpetuum. Scripſi ego Adelchiſi ſcriba ex juſſione ſupradicta poteſtatis in anno ſecundo principatus ejus menſe Magio, indictione duodecima. Actum in Civitate Capuana. Illud Monaſterium nobis confirmarunt Urbanus II. Paſchalis II., aliique Pontifices.

Monaſterium S. Benedicti Teanenſis.

Monaſterii S. Benedicti apud Teanum meminit Leo Oſtien. lib. 1. cap. 44. poſt narratam cœnobii Caſſinenſis direptionem a Saracenis factam hiſce verbis: *Monachi vero quidquid ſupellectilis vel Theſauri, ſeu & munimimum hujus monaſterii ſurripere potuerant aſſumentes una cum domno Angelario tunc temporis eorum præpoſito Teanum habitaturi proficiſcuntur: eundemque Angelarium ſibi conſtituentes Abbatem in cella, quæ ad B. patris Benedicti honorem dudum ibi conſtructa fuerat manere cœpere anno, & indictione ſupraſcripta.* Et cap. 48. conflagraſſe A. 896. ſcribit: *Hujus autem Abbatis* (Ragemprandi)

ſeptimo anno, Indictione decimaquarta monaſterium, quo in Teano Fratres degere cœperant occulto dei judicio ab igne crematum eſt cum omnibus opibus ſuis. Ubi etiam & regula, quam B. Benedictus manu ſuâ conſcripſerat, necnon & ſacci, in quibus juſſu Dei cœlitus eidem patri Benedicto eſca delata ſunt: inſuper & plurima hujus cœnobii munimina, plurima quoque præcepta donationum a ſingulis Imperatoribus, Ducibus, atque Principibus eidem monaſterio collata incenſa ſunt &c. De ſupradicto itaque incendio Teanenſis monaſterii quicquid a Fratribus de theſauro eccleſiæ potuit quomodolibet eripi, in Epiſcopio ejuſdem civitatis repoſitum eſt. Unde poſtmodum non parva ejuſdem theſauri pars in eccleſia ipſa remanſit. Hinc ſuaſu Johannis Abbatis Capuam commigraſſe Monachos circa annum 915. teſtatur Leo cap. 53. *Factus itaque Abbas* (Joannes) *cœpit monere Fratres, ut relicto Teano, Capuam habitaturi ſecum pariter pergerent. Quæ videlicet civitas, & circumpoſitarum civitatum primaria eſſet, & in ipſa domini ejuſdem patriæ principes habitarent. Qui obſecundantes ejus imperio, Capuam omnes ſimul habitaturi profecti ſunt.* Certo tamen credimus relictos Teani aliquot Monachos, nam in privilegio Hugonis, & Lotharii a. 942. hæc leguntur: *Verum etiam monaſterium in civitate Tiana conſtructum in honore S. Benedicti*. Quæ eadem habent Otho II. Conradus ſecundus, Henricus tertius &c. In privilegio Victoris II. habetur: *Sancti Benedicti in Teano cum ſuis cellis*; & Alexandri II. *Cellam S. Benedicti in Teano*. Petrus Diaconus lib. 4. cap. 44. ſcribit: *Eo etiam die Rao filius Raelis remiſit ſuper altare B. Benedicti cunctam pertinentiam cellæ noſtræ de Tiano, & juravit, quod quietam nobis dimitteret, quemadmodum temporibus Jordani principis fuerat, reſervans ſibi hoc tantummodo, quod homines noſtri duobus diebus per ebdomadam ſuo ſervitio deputentur uſque in quatuor annos, & ipſe ob hoc dimitteret de ſolito cenſu quem accipit de caſa Famma, vel aliis annuatim tarenos centum. Completo ergo termino cætera omnia quieta dimittant in perpetuum.* Perſtabat itaque hoc cœnobium ſæculo X., imo etiam decimo tertio, ut ex duobus inſtrumentis conſtat ex regeſto I. Thomæ Abbatis p. 25., & 26. in quorum primo a. 1286. 26. Octobris Thomas nomine monaſterii S. Benedicti Teanenſis concordiam iniit cum Johanne Indulpho, qua unum caſſabatur inſtrumentum quoad prædia quædam, atque onus in perpetuum monacho impoſitum, ut quotidie pro Joannis anima Miſſam celebraret. Altero hoc inſtrumento Thomas Joanni bona omnia monaſterii Teanenſis locavit.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Anno Incarnationis ejus MCCLXXXVI. dominii Domini Karoli anno ſecundo viceſimo octavo octubris quintedecima Indictionis. Nos Thomas dei gratia Caſſinenſis Abbas. Sicut nobis pro parte noſtri monaſterii S. Benedicti de Teano congruum & utile viſum fuit. In præſentia Nicolai Buſſi civitatis Theani, judicis Deodati publici ejuſdem civitatis notarii & teſtium ſubſcriptorum litteratorum de eâdem terra ad hac ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, videlicet Abbatis Caſti Canonici Theani, presbiteri Nicolai de Franciſco, Jacobi Scardini, & Riccardo Arnal. conſentientes in nos prædictos judicem, & notarium ut in noſtros judicem, & notarium, cum ſciremus eos noſtros judicem, & notarium non eſſe in ſubſcripta ratione in extallium concedimus, damus, & tradimus tibi Johanni nomine Indulſi habitatori prædictæ civitatis Theani ſubaſtatione præmiſſa plus exinde offerenti omnes terras, poſſeſſiones, & jura, redditus, & proventus prædicti noſtri monaſterii, quos, quas & quæ idem noſtrum monaſterium habet in prædicta civitate Theani, & in caſtro Petra, & pertinentiis ejus tenendum, & percipiendum a te, & tuis heredibus uſque ad quinque annos completos a prædicto dio in antea numerandos pro unciis aureis triginta quinque ponderis generalis, ad rationem de unciis aureis ſeptem pro quolibet annorum ipſorum, quam totam pecuniæ quantitatem videlicet uncias auri triginta quinque nobis in prædictorum præſentia pro ipſo extallio dediſti atque ſolviſti nulla penes te primo reſidua remanente. Convenimus tamen tibi quod ſi infra prædictum tempus tui extallii diſcenſionum, ſcandalum, ſeu guerrarum emergerit, vel tempeſtatem aeris ingentem adeo venire contingerit, quod prædictum extallium in partem vel totum tu, vel tui heredes percipere non poſſetis &c. liceat tibi &c. dictum extallium tenere, & percipere quamdiu vobis fuerit de toto prædicto dampno &c. venerit integre ſatisfactum &c. ad tuam inſuper tuorumque heredum cautelam fieri fecimus atque rogavimus præſens publicum Inſtrumentum prædicti notarii manu ſcriptum ejuſque ſolito ſigno ſignatum, ſubſcriptione noſtra, & ſigilli noſtri appenſione munitum, ſubſcriptione prædicti judicis, ac ſubſcriptorum monachorum Caſſinenſium &c. ſubſcriptione ſupraſcriptorum monachorum S. Benedicti in Capua &c. ac prædictorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Actum in S. Germano. † Ego qui ſupra Thomas dei gratia Caſſinenſis Abbas. † Ego Fr. Jacobus Sacerd. & monachus, & domini Thomæ Abbatis capellanus &c. † Ego Fr. Matthæus camerarius Caſſinenſis, &c. † Ego Fr. Plenerius ſacerd. & monachus, & domini Thomæ Abbatis capellanus &c.

Eodem Sæculo inventarium bonorum hujus cœnobii, quæ in emphiteuſim data erant, confectum eſt. Ne tædium ingeramus lectoribus, plures omittimus huic cœnobio factas donationes, atque unicum dumtaxat hoc placitum referemus, ex quo liquet Scariones, ſeu minores judices monaſterii, pro monachis juramentum præſtare conſueviſſe.

Ex originali in Archivo.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni tercio decimo anno principatus domni Laidolſi glorioſi principis menſe Magio, tercia Indiccione. Dum nos Johanne judex Teanenſe civitati eſſemus intus eadem civitate & erga nos adeſſent plures viros inter altercantes judicando definiendas cauſaciones: Quadam autem die noſtro venit judicio Jaquintus clericus filius ejuſdem Jaquinti clerici de prædicta civitate ex parte etenim altera venit Paſſaro diaconus, & monachus, atque præpoſitus cellæ S. Benedicti quæ ædificata eſt intus eadem civitate ſubdita autem monaſterio S. Benedicti de monte Caſino ubi nunc Deo auxiliante vir beatiſſimus domnus Johannes Abba præeſt erga ſecum habendo Radoaldum advocatorem ſupraſcripti monaſterii pro definiendum inter ſe altercacione illa quod ante os dies ipſe qui ſupra Jaquintus clericus præpoſuerat contra pars ſupraſcripti monaſteris de terra quæ eſſe videtur foras iſta civitate ſubtus forma hujus civitatis, quæ pertinentes eſſe videtur ipſius monaſterii,

qua

Digitized by Google

qua habet finis de una parte fini via publica que eſt ſilice que pergit ad aquaria, de alia parte alia via publica, qua venit ad prædicta civitate ſecus pede de turre majore hujus civitatis, & pergit ante ipſa forma, de tercia parte terra epiſcopo S. Terenciani, qua dicitur campu S. Eraſmi, ut vadit per pede de cripte amike, que ædificata ſunt ſecus ipſu campu, & ab ipſe cripte, ut vadit diricte circa terram S. Auguſtini, & conjunget in jam dicta priore via qua eſt ſilice, de quarta parte deſuper a parte de turricella noba fine via, qua deſcendit a prædicta ſecunda fine, qua eſt via publica, & conjunget in jam dicta via publica, qua eſt ſilice, & per iſta quarta parte in traberſum habet paſſus octo ad menſuram de paſſu qui fuit Landoni ſeniori Caſtaldei menſuratum, propter quod ipſe qui ſupra Jaquintus clericus cauſaberat contra pars ſupraſcripti Monaſterii, dicendo ut infra jamdic. finis, & menſuris ſecus ipſa ſilice, & jam dicta quarta pra via fuiſſe publica, qua ei pertinentes eſſe deberet per datum domni Giſolfi comitis ſecundum ſua cartula quod inde ei emiſerat, quod ille ibidem oſtenderat eſſet continente, & ipſe qui ſupra Paſſarus prapoſitus pro pars ſupraſcripti monaſterii cum eodem advocatorem negaberat dicendo, ut talia verum nunquam eſſet ſed prædicta indicata terra, & ab ipſa quarta fine ut menſurata eſt pars ſupraſcripti monaſterii per triginta annos poſſediſſent, & juxta conſuetudinem ipſius monaſterii, qua jam per triginta annos habet ſcariones ipſius monaſterii firmare poteret per Sacramentum ad Evangelia, ut pars ſupraſcripti monaſterii eadem indicata, & menſurata terra per triginta annos poſſediſſent, & ipſe qui ſupra Jaquintus clericus a nos interrogatus manifeſtabit dicendo ut de cauſa ipſa nullam approbacionem facere poteret ille. Ideo nos qui ſupra judex dum vidimus ac veraciter cognobimus quomodo pars ſupraſcripti monaſterii eadem terra poſſidebat, & cognita erat ipſa ejus poſſeſſio, propterea ſecundum conſuetudinem ſupraſcripti Monaſterii & qualiter ipſe qui ſupra Jaquintus clericus ſibi elexit ambarum partes eos guadiare fecimus tali tinore, ut ipſe qui ſupra Jaquintus clericus pligaret ſe cum Evangelio, & ipſe qui ſupra Paſſarus prapoſitus pro pars ſupraſcripti Monaſterii pligaret tres Scariones jam dicti monaſterii, & faceret illi ei jurare ad ipſa Evangelia dicendo per Sacramentum, ut ſuperius dicta indicata, & menſurata terra, ut ab ipſa quarta fine menſurata eſt pars ſupradicti monaſterii per triginta annos poſſediſſent, & per ipſa Sacramenta cauſaciones ipſa inter eis finita eſſet in omnibus, & deſaliter inter ſa complendum, mediatores inde inter ſe poſuerunt & abierunt; in conſtituto denique quod inter ſe poſuerunt ambarum partes in noſtra qui ſupra Judici preſencia reconjuncti fuerunt erga nos adeſſent denique plures viros. Ipſe qui ſupra Jaquintus clericus a ſua parte paratus erat cum ſancta Dei evangelia propter ipſa jam dicta ſacramenta recipiendum, quam & ipſe qui ſupra Paſſarus Diaconus, & monachus atque Prapoſitus per partem ſuperius dicti monaſterii paratus erat cum eodem advocatorem jam dicti monaſterii, & habebat ibidem pligatos tres ſcariones ſupraſcripti Monaſterii nomina eorum Lobinum, & Sellictum, & Martinum propter Sacramenta illi faciendum de ſuperius dicta terra, qui continuo a parte ipſius Jaquinti clerici poſita ibi ante nos ipſa Evangelia juraberunt eique Jaquinti clerici ipſi jamdicti tres Scariones prafati monaſterii, ideſt Lubino, & Sellicte, & Martino per ſinguli tangendo ipſa evangelia, & dicendo ei per Sacramentum, ut ſuperius dicta indicata, & menſurata terra ut ab ipſa quarta parte menſurata eſt pars ſupradicti monaſterii per triginta annos poſſediſſent, & ita eſt cauſacio ipſa inter ipſum qui ſupra Jaquintum clericum & inter pars ſu- ſupraſcripti monaſterii per ipſa Sacramenta finita & deliberata in omnibus; dum nos qui ſupra Johannes judex taliter ea omnia, qua ſuperius legitur ante nos acta, & finita conſpiceremus judicabimus ut a nunc, & ſemper pars ſuperius dicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus atque rectoribus firmiter poſſiderent integra ipſa ſuperius dicta per finis indicata, & menſurata terra, abſque omni contrarietate, & moleſtacione ſuperius dicti Jaquinti clerici, & de ejus heredibus, vel cujuſcumque homini contradiccionem, & pro recordandum in perpetuum ea omnia qua ſuperius legitur, & pro ſecuritate ſupradicti monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, atque rectoribus. Nos qui ſupra judex hunc judicatum exinde ad pars ſupraſcripti monaſterii emiſimus, quem tibi Martini clerico, & Notario ſcribere juſſimus, eo quod interfuiſtis. Actu Teanenſe.

Ego qui ſupra Johannes Judex.

Leo Oſtienſis cap. 46. meminit monaſterii S. Benedicti ad Xenodochium apud Beneventum hiſce verbis: *Sed & Walamir quidam ejuſdem civitatis indigena ſeipſum in hoc loco ad monachatum tradens obtulit in Eccleſia S. Benedicti de Benevento, ubi dicitur ad Xenodochium cella hujus cœnobii curtem unam magnam in finibus de Ariano loco qui dicitur Triciμm, cum omnibus ex integro curtis ipſius pertinentiis.* In hoc monaſterio, ut in deſcriptione illius S. Sophiæ diximus, commorari debebant præpoſiti Caſſinates, qui pro tempore ſanctimoniales gubernarent. In chronico S. Sophiæ apud Ughellium To. X. col. 452. & 453. legitur ſervos quoſdam ſubiectos huic cœnobio a Theoderada Romualdi ducis conjuge, & Giſulpho ejus filio, qui ab Abbate Zacharia ſint emancipati contra ſacrorum canonum præſcriptum. Ac proinde iterum juſſu principis Arichis in ſervitutem ejuſdem cœnobii ſint redacti. Adnotanda illa ſententiæ Arichis verba. *Præcipimus ſacros adduci canones in noſtra præſentia quorum capitula ita continentes invenimus in SS. Apoſtolorum, ſeu Niceno, nec non & Ancyrano, atque Silveſtri papæ Urbis Romæ conciliis, ut nullus epiſcoporum presbyterorum, diaconorum, & clericorum, qui ſacris, & venerabilibus locis praeſſent, res Eccleſiæ diſtraherent, aut alienare præſumerent, & qui præſumerent a proprio gradu diſcederent. Poſthac ut inreprahenſibiliter præſtante Domino judicium dare poſſemus juſſimus adduci edictum gentis noſtræ Langobardorum quod ſciſcitantes invenimus, qualiter bonæ recordationis dominus Luitprandus rex judicavit, & inſtituit, ut præcepta facta, quæ anteriora eſſent firmiora, & ſtabiliora eſſent ſicus voluimus, ut noſtra præcepta ſemper robur obtineant.*

Monaſterium S. Benedicti ad Xenodochium.

Leo Oſtienſis cap. 18. lib. 1. loquens de Giſulfo Abbate ait; *Hujus temporibus factum eſt Breviarium de Cellis de marca.* Nemo eruditorum neſcit Cellæ nomine, ea cœnobiola uſurpari, quæ majoribus ſubjicerentur, ut oſtendit Nuceus in notis ad vitam S. Benedicti, & ad chronicon Caſſinenſe nu. 101., 136., 234., 326., 328., 511., 512., aliis in locis, Ducangius in Gloſſario V. Cella. Ma-

bill. in actis Sanctorum ordinis S. Benedicti, & in Annalibus, aliique plures. Cum itaque Giſulfus Breviarium, ſeù Polypticon hujuſcemodi monaſteriorum fieri juſſerit, plurima certe iſta fuerint neceſſe eſt. De qua hic marca loquatur Leo noſter, incompertum, cum plures in Italia provinciæ iſto nomine venerint, puta marça Tarviſina, Anconitana, Teatina &c.

SACRI MONASTERII CASSINENSIS SÆCULUM QUINTUM.

Ab Anno Christi 900. ad 1000.

I.

SERIES ABBATUM CASSINENSIUM,

Quorum aliqui in Monaſterio Teanenſi, alii Capuæ, alii Caſſini præfuerunt,

LEo in Monaſterio S. Benedicti Teanenſi, quod poſt conflagrationem ejus deceſſor ipſeque utcumque inſtauravit. Sedit a Kal. Januarii anni 900. ad XVI. Kal. Septembris anni 915.

Joannes I. Capuanus, ejuſque urbis principum conſanguineus, per annos aliquot cœnobio Teanenſi, deinde translatis Capuam Monachis, cœnobio S. Benedicti a ſe constructo præfuit ad prid. Kal. Aprilis anni 934.

Adelpertus natione Gallus monaſterio Capuano ab VIII. Id. Aprilis anni 934. ad totum decembrem anni 942.

Balduinus a Januario anni 943. ad annum circiter 947., ut infra oſtendemus, quo tempore Abbas etiam S. Pauli Romæ erat.

Majelpotus ab anno circiter 948. ad octobrem anni 949. quem cenſemus per aliquot antea annos coadjutorem Balduini in regimine Capuani cœnobii fuiſſe, ut oſtendemus infra.

Aligernus Neapolitanus ab VIII. Kal. Novembris anni 949. ad IX. Kal. decembris anni 986. in monaſterio Caſſinenſi ſedit, quod integre jam inſtauratum fuerat.

Manſo Capuanus Pandulfi Capuæ principis conſobrious præfuit cœnobio Caſſinenſi a morte Aligerni ad XVIII. Kal. Decembris anni 996. Joannes....., II. ad ſeptembrem anni 997.

II.

STATUS DISCIPLINÆ MONASTICÆ

Apud Cassinates.

Rigor Diſciplinæ monaſticæ, qui apud Caſſinates deferbuerat.

MOrtuo anno 915. Leone Abbate, qui cœnobium Caſſinenſe partim inſtauravit, ut auctor eſt Leo Oſtienſis cap. 51. lib. 1., in ejus locum ſuffectus Joannes Capuanæ eccleſiæ Archidiaconus, atque conſanguineus principum Landulfi I., & Adenulfi II. Hic Monachos Teani hactenus commoratos hortatus eſt, ut Capuam pergerent, ad illud incolendum cœnobium, quod ipſe magnifice conſanguineorum ope conſtruxerat congregatis ad quinquaginta ibi monachis, qui plura latifundia acquiſierant teſte Leone Oſtienſi cap. 53., quo in loco hæc de Johanne refert. *Hic nobilium Capuanorum ortus familia, & tempore quo præfatus Abbas Leo deceſſit Archidiaconi officio in Capuana eccleſiâ fungebatur religioſis valde, & honeſtis moribus præditus &c. Landulfus & Atenulfus Capuani principes ineuntes conſilium, præfatum Archidiaconum adiere, eumque tam monitis, quam precibus, ut ejuſdem Congregationis regimen reciperet compulere; Quo tandem annuente, mox monachus factus, nec multo poſt a Fratribus univerſis juxta morem electus, atque a ſupradicto Domno Johanne Papa honorifice conſecratus eſt &c.*

Probi Johannis mores inſinuant monaſticam diſciplinam ſub ejus regimine nullatenus imminutam, quæ deinde vel ejus ſucceſſorum negligentia, & ſocordia, vel principum Capuanorum violentia ſenſim ita collabuerit, ut a Balduino Abbate Agapitus Romanus Pontifex certior ſit factus, haud ad Regulæ amuſſim comparatam monachorum diſciplinam in cœnobio Capuano, ob principes ejus urbis, qui monaſticis rebus ſeſe immiſcerent, ideoque opus eſſe, ut monachi ad monaſterium Caſſinenſe reveherentur, in quo Capuani principes parum admodum poſſent, aptiorem locum ad primævam diſciplinam monaſticam excitandam, recuperandamque. Id ut obtineret Pontifex, hanc ad Landulfum II. Capuæ principem epiſtolam miſit, quæ in vetuſtiſſimo regeſto Petri Diaconi pag. 7. a. t. continetur,

Qui Agapiti Epiſtola utcumque reviviſcit.

Agapitus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Landulfo Capuano principi. Audivimus, quod ſine maximâ cordis mæſticia loqui non poſſumus, Caſſinenſi cœnobii monachos inhoneſte, & turpiter converſare. Quod quam pernicioſum, & quam ſcæleſtum ſit, nullus fidelis ignorat, uam ut Propheta teſtatur, lapides Sanctuarii in capite platearum diſperſi ſunt, cum hi, qui in monaſterio ſicut B. Benedicti regula continet, Deo ſervire debuerant per caſtella & plateas ambulantes habitare videantur, & propterea regularem vitam relinquentes, & propriæ voluntati, & illecebris ſervientes ſicut B. Benedicti regula continet, non dominicis, ſed ſuis incluſionibus pro lege eſt eis deſideriorum voluptas. Quod malum in capud quondam Landulfi tui genitoris reſpicit, qui quaſi monaſterium intra Capuanam civitatem edificant non

ob

ob Dei reverentiam, ſed temporalis gloriæ honore cupidus parvipendens animarum periculum, ſuo dominatus monaſterium ſubdere cupiens, perverſo more cum morbido grege recumbere deſiderans, ut totius poſſeſſio jamdicti monaſterii ſuis quaſi hæreditario jure relinqueretur. Unde graviſſime dolemus, & miramur tanti viri cæcam cupiditatem non retractantis, quod incenſâ, & ſubverſâ eccleſiâ Caſſini, res ejus accepit contra ſententiam Prophetæ dicentis, ſumes Principes, qui dixerunt, hæreditate poſſideamus nobis ſanctuarium Dei: Deus meus pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti, & ſicut ignis qui comburit ſilvas, & velut flamma incendens montes. Quæ ab illo ſi fieri poteſt, Deus avertat. Frequenter autem monitus dum adverteret coram epiſcopo ſuo ſicut ipſe Balduinus Abbas teſtatur, culpabilem ſe reddidit, & ſupradictum monaſterium cum omnibus ſuis rebus eidem Abbati in integrum reſtituit, nullam ſibi, aut ſuis poſteris dominandi poteſtatem ulterius relinquens. Nos vero modo gratias Deo referentes ob reverentiam B. patris Benedicti Caſſinenſi præfato monaſterio cum eodem Abbate ordinandum decrevimus Capuanum monaſterium & noſtra auctoritatis privilegio corroborandum, & hoc ex auctoritate Dei, & B. Petri Apoſtolorum principis conſtituimus, & ordinamus ut in ipſo Capuano Monaſterio, quod non Dei amore ſed ſæculari cupiditate ædificatum eſt, unus, aut duo, aut multum tres ſenes monachi de quorum vita non dubitetur relinquantur ad regendum, & cuſtodiendum. Cæteri vero monachi omnes majores, & minores cum omnibus monaſterii rebus ad proprium cœnobium Caſini montis revertantur ibi Deo famulantibus, ſub ipſius B. patris Benedicti regula degentibus, ſicut antiquitus a noſtris prædeceſſoribus, & ab Imperatoribus, & Regibus diffinitum, & promulgatum eſt, ut ſub nullius principis, ducis, aut gaſtaldei, vel alicujus magnæ parvæque perſonæ, aliquo modo ſubderetur dominio, ita & ſub noſtrâ, & regum tuitione, & corroboratione ſub Abbatis ordinatione, Dei cum timore perenniter regendum, atque diſpenſandum. Nam, quod non credimus, qui aliter agere præſumpſerit, aut aliquam ordinationem de ipſo monaſterio facere tentaverit, ſive de rebus ſupradicti monaſterii invadere præſumpſerit, & hanc noſtram Apoſtolicam juſſionem in aliquibus frangere tentaverit, ſciat, ſe, niſi reſipuerit, auctoritate Dei, & B. Petri Apoſtolorum principis, atque noſtrâ, qui ejus fungimur in caricationem, eſſe excommunicatum, & ab ingreſſu eccleſiæ, & corpore, & ſanguine Chriſti privatum, & a Chriſtianorum conſortio ſegregatum, iterumque ſciat, ſe per privilegii ſanctionem ſub anathematis vinculis innodatum; qui vero cuſtos, & obſervator, atque adjutor extiterit, benedictionis gratiam, & cæleſtem retributionem a Chriſto domino Deo noſtro multipliciter conſequatur. Hanc autem Apoſtolicam juſſionem præfatum Monaſterium pro futuro teſtimonio habere jubemus.

nota.

Hujus epiſtolæ meminit Peregrinius in Serie Abbatum Caſſinenſium pag. 31. ejuſque fragmentum affert Nuceus in not. ad cap. 53. lib. I. Chron. Caſſinen. Eam compendio refert Leo Oſtien. cap. 59. Vid. Baron. anno 946. Mabillon. Annal T. III. anno 944. Huic Romani Pontificis decreto plures, e Monachis Capuæ degentes, morem geſturi ad Caſſinenſe monaſterium incolendum perrexerunt.

Quo tempore Abbas fuerit Balduinus.

Laudatus Peregrinius contendit, Balduinum anno 944. obiiſſe menſe Auguſto, neque propterea ſupparem Agapito II. qui anno 946. electus ſit Romanus Pontifex, quare eam epiſtolam ſub Balduini ſucceſſore datam. Verum Mabillonius de Balduino cit. anno loquens hæc ſcribit. *Perſtitit idem Abbas ad Pontificatum Agapiti quidquid Peregrinius contradicat &c. Balduino tamen vivente, Majelpotus hoc anno Abbas fuiſſe videtur, idque colligitur ex litteris Landulfi principis a quo hic præceptum totius Abbatiæ recepiſſe dicitur, tertio Kalend. Septembris indictione ſecunda, ut Angelus de Nuce obſervat. Quo circa idem Balduino Abbati, atque S. Odoni Cluniacenſi Abbati contigiſſe dicendum eſt, quod cum duo monaſteria ſibi commiſſa haberet, nec utrique facile poſſet ſufficere pro-abbatem Caſſinatibus Capuæ degentibus præpoſuit Majelpotum, qui poſt ejus obitum in ſolidum Abbas evaſit.* Quæ Mabillonii conjectura plurimum nobis arridet, cum Leo Oſtienſis uno vix Sæculo poſt Balduinum conſtanter aſſerat, hanc epiſtolam, ſuggerente Balduino ab Agapito ſcriptam: & lib. 2. cap. 1. ait: *Jam tamen paulo ante, ſub Balduino ſcilicet Abbate Monachi noſtri, qui catenus primo apud Teanum, poſtmodum vero apud Capuam commorati fuerant, præcepto Agapiti Papæ ſecundi ex parte reverſi erant, ſicuti jam ſupra relatum eſt;* & lib. II. cap. 87. de illis Monachis differens, qui a S. Leone monaſterii Terracinenſis reſtitutionem petierant, habet: *Aut enim ignorabant, aut minime ad manum habebant Privilegium quod Agapitus Papa exinde Balduino Abbati fecerat.*

Ab Aligerno inſtauratur Diſciplina monaſtica.

Reliqua Monachorum pars, quæ poſt Agapiti decretum in monaſterio adhuc Capuano perſeveraverant, Caſſinum redierunt, cum Aligernus electus eſt Caſſinenſis Abbas, cujus rei author eſt Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 1. Chron. Caſſinen. Sub Aligerni præfectura Monachi Caſſinates regulæ S. Benedicti obſervantiſſimi erant, ut narrat Author vitæ S. Nili Junioris ejus contubernalis, & diſcipulus; quam in latinum ex Græco tranſtulit Johannes Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis, dum pag. 124. de Capuæ nobilibus viris loquens ſcribit: *Tunc vocato illi ad ſeſe S. Benedicti Propoſito montis Caſini (Sanctiſſimus hic erat Haligernus) injunxerunt, ut B. viro concederet monaſterium quodcumque ipſe vellet e Monaſteriolis S. patris noſtri Benedicti. Cum vero profectus eſſet S. Pater ad viſendum inclytum illud monaſterium, proceſſit illi obviam, uſque ad radices montis tota Monachorum caterva ſacerdotibus, & diaconis eorum Sacro habitu indutis, ut fit diebus feſtis, cereos, & thuribula manu ferentibus, & hujus modi pompa tum B. virum ad monaſterium deduxerunt, nihil aliud ſe putantes audire, & videre, quam advenientem Alexandriâ magnum Antonium, vel excitatum a mortuis magnum patrem Benedictum ſacrum legiſlatorem, & magiſtrum eorum &c. Itaque illis a Deo miſſâ ſuâ preſentiâ perfecte ſanatis, ſpiritalique lætitiâ repletis, cum & ipſe viciſſim admiratus eſſet egregiam illorum diſciplinam, & bene ordinatam vivendi normam, collandaſſetque inſtituta eorum plus quam noſtra; deducebatur rurſus ab Abbate, præcipuiſque Fratribus ad monaſterium, in quo cum ſuis filiis ipſe commoraturus erat; Sancti Michaelis id erat, nomine Vallelucium. Tum præpoſitus,*

cujus rei teſtis eſt locuples Vita Sancti Nili.

nota.

tus, & Fratres rogarunt, ut una cum ſuis Fratribus univerſis aſcenderet in maximum monaſterium, & græco ſermone officium caneret in eccleſia eorum; ut fiat, inquit, Deus omnia in omnibus. De quo etiam Propheta vaticinatus erat; Leo, & bos ſimul paſcentur, & catuli eorum ſimul erunt. At venerabilis Nilus primo quidem abnuere præ humilitate dicens: Pſal. 136. Quomodo cantabimus canticum Domini in Terra aliena, qui nunc humiles ſumus in univerſa Terra propter peccata noſtra? *Ut ſimul tamen conſolatio ſuſciperetur per eam, quæ communis eſt fidem, & magnum Chriſti nomen glorificaretur tandem aſſenſus eſt; & compoſitis hymnis de fructu labiorum ſuorum in S. patrem noſtrum Benedictum, quibus cuncta vita ejus admiranda opera comprehendebantur, & convocatis univerſis Fratribus; erant autem ſupra ſexaginta. in monaſterium Caſſini aſcendit, & pernoctavit, egregie modulando: habebat enim apud ſe Fratres acris ingenii, apte legentes, & canentes, quos ad utrumque ipſe ſatis inſtruxerat. Peracto officio convenerunt ad ipſum omnes Monachi Abbate ſuo permittente: nam ad hoc uſque diſciplinam ſervant, & admirantes fulgorem ſpiritus de ejus vultu emicantem, cupiebant verba quoque audire de ore ejus. Exinde illi quæſita hujuſmodi continuata ſerie proponebant, &c.* nota. Inter ea vero, quæ præcipue Caſſinates interrogarunt S. Nilum, hæc ſunt: *Si ſemel per totum anni curriculum indulſero corpori meo, & carnem comedero, quid tandem hoc erit? Et S. Pater: Et ſi per totum tempus bonâ utens valetudine una horâ præceps cadas, & crus frangas, quid mali erit?* Qua ex interrogatione conſtat, nullo prorſus die in monaſterio Caſſinenſi carnem comeſam.

Epiſtola ad monachos Theutonicos. Hoc ſæculo a Caſſinatibus hanc fuiſſe miſſam Epiſtolam ad Germaniæ, & Franciæ monachos ſuſpicamur, quæ a Mabillonio Analectorum To. IV. pag. 462. edita eſt hoc Titulo: *Scriptum Fratrum de Monte Caſſino ad Fratres ejuſdem Ordinis ſcilicet S. Benedicti, in Alemanniam, & Franciam &c.*

De ritibus Caſſinenſium, & Cluniacenſium.

Profeſſionis Monaſticæ Patribus, & Fratribus Teutonienſibus ſuorum juxta conſuetudinem priorum hactenus innitentibus patris noſtri Benedicti inſtitutis, Caſſinenſes in incepto ſine tenus perſeverare, ut ſalvari mereantur communi cum patre. De quibus nobis Paternitas veſtra ſcripſit, ſcilicet ut aliquid vobis de noſtra converſationis, ac inſtitutionis conſuetudine reſcriberemus, dominum noſtrum Abbatem conſulere opere pretium duximus, cujus præcepto, & nota. *Fratrum conſilio iſta remandamus. Magiſtram in omnibus Regulam ſequimur, B. Benedicti patris noſtri præcepta ſervamus: neque pro aliqua aliena, novaque conſuetudine volumus a tanta veritatis tramite deviare, illud Apoſtoli Pauli attendentes:* Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci: *& quod item in alio loco:* Si quis evangelizaverit vobis præter quod evangelizavimus, anathema ſit. *Et item:* ſuam volentes ſtatuere, Juſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. *Quis igitur monachus novitatis inventor, Sanctaque regula patris noſtri tranſgreſſor recte in monaſterio vivere videtur? cum tanta ſanctitatis vir, cujus doctrina tota redolet eccleſia, beatus ſcilicet Papa Gregorius ejus miracula ſcribens de eo diceret: Scripſit autem & monachorum Regulam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam: Laudamus equidem ſi aliquid in monaſterio tollerabile additur: Sic tamen ut inſtitutio Regulæ non amittatur. Scilicet ſicut apud nos, & ubique Terrarum quarum ad nos fama pervenit multa, variaque conſuetudines cum Regulâ non diſcordantes ex utraque parte maris recipiuntur. Aliam enim Teutonici Monachi, aliam* nota. *Italici, aliam Franci, aliam alii, ex iſta parte maris habent complurimi. Similiter ex illa parte aliam jam Conſtantinopolitani, aliam Antiocheni, aliam Alexandrini, aliam illi, & illi: omnes tamen bona ſunt, & utiles, unde non parum miramur, cur aliqui per inſolentiam ſuperbia faſtu inflati, temerarie per unam & ſi bonam, aliam non minus bonam vel forſitan meliorem deſtruere videantur.*

De quibus tamen præ cæteris ſpecialius nobis ſcripſiſtis, de tonſura ſcilicet, & habitu Cluniacenſium breviter reſpondere poſſumus, quia nec nobis placent, nec cuiquam, qui regulariter vivere voluerit, jure placenda ſunt. Videntur enim omnino contra Regulam. Si vero de noſtra tonſura, & habitu quæritis, nos in utroque vobis concordare ſciatis. Noſtrum igitur vobis ſi placet, quod Apoſtolus in commune dat, tam vobis, quam nobis, & nos dabimus conſilium: Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. *Conſuetudines veſtras, & inſtitutiones tantum ne regulæ diſſentiant, pro nulla alia mutare ſtudeatis. Quia ad montem fortitudinis quæſtiones veſtras retuliſtis, quia de ipſo fonte haurire deſideraſtis, quia tabulis Teſtamenti leges veſtras firmari voluiſtis, quia Caritati veſtræ quidquam negare* nota; *non poſſumus; hæc vobis de communi ſcribere ſtuduimus. Et revera etiamſi ut Paternitas veſtra mandavit, conſuetudines noſtras, & inſtitutiones ſcribere poſſemus de integro menſis ſpatio nihil remaneret, & ſi omnia ſeriatim comprehendere vellemus. Quaſdam autem partes, quæ vobis utiliores videntur quaſi quoſdam flores decerpendo colligere non minor fere difficultas eſſet, cum partium electio niſi toto diligentius perfecto fieri non poſſit. Verumtamen ſi in veſtro perſeverare volueritis deſiderio, noſtrum qualecumque vobis non diſpliceat conſilium. Plerique* nota: *noſtræ conſuetudinis, noſtræque converſationis cupidi, de ſuis quem cognoſcunt ingenii unum huc tranſmittunt, quo non ſolum auditu, verum etiam ipſo viſu pro quibus mittitur perſpiciat, eoque modo quaſi unus ex nobis, hic quidam per integrum annum, quidam etiam diutius manent, tandem omnibus perſpectis ad ſua certus cum gaudio redit. Hoc idem non ab re nobis videtur, ſi vobis placeat, conſilium. Sic tamen ut honori veſtro conſulentes hujus loci cum noſtri, tum etiam hujus rei cauſa commodo, & honori provideatis. In Chriſto valeatis, vigeatis, ſine fine vivatis.*

Ex hac vero epiſtola conſtat in monaſterio Caſſinenſi exacte ſervatam Regulam S. Benedicti, illumque morem invaluiſſe, ut ab aliis monaſteriis unus ſaltem monachus Caſſinum mitteretur, qui rectam, perfectamque monaſticam diſciplinam inde hauriret. Atque ex hiſce verbis: *Aliam enim Theutonici Monachi, aliam Italici, aliam Franci, aliam alii, ex iſta parte maris habent complurimi. Similiter ex illa parte aliam, jam Conſtantinopolitani, aliam Antiocheni, aliam Alexandrini, aliam illi, & illi: omnes tamen bona ſunt, & utiles,* pa-

tet

tet Regulam S. Benedicti ad Aſiæ uſque regiones ſub diverſis licet ritibus viguiſſe.

De veſtimentis a Monachis Caſſinatibus uſitatis, quædam alibi delibabimus.

Vita Adelberti. In vita S. Adelberti epiſcopi Pragenſis, Gneſnenſis Archiepiſcopi, atque Apoſtoli Germaniæ, Ungharix, Poloniæ, & Pruſſiæ, a Silveſtro II. Pontifice ſcripta, inſigne pro diſciplina regulari monachorum Caſſinenſium extat teſtimonium. Vitam hanc ex codice bibliothecæ Caſſinenſis ſignato num. 145. pag. 209. edidit Romæ anno 1629. Abraham Bzovius. Miramur tamen, quo factum, ut hæc ille verba cap. 30. ediderit, quæ in codice noſtro manuſcripto non extant, nimirum: *Hac ipsâ tempeſtate adiit Turoniam querens auxilio S. Senem Martinum, nec preterit Floriacum, quæ* (ſic) *beatiſſimum Corpus confeſſoris noſtri, & patris Benedicti ſuo grege collocare meruit*. Godefridus Henſchenius in commentario prævio, & Mabillonius in Obſervationibus prævius ad eam vitam Sæc. V. pag. 846. aſſerunt hujus vitæ authorem fuiſſe monachum Anonymum cœnobii S. Bonifacii Romæ, qui cum S. Adelberto verſatus fuerit. De moribus itaque converſationeque Caſſinenſium hæc ibi habentur cap. 20. *Habens itaque animum Jeroſolymam pergere venit ad montem Caſſinum in cujus cacumine monaſterium mirabile, & per omnia magnificum habetur, quod in eo loco conſtruere cœpit beatiſſimus pater monachorum, & omni gloria digniſſimus Benedictus, ubi quoque, ut Gregorii melliſluum os ſonat, ultimam vitæ partem deguit, & veræ religionis exemplar omnibus, qui in Chriſto pie vivere volunt, digito conſcripſit. Hic licet incognitus eſſet, tamen Domino quod futurum erat providente, honorifice a ſenioribus ipſius Monaſterii hoſpitio ſuſceptus eſt*: & cap. 21. *Poſt paucos autem dies, cum iter cœptum agere vellet, cognita Fratris Sancti, & epiſcopi Adalberti voluntate, acceſſit ad eum illius Monaſterii venerabilis Abbas, & cum ipſo admodum illuſtres, & reverendiſſimi viri hæc ſibi conſilia velut a divina arce afferentes via, inquiunt, quam aquirendæ beatitudinis causâ cœpiſti, cariſſime Frater, longe eſt a recta via, & ab illa, quæ ducit ad vitam; perplexitatibus quippe fugacis ſæculi carere magni animi eſt; ſed quotidie loca nova mutare minus laudabile eſſe videtur. Sicut enim Hiberni maris inconſtantia malum nautis, ita vagatio de loco in locum periculum ſuis ſequacibus minatur. Uno autem ſtare loco, & ſupernis viſionibus eo liberius perfrui,*
nota. *non nos, ſed præcepta majorum noſtrorum ſeniorum, virorumque fortium exempla tibi dicunt. Quod conſilium ſanctiſſimus Adalbertus non ſecus, quam divinitus datum accipiens, ibi finem laboris, & errabundæ vagationis ponere cogitavit*. Et cap. 22. *Volens autem Deus dilecti martyris ſui Adalberti deſideria aliquantulum dilatare ut quanto nunc amara primum, & laborioſa tanto poſt dulciora forent, cum in eodem cœnobio monaſticâ lege vivere vellet, atque in hoc cunctorum a minimo uſque ad maximum voluntas Fratrum concordaret, ut uſque in finem cum eis regulariter viveret, atque habitaret hoc ordine ejus propoſitum impedivit. Quadam die ei quidam venerabundus ſenior hæc charitatis verba depoſuit. Bonum eſt inquiens, ut maneas hic nobiſcum, ut monachicum induas habitum. Hic Deo placitum vivere ducas, noſtras quoque eccleſias novo opere conſtructas, noſtraque Altaria cum ſis epiſcopus ſacrare poteris. Quo audito quaſi irâ commotus dixit: Hoc Frater quod inſinuas facere minime poſſum; quia cum amotâ ovium mearum cura epiſcopus eſſe deſtiti, non huc ſub nomine epiſcopi tuas domos conſecrare veni*.

Hac de causâ Caſſino diſcedens, ut narrat vitæ Auctor, atque Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 17., & Baronius anno 983. Vallem lucem petit, enixeque S. Nilum rogavit, ut inter ſuos ſeſe recipere liceret. Verum hiſce verbis renuit S. Nilus teſte laudato ejus vitæ ſcriptore cap. 13. *Et recepiſſem te, inquit, dulcis nate, ſed hæc ſuſceptio mihi meiſque nocitura, tibi tamen minime proſutura eſt. Etenim ut iſte habitus, & intonſa barba pili teſtantur, non indigena, ſed homo Græcus ſum. Terra autem quantulacumque eſt, quam ego, & mei mecum incolunt, illorum Sanctorum Seniorum, & Fratrum, quos tu non be-* nota.
ne fugis propria eſt: quod ſi una nobiſcum habitaveris, tollent illi quæ ſua ſunt, & ego cum charis filiis foras expellar. Vid. Mabillonius Annal. T. IV. Ann. 990. pag. 68.

Leo vero Oſtienſis lib. 2. cap. 3. de Aligerno hæc ait: *Interea & habitacula nonnulla ejuſdem loci re-*
ſtaurans ac ſi alter Petronax cœpit juxta tenorem re- nota.
gulæ & priſcam monaſterii conſuetudinem cum Fratribus converſari.

In vita S. Romualdi celeberrimi Camaldulen- S. Romualdi.
ſium Inſtitutoris a S. Petro Damiani conſcripta plura referuntur, ex quibus exacta Caſſinatium regularis diſciplina cognoſci optime poteſt; eadem Petri verba hic dabimus. *Quidam comes Olibanus nomine in eiſdem Galliarum partibus erat, ſub cujus jure monaſterium prædicti Guarini Abbatis fuerat poſitum, qui ſublimi quidem culmine terrenæ poteſtatis erectus, ſed multis erat peccatorum molibus aggravatus. Hic aliquando Romualdum gratia viſitationis adiit, & cæteris extra cellulam manentibus, ſolus cum ſolo geſtorum ſuorum ſerſem narrare quaſi per confeſſionem cœpit. Cui vir venerabilis his, quæ ab eo referebantur, auditis, reſpondit, aliter eum ſalvari minime poſſe, niſi mundum relinquens ad monaſterium convolaret. Comes autem mox mente turbatus ait: quia videlicet ſui ſpirituales viri, qui ejus acta cognoſcerent nequaquam ita ſentirent, neque tam intolerabilem rem ſibi aliquando ſuaderent. Adſcitis itaque epiſcopis, & Abbatibus, qui ſecum venerant, cœpit in commune perquirere, ſi ita res, ſicut Dei ſervus teſtabatur, ſe haberet. Illi autem B. Romualdi ſententiam omnes unâ voce confirmant, Se vero id Comiti eatenus non dixiſſe terrore conſtrictos excuſant. Tunc Comes ſemotis omnibus, hoc cum B. Romualdo*
ſecreto valde conſilio pepigit, ut ad Caſſinum mon- nota.
tem ſub prætextu orationis pergeret, & in monaſterio S. Benedicti divino ſeſe ſervitio irrevocabiliter manciparet. Et infra: *Olibanus autem comes ſua relinquens filio, cum multâ divitiarum copia, quindecim ſcilicet onuſtis theſauro Sagmariis, comitantibus eum Guarino, & Joanne, atque etiam Marino, ad B. Benedicti ſe Monaſterium contulit, & valedicens his, qui ſecum venerant, nil tale de eo uſque tunc ſuſpicantes, multis gemitibus, & amaris ſe fletibus affligentes ad propria remeare coegit. Marinus autem paullo poſt Apuliam verſus abiit, ibique poſtmodum in ſolitudine habitans ab Agarenis eſt latrunculis interfectus*.

Brevi

Brevi poſt tempore Guarinus orationis causâ diſcurrere ſolitus, Johannes vero fratris exemplo, ad idem religionis officium provocatus Hieroſolymam commeare pari conſilio decrevere. Hoc igitur Olibanus cognito, triſtis, & flens obſecrare devotiſſimè cœpit, ne ſe, violatâ fide, desererent: ſed ſicut B. Romualdus præceperat, in Dei illum ſervitio cuſtodirent, addens etiam: Memento tu ſaltem Johannes, quia magiſter tuus in tuâ me propenſius fide commiſit, & titulum tibi inobedientiæ ſi diſcedis oppoſuit. Illi autem obſtinatâ intentione in propoſito perſiſtentes, relicto tandem Olibano, peregrinationis iter arripiunt. Cum autem deſcendentes de monte jam in campeſtria declinaſſent, figentes ſe loco neceſſarium aliquid inter ſe tractare cœperunt. Inter agendum vero ſubito Guarini equus furioſo rotatus impetu, in in aliam partem inviſo ſeſſore, divertit, & Johannis tibiam ferrato calce percutiens fregit, qui illico ad terram nimio dolore proſtratus, jam ſero memor magiſtri præcepta ad mentem revocat, & ſe perfidum, ſe inobedientiæ reum verbis publicæ confeſſionis accuſat. Infracto namque crure didicit, quia fidem frangere peccatum fuit. Et quia ipſe rationis capax magiſtro inobediens extitit, ad incolumitatis ſuæ cuſtodiam irrationale animal Seſſori obedire neſcivit. Deinde illuc unde venire cœperat rediens,
1012. *cellam ſibi edificari prope monaſterium petiit, ibique per triginta fere annos, quamdiu vixit, in ſancta converſatione permanſit. Multa in eo charitas, mira humilitas, abſtinentia vero diſtricta nimis, & cauta, ita ut nec infra clauſtrum monaſterii quiſquam ſciret, qualiter vir Sanctus jejunaret. Inter reliqua autem virtutum dona ita exoſum habebat detractionis vitium, ut mox, cum quis ad detrahendum os aperiret velut ſagitta vigore lapidis repercuſſa,*
1018. *in dirigentem protinus redundaret, ita ab eo illius obtrectatio reprimeretur, poſt vero ejus obitum nonnulla per eum miracula divinitus facta ſunt.* Et infra: *Romualdus autem cum eo, de quo jam diximus Thammo, & cum Bonifacio viro clariſſimo, quem nunc feliciſſimum martyrem ſe habere Ruſſiana gloriatur eccleſia, & cum aliis converſis Teutonibus a Tiburis oppido ad Monaſterium S. Benedicti, quod in Caſſino conſtitutum eſt monte devenit. Ibi vero graviter infirmatus eſt, ſed cito ex divina miſericordia convaluit: &c.*

Erat Thammus Othoni III. Imperatori cariſſimus, ac familiaritate conjunctiſſimus, ut ipſemet Petrus narrat; ſanctus vero Bonifacius ejuſdem Imperatoris conſanguineus. Si in Caſſinenſi itaque monaſterio eo tempore non floruiſſet monaſtica Diſciplina, haud quidem S. Romualdus Olibano permiſiſſet, ut Monaſticum habitum ibi ſumeret. Fere eadem de Olibano ſcribit Leo Oſtienſis lib. 2. c. 19. Vid. Baronius ad annum 977. Mabillonius tom. IV. Annalium Ordinis S. Benedicti anno 982. pag. 11. & 12.

Monachi etiam cœnobii S. Liberatoris Regulæ obſervantiſſimi.

Victor III. in ſecundo Dialogorum lib. pag. 96. & ſeqq. hæc narrat: *Eſt Monaſterium nobile juxta radicem Majellæ montis in honorem S. Liberatoris conſtructum, & huic noſtro Caſſinenſi cœnobio ſubditum, ubi magna Fratrum multitudo commorantes juxta almi beati Benedicti mandatum Chriſto Domino vero regi militantes, deſerviunt.* Ibi itaque cum noctu monachi quieſcerent, venerandus quidam monachus uni ex illis apparuit, juſſitque quantocius ſocios omnes expergefaceret, atque ad eccleſiam pergere juberet, futurum enim ut pauloposſt monaſterium omne funditus rueret. Annuit pius monachus, experrectiſque omnibus, in eccleſiâ convenientes nocturnam ſinaxim more ſolito pulſatis ſignis decantare cœperunt; quam cum peragerent, cœnobium univerſum funditus magno fragore ruit. Solliciti vero monachi, ne ſocius eorum aliquis obrutus remanſiſſet inter rudera ſenem monachum inveniunt ſanum, incolumemque. Percontantibus quomodò id factum, reſpondit ſenex: *Cum domus funditus fatiſcens ſuper me dilaberetur, ſubito quidam ſplendidus vir Monaſtica veſte indutus mihi adſtitit, ipſamque ruinam jam jamque ſuper me ruentem, meque opprimere minitantem, brachio ſuo ſuſtentans, incolumem, ut ipſi cernitis, conſervavit. Qui videlicet B. Benedictus fuiſſe creditur, qui & antea paternâ pietate dominicum gregem ſub ſuo magiſterio militantem ſua admonitione, & protectione eripuit, & ſenem fugere non valentem, manu ſolicitudinis ſuæ defendit.* Idem autem Victor pag. 99. de Johanne ejuſdem cœnobii monacho factum hoc mirabile narrat hiſce verbis: *Quidam etiam Frater in eodem monaſterio Joannes dicebatur, qui ætate, ac ægritudine preſſus, extremum vitæ Spiritum trahebat. Cum igitur quadam die aliqui ex Fratribus more ſolito decantaturi matutinas laudes veniſſent, ille eos voce qua potuit compeſcuit dicens: nolo, inquit, ut mihi canonicas horas amplius decantetis, quia dominus Abbas cum multis Fratribus albis veſtibus indutis, ad me modo gratiâ viſitandi venerunt, mihique matutinale officium decantantes, poſt paululum ſe huc venturos, meque ſecum aſſumpturos eſſe dixerunt. Dum itaque Fratres, qui ad eum venerant ad ejus viſionem intenti, & ſi vera eſſent quæ retulerat ſollicite præſtolarentur, poſt unius horæ ſpatium frater ille magnâ cum exultatione emiſit ſpiritum.* Ex quo animadvertere poſſumus B. patrem Benedictum fuiſſe, qui ei cum illa albatorum concione apparuit, cumque ſecum, ut promiſerat, aſſumpſiſſe. Hæc, quæ retuli, in quadam veteri paginula imperito ſatis ſtylo exarata reperi, noſtroque nunc aſſociare libello ſtudui.

Marinus II. hujuſmodi privilegium Balduino Abbati conceſſit, quod integrum ex regeſto Petri Diaconi p. 5. lubentiſſimè damus, nam pauca admodum hujus Pontificis ſuperſunt, ejuſque anni Pontificatus clare in obſcuriſſimis temporibus eruuntur.

Marinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto Filio Balduino venerabili Abbati monaſterii Chriſti confeſſoris Benedicti ſiti in monte qui Caſtrum Caſini vocatur Sanctæque tuæ congregationis ſucceſſoribuſque tuis in perpetuum. Convenit apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, & poſcencium animos alacri devocione implere ſuffragiis, ex hoc enim lucri potiſſimum premium a conditore omnium Deo proculdubio promeremur quando venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Igitur quia poſtulaſtis a nobis quatenus confirmaremus, & concederemus vobis monaſterium Chriſti confeſſoris B. Benedicti ſitum in monte caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſſe videtur cum omnibus rebus, adjacenciis ſive pertinenciis tam in monaſteriis virorum, quam & Ancillarum Dei, nec non

&

& cellis, ac prediis ubicumque vel qualitercumque ad jura ejuſdem monaſterii pertinere dinoſcitur omnia in integrum. Monaſterium vero in primis domini Salvatoris poſitum ad pedem ipſius montis, atque monaſterium S. Dei genitricis & virginis Mariæ qui Plumbarola vocatur; itemque & monaſterium S. Mariæ in Cingla, quod nunc infra civitatem Capuanam ædificatum eſt; imo & monaſterium S. Sophiæ quod infra civitatem Beneventanam ædificatum eſt; atque monaſterium S. Mariæ ſitum in finibus beneventanis in loco, qui dicitur Canneto juxta fluvium Trivium, necnon & monaſterium S. Mariæ intro civitatem Coſentiæ ancillarum dei, cum omnibus ut diximus rebus, & adjacentiis per diverſa locatam in finibus Beneventanis quam & in Apulum, & Calabritanis, quam etiam in finibus Marchiæ, nec non & in finibus Marſorum, ſive ubi ubi longe lateque per diverſis locis una cum colonis, & colonabus ſeu ſervis & ancillis utriuſque ſexus ad ejuſdem monaſterii jura pertinentibus, ita ut privilegiis ſedis Apoſtolicæ infulis decoretur, ut ſub juriſdictione ſancta noſtra, cui deo authore deſervimus eccleſiæ conſtitutum nullius alterius eccleſiæ juriſdictionibus ſummittatur. Pro qua re piis deſideriis faventes hac noſtra authoritate id quod expoſcitur effectui mancipamus, & ideo omnem cujuslibet eccleſiæ ſacerdotem in præfatis monaſteriis dicionem quamlibet habere vel auctoritatem preter Sedem Apoſtolicam prohibemus, itaut niſi ab Abbate monaſterii fuerit invitatus, nec miſſarum ibidem ſollemnitatem præſumat celebrare omnimodo, ſed a preſenti ſecunda indiccione irrevocabiliter in perpetuum ſtabilimus detinendum, & cum dei timore regendum, & diſponendum ſtatuentes inſuper Apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione, ſed & validis atque atrocioribus anathematis interdiccionibus, ut neque ullus unquam præſumat quiſpiam alius cujuſcumque ſit dignitatis præditus & poteſtatis, vel etiam quæcumque magna parvaque perſona in eodem monaſterio, vel ejus cauſis incumbere, aut de rebus, & poſſeſſionibus vel eccleſiis ſibi ſubiectis, vel quicquid denique ei pertinere videtur quoquo modo auferre aut alienare, ſed nec quamlibet malitia aut jacturæ moleſtiam ibidem ſive pacis, ſive barbarici temporis quoquo modo inferre dum profecto eum perenniter tam ut dictum eſt pacis, quam barbarici temporis firma ſtabilitate decernimus ſub juriſdictione ſancta noſtra eccleſiæ permanendum. Promulgamus nempe, & hac authoritate B. Petri Apoſtolorum principis coram deo, & terribili ejus futuro examine, & hujus noſtri Apoſtolici privilegii, atque conſtituti ſancimus, atque decernimus, ut loca quæ ab Abbate cujuslibet qui nobis in eodem præfato monaſterio S. Benedicti commutata vel conceſſa ſunt, necnon & alias locorum poſſeſſiones quæ a regibus, ac ducibus vel gaſtaldeis, & ceteris Chriſtianis in eodem Sancto loco largita atque oblata ſunt, aut in poſtmodum illic conceſſa fuerint firma ſtabilia, ac in jure ipſius prædicti monaſterii exiſtenda, atque in perpetuum permanenda ſtatuimus, nec licentia ſit ut dictum eſt ex ejus vel omnibus eidem monaſterio pertinentibus tamquam magna parvaque perſona auferre, aut profecto juxta id quod ſubrectus hiſdem venerabilis locus Apoſtolicis conſtituit atque privilegiis conſiſtit inconcuſſe dotandus permaneat, & liceat eiſdem Monachis de ſua congregacione Abbatem ſemper eligere. Etiam licentia vobis ſit pro confectione Chriſmæ vel oblatione, & ordinacione presbiterorum ſeu diaconorum, & ſubdiaconorum, & altaria conſecrandum qualem vobis placuerit epiſcopum invitandum. Hymnum vero Angelicum per dies dominicos & feſtibus omni tempore ad miſſarum ſollemniis dicendum concedimus, & liceat vobis ſignum pulſare tam in diurnis, quam in nocturnis horis quando vobis placuerit tam in jam dicto Monaſterio, quam & in cellis ejus, & nullus epiſcopus prohibeat populum Dei ingredi tam in monaſterio, quam & in cellis ſuis ad audiendum verbum dei. Inſuper etiam volumus ut nullus epiſcopus præſumat in jamdicto monaſterio, vel in ſubiectis ſuis eccleſiis ſacerdotes excommunicare vel ad ſynodum provocare, aut Abbatem, & monachos, qui ibidem in tempore fuerit liceat etiam vobis clericum, ſeu Sacerdotem vel Diaconum ſeu ſubdiaconum de qualicumque Epiſcopatu fuerit ſuſcipere ad habitandum, vel monachicum habitum recipiendum cum rebus ſuis abſque prohibitione omnium epiſcoporum, & liceat vobis, suorumque monachis ſibi ſubiectis judicare tam monaſterium virorum, & cœnobium puellarum abſque ſeculari poteſtate, & prohibicione cujuslibet epiſcopi; ſi quis autem quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit, & quæ a nobis ad laudem Dei proſtabilitate jamdicti monaſterii ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam tranſgredi, ſciat ſe niſi reſipuerit anathematis vinculis innodatum, & a regno Dei alienatum, & cum diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, & Juda Jeſu Chriſti domini noſtri traditore eterni incendii ſupplicio concremandus ſit deputatus. At vero qui pio intuitu obſervator & in omnibus extiterit cuſtodiens hujus noſtri Apoſtolici conſtituti & ad cultum dei reſpicientibus, benedictionis gratiam a miſericordiſſime domino Deo noſtro per intercessionem B. Benedicti multipliciter conſequatur, & vitæ eternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manum Leonis notarii, & regionarii, atque ſcriniarii S. Romanæ eccleſiæ in menſe Januario per Indiccionem ſupraſcriptam ſecundam. Benevalete. Data XII. Kal. Februarii per manum Benedicti epiſcopi Sanctæ Sylvæ Candidæ eccleſiæ, & bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ anno Deo propitio pontificatus domni noſtri Marini ſummi pontificis, & univerſalis ſecundi papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli ſecundo in menſe Januario Indictione ſecunda.

Baronius Anno 944. p. 750. privilegium ejuſdem Marini refert Monaſterio S. Vincentii ad Fontes Vulturni conceſſum, aitque: *Hic ad finem anni hujus deſcribemus unicum, quod extat monumentum, Marini Papæ nempe diploma hoc anno datum, continens privilegium conceſſum Monaſterio S. Vincentii ſuper Vulturni fontes.* Et in fine: *Hactenus diploma Marini, ex quo ſi non aliud certe exactam temporis ejus ſedis quiſque in tanta obſcuritate inveniet rationem.* Plures tamen in conſignanda privilegii noſtri ſubſcriptione hallucinati. Quos inter agmen ducit Ughellius Italiæ Sac. Tom. I. in deſcriptione Epiſcoporum Silvæ candidæ num. XII. dum ait: *Benedictus Sylvæcandidæ epiſcopus S. R. E. bibliothecarius anno 884: in privilegio Martini ſecundi conceſſo Monaſterio Caſſinenſi &c.* Haud reflectens in privilegio Marinum II. qui Martinus etiam III. eſt dictus, non Martinum II. nominari, atque illud conceſſum Balduino ab A. 943. Abbati Caſſinenſi, quo Marinus II. ſeu Martinus III. Pontificatum init. Errandi anſam tribuit Ughel-

Emendantur Ughellus & alii.

ghellius eruditiſſimo Joanni Ciampino in Catalogo bibliothecariorum S. Romanæ eccleſiæ pag. 19. ubi Ughellium laudat. Hoſce ſectatus eſt Lucentius in deſcriptione memorati Epiſcopatus, ſubditque: *Verum cum Marinus jam obiiſset XV. Kal. Februarii ejus anni, quomodo expediri potuit ejuſmodi diploma tertia poſt obitum die? Error igitur Amanuenſis vel in anno, vel in die deſcribenda.* Ipſe tamen, pace amiciſſimi Viri dixerim, lapſus eſt, & non ſatis attendens quo anno evaſerit Pontifex Martinus II., credididitque in corrigendis, addendis mutandis prope finem pag. I. hunc fuiſſe Marinum I. Gravius tamen labitur cum in deſcriptione Epiſcopatus Caſſinenſis col. 570. relato Marini privilegio ſubſcriptionem ſic recenſet: *Scriptum per manus Leonis notarii, & regionarii, atque Scriniarii S. R. E. in menſe Januarii per Indictionem ſecundam per manum V. epiſcopi S. Sylvacandidæ eccleſiæ, & bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ anno deo propitio pontificatus domini noſtri Marini ſummi pontificis, & univerſalis ſecundi in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli in menſe Januario, Indictione ſecunda.* Atque col. 572. ſubdit: *Inſurgit etiam ex hoc Marini diplomate non contemnenda conſideratio ejus qui tunc temporis Bibliothecarii vices geſſit, qui fuit Sylvacandidæ Epiſcopus per initialem litteram V. deſignatus:* & in addendis, & corrigendis habet: *De hoc V. ſeu Guidone habetur, quod diutius antea præceſſerit in ſede Sylvacandidæ fides habetur ex data privilegii Marini II. ad favorem Caſſinenſis cœnobii per manum V. epiſcopi S. Sylvæ candidæ eccleſiæ, & bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ Indictione ſecunda, quæ coincidit in annum 944. Diploma a nobis exſcribitur in ſerie Caſini col.* 570. cum in Petri regeſto Benedicti nomen manifeſto apparet. Nuceus in not. ad Lib. 1. Chron. Caſſ. cap. 56. credidit deeſſe in hoc privilegio epocham pontificatus Marini, quod apographo veteris regeſti Petri diaconi latinis litteris centum ab hinc circiter annis ſcripto ſit uſus, ubi II. Marini annus deerat, qui juſſu noſtro ſuppletus eſt. Cæterum in illo Langobardicis characteribus (uti vocant) exarato manifeſto exprimitur. Compendio refert hoc privilegium Mabillonius Annalium To. III. pag. 470., & ad verbum ſubſcriptionem refert, quæ tamen in pluribus errat, nam verbum *Epiſcopi*, immediate poſt Benedicti nomen; atque pro *univerſalis Papæ II. in Sacratiſſima Sede B. Petri*: reponendum ex regeſto noſtro: *Et univerſalis II. Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli II.* In noviſſima Ughelliana editione notatus a nobis error ſuperest, atque tantum Lucentii verba adnotantur: *Verum cum Marinus jam obiiſſet &c.* Sæpe itaque ſcriptorum vitio monumentum aliquod in dubium vertitur, quod authographum viſum non ſit.

III.

RES HOC SÆCULO IN COENOBIO CASSINENSI GESTÆ.

Saraceni debellat. ATenulfus Capuæ Comes, circa annum nongenteſimum Princeps Beneventanus evaſit, primuſque fuit qui Beneventi ſimul, Capuæque Princeps diceretur, ſuoſque ad poſteros per longum tempus duplicis Dynaſtiæ hæreditatem traduxerit. Cordi ſemper Atenulfo maxime fuerat Saracenorum ab ora Gariliani expulſio; quod ut obtineret, cum Gregorio Duce Neapolitano, atque Amalphitanis ſancito fœdere, conſtructoque ſupra Garilianum lintribus ponte ligneo barbaros adoritur. Cum vero cerneret, haud ſibi æquas ad eos debellandos vires ſuppetere, ab Leone Conſtantinopolitano Imperatore auxilia petiturum miſit Landolfum filium, qui dum humaniſſime ab Imperatore exceptus Conſtantinopoli verſaretur, accepto de patris obitu nuncio, Imperatori vale dicens Italiam repetiit, anno circiter 910. Haud immemor Italiæ rerum Leo Nicolaum Patritium cognomento Picingli, ſtrenuum, prudentemque virum cum magnâ militum manu ad Landulfum miſit, creatis etiam Patritiis, quæ tunc Dignitas magno in pretio habebatur, Gregorio Neapolitanorum, & Joanne Cajetanorum ducibus, qui beneficio grati, victum cum Saracenis fœdus irritarunt. Junctis itaque Nicolaus cum Landulfo, & Adenulfo Capuæ, & Guaimano Salerni Principibus copiis, adjectis etiam pluribus Apulis, Calabriſque militibus e regione Saracenorum juxta Gariliani ripas caſtra locavit. Ex alia fluminis parte Johannes X. Pontifex cum Alberico marchione magnoque exercitu occurrit; atque hoc modo per tres menſes Barbari dirâ obſidione preſſi, cum ſpes jam amplius nulla vitandæ mortis ſuppeteret, combuſtis theſauris omnibus quæ per tot jam annos in hac regione ſubripuerant, confeſtim magno facto impetu, per circumjacentes ſilvas monteſque dilapſi ſunt. Verum cum noſtri eos facile aſſecuti fuiſſent, omnes fere trucidantur anno 915. menſe auguſto, ſicque divina ope de Saracenis debellatum. Vid. Leo Oſtienſis cap. 50., & 52. a quo hæc eadem fere narrans in quibuſdam differt Luitprandus primum Papienſis Diaconus, deinde Cremonenſis Epiſcopus, illorumque temporum Author Hiſtoriæ ſuæ libro ſecundo cap. 14. quod hiſce verbis concludit: *Viſi ſunt autem a religioſis fidelibus in eodem bello Sanctiſſimi Apoſtoli Petrus, & Paulus, quorum precibus Chriſtianos credimus meruiſse quatenus Pœnos fugarent, & ipſi victoriam obtinerent.* nota; Fallitur tamen, dum aſſerit Saracenos in monte Gariliano caſtra ſua muniiſſe; nec enim nullus eâ in regione mons extat, qui Gariliani nomen obtineat. Corrigitur Luitprandus. V. Baronius Anno 915., & Pagius ad eum annum nu. 1., & 2., qui tamen etiam fallitur, dum ait: *Verum in uno tantum capite Leo Oſtienſis peccavit, in eo nempe quod Sarracenos ab arce montis Gariliani hoc anno a Chriſtianis deturbatos fuiſse ſcribat &c.* quem errorem ipſemet antea correxerat anno 897. nu. 9., quo anno nu. 14. hæc habet: nec non & Pagius. *Docibilis Dux Cajetæ fœdus cum Sarracenis percuſſit, atque Garilianum arcem ad Lirim amnem in finibus Campaniæ condidit, eamque illis ad habitandum conceſſit, ut captivos ſuos recuperare poſset. Quo nihil perniciosius Romanæ urbi contingere potuit; cum ibi annis ferme quadraginta conſtituti multum chriſtiani ſanguinis effuderint, inquit Leo Oſtien. lib. 1. cap. 43. quare cum anno CMXVI. ex eâ arce Sarraceni dejecti fuerint, ut anno CMXV. videbimus, arx illa anno DCCCLXXVI. non vero currenti ædificata, & ab eo anni illi quadraginta inchoandi &c.* In quo iterum lâbitur, nec enim arx, ſeu turris Gariliani a Docibili eo anno

con-

conſtructa eſt, ſed a Pandulfo Capuano principe, teſtante id inſcriptione Turri inſculpta.

Hanc quondam Terram vaſtavit gens Agarena.
Scandens hunc fluvium; fieri ne poſtea poſſit,
Princeps hanc turrim Pandulfus condidit heros,
Ut ſit ſtructori decus, & memorabile nomen.

Parcendum tamen extraneis, qui loca uon viſerint, de quibus ſit diſſerendum. Leo Oſtienſis de quibuſdam ea illis Saracenis, qui e Gariliano evaſerant, hæc ſcribit: *Saraceniſcum autem eâ de cauſa ipſum caſtellum nuncupari fama eſt, quod cum iidem Saraceni a facie noſtrorum tempore illo, quo de Gariliano eliminati ſunt, fuga dilapſi fuiſſent cæteris interemptis, aliquanti ex eis ad ipſum tandem locum pervenerint, ibique aliquandiu latitantes, prædas nonnullas a vicinis habitatoribus clanculo, ac ſi latrunculi abigebant. Quod cum a quodam captive illorum transfuga Soranis innotuiſset, eorum transfuga duce ad eorum latebras mane ſummo perveniunt, illoſque licet ſomnolentos adhuc conantes reſiſtere univerſos gladiis trucidarunt.*

Princeps Caſſinenſis Eccleſia inſtaurata ornataque.

Johannes Abbas principem Caſſinenſem eccleſiam renovavit ornavitque, potiſſimum Altare, ſub quo S. Benedicti corpus eſt reconditum, ut narrat Leo Oſtien. cap. 54.

Mala ab Unghariis Ditioni Caſſinati irrogata.

Anno circiter quarto Præfecturæ Adelperti Abbatis, Unghari, amœnitate Cyſtiberinæ Italiæ allecti, in eam magno impetu populabundi ingrediuntur, rebuſque omnibus circa Capuam, & Beueventum incenſis, vaſtatiſque, magnam hominum multitudinem captivos abduxere, quos inter plures fuere e ſubditis Caſſinenſis cœnobii, ad quos redimendos Adelpertus Abbas non minimam Caſſinenſis theſauri, Sacrorumque vaſorum partem impendit: dum vero læti, ovanteſque prædam agerent, atque provinciam Marſorum in Samnio ingreſſi, eadem in ea mala perpetrarent, ſtrenui Marſi, Pelignique coacto agmine eos adorti ſuperant, fereque debellant, rebus omnibus a Barbaris furtis ſublatis potiti, teſte Leone Oſtienſi cap. 55., & Baronio Anno 937., Pagi ad eum annum, qui etiam clades referunt ab Unghariis in Gallia, aliiſque locis patratas, & Mabillonio ad eundem annum T. III.

Quę habitationibus pene deſtituta, diligentia Migerni incolitur.

Quænam vero cœnobio Caſſinenſi ob Saracenorum, qui Gariliani commorabantur incurſiones obvenerint, ex Leone Marſicano diſcimus, qui lib. II. Chr. Caſſ. cap. 1. hæc refert: *Non tantum autem Monaſterium, ſed & cuncta in circuitu ipſius planities ita tunc erat Saracenorum infeſtatione deſtituta, ut rarus, immo fere nullus inveniretur, qui ſervis Dei ibi degentibus aliquod obſequium exhibere deberet. Super hæc præterea Teanenſes Comites uſque ad monticulum monaſterio proximum, qui Torocclus dicitur, res ejuſdem monaſterii invadendo pervenerant. Aquinenſes vero, quibus Adenulfus quidam cognomento Megalu in Caſtaldeum præerat ab ipſo fere Caſino, qui non integris duobus millibus a civitate S. Germani abeſt, totam, & ut vulgo loquar, Flumeticam cum univerſis adjacentiis retinebant. Cœpit igitur prudens Abbas monaſterii poſſeſſiones, quas antiquitus poſſederat ubique terrarum, & maxime contiguas quaſque & in vicinia poſitas ſolerter exquirere, & ab his, qui bellicis eas temporibus diripuerant, inventis, atque oſtenſis conceſſionibus, ac præceptis eorum, qui hic illas dudum tradiderant, conamine toto repetere. Sed cum videret, ſe nullis precibus, nullis rationibus irrationabilium latronum poſſe ad ea reſtituenda animos inclinare, Capuano Principi Landulfo ſuper iſta conqueritur. Quo cognito adverſarii, & ejus ſtudio, ac diligentia vehementer offenſi, cernentes, ſe eum illius ſollicitudine non poſſe quieſcere, meditabantur in dies, qualiter, vel eum capere, vel certe illi moleſtias, quas poſſent, inferrent. Agebantur autem hæc omnia nutu, ac diſpoſitione Dei, qui ejus captionem, ac dedecorationem ad loci hujus providebat fieri reſtaurationem. Cum igitur quadam die in conſtruenda rocca, quæ Janula nuncupatur, & eccleſia B. Germani deſuper imminet, operam daret, ſubito præfatus Adenulfus, qui & Megalu, cum militibus aliquot ſuperveniens, eundem Abbatem vi cepit, atque Aquinum veluti prædam maximam aſportavit. Ibi vero in ſpectaculo publico urſino illum tergore veſtiens, canes ei undique, ſicut revera urſo ad circumlatrandum immiſit, & injuriis plurimis virum honorabilem vir nequiſſimus dehoneſtavit. His prædictus Princeps auditis, & plurimum ſuper tanti viri tante dedecore indignatus, mandat protinus Adenulfo, ut Capuam vadat, coramque legali judicio Abbati juſtitiam faciat. Ille vero proſpiciens ſe legaliter ob hoc morti debere ſuccumbere, rebellare magis elegit, & de Aquinenſi ſatis munitione confidens, ad Principis curiam ire contempſit.*

Et cap. 2. ait: *Princeps itaque tam ſuam, & Abbatis ultum ire injuriam ſtatuens, Aquinum venit, ejuſque Prætorium, in quo præfatus rebellio ſe muniverat, obſidione ac machinis circumdedit. Videns igitur Adenulfus ſe non poſſe Principis manus evadere, funem in collum ſuum miſit, & per manus conjugis ſuæ ad Principis pedes ſe trahi præcepit. Quo facto ſtatim eum Princeps, ita ut erat ligatum, Abbati cum omnibus ſuis deliberavit, ut tam de ipſo, quam & de omnibus rebus ipſius quicquid vellet efficeret. Ita Adenulfus cernens ſe captivum in poteſtatem captivi ſui juſto judicio Dei veniſſe, mox cartulam renunciationis de univerſis quas retinuerat Monaſterii poſſeſſionibus, ſponte ſatis, ac libentiſſime faciens in manibus Abbatis remiſit, ſicque poſt hæc cum omnibus ſuis libertati propria ab eodem Abbate gratuito reſtitutus eſt. Atque tali occaſione res ſuas jam dudum invaſas, pater Benedictus paulatim recuperare ac recipere cœpit. Namque non multo poſt Teanenſes quoque Comites divinitus tacti, ſimilia de his, quæ ſibi retinebant renuntiationis ſcripta eidem Abbati fecerunt &c.*

Cum vero Leo ait, Aligernum roccam Janulæ conſtruaiſſe, in privilegio principum Paldulfi & Landulfi eidem Aligerno conceſſo legitur ædificaſſe, *ipſum Caſtellum Janulæ*; ubi in notis ad hoc privilegium demonſtravimus, caſtelli nomen parvum olim oppidum ſignificaſſe; eoque in ſenſu pluries ab eodem Leone uſurpatum, potiſſimum cap. 74. lib. 2. Chronici Caſſinenſis; & fortaſſis Roccæ nomen idem apud Leonem ſignificat, nempe locum habitatum in montis crepidine poſitum, quare Leo non dixerit ab Aligerno fortalitium aliquod arcemq; conſtructam, ſed oppidum, ad quod incolæ vocarentur, quibus tunc ob Saracenorum incurſiones deſtituta remanſerat ditio Caſſinenſis. Accedit quod ad fortalitium ædificandum maxima impendi deduiſſet pecunia, nullo incolarum

bono pacatis jam rebus. Certe in præſentiarum etiam plura nobis contermina oppida in crepidine montium poſita roccæ nomine donantur, puta Rocca Monſine, Rocca Sicca, Rocca Romana, Rocca Evandri, Rocca Guglielmi &c.

Porro Saracenorum incurſiones adeo ditionis Caſſinenſis indigenas perterruerant, ut iis omnino deſtituta remanſerit: quare prudens, induſtriuſque Aligernus, evocatis undequaque colonis territorium illis cœnobii Caſſinenſis ea lege conceſſit, ut illud colerent, perſolverentque quotannis Monaſterio noſtro ſeptimam partem collecti tritici, hordei, milii, tertiam vini, omniumque frugum; quam etiam legem cum iis veteribus colonis ſanxit: qua ratione, brevi ditio Caſſinenſis coli omnis cœpit. Ædificavit vero Aligernus præter oppidum Janulæ, quod deinde S. Germani eſt dictum, oppidum S. Angeli, atque turrim in S. Georgio, ut ex recenſito Pandulfi, & Landulfi privilegio hiſce verbis conſtat: *Ipſe caſtella, & turres, quæ in hæreditate præfati monaſterii uſque modo conſtructa fuerunt, vel quod adhuc in antea conſtructa fuerint, ideſt ipſum caſtellum de Janule, & caſtellum de S. Angelo ad Judice, & ipſa turre de ſanctum Giorgium, ut amodo & in perpetuis temporibus firmiter, ac ſecuriter pars prædicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus &c. haberent, & poſſiderent ipſas caſtellas, & turres, quæ in hæreditate jam facti monaſterii uſque modo conſtructæ fuerunt, vel in antea conſtructa fuerint, ad tenendum, & dominandum, & ordinandum, & regendum pars præfati monaſterii, qualiter eorum placuerit, ut nullam dominationem in eadem caſtellis, & turris haberemus nos, aut ſucceſſoribus noſtris, vel quiſcumque pro parte noſtri publici, &c. cujus petitionem exaudientes &c.*

Conjectamus autem deinde Aligernum plura alia oppida conſtruxiſſe. In præſentiarum etiam in univerſo oppidorum S. Angeli, Terrocculi, Cervarii, Vandræ, & S. Andreæ Territorio coloni, ſeptimam partem tritici, hordei, quarumdamque frugum cœnobio noſtro perſolvunt; in aliis vero oppidorum ditionis noſtræ territoriis, paucis ad modum exceptis, decimas tritici, aliarumq; frugum perſolvunt prædiorum poſſeſſores, ſive indigenæ illi ſint, ſive alienigenæ; immo quibuſdam in locis decimæ quoque muſti perſolvuntur. Verum de decimis alibi fuſius.

Privilegium a Johanne XV Caſſinatibus conc. ſſū.

Leo Oſtienſis in Prologo ad II. librum Chronici Caſſinenſis de iis privilegiis loquens, quæ a ſummis Pontificibus Aligerno conceſſa ſunt, inquit: *Inter quæ quintus decimus Papa Joannes ad honorem & reverentiam hujus loci, hoc in ſuo privilegio ſuper cæteros auctoritate Apoſtolica addidit, interdicens omnibus epiſcopis, ut nulli liceret ab univerſis populis huic Monaſterio ſubiectis, vel ab omnibus ubique terrarum ſibi pertinentibus eccleſiis, decimas vivorum, aut defunctorum oblationes per quamlibet occaſionem auferre.*

Manſo A bb. impie excæcatur.

Indigniſſimum hoc tempore facinus contra Manſonem Caſſinenſem Abbatem molitus eſt Albericus Marſorum Comitis filius, ejuſque eccleſiæ epiſcopus. Hic cum Guiniſium nothum ſuum malis artibus in ſuam cathedram intruſum, Abbatem etiam Caſſinenſem conſtituere vellet pſeudo quorundam monachorum, atque Capuanorum civium præſidio, quibus pecuniam promiſerat, ſi Abbatis oculos ad ſe perferrent, Manſonem excæcat, per fraudem ad Capuanum monaſterium adductum. At Dei vindicis judicio eodem die XVIII. Kal. Decembris, & hora ſceleratam emiſit animam Albericus. Videatur Petrus Damiani epiſtola 8. lib. 4. ad Mainardum epiſcopum Eugubinum. Hinc vitæ S. Nili Author corrigendus, qui aliam de Manſonis obcæcatione cauſam comminiſcitur. Fuſius ſceleſtiſſimum facinus narrans Leo Oſtienſis cap. 11. addit: *Ex his autem nuntiis, quos in tantum ſcelus jam dictus pſeudo Epiſcopus deſtinaverat, unum Andream nomine presbyterum ego ipſe cum adhuc eſſem puerulus, vix ſeſe in lecto movere valentem, recolo me vidiſſe, qui ultra centenariam jam vivens ætatem hæc omnia ſeriatim avunculo meo ſanctæ memoriæ Johanni Sorano epiſcopo quotiens interrogabatur, cum lacrymis confiteri ſolebat, ne quis forte exiſtimet fabuloſum, &c.* Vid. Mabillonius tom. IV. Annalium pag. 103. Baronius ad Ann. 995.

I V.

VIRI SANCTITATE ILLUSTRES.

SS. Guinizo, & Januarius florent vitæ ſanctimonia.

Floruerunt hoc Sæculo S. Guinizzo, & Januarius ejus diſcipulus, quorum admiranda quædam opera narrat Victor III. lib. 1. Dialogorum pag. 20., & ſeqq. Quæ inter Guinizzonis animam in cœlum abeuntem, viſam a Dei famulo Beneventi commorante. Januarius ejus diſcipulus miræ abſtinentiæ, atque obedientiæ vir fuit, atque ignitum ferrum illæſis manibus mire tenere meruit. Eorum vitam refert Petrus Diaconus de ortu, & vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 29. quod idem Petrus teſtatur Chron. Caſſ. lib. 3. cap. 48., aliiſque in locis. Hæc eadem eſt edita a ſociis Bollandianis tom. VI. Maii pag. 449. Vid. Mabillon. Sæc VI. part. II. pag. 620., & ſeqq. Martyrologium Wionis, & Menardi die 26. Maii, & Martyrologium Bucellini die 25. Februarii, quo die inter prætermiſſos eorum meminit Bollandus. Duo hi Sancti culti fuere ſemper apud Caſſinates ab immemorabili, cui nil unqoam obiectum a quoquam ſit, eorumque corpora modo ſub ara ſacelli in eorum honorem dicati humata ſunt de ſub ara maxima extracta, ubi anno 1626. reperta cum hac inſcriptione capſulæ inſculpta fuere. *Reliquiæ Sanctorum Guinizonis, & Januarii a Sancto Nicolao de Ciconia ad monaſterium Caſſinenſe translata tempore Urbani Papæ ſexti.* Eccleſia S. Nicolai de Ciconia paulo amplius unu lapide a ſacro Caſſinenſi monaſterio abeſt.

Et Joannes Abbas.

Wion in ſuo Martyrologio ad diem 31. Martii habet: *Caſini S. Johannis Abbatis.* In notis vero demonſtrat Johannem hunc fuiſſe vigeſimum tertium Abbatem Caſſinenſem, natione Capuanum, qui eo die obierit, ut aſſerit Leo Oſtienſis cap. 54. lib. 1. Chron. Caſſinen. Fallitur tamen dum ait, de hoc Johanne actum a Petro Diacono, de Ortu, & vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 33. ibi enim de Johanne Beneventano agitur; neque ullibi toto illo opuſculo Petrus Johannis Capuani meminit.

Corrigitur Marus.

Hallucinatur etiam Marus in notis ad cap. 15. Petri Diaconi de Viris Ill. Caſſ., qui aſſerit, Petrum Diaconum cap. 36. libelli de Ortu & Vita Juſto-

rum

Digitized by Google

rum Caſſinenſium de hoc Johanne agere, cum ibi de Felice Monacho diſſerat, & capite antecedenti de ſecundo Johanne Abbate Caſſinenſi. De Johanne Capuano Leo cap. 53. lib. 1. hæc habet: *Hic nobilium Capuanorum ortus familia ......: religioſis valde, & honeſtis moribus præditus* fuit. De eo agit Mabillonius Sæc. V. pag. 116. & ſeqq., ubi prudenter ei nomen tantum venerabilis attribuit, & Annal. Tom. III. pag. 350. & ſeqq.

Aligernus. De venerabili Aligerno laudatus S. Nili Vitæ Author cum loquitur de Capuanis Principibus hæc habet: *Tunc vocato ad ſeſe S. Benedicti Præpoſito Montis Caſſini* (*Sanctiſſimus hic erat Aligernus*) *injunxerunt &c.* Et paulo inferius: *Cum & ipſe viciſſim* (Sermo eſt de S. Nili adventu in Monaſterium Caſſinenſe) *ad miratus eſſet egregiam illorum diſciplinam, & bene ordinatam vivendi normam, collaudaſſetque inſtituta eorum pluſquam noſtra, &c.* Et infra *defuncto celeberrimo Aligerno qui bene ſanctèque adminiſtraverat monaſterium S. Benedicti &c.* Leo vero Oſtien. cap. 60. lib. 1. hæc ſcribit. *Poſt tranſitum igitur ſupradicti Abbatis*, (ſcilicet Majelpoti) *cum conveniſſent in Capitulo Monaſterii Capuani domnus Adelbertus egregius præſul eccleſiæ Capuanæ, & domnus Ardericus epiſcopus, Leo quoque venerabilis Abbas S. Martyris Chriſti Vincentii, nec non & nobiliſſimi judices prædictæ civitatis, Arech s, & Sadelfrid; & Atenulfus Caſtaldeus VIII. Kal. Novembris omnibus unanimiter annuentibus atque laudantibus, electus eſt ab univerſis Fratribus, cum maximo gaudio, atque lætitiâ in Abbatem domnus Aligernus præpoſitus tunc monaſterii hujus, vir venerabilis, & valde honeſtus, & tam divinâ, quam ſæcularis prudentia præditus.* Et cap. 3. lib. 2. *Interea, & habitacula nonnulla ejuſdem loci* (Cœnobii Caſſinenſis) *reſtaurans ac ſi alter Petronax, cœpit* nota. *juxta tenorem regulæ & priſcam monaſterii conſuetudinem cum Fratribus converſari.* De egregiis Aligerni geſtis agit laudatus Leo a cap. 1. lib. 2. ad totum undecimum, & Petrus Diaconus de ortu, & vita Juſt. Caſſ. cap. 28. ubi ait: *Hujus igitur corpus inde Deſiderius Abbas elevans in muro eccleſiæ S. Benedicti, juxta altarium S. Dei genitricis Mariæ reverenter locavit.* De eo agit etiam Mabillonius Sæc. V. pag. 645. & ſeqq., & Annal Tom. III. pag. 500. & ſeqq., ubi hæc de Haligerno habet: *Electus eſt hoc anno* (ſcilicet 949.) *Aligernus Abbas VIII. Kal. Novembris magnum ejus ſæculi lumen, qui ſacro monti priſtinum honorem, ac cultum reſtituit &c.* Vid. pag. 662. ibidem.

Johannes alter. Johannes II. Abbas viceſimus nonus Sacri Cœnobii Caſſinenſis, uno tantum anno adminiſtrata præfectura in ordinem ſeſe redegit, ut narrat Victor III. Dialogorum libro II. pag. 58. ubi religioſiſſimum virum eum appellat, ſubditque: *Quia idem Abbas corpore jam debilis erat, atque pondus tanti oneris ferre nequibat, Abbatia relicta, in vicinam ſylvam receſſit, atque ibi uſque ad vitæ ſuæ terminum ſolitarius degens in omnipotentis Dei ſervitio vitam finivit.* Et pag. 75. hæc addit: *Johannes admodum religioſus Monachus, & Sacerdos, cujus ſuperius mentionem feci, qui relicto regimine Monaſterii ad eremi ſecreta ſe contulit, in hac vicina Sylva, uſque ad extremum vitæ ſuæ terminum ſolitarius manſit, ibique jejuniis, vigiliis, ac orationibus operam dans, ſtuduit omnipotenti Domino ſollicitâ mente ſervire. Hic vero cum temporibus Theobaldi Abbatis ex hac luce migraſſet, Monachus quidam Johannes nomine in monaſterio B. Laurentii martyris, quod apud Capuam ſitum eſt, ſtudioſiſſime in Dei ſervitio converſabatur: qui dum quadam nocte, antequam Fratres ad vigilias ſurgerent de lectulo more ſolito omnipotentem Dominum precaturus, ſurrexiſſet, dum attenta mente ſtans, miſericordem dominum precaretur, ſubito reſpiciens clariſſimam lucem in aere, & intra ipſam venerabilis viri Johannis animam cœlum penetrare conſpexit &c.* Cumque de mortis ipſius hora diligenter quæſitum eſſet, inventum eſt eadem prorſus hora obiiſſe, qua hæc viſio apparuerat, eodem Victore teſte. De hoc Johanne agit Leo Oſtienſis cap. 20. dum ait: *Ipſe vero Abbatia relictâ proximam heremum in loco, qui hodie Peretum appellatur, cum quinque Fratribus ſeceſſit, ibique in honorem Sanctorum Coſmæ, & Damiani, parvulâ conſtructâ Eccleſia ſolitarius quodammodo degens in ſpiritualibus operibus reliquum vitæ ſuæ tempus exegit &c.* & cap. 21. viſionem memoratam narrat. Vid. Petrus Diaconus de ortu, & Vita Juſt. Caſſ. cap. 34. Martyrologium Monaſt. Wionis, & Menardi ad diem 14. Martii; Mabillonius Sæc. VI. part. 1. pag. 96. & ſeqq., & Annal. tom. IV. pag. 116. Johannes Heremum annos minimum vigintiquinque incoluerit neceſſe eſt, cum ſub Theobaldi Abbatis præfectura, quam hic anno 1022. iniit, ſenex jam capularis obierit teſte Leone Oſtien. cap. 42. lib. 2.

De Joanne III. Abbate triceſimo cœnobii Caſſinenſis, qui anno 997. inauguratus eſt, diſſerens Victor. III. lib. II. Dialog. pag. 50. ait: *Cum adhuc eſſem laicus, & intra annos adoleſcentiæ ætatem ducerem, quæ a multis in Beneventana civitate degens audivi, de Johanne tunc ejuſdem Beneventanæ eccleſiæ Archidiacono poſtmodum vero hujus ſacri cœnobii Abbate, ſilenter non tranſibo. Cum idem Johannes de illuſtri proſapia originem duceret, & quod majus eſt, religioſe vivens omnipotenti Domino omnimodo placere ſtuderet, ita a clero, & populo diligebatur, ut omnes ei unanimiter poſt mortem Archiepiſcopi ejuſdem urbis ſummum ſacerdotium peroptarent &c.* Narrat deinde eum Monachum Caſſinenſem evaſiſſe, atque pag. 53. ſubdit: *Cum igitur idem Johannes aliquantos in monaſterio ſanctæ inſtitutionis Regulæ explesſet annos, petitâ ab Abbate ſuo licentiâ, Hieroſolymam perrexit, atque in Sinai monte per ſex continuos in Dei ſervitio degit annos. Poſtmodum vero in Græcia, in monte, qui Ha gionoros dicitur, aliquanto tempore manſit. Sed ea, quæ illo in loco eum vidiſse contigit, haud quaquam mihi videntur reticenda &c.* & pag. 57. inquit: *Poſt non multos vero dies beatiſſimus pater Benedictus eidem Joanni per viſionem apparuit, & dans ei paſtoralem virgam, quam manu geſtabat, ut Caſinum ad ſuum monaſterium quantocyus reverteretur admonuit.* Johannes III.

Facto itaque mane, Abbati ipſius monaſterii religioſo ſcilicet viro, viſionem, quam viderat, per ordinem pandit. At ille, ut erat vir providus, atque diſcretus voluntatem Dei in hac viſione cognoſcens intulit dicens: Frater Joannes celeriter ad tuum monaſterium reverti feſtina, ne tanto patri, qui ſibi per viſionem apparuit eſſe inobediens videaris; decrevit enim, ut mihi videtur, omnipotens Deus, te

ſuo gregi proponere, & ut ſuas fideliter paſcas oves, ſua miſeratione elegiſse. Ille igitur viſioni, & admonitioni obtemperans tranſmarina relinquens urva, Chriſto duce reverſus eſt, atque a religioſiſſimo viro Johanne, qui tunc Fratribus praerat, prapoſitus factus non multo poſt tempore, (quia idem Abbas corpore jam debilis erat, atque pondus tanti oneris ferre nequibat) conſilio & electione cunctorum Fratrum, ab eodem venerabili patre Abbas eſt ordinatus, &c. Agit de hoc Johanoe Leo Oſtienſis a cap. 22. ad totum caput 28. Petrus Diaconus de vita, & obitu Juſtorom Caſſinen. cap. 33. Mabillonius Sæc. VI. Part. I. pag. 97. & ſeqq.& Annal. T. IV. P.116. & ſeq. & p. 217.

Gregorius monachus. De Gregorio monacho Victor III. lib. 2. Dial. p. 63. hæc narrat: *Gregorius quidam ſumma Religionis monachus in hoc cœnobio dictus eſt, qui, ſicut a pleriſq; hujus loci Fratribus audiſse me reminiſcor, dum in præſenti vita moratus eſt, ſub monaſtica diſciplina regula omnipotenti Domino ſtuduit ſtrenuiſſime deſervire. Cumque expleto vitæ termino, ex hoc mundo migraſſet, tanta odoris fragantia de loco in quo exanimis jacebat, emanavit, ut omne ſubito monaſterium illius odoris ſuavitas, quaſi unius angulum domatis mirifice reſperſerit. Et dum omnes odoris illius ineffabili quadam ſuavitate recreati mirarentur, ac quid eſset omnino neſcirent, nuncius repente ab infirmorum domo properans venit, qui Gregorium Monachum obiiſse retulit. Voluit itaque omnipotens Deus oſtendere, quanti meriti iſte vir fuerit, cujus egrediente anima, tam mirifico odore cœnobium omne repleverit.* Hoc idem miraculum re-
1 fert Petrus Diaconus cap. 51. lib. 3. Chron. Caſſ. & cap. 42. de ortu, & Vita Juſt. Caſſ. Mabillonius Sæc. VI. Part. 1. p. 103. ubi admonet perperam hunc Gregoriom a Leone Marſicano (ſatius a Petro Diacono dixiſſet, qoi Chronicon Caſſineuſe a cap. 35. lib. 3. ad totum librum IV. continuavit) tempore Deſiderii alias Victoris III. collocari, qoi teſtatur, Gregorii ſe aliorumqoe quorundam geſta ab aliis audiviſſe, cum ſatis conſtat, Deſiderium evaſiſſe monachum A. circiter 1056. Wion, & Menardus hunc Gregorium in appendice ad Martyrologium monaſticum Sanctum appellant; falluntur vero dum ab eo illum diſtinguunt, cujus meminit Petros Diacoous laudatis locis. Alterius etiam Gregorii meminit Victor III. de quo infra. *Alter quidam* (verba ſunt Victoris III. laudato li-
Angelus. bro p. 64.) *Ut Fratres, qui adhuc ſuperſunt, referunt, Angelus in hoc monaſterio Monachus dictus eſt, cujus profecto vita nemini diſſimilis non fuit. Qui dum infirmitate tactus corporis ultimum diem clauſiſset, Dæmoniacus quidam forte in coquinam intraverat, & ecce ſubito cœpit ſtrepere, ac ſe furibundus a terra diſſiliens in aera elevare, magniſque vocibus clamans, cum ſe a Benedicto perpeti conquerebatur, dicens: O quid nunc mihi modo Benedictus fecit, animum Angeli monachi ob parvum Cucullum, quod geſtavit in capite, mihi auferens, ſecum detulit. Cumque omnes, qui aderant ad verba illius ſtupefacti intenderent, & quid diceret ignorarent, repente ſignum quo Fratrum obitus ſignificari ſolet, inſonuit: ſtatimque Fratres omnes feſtinanter ad domum infirmorum pergunt, & Angelum Monachum jam defunctum reperiunt. Qua de re aperte monſtratum eſt, quod animam illius in aliquo nocere non potuit, de cujus morte coram Fratribus tam triſtem, tam lugubrem ſe antiquus hoſtis oſtendit.* Eadem narrat Petrus Diaconus lib. III. Chron. Caſſ. cap. 43. & cap. 37. de Vita, & obit. Juſt. Caſſ. Mabillonius laud. loc. p. 104. Wion, & Menardus in Appendice ad martyrologium monaſticom.

Johannes Venetus. Johannis etiam Veneti virtutes mortemque pretioſam hiſce verbis idem Victor deſcribit laud. loco p. 70. *Alter quidam in jam dicto noſtro monaſterio, Johannes veneticus dictus eſt miræ patientiæ, obedientiæ, ac humilitatis Monachus, qui quanti meriti apud Jeſum Chriſtum dominum fuerit ſuum poſt obitum manifeſtiſſime claruit. Cum quidam Frater, cujus nomen a memoria excidit, caſu in inguine crepuiſset, ita ut interiora ejus, membrana diſrupta, inter carnem, & corium dilaberentur, ſepulchrum ipſius adiit, ac ſe ſuper illud proſternens, lachrymis gemitibuſque, ut pro ſe Dominum precaretur, ex intimo cordis poſtulabat affectu: procul dubio credens, ejus meritis ſe poſſe ſanitatem recipere, qui in hac vita poſitus omnipotenti Domino totis viribus ſtuduit deſervire. Cum igitur aliquantulum ſuper ſepulchrum ejus orans incubuiſset, ita reſtitutus eſt ſanitati, ut languoris priſtini nec ullum in eo quidem indicium remanſiſse videretur.* Eadem fere ad verbum narrat Petrus Diaconus de Ortu, & Vita Juſtorum Caſſ. cap. 39. obi non ait hunc Johannem fuiſſe S. Ro-
Emendantur Wion, & alii. mualdi diſcipulum; quare hallucinantur Wion, & Menardus, qui in Appendice ad Martyrologium Monaſticum aſſerunt a Petro Diacono io eo capite de Johanne Gradenico agi. Nam de eo capite tantum 54. diſſerit, eademque refert, quæ Petrus Damiani, cujus verba retulimus cum de diſciplina monaſtica. In fine vero cap. 54. Petrus ait: *Poſt vero ejus obitum nonnulla per eum ibi divinitus facta miracula ſunt.* Wion nedum Menardo, verum eruditiſſimo quoque Goidoni Grandi Abbati Camaldulenſi impoſuit, quare in Diſſert. II. Camald. p. 140., & ſeqq. utrumq; hunc Johannem diſcipulum S. Romualdi conſtituit, aſſeritque de Johanne monacho Caſſinate ea ſcribere Petrum Damiani, quæ de Johanne Gradenico S. Romualdi diſcipulo narrat. Neque opinioni eroditiſſimi Grandi adſtipulari aliquid poſſunt Mabillonii verba ſæculo V. in adnotationibus præviis ad vitam B. Petri Orſeoli p. 878. cum de Olibano loquens ait: *Is ipſe Oliba eſt Olibani comitis Biſuldunenſis filius, quem Petri Ducis encomiaſtes patriæ patrem appellat. Romualdus vero Petri Ducis exemplo ad monaſticen amplectendam cum exhortatus abduxit in Italiam, unde cum Johanne Gradenico redux, non apud Rivipullenſes, ſed in Coxanenſi cœnobio, ubi primum religionis amorem hauſerat, monachus vixit.* Is enim melius perpenſo S. Petri Damiani teſtimonio ſententiam ſuam retractavit faſſus Ann. Tom. IV. p. 12. & ſeqq. Johannem Gradenicum Caſſini obiiſſe; atque in pluribus ejuſdem tomi locis de Oliba primum Abbate, deinde epiſcopo Auſonenſi agens, nunquam ait hunc fuiſſe a S. Romualdo ad meliorem frugem converſum; imo diverſos inter ſeſe duos hoſce Olibanos fuiſſe oſtendit, dum monachatum Olibani apud Caſſinenſes A. 982. collocat laudato loco, ut fatetur etiam Grandi in cit. Diſſert. pag. 126. Oliba vero Epiſcopus obiit ann. 1047. eodem Mabillonio teſte ibid. p. 489.

p. 489. quare haud veriſimile videtur, Olibanum monachum Caſſioarem annos poſt converſionem ſexagintaquinque ſupervixiſſe: atque T. III. Annal. p. 653. de Olibano hæc dixerat: *Omnibus abdicatis ad montem Caſinum ſpecie peregrinationis profectus, illic ſe divinis obſequiis in perpetuum mancipavit.* Non potuit itaque clarioribus verbis Mabillonius incaute prolatam olim ſententiam retractare. Quod clarius adhuc ex Marca Hiſpanica Cl. V. Petri de Marca evadit, in qua de Oliba, ſeu Olibano patre Olivæ, ſeu Olibani Epiſcopi Auſonenſis, & Abbatis Rivipollenſis eſt ſermo p. 388. 414. Ibi quippe oſtenditur, Olibam Cabretam Comitem Biſuldunenſem, & Cerritanienſem anno 990. mortuum tres filios poſt ſe reliquiſſe, quorum prior Bernardus ei in Comitatu ſucceſſerit, alter Oliba epiſcopus Auſonenſis fuit, tertius Guifredus Cerritaniæ Comes; at Oliba, de quo Mabillonius in obſervationibus prævis nunquam Comes, ſed Abbas, & Epiſcopus fuit. Noſter e contrario Olibanus Comes erat. In laudata Marca eruditiſſimi Petri de Marca p. 430. demonſtratur præterea Bernardum & Olibam fratres A. 1019. inter vivos fuiſſe, atq; Bernardi mors p. 431., 1024., & 1025. anno inſequenti ponitur ſexto Kal. Octobris, Olibæ vero Epiſcopi A. 1047. V. p. 869., 1009. 1013. 1024. 1025. 1050., & 1297. Marcæ Hiſpanicæ, ubi inter alia refert Author Hiſtoriæ monaſterii Rivipollenſis Olibam, ſeu Olivam, ſeu Olibanum filium comitis Biſuldunenſis, evaſiſſe monachum ſub Seniofredo Abbate, qui circa A. 982. Abbas Rivipollenſis eſt inauguratus, ut ex privilegio conſtat pag. 929., ibi relato initio regiminis ſui A. 982. a Lothario Rege illi conceſſu. Hic Oliba deinde, eodem Hiſtorico Rivipollenſium teſte, Abbas Rivipollenſis evaſit, deinde Coxanenſis, ac poſtremo Epiſcopus Auſonenſis. Neq; Olibanus Caſſinenſis monachus idem eſſe potuit cum Olibano Comite Biſuldunenſi & Cerritanienſi filio Miri Comitis Barcinonenſis, & patre Bernardi, & Olibæ Epiſcopi; hic enim, ut referunt geſta Comitum Barcinonentium in Marca Hiſpanica p. 541. cap. 4., & 5. anno 929. quo ejus pater Mirus obiit, nondum adultus erat, atque circa annum 950. Principatum moderari cœpit ad A. 990., quo Bernardus ejus filius illi ſucceſſit, ut conſtat ex cap. 10. laudati operis de geſtis Comitum Barcinonenſium, aliiſque ex locis Marcæ Hiſpanicæ; in qua nunquam aſſeritur Olibanum S. Romualdi ſuaſione monachum evaſiſſe. Tandem de noſtro Olibano Leo Oſtienſis author pene ſuppar, ait cap. 19. *Ita ad nos adveniſſe ut ipſe nunquam de cætero progreſſus a monte Caſino eſſet.*

In laudata etiam Diſſertatione eadem pagina Grandi ſcribit, Johannem Gradenicum ex Gallia Venetias conceſſiſſe ad S. Georgium majorem, cujus cœnobii abbas evaſerit poſt S. Johannem Moroſinum primum ejus loci Abbatem. Quibus rebus, ut fidem conciliet, addit: *Ut ex monumentis Archivii S. Gregorii Majoris Venetiarum notat Arnoldus Wion in martyrologio monaſtico ad diem 24. Septembris &c.* Ne muſſitat tamen hac de re Wion, ut diligentiſſima ejus loci inſpectione comperimus.

Azzo etiam quidam, teſte Victore III. p. 66. laudati libri, *religioſa ſatis vita Monachus fuit, qui eccleſiam B. Michaelis Archangeli in valle, quæ dicitur*

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Regis, a Ludovico Chriſtianiſſimo Imperatore mirifico opere conſtructam, poſtmodum vero a Sarracenis deſtructam, omni cum ſtudio reſtauravit, ibique Fratres ad omnipotentis Dei ſervitium, prout potuit, congregavit. Cumque ibidem in ſervitio Dei compleſſet annos, ultimam jam pene agens ætatem, ad Monaſterium noſtrum, & quo ab Abbate ſuo miſſus fuerat, eſt reverſus. Qui ſenio, morboque confectus in domo infirmorum in lectulo jacens, extremum vitæ ſpiritum jam moriturus trahebat, multique e Fratribus excubantes circa lectum ipſius hymnis, & pſalmis vacantes, ejus exitum expectabant. Quidam vero Frater, qui adhuc ſupereſt, & nobiſcum in monaſterio converſatur, tunc juvenis, nunc autem ætate moribuſq; grandævus, in dormitorio cum cæteris Fratribus quieſcebat: cum ecce, ſubito nocte intempeſta reſpiciens vidit per viſionem B. Michaelem Archangelum, cujus vultum, picturâ eum docente, cognoverat, per dormitorium venientem: cujus alter Angelus veſtigia ſubſequens, paulo longius gradiebatur: quem intuens dixit: Domine nonne tu es B. Michael Archangelus? Et ille: Ego ſum utique. At ille: Quo tendis, inquit, Domine? Ad domum, inquit, infirmorum, ut Fratrem Azzonem mecum aſſumam, quia jam tempus eſt, pergo. Et his dictis, viſio, quam videbat diſparuit. Qui ſtatim evigilans ſurrexit, & feſtinanter ad Domum infirmorum perrexit, Fratremque Azzonem e corpore animam jam exalaſſe invenit. Qua de re aperte datur intelligi, quod idem B. Michael eum ſecum detulerit, qui ad aſſumendum eum ſe veniſſe teſtatus eſt. Eadem fere narrat Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 34. Petrus Diaconus de vita, & obitu Juſtor. Caſſ. cap. 38. non vero cap. 61. ut aſſerit Wion, & ex eo Menardus in appendice ad Martyrologium Monaſticum, ubi nominis ſimilitudine deceptus, hunc Azzonem Campanum vocat. Cum tamen Azzo Campanus Decanus cœnobii Caſſinenſis, de quo Petrus Diaconus cap. 61. laudati libri agit, diverſus ab hoc fuerit, ut infra demonſtrabimus. V. Mabillonius ſæc. VI. Part. I. p. 104.

De Stephano monaco idem Victor hæc ſcribit p. 68. *Frater quidam in noſtro monaſterio Stephanus Veneticus dicebatur, qui ex Venetiæ partibus adveniens in ſancta converſationis habitu ſtudioſiſſime vixit, cujus humilitatis, patientia, ac obedientia bonum omnibus, qui tunc in omnipotentis Dei ſervitio ibidem congregati erant, liquidiſſime patuit; cumque jam tempus eſſet, ut ejus digna converſatio a juſtiſſimo Domino remunerari debuiſſet, moleſtiâ gravatus corporis, Fratribus coram poſitis, diem clauſit extremum. Tunc quædam religioſiſſima anus Agundia nomine, virgo mente, & corpore, quæ in ſanctimoniali habitu juxta eccleſiam B. Mariæ ſemper virginis ſitam in civitate, quæ circa radicem Caſini montis eſt condita, manebat, more ſolito, antequam Clerici ejuſdem civitatis ad reddendas nocturnas Deo laudes ſurrexiſſent, ante prædictam eccleſiam Dei genetricis ſtans, gemitu, lachrymis, ac ſuſpiriis omnipotentem Dominum precabatur, cum ecce ſubito intempeſta noctis horâ reſpiciens, vidit columnam igneam e cella, in qua infirmi Fratres quieſcere erant ſoliti, exeuntem, cœlumque tendentem. Quæ mox nuntium monaſterium ſubire præcepit, qui ſtudioſe inquireret, ſi aliquis ex infirmis fratribus in cella illa degentibus ex hoc mundo migraſſet. Tum is, qui* Stephanus.

Digitized by Google

fuerat miſſus nuncius perniciter montem aſcendit, monaſterium intravit, domum infirmorum adiit, atque Stephanum religioſum monachum defunctum reperiit, & ſtudioſius inquirens invenit eum eâ horâ emiſiſſe animam quæ columna ignea ab ancillis Dei viſa eſt celſa penetrare polorum. Eadem fere narrat Petrus Diaconus cap. 40. de Ort. & Vita Juſt. Caſſ., & lib. 3. Chron. Caſſ. cap. 43. eumq; Wion, & Menardus in appendice ad Martyrologium monaſticum Sanctum appellant. V. Mabill. Sæc. VI. Par t. I. p. 104.

Adam. Vixit hoc ſæculo Adam Caſſinenſis monachus viſionibus, revelationibuſque divinis illuſtratus, quarum unam hiſce verbis deſcribit ſanctiſſimus Victor III. p. 3. *Ea etiam quæ Leone Abbate Monaſterii Sancti Pauli Apoſtoli, ſecundo ab urbe Roma milliario conſtituti, ubi ſacratiſſimum ejus corpus ſignis, prodigiiſque coruſcans, veneratur, & colitur, referente cognovi, in calce hujus libelli ſcribere curabo. Dicebat enim; quod ſibi Adam reverentiſſimus valde monachus, & cuſtos eccleſiæ hujus noſtri monaſterii, retulerit. Quia quadam die dum idem venerabilis Adam portam monaſterii ad aliquod opus faciendum eſset egreſsus, duo Juvenes in habitu monachi ſibi in ipſo introitu monaſterii obviaverunt; cumque ſalutatos eos, ſtudioſe, qui eſsent, inquireret, audivit ab eis, quod unus eorum Protus, alter vero Hyacinthus diceretur. At ille obſtupefactus, cur veniſsent, cum percunctaretur, illi inquiunt: Ad Fratres, qui hodie noſtri memoriam mente devotâ recolunt viſitandos venimus. Erat enim ea dies, qua pro Chriſto, effuſo ſanguine, palmam martyrii, ipſo donante meruerunt. Cum ergo attonitus paululum ſubſtitiſset, ac illi cepto itinere Monaſterium eſsent ingreſſi, ad ſe reverſus certius quod audierat cognoſcere volens, rapido eos curſu proſequitur. Dumque eos huc, illucque per Monaſterium ſtudioſe requireret, ac minime invenire poſset, quoſque ſibi obviantes interrogare cœpit, ubi eſsent monachi, qui modo ſecum loquentes monaſterium eſsent ingreſſi? ſed illi nullum in monaſterium introiſse præter illum ſe audiſſe profeſſi ſunt. Qua de re aperte datur intelligi, eos, qui ſibi apparuerant, ſanctos martyres Protum, & Hyacinthum, quorum feſtivitas eo die celebrabatur, veraciter fuiſſe. Quæ omnia eodem ordine a Firmo hujus monaſterii veterano monacho nepote ſcilicet ipſius Adæ, quæ ille mihi Romæ poſitus dixerat, reverſus ad monaſterium acta fuiſſe percepi.* Eandem viſionem refert Leo Oſtien. cap. 48. lib. 2. & cap. 47. alias ab eodem Adamo habitas viſiones deſcribit, in quarum una hæc illum S. Benedictus quod ad Caſſinates eſt allocutus: *Vobiſcum etiam tam die, quam nocte quotiens devote pſallitis, attentiuſque oratis, ac decenter proceditis, me pariter eſſe &c.* V. Petrus Diaconus de Ortu, & Vita Juſt. Caſſ. cap. 44. Wion & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum, Mabillon. cit. Sæc. pag. 106.

Liutius. De Liutio monacho hæc ſcribit Leo Oſtienſis cap. 30. lib. II. *Circa hæc tempora reverſus domnus Liutius, quem ſuperius tempore Manſonis Abbatis hinc egreſſum Jeroſolymam perrexiſſe monſtravimus, primo quidem apud Salernitanum principatum in quadam heremo ubi nunc Monaſterium ſanctæ Trinitatis ad Cavam cognomento conſtructum eſſe dinoſcitur, aliquandiu remoratus eſt. Ubi a Guaimario principe agnitus, atque in maxima eſt reverentiâ habitus. Poſtmodum vero in Monte hoc loco Albaneta vocabulo uſque ad ſuum eſt obitum, religioſiſſime converſatus &c.* Et infra: *Cum autem poſt aliquantum tempus præfatus domnus Liutius ibi veniſſet,* (idest ad Albanetam) *& plurimum ſibi locus ipſe complacuiſſet, elegit ibi uſque ad mortem conſiſtere, & in ſervitio Dei genetricis ipſius perſeverare. Regreſſus igitur ad principem Guaimarium prædicti Guaimarii filium, cui dudum, & pater ſpiritualis, & familiaris ſuper omnes extiterat, multa ab eo, & diverſa ornamenta eccleſiaſtica, & codices quamplures, necnon & aliam ad Fratrum uſus non modicam ſupellectilem adquiſivit, libentiſſime illo, ac liberaliter cuncta, quæ vellet accipere concedente. Mox itaque prædictam Dei genetricis eccleſiam multo ſatis quam erat in omnibus ampliorem efficiens, atque depingens, habitacula quoque in circuitu ad diverſos commanentium uſque non modicæ quantitatis ædificavit, ibique cum triginta circiter fratribus religioſiſſime converſari cœpit. Ipſe autem præ cæteris omni vilitate, & extremitate contentus tam humili ſe officio mancipaverat, ut farinam in piſtrino ad panem faciendum famulorum more diſcuteret, cum interim de ore illius Davitica modulatio nunquam ceſſaret. In cujus vitæ humilitate, atque nimiâ abſtinentiæ auſteritate uſque ad extrema vitæ indefeſſe perdurans, Richerii Abbatis ſempore in monaſterio iſto defunctus, atque ſepultus eſt.* V. Petrus Diaconus de Ortu, & vita Juſt. Caſſ. cap. 30. Wion, & Menardus in Append. ad Martyrol. Monaſticum, Mabillonius Sæc. cit. pag. 107., & Annal. Tom. IV. pag. 316.

Raynerius quoque Monachus Caſſinas vitæ ſanctimoniâ hoc Sæculo floruit, teſte ſæpe laudato Victore III. cujus hic verba damus pag. 108., & ſeqq. *Qui videlicet Frater hujus noſtræ congregationis Raynerius nomine juvenis quidem ætate, ſed moribus grandævus fuit: cui multi ex Fratribus, qui adhuc ſuperſunt, & eum optime noverunt, teſtimonium perhibent, quod tantæ humilitatis, tantæque obedientiæ fuerit, ut ex hoc mirabilis ab omnibus haberetur.* Raynerius.

Cui dum quadam die eſset ab Abbate ſuo injunctum ad aliquod opus pro utilitate Monaſterii peragendum, Teatinum adire Territorium: ille læto, ut ſemper, animo ad obedientiam promptus, juſſa implere feſtinans, iter arripuit. Qui dum pergeret, & aliquanti jam itineris ſpatium profligaſset, a latrunculis cujuſdam potentis viri Oderiſii, qui ex præcepto ejus, ſi quid ex Monaſterii hujus rebus diripere poſsent, viam obſervabant: omnibus, quæ deferebat, ſublatis, interfectus eſt &c. Cœperunt itaque multi infirmitate detenti ad ejus ſepulchrum properare, & receptâ ſanitate ad ſua incolumes remeare. Inter quos Atto Comes magni Attonis Comitis filius præfati quoque Oderiſii gener, cum graviter detentus a febribus fatigaretur, ad ſepulchrum iſtius, fama ducente, venit, ibique in oratione proſtratus, recedente febre, ita ſanus ſurrexit, ut malæ illius valetudinis, quâ antea laborabat, nihil prorſus in ſe ſentiret, qui pro receptâ ſanitate gratias referens ob retributionem tanti muneris optimo ſuper ejus ſepulchrum oblato pallio, gaudens diſceſſit. V. Petrus Diaconus de Ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 43. Wion & Menardus in Append. ad Martyrol. Monaſticum, Mabillonius Sæc. VI. part. I. pag. 108.

Ho-

Johannes monachus. Floruit hoc etiam ſæculo Johannes Monachus S. Liberatoris, quem ſupra Victoris III. verbis laudavimus, de quo agit Mabillonius Sæc. cit. pag. 109.

Quamquam vero aliqui e piis hiſce monachis ſæculo undecimo obierint, hic tamen recenſendos eſſe duximus, quod hoc ſæculo abs dubio vixerint.

S. Aldemarius. Celeberimus hoc ſæculo vitæ ſanctimonia fulſit S. Aldemarius Monachus Caſſinenſis, quem Johannes & Mira magnæ pietatis conjuges Capuani, enixis a Deo precibus impetrarunt. Vix natum humanioribus litteris recens imbuendum curarunt, cum primis tamen Chriſtianis virtutibus, potiſſimum humilitate, qua ita valuit, ut ejus vitæ Author hæc ſcripſerit: *Fundaverat in ejus pectore humilitas domum, quæ ſecum aliarum lætabatur conſortia habere virtutum. Talibus ergo defenſoribus pectus illud protectum omni ſua vitæ tempore manſit immaculatum, atque omninm immune ſpurcitiarum, quod tantâ puritate præditum ſancti Spiritus gratia meruit eſſe refertum, quæ domicilium ſemper vitat contaminatum.*

Sanctiſſimus itaque, ac Deo gratiſſimus Aldemarius pueritiam non adhuc tranſgreſſus, ſed ut ſenex in Chriſti obſequio corroboratus, monaſterium Dei dilecti ſtuduit petere Benedicti propius, quod in monte, qui Caſinns nuncupatur, hic conſtituitur, contemptis parentibus, atque amicis &c. ubi a ſuperius dicti monaſterii Abbate monachali gratulanter indutus veſte, ſoli regum regi vigiliis, & orationibus ſatagebat placere. Quare Dei diſponente nutu cujus univerſorum dominatur principatus, levitalis honoris meruit ſuſcipere gradnm, de quo jamjamque ſanctitatis fama orſa eſt volitare, non poterat enim lucerna ſub modio latere. Qua audita una nobiliſſima mulier, Capuani ſcilicet principis uxor, Abbatem, ſub cujus regimine beatiſſimus degebat Aldemarius, adiit, idemque Aldemarius quo ſibi daretur petere cœpit. Quo ſua petitioni conceſſo, cujuſdam ſui eum rectorem ordinavit Monaſterii, quod in honore beati conſtruxerat Laurentii: ubi conſtitutus, Salvatoris famulatui vacare cœpit inſtantius. Macerabat namque carnem aſſiduitate jejuniorum, perſeverantia vigiliarum, penuriâ veſtium. Pauperibus etenim nova conferebat indumenta ſibi retinens rupta, & deteriora, quibus nullatenus defendi poterant frigora. Quamobrem intantum placuit Aſtripotenti, ut variis mereretur pollere miraculis. Quod cernens Caſſinenſis Abbas, S. Aldemarium ad ſibi commiſſum Caſſinenſe monaſterium, in quo ſancta converſationis ſuſceperat habitum, eum reducere voluit: ſed ſupradicta principiſſa obſtinato animo contendere cœpit. Quibus inter ſe diutiſſime de hoc litigantibus ſanctiſſimus in corde habuit Aldemarius, ut fines deſereret loci illius, ne amplius propter illum lites tenerentur, egreſſuſque, omnibus qui ſecum manebant ignorantibus, Civitatem, quæ Bovianum vocitatur petiit, ubi divinâ largiente gratiâ, duplicibus miraculis refulſit. Manebant enim tres fratres infra ipſius civitatis mœnia, inter quos enormis litigatio de quadam erat eccleſia: quorum unus Aldemario Chriſti confeſſori ejuſdem eccleſiæ ſuam partem præbuit, aliis nolentibus, atque invitis, qui frequenter eum perimere ſuarum ictibus manuum minitabantur, niſi hinc diſcedere feſtinaret quantocyus. Ipſe vero in eo cui famulabatur confiſus, omnes eorum minas nihili pendens aſpernabatur: quapropter magis in ira accendebantur. Quadam ergo nocte dum vir Dei in eccleſia more ſolito iret pſallere, ipſi ibidem cum telis ingredi, licet execrabile foret, non dubitavere. Inceptis igitur laudibus matutinis, unus eorum vibrato telo, Dei amicum percutere voluit, ſed divinâ providentia ita lacertus ejus riguit, quod nullo modo ſe flectere quivit. Videns igitur is qui telum direxerat ſe præſenti correptum pœna pedes viri Dei, humi cadendo nitebatur oſculari implorans eum, ut ſui dignaretur miſereri, Sanctus vero Aldemarius caritatis potius, quam odii vacans actibus, ei qui ſibi voluit inferre mortem, ipſe illi intulit ſalutem. Plura alia miracula Boviani edidit, indequ ead monaſterium S. Liberatoris conceſſit ad radices Majell montis, ac tandem ad Territorium Faræ filiorum Petri, quæ in Aprutio citra prope fluvium Forum eſt ſita, quatuor circiter paſſuum millibus a S. Liberatore diſſitum, quod modo Oppidum in ſpiritualibus cœnobio Caſſinenſi ſubeſt; conſtructo ibi cœnobio S. Euphemiæ Abbas evaſit, ut refert ejus vitæ author hiſce verbis: *Hinc tamen ad alium vir Dei directus eſt locum, ubi S. Euphemia conſtruxit monaſterium, Abbatiſque, omnibus ſupplicantibus, ſuſcepit gradum. Cujus loquacitati lingua nunc tanta poteſtas foret facundia, ut omnium loca monaſteriorum valeret enarrare, quæ vir Dei poſtea niſus eſt ſtruere, & quæ non in loquendi deficeret dictione? Deſerto namque B. Euphemiæ cœnobio, per plurima Teatinæ, Picenæque provinciæ iter dirigebat oppida, ubi a Monaſteriorum nullatenus conſtructione ceſſabat. Poſtremo divinâ enm ducente providentiâ appulſus eſt ad quoddam oppidum nomine Bocclanicum, quo in loco parvula reperta eccleſia, ibi Monaſterium ſtruere poſſe cogitabat. Ponens autem, ut ſolitus erat, ſuam in Domino fiduciam incæpti non minimi fnndamentum jacere cœpit cœnobii, quod auxilio cujuſdam peregit nobiliſſimi viri vocabulo Treſidii, illarum partium primatum tenentis in oppido, qui illum alio tendere volentem, pluribus retinere conatus eſt vicibus; congregavit itaque ibi plurimorum multitudinem Monachorum, quorum a ſupradicto Dei amico Treſidio compulſus, paſtoralis ſuſcepit officium regiminis.*

Accidit autem ut quadam die ſanctitatis ejus famâ progrediente, ad eum mulier veniret paupercula, quæ infirmitate ingruente manus uſum perdiderat. Hæc ergo jugibus ſanctum Dei famulum precibus orſa eſt compellere, ut pro ea Aſtripotentis indulgentiam dignaretur petere, quatenus debilem ſui corporis partem ſanitati redderet priſtinæ. Ille vera ſuper ejus lacrymas commotus pietate, quam ſemper certiſſime in cordis gerebat viſcere, illius petitioni non reſpuit acquieſcere, ſed ſtatim Sacerdotalibus indutus veſtibus Domino pro ejus ſalute ſacrificii properavit offerre munus, a Deo protinus, veluti poſtea declaravit exitus, veraciter exauditus. Miſſa itaque celebratâ, & Redemptori gratiarum actione exhibita vir Dei ſurſum oculos erigens, cœlumque lacrymas fundendo ſuſpiciens, ac ſuperius dicta mulieris manum tenens talia emiſit precata: O Deus æterne, cui cuncta famulantur creaturæ tam cæleſtes, quam terrenæ, & omnia obediunt elementa tuo excellentiſſimo verbo creata, a quo omnia progrediuntur bona: huic mulieri ab infirmitate detentæ tuæ pietatis clementia

digne-

Digitized by Google

dignetur ſubvenire, ut omnes jam cognoſcant fideles, quia te mente devota invocantium non deſpicis preces. Cumque beatiſſimus huic finem orationi faceret Aldemarius, priſtinæ ſanitati redditur manus &c. Hinc iterum rediens conſtantiſſimus Chriſti ſatelles ad cœnobium, quod ſuper ripas poſitum eſt, charitate eum ducente, appulſus eſt, qua affines illum compellebat viſere fratres. Ubi noctis mediæ ſpatio, ſicuti aſſueverat, ſurgens ex ſtrato, ut vigilans in Domini inveniretur ſervitio, orationique vacare ſoli Deo videretur ſedulo, impediente humani hoſte generis, ita lapſus eſt humi, ut omnem etiam virtutem amitteret femoris, graviſſimaque pœnam incurreret ægritudinis. Quo malo prævaleſcente, ad cujuſdam oppidi mœnia ſe juſſit ferri, quod S. Martini appellatur nomine. Diſponente autem nutu divino, ibi a febrium phalangibus correptus, ſubito pretioſiſſimam fine glorioſo reddidit animam, & cui creberrimum famulatum exhibuit in terris, ipſe eum tripudiantibus Angelorum Choris in Cœli collocavit palatiis, ubi junctus Sanctorum cœtibus ſempiternæ felicitatis longanimitate in æternum lætabitur. Quem prædicti oppidi coloni ſepelire cupientes, innumeras ſumpſerunt ligones certatim terram fodere gliſcentes. Sed mox illis fodientibus, ſicut Domini decreverat nutus, ibi quidam lapis invenitur parvulus: quem ipſi inde abſtrahere ſatagentes, totiuſque diei ſpatio incaſſum laborantes fruſtra enormem in illo conſumpſere laborem. Audientes itaque Monachi, quorum regimini præfuit, quia Paſtor eorum a carne diſceſſit, illuc feſtinaverunt properare, quatenus Chriſti Confeſſorem ad cœnobium adveherent, cujus paſtorale tenuit regimen. Refert vitæ author diſſidium inter cives S. Martini, Monachoſque Bucchianici ortum, cum ſibi utrique corpus S. Viri repeterent. Sed tandem monachus juſſu Domini Oppidi S. Martini corpus ſanctum ceſſit, quod ſumma exultatione, ac lætitiâ in novo ſarcophago reconditum eſt extra eccleſiæ Bucchianici muros. S. Martini oppidum Aprutii citra Bucchianico quinque lapidibus diſtat.

Vita S. Aldemarii extat in regeſto S. Placidi, atque in cap. 69. libri de Ortu, & Vita Juſt. Caſſ. Petri Diaconi, cujus tamen dubito, quin Petrus ſit author, cum illa ſe ſcripſiſſe non aſſerat aut in cap. 66. lib. 4. Chron. Caſſ. aut cap. 47. de Vir. Ill. Caſſ., quibus in locis catalogum ſuorum Operum conſcribit, aut cap. 56. lib. 3. Chron. Caſſ. ubi aliqua ſancti hujus viri miracula refert. Genuina ſancti hujus Vita a Bollandianis Tom. III. Martii die 24. pag. 489. & ſeqq. edita cum duobus laudatis noſtris codicibus examuſſim concordat. Haud ita illa a Michaele Monacho in ſanctuario Capuano pag. 166., deinde a Mabillonio Sæculo VI. parte 2. pag. 625. recenſita, quam D. Antonius a Neapoli monachus Caſſinas anno 1622., aliaſque plures in noſtro archivo aſſervatas compoſuit, ut jure Bollandiani ſcripſerint; *eandem, ſed phraſi mutata, & hinc inde paucis inſertis, aut omiſſis, reperimus Neapoli apud clericos regulares tom. 2. Vitarum Sanctorum confeſſorum, quas ibidem collectas reliquit Antonius Caracciolus vir libris editis notus; qui hanc S. Aldemarii vitam communicarat Michaeli Monacho Canonico Capuano.* Quamquam vero Michael Monachus cum codicibus noſtris mſſ. conferri illam juſſit per D. Antonium Vignarolum monachum Caſſinatem haud tamen is morem geſſit. S. Aldemarium hoc ſæculo vixiſſe exiſtimaverim, cum Abbas monaſterii S. Laurentii Capuæ ab ejus Urbis muliere Principe ſit factus. Hæc alia eſſe non potuit niſi Aloara, quæ anno 982. cœnobium illud conſtruxerat, ut patet ex privilegio ab Adenulfo Capuano Archiepiſcopo anno 988. illi monaſterio conceſſo: quod autographum aſſervatur in cœnobio S. Laurentii Averſæ, cui deinde Capuanum S. Laurentii aſceterium donatum eſt. Fragmentum hujuſce privilegii refert Mabillonius Annal. tom. 4. pag. 39. Verba hic tantum referemus ex apographo apud nos, quæ ad rem noſtram faciunt: *Anno ab Incarnatione Domini nongenteſimo octuageſimo octavo &c. Nos prædictus Adenolfus Archiepiſcopus &c. cum conſenſu Sacerdotum, ac levitarum, cæterorumque ordinum clericorum per hoc noſtrum roboratum præceptum conceſſimus, ut eccleſia, quam tu domina Aloara Sereniſſima Principiſſa, & prædictus dominus Landenulfus magnificus princeps filius tuus vocabulo S. Laurentii levitæ, & Martyris intus iſtam Capuanam civitatem a novo fundamento conſtituiſtis pro redemtione animarum veſtrarum, & domini Pandolfi principis . . . in qua etiam cœnobium ſervorum Dei præordinaſtis, ſit abſolute libera amodo, & deinceps ab omni conditione Archiepiſcopalis dominationis, cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, &c.*

Sancti viri corpus ſub ara maximâ veteris eccleſiæ S. Mariæ majoris Bucchianici humatum eſt; ſub eadem ara aſſervatur viri caput a corpore avulſum, argenteaque theca incluſum; ibidem altare S. Aldemario dicatum extat. In hac eccleſia, quæ licet collegio S. Bonaventuræ Ordinis minorum S. Franciſci unita, receptrix eſt omnium ejus Oppidi preſbyterorum, quibus unus ſub præpoſiti nomine præeſt; ſummâ veneratione S. Aldemarius die 6. Octobris ritu duplici, dieque veluti ex præcepto feſtivo colitur officio de communi, quod antea propriis antiphonis, hymnis, lectionibus, oratione &c. conſtabat. Bucchianici cives obortis tempeſtatibus præſentiſſimam S. Aldemarii opem experiuntur, elato publica ſupplicatione ejus capite. Sub ara quoque maxima extat corpus S. Urbani papæ, & martyris oppidi patroni argenteâ capſula pietate Johannæ Caracciolæ illuſtri genere fœminæ incluſum. In una ex tribunæ majoris aræ, ſeu abſidæ columnis hujuſcemodi carmina ſculpta leguntur. — *Eccleſia S. Mariæ Bucchianici.*

Præſul Salpenſis Petrus hoc Altari dicavit,
Quo Patris illuſtris Urbani corpus humavit;
Annos ſi relegis Domini, ſunt mille ducenti
Quadragintaque tres iſtud denuncio genti.

Monaſterium, quod adhuc ſupereſt, memoratæ eccleſiæ contiguum eſt, atque in hoc oppido celebris Dei famulus Camillus de Lellis Patrum Infirmis miniſtrantium Inſtitutor ortus. Eſt Bucchianicum in provincia Aprutii citra diœceſis Teatinæ principi Sancti Boni ex nobiliſſima Caracciola gente ſubditum; quinque circiter paſſuum millibus Teate, totidemque a monaſterio noſtro S. Liberatoris diſtat, quod Jeſu Chriſto orbis terræ liberatori dicatum eſt, non S. Liberatori Epiſcopo, & martyri, ut aſſerunt Bollandiani in notis ad laudatam vitam, ubi per errorem feſtum S. Aldemarii die 24. Martii collocant. Ex hactenus dictis Mabillonium corrigas, qui ex prave intellectis — *Emendantur Bollandiani, & Mabillonius.*

Episto-

Epiſtolis noſtris, falſa quædam in notis ad vitam S. Aldemarii conſcripſit. De S. Euphemiæ cœnobio ſæculo ſequenti agendum. Meminere S. Aldemarii Wion & Menardus in Appendice martyrol. monaſtici, & Ciarlauti in memoriis hiſtor. Samnii lib. 3. pag. 165. & ſeqq.

S. Conſtantius. Floruit hoc quoque ſæculo Conſtantius, cujus breve elogium hiſce verbis texit Petrus Diaconus de Ortu, & Vita Juſt. Caſſ. cap. 32. *Conſtantius in Caſino presbyter fuit vir egregius, omnique morum probitate ornatus. Hic igitur dum Aligerni Abbatis temporibus ad Monaſterium S. Benedicti conſtruendum in loco, qui Poſtinarius dicitur, tranſmiſſus fuiſſet, & aquam in eodem loco non haberet, ad Apoſtolorum principis limina tertio diſcalciatus perrexit, ibique æterni Regis clementiam rogare attentius cœpit, ut qui aquam in deſerto ex petra produxerat, per Apoſtolorum principis, ac Benedicti patris Sanctiſs. interventum, aquam in loco arenti largire dignaretur; hoc dum tertio egiſſet beatus Petrus Apoſtolus apparens dixit ad eum: Petitiones tuas exaudivit Dominus, deſideria cordis tui ante ejus divinitatis Sacrarium admiſſa ſunt, nunc igitur ſurge, & tali in loco terram fodere incipe, ibi aquam indeficientem invenies. Surgens autem vir Domini Conſtantius ad locum, quem ei Apoſtolus demonſtraverat, pergit, quo dum fodiſſet, aquam indeficientem invenit, quæ incolis potum præſtat uſque in diem præſentem. Poſtquam vero S. Conſtantius e mundo receſſit, quidam vir ditiſſimus e Dalmatia in medio Adriatici maris naufragium ſuſtinens Servum Dei Conſtantinum adſiduo indeſinenter vocabat ſuffragium dicens: Sancte Conſtanti, ſi vera ſunt quæ de te audivimus, in præſenti rogamus, ut nobis ſubvenias, quatenus erepti de præſenti articulo, te Patrem, te tutorem, te dominum habere gaudeam. Hæc dum aſſidue diceret, tranquillitas facta eſt magna, & ad portum veniens, viri Dei ſepulchrum cum muneribus adiit laudans, & benedicens Deum.* Agit de eo Wion in Appendice ad martyrologium monaſticum.

V.

VIRI DOCTRINA ILLUSTRES.

Viri Doctrina Illuſtres fuere Laurentius. LAurentius monachus, & epiſcopus verſibus compoſuit vitam S. Mauri Abbatis, & S. Caſtrenſis epiſcopi. Scripſit quoque vitam S. Venceslai Bohemiæ regis & ſermonem in pervigilio S. Benedicti. Hæ lucubrationes in bibliothecæ noſtræ codicibus aſſervantur. V. Petrus Diaconus de Vir. Ill. Caſſ. cap. 6., & Marus in notis, Wion lib. II. ligni Vitæ pag. 433. Voſſius de Hiſtoricis latin lib. 3. cap. undecimo.

Johannes Abbas primus. Johannes Abbas hujus nominis primus ſcripſit Chronicon de Perſecutionibus ejuſdem cœnobii Caſſinenſis, & de miraculis inibi factis, teſte Petro Diacono de Vir. Ill. Caſſ. cap. 15. V. Marus in notis. Uſum ſe hoc Johannis Chronico in concinnanda cœnobii Caſſinenſis hiſtoria fatetur Leo Oſtienſis in prologo. V. Wion lib. 1. Ligni Vitæ pag. 16. Voſſius de Hiſtor. latin. lib. 3. cap. 5. Camillus Peregrinius in Hiſtor. Princ. Lang. pag. 118., & ſeqq. demonſtrat Johannem etiam fuiſſe chronici poſtremorum Comitum Capuæ authorem, quod ipſe pag. 122. & ſeqq. edidit, ex cod. bibliothecæ noſtræ ſignato num. 353.

De Antonio Monacho hæc ſcribit Victor III. cit. libro pag. 71. *Qui ſecularibus, ac divinis litteris haud mediocriter eruditus, ab adoleſcentia uſque ad vitæ exitum in ſæpedicto monaſterio degens omnibus pene in hac provincia notus extitit, &c.* Deindeque narrat Antonium S. Benedicti meritis graviſſime ægrotantem ſanatum. — Et Antonius.

VI.

VIRI DIGNITATE ILLUSTRES.

Dignitate Illuſtres fuere Leo. LEo é noſtris Capuanæ eccleſiæ ſecundus Archiepiſcopus evaſit, teſte Leone Oſtienſi lib. 2. Chr. Caſſ. cap. 9. Ughellio Tom. VI. Ital. Sac. col. 321. num. 2. Ejus fit mentio in Emortuali Caſſinenſi ſeptimo Id. Auguſti.

Gilbertus. Gilbertus Caſſinenſis monachus ei in epiſcopatu Capuano ſucceſſit, eodem Leone Marſicano teſte, & Ughellio laudatis locis. Memorabile eſt hujuſce Gilberti decretum, quo S. Stephanum primum Abbatem S. Salvatoris prope Capuam, deinde epiſcopum Calatienſem anno 978. inauguratum confirmans, hæc ad ejus Urbis clerum, & populum ſcribit: *Fratrem jam, & coepiſcopum noſtrum Stephanum vobis ordinavimus ſacerdotem: cui dedimus in mandatis ne unquam ordinationem præſumat illicitam, ne bigamum, aut qui virgine non eſt ſociatus uxore, neque illitteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitentem, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad ſacrum ordinem permittat accedere. Afros paſſim ad eccleſiaſticos Ordines prætendentes nulla ratione ſuſcipiat, quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. Subdit.* Subdit Mabillonius pag. 12. Præfat. ad Sæc. V. *Hæc ſane monita non dormitantis ſunt Archiepiſcopi, ſed ſtrenue pro ſuo grege invigilantis.*

Laurentius. Laurentius etiam, de quo ſupra egimus, incertæ ſedis epiſcopus fuit.


Johannes a Roſſano epiſcopus Placentinus, ac deinde Antipapa evaſit, antea dictus Philagathus, ut narrat Ughel. tom. 2. col. 256. Ciac. tom. 1. de Vitis Pontificum in Vita Gregorii V., qui etiam aſſerit Johannem apprime litteratum fuiſſe. V. Vita S. Nili Abbatis, in qua de hoc Johanne ejus concive fuſe agitur, & Baronius anno 996.

Privilegium tamen, quo a Landulpho, & Athenulpho Johannes primus Abbas fuit decoratus, hac nos de cauſa ultro lubenteſque referimus, quod Petri electi Capuani Epiſcopi, authoribus Michaele Monacho in recognitione Sanctuarii Capuani fol. 39. num. 44. & Ughellio Ital. Sac. tom. 6. col. 319. num. 35. hoc dumtaxat documento noti ibi reperiatur nomen. Extat privilegium hoc originale in noſtro Tabulario.

Ex originali in Archivo: Privilegium Landolfi, & Atenolfi. *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni Landolfus, & Atenolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti atque fidelium noſtrorum juſte petenti clementer favet, igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet ac futurorum ſagacitas Petrum electum S. Capuanæ Sedis noſtram obſecraſſe Excellentiam, quatenus concederemus, ac firmaremus in monaſterio S. Benedicti Chriſti confeſſoris ſitum in Caſino caſtro*

ſtro

ſtro ubi nunc deo fabente Johannes venerabilis Abbas regimen tenere videtur omnia quæ a ſingulis principibus ſeu a domno bona recordacionis genitore noſtro ibi per præcepta conceſſa ſunt, de qua re petiit munitatis apices exarari. Cujus petitionis libenter aſſenſum præbentes hos noſtra munisatis apices exinde in jam dicto monaſterio juſſimus exarari per quos omnino ſancimus, & perpetualiter noſtris ac futuris temporibus concedendo firmamus in eodem venerabili loco omnia, & in omnibus quæcumque per præcepta a ſingulis principibus, ſeu a domno bona recordacionis genitore noſtro conceſſa ſunt, ut per hoc noſtrum roboreum præceptum amodo, & deinceps firma atque inconcuſſa permaneant ea omnia in jam dicto Monaſterio, ſine contrarietate, vel moleſtia ſeu inquietitudine Comitis, Caſtaldei, vel Judicis, vel cujuſcumque perſona contradictione, & nullus quiſpiam in his omnibus quæ prædiximus quicquam invaſionis, aut contrarietatis ingerere ullo umquam tempore præſumat, ſed quieto ordine habeat, & poſſideat omnia prædictum monaſterium imperpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine ſemper optineat vigorem, & ut ab omnibus firmiter obſervetur manu propria ſcripſimus & de anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.

Signum  *Domni noſtri Landolfi Excellentiſſimi Principis.*

Adeſt ſigillum cereum affixum, cui ponitur adverſum ſigillum.

Johannes ſacerdos ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Dat. ſeptimo Kal. Marcias in anno vigeſimo quinto Principatus domni noſtri Landolfi excellentiſſimi principis & tercio decimo anno Principatus domni noſtri Atenolfi eximii principis menſe Februarii Indiccione terciadecima. Actu in civitate Capua.

Jeſulſa Landonis Teani Comitis primum, ac ſecundo Rainaldi Marſorum Comitis Uxor, bona multa Caſſinenſi monaſterio dono dedit, uti conſtat ex donationis inſtrumento inferius adducendo. Evincitur tamen ex illo, conjugi laudati Landonis non Gerviſa, uti falſo autumat Peregrinius in Genealogia Principum Langobardorum, ſed Jeſulſa nomen fuiſſe, & ab Rainaldo in uxorem ductam ante annum 999. Hoc ſcilicet donationis inſtrumentum confectum eſt ſub Abbate Manſone, qui non niſi ab an. 986. ad annum uſq; 996. Abbas fuit Caſſinenſis.

Ex originali in Archivo. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti: Ideoque ego mulier nomine Jeſulſa Comitiſſa, quæ fuit uxor bona memoria Landoni Comiti Comitato Teano, & filia Adtoni Comiti, & modo ſum uxor videlicet Rainaldi Comiti fili bona recordacionis Berardi Comiti declaro me habere quartam partem de curtis, & terris, quæ fuerunt, & pertinuerunt ſupradicti Landoni Comiti viri mei, quibus prima ex ipſe curtis & terris exe videtur in gualdu Patrienſe, ſecunda curte, & terris exe bidetur in liburie loco Griciniani cum fundora & terris ad eadem curte pertinentes, tercia curta & terris exe bidetur in loco qua dicitur Pauciann, quas tamen hac curte, & terris exe bidetur in Cancie loco qui dicitur ad ſancta Fauſtina pertinentes mihi ſupraſcripta nominata Jeſulſa comitiſſa de ſupradictis curtis, & terris, & de omnes territorias has eaſdem curtis pertinentes, quæ fuerunt, & pertinuerunt ſupradicti viri mei ſicut diximus quartam ipſam per illum meum ſcriptum Morgincap quod mihi a jamdicti Landonem Comi, qui fuit vir meus, datum, & traditum eſt alia die nupciarum ſuarum ſecundum lege Langobardorum quando ille me ſibi in conjugio ſociabi uxorem quem inſpirante mihi que ſupra Jeſulſe Comitiſſa omnipotens Deus prædictam quartam partem, quæ eſt meo morgincap de jamdictis curtis, & terris offerrere cupio in monaſterio S: Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte caſtro Caſino ubi domnus Manſo Reberentiſſimo Abbas exebidemini cum quartam partem quæ eſt meo Morcincap qualiter dixi de omnes cartulas, & ſcripciones, ſeu moniminas quæ fuerunt, & pertinuerunt ſupradicti Landoni Comiti qui fuit vir meus quæ ſunt continentes, & pertinentes jamdictis curtis, & terris, idcirco ego ſupranominata Jeſulſa comitiſſa propter remedium anima mea ut apud piiſſimo Domino de peccatis meis requiem, & indulgentiam inbenire valeam, quam & una cum conſenſu & boluntate ſupradicti Rainaldi comiti viri, & Mundoalt mei in cujus mundium me legibus ſubjacere agnoſco per hanc cartula do, & trado, atque offero in ſupradicto monaſterio Sancti Benedicti Confexoris Chriſti ſitus in monte caſtro caſino, ubi jamdicto domno Manſo reberentiſſimo Abbas exe bidemini hoc eſt integra prædictam quartam partem quæ eſt meo Morgincap qualiter dixi do integre ſupradic. nominatibe curtis, & terris, & de omnes ſundoras & terris ad eaſdem curtis pertinentes inſimul cum quarta partem, quæ eſt meo morgincap de omnes fundoras, & terras ad eoſdem fundora pertinentes, quæ ſunt videtur per tota liburie qualiter fuerunt, & pertinuerunt ſupradictu Landoni Comiti, qui ſuit viro meo una cum biis, & aquis, & anditis ſuis cum ſepis, & limitibus, & cum pertinenciis ſuis, & cum omnia inferiora hac ſuperiora ſua cuncta & integra prædicta quartam partem quæ eſt meo morgincap qualiter dixi de jam dictis curtis, & ſundora, & terris ego ſupranominata Jeſulſa comitiſſa in ſupradicto monaſterio dedi, & tradidi, adque offerui ad poſſeſſionem ejuſdem Monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, & cuſtodibus, ſeu rectoribus ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ ad partem ſupradicti monaſterii placuerint, ſimulque & pro ſecuritate, adque defenſione jam dicti Monaſterii, per hac itaque cartula do, & trado, qualiter dixi in præfato monaſterio, ſeu offero integra prædicta quartam partem, quæ mibi eſt pertinentes ſicut dixi de omnes cartulas, & ſcripciones ſeu moniminas, quæ ſuit, & pertinuit ſupradicto Landoni Comiti, qui fuit vir meus, quaſunt continentes, & pertinentes ſupradictis territoriis, & curtis, & fundoras ſimiliter ad poſſexionem ejuſdem monaſterii & de ejus Abbatibus, & cuſtodibus, ſeu rectoribus, itaut licenciam, & poteſtatem habeat pars ſupradicti monaſteris, ejuſque Abbatibus, & cuſtodibus ſeu rectores bice mea, & de meos heredes cum illis hominibus, & partibus quæ exinde relique tribus ſortes habere queſierint jamdictis curtis, & fundoras, & territo-*

riis

riis dibidere, & jam dictam quartam partem exinde tollere, & elijere ſux poteſtatis qualiter nobis eſt exinde pertinentes, ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, qua ad partem ejuſdem monaſterii placuerint, unde de ea omnia que in ſupradicto ſancto monaſterio offerui qualiter dixi mihi, nec alicuilibet exinde nullam reſerbabi, ea racione, quatenus amodo, & ſemper pars veſtri monaſterii, ejuſque Abbatibus, & cuſtodibus, ſeu rectoribus firmiter habeas, & poſſideas integra nominata mea offerſione, & faciad exinde omnia qua ad partem ejuſdem monaſterii placuerint, & obligo ego qua ſupra Jeſulſa Comitiſſa una cum conſenſu, & boluntate jamdicti Rainaldi comiti viri, & Mundoalt mei me, & meos heredes ad partem nominati monaſteriis, & ad ejuſque Abbatibus, & cuſtodibus ſeu rectoribus integra ſupradicta mea offerſione, que in prafato monaſterio dedi, & tradidi, adque offerui, qualiter dixi defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus ab omnique partibus, & quando pars veſtri monaſterii boluerit, licensiam & poteſtatem habeas hice mea, & de meos heredes ſibi inde exere auctores, & defenſores cum iſta carta, & cum ſupradicte cartule, & ſcripciones ſeu moniminas unde in eodem monaſterio jamdictam quartam portem dedi, & tradidi adque offerui, & cum aliis noſtris & ſuis raciomibus quomodo vel qualiter melius potuerit, & boluerit, & quando partem noſtri Monaſterii boluerit, ego & meos eredes defendamus ad partem ejuſdem Monaſterii ipſas in omnibus qualiter diximus. Si autem ego jam nominata Jeſulſa comitiſſa vel meos heredes hanc offerſionis cartulam aliquando pro qualicumque ingenium dirrumpere vel remobere queſierimus, aut ſi non defenſiberimus, & non complebcrimus ad partem ſupradicti monaſterii, & ad ejuſque Abbatibus, & cuſtodibus, ſeu rectoribus ea omnia per ipſum ordinem, qualiter ſuperius diximus, decem libras auri optimi pœna me vel meos heredes ad partem nominati monaſterii, & ad ejus Abbatibus, & cuſtodibus ſeu rectoribus componere obligo, & omnia ſupradicta ad partem ipſius monaſteri percompleamus, & hanc offerſionis cartulam de quibus continet firma permaneant ſemper in omni ratione, & ordine, qualiter diximus, & ſalter ego qui ſupra Jeſulſa comitiſſa una cum conſenſu, & boluntate nominati Rainaldi Comiti viri, & Mundoalt mei, ſicuti mihi congruum fui propter remedium anima mea feci, & te . . . . notarium ſcribere rogabi. Actum, & roborata per teſtes plenıter.

Donatio Adelberti. Ex originali in Archivo.

In nomine Sancta, & individua Trinitatis anno Domini Incarnationis ejus nongenteſimo nonageſimo primo, Menſe December, indictione duodecima, reſidente domini Ottoni invictiſſimi Imperatoris anno tertio in Roma conſtat me Adelbertus filius quoddam Raynerius, qui profeſſus ſum lege vivere romana, & habitatore in Comitatu Regenſe, ab hac die do, dono, cedo, trado de mea acquiſita facultate, ſponteneaque mea voluntate, tibi B. hac Confeſſoris S. Benedicti, & per te in tuo Vener. Monaſterio, & electos Fratrum, quos aſſidue oblationes, & orationes offerunt pro remedium anima mea, & meorum Parentorum, omnia ipſas res & facultates qua mihi evenis per unam conceſſio venditionis cartula da Bonizo presbitero que ponitur in fundo, quod vocatur Caſale, Comitatu Motinenſe in Adale cum omnibus ſuis pertinentiis, & ſedilis, ſeu finibus terminibus, lemisibuſque ſuis cultum, vel incultum, vacuum, & pleuum, ingreſſu, & egreſſu ſuo juris privatum a preſenti die in veſtra jura, & conditione, Succeſſoreſque tuos venerabili Monaſterio permaneas, & ad penſionem do tuo vener. Monaſterio per cartulam emphiteuſeos, ego qui ſupra Adalbertus, heredeſque meos accipere do tuo Abbate una cum fratrum ſuorum accipere, & acquirere auxiliante domno volo, & profeſſus ſum ſicuti mihi evenit da eodem Bonizo praſbitero per unam cartulam venditionis a nomine in eo facta, & meis detineo poteſtatis corticella una in integro in Caſala Adili cum omnibus ſuis pertinentiis. Quatinus in tuo Monaſterio largivi, ut nullus Abbas, vel Monachus a nulla extranea perſona venundandi, aut donandi, ſive commutandi, vel cuilibet perſona relinquendi per quolibet modis, aut ingenium primiſus, niſi ad nos, qui ſupra Adelbertus, vel meos haredes, uſque infinita progenie locandi, aut ipſa emphiteoſeos cartula renovandi, & ſi ex utraque parte bona fide non obſervaverimus ſciat ſe male fidei contemptor ad hi, qui bona fide, componere auri optimi libra una, & poſt pœnis maneat hanc cartulam, praſentem: in ſua publica firmitate permaneat. Scripta per manus Antonius notarii, & ſcriniari Sancta Romano eccleſie temporibus domni Gregorii V. Papa in menſe, & indictione duodecima feliciter. Signum manus Adelbertus hanc cartulam fieri rogavi, ut ſupra. Signum manus Linzo filius quoddam Mayfridi teſte rogatus. Ildiprandus nobili viri.

Riccardo nobili viro Patruo iſtius Ildeprandi, & Abitatoris ſub capitolio Manſionario, & Clerico Zaragone nomine, & habitatore in teſte rogatus. ſignum manus Martino filio quoddam Giſolfi teſte rogatus. Amen. Antonius ſcriniarius Notarius, aut Regionarius S. Romana Eccleſie poſt omnium teſtium complevi, & abſolvi.

Extat etiam hæc Adelberti donatio in regeſto Petri Diaconi fol. 238. atque his verbis illam memorat Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 54. *Hic fecit libellum Adelberto filio Rainerii de Raſtello de aliquot curtibus hujus Monaſterii in Comitatu Mutinenſi fundo, qui dicitur Perſiceta, ad jugera octingenta reddentibus per annos ſingulos cenſum ſeptem ſolidorum; alium etiam libellum fecit eidem Adelberto de quibuſdam poſſeſſionibus hujus loci in fundo Adili, quique Adelbertus poſtmodum obtulit per ſcriptum in hoc Monaſterio aliquot alias curtes ſuas, qua in eodem fundo Adili tunc poſſidere videbatur.*

VII.

MONASTERIA A MONACHIS CASSINATIBUS CONSTRUCTA,

Vel illis hoc Sæculo donata.

Monaſterium S. Benedicti de Capua conſtruitur a Johanne primo.

LEo Oſtienſis lib. primo cap. 53. conſtructum refert a Johanne Abbate Caſſinenſi cœnobium in urbe Capua hiſce verbis: *Noſter autem Johannes tam propinquorum, quam amicorum non parvis adjutus ſolaciis, cœpit nihilominus in eodem, quo diximus loco monaſterium in honore beati patris Benedicti a fundamentis conſtruere, atque intra non multum*

Digitized by Google

tum tempus magnam pulchramque eccleſiam, nec non & officinas diverſis monaſterii officiis congruas decenter fecit, ibique quinquaginta, & eo amplius Monachos victuros regulariter aggregavit. Cujus etiam ſtudio, & cura Dei precedente gratia factum eſt, ut ipſum monaſterium ſubito allevatum, atque diverſis intus, & exterius opibus ditatum ſit. Fecit ſiquidem ibi inter cætera idem Abbas codicem Miſſalem unum cum tabulis argenteis deauratis, & gemmis. Evangelium quoque ſimili opere decoravit. Altarium vero undique in circuitu argento veſtivit. Crucem etiam pulcherrimam cum gemmis ac ſmaltis ad procedendum fecit. Ceroferaria argentea duo. Urceolum quoque cum aquamanili ſuo ſimiliter argenteum. Vaſcula de auricalco, vel ære ad diverſos uſus appendentia libras ſexcentas. Codices eccleſiaſticos totius anni diverſos, & multos. Planetas, pluviales, & albas, necnon dalmaticas, univerſamque tam in eccleſiaſticis, quamque & in familiaribus uſibus ſupellectilem ſufficientiſſime preparavit. Hoc tempore ſatis mirabile ſignum in eodem monaſterio contigit, nam altare ipſius eccleſiæ ab hora diei tertia uſque ad mediam fere noctem tantam aquarum abundantiam guſtatim inſtar ſudoris effudit, ut omnia indumenta ejuſdem altaris madefierent. Eadem exſcribunt Mabillonius Tom. 3. Annal. p. 351., Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 165. Illique ſubjectum a Marino II. monaſterium S. Angeli ad Formam teſtatur idem Leo cap. 57., qui Capuani etiam meminit lib. 1. cap. 59., & lib. 2. cap. 3., 16., 17., 21., 56., 57., & 93., Ac demum lib. 3. cap. 8. narrat Deſiderium, ſeu Victorem III. Præpoſitum hujus cœnobii fuiſſe, ſubditque. *Sed cum Paudulphus ipſius civitatis princeps, indigna quadam, & ſuperflua juxta priorum temporum conſuetudinem, Deſiderio vellet injungere, ille conſtanti ut erat pectore nequaquam in his ei congruum duceret aſſentiri, Capuam egreſſus ad Richardum acceſſit, & omnium, quæ extra civitatem erant, monaſterio pertinentium ab eo ſecuritate accepta, & maxima inſuper illi ex tunc fœderatus amicitia in obedientiis ejuſdem monaſterii aliquandiu remoratus eſt pauciſſimis in Monaſterio relictis Fratribus, & cæteris ad ſe accerſitis.*

Refert deinde Petrus lib. 3. cap. 55. Deſiderium jam Abbatem reædificaſſe eccleſiam, ac monaſterium hiſce verbis: *Deſiderius autem poſt iſta Capuam pergens, & officinas monaſterii Capuani in ruinis jam poſitas cernens ad renovationem illius animum dedit. Dirupta namque priori eccleſia juſſit conduci artifices alios ad capitella columnarum miro opere facienda. Evocanſque ad ſe Benedictum ejuſdem loci præpoſitum, præcepit, ut in ejuſdem eccleſiæ renovatione omnibus rebus poſtpoſitis ſpecialiter invigilare ſtuderet. Cujus ille imperio parens patris Benedicti baſilicam ſicut nunc cernitur pulcherrimam ſatis conſtruxit. Quæ quidem eccleſia habet in longitudine cubitos octo & nonaginta, in latitudine duos & quinquaginta, in altitudine quadraginta, columnas ab uno latere novem, ab altero totidem. Tunc temporis cum omnis tellus areſceret, Fratribus omnipotentem Deum, & patrem Benedictum per aliquot dies ex hoc rogantibus pluviam Dominus abundantiſſime tribuit. Et ut meritis beatiſſimi patris Benedicti id eveniſſe crederetur, ſolummodo intra terras monaſterii diffuſa eſt, a foris vero ne una quidem pluvia gutta cecidit.*

Reædificatur monaſteriũ, & eccleſia S. Benedicti a Deſiderio Abbate.

De hac eccleſia ſcribit cit. loco Monachus: *Erat eccleſia antequam ad Jeſuitas perveniret, tota picturis ornata: habebat in media navi pulcherrimum chorum, & in abſide muſivum cum imagine Salvatoris, a cujus dextera Sanctus Paulus, & a ſiniſtra S. Petrus eodem opere efformati cernebantur; ſub imaginibus per gyrum in muſivo pariter exarata hæc legebatur inſcriptio.*

Hoc Deſiderius, qui & Victor Præſul, & Abbas
Cæpit opus, quod Oderiſius optimus Abbas
Complevit Benedicte tuum decorans ad honorem.

Conſecravit hanc eccleſiam Paſchalis II. teſte Petro Diacono lib. 4. cap. 33. ut infra dicemus. Plura huic cœnobio dono dedit Grimoaldus Comes palatii principis Capuæ hoc diplomate.

Conſecratio eccleſiæ S. Benedicti.

Ex originali in Archivo.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti tercio anno principatus Domni Paldolfi, & duodecimo anno Principatus domni Paldolfi glorioſis principibus ambo fratres, menſe martio prima Indiccione. Ideoque ego Grimoaldus Comes palatii fili vona memoria Madelmi Comiti declaro quia in preſenti menſe & indiccione Johannes filius cujuſdam Siconi declaraberat quia ante hos annos ei per cartam ſecundum legem donatum haberet Landelgarda relicta quondam Maraldi filii qud. Adelghiſi de intus hanc Capuanam civitatem, & filia quod. Radoaldi, qui fuerat commanentes de civitate Teanenſi de ſuis integra terra, & preſa ſua, & caſa ſua, quæ habebat intro ipſa civitate Teanenſe, & omnes tenimentis ſuis de foras ipſa civitate Teanenſe quæ fuerant pertinentes prædicto Genitori ſuo, & ei ipſi fuerant pertinentes per ejus hereditacio, ne inſimul cum integra quarta parte ſuam, quæ ei erat pertinentes, quem illa declaraberat ſibi habere pertinentes terra & preſa, & caſa ipſa & ipſis Territoriis per hereditacione ipſius genitori ſui ita & ipſa quarta pars declaraberat ſibi habere pertinentes in omnibus rebus, & ſubſtanciis prædicti Maraldi viri ſui per illum ſuum ſcriptum Morgincap legibus a prædicto viro ſuo emiſſo ideſt de caſis, & terris de intro vel foras civitatibus, de ſerbis, & de ancillis de peculiis majoris, & de minoris de mobiles, & inmobiles, de omnia, & in omnibus tam de paterna, quam & de materna ſubſtancia undecumque ciqui viri ſui pertinuerat, vel pertinentes fuerat cum viis, & aquis, & anditis ſuis cum ſepis, & limitibus, & cum pertinentiis ſuis, & cum omnia inferiora., ac ſuperiora ſua cunctis, & integris prædictis terris, & preſa, & caſa ſua & territoriis, quæ fuerunt pertinentes prædicti genitori ſui, & ei ipſis erant pertinentes per ejus hereditacione, inſimul cum integra jamdicta quarta parte de omnibus rebus, & ſubſtantiis, quæ fuerunt, & pertinuerunt prædicti Maraldi viri ſui ipſa quæ ſupra Landelgarda ipſius qui ſupra Johannis patrui ſui ipſis in integrum donaverat, at poſſeſſionem ſuam, & de ſuis heredibus in omni racione, & ordine ſicut in ipſa ſua carta donationis continere videbatur, quæ inde aput ſe firmatam retinebat, quæ ſcripta erat per Gaidolfum Notarium. Tande autem ſicut ipſius jam nominati Johanni aptum, & congruum erat vona ſua voluntate per cartam ſecundum lege donaverat mihi Grimoaldi Comiti palacii integra jam dicta quarta pars qualiter fuerat Morcincap. ſupraſcripte Landegarde de integris omnibus ſupradictis rebus, & ſubſtanciis, quæ fuerunt, & pertinuerunt ſupraſcripti Maraldi viri ſui de intro vel foras civitatibus quæ, & qualiter ei

erat

erat pertinentes quarta part ipſam per jamdic. ſua carta donationis ei emiſſa a prædicta Landelgarda, una cum viis, & aquis, & anditis ſuis, cum ſepis, & limitibus, & cum pertinenciis ſuis, & cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua inſimul & donavit mihi, & aput me remiſit jam dicta ſua cartula donacionis cum continencia de integra ipſa quarta parte qua continet at poſſeſſionem meam & de meis heredibus, & de illis hominibus, vel partibus, cui vel ubi ipſos per nos in quibuſcumque modis dictum paruerit ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ nobis, & eis placuerit, & cætera in omni racione, & ordine ſicut in ipſa mea donacionis carta continetur, que exinde aput me firmatum retineo, qua ſcripta eſt per Petrum Notarium. Seu & declaro, quia iterum in præſenti menſe, & indiccione Dominicus Sacerdos, & Cuſtus de eccleſia bocabulo S. Laurencii Martiris Chriſti, quæ conſtructa eſt in finibus Cantia loco ſligine declaraberat quia ante hos annos Maraldo infantulo intra etate fili quoddam eidem Maraldi ſecundum lege per cartam judicaberat, & diſpoſuerat in medietate de prædicta eccleſia S. Laurentii, quæ erat ſorte ipſa medietate de prædicta eccleſia Joanni patrui ſui, in qua ipſe qui ſupra Dominicus, qui tando Diaconus erat, & cuſtus in eadem medietatem ipſius Johannis de prædicta Eccleſia eſſe videbatur integra terra, & preſa baciba & caſa fabrita, quæ habebat intro hanc Capuanam civitate propincu monaſterio S. Benedicti majori quem ei ipſis erant pertinentes per hereditacione prædicti genitori ſui, & integra curte, & terris ſuis quem habebat in loco Quaranta, & in loco Sabinianu, & in finibus Cantia loco ubi dicitur puteo Jorjoli, quam & integris terris ſuis, qua habebat in finibus Liburiæ ubicumque de territoriis ſuis exinda inventum dederat in his dictis finibus Liburia ei pertinentes, ſeu & integra curte, & terris ſuis qua habebat in loco, qui dicitur Monte Mutulu, quam & integra ipſa curte & terris ſuis de finibus Calbo ubi dicitur Beſſanu cum aliis omnibus rebus & territoriis, ſeu ſubſtantiis ſuis ubicumque exinde inventum dederat quam ad ipſis curtis pertinentes, ſeu & integra terra, & preſa ſua, quæ habebat intus prædicta cibitate Calbo inſimul cum omnes ſervos, & ancillas ſuas ei pertinentes, quæ, & qualiter ei ea omnia ſupradicta erunt pertinentes per hereditatione prædicti Genitori ſui ut dixerat cum integris terris ſuis, quæ habebat prope Eccleſiam ſancti Victoris in ipſe ceſe, at poſſeſſionem de prædicta medietate de prædicta eccleſia, & de ejuſque cuſtodibus atque Rectoribus ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ at prædicta medietate de ipſa eccleſia, quæ, ut dixerat placuerit ſimulque & judicaberat, & diſpoſuerat in prædictâ medietate de ipſa eccleſia ſcriptionibus, & moniminas qui erant ipſas continentes, & pertinentes, & cætera in omni racione, & ordine, ſicut in ipſa carta Judicacionis continere videbatur, qua inde aput ſe pro parte de jamdicta medietate de prædicta eccleſia firmatam retinebat, qui ſcripta erat per Gaidolfum notarium, quibus ipſe jam nominatus Dominicus Sacerdos, & cuſtus de ipſa eccleſia, quæ ut dixerat per carta conbenientia ordine ſecundum legem dederat, & tradiderat mihi jam nominati Grimoaldi Comiti palacii Langobardi integra jamdicta terra & preſa bacibe, & caſa fabrita, quæ eſſe videbatur intus hanc Capuanam Civitatem, & inclitas ipſis curtibus, & territoriis de prædictis locis qualiter fuerunt, & pertinuerunt qm. ſupraſcripti Maraldi, inſimul cum aliis omnibus rebus, & ſubſtanciis, quæ fuit & pertinuit ſupraſcripti Maraldi, quæ, & qualiter erant ipſos in integrum pertinentes per ſupraſcripta carta judicationis ad prædicta medietate de prædicta eccleſia, quæ eſt ſorte ipſa medietate de prædicta eccleſia prædicto Johanni, qui fuit filius ſupraſcripti Siconi una cum viis, & aquis, & anditis ſuis cum ſepis, & limitibus, & cum pertinentiis ſuis, & cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua inſimul cum integra jamdicta carta judicationis, & cum omni continentia quas ibidem continet at poſſeſſionem meam qui ſupra Grimoaldi Langobardi Comiti palatii, & de meis heredibus, & de illis hominibus, & partibus, cui vel ubi ipſos per nos in quibuſcumque modis datum paruerit ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exindo omnia, quæ nobis, & eis placuerint, & cætera in omni racione, & ordine ſicut in ipſa carta mea conbeniencia continet, que exinde aput me firmatam retineo, qua ſcripta eſt per eodem Petrum notarium. Nunc autem ego qui ſupra Grimoaldus Comes palacii Divina inſpiratione compulſus Dei omnipotentis miſericordia, quam & pro mercede, & redentionis anima mea, ut aput piiſſimo omnipotenti Domino de meis peccatis aliquam invenire poſſam miſericordiam per hanc cartam offerui in jamdicto Monaſterio S. Benedicti, quod conſtructo eſt intus hanc prædictam Capuanam Civitatem ubi domnus Atenolfus venerabilis Abbas eſſe videmini, hoc eſt integra jamdictam quartam partem, quæ fuit Morgincap. ſupraſcriptæ Landelgarda exintegris omnibus ſupradictis rebus, & ſubſtantiis, qui fuerunt, & pertinuerunt ſupraſcripti Maraldi viri ſui inſimul cum integre jamdicte terre, & preſe bacibe, & caſa fabrita mee, quæ eſſe videtur intus hanc prædictam Capuanam civitatem, & integris omnibus prædictis curtibus, & territoriis de prædictis locis, qualiter fuerunt, & pertinuerunt quond. ſupradicto Maraldi inſimul cum aliis omnibus rebus, & ſubſtantiis, qui fuerunt, & pertinuerunt ſupraſcripti Maraldi una cum viis, & aquis, & anditis ſuis cum ſepis, & limitibus, & cum pertinentiis, & cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua cuncta, & integra ea omnia ſupraſcripta quæ, & qualiter mihi ipſos pertineri videntur per jam dicte mea cartule ita ipſas in integrum in præfato monaſterio offerui inſimul cum integre jamdictis ambobus cartule mee donationis, & cum integra jamdicta cartula judicationis, quam & cum integra jamdicta cartula mea conbenientia per quas mihi ipſos eſt pertinentes, ut ſupradixi, cum omni continentia quas ibidem contineri videntur at poſſeſſionem prædicti monaſterii S. Benedicti, & de ejus Abbatibus, atque rectoribus ad habendum & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ at partem prædicti Monaſterii placuerit, unde de ea omnia ſupradicta quæ in præfato Sancto cœnobio offerui nec mihi, nec uxori mea, nec alicuilibet exinde nullam reſervavi, ſet cunctum, & integrum ipſas in ipſo præfato ſancto monaſterio offerui ſicut ſupradixi ea ratione, quatenus amodo, & ſemper partem prædicti monaſterii, & ejus Abbatibus atque rectoribus firmiter habeant, & poſſideant integra ſupraſcripta mea offerſione, & faciant exinde omnia, quæ eis placuerit in prædicta ratione, & obligo ego qui ſupra Grimoaldus Comes palatii me, & meos heredes ad par-

tem prædicti monaſterii, & ad ejus Abbatibus, atque rectoribus integra ea omnia ſupraſcripta, quibus inipſo præfato monaſterio afferui qualiter dixi defendere, & anteſtare amodo, & ſemper a parte uxori mea, & ab aliis omnibus illis hominibus, & partibus, cui vel ubi ipſos, vel exinde per me, vel per meos heredes in aliis modis veraciter dictum, vel alienatum paruerit, aut qui pro parto, vel datum meum, vel de meis heredibus ipſos, vel exinde at partem prædicti monaſterii tollere, vel conſtruere quæſierint, ab aliis vero hominibus, & partibus licenciam, & poteſtatem habeant partem prædicti monaſterii, & ejus Abbatibus, atque rectoribus exinde eſſere auctores, & defenſores vicibus noſtris cum iſta cart. afferſionis, & cum prædicta cart. quæ ſuperius in eodem Sancto cœnobio afferui, & cum aliis noſtris ſeu illorum racionibus quomodo, vel qualiter melius potuerint & voluerint, & quicquid exinde facere potuerint, & voluerint eorum ſint poteſtatis, eo quoaim tali ratione ipſa in prædicto monaſterio afferui tantum quando ego, vel meos heredes ipſos ad defendendum venerimus at partem prædicti monaſterii ab illis partibus, qualiter ſuperius obli. ſemper partem prædicti monaſterii & ejus Abbatibus, atque rectoribus oſtendere & dare debeant mihi, vel ad meis heredibus jamdicte cartula, quas ſuperius in jamdicto monaſterio afferui Salbe in publico judicio at relegendum, & cauſandum & finem faciendum cum quo nobis neceſſum fuerit, & poſt perfrictam finem Salbe car. ipſe aput eis remittamus ſemper in ipſa racione. Nam ſi ego qui ſupra Grimoaldus Comes, vel meos heredes hanc cart. afferſionis de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere, aut remobero quæſierimus, & ſi non fecerimus, & non compleberimus, at partem prædicti monaſteriii, vel ad ejus Abbatibus, atque Rectoribus ea omnia per ipſum ordine qualiter ſuperius legitur centum vizant. ſolidos pœna me ego qui ſupra Grimoaldus Comes, vel meos heredes componere obligo at part. prædicti Monaſterii, & ad ejus Abbatibus, atque rectoribus, & omnia ſupraſcripta eis percompleamus, & hanc cartulam afferſionis de quibus continet & firma permaneat ſemper, & taliter ego qui ſupra Grimoaldus Comes Palacii pro mercede & redempcionis anima mea feci, & te ſupranominatum Petrum notarium, qui interfuiſti ſcribere rogavi Capua. † Ego Petrus Judex. † Ego Majo.

Anno 1270. menſe Junii Berterainus monachus Caſſinenſis, & præpoſitus hujus monaſterii in emphyteuſim, ſcito Monachorum ſuorum, qui etiam iuſtrumento ſubſcripſere, conceſſit quædam bona Petro de Cajatia penes acta notarii Petri de Capua ex regeſto primo pag. 70. Bernardi Abbatis, qui die 28. Martii anni 1271. ratam habuit eam conceſſionem ex eodem regeſto pag. 126.

Cum Andreas Caſſinenſis Abbas Urbani V. juſſu hujus cœnobii reformationi incumberet, atque a pravis quibuſdam hominibus præpediretur hanc, Capitaneo Capuæ ſcripſit epiſtolam regina Johanna prima.

Ex originali in Archivo. *Johanna dei gratia regina Jeruſalem, & Siciliæ, ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comitiſſa. Capitaneo civitatis Capuæ ſuique diſtrictus vel ejus locum tenenti fideli noſtro gratiam, & bonam voluntatem. Pro parte venerab. viri Fratris Andreæ Abbatis Sacri monaſterii Caſſinenſis, & totius conventus ipſius devotorum Oratorum noſtrorum fuit nuper majeſtati noſtræ lamentabili expoſitione monſtratum, ut cum felicis recordationis domnus Urbanus Papa quintus eumdem Fratrem Andream in Abbatem Caſſinenſem præfecerat, ut ad reparationem ejuſdem Caſſinenſis monaſterii quod totaliter in ædificiis erat collapſum ſine intermiſſione pro viribus procederet, & regularis obſervancia, quæ quaſi totaliter a dicto monaſterio evanuerat, debita reſtauracio, & primæva inſtitucionis reformacio fieret tam in capite, quam in membris. Ad quam quidem reparacionem pro modo facultatum ipſius monaſterii proceſſum eſſe ponitur hucuſque, & indeſinenter proceditur; verum ſicut in ipſa expoſicione ſubjungitur dum dictus frater Andreas circa reformacionem monaſterii S. Benedicti in Capua voluerit intendere, & procedere prout ad ſuum ſpectabat & pertinebat officium, Antonius de Valle, Lillus de Azia, Petrillus de Aczia, Fanellus dictus Sanzonus, & Nardus de Cazaza de dicta civitate Capuæ eorum juribus non contenti præfatum Fratrem Andream circa reformationem prædictam turbarunt indebite, & turbare non ceſſant, non permitentes dictum Abbatem, & conventum dicti monaſterii, ſeu alios pro parte ipſorum dictum monaſterium S. Benedicti ingredi pro reformacione prædicta, non minus in animarum ſuarum perniciem, quam ipſorum exponencium præjudicium, & jacturam, Super quo noſtra per exponentes ipſos oportuna proviſione petita. Noſque tenemur Eccleſias, eccleſiaſticaſve perſonas ab indebitis oppreſſionibus defenſare, fidelitati tuæ harum ſerie committimus, & mandamus expreſſe quatenus vocatis dictis Antonio, Lillo, Petrillo, Fanello, & Nardo de præmiſſis expoſitis te informare ſtudeas, & procures, & ſi rem inveneris ita eſſe ſicut exponitur, mandes eis culminis noſtri parte ſub certa pecuniaria pœna eoſque cogas per debita, & oportuna Juris remedia, quæ melius expedire videris quod dictum Fratrem Andream Abbatem ſuper prædicta reformatione facienda per Abbatem prædictum ſecundum canonicas ſanctiones non impediant in aliquo quoquomodo nec ſe aliquatenus intromittant. Datum Neapoli per virum Magnificum Ligorium Surulum de Neapoli, & militem, Logothetam, & prothonotarium regni Siciliæ dilectum collateralem conſiliarium, & fidelem noſtrum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio, die penultimo Junii, XI. Inditionis, Regnorum noſtrorum Anno XXXI. B. de muſcono. tarenos IIII. R.ta in Cancellaria. R.ta penes Prothonotarium. R.ta in Camera.*

Anno 1377. Petrus de Tartaris Viſitatores hujus cœnobii, atque illius S. Angeli elegit Gregorium Hiſpanum peritum in Decretis, & Franciſcum Siculum monachos Caſſinates, ut ex literis conſtat ex ejus primo regeſto p. 126. a t.

Anno 1382. Petrus Abbas Præpoſitum hujus cœnobii conſtituit Georgium Vercellenſem monachum Caſſinatem, ut ex literis autographis, ex quibus, aliiſque in ejus regeſto liquet plures hoc cœnubium vaſſallos habuiſſe. Alia plura juſſit Petrus quoad hoc cœnobium, ut ex ejus literis in eodem regeſto p. 151. a t. 155. 156. 158. 169. 185. &c. Cum Martinus V. Præpoſitum hujus monaſterii ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum conſtituit Baptiſtam Antonium de Angelo a Capua, atque li-

berum ab omni ſubjectione erga Archiepiſcopum Capuæ, & Abbatem Caſſinenſem, in perpetuum deinde electus eſt a Nicolao V. precibus Alphonſi regis Aragoniæ, & Neapolis hac bulla anno 1447.

Ex reg. Abbatis Antonii Carrafæ fol. 27. Nicolaus V. elegit in Abbatem Commendatarium perpetuum Monaſterii S. Benedicti Antonium de Angelo.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Baptiſtæ Antonio de Angelo clerico Capuan. monaſterii S. Benedicti Capuanæ Ordinis ejuſdem ſancti in ſpiritualibus, & temporalibus Commendatario ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Romani pontificis providentia circumſpecta, in monaſteriorum, aliorumque eccleſiaſticorum locorum ſuæ curæ commiſſorum utilitati conſulat, illis aliquando præſertim principibus, ac magnis viris complacet, a quibus ipſa loca multis modis varia accipere poſſunt commoda, auxilia, & incrementa. Sane pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Alphonſi regis Aragonum illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim poſtquam felicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter tibi tunc clerico Capuan. Propoſituram monaſterii S. Benedicti Capuan. per Propoſitum ſoliti gubernari, Ordinis ejuſdem ſancti, quæ a monaſterio Caſſinenſi dicti Ordinis nullius diœceſis dependet tunc certo modo vacantem per quaſdam uſq; ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum tenendam, regendam, & etiam gubernandam commendaverit, & deinde idem prædeceſſor ex certis cauſis animum ſuum ad id moventibus tunc motus, Propoſituram, & monaſterium S. Benedicti hujuſmodi cum locis ab eo dependentibus, & annexis, illiuſque perſonas, caſtra, villas, terras, poſſeſſiones, & bona acquiſita, & acquirenda ab omni ſuperioritate, dominio, juriſdictione, poteſtate, exactione, correctione, & viſitatione Archiepiſcopi Capuan., & prælatorum ſuperiorum ejuſdem Ordinis, ac judicum ordinariorum quorumcumque uſque ad ipſius prædeceſſoris beneplacitum exemerat, & liberaverat, ac ſub Beati Petri, & Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſceperat. Poſtea piæ mem. Eugenius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter per alias litteras ſuas voluerat, & decreverat quod litteræ commendæ hujuſmodi in quibus de revocatione, & caſſatione certarum Commendarum alias per ipſum Eugenium prædeceſſorem de dicta Propoſitura factarum mentio facta non fuerat, proinde valerent, ac ſi in illis de revocatione, & caſſatione hujuſmodi plena, & expreſſa mentio facta fuiſſet prout in litteris ipſis plenius continetur. Litteræ exemptionis per Martinum prædeceſſorem hujuſmodi conceſſa per ipſius obitum expiraverant. Tuque vigentibus guerris in partibus illis per duodecim annos, vel circa, dictum Monaſterium aſſequi non potuiſti, tuuſque genitor in reparatione dictæ Propoſituræ magnas expenſas fecit, quæ adhuc non modica reparatione indigere dignoſcitur, prout alias facere intendit, eique multipliciter poterit eſſe fructuoſum ſi ipſum Monaſterium S. Benedicti tibi per nos quoad viveres commendaretur. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras, commenda hujuſmodi ad vitam tuam extendere, & eadem Propoſituram tibi per te, quoad vixeris tenendum, & regendam, & gubernandam commendare, illumque perſonas, & bona prædicta ab omni ſuperioritate, nota. *dominio, poteſtate, viſitatione Archiepiſcopi, & prælatorum prædictorum, nec non Abbatis monaſterii Caſſinenſis, eorumque officialium, nec non a ſolutione cujuſcumque annui cenſus, ſeu annuæ penſionis, quoad viveres dumtaxat eximere, & liberare, & ſub protectione B. Petri, & ſedis Apoſtolicæ, ac noſtra ſuſcipere, ita quod Archiepiſcopus, prælati, & Abbas prædicti, aut alia quævis perſona Secularis, vel regularis nullam in te Propoſituram monaſterii S. Benedicti perſonas, res, & bona ejuſmodi, juriſdictionem exercere, ſeu excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias, aliaſque cenſuras eccleſiaſticas, & perſonas ferre aut promulgare ſeu ad ſolutionem cenſus, vel penſionis compellere etiam ratione criminis delicti, vel initi contractus, ſeu rei, de qua agi valeret, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dicti Regis ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulas cauſas coram quibuſcumque judicibus ſuper dicta Propoſitura, & illius occaſione, ac appellationes ab eis forſitan interpoſitas ubicumque indeciſas pendentes, & quæ effectum ſortita non fuiſſent, ad nos harum ſerie advocantes, & lites penitus extinguentes tibi, ut ſtatum tuum de cæteris tenere valeas de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, Propoſituram præfatam, quæ dignitas Conventualis exiſtit, & a dicto Monaſterio Caſſinenſi dependet, & ad quam, quis conſuevit per electionem aſſumi, cuique cura imminet animarum, cujuſque fructus reditus, & proventus trecentorum auri florenorum auri de camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedant &c. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, tibi per te quoad vixeris tenendam regendam & gubernandam authoritate Apoſtolica commendamus. Ita quod tu de ejuſmodi fructibus, redditibus, & proventibus diſponere, & ordinare libere, & licite valeas, ſicuti veri ejuſdem Propoſituræ Propoſiti, qui fuerint pro tempore de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ac etiam debuerunt. Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium ipſius Propoſituræ tibi penitus interdicta, non obſtantibus felicis record. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus monaſterii Caſſinenſis, & Ordinis prædictorum juramento, ordinatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque &c. Quodque de dignitatibus dicti monaſterii Caſſinenſis, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum* nota. *collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel diviſim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, ejuſque tenore toto habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis &c. Cæterum, ut dicta Propoſitura ſub tuo felici regimine in ſpiritualibus, & temporalibus votiva ſuſcipiat incrementa, & ab indebitis moleſtiis, & exactionibus præſervetur. Dictis Regis etiam in hac parte ſupplicationibus inclinati, ac ex certis rationabilibus cauſis ad id animum noſtrum moventibus, te Commendatarium, & Monaſterium ipſum S. Benedicti cum ſuis membris, eccleſiis, cappellis, locis dependentibus, & annexis, ac perſonis, & familiaribus in illis degentibus, ſeu inibi deſervientibus quibuſcumque, nunc, & pro tempore exiſtentibus, nec non caſtra,*

Suppl. Hiſt. Caſſin.

villas, terras, poſſeſſiones, & quæcumque alia bona mobilia, & immobilia ubicumque conſiſtentia ad te, & menſas dicti monaſterii S. Benedicti, ſive jus, proprietatem, & juriſdiccionem ipſius monaſterii, & locorum hujuſmodi legitime pertinencia, cum omnibus juribus ſuis, quæ tu, & idem monaſterium ad præſens juſte poſſidetis, & in futurum juſtis modis, & titulis, Domino concedente poſſidebitis, ac familiares, & perſonas prædictas ab omni ſuperioritate, dominio, juriſdictione, poteſtate, exactione, correctione, & viſitatione tam venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Capuani moderni, & ſucceſſorum ſuorum, quam dilectorum filiorum prælatorum ſuperiorum dicti Ordinis, ac judicum, & ordinariorum aliorum quorumcumque, qui ſunt, & erunt pro tempore, tenore præſentium, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia quoad vixeris, prorſus eximimus, & penitus liberamus, ac ſub B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, atque noſtrâ, teque monaſterium S. Benedicti, & perſonas hujuſmodi nobis, & dictæ ſedi etiam quoad vixeris, immediate volumus ſubjacere. Itaquod Archiepiſcopus, ſucceſſores, prælati, ſuperiores judices, & ordinarii præfati, aut alia quævis perſona regularis, vel ſecularis, eccleſiaſtica, vel mundana, quacumque præfulgeat dignitate, ratione criminis delicti, vel contractus aut rei, de qua agetur in judicio, vel extra, ubicumque committatur delictum, vel ineatur contractus, ſeu res ipſa conſiſtat, nullà in te, Monaſterium S. Benedicti, eccleſias, cappellas, membra, caſtra, poſſeſſiones, villas, terras, loca, familiares, & perſonas hujuſmodi, utpote prorſus exempta ſimiliter quoad vixeris, poſſint excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut alias quaſcumque ſententias tam interlocutorias, quam diffinitivas ferri, ſeu promulgari, vel juriſdictionem, poteſtatem, aut dominium exercere. Sed coram nobis, & dicta ſede dumtaxat, ſeu noſtris, & ipſius Sedis delegatis teneamini de juſticia reſpondere. Et quia dicta Propoſitura, redditus, & proventus hoc tempore multum ſunt diminuti, ut nullo modo videaris poſſe conſueta olim illius onera ſupportare, eximentes te ab omni reſiduo, ſi quod eſt ſolutionis, cenſus temporis hucuſque præteriti, volumus, ac præſentium tenore declaramus, quod pro cenſu, & nomine cenſus temporis futuri ſolummodo ſoliti cenſus terciam partem ſingulis annis Caſſinenſi monaſterio ſolvere tenearis felicis recordationis Innocentii Papæ quarti etiam prædeceſſoris noſtri, & alia quolibet conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante &c. Unde nunquam amplius ibi Monachos perſtitiſſe credimus. Leo deinde X. collegiatam eſſe juſſit hanc eccleſiam precibus Joannis Baptiſtæ de Angelis clerici Neapolitani, ibique Abbatem, decemque Canonicos, atque quatuor beneficia instituit hac bulla, qua plures Abbati Juriſdictiones concedit, & eſt pene ſingularis quo ad gratias.

Quod Caſſinenſi Monaſterio ſolum tertiam partem ſoliti cenſus in futurum ſolvat.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum dei ad perpetuam rei memoriam. In ſuper eminentis Apoſtolicæ dignitatis Specula conſtituti eccleſiarum, & monaſteriorum omnium ſtatum, & conditionem diligenter proſpicientes, & eorum diſpendiis occurrere, ac honori, & felici ſucceſſui providere ſatagentes, illorum ſtatum nonnunquam immutamus, & alteramus, ac etiam condignis honoribus attollimus, prout temporum, & locorum conditionibus diligenter penſatis ad divini cultus augumentum, & animarum Chriſti fidelium ſalutem, ac pro Eccleſiarum, & monaſterium eorundem ſalubriori ſtatui decore, & venuſtate conſpicimus in domino ſalubriter expedire. Sane pro parte dilecti filii Joannis Baptiſtæ de Angelis clerici Neapolitani, qui monaſterium S. Benedicti Capuan. Ordinis ejuſdem Sancti ex conceſſione Apoſtolica in commendam obtinet nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum Monaſterium prædictum a pluribus temporibus citra conventu caruerit, & careat, & dum vacavit, per ſedem Apoſtolicam Commendatorem, & in hujuſmodi commendam per diverſas eccleſiaſticas perſonas obtentum fuerit, prout per ipſum Joannem Baptiſtam, ut præfertur, obtinetur, & idem Joannes Baptiſta monaſterium ipſum, quod in ſuis ſtructuris, & ædificiis collapſum, & debito cultu Divino deſtitutum erat, illiuſque eccleſiam, in qua una dumtaxat miſſa celebrabatur, ſingulis diebus reſtaurari fecerit, & in ejuſmodi reſtauratione certam pecuniarum ſummam erogaverit, nec non in eodem Monaſterio decem presbyteros ſeculares inibi in divinis deſervientes, ſub divina mercede ex indulto Apoſtolicæ manuteneat, ſi in dicto monaſterio, cujus Commendatarii, qui a certis annis citra fuerunt monaſterii Caſſinenſis dicti Ordinis, nullius diœceſis, ſexaginta ducatorum de carlenis monetæ regni Siciliæ ſingulis annis ſolverunt, nomen monaſterii, & tam in illo, quam ei forſan annexis, & dependentibus ordo prædictus, & dependentia penitus ſupprimerentur, & extinguerentur, ac illius eccleſia prædicta, cui forſan cura imminet animarum in collegiatam eccleſiam cum ſigillo, & arca, ſeu capſa communibus, & aliis collegialibus inſigniis, ac in ea una Abbatiæ dignitas inibi principalis pro uno Abbate, qui inibi præeminentiam, & juriſdictionem habeat, ſicuti dignitates principales aliarum collegiatarum eccleſiarum illarum partium obtinentes habere conſueverunt, & ad quem cura animarum hujuſmodi pertineret, ac decem canonicatus, & totidem præbendæ pro totidem Canonicis, qui ſimul cum dicto Abbate capitulum ipſius eccleſiæ inibi conſtituerent, nec non quatuor ſimplicia beneficia eccleſiaſtica Diaconalia nuncupanda pro totidem presbyteris, ſeu clericis diaconibus nuncupandis eligerentur, & inſtituerentur, ac eorum menſæ capitulari omnia, & ſingula mobilia, & immobilia bona ad dictum monaſterium, & illi annexa pertinentia juxta providam ordinationem ipſius Johannis Baptiſtæ deſuper faciendam perpetuo applicarentur, & appropriarentur, nec non & Juſpatronatus, & præſentandi nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici ad Abbatiam, ipſi vero Abbati pro tempore exiſtenti ad ſingulos canonicatus, & præbendas necnon quatuor ſimplicia beneficia prædicta tam hac prima vice, ab eorum prima erectione vacantes cum erecta fuerint, quam poſtea quoties vacaverit dilecto filio Hieronymo, & ejus maſculis dumtaxat ac Jacobo, Ludovico, Antonio, Ladiſlao, Fabritio, & Joanni, Franciſco etiam de Angelis nobilibus Neapolitanis, & eorum etiam maſculis filiis, ac illis deficientibus femininis heredibus, & ſucceſſoribus perpetuo reſervaretur, & concederetur dictus Joannes Baptiſta pro diſtributionibus quotidianis dictorum decem Canonicorum redditus annuos tam de propriis, quam ipſius monaſterii bonis ducentorum ducatorum infra quadriennium aſſignaret, & pro reparatione, & fulcimento

Ex apographo in Archivo.

ipſius

ipſius eccleſiæ computatis expenſis, & expendendis ſummam quatuor millium ducatorum ſimilium erogaret, ex quo eccleſia ipſa non parum decoraretur, & in ea divinus cultus cum animarum ſalute, & Chriſti fidelium devotio ad illam augeretur, ipſique Chriſti fideles frequentius ad eandem eccleſiam pro miſſis, & aliis divinis officiis audiendis confluerent. Quare pro parte dicti Joannis Baptiſtæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in monaſterio S. Benedicti, nomen monaſterii, & tam in illo, quam & annexis dependentibus prædictis Ordinem S. Benedicti, & dependentiam hujuſmodi penitus ſupprimere, & extinguere, ac eccleſiam prædictum in Collegiatam, & in ea unam Abbatiam dignitatem inibi principalem pro uno Abbate nec non decem Canonicatus, & totidem præbendas pro totidem canonicis, ac quatuor ſimplicia beneficia eccleſiaſtica diaconalia nuncupanda pro totidem presbyteris, ſeu clericis diaconibus nuncupandis erigere, & inſtituere, ac omnia, & ſingula mobilia, & immobilia bona nunc ad monaſterium S. Benedicti, & illi annexa prædicta pertinentia, nec non & redditus, & proventus per ipſum Johannem Baptiſtam pro quotidianis diſtributionibus ipſorum Canonicorum aſſignandos perpetuo applicare, & appropriare, necnon & juſpatronatus præſentandi perſonas idoneas ad Abbatiam, nec non canonicatus, & præbendas ac bona prædicta Hieronymo, & ejus maſculis, ac Jacobo, Ludovico, Antonio, Ladiſlao, Fabritio, Johanni Franciſco ac eorum ſimiliter maſculis filiis, & illis deficientibus feminis etiam perpetuo, ut præfertur, reſervare, & concedere, omnibuſque in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui eccleſiarum omnium, & monaſteriorum decorem & in melius directionem, ac in illis divinum cultum noſtris potiſſime temporibus exigere, & augeri ſinceris deſideramus affectibus præfatum Joannem Baptiſtam a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac fructuum, redditumm, & proventuum dicti monaſterii, verum annuum valorem præſentibus pro expreſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati in monaſterio S. Benedicti nomine monaſterii, & tam in illo, quam annexis, & dependentibus prædictis ordinem, & dependentiam hujuſmodi authoritate Apoſtolica tenore præſentium penitus, & omnino ſupprimimus, & extinguimus, ac eccleſiam monaſterii hujuſmodi in collegiatam cum ſigillo, & arca communibus, & aliis inſigniis collegialibus, & in ea unam Abbatiam dignitatem inibi principalem pro uno Abbate, qui inibi praeminentiam, & Juriſdictionem habeat, & ad quem cura animarum hujuſmodi pertineat, ut præfertur, nec non decem Canonicatus, & totidem præbendas pro decem Canonicis, qui ſimul cum Abbate prædicto capitulum ipſius eccleſiæ faciant, & conſtituant, ac quatuor ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica diaconalia nuncupanda pro totidem presbyteris, ſeu clericis diaconibus nuncupandis, qui omnes in eadem eccleſia perſonaliter reſidere, & divinis intereſſe teneantur authoritate præſentium, & tenore erigimus, & inſtituimus, ac omnia, & ſingula bona mobilia, & immobilia nunc ad monaſterium, & illi annexa prædicta pertinentia pro Abbatia, ac Canonicatuum, & præbendarum, nec non bonorum prædictorum dote, nec non redditus, & proventus per ipſum Joannem Baptiſtam pro quotidianis diſtributionibus ipſorum canonicorum aſſignandos ex nunc, prout ex tunc, & e contra eidem menſæ juxta providam ordinationem ipſius Joannis Baptiſtæ deſuper faciendam perpetuo applicamus, & appropriamus nec non & juſpatronatus etiam præſentandi perſonas idoneas ad Abbatiam nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici ad Abbatiam, & ad Canonicatus, præbendas, ac beneficia prædicta eidem Abbati, etiam pro tempore exiſtenti, tum hac prima vice, quam quoties pro tempore quoquomodo etiam apud ſedem prædictam vacaverint . . . . . & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices, & Abbatem hujuſmodi reſpective inſtituendos Hieronymo, & ejus maſculis dumtaxat, nec non Jacobo, Ludovico, Antonio, Ladiſlao, Fabritio, Joanni Franciſco, & eorum etiam maſculis filiis, ac illis deficientibus feminis, heredibus, & ſucceſſoribus prædictis, ſic quod per ipſos patronos ad ipſum Abbatiam illius pro tempore occurrente vacatione pro tempore præſentationem eo ipſo poſſeſſionem ipſius Abbatiæ apprehendere, & aſſequi poſſit dummodo infra duos menſes ex nunc computandos novam proviſionem a ſede prædicta impetret, & literas deſuper totaliter expediat, ac jura cameræ Apoſtolicæ, & propterea debita perſolvat, alioquin Abbatia ipſa vacet authoritate prædicta earundem tenore præſentium perpetuo reſervamus, & concedimus, ac ad juſpatronatus hujuſmodi laicorum exiſtat, & eiſdem patronis non ex privilegio ſed ex vera fundatione, & dotatione, ac cum prærogativa ſpeciali, ac ſi de regum, ducum, & aliorum principum, & baronum jure patronatus forent competat, & ad eos pertineat, quodque illi nullo unquam tempore etiam per ſedem eandem derogari poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi de tote tenore, & data præſentium plena, ſpecifica, individua, ſpecialis, & expreſſa ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio facta fuerit, & ſic per quoſcumque judices, & commiſſarios, etiam cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis quavis alia judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debeat, ac quicquid ſecus ſuper iis a quoquam quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contingerit attentari irritum, & inane decernimus, & inſuper eidem erectæ eccleſiæ, ac illius Abbati, canonicis, & perſonis pro tempore exiſtentibus quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, conceſſionibus, favoribus, gratiis, indulgentiis, & indultis collegiatis eccleſiis, & illarum perſonis incedere conceſſis, & concedendis, uti, potiri, & gaudere. Primo præſentandus, & inſtituendus Abbas quoad vixerit ſolus, & eo defuncto, Abbas pro tempore exiſtens, capitulum ipſius eccleſiæ pro felici illius, & perſonarum ejuſdem ſtatu, & ſalubri directione, ac divinorum officiorum in illa celebratione quæcumque ſtatuta, & ordinationes rationabilia, & honeſta a Sacris canonibus non deviantia cum conſilio, & voluntate modernorum, & pro tempore exiſtentium illius patronorum facere, & tenere, illaque limitare & tollere, ac alia de novo facere, quoties ipſis pro utilitate dictæ eccleſiæ viſum fuerit expedire, ac Abbati ejuſdem eccleſiæ pro tempore exiſtenti ut ad

Eccleſia S. Benedicti erigitur in collegiatam cum Abbate, Canonicis, ac Beneficiatis.

Fit de jure patronatus Familiæ de Angelis pro auctis ab ea redditibus.

Concedit Pontificalia Inſignia, aliaſque facultates præcipue Primam Tonſurã, Minoreſque ordines conferendi.

inſtar epiſcoporum, & præſatorum pallium album, ſeu Rochetum, deferre, & illo, nec non mitra, annulo, & paſtorali baculo, & aliis pontificalibus inſigniis uti, ac benedictionem ſolemnem poſt miſſarum, veſperarum, & Matutinorum ſolemnia, ac in proceſſionibus populo inibi tunc intereſſenti dummodo aliquis antiſtes, ſeu ſedis Apoſtolicæ legatus præſens non ſit, vel ſi præſens fuerit, ad id ejus expreſſus accedat aſſenſus, publice elargiri, nec non quoſcumque clericali charactere inſignire, & ad quatuor minores ordines ſimul, vel ſeparatim ſtatutis a jure temporibus promovere, & dictos ordines eis conferre, ac quaſcumque cruces, immagines, campanas, nec non omnia, & ſingula paramenta, & ornamenta eccleſiaſtica, etiam Sacerdotalia, ac vaſa divino cultui dicata benedicere, necnon eccleſias, & loca eccleſiaſtica quæcumque, illorumque cameteria ſanguinis vel ſeminis effuſione aut alias pollutas, & polluta aqua tamen prius per aliquem catholicum Antiſtitem, ut moris eſt, benedicta, benedicere, & reconciliare libere, & licite valeat authoritate, & tenore prædictis licentiam, & facultatem concedimus, & pariter indulgemus, nihilominus eccleſiam ipſam, ac illius Abbatem, capitulum, Canonicos, beneficiatos, & perſonas, ac ſubditos pro tempore exiſtentes ab omni Juriſdictione, & ſuperioritate, viſitatione, correctione, dominio, & poteſtate Archiepiſcopi Capuani pro tempore exiſtentis, ejuſque Vicariorum, & officialium præſentium, & futurorum eiſdem authoritate, & tenore perpetuo penitus, & omnino eximimus, & liberamus, ac ſedi prædictæ immediate ſubjicimus, itaquod Archiepiſcopus, Vicarii, & officiales prædicti, ſeu eorum aliqui etiam ratione delicti, vel contractus, ſeu rei, de qua ageretur ubicumque committatur delictum, initur contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam in eccleſiam, Abbatem, capitulum, Canonicos, beneficiatos & perſonas, ac ſubditos prædictos juriſdictionem, ſuperioritatem viſitationem correctionem, dominium, vel poteſtatem exercere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſeu quaſcumque alias ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare poſſint, nec debeant, ſeu præſumant, ſed dumtaxat Abbas coram ſede prædicta, vel legatis ejus, Canonici vero, beneficiati, & alia perſona eccleſiaſtica hujuſmodi de ſe querelantibus coram eodem Abbate teneantur de juſtitia reſpondere, decernentes irritum, & inane quidquid ſecus ſuper iis a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Neapolitano, & Averſano, ac Puteolano epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas vel in eis contenta quæcumque ubi, vel quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis, & capituli, ac patronorum pro tempore exiſtentium, & ſubditorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter præſentes eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra ſuppreſſionem, extinctionem, electionem, inſtitutionem, applicationem, reſervationem, indultum, conceſſionem, exemptionem liberationem, ſubjectionem, & decretum prædicta firmiter obſervari, ac ſingulos quos præſentes literæ concernunt illis pacifice gaudere non permittentes eos deſuper per Archiepiſcopum, vicarios, ſeu officiales prædictos aut quoſvis alios quavis auctoritate fungentes quomodolibet indebite moleſtari, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus fel. rec. Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: volentes, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis de dignitatibus principalibus collegiatarum eccleſiarum per nos, & ſedem Apoſtolicam pro tempore factis reſervationibus ſpecialibus, vel generalibus, ac monaſterii S. Benedicti, & Ordinis Prædicatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quovis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi Archiepiſcopo, vicariis, & officialibus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, electionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, reſervationis, conceſſionis, indulti, exemptionis, liberationis, ſubjectionis, decreti, & mandati infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Malliani Portuen. diœceſis Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo nono, tertio Idus Maii, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo. Baltaſ. de Piſcia. F. Bernardus. Gratis de mandato Sanctiſſ. Domini noſtri Papæ. Je. Salvius.

Et conſecratarum Eccleſiarum reconciliationem.

Exemptus ab omni Capuani Archiepiſcopi juriſdictione, Sediq; Apoſtolicæ immediate ſubjectus pleno gaudens jure in Canonicos, & Beneficiatos.

Aliis quibuſdam literis prærogativas huic eccleſiæ addit idem Leo. Poterant Caſſinates ſubreptitias haſce bullas impetere veris Romanorum Pontificum privilegiis, quibus vetat, ne beneficia cœnobio Caſſinenſi adnexa ulli concedantur, ac proinde efficere ne ab eorum jure dives adeo præpoſitura deſciſceret, quæ plura hactenus bona poſſidet in territorio Capuano, turris Francoliſii, Teanenſi, Sueſſano, Roccæ montis draconis, Aliphano, Carinolenſi &c: Irrita tamen hæc privilegia memorato Abbati conceſſa eſſe juſſit Clemens VII. precibus Archiepiſcopi Capuani edito brevi ſub anulo Piſcatoris apud S. Petrum die 4. Januarii MDXXV. in quo hæc præ aliis leguntur: *Habentes litteras prædictas quoad erectionem, inſtitutionem, & applicationem, & facultatem condendi ſtatuta necnon incedendi in proceſſionibus, necnon quatenus dictus Jo: Baptiſta fructus, & redditus pro diſtributionibus quotidianis aſſignandos hujuſmodi de propriis ſuis, ſeu dictorum conſanguineorum bonis jam aſſignaverit, etiam reſervatione juriſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi dumtaxat in ſuo robore manere volumus, quoad reliqua vero in eis contenta quæcumque revocamus, caſſamus, & annullamus, ac nullius roboris, & momenti eſſe &c.* Michael Monachus pag. 166. narrat ob peremptum a conſanguineo Abbatem, Clementem VIII. Juſpatronatum extinxiſſe, atque dediſſe Abbatiam Cardinali Bellarmino cum Archiepiſcopo Capuano; deinde ſubdit: *Qui Dominus Cardinalis poſt Archiepiſcopatum dimiſſum, egit cum Paulo V. Papa, ut Abbatia efficeretur beneficium ſimplex, & Canonicis ad aliquam aliam eccleſiam translatis canonice S. Benedicti nomen ſupprimeretur, ipſa autem eccleſia Patribus ſocietatis Jeſu concederetur; Jeſuitæ*

igitur

igitur Eccleſiam obtinuerunt ab anno 1611. Miniſtri vero Cathedralis eccleſiæ choro, certis conditionibus additi.

Hujus eccleſiæ Præpoſitus io ſignum directi dominii quotannis cœnobio Caſſinenſi ſolvebat triginta uncias argenti, quas ad decem, ſeu ſexaginta ducatos reduxit Nicolaus V. cum beneficium hoc contulit Baptiſtæ Antonio de Angelis: ſemper deinceps hæc penſio ſoluta, quemadmodum ab anteriori tempore, ut ex regeſtis conſtat Abbatum Bernardi, Angeli, Andreæ, Petri de Tartaris, Henrici Thomacelli, Antonii Carrafæ &c. Hinc Petrus de Tartaris apocham hanc edidit anno 1375. & 1376. ex cit. ejus reg. p. 201. *Nos Frater Petrus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis Romanæ eccleſiæ immediate ſubjecti. In veritate, & ex certa ſcientia confitemur habuiſſe, & recepiſſe a religioſo viro Fr. Petro Alexii de Urbe monacho noſtri monaſterii Caſſinenſis, nec non Præpoſito monaſterii S. Benedicti in Capua membri immediate ſubjecti, & ſpectantis pleno jure ad nos & hujuſmodi noſtrum monaſterium Caſſinenſe pro parte, & de parte penſionis, ſeu redditus nobis debiti ab ipſo Propoſito de menſe Octubris proximi præteriti 1376. XV. indictionis centum decem ducatos auri, necnon confitemur prout nobis plene patet ab ipſo, & per ipſum Fr. Petrum fuiſſe, & eſſe de anno proxime præterito 1375. 14. indictionis Caſſinenſi Theſaurario, atque noſtro de penſione dicti anni integre ſatisfactum, quam approbamus, de quibus centum decem ducatis ſolutis ut ſupra, & de ſolutione integra dicti anni XIIII. indictionis ipſum quietamus, liberamus pariter, & abſolvimus &c.*

Solutio annui cēſus monaſterio Caſſinenſi.

Cumque anno 1446. ſolvere renuiſſet Baptiſta Antonius de Angelis juſſu Abbatis Antonii Carrafæ citatus eſt hiſce litteris; ex quibus liquet Præpoſitos omnes eccleſiarum, quæ juris cœnobii noſtri fuiſſent obnoxios, quotannis pridie Kal. Octobris, ipſiſque Kalendis ſolemnitati conſecrationis eccleſiæ Caſſinenſis adeſſe. *Antonius Carrafa de Neapoli Abbas ſac. monaſterii Caſſinenſis &c. Dilecto in Chriſto filio clerico Johanni de Leone de Neapoli ad infraſcripta noſtro nuntio, & commiſſario ſpecialiter deputato ſalutem, & commiſſionibus noſtris firmiter obedire. Sicut te latere non credimus monaſterium Caſſinenſe multas habet Propoſituras in hoc regno præcipue, & in diverſis ipſius regni partibus, quorum præpoſiti, rectores, poſſeſſores, & adminiſtratores legitimi anno quolibet in dedicatione ipſius monaſterii, qua celebratur prima die Octobris, perſonaliter venire tenentur ad dictum monaſterium, & intereſſe primis Veſperis, matutinis, & miſſa ſollemni tertiarum, & ſolvere annuam penſionem ipſi monaſterio pro veſtimentis monachorum deputatam, ſub pœnis excommunicationis, & interdicti, atque privationis beneficii, quamadmodum in ſacris conſtitutionibus ipſius monaſterii, & privilegiis ipſi monaſterio conceſſis continetur, & declaratur, atque de conſuetudine, & more antiquo ipſius monaſterii fuiſſe, & eſſe comperimus, inter quas Propoſituras eſt Propoſitura S. Benedicti de Capua, quam non minimam, ſed de melioribus, & opulentioribus eſſe cognoſcimus, cujus poſſeſſor, & adminiſtrator exiſtis Baptiſta Antonius natus d. Angelilli de Capua, qui ad onus prædictum ſolutionis annuæ penſionis ad ſummam triginta unciarum per annum tenetur, & aſtrictus eſt, ſicut alii Propoſiti, quamque Præpoſituram prædictam indebite teneat, & poſſideat &c.*

Præpoſiti Eccleſiarum Monaſterii Caſſinēſis quolibet anno, die Dedicationis Eccleſiæ ejuſdē Monaſterii Divinis Officiis intereſſe, annuumq; ſolvere canonem tenebantur.

Anno iterum 1533. Antonius de Angelis ejuſdem eccleſiæ Abbas, qui cœnobio noſtro penſionem ſolvere renuerat adactus ad id eſt juſſu Clementis VII. ut ex ejuſdem aſſertione conſervata in archivo conſtat. Abbas modo fiduciarius hujus eccleſiæ eſt Cardinalis Joſeph Renatus Imperialis pietate, ac doctrina celeberrimus.

Inter alia, quæ a Joanne conſule, ac duce Neapolitano ſacro cœnobio Caſſinenſi donata ſunt, fuit monaſterium S. Severi apud Surrentum, teſte Leone Oſtienſi lib. 1. c. 56. hiſce verbis: *Huic Abbati Johannes Conſul, & dux Neapolitanorum ſuo præcepto confirmavit, atque conceſſit eccleſiam S. Cæciliæ intra Neapolim ſitam in platea quæ cognominatur Palmarum antiquitus huic noſtro monaſterio pertinentem cum univerſis omnino pertinentiis ejus. Necnon & cellam S. Severi in Surrento cum omni pariter ſubſtantia, ac pertinentia ipſius &c.* Eadem refert Mabillonius Annal. To. 3. p. 123. Confirmatum deinde hoc cęnobium fuit ab Innocentio tertio, Ludovico II., Lothar. III., & Henrico VI. Imperatoribus, atque Hugone & Lothario regibus Italiæ. Subdit eodem in cap. Leo: *Similiter etiam & GaYipertus Præpoſitus diverſarum per Marchiam cellarum ab hoc Abbate ordinatus &c.* Ex quibus eruitur plura cœnobio noſtro ſubdita fuiſſe monaſteria in Marchia, cujus tamen nominis hæc fuerint, ignotum. Suberat etiam Caſſinenſibus monaſterium S. Benedicti in Caudis teſte Leone Oſtien. c. 58. cum ait: *Quo etiam tempore* (Beneventi Princeps) *octo familias liberorum hominum in cella S. Benedicti de Caudis ab eodem Abbate rogatus conceſſit.* Quam conceſſionem I. Diſſ. dabimus. Confirmatum hoc monaſterium fuit ab Hugone, & Lothario regibus, Lothario III., & Henrico VI.

Cœnobiū S. Severi apud Surrentum.

Eccleſia S. Cęciliæ in Civitate Neapolitana.

Cœnobia in marchia.

Monaſterium S. Benedicti in Caudia.

Agapitus II. Romanus pontifex rogatu Balduini Abbatis Caſſinatibus conceſſit monaſterium S. Stephani apud Terracinam, ut refert Leo cap. 59. hiſce verbis: *Aliud etiam privilegium adquiſivit præfatus Abbas ab eodem Sancto Pontifice de monaſterio S. Stephani juxta Terracinam, quod B. Benedictus (ſicut in vita ipſius legitur) per viſionem mirabiliter apparens ædificari monſtraverat.* Eadem habet Baronius Anno 946. p. 374., deque hoc monaſterio egimus ſupra ſæc. 6. A. 986., quo indictio XIV. numerabatur, atque annus primus Joannis XV., uam ut aſſerit Baronius anno 985. fol. 856. memoratus Joannes deſinente anno 985. creatus eſt pontifex: atque adſtipulatur Pagius, cum eodem anno nu. 5. habet: *Sed eum menſe decembri hujus anni jam Pontificatum conſecutum in dubium revocari non poteſt.* Eamque aſſertionem pluribus ejuſdem Joannis privilegiis demonſtrat. Rogatu hortatuque Joannis Tarracinenſis epiſcopi donata eſt huic monaſterio Piſcina in Territorio Tarracinen. loco dicto Gambara. Extat hæc donatio in regeſto Petri Diaconi p. 115. nu. 154., eſtque hujuſcemodi.

Cœnobiū S. Stephani apud Terracinam.

In nomine Domini Dei Salbatoris noſtri Jeſu Chriſti; anno Deo propicio pontificatus domni Joannis ſummo pontifice, & univerſali papa in ſacratiſſima Sede beati Petri apoſtoli, Indictione decima quarta, menſe Januario, die tercia. Imperante anno primo domino Johanne Creſcencione filio Romanorum Patricio.

Digitized by Google

ericio. Poſt octava nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti, die dominico omnis populus ad eccleſia S. Petri Apoſtoli ad celebrandas miſſas convenerunt, quia Spiritus ubi vult ſpirat, & vocem ejus audit. Surgens domnus Johannes veneravilis epiſcopus cum univerſo clero ſuo, & venit ſuper ipſe Quintane, & dixit ad populum: Recordamus vos omnes quia quicquid bonum in hac vita fecerimus, in vitam eternam centuplum accipiemus. Itaque ſi hoc faciamus ut ad vitam æternam pervenire mereamur. Recordamus nos omnes de ipſo monaſterio, qui eſt in territorio noſtro in hoc cacumina moncium, qui unus eſt de duodecim monaſteria, quod ſanctus, ac beatiſſimus Benedictus conſtruxit ad honorem dei, & beatiſſimi prothomartyris Stephani, qui nullum hoſpicio de noſtro fluvio in eodem monaſterio famuli deo ſerviemibus non recipiunt, quia ille Chriſti martir pro ſuis perſecutoribus exoravit & exauditus eſt, quanto magis pro ſuis fidelibus exauditur. Itaque offeramus in ipſo ſupraſcripto monaſterio ipſa piſcaria, que eſt in fluvio juxta noſtram civitatem. Hoc audito univerſi una voce dixerunt. Nos omnes gratanses Deo, & Chriſti martiris hoc proferimus; & ſtatim fecerunt venire in ipſo epiſcopio Abbatem ipſius monaſterii cum fratribus ſuis, & tradiderunt ei cartam offercionis in vice Chriſti martiris clamantes. Suſcipe ſancte Chriſti martir parvit pro magna ipſa piſcaria de Gambara uſq; in mare ad capiendas piſces, & anguillas, ut pro cunctis popalis civitatis noſtræ commorantibus intercedere digneris, ut nulla magna parvaque perſona hominum, comes, vel dux corrupcione præparare præſumat. Quando ſi quis præſumpſerit vos domine Petre venerabilis Abbas de ſupraſcripto monaſterio, vel de tuis ſucceſſoribus de ſupraſcripta piſcaria piſces, aut anguillas capiet ſine voluntate tua, vel veſtris ſucceſſoribus. Excepto ad Iabolla, fiat illi meritum hic, & in eternum pro ſupraſcripto S. Chriſti martiris tradat eum Dominus in manibus inimicorum ſuorum quando de hoc ſeculo migraverit, terra eum non recipiat, & in ignem æternum anima ejus comburatur, & ideo talia nobis cogitanda eſt et in noſtro corde ponenda, conſtat nos omnes a preſenti die donamus, concodimus, tradimus, et irrevocabiliter largimus, et offerimus ex propria noſtra ſubſtancia, nullo nobis contradicente, vel cogente, propria expontanea noſtra voluntate tibi Domine Petre ven. presbytero, et Abbate ſedulumque conſiſtenti in dei ſervicio congregacioni imperpetuum, pro mercede anima noſtra, et veniam delictorum noſtrorum omnia inferius ſupraſcripta piſcaria piſces, et anguillas ad capiendam vobis, veſtriſque ſucceſſoribus. Hæc omnia quæ ſuperius de ſupraſcripta piſcaria narravimus in ſupraſcripto venerabili monaſterio prothomartyris Stephani, ſicut a præſenti die habeatis, teneatis, poſſideatis ad regendum, et gubernandum ſecundum regulam, et diſciplinam beati Benedicti et ipſa piſcatione, que vobis Deus dederit, in veſtra veſtriſque ſucceſſoribus ſit in perpetuum, et neque a nobis, neque ab heredibus noſtris, neque a noſtrarum miſſa magna, parvaque perſona aliquam aliquando habeatis queſtionem, vel calumniam. Sed ſi quis moleſtus tibi, tuiſque ſucceſſoribus eſſe voluerit, ſit maledictus, atque tartareos chaos in igne demerſus, et habeat cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti ſocietatem, et inſuper ſupraſcript. pena ſubjaceat. Qui vero divino intuitu cuſtodes fuerint, benedictionem accipiant a juſto Judice domino deo noſtro, ut ab omni pœna ſoluti permaneant. Quod ſi aliquo in tempore litis promota fuerit anteſtare nos una cum heredibus noſtris, et defendere promittimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ab omni homine, omnique tempore, et in omni loco ubi nobis veſtriſq; ſucceſſoribus neceſſe fuerint. In qua a juratus dicimus per Deum omnipotentem, S. Sedis Apoſtolicæ, ſeu ſalutem vir beatiſſimi, et Apoſtolici domni Pontificis, et univerſali papa. Hæc omnia, quæ hujus conceſſionis cartula eloquitur inviolabiliter conſervare, atque adimplere promittimus. Si enim, quod abſit, ut quoqnomodo in tempore, ſi nos, vel heredibus noſtris contra omnia, quæ ſuperius leguntur agere præſumpſerimus, et cuncta non obſervaverimus. Tunc non ſolum perjuriis ſtatum incurrimus, verum eciam daturos nos promittimus una cum heredibus noſtris, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus pena auri libras tres, et poſt penam abſolucionis, et conceſſio offercionis cartula firma maneat ſemper. Quam cartula offercionis a nobis facta, et per rogos noſtros ſcripta Conſtantino et tabell.o ſupraſcripta civitatis Tarracinenſes in menſe, et indictione ſupraſcripta decima quarta. † Ego Deodaldus epiſcopus Albanenſis. Ego Petrus presbyter. Ego Leo Archipresbyter. Gratianus presbyter. Ego Johannes epiſcopus, qui hanc offercionis cartulam fieri rogavi, et manu propria ſubſcripſi, cum aliis quadraginta tribus teſtibus. Inde eruitur obſervatam in eo monaſterio regulam S. Benedicti, atque cives jurejurando ſeſe obſtrinxiſſe nedum Dei omnipotentis uſurpato nomine, ſed etiam S. Sedis Apoſtolicæ, & ſalutis Romani Pontificis. Cujus generis formula extat etiam in donatione facta monaſterio S. Andreæ, & S. Magni, quam mox dabimus. Mos etenim fuit primis Chriſtianis per victoriam, & pietatem Imperatorum jurandi, uti legitur in Concilio Epheſino apud Theodericum Ruinart in actis primorum Martyrum ſinceris, & ſelectis. Immo per ſalutem, & majeſtatem Imperatorum licuiſſe illis jurare authores ſunt Tertullianus Apologetici cap. 32., & Vegetius de re militari lib. 2. cap. 50. Theodaldi epiſcopi Albanenſis meminit Ughellius T. I. col. 250. nu. 19. N. E., eumque Theobaldum appellat; atque floruiſſe aſſerit anno 945. Meminit etiam Joannis Tarracinenſis cit. to. col. 1291. nu. 14. quem floruiſſe ait a. 987. De eadem donatione agit Leo Lib. II. cap. 26. hiſce verbis: *Per idem tempus cives Terracinenſes admoniti a Joanne pontifice ſuo obtulerunt in monaſterio S. Stephani de Terracina unam piſcariam, quæ eſt ab ipſo fluvio ſupradictæ civitatis, loco qui dicitur Gambara, uſque in mare, appoſita pœna trium librarum auri obrizi. Similiter etiam Roffridus Patricius obtulit ibidem unam piſcariam ſuam in Pantano Traſectu in prædicto fluvio de Terracina.*

Donatio Populi Terracinæ unius piſcariæ.

Nota, quod pro ſalute Romani Pontificis jurant.

Deodaldus Epiſcopus Albanenſis.

Joannes epiſcopus Terracinenſis.

Tempore vero Leonis Noni ſubditum non fuiſſe Caſſinatibus hoc cœnobium liquet, quod ii ab eodem Pontifice petierint, ut ſibi reſtitueretur, ut facto evenit, teſte Leone Oſtien. lib. 2. c. 87. hiſce verbis: *Reverſus itaque ab ultramonte Romanus Pontifex, aſcendenſque iterum ad hoc monaſterium valde ſuppliciter ſe Fratribus commendavit. Cumque apud S. Germanum honorifice hoſpitatus fuiſſet, rogatus a Fratribus ut monaſterium S. Stephani, quod ſupra Terracinam eſt, illis reſtitueret, interroga-*

Digitized by Google

rogavit, utrum ad eos aliquando pertinuiſſet reſpondentibus et: im oſt: udi ſibi expoſtulat; mox itaq; dialogo S. Gregorii in medium exhibito, & ex viſa B. Benedi,ti, qualiter in viſione illud idem Pater conſtruxerat demonſtrato; aut enim ignorabant, aut minime ad manum habebant privilegium, quod Agapitus papa exinde Baldoino Abbati fecerat. Vere, ait S. Pontifex, juſtiſſimum eſt. Quod requiritis, moxque privilegium inde fieri Friderico Cancellario juſſit, & ipſum Monaſterium cum omnibus ſuis nobis aſſignari conſtituit. Hujus privilegii autographum, ejuſque epiſtola ad Tarracinenſes ſcripta extant in archivo noſtro, ſuntque hujuſcemodi.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Richerio Abbati monaſterii beatiſſimi Chriſti confeſſoris Benedicti, quod eſt conſtructum in monte, qui Caſſinus dicitur in territorio Beneventano, cunctiſque tuis ſucceſſoribus juxta prædicti confeſſoris Benedicti ſtatutum canonice illuc intrantibus imperpetuum. Quoniam quidem Apoſtolica convenit cenſura deo famulantibus omnis protectionis juſta, & equiſſima ſemper, & indeficua adhibere munimina, quatinus poſſeſſa abſque ulla juſte inquietitudine poſſideant, & injuſte ſibi ſubtracta recuperare valeant. Proinde cum partes pertranſiremus Campaniæ, & apud S. Germanum ſub prædicto monte poſitum commaneremus cum noſtris S. Leo IX. una cum nonnullis Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. in S. Germano hoſpitatus. *confratribus quam pluribus videlicet archiepiſcopis, & epiſcopis, aliiſque S. Petri, noſtriſque fidelibus tunc præphatus jam Richerius ſupraſcripti monaſterii benedicendi ſemper S. Benedicti Abbatis cum ſuis confratribus, quorum unus vocabatur Firmus conqueſti ſunt eccleſiam, & cœnobium jamdicti Benedicti Sanctiſſimi privatum & nudatum eccleſia, & monaſterio S. Stephani juxta civitatem Terracinenſem poſitum, quod prædictus, & Deo digniſſimus vir Benedictus, vivente corpore, conſtruxerat. Denique ejus vitæ hiſtoriam a beatiſſimo papa Gregorio editam adtulerunt in medium. Ibique perquiſitum inventum eſt qualiter iſdem Sanctus a quodam rogatus in ejus prædio monaſterium conſtruere, Abbatem, Præpoſitumque, qui illi eſſet ſecundus in conſtruendo delegavit cœnobio, denuntians diem, quo eſſet affuturus, ut ſingula eis oſtenderet, quo conſtruerens loca, officinas commanendis Monachis, & advenientidis, ſeu ſuſcipiendis hoſpitibus neceſſaria. Cumque* Monaſterium Terracinenſe ædificatu ac diſpoſitum per S. Benedicti Viſionem. *promiſſa diei nox præveniret in ſomnis ſanctiſſimus vir Domini Benedictus præfatis ambobus ſcilicet electo Abbati, ejuſque Præpoſito apparuit, eiſque loca ſingula, ut promiſerat, deſignavit. Quique quæ ſigillatim viderant retulerunt, ſive viciſſim collatione mutua, non tamen viſioni illi fidem accommodantes corporalem præſtolati ſunt præſentiam. Quem dum expectato minime vidiſſent die veniſſe mœſti ſunt reverſi conquærentes adverſus dei famulum ſe illum expectaviſſe, eumque minime juxta ſuam ſponſionem advoniſſe. Quibus dum approbaſſet quod promiſerat pro certo ſe compleviſſe dum uniformiter alternatim ſingulis apparuiſſet, & eadem loca ſingulis utilitatibus commoda ut uni, & alteri oſtendiſſet. Præcepit itaque, ut ſicut ex viſione didicerant, ea perficerent, quod et factum eſt. Igitur hæc omnia cum confratribus noſtris diligentiſſime reſpicientes veraque eſſe cognoſcentes, dignuſſimum arbitrati ſumus, et cenſuimus præphatam S. Stephani eccleſiam monaſtica religione a principio ſui dedicatam, ſicut jam dictum eſt, juxa Terracinam poſitam prænominato, et prædicto SS. Chriſti confeſſoris Benedicti cœnobio reddere, et Apoſtolica auctoritate confirmare. Quatenus quæ ejus fundata eſt magiſterio illius ſemper regatur atque muniatur imperio. Itaque Tibi Richerio Abbati, cunctiſque tuis ſucceſſoribus juſte in monaſterium in monte Caſſino poſitum a Benedicto beatiſſimo patre conſtructum intrantibus, atque præphati, et ſepe nominati Benedicti monaſterio, et eccleſiæ prædictam Sancti Stephani eccleſiam, et monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis reddimus, concedimus, et corroboramus.* Hoc Monaſterium ſ aſſinenſibus reſtituitur. *Conſtituentes igitur ſumma, et apoſtolica cenſura conſtituimus, ut nulli cuiquam aliquo in tempore liceat prædictam invadere, vel ſubripere eccleſiam, aut in aliquo juſte ſibi excompetentibus eam lædere, vel minuere, vel direpta injuſte ei contendere, ſeu a monaſterio ſancti, et beatiſſimi Benedicti monte Caſſino poſitum avellere, ſive alienare, aut quicquid illi juſte jam conceſſa quamvis videantur ab aliis nunc poſſeſſa, vel quæ tibi ſunt adhuc concedendæ contra equitatis juſtitiam ſubripere, invadere, ſeu diveſtiro, vel aliquo modo contendere. Non imperator, aut rex, non inquam dux, vel marchio, comes aut vicecomes, non archiepiſcopus, ſeu epiſcopus, aut aliquis cujuſquam ordinis, ſive poteſtatis munimine fultus, cujuſcumque conditionis, vel ſexus perſona contra hoc noſtræ ſanctionis privilegium adire audeat. Quicumque igitur contra hoc juſtiſſimæ moderationis decretum, atque privilegium, quod auctoritate apoſtolica annuente deo omnipotente monaſterio deo digniſſimi Benedicti, cunctiſque illuc juſte præordinatis Abbatibus fecimus, confirmavimus, atque corroboravimus contrajerit, et rebellis extiterit, niſi reſipuerit perpetuo confoſſus anathemate ultrices eternaliter pœnas ſubſtineat. Conſervator vero beatiſſimi Benedicti monachorum Patris, et ducis egregii precibus, et meritis auditus ab omni reatu abſolutus benedictionis gratiam, et vitam adipiſci mereatur eternam †.*





Data per manus Federici diaconi S. Romanæ eccleſiæ Cancellarii, et Bibliothecarii vice domni Hie-

Hieremanni Archicancellarii , atque Coloniæ Archiepiſcopi , tertiodecimo Kalendas Junii domni Leonis noni Papæ anno quarto , indictione quinta .

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula pellicea crocei coloris referens ex uno latere Leonis VIIII. ex alio vero Papæ ; eadem dimenſione ad unguem hic expreſſum.



Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei . Johanni Epiſcopo , et omnibus Terracinæ poſitis , vel in ejus confinibus S. Petri , noſtriſque fidelibus ſalutem cum benedictione Apoſtolica . Noverit dilectio veſtra eccleſiam , et monaſterium S. Stephani juxta Terracinam poſitam nos reddidiſſe , et confirmaſſe , monaſterio S. Benedicti monte Caſſino poſitum cum omnibus ſuis pertinentiis , quæ ſibi juſte debentur . Proinde præcipimus auctoritate apoſtolica , ut nullus privilegium , quod eidem monaſterio fecimus et corroboravimus audeat infringere , qui anathematis pœnam non vult incurrere : Sed quicumque injuſte aliquid detinet ex ea juſte reſtituat , ut benedictionem habeat , et meam bonam voluntatem non perdat .

Adeſt ſigillum plumbeum ejuſdem formæ .

Eadem refert Baronius A. 1053. fol. 118. To. XI. & Lubin fol. 587.

Animadvertimus hic Leoni huic noſtro morem fuiſſe aliquando ſignandi diplomata ſua annis ab incarnatione, uti videre eſt in duobus illis, quæ ſunt apud Mabill. lib. 2. de re diplomatica cap. 25. num. 7., tametſi prius pro monaſterio S. Arnulphi Metenſi tamquam ſuppoſititium rejiciat Pagius ad annum 1049. nu. 16., quo nomine carpit etiam ad annum 1052. nu. 12. ejuſdem Leonis litteras ad Galliæ regem, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates &c. quas refert Baronius tom. XI. ad eumdem annum, atque his verbis concluduntur. *Datum , et actum Ratiſponæ per manus Friderici diaconi Bibliothecarii, et Cancellarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ , et apoſtolicæ anno Domini* 1052. , *anno pontificatus D. Leonis IX. Papæ IV. , indictione V. nonas Octobris .* Datæ tamen non ſunt annis ab incarnatione ejuſdem pontificis bullæ, quæ laudantur per eumdem Mabillonium loco mox adducto fol. 444. In ſupplemento de re diplomatica fol. 99. in appendice tom. 4. annalium Benedictinorum fol. 735. & 740., & per Margarinum in 2. tom. Bullarii Caſſinenſis Conſt. 92., 93., 97. Itaque eruditiſſimus Ciampinus in Catalogo Bibliothecariorum S. Romanæ E. pluſquam viginti refert Leonis bullas a pluribus auctoribus , præſertim vero ab Ughellio deſumptas, quarum, uti vocant , data non habent annum Domini ; & id ipſum videre eſt , cum in duobus Leonis privilegiis, quæ referuntur in bullario Cluniacenſi fol. 14. quorum poſterius datum eſt per manus Udonis Tullenſis primicerii S. Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarii, & Cancellarii, tum in Bulla, quæ inſerta reperitur in actis Sanctorum Benedictinorum Sæculo V. fol. 895. *Datum Tulli in majori eccleſia XI. Kal. Novembris per manus Udonis Tullenſis eccleſiæ primicerii Cancellarii , et Bibliothecarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis , anno apoſtolatus domni Leonis IX. Papæ II. epiſcopatus Tullenſis XXVI.* , tum denique in duabus bullis, quæ habentur Bullarii Romani tom. 1. fol. 48., & 49. Sane vero epocham hanc perraro referunt etiam illæ Leonis bullæ, quibus ſubſcripſit Tullenſis Primicerius, & quæ datæ ſunt primo pontificatus ſui anno, licet hanc habeant clauſulam in perpetuum.

Nobis igitur veri videtur ſimillimum, quod celeberrimus vir Joſephus Cantelius opinatur in hiſtoria eccleſiarum metropolitanarum parte 2. diſſert. prima cap. 8. ſæculo iā item VIII. cœpiſſe pontifices, non omnes tamen, annis incarnationis uti in diplomatibus ſuis. Extat ſane in Bullario Romano Lugduni edito anno 1692. tom. primo fol. 44. Johannis XV. bulla S. Uldarici Auguſtani epiſcopi continens apotheoſin, quæ incipit. *Johannes Epiſcopus ſervus ſervorum dei omnibus archiepiſcopis , epiſcopis , et abbatibus in Gallia , et Germania commorantibus ſalutem in domino , et apoſtolicam benedictionem etc. Scriptum eſt per manum Stephani Notarii , regionarii , & ſcriniarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe Februario , indictione 6. anno nongenteſimo nonageſimo tertio . Datum III. Kal.*[a] *Februarii per manus Johannis epiſcopi S. Nepeſinæ eccleſiæ , & Bibliothecarii S. Sedis apoſtolicæ , anno pontificatus domni noſtri Johannis Sanctiſſimi XV. Papæ VIII. menſe dicto , & ind. 6.* Probe tamen novi Baronium ad annum 993., & Mabillonium in actis Sanctorum Benedictinorum Sæc. V. fol. 471. hanc eamdem Bullam referre abſque verbis illis, *ſcriptum eſt per manus &c.* quæ tamen verba non præterit Ciampinus fol. 25. Apud Ughellium itidem tom. 7. Italiæ Sacræ col. 702. reperitur Leonis III. privilegium Euſtatio Abbati electo S. Benedicti civitatis Converſani, *Datum Romæ in monaſterio S. Anaſtaſii per manus Johannis Bibliothecarii , & Cardinalis noſtræ Romanæ eccleſiæ ſeptimo Kal. Decembris , anno Domini DCCCXV. indictione 9. , pontificatus vero D. Leonis div. prov. PP. III. anno* 20., cui quinque S. R. E. Cardinales, & præfatus Johannes ſubſcripſerunt. Et ſi vero privilegium hoc ab autographo ſe exſcripſiſſe teſtetur Ughellius, ſubleſtæ tamen fidei videtur nobis, quod verba adhibeat ab Sæculi illius uſu longe remota; præ primis vero; *ad ſanctam ſedem nullo medio pertinentis &c. canonice electum in Abbatem &c. cum omnibus honoribus , redditibus ipſius monaſterii , & juriſdictionibus ſuis &c. a potentioribuſque regionis , & militibus ; namque jus Belli , quod vocitant , tamquam prophanum ab eccleſia chriſtiana depellitur &c.*

[a] alias nonas.

Johannis PP. XIII. litteras conſulte præterimus, quod laudentur a Cantelio, & ex integro referantur ab Ughellio tom. 8. fol. 62., qui tamen accuratiſſimam cum originali collationem ſe inſtituiſſe, quum hic loci teſtatur, hæc nihilominus habet col. 63. *Quia vero numerus annorum incarnationis dominicæ ſit a carie conſumptus in eam devenio ſententiam erectionem Beneventanen. archiepiſcopatus fuiſſe factam de anno 969. &c.* Habetur pariter in antiquo regeſto Petri Diaconi fol. XI. num. 18. Benedicti PP. VIII. privilegium Theobaldo Caſſinenſis mona-

ſterii

Digitized by Google

ſterii Abbati, quod his verbis concluditur: *Scriptum per manus Stephani prothonotarii S. ſedis apoſtolicæ menſe junio indictione 6. Benevalete. Datum Kal. Julias per manum Boſonis epiſcopi S. Tiburtinæ eccleſiæ, & Bibliothecarii S. apoſtolicæ ſedis. Anno ab incarnatione domini milleſimo vigeſimo tertio, pontificatus vero domni Benedicti VIII. Papæ ſedente anno duodecimo, imperii vero D. Heinrici Imperatoris Romanorum, indictione 6. Menſe junii, die viceſima nona*. Hæc tamen verba, *ſcriptum per manum &c.* uſque ad alia *die vigeſima nona*, per errorem inſerta reperiuntur bullæ Benedicti IX. tom. 2. Bull. Caſſinenſis fol. 79., cui bullæ neſcimus, quo fato adjecti ſint anni Incarnationis 1038. Pontificatus Benedicti VIII. Sextus, & Imperii Conradi XII., quum in regeſto Petri Diaconi fol. 12. num. 20. a t. Benedicti PP. IX. privilegium, quod datum eſt Richerio Abbati, in hæc verba deſinat. *Scriptum per manum Sergii ſcriniarii., & Notarii Sac. noſtri Palatii Kal. Julii, indictione 6. Benevalete.*

Emendatur Marinus.

Noſter hic Leo primus inter Pontifices imitatus hac in re Germaniæ Imperatores Archicancellarium habuit præter Cancellarium. *Benevalete*, quod per Prædeceſſores ſuos uncialibus romanis literis inter formulis ſcripti, & dati integrum ſcribebatur, monogrammate concluſit. Majori circulo nomen ſuum, quod parva cruce ſymbolo circumdata dividebatur, appoſuit, ac tandem formulam hanc: *Scriptum per manus Notarii &c.* obliteravit. Videantur Mabillonius de re diplomatica fol. 129. num. 10. fol. 185. nu. 7. fol. 144., ac in ſupplemento cap. XI., & Papebrochius in Conatu ad catalogum Pontificum parte 1. fol. 96., 97., 190.

Hæc porro verba, *ſalutem cum apoſtolica benedictione*, quibus in his litteris uſus eſt Leo IX., non raro occurrunt in aliis diplomatibus ſuis, uti videre eſt in bullis, quæ referuntur ſæculo V. Sanctorum Benedictinorum fol. 894. in Bull. Romano fol. 48., apud Baronium tom. XI. fol. 17., & fol. 233. Extat vero in regeſto Petri Diaconi fol. 6. a t. epiſtola Agapeti II. ad Atenulphum Beneventi principem, quæ incipit: *Agapetus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Atenulpho Beneventano principi, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem &c.*, & apud Ughell. tom. V. columna 400. Johannis XII., vel ſi mavis, XIII. Silveſtri II., & Johannis XI. literæ referuntur, in quibus hæc eadem ſunt verba, quæ a Pontificibus fere omnibus, qui Leoni ſucceſſerunt, & Gregorio VII. prævivere, uſurpata fuiſſe ſatis evincunt Stephani IX. literæ, quæ ſunt in Bullario Caſſineoſi fol. 16., & apud Baronium ad annum 1057. fol. 240. Nicolai II. itidem litteræ ad Archiepiſcopum Rhemenſem, & Odoardum Angliæ regem ſcriptæ apud eundem Baronium ad annum 1059., fol. 270., & ad annum 1060. fol. 274., ac tandem litteræ Alexandri II., de quibus nunquam ſatis laudatus Baronius ad annos 1061., 1063., 1064., 1067., 1071. Gregorium tamen VII. illis non ſemper uſum ex ſuis conſtat privilegiis, quæ ſunt apud Ughellium tom. 3. col. 79., 83., 361., 364.

Latifundiorum hujus monaſterii portio jure emphyteutico conceſſa eſt ab Abbatibus Caſſinenſibus, altera pars quibuſdam a Regno Neapolitano proſcriptis, potiſſimum laudato Primicerio Cajetano ab Innocentio IV. quod cauſa fuit, ut Monachi inde abirent. Hinc Cardinalis Jordanus Vicecancellarius, & notarius S. R. Sedis eadem bona ſibi emere curabat, quo partem aliquam presbytero aſſignaret miſſas ibidem celebraturo, ejuſque rogatu Alexander IV. rei examen Fr. Jacobo Capellano ſuo olim Abbati Foſſænovæ commiſit. Verum mortuo pontifice res iterum incaſſum tentata eſt, quamquam Cardinalium ſenatus eidem Fr. Jacobo in mandatis item dediſſet, donec creato Urbano IV. ea lege permiſſum id Jordano CCCCL. auri uncias pœnes Ferrarium Foſſæ novæ Abbatem, ejuſque Monachos deponeret, quibus opportuniori loco bona a Caſſinatibus emerentur, atque eccleſiam Cardinalis dotaret, in qua presbyter miſſas diceret, eaque eccleſia pleno jure cum latifundiis ſuis cœnobio noſtro ſubeſſet, ut legere eſt in duabus Urbani IV. bullis; altera data *Apud montem Flaſconem XIII. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno 2.* cui inſerta ſunt inſtrumenta venditionis, altera data *Apud Urbem veterem 3. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno 3.* in qua hæc notanda: *Cum tamen eadem eccleſia S. Stephani per unum de monachis dicti monaſterii* (Caſſinenſis) *gubernari ſoleat, nec ipſa, vel aliqua ejus poſſeſſiones conſueverint clericis ſæcularibus aſſignari &c.* Ducentum ex his uncias Bernardus I. die 20. Januarii A. 1271. plura Richardi de monte nigro in Territorio S. Angeli latifundia emit, ut ex inſtrumento conſtat a notario Benedicto Sangermanenſi ſtipulato, quod ex parte dabimus Diſſ. 1., atque ex declaratione a Monachis facta in reg. 1. ejuſdem abbatis pag. III. a t.

Cardinalis Jordanus bona monaſterii S. Stephani, quibuſdam conditionibus emit.

Angelus Caſſinenſis Epiſcopus an. 1357. hanc eccleſiam regendam commiſit clerico Stephano de Petro Aſtorita, atq; in litteris ex ejus regeſto fol. 22. a t. hæc leguntur: *Vacante per obitum quondam Fratris Angeli de Pontecurvo ultimi rectoris ipſius eccleſiæ &c.* Ex quibus conſtat ad hæc tempora extitiſſe ibi Monachos. Ad an. 1641. poſſederant hanc eccleſiam, ejuſque bona Caſſinates, quæ tandem die 23. Martii pœnes acta Pauli Veſpegnani notarii curiæ Capitolii vendidere Jacobo Philonardo patritio Romano ex conceſſione Romani pontificis. Labitur Angelus de Nuce cum in not. ad cap. 59. 1. libri Chron. Caſſ. vendita refert anno 1637., quod adnotatum voluimus, ne ejus rei culpa in Abbatem hujus anni refundatur. Cœterum ſatius ductum alienatis, quæ longius abeſſent, bonis, cœnobii noſtri indigentiis conſulere.

Corrigitur de Nuce.

In eccleſia S. Mariæ plures extabant Sacerdotes, atque in eadem Terracinæ urbe monaſterium erat S. Magni, ut hiſce monumentis autographis in archivo noſtro conſtat.

† *In nomine domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno deo propitio pontificatus domno Benedicto ſummo pontifici, & univerſali papa in ſacratiſſima ſede beati Petri apoſtoli, indictione prima, menſe martio, die ſeptima. Quoniam certum eſt me Marinus filius quond. Stephani bonæ memoriæ, ſeu Chriſtiana, & habitatore civitatis Terracinæ hac die do, dono, cedo, trado, & irrevocabiliter largior, ſimulque pro anima mea offero ex propria mea ſubſtantia, quam per extrumenta chartarum in meo nomine acquiſivi, nunc vero offero vobis beatæ Andreæ*

apo-

Vinea deo data Monaſteriis S. Andreæ, & S. Magni.

apoſtole, & beate Magne confeſſor Chriſti, & vobis domn. Leo, & domn. Johannes ven. Abbatibus pro multiplicibus, & innumerabilibus meis delictis, qua die, noctuq; geſſi, ut per vos in cunctis veſtris fratribus atque ſucceſſoribus ſit commorantibus in perpetuum in iſto venerabili monaſterio, ideſt vinea integra, & cum omnibus a ſe pertinentibus poſita in territorio Terracinenſem in loco, qui Pallari, & inter has finos ab uno latere vinea Petrus de Marſino, ab alio latere vinea de Gregorio presbytero, a tertio latere vinea Angelo de Marino, & a quarto quippe latere vinea Johannis ſubtile, & via puplica. Quas vero ſupraſcripta vinea ſicuti mihi evenit per hereditaria parentorum meorum, ſeu per ceſſionem beneditionis chartulam, ſic eas vobis integriter concedo atque pro anima mea offero in ſupraſcripto venerabili monaſterio ſancti, ac beatiſſimi Magni confeſſori a preſenti die habeatis, teneatis, poſſideatis, utendi, fruendi, poſſidendi, bendendi donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere, ſive peragere volueritis in veſtras, veſtriſque ſucceſſoribus ſit poteſtatem, & nunquam a me neque ab heredibus meis aliquam aliquando habebitis queſtionem, aut calumnia, etiam, & ſi qualicumque perſona hominum queſtionem, aut calumnia vobis exinde fecerit tunc ſtare me una cum heredibus meis, & defendere promitto omni tempore, & in omni loco, ubi vobis, veſtriſque ſucceſſoribus neceſſe fuerint. In qua & juratus dico per Deum omnipotentem, ſanctaque ſedis apoſtolica, ſeu ſalute viri beatiſſimi, & apoſtolici domni Benedicti ſummi pontifici, & univerſali papa

Juratur per Pontificis ſalutem.

hec omnia, que preſens hujus a die preſenti offertionis chartula ſeriens teſtus eloquitur inviolabiliter conſervare, atque adimplere promitto, ſi enim, quod abſit, & quoquo tempore ſi ego vel heredibus meis contra vobis domini mei veſtriſque ſucceſſoribus, aut contra hanc offertionis chartulam, qua ſponte fieri rogabi, agere, aut cauſare praſumpſero per quobis modis, ingenio, vel antepoſita occanſionem, tunc non ſolum perjurii reatum incurram verum etiam & daturo me promitto una cum heredibus meis vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ante omnis litis initium pœna nomine auri ebrizio uncias tres, & poſt ſoluta pœna hanc offertionis chartulam ſeriem in ſuam nihilominum maneat firmitatem. Quam chartulam offertionis a me facta, & per rogos meos ſcriptam a Boniſa venerabili presbytero, & Scriniario civitatis Terracina in menſe & indictione ſupraſcripta prima. Signum ✠ manus ſupraſcripto Marino videlicet, qui hanc chartulam offerſionis fieri rogabit. Signum manum Ferrum teſtis in hanc cartulam offerſionis facta a Marino venerabili in monaſterio S. ac beatiſſimi Magni confeſſori de ſupraſcripta vinea ſicut ſupra legitur rogatus ab eo teſtis ſubſcriptus, & traditam vidi. Signum ✠ Manus Johannis filius Leoni umilis teſtis. ✠ Signum manus Stephanus de muſunu um. teſtis. ✠ Ego Boniſa venerabili presbytero & ſcriniarius poſt teſtium ſubſcriptionem complebi, & abſolbi.

† *In nomine Domini dei ſalbatoris noſtri Jeſu Chriſti anno deo propicio pontificatus domni Johannis ſummo pontifici, ac univerſali papa in ſacratiſſima ſede beati Petri apoſtoli indictione undecima menſe Madio die decima. Quia mens humana quod at memoriam retinendum eſt retinere non prebalet pro multis occaſis, variiſque cogitationibus, it circo exaratis litteris at memoriam revocemus propter futuram memorationis cauſam. Proinde brebe recordationis facimus nos Urſus venerab. presbytero, & Petrus presbytero, & Tiberius presbytero, nec non & Benedictus presbytero, & Petrus presbytero, & Ferintius presbytero, ſeu Marino presbytero de eccleſia S. Dei genitricis Maria conſentiente nobis Johannes ven. epiſcopus Sancta Terracinenſis eccleſia vobis Marino, & Maria uterini Fratres & ſorores, ut cum Dei adjutorio damus vobis unum ſepulcrum juſta eccleſia B. Clementi martiris, & eſt conjunctu cum ipſo ſepulchro de Petris Miccino, & inſuper quale corpore in ipſum ſepulchrum ponitis quicquit pro animam ſuam vadit in ipſa eccleſia veniat, ſi enim quod abſit, & quoquo tempore ſi nos, vel ſucceſſores noſtris contra Marinus, vel Maria aut contras vos heredes contendere, aut litigare voluerimus, tunc non ſolum perjuriis reatum incurram, verum etiam & daturi nos promittimus una cum ſucceſſoribus noſtris vobis, veſtriſque heredibus ante omnis litis initium pœna nomine auri ebritio uncias tres, & pos ſoluta pena firma permaneat hunc brebe ſcripta per manum Stephanus ven. presbyteri, & Scriniario civitatis Terracina in menſe, & indiccione ſupraſcripta. ✠ Urſus presbytero. ✠ Petrus ven. presbytero. ✠ Tiberius presbyter. ✠ Benedictus presbyter. ✠ Petrus presbyter. ✠ Benedictus presbyter. ✠ Marinus presbyter. ✠ Ferintinus presbyter. ✠ Benedictus presbyter. ✠ Leo filio Urſo Balla. ✠ Atto filio Anaſtaſi. ✠ Petrus Miccino. ✠ Ego Stephanus venerabil. presbytero complebi, & abſolvi.*

Sacerdotes S. Mariæ, epiſcopi conſenſu ſepulturam unam concedunt.

Celebris monaſterii S. Michaelis Archangeli in valle regia prope Barream meminit Leo lib. 1. cap. 37. aſſeritque confirmata ejus privilegia, & latifundia a Ludovico II. Imperatore: *Hic idem chriſtianiſſimus imperator Ludovicus circa hoc tempus monaſterium Sancti Angeli juxta fluvium Sangrum, quod Barregium dicitur, juxta tenorem preceptorum anteceſſorum ſuorum Karoli, atque Lotharii, ſuo quoque precepto roboravit, confirmans ibi omnia, que tam in circuitu ſuo, quam & in pago Marſorum atque Balva, Teate quoque, & Penne, atque Aprutio, necnon & Aſculo multipliciter poſsediſse antiquitus videbatur: videlicet in Marſia cellam S. Marie in Fundo magno, cum omnibus ſibi ſubjectis eccleſiis, vel rebus S. Euticium in Areſtina: cellam S. Pauli ſupra ipſam civitatem Marſicanam, S. Marie in Oretino, S. Gregorii in Paterno, S. Maria in Montorone, S. Salvatoris in Avezzano, S. Antimi ad Formas, S. Angeli in Alba, S. Coſma in Ellerito, S. Angeli in Carzolo cum duabus cellis ſuis, in Balva Eccleſiam S. Petri in Barbarano, S. Salvatoris ſupra flumen, S. Angeli ad Aquam vivam; S. Angeli ad Floretum, & cellam, qua eſt inter aquas poſita: S. Felicitatis in Furcona. In Penne eccleſiam S. Marie in Corqueto, & Petitianum. In Aprutio monaſterium S. Angeli de Marano cum omnibus cellis, vel rebus ſuis. In Aſculo eccleſiam domini Salvatoris, que dicitur Caput aquis cum omnibus pertinentiis ſuis: S. Angeli de Stabulo: S. Angeli de Feltriano: S. Petri in Pictinianu, curtem de caſa Perende, vicendas duas magnas, necnon ſervos, & ancillas multas diverſis in locis, & alia plurima, que ſuis muniminibus continentur.* Refert deinde cap. 57. conceſſum ab Hugone, & Lothario Italiæ regibus eidem cœnobio privilegium, juſſumque, ut priſtino ſplendori reſtitueretur, quod vaſtatum a Saracenis fuiſſet: *Quique reges eo tempore*

Cœnobium S. Michaelis Archangeli prope Barream.

Monaſteria S. Angelo de Barrea obnoxia.

Digitized by Google

pore præceptum proprium monaſterio S. Angeli de Barregio facientes idque ab Agarenis deſolatum ad priſtinum ſtatum revocare volentes:univerſa inibi,quæ priores reges eidem regia donatione contulerant, firmaverunt. Alterum conceſſere privilegium Berengarius, & Adelbertus reges anno 953. quod diſſ. I. dabimus, atque Otho M. A. 964. teſte Leone Oſtienſi lib. II. cap. 4. ubi conceſſum monaſteium Caſſinatibus ab eodem Imperatore refert, ut fuſius in donatione legitur A. 970. facta, & ab Othone II. confirmata. En Leonis verba. *Nec multo poſt per alium præceptum idem. Imperator Abbati noſtro monaſterium S. Angeli de Barregio cum omnibus cellis ac pertinentiis ſuis conceſſit. Quod videlicet monaſterium eo tempore Albericus Marſorum epiſcopus in tempus vitæ ſuæ per ſcriptum ab eodem retinebat Imperatore; quique Imperator eidem monaſterio S. Angeli præceptum de confirmatione omnium rerum ipſius jam ante quinquennium fecerat. A ſecundo etiam Ottone cum præcepto confirmationis totius Abbatiæ, prædictum quoque S. Angeli monaſterium eidem Abbati reconfirmatum eſt. Albericus quoque præfatus Marſorum epiſcopus in præſentia ejuſdem Imperatoris,qui tunc apud Marſiam in monte vocabulo Cedici morabatur, cartulam renuntiationis illi de eodem Barregenſi monaſterio faciens, quietum de cætero ſub hoc monaſterio manere conſtituit. Cum idem epiſcopus ante ſex annos ſua ſponte prædictum S. Angeli monaſterium per oblationis ſuæ cartulam beato Benedicto contulerit. De quo etiam monaſterio cum poſt aliquot annos Guiniſius Marſorum epiſcopus filius prædicti Alberici quæſtionem movere voluiſſet, quod quaſi eccleſiæ ſuæ præceptum Imperatoris inde haberet a Monachis noſtris in placito Marſorum Comitum conventus, atque convictus tacere coactus eſt. Atque pro hac occaſione tria Imperatorum præcepta quæ de eodem monaſterio pater ejus adquiſierat nobis reddita ſunt*. Othonis I. & II. privilegia dabimus in diſſ. I. Quædam tamen hic delibanda ex illo Othonis I. A. 970., & Othonis II. A. 981. *Qui vir venerabilis Abbas Aligernus rector &c. cum cuncta congregatione quod in eodem loco ſub regula almifici confeſſoris omnipotentis Dei Benedicti veraciter militare cognovimus miſerunt ad nos legationem, petierunt piam celſitudinem noſtram, ut &c. quoddam monaſterium in eodem Sanctiſſimo cœnobio congruo quod olim ædificatum fuit ad honorem Archangelis Michaelis in locum qui nominatur Barregium ſupra fluvio Sangro, & modo deſertum eſt uſque ad ſolum imperiali auctoritate concedere dignaremur, eorum petitione nos animæ noſtræ mercedis proficua recolentes libenter audivimus, & rememoravimus, quia ipſum prælibatum Monaſterium nos jam Alberici Marſenſis eccleſiæ epiſcopus ad tempus vitæ ſuæ præceptali auctoritate conceſſeramus, ſet prætaxatum monaſterium B. Michaelis in eodem Sacratiſſimo Cœnobio S. Benedicti noſtra auctoritate perhenniter manſurum conceſſimus, in ea videlicet ratio, ut ipſum prænominatum epiſcopum diebus vitæ ſuæ ipſum prælibatum monaſterium firmiter poſſidead, & poſt obitum ejuſdem epiſcopi tunc demum ipſum prætaxatum monaſterium ad jus & dominationem Sacratiſſimi cœnobii S. Benedicti veniad cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus per diverſis regni noſtris Italicis poſitas ſeu cum eccleſiis, cellis, caſtris, capellis, titulis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, montibus, rupibus, planis, piſcariis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, ſervis, & ancillis, cartulati, & cartulare, aldiis, vel aldiabus, vel cum omnis pertinentia, vel adjacentia ſua, & habeat licentiam, & poteſtatem prænominatum Aligernus venerabilis Abbas & poſteros ejus ipſum prælibatum monaſterium beati Archangelis, reſtaurare ordinare, & res ipſius agere, & cauſare ſicut de proprio cœnobio Sanctiſſimi Benedicti &c.*

Othonis Magni donatio Monaſterio Caſſinenſi facta.

Verba privilegii Othonis.

Et quicquid viſum eſt pertinere at prædictum monaſterium S. Benedicti vel ad monaſterium S. Angeli Michaelis quod ſitam eſt in loco, qui vocatur Barregium ſupra fluvium Sangri, quod venerabilis memoria pater meus pro anima ſua remedio per ſua auctoritatis ſtabile præceptum ſupradicto monaſterio S. Benedicti, quod vocatur de monte Caſino perhenniter habiturum firmiter delegavit. Quorum petitionem, juſtum, ac Deo placitam eſſe decernentes libenter audivimus, ideoque prout juſte & legaliter poſſumus, permiſſimus confirmamus atque corroborabimus, & ea quæ ſupraſcripta ſunt, & ea etiam quæ infra legenda ſunt, decernuntur, videlicet omnes res jam dicti monaſterii S. Michaeli in Marſicano comitatu cella S. Mariæ in Fundo magno. etc. (ſequuntur aliæ eccleſiæ) & infra: *Inſuper in Comitatu Spoletino poſitas per diverſa loca cum omnibus pertinentiis, vel ſubjacenciis, & cum omnibus quæ in quibuſcumque noſtri regni finibus poſiti ſunt, ut quemadmodum ad eundem venerabile monaſterium beati Archangeli Michaeli pervenerunt, & poſſeſſa fuerunt, per hanc noſtra confirmacionis auctoritate noſtris futuris que temporibus Abbates ipſius loci S. Benedicti firmiter, atque inviolabiliter teneant, & poſſideat, diſponatque prout facultas, vel utilitas ipſius Venerabilis loci exegerit &c.*

Privilegii Othonis II. Verba.

A. 951. permutatio bonorum quorumdam facta inter Lupum filium Comitis Maifredi, & Heliam Abbatem, ut hoc inſtrumento conſtat.

In nomine domini Dei, & Salbatoris noſtri Jeſu Chriſti ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt nonienteſimo quinquajeſimo primo. Seu & Beregarius rex gracia Dei in Italia, & Adelbertus rex filius ejus inſimul cum eo in Anno primo, & duodecimo Calendas die, meſſ Aguſte per indiccio nona; Quamobrem ego in Dei omnipotenti nomine coſtat me Lupo filius quodd. Maifredi Comeſſ de territorio Abrucio, nec me comientes, nec ſuadentes nec aliquis bim pacientes, niſi tantum bona, & expontanea meu bona boluntate concambiaſſet, & concambiabit tecum Elies umilis Abbas de rex juris proprietatis meis in Territorio Aſculano in locum ubi acque bocatur terra modiorum centum triginta, fine abentes de una pars fine monte, & de pede fine flubio tructo, & de uno lato fi foſſato de Neccano, de alio lato fine foſſato de ipſa ſolſenaria ipſe ſupraſcripte pecie de terra cum finis, & cum omnia intro ſe, & ſuper ſe abentes dedit ego ſupraſcripto Lupo tibi Eliet Abbas a pars ſupraſcripto beſtro monaſterio pro ea bero racionem, quæ dediſti mihi in cambio vel commutacio per conſenſu, & boluntate monachi, & cleros qui preordinati ſunt in officio Sancto beſtro monaſterio S. Anieli qu. ſitum eſt in Barrejo,juſto flubio ſagro ideſt de re veſtris S. monaſterii beſtri in Territorio Abru-*

Bonorum commutatio.

* Sangro.

cienſum, ac eſt aliquit de re juris monaſterii beſtri in locum, ubi apojanum bocatur, & es menſurata modiorum centum, ſine abentes da capo ſine ciſterna de apijano, & terra, qua bobis remanſit a pede ſine flubio ſaline, de uno lato ſine foſſato quomodo pergi inter aerro Reſurco & ipſa ripa de Apejano, & de alio latere ſine bia quomodo pergi in flume ipſum ſupraſcriptum pecium de terra cum finis, & cum omnia intro ſe, & ſuper ſe abentes cambiabimus tecum elias Abbas ad pars ſupraſcripto monaſterio beſtro ad abendum tenendum, & poſſidendum, & fuerunt inter miſſi ſui ei ideſte Linto bicecomes & miſſus da pars Regi, & da pars Monaſterii beſtri biatum & treſt eſtimatore ideeſt Arderadu, & Addelbertus, & Lupo ipſii bonis, & nobeliſſimi ominis, quorum fides amittitur, & credentes eſse connoſſitus eciam cui fidem ſacramentum credere poſnmus, quia ſuper rebus ipſe amborum fuerunt, & eſtimaberunt, & ibiderunt & in noſtra ſupraſcripti preſencia reberſi fuerun, & ipſi in uno tino tinore diſsernut q. plus, & melioratam comparist ipſa commutacione q. a tui pars Monaſterii beſtri dediſti a proprietatem de ſupraſcripti dediſti ſupraſcripti noſtri Monaſterii, quam ego ad beſtra proprietatem tibi ſupraſcripto Elias Abbas a pars ſupraſcripto beſtro monaſterio ad abendum tenendum, & poſſidendum ſicut alie rebus proprietatis beſtri monaſterii in tali ergo autem tinorem, & opbligo me, vel meis eredis tibi ſupraſcripte Elies Abbas, vel a poſteriſque ſuſceſsoribus tuis, ſi ego ſupraſcripte Lupo, vel meis eredis de omnem iſto re v quod ego in iſto commcambio vel comutacio dedimus, retollere queſierimus, aut qualibet cauſacionem contra bos exinde mittere praſumſerimus, vel ſi a qualibet omine minimo antiſtare, vel defendere, non potuerimus, inicium pene nos bobis in duplu, & melioratam me concambiacionis, adque commutacionis promittimus reſtaurare de proprio noſtro in ſupraſcripte caſali, vel bocabuli iſta omnia ſupraſcripta, quod ſuperius ſcriptum eſt, per omnis temporibus firmam, & eſtabilem permanead unde propter ſtabilitatem beſtram me Lupo notarius ſcribendum rogabimus. Actuum in Marſi menſe & indiccione ſupraſcripta feliciter. ✠ Ego Lupo in ac cumcambio a me factum mmſ. ✠ Ego Benedictus rogatus a te Lupo mmſ. ✠ Ego Giſo rogatus a te Lupo mmſ. ✠ Ego Gep. rogatus a te Lupo mmſ.

Aligernus, & Manſo Abbates quædam in emphyteuſim conceſſere, ut inſtrumentis conſtat, e quibus duo, Aligerni unum, Manſonis alterum hic referemus.

In Dei nomine. Scriptum conveniencia qualiter nos Maldelberto filius quoddam Leoni, & Adammo filius quidem Azzoni bone noſtre boluntatis manifeſta cauſa facimus quia in domnus Alijernus vir benerabilis Abbas ex monaſterio S. Benedicti quod ſitum eſt in monte qui vocatur caſtro Caſino territorio, Beneventano, unaque pro voluntate & conſencientem tibi primatis Monachis, qui preordinati ſunt in officio de ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio bona tua boluntate per conſenſum de ſupraſcripti Monuchi ſcriptum conveniencia concediſti ad uſus fruendum nobis ſupraſcripti Madelberti & Adammi & at noſtram Jeneracione legitima maſculina uſque in anni viginti, & nobe completi ideſt de rebus juris proprietatis de ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio qui eſt de rebus S. Anieli Bonorum in emphyteuſim conceſſio.

de Barregio quod domnus Otto Imperator in ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio per preceptum perenniter manſurus confirmabit, & ſunt ipſis rebus in territorio Aprucienſe in loco, qui nominatur Pozciano, & in orbana, & in Galeriano, & per eorum locis, vel vocabulis, que eſt omnia inclita quarta pars de ipſis rebus veſtri monaſterii, que ſunt in ipſi ſupraſcriptis locis quantum ad ipſa ſupraſcripta quarta pars pertinet ſimul cum quarta pars de ipſa ecclesia, qua in onore ſancta Maria edificata eſt in ſupraſcripto Pozciano, & ſunt ipſi ſupraſcripti rebus infra finibus ſine tranciano, & ſine flubio Trotino, & ſine ipſo foſſato de ipſa pinea, & ſine bia petroſa ipſa ſupraſcripta quarta pars de omnibus ipſi ſupraſcripti rebus infra ſupraſcripte finibus ſimul cum quarta pars de ipſa ſupraſcripta ecclesia S. Maria una cum terris, & vineis, campis, & ſilvis, ſalectis, pomis & arboribus ſuis, & cum omnia, & in omnibus quantum ipſi ſupraſcripti rebus infra ſe, vel ſuper ſe habentem, & ubicumque inventa, vel injuncta fuerit de ipſis rebus veſtri monaſterii infra ſupraſcripto finibus quantum ad ipſa ſupraſcripta quarta pars pertinet in integrum, & in omnibus tu ſupraſcripto domnus Alijernus Abbas per conſenſum de ſupraſcripti monachis per ſcriptum conveniencia concediſti ad uſus fruendum nobis ſupraſcripti Madelberti, & Adammi, vel ad ipſa ſupraſcripta noſtra joneracione uſque in anni viginti, & nobe completi in eo tinore laborandum uſusfruendum, & effructandum, nam non vindendum ned donandum, nec concambiandum, neque per nullum injenium in alterius poteſtatem at proprietate alienandum vel ſubtraendum a ſupraſcripto monaſterio niſi ſicut ſupradiximus laborandum uſusfruendum & osfructandum & tuam poteſtatem, vel at poſteriſque ſucceſſoribus tuis, & at proprietatem de ſupraſcripto Sancto veſtro monaſterio conſervandum, & frugibus, & fructibus, quod exinde nobis Dominus dederit faciemus exinde omnia quitquit voluerimus ſine omnem calumniam per oa vero racione, & conveniencia concediſti in ſupraſcripto domnus Aliernus Abbas per conſenſum de ſupraſcripti Monachis ad effruendum ipſi ſupraſcripti rebus nobis ſupraſcripti Madelberti, & Adammi, vel ad ipſa ſupraſcripta noſtra Jeneracione uſque in anni viginti & nobe completi pro quibus dedimus in iſta conveniencia de noſtra mobilia balientes ſol. viginti quod vos recepiſti ad opus & diſpendio de ſupraſcripto veſtro monaſterio reſtaurandum, & cenſum exinde reddere vel dare debeamus nos ſupraſcripti Madelberto, & Adammo, vel ipſa ſupraſcripta noſtra Jeneracione que ipſi ſupraſcripti rebus ad effruendum tenuerit tibi ſupraſcripto domni Alijerni Abbati, vel ab poſteriſque ſucceſſoribus tuis, aud ubi a vobis prapoſitus ordinatus fuerit, vel qui pro tempore fuerit ordinatus per vos ac per noſtros miſſos, vel veſtros miſſoq; at nos veniunt, aut infra ipſa ecclesia ſuper ipſo altario S. Benedicti ponamus per omnem annualiter de noſtra mobilia valientes denaris decem, & octo & ec omnia de veſtra pars pleniter permanentes, & hoc promittimus nos ſupraſcripti Madelberto, & Adammo obligabimus nos vel ipſa ſupraſcripta noſtra jeneracione colligabimus nos tibi ſupraſcripto domni Alijerni Abbati, vel at poſteriſque ſucceſſoribus tuis ſi ipſum jamdictum cenſum annualiter non dederimus, vel omnia non obſerbaverimus ſicut ſuperius ſcriptum eſt,

ut

Digitized by Google

ut componamus nos ſupraſcripti Madelberto, & Adammo, vel ipſa ſuprascripta noſtra Jeneracione tibi ſupraſcripto domni Alijerni Abbati, vel at poſteriſque ſucceſſoribus tuis pena arientum mancoſi viginti quinque, quia inter nos talis fuit noſtra convenientia. Quem vero unc ſcriptum conveniencia rogatus a ſupraſcripti Madelberto, & Adammo ſcripſi ego Petrus notbarius, & judico ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni nonjenteſimo octuajeſimo ſecundo, & imperantes domnus Otto divina providencia imperator auguſtus anni imperii ejus Deo propicio quinto decimo, quam & die menſo ſeptomber per Indiccione undecima. Actum in Pinne feliciter. Madelberto in hac convenencia a nos facta mmſ. ✠ Signum manum Adammi, qui ac conveniencia fieri rogabi, & ſignum crucis feci. Ego Giſo rogatus a ſupraſcriptis mmſ. ✠ Signum manum Madelberti teſtes rogatus a ſupraſcripti & ſignum crucis feci. ✠ Signum manu Rainardi teſtes rogatus a ſupraſcripti & ſignum crucis fecit.

Bonorum in emphytheuſim conceſſio.

In Dei nomine. Scriptum conveniencia qualiter nos Atto, & Girardo germanis filiis quondam Girardi bona noſtra boluntata manifeſta cauſa facimus, quia tu domnus Manſo Abbas ex monaſterio S. Benedicti, qui ſitus eſt in monte, qui bocatur caſtro Caſino territorio Beneventano bona tua boluntate, & unaque conſencientem tibi primatis monachis, qui praordinati ſunt in officio de ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio, per ſcriptum conveniencia concediſti ad uſusfruendum nobis ſupraſcripti germanis at filiis, & at nepotibus noſtris uſque in tercia noſtra jeneracione legitima, ideſt de rebus proprietatis, ſupraſcripti ſancti veſtri monaſterii, qui eſt de rebus S. Angeli de Barregio, quod domnus Otto imperator in ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio per praceptum peremniter manſurus confirmabit, & eſt ipſa res in territorio Pinnenſe in locum, qui nominatur colle, qui eſt terra per menſura modiorum centum, & eſt infra finis capo, & de ambes latere fine terra S. Clementi pede in rigo qui decurrit inter colle, & superone es predicta ipſa ſupraſcripta res infra ipſe ſupraſcripte finis cum omnia, & in omnibus quantum ipſa ſupraſcripta res infra ſe, & ſuper ſe habentem in integrum, & ſi amplius fuerit de ipſa ſupraſcripta res infra ipſe ſupraſcripte finis ſuper ipſa menſura quam ſuper continet at pars veſtri monaſterii nullam exinde feciſti reſerbatione, nec exceptuatione requirendi, ſed in integrum cum omnia, & in omnibus, quantum ipſa ſupraſcripte res infra ſupraſcripte finis infra ſe, & ſuper ſe habentem tu ſupraſcripto domnus Manſo Abbas per conſenſum de ſupraſcripti monachis per ſcriptum conveniencia concediſti ad uſusfruendum nobiſ ſupraſcripto germanis Attoni, & Girardi, & at ipſa ſupraſcripta tercia noſtra jeneracione legitima in eo tinore laborandum uſusfruendum, & esfructandum, & in ipſa ſupraſcripta res vinea plantandum, nam non vendendum nec donandum, nec concambiandum, nec per nullum ingenium in alterius poteſtatem at proprietate alienandum, vel ſuperaendum a ſupraſcripto monaſterio niſi tantum uſusfruendum, & esfructandum, & at proprietate ſupraſcripti Sancti veſtri Monaſterii conſerbandum, & frugibus, & fructibus, quod exinde Dominus annualiter nobis dederit, faciemut exinde omnia quod voluerimus ſine omnem calumnia, per ea vero racione & conveniencia conceſſiſti tu ſupraſcripto domnus Manſo Abbas per conſenſum de ſupraſcripti monachis ad esfruendum ipſa ſupraſcripta res nobis ſupraſcripti germanis Attoni, & Girardi, & ad ipſa ſupraſcripta tercia noſtra jeneracione, pro quibus dedimus in iſta conveniencia de noſtra mobilia in acpreciatum balientes ſolidos octuaginta, quod vos recepiſtis at veſtri monaſterii reſtauracione, & idoneos omines interfuerunt nomina eorum Deodato, & Giſo, & Adelberto, & cenſum exinde reddere, vel dare debeamus nos ſupraſcripti germanis Atto, & Girardo vel ipſa ſupraſcripta tercia noſtra Jeneracione tibi ſupraſcripti domni Manſoni Abbati, vel at poſteriſque ſucceſſoribus tuis, aut at veſtros prapoſitos, qui pro tempore fuerit ordinatus in ſupraſcripto veſtro monaſterio per nos, aut per noſtros miſſos, vel veſtros miſſos, qui at nos venerint, aut infra ipſa eccleſia ſupraſcripti S. Benedicti ponamus per omnes annualiter de noſtra mobilia balientes ſolidos duo, & eo omnia de veſtra pars pleniter permanentes, & hoc repromittimus nos ſupraſcripti germanis Atto, & Girardo obligabimus nos, vel ipſa ſupraſcripta tercia noſtra Jeneracione tibi ſupraſcripti domni Manſoni Abbas colligabimus, vel at poſteriſque ſucceſſoribus tuis ſi ipſum jam dictum cenſum annualiter non dederimus, vel omnia non obſervaberimus, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ut componamus nos ſupraſcripti germanis Atto, & Girardo, vel ipſa ſupraſcripta tercia noſtra jeneracione tibi ſupraſcripti domni Manſoni Abbas, vel at poſteriſque ſucceſſoribus tuis pœna argentum libre decem, quia inter nobis talis fuit noſtra conveniencia, quem vero unc ſcriptum conveniencia rogatus a ſupraſcripti Atto, & Girardo ſcripſi ego Petrus notharius & judice ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni nongenteſimo nonageſimo ſeſto, & dies menſe Februarius per indiccione nona, actum in Pinno feliciter. Locus † Signi Notarii. † Ego Atto in hac conbeniencia a nos facta mmſ. † Signum manum ſupraſcripti Gerardi, qui ac conveniencia fieri rogabit, & ſignum crucis fecit. † Signum manum Luponi teſtes in ac conveniencia rogatus a ſupraſcripti, & ſignum crucis fecit. † Ego Berardo rogatus a ſupraſcripti mmſ. † Signum manum Giſoni teſtes in hac conveniencia rogatus a ſupraſcripti, & ſignum crucis fecit.

Libenter judicatum adnectimus ab epiſcopis Aprutino, & Pennenſi, & Comitibus Attone, & Guillelmo delegatis ducis, & marchionis Hugonis pro hoc cœnobio editum, quod ibi Hugonis celeberrimi pietate viri, atque de Ordine noſtro benemerentiſſimi mentio ſit.

Ugo Spoleti Heturię, Camerini &c. Marchio.

Placitum ſive judicatum in Beneficii S. Angeli de Barrea.

† In Dei nomine ſcriptum noticia qualiter pro futuris temporibus memoria recordandum ideſt infra territorio Aprucienſe in locum, qui nominatur campora ubi reſedebat in placito Acto comes, & Guilielmo comes miſſum domni Ugoni dux, & marchio, & Petrus S. Sedis Aprucienſis epiſcopus, & Johannes S. Sedis Pinnenſe epiſcoporum & Petri, & Felici, & Gualberto, & Sienolfo judicibus pro ſingulorum ominum cauſa audiendum, & juſticia faciendum, vel deliverandam intencione, & ibique cum eis aderant in ipſo placito boni ominibus nomina eorum Odmundo, & Siolfo, & Gualzeri, & Trasberto, & Petri, & Maifredo, & Giſo, & Aczo, & Ardengo, & alii plures bonis ominibus ibique ſedentibus, circumaſtantibus in iſtorum omnium de ſupraſcripti preſenciis venit Grimaldo presbyter, & monachus de monaſterio S. Benedicti cum Giſo judice, abboca-

to ſuo, & oſtendebat una precaria Widoni filius quondam Widoni qu. ipſo jamdicto Wido fecerat, & in qua ſe obbligaverat in ipſo jamdicto monaſterio S. Benedicti, & continebat in eadem precaria quarta pars de ipſa res S. Angeli de baregio qua pertinet S. Benedicti que eſt de ipſa curte de Mariano cum quarta pars de ejus pertinenciis oſtendebat ipſe jam dicto Grimaldo monachus cum ſupraſcripto abbocato ſuo ipſius ſupraſcripto Widoni ipſa jamdicta precaria, aut quis exinde dicere aut reſpondere voluiſſet, & ipſe jamdicto Wido in eorum preſencia manifeſtavit, & diſſi veritatem vobis dico quia iſta precaria vera, & idonea eſt, & talis eſt qualo ego ea ſcrivere rogavi, & per publico Notario eſt ſcripta, & per idoneis teſti, eſt teſtata cum ſupraſcripto Grimaldo monachus cum ſupraſcripto Abbocato ſuo oſtendit una alia precaria Landolfi filius quondam Luponi que ipſe jamdicto Landolfo in ipſo jamdicto monaſterio fecerat, & in qua ſe obbligaverat, & continebat in ea octava pars de ipſa curte de Mariano, & de ejus pertinencie cum ſupraſcripti Judice demandaverunt ipſe jamdicto Landolfo que exinde dicere ut reſpondere voluiſſe, & ille in eorum preſencia manifeſtavit, & diſſi, veritatem vobis dico quia iſta precaria vera, & idonea eſt, & tale eſt, quale ego ea ſcrivere rogavi, & per publico Notario eſt ſcripta & per idoneos teſtes eſt teſtata cum ſupraſcripti Comitibus cum ſupraſcripti judicibus dum taliter odierunt ipſi jamdicto Wido, & Landolfo reſpondeates, & dicentes rectum eorum comparuit eſſe, ita inveſtierunt ipſo jam dicto Grimaldo . . . . chus de omnia ipſa ſupraſcripta res ad proprietatem de ſupraſcripto monaſterio, & inſuper miſerunt vandinam ut qa. . . . . nſterio de ipſa ſupraſcripta res diſveſtiſſet, aut moleſtacione aut inquietatione feciſſet & ut epiſcopo . . . . dicto monaſterio trecenti beſanteis aureis, & exinde per invitis tacead, & omnia ſic factam in pſ. . . . . ſupraſcripta . . . . & de ſupraſcripti judici, & de pradicti boni ominibus hunc ſcriptum noticia differunt ſcrivere Petri Notario, & Judice, & ego qui ſupra Petri notario, & judice de ecdicto eoram unc ſcriptum notia ſcripſi & ibi fuit ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni nongenteſimo octuageſimo nono, & menſe Junio per Indiccio ſecunda. Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii. † Signum manum Wilielmi Comes qui ibi fui. † Ego Gualbertus judice ibi fui. † Atto Comes ibi fui. † Ego Petrus judex Domini Imperatoris interfuit. † Ego Siolfo ibi fuit. † Ego Petrus Epiſcopus ibi fuit.

Fuiſſe Hugonem Ethruriæ, Spoleti, & Camerini ducem, ac Marchionem, præter ſcriptores plurimos teſtatur S. Petrus Damiani coævus lib. 7. epiſtola 12. ad Gothifredum ducem & Marchionem Ethruriæ hiſce verbis: *Hugo dux & Marchio, qui eum, quo tu nunc fungeris obtinuit principatum. Obtinuit inquam utramque* * *Monarchiam, & quam Tyrrhenum, videlicet, & quam mare Adriaticum alluit; ſed cum perpenderet quia propter improbitatem injuſte viventium ſtrenue regere utramque non poſſet ultroneæ renunciationis arbitrio ceſſit Imperatori* * *Monarchiam Camerini cum Spoletano ducatu, juri vero proprio Thuſciam reſervavit.* Conſtat plura Aprutii loca fuiſſe tunc temporis in ducatu Spoletano comprehenſa, potiſſimum hoc S. Angeli monaſterium, ut clare habetur ex privilegio Othonis III., in quo hæc leguntur: *In ducatu Spoletino monaſterium S. Michaelis ſitum in locum, qui dicitur Barregium ſupra fluvium Sangri, quod noſter avus bone memoria Ottho imperator auguſtiſſimus pro anime ſue remedio, per ſua authoritatis preceptum jam dicto monaſterio S. Benedicti in monte Caſſino perenniter habiturum firmiter delegavit.* Dabimus hoc privilegium in diſſ. I. Idem conſtat ex epiſtola 92. Hadriani I. ad Carolum Franciæ, & Langobardiæ regem, atque patritium Romanorum, ubi hæc ſcribuntur: *Fugam arripientes, Maginarius cum Joſeph & Linderico una cum Gotteramno, qui ad eos ad loquendum venerat a Salerno, introjerunt in finibus Ducatus Spoletini in præfato oppido Valva, & ibidem morantur uſque ad veſtrum regalem in triumphis diſpoſitum;* Et Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Zachariæ hæc habet: *Traſimundus vero Dux* (Spoletinus), *habito conſilio cum Romanis, collectoque generali exercitu Ducatus Romani* [a] *ingreſſi ſunt per duas partes in fines Ducatus Spoletani, qui continuo timore* [b] *ductus pro multitudine exercitus Romani eidem Traſimundo ſe ſubdiderant Marſicani, & Forconini, atque* [c] *Balvenſes, ſeu Pinnenſes. Deinde ingreſſi per* [d] *Sabinenſe Territorium venerunt in Reatinam civitatem. Qui* [e] *Reatini & ipſi continuo ſe ſubdiderunt.* V. Peregrinius p. 64. & ſeqq. in Fin. Ducatus Beneventani ad Septentrion. Ex hujus judicati anno eruitur nondum an. 989. ducatu Spoletino ſe abdicaſſe Hugonem, ac proinde non potuiſſe Pandulphum I. Capuanum principem A. 969. nuncupari ducem Spoletinum, quod cenſuit Peregrinius in Genealogia principum Capuæ, & Beneventi. Vixit Hugo annis quinquaginta, eodem S. Petro Damiani teſte cit. epiſt. hiſce verbis: *Ut autem præfati Marchionis etiam finem breviter perſtringamus cum in extrema valetudinis languore decumberet, & totius regni lumen extingui non parva diverſorum ordinum multitudo defleret; venerabilis quidam Epiſcopus cujus me ad præſens vocabulum fugit hoc in ligno, quod in igne tunc ardebat, expreſſum per quædam litterarum veſtigia deprahendit: Hugo Marchio quinquaginta annis vixit. Cumque hoc quaſi fauſtum omen ii qui aderant crederent: ſignumque hoc eſſet recuperandæ ſalutis, erectis in ſpem cordibus animarent, paulo poſt ipſe defunctus eſt.* Obiit tandem an. 1002. ut aſſerit ad eum annum Baronius To. XI. fol. 9. aut 1001., ut credit Pagius nu. 3. Anno certe 969. Hugo noſter duodeviginti circiter ætatis ſuæ annos duxerat, ut incredibile videatur adoleſcentem ducatu Spoletino, & Marchionatu Camerini ob ingruentes regendi difficultates ſeſe abdicaſſe, quidquid contra obtendat Peregriniuscum de Paldulpho I. in Genealog. Principum Langobard. habet: *Dux Spoleti & Marchio Camerini in 969. & ſeqq. poſt abdicationem Hugonis Petrus Damiani lib. 6. Ep.* 12. De Petro Aprutino agit Ughellius To. I. col. 351. num. 7. aſſeritque anno milleſimo fuiſſe epiſcopum, cum conſtet longe antea præfuiſſe. De Joanne Pennenſi ibidem col. 1114. nu. 8.

Capuani principes Paldolphus, & Paldolphus fratres cœnobio Caſſinenſi conceſſere montem dictum, Varteu, alioſque illi conterminos, atque latifundia una cum eccleſia S. Angeli, quæ tunc temporis diruta erat, hoc diplomate ex autographo in Archivo noſtro.

Margin notes:

* Marchiam.

* Marchiam.

Ducatus Spuletanus ad Samnites uſque proferebatur.

a ingreſſus eſt.

b ducti.

c Valvēſes atque Pinnenſes.

d Perſianimense vel Ravennenſe.


e quibus.

Quo anno fato ceſſit Ugo.

† In

† *In nomine ſumme, & individue Trinitatis Paldolfus, & Paldolfus fratres divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum Principalis excellencias petitione dilecti ſui petentis clementer favent, quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum praſentium ſcilicet, & futurorum Sagacitas, quia Landolfus dilectus parens noſter obſecravit noſtras excellencias, quatenus concederemus in monaſterio S. Benedicti ſito in monte caſtri Caſſini videlicet terras, & montem qui nominatur Barreju cum ceteros montes coharentes ejuſdem montis, & cum terris conjunctis ipſorum montibus per finis, & indicacionibus ſicut inferius declaramus. De quibus peciit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices in ipſo ſancto cœnobio exinde fieri juberemus. Cujus peticioni ob Dei amore libenter aſſenſum prabentes hos firmitatis apices in ipſo S. cœnovio exinde fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus in praſato S. monaſterio beatiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti ſito in praſato monte & caſtro Caſſini, in quo cœnovio Deo protegente domnus Arenolſus germanus, & confratruus noſter Abbas praeſſe videtur, hoc eſt ipſum pradictum montem, cum ceteros montes ſibi coharentes, & eum terris conjunctis ipſorum montibus per has itaque finis, prima fine foſſatu malu, & aſcendente in ipſum montem qui nominatur Crema, & per eodem monte, qui dicitur Crema qualiter directe pergit in Claranu, & deinde in monte, qui dicitur mimola & per eodem monte, qui dicitur Mimola, qualiter vadit in monte, qui dicitur Curtu, & per eodem monte Curtu ſicuti vadis per ipſe Serre in Vantra, & per ipſa Vantra qualiter vadis per ipſe Serre ad ipſa columnella, & ab ipſa columnella in dorſo Caprino, & deinde vadit in Melitulo, & deinde in monte de Acero, & per ipſe Serre de Acero qualiter vadit in monte malum, & de eodem monte Malo ſicut vadit in Acze & de Acze deſcendit in rivuſcurri, & per ipſum rivum ſcurri ſicut vadit in Sangru, & de Sangru pervenit in foſſatu Malu, que eſt prima finis ipſum namque pradictum Montem qui nominatur Barriu, & eccleſiam vocabulo S. Angeli, que eſt in eodem monte, cum omnia pertinentia ad eadem eccleſia pertinentes ubicumque, & quomodocumque exinde inventum dederit una cum omnibus aliis eccleſiis ad eadem eccleſia pertinentibus, & cum omnibus rebus, & pertinenciis ipſarum eccleſiarum in praſato monaſterio conceſſimus, & confirmavimus, ſimulque & omnibus illis aliis montibus, qui ſunt infra ſupradicte finis una cum omnibus terris cultis, vel incultis, planis, & montibus; Silbis, ac paludibus, Aquis & curſibus aquarum, molendinis, & clauſuris piſcacionibus, aliiſque adificiis, omnia, & in omnibus quicquid infra pradicte finis invenitur totum, & per omnia in integrum in ipſo monaſterio conceſſimus, & confirmavimus ea ſcilicet ratione omnia & in omnibus, qua, & qualiter ſupra legitur, & partibus reipublica pertinet in praſato S. monaſterio Sanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Benedicti ſito in praſato monte, & caſtro Caſſini per omnia conceſſimus, & confirmavimus ad poſſeſſionem praſati S. monaſterii, & pradicti domni Arenolſi venerab. Abbati germani, & confratrui noſtri, & aliorum Abbatum ſucceſſorum ejus qui in praſato S. monaſterio beatiſſimi Benedicti praeſſe videntur ad habendum, & poſſidendum, & legibus faciendum omnia, que ad partem praphati S. monaſterii, & de ejus Abbatibus, atque Rectoribus placuerit, abſque contrarietate comitum, caſtaldeorum, judicibus, vel ſchudais, aut cujuſcumque perſona hominis contradictione, vel inquietitudine. Set perpetualiter omnia, & in omnibus, ut ſupraſcripta ſunt in poteſtate, & poſſeſſione praſati S. monaſterii, & de ejus Abbatibus & partibus ſint omni tempore, nemine exinde ad partem praſati S. monaſterii, vel ad ejus Abbatibus, vel rectoribus aliquo modo in aliquo contraria faciente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare praſumpſerit ſciat ſe ad partem praſati S. monaſterii, & ad ejus Abbatibus atque rectoribus compoſiturus auri libras centum, & hac noſtra conceſſio de quibus continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hec noſtra conceſſio verius obſervetur manu propria ſcripſi, & ex anulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.*

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Signum  *domni Paldolfi Excellentiſſimi Principis.*

Adeſt ſignum cereum adfixum cui ponitur adverſum ſigillum.

Adeodatus clerice & ſcriba ex juſſione ſupradictarum glorioſarum poteſtatum ſcripſi.

Datum VI. idus Magii anno II. principatus domni Paldolfi, & undecimo anno principatus domni Paldolfi glorioſorum principum, ac fratrum, indictione quintadecima. Actum in civitate Capuana.

Conceſſa quidem hæc fuerant ab Othonibus I. II., & III., ſed iterum data a novis dominis accipere ineluctabile ſorte Caſſinatibus fuit. Montes ac latifundia ab hiſce Principibus conceſſa, ſeu confirmata vaſtum modo Barreæ territorium conſtituunt, eoſque inter eſt ampliſſimus, ac maxime optimis herbis ferax mons Chiarani. Barreæ oppidum conſtructum eſt in monte appellato Barreu, quod una cum Villecta in eodem territorio, aliiſque conterminis Civitellæ, & Roccæ inter montes ſubiectum eſt ſpirituali jure Caſſinatibus, quorum Abbas jus habet conficiendi teſtamentum ad pias cauſas pro iis, qui ab inteſtato decedunt. Cum Barreæ incolis a Nicolao Cantelmo vetaretur, ne pecora intra ambitum in memorato privilegio deſcriptum paſcere ſinerent, procuratores conſtituerunt, qui hac de re quererentur in magna curia Vicariæ, ut ex inſtrumento conſtat, cujus autographum in archivo noſtro reperitur. Ager Barreao

Ex eo hæc adnotanda: *Quod cum exponentes ipſius & eorum pradeceſſores a tempore cujus contrarium hominum memoria non exiſtit fuerint, & ſint in poſſeſſione, vel quaſi paſculandi, & paſcua ſumendi cum eorum animalibus groſſis, & minutis in territorio, & pertinentiis venerabilis eccl'ſia S. Angeli de Valleregia dicto venerabili monaſterio Caſſinenſi imme-*

diate ſubjecta uſq; videlicet in confinibus Rivitorti, juxta caſtrum Biſcurri vigore, & authoritate antiquarum Chronicarum, recordii, & inventariorum dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis deſignantium confines caſtrorum prædictorum, & aliarum civitatum, ac terrarum hujus regni, & ad ipſas chronicas in ſingulis dubiis occurrentibus recurſus, & fides adhibetur pacifice et quiete ſine contradictione quacumque etc. Nempe executioni demandatum eſt hoc privilegium, magnaque fides ſemper habita Scripturis cœnobii Caſſinenſis. Cum ſupra deſcriptam a Fratribus ſuis donationem obtinuiſſet Atenulphus Abbas Atthoni monacho ſuo juſſit, ut ecclesiam, ac monaſterium S. Michaelis Archangeli iterum conſtruendum curaret, ut fuſius narrat Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 34. hiſce verbis.

De monaſterio præterea Barregenſi cum a prædicto fratre ſuo Pandulfo principe idem Abbas præceptum cum omnibus ſuis, finibus, poſſeſſionibus, ac pertinentiis recepiſſet quemdam ibi Fratrem hujus congregationis valde religioſum, qui Azzo dicebatur, ut ejus reſtaurationi, ac reconciliationi pro poſſe ſtuderet, tranſmittere protinus ſtuduit. Nam ex eo tempore, quo Saraceni a Marſis Pelignisque ſuperati, atque fugati ibidem ſe contulerunt, ſeque ibi aliquandiu, quoniam locus excelſis valde ædificiis munitus erat, tutati ſunt, ſed ab iis, qui eos inſequebantur, una cum monaſterio, et ipſi pariter conflagrati ſunt per diverſas exinde fugientibus Monachis, ita ſuccreſcentibus undique ſilvis, horridum fuerat, et inhabitabile redditum, ut vix pauci admodum fratres juxta parvam Eccleſiolam antiquam, quæ ignem evaſerat pro venerabilis loci amore commanere paterentur. Erat tunc prædictus Azzo præpoſitus monaſterii S. Benedicti in pago Marſorum quod videlicet monaſterium eo tempore tam cellis, quam fundis, ac prædiis, atque colonis diverſis per Marſiam locis copioſis ditatus erat, de quibus hic aliquanta perſtringimus. Cella S. Benedicti in Oretino cum modiis terræ quingentis. S. Gregorius in Pentoma cum modiis mille, S. Maria in Hyllara cum modiis trecentis. Vicenda in Avezzano modiorum centum. In caſtello Veneris loco, qui dicitur Caſale ab ipſo monte uſque in aquam. Ex alio latere aquæ Veneris ad caſalem Adelardi modii XX. In loco, qui dicitur Calabrettum modii mille. Hereditas Gueltonis ibidem ſimiliter modii mille. In valle quæ dicitur Aquirana a S. Quintiano uſque in Aquiranum modii mille plus minus, et cætera multa, et maxima, quæ longum ſcribere judicavimus. Hujus itaque univerſam omnino ſubſtantiam tam in codicibus, quam, et in animalibus, quamq; et univerſis utenſilibus ex æquo diviſit, partemque alteram ad prædicti monaſterii reſtauratioem aſſumpſit, & convocatis artificibus eccleſiam primitus, cujus fundamenta tantum remanſerant, dehinc officinas cœteras reſtaurare protinus cœpit. Reverſuſque conſequenter ad Abbatem hominibus, quos in poſſeſſionem ejuſdem monaſterii neceſſarium erat inducere, libellos ab eo adquiſivit, moxque caſtellum, quod eidem monaſterio proximum eſt Rale vocabulo condidit. Tertio demum anno conſummata eccleſia præfatus Abbas ejuſdem Azzonis oratu Angelum epiſcopum hujus tunc Monaſterii monachum cum aliquot Fratribus, & duodecim aliis S. Germani clericis ad eam ſolemniter dedicandam mandavit. Quo facto quemdam

Azo iterum S. Michaelis Archangeli Eccleſiã ædificat.

Angelus S. Michaelis Eccleſiam conſecrat.

ibi fratrem vice nomine ſua Dominicum, quem ipſe monachum fecerat ordinans non multo poſt idem Azzo jam ſenex, atque infirmus, ad hoc monaſterium reverſus eſt &c. Præfatus vero Dominicus ejuſdem magiſtri ſui ſollertiam imitatus, non multo poſt Roccam, quæ inter montes dicitur non longe ab ipſo monaſterio conſtruxit, atque colonos, qui prius in loco, qui Civitella vocabatur, habitaverant in ea conſtituit. Brevius hæc narrat Victor III. lib. 2. Dialogorum fol. 66., aſſeritque eam eccleſiam a Ludovico Imperatore conſtructam, in valle, quæ dicebatur Regis, ubi certe modo quoque, ut antea extat. Imo Leo cap. 37. contendit extitiſſe eam eccleſiam, & Monaſterium a tempore Caroli, & Lotharii deceſſorum Lodovici. En Victoris verba: *Azzo etiam quidam religioſa ſuit vita Monachus fuit, qui eccleſiam B. Michaelis Archangeli in valle, quæ dicitur Regis, a Ludovico chriſtianiſſimo imperatore mirifico opere conſtructam, poſtmodum vero a Saracenis deſtructam omni cum ſtudio reſtauravit, ibique Fratres ad omnipotentis Dei ſervitium, prout potuit, congregavit. Cumque ibidem in ſervitio Dei compleſſet annos ultimam jam pœne agens ætatem, ad monaſterium noſtrum, ex quo ab Abbate ſuo miſſus fuerat, eſt reverſus.*

Dominicus Arcẽ inter mõtes conſtruit.

Eccleſia S. Michaelis Archangeli a Ludovico II. fuit condita.

Plura in hujus monaſterii Præpoſitum audebat Oderiſius Averſanus, quem ut in officio contineret Petrus Abbas, ad Guillelmum II. regem provocavit, poſtque aliquot diſſidia ſtatutum inter Oderiſium, & Abbatem fuit, ut Præpoſito liceret Cellerarium hujus monaſterii ſtatuere. & Archipresbyterum Villæ, aliarumque eccleſiarum, aliaque quædam notatu digniſſima, ut inſtrumento conſtat ſtipulato a notario Leonardo Sangermanenſi Kal. Januar. A. 1175. quod integrum edemus diſſ. I.

Anno 1266. Præpoſitus hujus monaſterii eccleſiam S. Felæ ſitam in territorio caſtri S. Donati regendam commiſit magiſtro Germano ex literis in Reg. I. Bernardi fol. 7., ex quibus eruitur, plura ejus cœnobii latifundia a conterminis regulis uſurpata. Quando cœnobium S. Angeli Monachis deſtitui cœperit, incompertum. Extat hactenus ibi eccleſia Heremitæ curæ demandata, cui neceſſaria præbet cœnobium Caſſinenſe, quod ejus redditibus fruitur. Meminit hujus monaſterii Baronius To. X. an. 964. fol. 786. Lubin fol. 16. Ciarlant. fol. 250. lib. 3.

Parthenon S. Joannis apud Capuam.

Conſtructum parthenon S. Joannis apud Capuam ab Aligerno Abbate Caſſinenſi in domo Landulphi Caſtaldi, qui ea lege bona ſua omnia Caſſinatibus legaverat, refert Michael cognomento Monachus in Sanctuario Capuano pag. 475. hiſce verbis: *Landolfus Caſtaldus Capuæ poſt uxoris Aloaræ filiorumque Landolfi & Adenolfi mortem, mortuis & ipſe proximus teſtamentum condidit, ſcriptiſque in eo legatis Turturellæ libertæ ſuæ, & Offæ naturali filiæ ſuæ, & Atæ filiæ legitimæ, & naturali nuptæ jam Uxoni filio Sadelfridi judicis; hæredes inſtituit duos, qui ſibi ſupererant filios Landonem diaconum, & Paldolfum: expreſſe cavit, ut ſi forte inſtituti hæredes abſque legitimis liberis deceſſiſſent Abbas monaſterii S. Benedicti ſiti in monte Caſſino in illa ipſa domo, in qua teſtator ipſe tunc reſidebat, monaſterium ſub vocabulo S. Joannis Baptiſtæ conſtrueret, cui ſua teſtatoris omnia bona, quæ & Capuæ, & extra, & ubique erant, eſſent addicta: Monaſterium*

vero

vero cum bonis in Caſſinenſis Abbatis dominio, & poteſtate permaneret. caſus evenit: Landolfus, & deinde inſtituti heredes filii liberis non ſuperſtitibus objerunt: Quare Aligerius Abbas Caſſinenſis monaſterium puellarum S. Joannis Baptiſtæ nuncupatum, erexit, Sichelgardam in eo Abbatiſſam ordinavit, & anno viceſimo quarto principatus domini Paldolfi Capoferrei menſe Martio decimæ indictionis qui erat annus Chriſti 967. omnia, quæ fuerant Landolfi Caſtaldi bona S. Joannis monaſterio recuperavit. Quæ eadem verba exſcribit Ughellius To. VI. col. 220. in Archiepiſcopis Capuæ nu. 38. Refert deinde Monachus p. 638. fragmentum Anni 972. quo ſanctimonialibus conceſſam conſtat facultatem, ut ſibi Abbatiſſam eligerent, quæ a Caſſinenſi Abbate confirmaretur; aliudque donationis factæ a Fichellberga moniali ejuſdem cœnobii S. Joannis; *Ubi domna Sichelgarda Abbatiſſa eſſe videtur conſtructo intra hanc Capuanam civitatem a domino Aligerno venerabili Abbate monaſterii S. Benedicti ſitus in monte in caſtro Caſſino.* Ac demum pag. 476. & ſeqq. catalogum Abbatiſſarum hujus monaſterii habet Monachus. Meminit Petrus diaconus lib. IV: cap. 59. privilegii ab Aligerno ſanctimonialibus Capuæ conceſſi, atque donationis curtis Petræ Mellariæ hiſce verbis: *Conceſſit* (Gerardus) *etiam in monaſterio S. Johannis de Capua Petram Mellariam cum pertinentiis ſuis. Sciendum ſane quoniam in Monaſterio puellarum S. Johannis Abbatiſſa quidem debet eligi cum neceſſe eſt a ſanctimonialibus, ſicut ego ipſe recolo me legiſſe in privilegio Abbatis Aligerni, quod apud Capuanum beati Benedicti monaſterium habetur, ſed approbari, & confirmari debetur judicio Caſſinenſis Abbatis, cujus etiam authoritate conſecrationem ipſa Abbatiſſa accipere debet.*

Atque cap. 108. memorat idem cœnobium. Anno circiter 1358. Angelus epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis hujus monaſterii electam Abbatiſſam D. Gemmam de Tocco confirmavit, uti ex literis in ejus regeſto p. 10. a t.

Cumque Angelus infirma valetudine eſſet, facultatem Gemmæ conceſſit, ut quemcumque catholicum Epiſcopum accerſeret, qui ſibi benedictionem impertiret, ut hiſce literis conſtat ex eodem regeſto p. 25.

Angelus &c. Religioſæ mulieri dominæ Gemmæ de Tocco electa, & confirmata Abbatiſſa monaſterii noſtri S. Johannis monialium de Capua Ordinis S. Benedicti ſalutem in domino. Exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, ut cum tu deſideres Deo ſervire in monaſterio prælibato, & fueris canonice electa, & per nos canonice confirmata tibi munus benedictionis ut ſolitum eſt, & debetur, per te recipi, & concedere ante lapſum temporis limitati a jure juxta canonicas ſanctiones, & ubi benedictioni hujuſmodi vacare perſonaliter nequiremus tibi recipiendi benedictionem hujuſmodi ab alio epiſcopo gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habente dignaremur; Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati nequeuntes ex cauſis aliis arduis, quibus occupamur pro noſtra eccleſia Caſſinenſi, & etiam corporis infirmitate gravati benedictionem hujuſmodi facere per nos ipſos tibi tenore preſentium, ut poſſis a quolibet epiſcopo Catholico gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, & valeas munus benedictionis recipere ſecundum Jura, & canonicas ſanctiones necnon & propterea extra dictum monaſterium ire Beneventum vel alibi ubicumque aptius, & habilius poteris expediri plenam in domino auctoritatem, & licentiam impertimur omni modo, forma, & jure, quibus melius poſſumus, & debemus, ut prædictum benedictionis munus ab eo ſuſcipere valeat, & habere. In cujus &c.

Facultas conceſſa Abbatiſſæ recipiendi benedictionem.

Angelus alter epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis anno 1362. die 6. Februarii Abbatiſſam hujus monaſterii elegit Benvenutam a Caſerta ſanctimonialem Parthenonis S. Mariæ de Capua Ordinis S. Benedicti, uti ex literis conſtat in cit. regeſto p. 40. Petrus de Tartaris Abbas viſitandi hujus cœnobii onus demandavit Fratri Baccio ab Atina Abbati S. Matthæi ſervorum Dei, uti ex literis conſtat in regeſto I. Petri p. 103. a t.

A. 1434. Sanctimoniales ſoror Blanca de Aczia, ſoror Catharinella de Thoro, ſoror Franciſchella de Vineis, ſoror Frodellilia Mazzoccha &c. hujus cœnobii Abbatiſſam elegere præſente epiſcopo Caſertano Joanne Acreſta, qui vicarius, & viſitator erat nomine Abbatis Caſſinenſis Pirrhi, uti ex inſtrumento conſtat a notario Bartholumæo Manſello a Capua ſtipulato, cujus authographum extat in archivo noſtro.

De Joanne Acreſta a Pontecurvo agit Ughellius Tom. VI. col. 507. num. 23. *Anno 1527. Abbas Caſſinenſis, Joannes Chryſoſtomus confirmavit electionem in Abbatiſſam D. Urſulina de Majo ex regeſto primo Congregationis p. 53. a tergo.* Anno 1574. D. Bernardus Abbas S. Severini, & D. Pius prior Caſſinenſis viſitatores hujus cœnobii deputati ab Abbate Caſſinenſi Angelo Sangrino Sanctimonialium vota excepere pro electione D. Theodoræ Lanza, ut ex inſtrumento conſtat.

De hoc cœnobio agendum iterum Sæculo XVI. cujus meminit Lubin p. 81.

Monaſterium S. Euſtachii de Petra abundanti.

Donatum Caſſinatibus monaſterium S. Euſtachii de Petra abundanti refert Leo lib. 2. cap. 6. hiſce verbis: *Sed & Boſellus Comes Petræ abundanti fecit in hoc monaſterio cartam oblationis de monaſterio S. Euſtaſii in finibus ejuſdem caſtri, loco qui dicitur ad Arcum, cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis ipſius, & cum pertinentia terræ modiorum mille ſexcentorum viginti trium.* Extat hæc donatio in regeſto Petri Diaconi fol. 100. num. 225., ejuſque authographum in Archivo noſtro.

In nomine domini triceſimo quarto anno principatus domni Landolfi glorioſi principis, & vigeſimo ſeptimo anno principatus domni Pandolfi filio ejus excellentiſſimo Principe menſe Februario indiccione quinta. Idcoque ego domnus Burrellus filius quandam Oderiſi comitis, & Johannis, & Borrellus, & Oderiſi filii ſupradicti Borrelli, qui ſum habitatores in caſtro de Petra habundanti declaro nos habemus unum monaſterium cum vineis, & terris, & campis, & Silvis cum aquis, & pratis infra finibus de Petra habundanti, et congruum habemus nos afferire in monaſterio B. Benedicti montem Sanctum caſtro Caſſino pro redempcione animæ noſtræ, ſed dum intellexit Ruca uxor mea cepit me ſimpliciter poſtulare pro quarta parte, quam inde legibus eſt perceptura per ipſum ſuum ſcriptum Morgincaph quia a me ipſo datum, et traditum eſt alia die noſtra copulacionis propterea ejus petitione benigne exaudivi, nam ipſa

Donatio Cœnobii S. Euſtachii facta Caſſinatibus.

inſi-

inſimul mecum perſiſtere hanc offerſionem. Ideo dum nobis congruum, & actum eſſe videtur bona noſtra voluntate, quam, & pro firma ſtabilitate intereſſe Adelpanno, et Conſtancio judicibus, et aliorum teſtibus. Per hanc quoque videlicet cartulam tradidimus, et donavimus nos ſupranominati domnus Borrellus, et domna Ruta uxor mea, et Johannes, et Borrellus, et Oderiſi in eodem monaſterio beati Benedicti, ubi ſanctum corpus ejus requieſcit pro redempcione anime noſtra bona noſtra voluntate, quam et pro firma ſtabilitate per has fines incipiente da ipſa fontana, & quomodo vadit directum ad ipſa Petra poſita, & quomodo directum deſcendit in rivo vivo quo toto tempore aqua decurrit, & quomodo vadit per ipſi termini petrepoſita & deſcendente per eodem rivo, uſque in via qua vocatur Balneſe, & quomodo vadit per eadem via uſque in rivo qui vocatur ſicco, & quomodo deſcendit per ipſo rivo uſque in fluvio nerino, & quomodo vadit per ipſu flumen uſque in rivo vivo, & per eodem rivo ſallientes uſque in rivo qui vocatur Francoli, & per eodem rivo venit ad ipſa fontana, que eſt fines priores, & eſt infra ipſas fines modiola octingenti. Similiter ipſa rebus noſtra que habemus infra fines do ipſa petra habundanti in locum qui vocatur ecclesia Andrea. In primis incipientes da ipſa fonte coperclata, & ſaliente per ipſa Peſclatura, & venit a caput de ipſo monte, & deſcendente ad ipſo foſſato de pede da maccla rotica, & per eodem foſſato deſcendit in rivo, qui vocatur Falaſcoſos, & per eodem rivo ſalliente uſque ad ipſa via qua venit da Iſernie, & per eadem via veniente in rivo vivo, & deſcendit per ipſum rivum uſque ad ipſa aqua de ipſa fontana que eſt fines priores & eſt infra ipſas fines ſeptingenti modiola. Similiter & alia res mea qua habemus infra fines de caſtello qui vocatur Sclavi ad ipſa eccleſia que adificata eſt in honore S. Salvatoris, & habet hac fines. Ab uno latere eſt ipſum limitone, & rebus Johannis Longi, a capite habet fine pede do ipſu Monte, & per eodem fine ſuper ipſum limite ad ipſa via antiqua, & deſcendit ad ipſos fontos uſque ad rebus Donati, & per eodem fine venit ad ipſa terra Petri Ambroſi ad ipſum limitone qui eſt fines priores, & ſunt infra ipſas fines quadraginta modiola de terra, ſuper hoc autem alias res noſtras qua nos habemus infra finibus de ipſi caſali in loco ubi edificata eſt ipſa eccleſia S. Nazarii, & habet fine a capite via publica, & ſunt inde paſſi triginta ab alio latere habet fine via, & ſunt inde paſſi centum triginta, a tercia parte habet fine via, & ſunt inde paſſi ſeptuagintaquinque. A quarta vero parte habet fine rebus Petri, & ſunt inde paſſi centumſexaginta, & venit ad priores fines. Alia pecia noſtra ibique in eodem loco a capite habet fine via, & ſunt inde paſſi triginta, alio latere habet fine rebus noſtra, & ſunt inde paſſus octoginta octo, a tercio latere habet fines rebus de filio amiconi, & ſunt inde paſſi triginta quatuor. Querta vero pars habet finem via, & ſunt inde paſſi ſeptuaginta ſeptem & exceptuavimus de iſta pecia ipſa rebus, que fuit Radoni. Incipit alia pecia de rebus noſtra, a capite habet fine via publica, & ſunt inde paſſi viginti, alio latere habet fine via antiqua & ſunt inde paſſi ducentum nonaginta. A tercio latere habet fine fluvio Verinu, et ſunt inde paſſi ſexaginta, quarta vero pars habet fine rebus Petri, et ſunt inde paſſi ducentum, et venit ad priores fines. Super hoc autem alia pecia de rebus noſtra, qua eſt ad ipſum molinum, a capite habet finem ipſum fertum, et ipſa inſula, ſunt inde paſſi viginti; alio latere habet fine rebus Conſtancii, et ſunt indo paſſi ducentum, tertio latere habet fine rebus Conſtancii judicis, et ſunt inde paſſi triginta. A quarta parte habet fine fluvio Verino, et ſunt inde paſſi ducentum et venit in priores fines, et ſunt infra ipſas fines triginta modiola, et totum ipſum molinum quod ibi eſt edificatum cum caſa, et mole, et ferratura, et forma et arcatura, et aquaductile, et cum ſuis omnibus pertinenciis, cum viis ſuit intrandi, & exiendi. Super autem alia res qua nos habemus infra fines de caſtro liceto ad caſale Liuperti ſuper fluvio Verino, et inde habet paſſus centum, alio latere habet fine res de ipſa eccleſia, & ſunt inde paſſi quingentum viginti. A tercia parte habet fine rebus de filio Lioperti inde paſſi ſeptem. A quarta parte fine res de filii Liuperti inde paſſi quatuorcentum ſeptuaginta, & venit in priores fines. Alia pecia noſtra habet fine res de filii Liuperti, & petre poſite inde paſſi ducentum viginti, & venit in priores fines, & infra iſtas fines ſunt modiola quinquaginta tres, & tota iſta hereditate ad paſſum juſtum, & menſurata, & de eadem offercione nec mihi qui ſupra nominatus Borrellus, & Ruta, & Johannes, & Borrellus, & Oderiſi, neque ad noſtris heredibus, neque ad quartam uxoris noſtra, nec alicui homini nullam exinde reſervavimus porcionem requirendi, ſed cum inferius, & ſuperius, cum via, & andita ſua cum tranſita, & exita ſua, & cum omnia infra dictas fines concluduntur offerimus in monaſterio beati Benedicti ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia quecumque voluerit ad opus ejuſdem eccleſia, & ejus rectoribus, abſque contradiccione noſtra & de noſtris heredibus, aut cujuſcumque contradiccione, & requiſicione, de quibus repromittimus, & obligamus nos Borrellus, & Ruta, & Borrellus, & Johannes, & Oderiſi noſtris heredibus ad ipſa eccleſia, & ejus rectoribus, ut hoc defendere, & antiſtare ab omnibus hominibus debeamus. Quod ſi defendere, & antiſtare noluerimus, aut per quolibet ingenium retornare, removere, ſeu ſubtrahere queſierimus millo ſolidos conſtantinopolitanos nos qui ſupra nominati S. Benedicto componere obligamus, & per inviti taceamus, & ſub anathema ſimus. De colludio autem ſi a vos pulſati fuerimus ad evangelia nos vobis ſatisfaciamus, & hac carta offercionis qualiter continet firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum, & te Benedictum & notarium judice ſcribere rogavimus actum in petra habundanti feliciter. Ego Borrellus in hac cartula a me facta ſignum crucis feci. Ego Johannes. Ego Adelmanno judice. Ego Liodolfus ſignum crucis feci.

Eam A. 1132. Rogerius Siciliæ rex confirmavit, & Paldolphus, & Landolphus Capuani principes, ut diſſ. I. dicemus. Prædium huic monaſterio conceſſerat Berardus Comes antequam Caſſinatibus ſubderetur, ut hoc monumento conſtat, cujus autographum in Archivo noſtro reperitur . . . . *viceſimo anno principatus domni Landolfi glorioſi principis menſe martii decima indiccione Ego Berardus comes filius Joh.* . . . : . . . . *pertinentem habere rebus in finibus de caſtro qui vocatur Sclabi, quod congruum abeo offerire in monaſterio S. Euſtaſii per* . . . . *catur presbyter Baldoni. Quapropter me qui ſupra Berardus comes, ideo dum mihi congruum eſſe videtur, bona etenim mea volunt.* . . . . Berardi Comitis donatio.

Digitized by Google

. . . . . . meam ſtabilitatem intereſſent Johannes judice, & aliorum teſtium. Per hanc quoque videlicet car. per remedium . . . . ma ſupradicti Johanni offero Deo, & in prædicto monaſterio q. edificatum eſt in finibus de Petra abundanti ubi nunc Deo. . . . . m. Mayfredus venerabilis Abbas ad regimen tenere videtur ipſa rebus mea per hec fines, & menſuras. In primis inci . . . . S. Salvatoris, & juxta rebus mea ſunt paſſus quinquaginta & octo, & revolvente juxta eadem rebus ſunt paſſus decem & octo, & iterum revol . . . . eſcendente in via ſunt paſſus quinquaginta, & octo a pede fine via ſunt paſſus centum viginti ſex, alio latere fine via per ipſum Serrone aſcendente . . . . quatuor a capite fine rebus ſancti Salvatoris, & veniente in fino priora ſunt paſſus centum quinquagintaduo, & alia pecia de rebus perpe per . . . . ſuras ab uno latere fine per ipſa via deſcendente ſunt paſſus ſexaginta & octo, a pede fine eadem via, & veniente in ipſa fontana. . . . . alio latere fine rebus ſancti Salvatoris aſcendente ſunt paſſus ſexaginta & tres, a capite fine eadem rebus, & veniente in via fine priora . . . . hac prædicte pecia de rebus tote per circuitum ad juſtum paſſum eſt menſuratum. Infra hac vero fines, & menſuras una cum inferius ec . . . . intrandi, & exiendi, atque cum omnia ſua pertinencia offero Deo, & in prædicto Monaſterio ad abendum, & poſſidendum, & ego Berardus . . . . cepit a parte Johanni filii quoddam Petri unum equum quod appreciatum fuit ſexaginta ſolid. Conſt. pro ipſa rebus, & de ipſa rebus quomodo ſupra legitur qua qu. . . . . ctiſſime eccleſia, & monaſterio S. Euſtaſii ſollere vel minuare temptaverit ſit anathema ſic maranatham, & cum Dathan, & Habiron . . . . tore Domini, & triginta maledictione Domini experiantur juſta numerum triginta argenteorum quibus Dominum vendidit qu. . . incenteſimo . . . . pro reperiuntur, hos omnes malediccionis & hic & in eternum poſſideat, qui autem ut dictum eſt, hujus monaſterio ea racione ut amodo . . . . monaſterio, & ad ejus rectores jam dicta mea offercione mea velut prælegitur in integrum habere & poſſidere debeat ſecuriter inde faciendo quod voluerit . . . . . . contradictione mea, & de meis heredibus, & ſine cujuſquneque requiſicione, quod ſi aliquando tempore ego qui ſupra Berardus Comes aut meis heredibus cum pars ejuſdem mon. . . . . s ſucceſſores per quaqunque racione cauſare aut contendere queſierimus de ſupradicta mea offercione volendo exinde vobis aliquid tollere, vel minuare . . . . here proprietatem aut de proprietatem ſupradicto monaſterio, & de ejus ſucceſſores ſubtrahere queſierimus mille ſolid. Conſtant. me, & meis heredibus ad . . . . ſterio & ei Rectores componere obligamus. Inſuper malediccionem abeamus quomodo ſuper iſta carta legitur, & antea omni tempore exinde per invitis tac . . . . d. obligata pena legitur autem obligo me qui ſupra Berardus Comes, & meis heredibus ad partem prædicto monaſterio, & ad ejus ſucceſſores eadem mea . . . . in integrum habmodo, & ſemper ab omnibus hominibus, & ab omnique partibus antiſtare, & defendere ſecundum Langobardorum legem per ſupraſcript . . . . tam Quam taliter te Johannes judice & not. ſcribere rogabi, intus caſtro, qui vocatur Friſilone feliciter . . . . . go qui ſupra Johannes judice. † Ego Barone Si. . . . . cruci feci. † Ego Anſeri ſignum cruci feci. † Ego Petrus ſignum cruci feci.

Raynaldus quoque, Berardus & Traoſmundus Comites prædium hoc aliud eidem monaſterio, ut hoc monumento authographo in archivo noſtro conſtat, dono dedere.

† *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnacione ejus milleſimo, ſ. . . . . . . ſeptimo menſe Auguſto undecima indiccio. Ideoque ego Raynaldo, & Berardo, & Traſmundo germani fra. . . . . roli Comiti declaramus nos quia habemus una pecia de terra infra fine de Selavi in locum ubi ipſa eccleſia S. Salvatori ſita eſt quem pro ſalute anima noſtra, & pro redempcione animo Patri, atque matri noſtre tradimus, atque offerimus in monaſterio S. Euſtaſii, ubi domnus Benedictus benerabilis prepoſitus regimen tenere videtur. Intereſſet Bonushomo notharius, & aliis bonis hominibus, qui ſupter ſcripti ſunt teſtes, Per hanc quoque videlicet cartula tradimus in monaſterio S. Euſtaſii qu. ſitum eſt infra finibus de Petrabundanti ipſa pecia de terra, qua jam præphata eſt &c. Hac vero rebus offerimus Deo, & S. Euſtaſii, & ad ejus rectoribus cum vie ſue intrandi, & exiendi cum omniaque intro habentibus, & nulla exinde reſervabimus porcionem requirendi, neque quartam da uxori noſtra, nec alicujus alteri homines ſed firmiter habeat, & poſſideat in perpetuum ſine contradiccione noſtra, & de . . . . heredibus omnes priores S. Euſtaſii. Et qui hanc terram de hoc Sanctiſſimo monaſterio tollere vel minuare voluerit ſit maledictus ſicut Dathan, & fiat anathema ſicut Pilatus, & ſit particepes cum Juda traditore Domini uſque in ſempiternum, & hanc cartulam offerſionis ſcripſi ego Bonushomo notarius rogatus a ſupraſcripto Berardo, et Raynaldo. Actu in Petrababundanti feliciter. † Ego Raynaldus ſignum crucis feci. † Ego Tobbaldus ſignum crucis feci. † Ego Paganus ſignum crucis feci.*

Donatio facta Monaſterio S. Euſtachii.

Petrus de Tartaris Præpoſitum hujus monaſterii elegit Fr. Maurum de Plumbariola ex ejus I. regeſto p. 84. a t., ac deinde Fr. Nicolaum de Arcu ex literis ibidem p. 122. a t.

Adnotanda illa verba, quæ ſunt in litteris Petri Abbatis *Inveſtientes te etc. In Capitulo generali more ſolito:* ex quibus conſtat celebratum etiam tunc temporis ab Abbate Caſſinenſi Capitulum generale, cui, ut alibi dictum, Præpoſiti monaſteriorum, quæ Caſſinatibus ſubderentur, intererant. Henricus Thomacellus elegit fratrem Johannem de Valle rotunda ex literis in ejus primo regeſto p. 42. a t.

Celebratio capituli generalis.

Et anno 1406. die 13. Decembris Fr. Antonium de Pontecurvo ex eodem regeſto p. 283. amoto memorato Joanne. Prior, & Monachi Caſſinates ſede Abbatiali vacante A. 1442. die 12. Januarii elegerunt Fr. Germanum, amoto Fr. Mauro ex regeſto Conventus p. 34. a t. Et anno 1454. Fr. Andream a Raguſio ex literis, quarum authographum extat in archivo noſtro.

noſtro. Subdita erat huic Monaſterio eccleſia S. Bartholomęi de Ripalto, ut ex literis Pyrrhi Thomacelli die 26. Octobris 1428. conſtat, quarum authographum reperitur in archivo noſtro. Hac noſtra ætate jamdictam S. Euſtachii Prepoſituram poſſidet monaſterium Caſſinenſe.

Monaſterium S. Benedicti in Larino. Leo Presbyter, ac deinde epiſcopus Larinenſis monaſterium S. Benedicti in Patria ſua Caſſinatibus dono dedit, teſte Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 60. hiſce verbis: *Sub hoc Abbate* (Majelpoto) *Leo quidam presbyter civitatis Lariaeuſis, qui poſtea epiſcopus factus eſt obtulit huic monaſterio eccleſiam S. Benedicti, qua ſita eſt intra eandem civitatem cum omnibus rebus, et pertineatiis ſuis, quam etiam poſtmodum tempore Aligerni Abbatis prefatus priaceps Landulfus in hoc Monaſterio ſao precepto firmavit.* Extat hæc donatio in regeſto Petri Diaconi p. 92. nu. 211.

Donatio Cœnobii S. Benedicti de Larino. *In aomine domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni ſexto anno principatus domni Laadolfi glorioſi principis, et ſecundo anno principatus domni Pandolfi filio ejus menſe Auguſto tercia indiecio. Ideoqae ego Leo presbyter, et Abbas habitator Larineuſe civitati, et filius cajuſdam Adelperti de Trebenta, declaro quia pro amore Dei omuipotenti, et anima noſtra ſalute conſtruxi eccleſia ideſt monaſterio in honore Sanctiſſimi Benedicti confeſſoris ia ſinibus predicte Larinenſe civitati juxta eandem civitatem, qua pro ſalute aaima mea in Monaſterio eidem veaerabili patri Beaedicti qaod in Monte Caſino conſtructum eſt, ubi nunc Magelpotus venerabilis Abbas praeeſt offerre volo ſimul cum aliis omnibus rebus ſubſtanciis meis mobilibus, et immobentibus, tam quod modo habeo, et quod adhuc in antea parare, ſea conquirere potuero, de quo aliquantis hic ſubtus nominative diximus. Iccirco ego jam nominatus Leo presbyter, et Abbas ſea humilis Monachus pro redempcione anima mea, ut in futuro a peccatis meis reqaiem iavenire valeam. Per hanc cartulam offerui in Monaſterio pradicti Sanctiſſimi Benedicti confeſſoris qui aunc jam in dicto Monte Caſino conſtructus eſt, hoc eſt omnibus rebus meis mobilibus, et immobentibus, tam illis qua modo habeo, et poſſideo, vel quod adhac in antea parare ſe conquirere potaero ideſt integra predicta eccleſia qua monaſterio eſſe conſtitui vocabulo pradicti Sanctiſſimi Benedicti juxta jam dicta Larinenſe civitate ſimul cum integra ipſa terra ubi edificata eſt, que abet finis ab una parte fiai pariete Domnica pradic. civitati, &c. ipſa carta cella qae habet ipſa poma, & cum ipſa hortale de ipſa ſala &c. ſimul cum ipſe vinee de ipſu ponte &c. cum integra ipſa viaea de ipſo plano ante jam dicta eccleſia &c. cum integrum ipſum Molinum noſtrum, quem habemus ibique locum qui dicitur Cimbio &c. ſimal cam integrum ipſum hortale de ipſa Pantanu &c. ſupradicta vero eccleſia ſaacti Benedicti qua monaſterium conſtruxi, ut diximus] ſimul eum jamdicta terra ubi adificata eſt, & cum integris aliis omnibus pradictis terris & viaeis, & jamdictam molinum qualiter ſuperias de fine ia fine indicate ſunt una cum omnia intro habentibus ſubtus vel ſuper, & cum viis ſuis intrandi, & exiendi cunctis, & integris ipſis ia jamfato Monaſterio offerui ſimul cum hos codices. Ideeſt omelie duo una continet ſcriptam ab Adventum domini uſque ad feſtivitatem S. Joannis Baptiſta, & alia ab eadem feſtivitate S. Joannis, & uſque in finem, & alium librum qui continet Regam, & Job, Tobiam, Judit, Heſter, & Machabeorum, & Epiſtola beati Pauli Apoſtoli, & vitas Patrum, Antiphonaria duo, & unum de die, & librum Comiti duo unum notatum, rutulum de cereum benedicere unum, Medicinales tres, Galieuum, Aforiſmum, & Genlcia, & Aſclepium, & gloſa una, Regula duo, panni de altare tres ſerici unum coopertorium, & duo circitoria, & calices de ſtagaa duo turibulum unum, corona una, planeta ſerica una, & orarium ſericum anum, ſimul cum aliis omnibus rebus, & ſubſtanciis meis mobilibus, & immobilibus, tam illis qua modo habeo, & qaa adhuc in aatea parare ſea conquirere potuero ubicumque inventam ex ipſis dederit cunctis, & integris omaibus ſaperius dictis rebus, & ſubſtanciis meis ia pradicto ſancto monaſterio ad poſſeſſionem offerai cum viis, & aquis, & anditis ſuis cum ſepis, & limitibus, & cam pertinenciis ſuis, & cum omaia inferiora, ac ſuperiora ia tali vero racione dum ego qui ſupraſcriptas Leo presbyter ad vixero omnia ſupradicta mea ſint poteſtati tantam fraendi, & recte gubernandi, nam non vendeadi aut donandi nec in nullis modis alienandi. A diebus vero obitus mei integra pradicta eccleſia, que Monaſterium conſtruxi ſimal cam ſapradicta terra abi adificata eſt & cam ipſa pradicta aqua, qua dicitur cimbio, & molinam, & omnia qua ad jam dictis rebus & ſabſtanciis ſunt pertinentes cum omnibus ſuperius dictis rebus, & ſubſtanciis meis ſiat offertam in prefato monaſterio ad poſſeſſionem eidem ſancto monaſterio beati Beaedicti, & de ejuſqae Abbatibus, & rectoribus habendi, & poſſidendi, & faciendi exinde omnia, qua eorum placuerit, quia in tali racioue ipſos in prefato monaſterio offerui, & aeque a nos qai ſapraſcriptam Leonem presbyterum, & Abbatem, neque a meis heredibas, aeque a nullis hominibas nallo tempore corrumpantur, aut removeantur, sed qaaliter ſuperias legitur perpetuis temporibus hanc mea offercio ſimul & judicacio in ſinferiat dicto ſancto Monaſterio firma, & ſtabilis maneant quia in tali racione omnia ſupradicta in ſaperius dicto ſancto monaſterio offerui ſimul, & jadicavi ſi autem ego qai ſapraſcriptus Leo presbyter & Abbas, vel meis heredibus qaocumque adveniente tempore per qualecumqae ingenium hanc offerſionis cartala ſimal & jadicacionis dirrumpere, aut removere queſierimus centum vizanteos ſolidos pena me, & meis heredibus componere obligo ſuperios dicti Monaſterii S. Benedicti, & ad ejus Abbatibas, & rectoribus, & hanc offerſioais cartala firma permaneat ſemper in omni racione, & ordine ſicut ſaperius legitur, & taliter ego qui ſapraſcripsus Leo presbyter, & Abbas cam adveniſſet ia civitate Capua pro mercede, et redempcione anima mea feci, et itate Petrum clericum et notarium ſcribere rogavi roborata eſt per Sadelfrid judex, et per Aldemari, et per Eberardo.*

Memoria Leonis noſtri exciderat ponc hanc eccleſiam fuiſſe monaſterium, quod teſtatur donatio, atque aſſeritur in privilegio Landolphi, & Paldolphi ejus filii dato: *Nonas Jaaias anno XIII. principatus domni Landolfi glorioſi principis, et anao IX. principatus domni Paldolfi ejus filii indictioae X.* in quo hæc leguntur: *Simulque et concedimus, et confirmamas ia eodem S. monaſterio ad poſſeſſionem ejuſdem monaſterii etc. monaſterium B. Benedicti, qui adificatus eſſe videtar in finibus Larino iaſra murum, et muricinam de eadem Cibitate Larino cum preſa, et celle, ſeu terris pertiaentibus de eodem mo-*

naſte-

Digitized by Google

naſterio. Necnon et concedimus, et confirmamus in eodem ſancto monaſterio omnibus rebus, et ſubſtanciis, qui fuerunt Criſpoli monachi, qui fuit abitante de eadem civitate Larino. Sic in integrum ipſis rebus et ſubſtantiis ejus in eodem monaſterio concedimus, et confirmamus, ſicut ipſe Criſpolus monachus ipſos offertum habuit in jamdicto monaſterio S. Benedicti de eadem Cibitate Larino. Fatemur tamen in aliis privilegiis Landulphi, & Paldulphi, Paldolphi, & Landolphi, Aloaræ, & Landenolphi memorari tantum eccleſiam S. Benedicti conſtructam a Leone presbytero, & Monacho; *qui poſtea factus eſt pſeudoepiſcopus cum omnibus rebus, et ſubſtantiis pertinentibus de eadem eccleſia, ſicut in eadem eccleſia ipſa omnia datum, et offertum habuit eodem Leo presbyter et monachus: etc.* ut habent ea privilegia. Verum Leo noſter lib. 2. cap. 6. ionuere videtur monaſterium ibi fuiſſe, cujus Præpoſitum nominat hiſce verbis: *Conſtantius quoque Præpoſitus S. Benedicti de Lariano, etc.* Ughellius, cum de epiſcopis Larinen. Leonis non meminit, quem Oſtienſis Epiſcopum, privilegia pſeudo-Epiſcopum nuncupant.

Dono huic monaſterio dederat Dominicus presbyter, & Monachus ecclesias SS. Joannis, & Pauli, & S. Clementis, ut hoc monumento conſtat ex regeſto Petri Diaconi p. 138. num. 316.

Donatio Eccleſiæ SS. Joannis, Pauli, & Clementis.

In nomine domini anno quadrageſimo principatus domni Landulſi glorioſi principis, et ſexto decimo anno principatus domni Pandolſi filii ejus menſe ſeptember decima indiccione, Ideoque ego Dominico presbyter et monachus filius quonda Juliani qui fuit presbyter, qui ſunt commorantes in cibitate Larino clareſacio quod habeo rebus proximo cibitate Larino loco ubi dicitur ab ipſa cruce, quod ſunt vinee, cum ficu, et alia poma, et terra vacua, et infra eadem rebus habeo una eccleſia, quæ eſt edificata ad honorem SS. Johannis et Pauli, et S. Clementi pertinentem mihi per monimin. quod apud me firmatam remanea a pars Adelperti filius quond. Janfrend, et ab Andrea filio quond. Gregorj. Nunc autem congruum eſt mihi offere illud pro anima mea in ipſo monaſterio vocabulo S. Benedicti quæ conſtructum eſt in finibus Larinenſium loca ubi dicitur pettenari quapropterea ego qui ſupra Dominico presbyter et monachus ideo dum hoc congruum eſt mihi bona etenim mea voluntate, & per firmam ſtabilitatem intereſſent Joanne judice aliique boni hominibus, quam et una cum turbo advocatorem meum per hoc quoque videlicet ſcriptum juxta legem offero atque trado pro anima mea in prædicto monaſterio integra ipſa jamdic. rebus cum ipſa eccleſia vocabulum S. Johanni, et Pauli, et S. Clementi quod ſuperius dixi ſicut mihi pertinet per ſupradic. monimen mea, et ſicut pertinuit per ipſa monimina Adelperti et ſicut pertinuit prædicto Andrea per ipſa ſuis monimina ſic offerimus illud ut continent monimina quæ habuit Marcus cum primo filio et nepotibus una cum ſcripcionibus unde nec mihi, nec alli homini nullam exinde reſervavi porcionem requirendi ſet ut continent ſcripciones in integro tradimus, et offerimus illud in prædicto monaſterio ad habendum, et poſſidendum ejuſque rectoribus omne quod voluerit faciendum, quod ſi ego, aut mei heredes cum prædicto monaſterio, aut cum ejus rectoribus cauſare, contendere, aut minuare præſumpſerimus per quocumque ingenio, et ſi non defenſaverimus illud prædicto monaſterio, ejuſque rectoribus ab omnes, homines, omnibuſque partibus, obligo me, et meos heredes dare in prædicto monaſterio, vel ab ejus rectoribus quinquaginta ſolidos conſtant. ex auro, et taciti maneamus exinde invitis, atque per invitis defendamus illud prædic. monaſterii ejuſque rectoribus ab omnes homines omnibuſque partibus. Pro quibus hunc ſcriptum offercionis ſcripſi ego Johannes notarius, et ibi fui in cibitate Larino feliciter. Ego qui ſupra Johannes judice, Ego Baſſallo. Ego qui ſupra Dominico presbyter, et monachus.

Eidem donarunt Saxo, & Falco, aliique monaſterium S. Mariæ in Aurole hoc diplomate ex eodem regeſto p. 211. a t. num. 501.

Cœnobiũ S. Mariæ in Aurole.

In nomine domini anno XL. octavo principatus domni Pandolſi glorioſi principi, et vigeſimo ſecundo anno principatus domni Landolſi filio ejus menſe aprili indiccione duodecima. Ideoque nos qui ſumus Saxo, et Falco Alſeri, et Jaquinto, et mulieres nomine munda Daga, et Rodelgrima. Commorantes in civitates Larino declaramus nos habere unum monaſterium conſtructum vocabulo S. Maria, cum aliis parentibus noſtris in finibus Larinenſium in loco Aurole, et ipſo jamdicto monaſterio cum omnia pertinencia ſui offerimus in monaſterio S. Benedicti, quod conſtructum eſt in ſupraſcripta civitate Larino antemurale quam et offerimus in monaſterio S. Benedicti, quod conſtructum eſt in loco Petterara ſubdite cœnobio S. Benedicti caſtro Caſino, ubi nunc Deo auxiliante domnus Deſiderius Abbas præeſſe videtur eandem eccleſia de prædicto loco Aurole cum caſe, et vineis, et terris culte, et inculte, et cum animalia majores, et minores, et cum ſtabile atque mobile, et cum omnia pertinencia earum offerimus ipſe ſorti noſtri in prefato monaſterio, et ipſe ſorti noſtri de loco funicleto, et de Lucerino, et de caſale Fantaſi, et de guadulia, et de ipſe ſorti noſtri de caſale Dommici, et quæ integrum prædicto monaſterio vocabulum S. Maria habere rebus infra has finis, ex una pars fine via publica, quæ vadi da Toro calvo et per ipſa carrara vetere hac recte inde aſcendente uſque in ipſo Vallone de ipſo ulmo, et revolte per eadem vallone ſuptus ipſa fontanella per ipſa ſtoccatura, uſque in ipſa via quæ venit de Tora, deinde pergente per ipſa fictora quæ deperit, deinde directum uſque in ipſo vallone qui dicitur Radona, et revolventem rectum per eadem vallone uſque in ipſo vallone, qui venit da fonte clito et deinde revolvente per ipſo prædicto vallone, qui dicitur Fluneclito uſque ipſa aree vetere. Aſcendente per ipſa ſtoccatura uſque in ipſo vallone qui dicitur Sapeſtra, ex alia pars fine aſcendentem per eadem jamdicto vallone, qui dicitur ſapeſtra uſque in alio vallone qui dicitur Pozzali. De tercia autem pars fine ipſo prædicto vallone qui dicitur Pozzali. Deinde pergente uſque in ipſa ſtoccatura per ipſe cerque ſignate uſque in ipſa fine de ipſa jamdict. fines priores da ipſa via. Infra has vero finis de ex prædicto monaſterio S. Maria nec nobis qui ſupra nominatis, neque ad heredibus noſtris, nec cuicumque alteri homines nulla reſervavimus de ipſe ſorti noſtri de eodem Monaſterio ſed tote & integre per jam dicte finis una cum inferius, & ſuperiuſque ſuis, & cum caſe, & vineis, & terris culte, & inculte & animalia majores, vel & cum ſtabile atque mobile & cum omnia pertinencia ſua in eodem monaſterio offerimus at ejuſque rectoribus poſſidere, ea racione, ut amodo, & ſemper pars ejuſdem prephate monaſterii et ejus rectores

Donatio cœnobii S. Mariæ in Aurole.

Digitized by Google

ſtores jamdicta noſtra oferciono, ut pralegitur integrum habeat et poſſideat ſine contradicciono noſtra, et de noſtris heredibus, et ſina cujuſcumque requiſitione. Hac omnia declaratur per eadem munimine firma & ſtabilis ſit, & terribiliter adteſtamur per majeſtatis Dei, & per omnes ſanctos ejus, ut non fiat nullus, qui noſtra ofercione ſeu donacione predicto, monaſterio, & ejus rectoribus ſubtrahatur. Si vero qualiſcumque homo per qualibet racione meam voluerit exinanire cum Juda traditore ſit in eterna pœna damnandus, & atrociſſimis flammis exurendus quod ſi qualiſcumque de noſtris heredibus aliquid predicti monaſterii ejuſque rectoribus de ex pradicta noſtra ofercione removere queſierit obligamus nos qui ſupra nominati noſtrique heredes dare in predicto monaſterio, & ejus rectoribus CCC. ſolidos conſtantinopolitanos ex auro, & tacito maneamus exinde invitis, atque per invitis, & hanc cartulam ofercionis ſcripſi ego Azzo notarius, & ibi fuit in civitate Larino feliciter. Ego qui ſupra Audoaldo judice. Ego Falca. Ego Laidolfo. Hujus donationis meminit Leo lib. 3. cap. 19. nec tamen Monaſterium nuncupat. Quouſque ibi Monachi deguerint incompertum. Olim particeps hujus Monaſterii erat Comes Madelphrithus, ut originale hoc Caſſinenſis Archivi inſtumentum teſtatur.

Comes Madelfrit concedit partem ſuam Monaſterii S. Mariæ in Aurole.

† *In nomine Domini anno quadrageſimo tercio principatus domni Paldolfi glorioſi principi, & tercio decimo anno principatus domni Landolfi filio ejus menſe Nobember ſextas indiccione. Ego Madelfrid Comes filius quondam bo. me. Rofridi qui fuit Comes declaro me havere duo ſorti in monaſterio S. Maria quod conſtructum eſt in finibus Larinenſium in loco Aurole, & congruum havere ſorte in ipſe territorio de Torozalvo, & in Guattulie, & in Lucerini, & in caſale Fantaſi, que mihi pertinet a pars domni Madelfrid barbuto qui fuit comes, & Ciano meo per cartule firmate retinet una a pars baſſoni fil. Mancuſi, & una a pars Johanni, & Rodelgardi germani & filii quodd. Regilis qui fuit diaconus qui fuit fidelibus ſuis modo vero congruum eſt ille donare Falconi fili quodd. Benedicti quapropterea ego qui ſupra Madelfrid comes, ideo dum hoc congruum eſſe videtur, bona etenim mea voluntate, quam & pro firma ſtavilitate intereſſe Audoaldo judice fidele meum, & alii boni hominibus, per hoc quoque videlicet cartala juxta legem do, & trado tivi qui ſupra Falconi ipſe ſorti mei de eodem Monaſterio cum caſis, & vineis, & terris, & cum omnia infra ſe haventes, & ipſe ſorti mei de ipſe predic. territorie per hac haver finis &c. & ipſa Rodona mittente in Sapeſtra, & ipſa Sapeſtra mittente in fluvio Sapione, hoc rectum ex alia pars fine incipiente predic. fluvio de Sapione &c. Per hac vero finis de ex pradic. monaſterio, & de ex predic. territorie de ipſe ſorti mei quod ſuperius dixi, unde nec mihi qui ſupra donatore neque ad heredibus meis, neq; quartle uxori mea neq; quartle nuria mea neque ad nullis quempiam hominibus nullam exinde reſervare porcionem requirendi, ſet quomodo ſuperius diximus, una cum inferius ſuperiuſq; ſuis ſimul tum omnia infra ſe haventes, & cum vii, & anditis ſuis intrandi & exiendo, integredo, & trado tivi qui ſupra Falconi ad habendum, & poſſidendum, & exinde omnia quod voluerit faciendum, & per confirmandum hanc mea donacione preſens recepi nos qui ſupra donatore a te nominat. Falco Launegilt juxta legem camiſo limeo avo finitum donum. Ea enim videlicet racione ut amodo, & ſemper hanc mea donacione qualiter prelegitur, tu qui ſupra Falco, tuique heredibus havere, & poſſidere ſecuriter vos licead faciendum exinde omnia quod volueritis. Igitur repromitto nos qui ſupra donatore obligo me, & meos heredes tui qui ſupra Falconi, & ad tuis heredibus, ut hanc mea donacione ut pralegitur ab omnibus hominibus omnibuſque partibus antiſtemus, & defenſemus, quod ſi minime antiſtare, & defendere non potuerimus, aut ſi nos ipſos per qualivet ingenium retornare, vel removero voluerimus, aut hanc cartulam irritam vobis facere praſumſerimus ſive nos aut heredibus meis triginta ſolid. conſtant., ex auro vobis componere, vel ad heredibus tuis, & modis omnium queſtio noſtra inanis & vacua ſint, & inſuper ſic vobis adimplere ſpopondimus quomodo de dono, & ſuſcepto Launegilt in edicti paginis affictum eſt, & hanc cartulam donacionis ſcripſi ego Johannes notarius rogatus a ſupraſcripto donatore in civitate Larino feliciter. † Ego qui ſupra Audoaldo judice. Ego Jaquinto*

Monaſterium aliud S. Benedicti ibidem.

Monaſterii S. Benedicti in ejuſdem urbis territorio ſiti meminit Leo lib. 2. cap. 6. hiſce verbis: *Conſtantius quoque Prapoſitus S. Benedicti de Lariano proclamavit in placito Madelfrid Comitis ſuper Azonem epiſcopum ipſius civitatis de eccleſia S. Benedicti in Pettenari, quam idem epiſcopus cum omnibus poſſeſſionibus ejus ſibi vendicaverat, & oſtenſa ratione, ac juſtitia noſtra, judicante Comite, & epiſcopo renuntiante, recollegit eam, & quoniam deſtructa erat, a fundamentis eam reſtaurans, ibi monaſterium, quod actenus infra civitatem fuerat eſſe conſtituit, ibique cum Monachis religioſe vivere cœpit.* Eademque refert Ughellius To. VIII. col. 304. ubi de Azzone ſubdit: *Hac de Azzone, qui epiſcopus cum Monachis vitam duxit monaſticam, tantum reperimus; catera ejus Acta obſcura ſunt.* Quædam hujus cœnobii bona in emphyteuſim conceſſit Joannes Abbas Azzoni, & memorato Comiti Madelfrit, ut his inſtrumentis conſtat ex autographis ſtipulatis a notario Ado diacono.

Abbas Joannes concedit in emphyteuſim nonnulla bona.

† *In Dei nomine ſcriptum conveniencia qualiter Ego Azzo filius quodd. Azzoni epiſcopi bona mea voluntate manifeſta cauſa facio quia tu domnus Johannes Abbas ex monaſterio S. Benedicti, qui ſitus eſt in Monte qui vocatur caſtro Caſino territorio Beneventano bona mea voluntate, & unaque conſencientes ibi primatis Monachis, qui praordinati ſunt in officio de ſupraſcripto ſancto veſtro monaſterio per ſcriptum conveniencia conceddiſti ad uſus fruendum mihi ſupraſcripti Azzoni, & ad meis heredibus amodo & uſque in anni viginti, & novem completi. Ideſt de rebus proprietatis Sanctiſſimi veſtri monaſterii S. Benedicti que eſt in Comitatu Larinenſe loco qui nominatur Rivo Zurini pertinente predicti ſancti veſtri monaſterii, exinde inclita medietatem per cartulam offercionis de quondam monachi nomine Madelfrit quam predic. Monachus per ſalutem, & remedium anima ſua optulit in cella pradic. veſtri monaſterii, que conſtructa eſſe videtur in civitate Alarino intus murum, & antemuralem ejuſdem civitatis & hac pradic. res habet finis, & menſure ex uno latere dextri nungenti triginta. Et in alio latere dextri tricenti viginti duo, & in uno capite dextri ſeptingentidecem, et in alio capite dextri quadringenti triginta, et habet finis ex una pars fine ipſo ballone qui dicitur*

de

de Zurini, et ex alia pars fine terra de ipſi Monachi, de tercia pars fine ipſo ballone qui decurrit infra ipſe prædic. rebus, et ter. de ipſi Monachi. De quarta parte fine flum. Cimbio, ex prædic. rebus infra ipſe jam dic. fin., et menſure cum omnia, et in omnibus quantum ipſe ſuprascripte rebus infra prædictos fines infra ſe, et ſuper ſe habentes in integrum per ſcrip. convenencie qualiter prælegitur tu SS.to domnus Johannes Abbas per conſenſum de SSti. monachis ſic concediſti mihi ſuprascripti Azzoni vel ad meis heredibus in SSti. viginti et novem anni, completi in eo tinore laborandum cultandum, et meliorandum uſusfruendum, nam non vindendum, nec donandum nec concambiandum nec per nullum ingenium in alterius poteſtatem ad proprietate alienandum, vel ſubtraendum a ſuprascripto monaſterio niſi tantum uſufruendum & exfructandum, & ad proprietate ſuprascripti ſancti veſtri monaſteri conſervandum & frugibus, & fructibus quod exinde Dominus dederit, faciemus exinde omnia quod voluerimus ſine omne calunia pro ea vero ratione conveniencia conceſſiſti tu SSto. domnus Johannes Abbas ad exfruendum ipſi SSti. rebus per conveniencia mihi ſuprascripti Azzoni vel ad meis heredibus in ſuprascripti viginti, & novem anni completi, pro quibus dedi in iſta convenencia de mea mobilia balientes ſolid. vizant. duo quod vos recepiſtis ad veſtri monaſterii reſtauracione, & idoneos homines interfuerunt in iſta convenientia nominatorum Deodato judice, & Azzolino habit. in S. Angelum in Teudici, & cenſum ſolvere, vel reddere debemus. Ego ſuprascripto Azzo vel meis heredibus uſque in SSti. viginti & novem anni completi tibi ſuprascripti domni Johanni Abbati, vel ad poſterisque ſucceſſoribus tuis, aut ad veſtros miſſos, qui ad nos venit per omnos annualiter de noſtra mobilia balientes tarenos duo, & hoc repromitto me ego ſuprascripto Azzo vel meis heredibus colligabo tibi SSti. domni Johanni Abbati, vel ad poſterisque ſucceſſoribus tuis, ſi ipſum jam dictum cenſum annualiter non dederimus, vel omnia non obſervaberimus ſicut ſuperius legitur, uſque in SSti. viginti, & novem anni completi, ut comp. ego SSto. Azzo vel meis heredibus tibi SSti. domni Johanni Abbati, vel ad poteriſque ſucceſſoribus tuis pœna beſantii aurei libre octo, quia inter vobis talis fuit noſtra convenencia. Quem vero hunc ſcriptum conveniencia rogatus a ſuprascripto Azzo. Scripſi ego Ado diaconus, & notarius: Ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo ſexto, & ſeptimo anno Principatus domini noſtri Landolfi glorioſo princeps per indicc. quarta menſe Januarii. Actum in ſuprascripto Caſſino bocabulo monte S. Benedicti feliciter. Ego Azzo.

Conceſſio bonorum in emphyteuſim facta Comiti Madelfrit.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni, ſeptimi anni Principatus domni Landolfi glorioſi principis menſe Julii quarta indiccione. Manifeſta cauſa facimus, quia tu domnus Johannes Abbas de Monaſterio S. Benedicti, qui ſitum eſt infra territorio Beneventano in loco, qui nominatur caſtro Caſſino unaque pro voluntate, & conſenciente tibi primaris Monachis, qui præordinati ſunt in officio de prædicto veſtro S. monaſterio per hanc ſcripturam conveniencia concediſti mihi Madelfrit comiti, & ad meis heredibus uſque in anni viginti novem, & ad viginti novem completi ideſt de rebus juris ſancti veſtri monaſterii, & eſt ipſa res infra territori Larinenſe in loco, qui dicitur Campu Elperti qui vobis pertinet per cartam offerſionis da Azzo emptus, & hæc prædicta res hac habet finis, de una parte fine incipiente ab ipſa tumaria aſcendente per ipſo vallone in ipſa Petroſa, & deinde deſcendente per alio vallone in flumine Sapionem, de alia parte fine flumen Sapionem quo deſcendit in ipſa via antiqua qua eſt infra hac rebus da flumen, de tertia autem parte fine quomodo incipitur ipſa jamdicta via antiqua da flumen Sapionem, & aſcendit in ipſa jamdicta via antiqua da flumen Sapionem & aſcendit in ipſa jamdicta via antiqua uſque in ipſa Petroſa quam ſupradixi per hac vero finis qua dicta ſunt ex eadem rebus in longitudinem, & in latitudinem cum omnibus ipſis ſuprascripte rebus inſcripte finis infra ſe, vel ſupra ſe habentes in integrum in eodem ordine concediſti mihi qui ſupra Malfredi Comiti, ſeu & concediſti mihi alia pecia de terra qui orrea clamatur, qui habet finis una parte flumine qui Cimbio clamatur deſcendente per ipſum flumen uſque in ipſum vallone de Rozalini, de alia parte aſcendente ipſo ſuprascripto Vallone uſque in ipſo limite, de tercia parte per ipſo jamdicto limito uſque in ipſo valloncello, de quarta parte quomodo deſcendit per ſuprascripto vallone uſque in ſuprascripto Cimbio. Tamen declararunt ut de ſuprascripto territorio de ſuprascripto orrea non abeamus poteſtatem, neque licenciam tollere, vel minuare, aut contradicere Azzoni neque ad ſuis heredibus uſque dum compleatur ipſum conſtitutum quem ſuprascript. continet de ſuprascripta orrea quem a vobis antea per cartam convenientia accepit, & hæc ſuprascripta rebus infrascripte finis cum omni infra ſe vel ſuper ſe habentes in integrum in eo ordine concediſti michi qui ſuprascripto Malfredi, & ad meis heredibus amodo, & uſque in anni viginti & novem, & alii viginti, & novem completi ad fruendum in eo tinore laborandum cultandum meliorandum, & exfruendum nam non vindendum, nec donandum, nec concambiandum, nec per nullum ingenium in alterius poteſtatem ad proprietatem alienandum, vel ſubtrahendum niſi tantum uſum fruendum & ad proprietatem de ſuprascripto veſtro monaſterio conſervandum, & fruges, & fructo qu. de ipſa ſuprascripta res habuerimus faciemus exinde omnia, quod nobis voluerimus, uſque in ſuprascripto conſtituto tantum dare debemus, nos & noſtros heredes ex prædicta terra omne annualiter incenſum una cordebere, & adſignare ad ipſum Priorem, qui in ipſa cella eſt ordinatum pro pars ſuprascripti veſtri monaſterii & obligo me ego qui ſuprascriptus Malfreda me, & meos heredes per largietate domni Dauferi genitoris mei tibi prænominati domni Johanni Abbati, & ad ſucceſſores tuos, & ad pars ſuprascripti veſtri Monaſterii dare ſuprascriptum incenſum, & adimplere omnia qualiter ſupra legitur. Si autem nos qui ſupra Malfreda, vel meos heredes amodo & uſque in ſuprascripto conſtituto omnia ſupradicta vobis veſtriſque ſucceſſoribus, vel pars ad ſuprascripti Monaſteris non compleverimus, centum auri ſolidi vizant. compell. obligamus nos qui ſupra Malfreda, & meos heredes, & inſuper hac carta in omnibus de quibus continet firmum, & ſtabilo permaneat uſque in ſuprascripto conſtituto, & taliter ego qui ſuprascriptus Malfreda una per largietatem ſuprascripti genitoris mei qualiter mihi aptum & congruum fui feci per rogum ſuprascripti Malfredi Comiti ſcripſi ego Ado Diaconus, & Notarius Actum ſancti Benedicti.

† *Ego ſupraſcriptus Madelfrit Camei. Ego Ademarius † Ego Grimoaldus.* † *Ego Johannes diaconus, & notar.*

Huic Monaſterio Joannes filius Leudegardi octavam partem memoratæ Eccleſiæ S. Mariæ de Aurola donavit hoc diplomate ex regeſto Petri Diaconi p. 112. num. 502.

In nomine Domini anno trigeſimo nono principatus domni Landolfi glorioſi principis, & quintodecimo anna principatus domni Pandolfi filio ejus menſe Aprilis nona Indictione. Ego Johanne filius Leudegardi clerici qui ſum commorantes in civitate Larino. Clarefacio quia habeo rebus ad communes cum Baſſa filio Mancuſi, & cum Jaquinto filio Gizzoni, & cum Leudegardi germanus meus, & cum aliis conſortibus meis in finibus Larinenſem in loco, ubi dicitur Aurole, & in Finocclito, & in Luzerini, & in Gradulie, & in caſale Fantaſi pertinentem mihi, & inde inclitam octabam porcionem a ſupraſcripto genitorem meum. Inſuper & declaro me habere inclitam octabam partem in ipſa eccleſia vocabulo S. Maria que fundata eſt in eodem loco Aurole qu. a novo fundamento conſtruxit Filippus presbyter, & Monachus, & cum inclitam octabam porcionem de omnia qua in eadem eccleſia pertinet. Nunc autem congruum eſt mihi offerret illud pro ſalute anima mea, & de ex predictum genitorem meum in eccleſia vocabulo S. Benedicti qua fundata eſt in finibus Larinencium in loca ubi dicitur Pectenari ſed audientem illud Adelgaita uxar mea, valde me obſecrare cepit, ut quartam ſuam quod inde perceptura eſt una cum afferret illud in eadem eccleſia, S. Benedicti. Ego autem precem ejus benigne audivi. Quapropterea ego præfata Adelgaita, & quam ego nominatus Johannes viro, & Mundualt ejus ideo dum hoc congruum eſt nobis, bona etenim noſtra volantatem, & per firmam ſtabilitatem intereſſent Johanne judice, aliuque boni hominibus, & juxta legem conſencientes mihi præfate mulieri eodem viro, & mundualt meus. Per hoc quoque videlicet ſcriptum tradimus, atque offerimus in prædicta eccleſia integram inclitam octabam porcionem de ex prædictis rebus, & cum integram, & inclitam actabam porcionem de ex prædicta eccleſiam vocabulo S. Maria, & cum inclitam porcionem de amnia qua in eadem eccleſia pertinet ſicut ſuperius declaravimus, quibus & integra eadem rebus, unde nos qui ſupra nominati tradimus, atque offerimus ipſa inclitam octabam porcionem in ac cartula &c. Per hac vero finis qua dicta ſunt de ex prædictis rebus cum inferius ſuperiuſque ſuis, & cum omnia infra ſe habentes, & ipſa eccleſia cum omni ſua pertinenciam, quam & cum legitime tranſire & exite ſue integrum afferimus illud, atque tradimus in prædicta eccleſia tota & integrum ipſa ſorte noſtra, quod nobis ibidem pertinet, unde nec nobis qui ſupra nominati neque ad heredibus noſtris, neque ad nullum quempiam hominibus, nullam exinde reſervavimus porcionem requirendi ſed quomodo iſte finis concluduntur ex omni parte integrum offerimus illud, atque tradimus in prephata eccleſia ad habendum, & poſſidendum, ea enim videlicet racione, ut amoda, & ſemper hanc noſtra offercione, ſeu tradicione qualiter prelegitur præfata eccleſia vel ejus rectores habere, & poſſidere ſecuriter liceat faciendum exinde omnia, quod volueritis, quod ſi aliquando tempore nos qui ſupra nominati aut & noſtros heredes cum prephata eccleſia, aut cum ejus rectoribus cauſare, vel contendere voluerimus, volendum illud retornare vel removere per quacumque modis, vel ingenium, aut ſi exindo aliquid exminuare quaſierimus, aut ſcriptum irritum facere preſumpſerimus, & non defenſaverimus illud illud præfata eccleſiæ, vel ejus rectoribus ab amnes homines, omnibuſque partibus, obligamus nos, & noſtros heredes dares in prædicta eccleſia, vel ad ejus rectores centum ſolidi conſtan. ex auro. & tacitus maneamus exinde invitis, atque per invitis defendamus illud præfata eccleſia, vel cum ejus rectoribus ab omnes homines, omnibus partibus ſicut ſupra legitur, pro quibus hunc ſcriptum offercionis ſcripſi. Ego Biſanius notarius, & ibi fui in civitate Larino. Ego qui ſupra Johanne judice. Ego Baſſalla.

Donatio octavæ partis Monaſterii S. Mariæ in Aurole.

Gerardus Abbas A. 1115. monaſterium hoc cum bonis ſuis aliaſque eccleſias, & latifundia conceſſit pro veſtimentis Monachorum Caſſinenſium, ut hiſce literis conſtat ex eorum autographo in archivo noſtro: *Cum ex Apoſtolica auctoritate conſtet omne datum optimum, & omne donum perfectum a ſumma, atque glorioſiſſimo deo patre videlicet luminum deſcendere, juſte, ac merita quicquid religioſe, ac pie faciendum nobis in mentem venit divinitus id eſſe conceſſum conſtantiſſime profitemur. Ideoque ego Gerardus Dei gratia Caſſinenſis monaſterii Abbas, communi Fratrum noſtrorum utilitate proſpiciens, liberalitatem hanc, qua inferius continetur eis largiendam, & perpetuo habendam decrevi. Ex rogatu igitur Fratris Senioricti decani, ac totius Congregationis ad uſum, & ſumptum fratrum tradidi, atque conceſſi eis in veſtiario eorum, ideſt eccleſiam S. Mariæ in Cas.. le plano de Saccione, quæ ſita eſt in Larinenſi epiſcopatu, cum univerſis ad eam pertinentibus tam in hominibus, quam in terris cultis, & incultis, ceſis, vineis, ſilvis, & cum omnibus, ut diximus, ejus pertinentiis, tam in mobilibus rebus quam & immobilibus. Inſuper etiam dedi eis monaſterium S. Benedicti in Pectinari, quod conſtructum eſt in eodem epiſcopatu cum omnibus rebus ibidem pertinentibus, tam in hominibus, quam in terris cultis, & incultis, ceſis, vineis, ſilvis, aquis, molendinis, & cum omnibus eccleſiis ubique ad eum pertinentibus. Conceſſi etiam eis eccleſiam S. Nicolai, qua eſt in caſtro S. Martini cum omnibus, qua ad eam pertinent, cum hominibus, & terris, & univerſis rebus mobilibus, & immobilibus, ſeſeque moventibus; Præterea tradidi eis, atque conceſſi totum, & integrum illud, quod fuit Oldeberti fratris noſtri, quod utique glorioſus Robbertus Comes comitum ſuper altare beati Benedicti nobis preſentibus devotiſſime obtulit, & perpetuo habendum conceſſit tam in hominibus, quam in domibus, vineis, terris cultis, & incultis, & cum arboribus fructiferis, & infructiferis & omnibus, qua ad eum pertinentia fuerunt. Similiter concedo, & confirmo eis omnia, qua antiquitus fuerunt juris noſtri monaſterii, tam in civitate Termulenſi, quam in territorio ejus excepto eccleſiam S. Georgii, quam conceſſi Secretaria noſtri monaſterii. Hac itaque omnia ſuperius comprahenſa ego Gerardus dei gratia Abbas præfata Congregationi ad uſum, & utilitatem veſtiarii trada, atque concedo, & ad ejus ſumptus in perpetuum atque irrevocabiliter habendum confirmo, nec liceat mihi tale quod volui, ſed quod a me ſemel eſt factum firmum & inviolabile tam apud me, quam apud ſucceſſores meos maneat in eternum, ut neque mihi, neque ſucceſſo-*

Eccleſia S. Mariæ.

Monaſterium S. Benedicti in Pectinari.

Eccleſia S. Nicolai.

Eccleſia S. Georgii.

ceſſo-

Digitized by Google

ceſſoribus meis liceat præfatam liberalitatem removere, vel in alios uſus retorquere, ſed ad illud, quod ſemel deſtinata eſt atque conceſſa, inviolabiliter omni tempore firma permaneat totius Congregationis utilitatibus profutura. Actum eſt hoc anno dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quintodecimo menſe Auguſto indictione octava. Data monti Caſſini, ſextodecimo Kalendas Septembris (Adeſt ſigillum) Meminit hujus conceſſionis Petrus Diaconus lib. IV. cap. 76. hiſce verbis: *Eo etiam tempore Gyrardus Abbas noſter conceſſit in veſtiario Fratrum eccleſiam S. Mariæ de Caſali plano, & Monaſterium S. Benedicti in Pectinari, & eccleſiam S. Nycolai in caſtro S. Martini, cum omnibus pertinentiis earundem eccleſiarum.* Ceſſit deinde hoc Monaſterium cum bonis ſuis noſocomio Caſſinenſi, ut infra dicendum. A. 1287. die 31. Octobris Thomas I. Abbas eccleſiam cœnobii S. Benedicti, illamque S. Mariæ de Caſali plano Gentili Monacho Caſſinenſi conceſſit, ut eas reſtaurandas curaret, ex regeſto I. ejuſdem Abbatis p. 91. a t.

Cœnobia in Langobardia conſtructa.

Leo etiam Oſtienſis lib. 2. cap. 12. refert tempore Abbatis Manſonis Caſſinates quoſdam Monachos Caſſino diſceſſiſſe, quorum aliqui Jeroſolymam pervexerint. *Quinque vero alii* (verba ſunt Leonis) *in Lambardiam, quos cum ob maximam hujus loci devotionem Hugo Marchio nimis reverenter ſuſcepiſſet, ex ejus largitione atque conceſſione quinque monaſteria in illis partibus conſtruxerunt, ibique juxta traditionem hujus monaſterii omnem ordinem poſuerunt &c.* Hæc vero monaſteria nominat Mabillonius To. IV. Annal. p. 121. dum ait. *Certe quinque tantum monaſteria in illis partibus ab eo conſtructa fuiſſe tradit Leo Marſicanus in chron. Caſſ.* (lib. 2. cap. 12.) *ſcilicet Florentinam S. Mariæ Abbatiam cum Willa matre, monaſteria S. Januarii de Campo Leono, S. Michaelis ad Caſtellum Marturi, Salvatoris de Sexto prope Luccam, & Sanctorum Philippi, & Jacobi de Pontiano prope eamdem urbem, de quibus ſuperius egimus.* Quamquam idem Mabillonius pag. 160. ſex nominat, dum ait: *De eo fuſe agit Petrus Damiani in opuſc. LVII., ubi parentes ejus Obertum Marchionem Regis Hugonis filium, & Guillam, ſeu Willam Bonifacii Marchionis filiam laudat, atque Hugonem iſtum Marchionem annis quinquaginta vixiſſe, ſexque Monaſteria in ſui juris poſſeſſione conſtruxiſſe, quæ non modo prædiis, & mancipiis, ſed & argenteis, aureiſque vaſis, necnon variis Eccleſiaſticis ornamentis liberaliter ditaverit;* in quorum uno, *inquit*, venerabili videlicet, ac Religioſo, quod ad honorem Dei genetricis eſt in Florentina urbe conſtructum, jacet cadaver ejus humatum. *Hoc eſt celebre illud S. Mariæ Monaſterium Abbatiæ nomine abſolute inſigniri ſolitum, ubi revera Hugo Marchio ſepultus eſt ſarcophago porphyretice &c.*

Cœnobium ſanctæ Mariæ de Albaneta.

Eccleſiæ, & monaſterii S. Mariæ de Albaneta uno vix lapide diſſiti a Caſſinenſi, conſtructionem deſcribit Leo Oſtien. lib. 2. cap. 30. cujus majorem partem dedimus pridem cum de Liutio monacho, at iterum repetere juvat pro integra rerum narratione: *In quo videlicet loco ante non multum tempus, cum quidam vir Dei manſionem ſibimet remotiorem elegiſſet, atque in ciſterna vetere, quam ibi dirutam reppererat oratorium fabricare diſpoſuiſſet cogitanti ei in cujus potiſſimum nomine eccleſiam ipſam conſtrueret fertur quemdam puerulum ſcolarem ibi tunc ſuperveniſſe. Qui a prædicto viro Dei perquiſitus, utrum peritiam cantandi haberet, & ille habere ſe promptule reſpondiſſet, juſſus ab eo cantare eſt quidquid ſibi primum in mentem veniſſet, ſtatutum ſcilicet habens in corde ſuo, ut in cujuſcumque ſancti honore puer ille cantaſſet, in ejus nomine eccleſiam eandem conſtrueret. Mox puer reſponſorium impoſuit, veni electa mea, totumque illud ſuavi ſatis modulamine cecinit. Valde itaque vir Dei exhilaratus, & intelligens per hoc beatiſſimæ Dei genitrici placare* * *in loco eodem honorari vocabulo confeſtim juxta poſſibilitatem ſuam parvulam ibi Eccleſiam in honore ejuſdem genetricis Dei ædificavit, ibique uſq; ad exitum ſuum ſatis devotus in ejus ſervitio perduravit. Cum autem poſt aliquantum tempus præfatus dominus Liutius ibi veniſſet, & plurimum ſibi locus ipſe complacuiſſet, elegit ibi uſque ad mortem conſiſtere, & in ſervitio Dei genitricis ipſius perſeverare. Regreſſus igitur ad principem Guaimarium prædicti Guaimarii filium, cui dudum & pater ſpiritualis, & familiaris ſuper omnes extiterat, multa ab eo & diverſa ornamenta Eccleſiaſtica, & codices quamplures, nec non & aliam ad Fratrum uſus non modicam ſuppellectilem adquiſivit, libentiſſime illo, ac liberaliter cuncta, quæ vellet accipere concedente. Mox itaque prædictam Dei genitricis eccleſiam multo ſatis quam erat in omnibus ampliorem efficiens, atque depingens, habitacula quoque in circuitu ad diverſos commanentium uſque non modicæ quantitatis ædificavit, ibique cum triginta circiter fratribus religioſiſſime converſari cœpit: &c.* Agit de eo Mabillonius To. IV. Annal. p. 316. & Sæculi VI. Par. 1. pag. 107., & Lubin p. 5. Inde Deſiderius mediam Monachorum & ſupellectilis partem in cœnobium S. Angeli ad Formas prope Capuam tranſtulit, teſte Petro diacono lib. III. cap. 37. hiſce verbis: *De monaſterio Albaneta integram omnium mobilium medietatem accipiens, & cum medietate etiam ejuſdem loci Monachorum illuc tranſmittens, &c.* Mentio hujus cœnobii eſt in privilegio Lucii III. Clementis III. Alexandri IV, & Abbatum Caſſinenſium, qui aſſerunt quamdam panis, & vini partem quotidie ab hoc monaſterio dandam eſſe illis S. Matthæi Servorum Dei, de quo Sæc. XII. Anno 1060. Præpoſitus hujus monaſterii erat Boous, ut hoc inſtrumento conſtat, in quo aſſeritur plura fuiſſe illi monaſterio latifundia.

* placere.

† *In nomine Dei, & Salvatoris. Ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti annos milleſimo ſexageſimo ſecundo menſe Aprelis quartadecima Indictione. Ideoque ego Boni monachus & prapoſitus de monaſterio S. Mariæ de Alvaneta qui eſt prepinquo ad S. Benedictum declaro quoniam aliis prædic. noſtri monaſterii Dei omnipotentis multis ditatis rebus, & ſubſtanciis habet inter quas habemus quinque peciolis de terris infra finibus de Aquino in loco gualdu ad ipſu ponte de ipſa Melfe quæ ſine affectum habemus combocavimus infra nobis Fratrum Monachorum noſtriſque monaſterii, & inito cum eis conſilio quid de eadem re perhagere deberemus cunctis nobis congruum paruit ut ſi inbeniremus hominem illum qui eadem terra per conbeniencia ha nobis recipere boleret, & dare nobis precium per neceſſitatem jamdic. noſtris monaſterii daremus illa per hanc convieniencia ſupraſcripta cumque cauſa illa huc adque illuc*

Bonus Præpoſitus.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

 dibul-

*dibulgata fuiſſet. Tunc ſurrexſerunt Johanne preſbyter, & Conſtantinus, & Mele, & Baſili presbyter german. fratribus natibi, & abitatori de Aquino filii quod. Ciſori greci, qui ſe dixerunt eadem terre ha nobis per conbeniencia recipere voluerant, & dare nobis precium per neceſſitate jamdic. noſtris monaſterii, & recipere ha nobis ipſe terre per hanc conveniencia ſuprascripta, & dum conveniencia iſta ſecundum legem faceremus combocavimus infra nobis Landonę judice, & aliorum bonorum hominum qu. illuc aderat qui ſe nobiſcum interdixerunt eſſet ſicut in legę ſcriptum eſt de conveniencia, & ita firmabimus infra nobis hanc conveniencia ſupraſcripta; Idcirco ego qui ſupra Boni Prapoſitus domini gratia una cum conſenſum Fratrum Monachorum noſtriſque monaſterii, & erga nobiſtum habendo habbct. * Majo lamnaci habbct, noſtriſque monaſterii per hanc quoque cart. & per ipſa ſupraſcripta convenencia dedi, & tradidi vobis qui ſupra Johanni Presbytori, & Conſtantini, et Meli, & Baſili presbyteri ger. per largietatem domni Deſiderii Abbati, quam una nobiſcum habendo jamdic. presbyteri Abbocatori ſupraſcripti Coſtantinus, & Mele germanibus veſtri, hoc eſt ſupraſcripte terre abet hac finis; &c. abet inde paſſ. triginta nobe ad paſſ. juſtum menſuratum. Iſte pecie de terre qua ſupraſcripte ſunt unam vicem abeat jamdic. Johanne presbyter, & alia vice abeat Conſtantinus, & alia vice abeant Mele, & alia vice abeat Baſili preſbyter, & iſta alia peciola que modo ponimus non venundamus, niſi ad Johanne presbyter, & ad Conſtantinus, & ad Baſili presbyter qu. ipſum Mele in iſta quinta peciola de terra nullam parte, nec ſortem non habes niſi ipſi ſupraſcripti tres fratribus, In iſtius ordine iſta conveniencia fecimus, quinta peciola de terra ibi propinquo abet hac finis, nec autem pradic. peciole de terre ipſe qualiter ſuperius legitur de fine in fine indicate, & menſurate ſunt huna cum arboribus, & cum omnia ibique intro abentes ſubtus vel ſuper, & cum via ſua ibidem interandi, & exiendi cuncta & integra ipſa in ſupraſcripto ordine dedi, & tradidi vobis qui ſupra german. ſecundum legem ad poſſeſſionem veſtram, & de veſtris heredibus ad abendi, & poſſidondi, & faciendi exinde omnia, que vobis, & ad veſtris heredibus placuerit, undo nec nobis, nec ad ſupceſſoribus noſtris, ſeu a pars predic. noſtri monaſterii exinde nullam reſervabimus nec dicimus aliquid remanere, ſet cunte & integro vobis ſupraſcripto ger. ſecundum legem per conveniencia dedi, & tradidi ſicut ſupra legitur, & per hanc convenienciа ſecundu legem pro pars ſupraſcripti monaſterii recepimus a vobis qui ſupra Johanni presbyteri & Conſtantini & Meli & Baſili presbyteri ger. emptori, ideſt libre duo, & uncie nobe & dinarii ſepte de bonum argentum in jamdic. noſtro monaſterio ſicut inter nos convenit finitum vero precium in omni deliberacione per jamdic. recuperantes ipſa neceſſitatem ſupraſcripti monaſterii, ea racione quatenus amodo, & ſemper vos qui ſupra Johanne Preſ. & Conſtantinu, & Melo, & Baſili presbyter ger., vel ad veſtris heredibus firmiter abeatis, & poſſideatis abſque contrarietatem noſtram, & de noſtris ſupceſſoribus, & part prediċti monaſterii, & juſta legem oblig. ego qui ſupra Boni Prepoſitus me, & meos poſteriores, & ſuqceſſores per largietatem jamdic. domni Deſiderii Abbati, & pars pradic. monaſterii vobis qui ſupra Johanne presbyter, & Conſtantinus, & Mele, & Baſili presbyter Germ. & ad veſtris heredibus amodo, & ſemper defendere & anteſtare ſeu a pars predic. monaſterii ab omnes homines ab omnibuſque partibus, & quando vos qui ſupra Johanne presbyter, & Conſtantinus, & Melo, & Baſili presbyter germ. & veſtros heredibus volueritis vicibus noſtris, & de ſupraſcripto monaſterio vos exinde eſſere anctoris, & defenſoris poteſtatem, & licenciam abeatis tam per iſta car. jamdic. quam & p. aris veſtris, & noſtris racionibus, prout melius potueritis & ſieritis qu. omnem vicem, & vigorem cauſandi, & loquendi vobis dedimus, quia ita infra nobis convenit inter nos. Si autem ego qui ſupra Boni monachus, & prapoſitus Domini gracia hanc ſubceſſoribus meis ſeu * apras pradicti Monaſterii quocumque adbeniente tempore hanc conveniencia per qualiſcumque ingenium dirrumpere vel remobere queſierimus, vel ſi hanc car. conveniencie in quali. parte refutare temptaverimus, & ſi non compleverimus vobis qui ſupra Johanni preſbyteri, & Coſtantini, & Meli, & Baſili presbyteri germani, & ad veſtris heredibus ea omnia qualiter ſuperius legitur centumquinquaginta ſolidi aurei vizanti pena me, & poſteri, & ſubceſſoribus noſtris, & pars pradicti noſtri Monaſterii vobis qui ſupra Johanni presbyteri, & Coſtantini, & Meli, & Baſili presbytori germani, & ad veſtris heredibus componere, & dare obligamus, & hec cartula convenienci firmam, & ſtabilem permaneat ſemper, & taliter ego qui ſupra Boni monachus, & prapoſitus Domini gracia una cum conſenſum Fratrum Monachorum noſtriſque monaſterii, & por largietatem domni Deſiderii Abbatibus noſtris, & erga nobiſcum habendo Landone judicem & jam dic. noſtrum habbocatore ſicut int. conbenit ſecundum legem omnia ſupraſcripta fecimus, & tibi Aquino clericus, & notarius qu. ſimul nobiſcum fuiſti in jamdicta conveniencia ſupraſcripta ſcribere rogabimus in jam dicto monaſterio de Albaneta ✠ Ego Boni mon. & Prepoſitus. ✠ Ego Donatus presbyter & Mon. ✠ Ego Bonizo presbyter, & Monachus. ✠ Ego qui ſupra Lando judex.*

* Advocato.

* ad pars

Anno 1196. Præpoſitus erat Joannes a Salerno Cardinalis S. Stephani in Cœlio monte, ut hoc inſtrumento conſtat.

Joannes Cardinalis Præpoſitus.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Anno Incarnacionis ejus milleſimo centeſimo nonogeſimo ſexto & anno ſexto imperi Domni Henrici ſexti Romanor. imperatoris ſemper auguſti, & Sicilia regis menſe Auguſti viceſimo die ejuſdem menſis indictione quintadecima. Nos Johannes de Salerno tituli S. Stephani in Celio Monte presbyter Cardinalis, & prapoſitus eccleſia S. Maria de Albaneta de conſenſu & voluntate Monachorum ipſius eccleſia nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum advocatum ejuſdem eccleſia per hunc libellum renouationis concedimus, & confirmamus vobis Joeli de Cervario., & Gattule uxori tua terram qua eſt in monto S. Clementis, loco ubi dicitur campus de Ractul. quam actenus tenuiſtis per cartam libellariam conceſſam Roffrido Gattula quondam patri tuo que ſupra Gattul. a Fr. Riccardo Amabili quondam Prapoſito ſupraſcripta eccleſia per hos fines. A prima parte terram Mauronis ſpecial. A ſecunda parte colle canderendule. A tertia parte collem de lota rotunda, & terram S. Mauroni. A quarta parto terram ejuſdem Mauron. His finibus ipſam terram cum omnibus ibi habitis inferius, & ſuperius, & cum via ſua intrandi, & exenndi vobis Joeli, &*

Gatt-

Digitized by Google

Gauttula, libellario jure concedimus, & confirmamus ad poteſtatem veſtram veſtrorumque heredum ad habendum. & poſſidendum, & faciendum inde omnia quæ vobis placuerint uſque in annos viginti, & novem, ita ut omni anno reddatis in ecclesie noſtre S. Mariæ de Albaneta decimam, ſicut in civitate S. Germani conſtitutum eſt. Completis vero annis viginti & novem nos, vel noſtri ſucceſſores vobis vel heredibus veſtris renovare debeamus hunc libellum pro tarenis Amalfitanis quatuor ſicut modo vobis renovavimus. Unde obligamus nos & poſteros noſtros & partem ſuprascripta ecclesia vobis veſtriſque heredibus ſuprascriptam terram defendere, & anteſtare amodo, & uſque ad ſuprascriptum tempus ab omnibus hominibus omnibuſque partibus, ſi autem non defendimus vobis, & non compleverimus omnia ſuprascripta, vel ſi hanc conceſſionem quocumque ingenio infringere vel hanc cartam in quavis parte refutare temptaverimus penam octo ſol. tar. amal. nos & posteros noſtros, & partem ſuprascripta ecclesia vobis veſtriſque heredibus ad exemplum ſuprascripti noſtri prædeceſſoris componere obligavimus, & inſuper hoc ſcriptum qualiter ſecundum legem ſtare poteſt firmum permaneat uſque ad ſuprascriptum tempus. Et taliter nos Joannes tituli S. Stephani in Celio Monte presbyter Cardinalis & Prepoſitus ſuprascripta Ecclesia S. Mariæ de conſenſu Monachorum ejuſdem ecclesia nobiſcum habendo ſuprascriptum advocatum qualiter nobis congruum fuit fecimus, & ſibi Nicolao publico notario civitatis S. Germani hanc cartam ſcribere juſſimus. Actum in eadem civitate S. Germani locus ✠ Signi Notarii. ✠ Ego Johannes tituli S. Stephani in Cœlio Monte presbyter Cardinalis Præpoſitus Albanetæ SSi. ✠ Ego Fr. Conſtantinus Sacerdos, & Monachus. ✠ Ego Fr. Benedictus diaconus & Monachus. Certe Monachus hic fuerit monaſterii Caſſinenſis neceſſe eſt. De eo ſæc. XII.

Tancredus Præpoſitus. A. 1221. Præpoſitus erat Tancredus de Brittule, ut inſtrumento concordiæ cum Johanne Parente, & Cæcilia ejus uxore inito conſtat ſtipulato a notario Nicolao de S. Germano. A. 1224. Stephanus Caſſinenſis Abbas molendinum in aquis Caſſini ſubtus eccleſiam S. Thomæ, aliaque prædia conceſſit huic monaſterio, ut hoc inſtrumento conſtat.

† *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo viceſimo quarto regnante domino noſtro Frederico Dei gratia Romano imperatore ſemper auguſto, & Sicilia rege menſe December viceſimo quinto die ejuſdem menſis indictione tertiadecima. Profitemur nos Stephanus dei gratia Caſſinenſis Abbas molendinum quod conſtructum eſt in aqua Caſſini ſub ecclesia S. Thomæ ubi eſt Piſcaria, fuiſſe conſtructum in pertinentia S. Mariæ de Albaneta cum expenſis ipſius Eccleſiæ. Quia igitur jura ſua eccleſiis nobis ſubditis conſervare volumus, & debemus, ſtatuimus, & concedimus ut ipſum molendinum ſit juris, & proprietatis ipſius eccleſiæ S. Mariæ cum aliis edificiis, quæ forte ibidem fieri contingerit ad perpetuum uſum ipſius eccleſiæ, & perſonarum ibidem deo ſervientium. Præterea quia pro ſuprascripta piſcaria occupata eſt terra ejuſdem eccleſiæ de qua Piſcaria magna utilitas ecclesia Caſſinenſis eſt proventura in recompenſationem ipſius terræ reſtituimus eidem eccleſiæ S. Mariæ terram, quæ eſt in territorio Aquini quam dedit nobis Petrus de donnadeo civis Aquinenſis quæ terra habet hos fines, a prima parte viam publicam; &c. præterea conceſſimus eidem eccleſiæ Silvam quamdam per hos fines. A prima parte foſſatum Vernon. & Pet. late, & Silvam quæ dicitur cello. de Guido. A ſecunda ipſa eccleſia S. Maria cum terris ſuis A. tertia eccleſia S. Crucis cum Silvis ſuis, & ſilvam quæ dicitur codaclum; a quarta eccleſiam S. Scolaſticæ cum ſilvis ſuis præterea conceſſimus tibi alium coll. qui dicitur coll. de medio per hos fines, a prima parte Vallem de Monachis, a ſecunda puczum d' Oliveto cum valle ſtricta, A tertia ceſam eccleſiæ S. Mariæ, a quarta campum longunum his finibus ipſa ſuprascripta, terram videlicet, & ſilvam, & collem, & molendinum, expenſis propriis ipſius eccleſiæ conſtructum conceſſimus & ſtatuimus, ut ſit juris, & proprietatis ipſius eccleſiæ cum aliis edificiis, quæ forte ibidem fieri contigerint ad perpetuum uſum ipſius eccleſiæ, et perſonarum ibidem Deo ſervientium obligantes nos, et poſteros noſtros hanc noſtram conceſſionem, et reſtitutionem firmam ſemper conſervare, et nullo tempore contra eam venire. Et taliter nos Stephanus Dei gratia Caſſinenſis Abbas qualiter nobis congruum fuit fecimus, & tibi Stephano publico notario noſtro & Civitatis S. Germani hoc exinde publicum iſtrumentum ſcribere mandavimus noſtra, & fratrum noſtrorum ſubſcriptione roboratum Actum in ſupra ſcripta Civitate Sancti Germani locus † Signi Notari. † Ego Stephanus Dei gratia Caſſinenſis Abbas. † Ego Fr. Vitalis Caſſinen. Decanus &c.*

Anno 1243. Præpoſitus erat Fr. Landulphus, ut inſtrumento liquet concordiæ initæ Kal. Februarii penes acta notarii Stephani de Sancto Germano. A. 1246. Fr. Jacobus ex ſimili inſtrumento penes acta Notarii Philippi de S. Germano. A. 1257. Richardus Cardinalis & Abbas plura huic cœnobio bona conceſſit, ut conſtat hoc inſtrumento. Præpoſiti.

Ex originali in Archivo. † *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, regnante domino noſtro Conrado ſecundo Dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ rege magnifico menſe Januarii quinto die ejuſdem menſis indictione quintadecima. Nos Riccardus Dei gratia tituli S. Ciriaci presbyter Cardinalis, & Caſinenſis Abbas fatemur vos dilectos in Chriſto Fratres noſtros Fratrem Johannem Præpoſitum, & conventum eccleſiæ S. Mariæ de Albaneta expoſuiſſe nobis, quod tam vos quam anteceſſores veſtri a jam longo retroactis temporibus tenuiſtis, & uſquemodo pacifice tenetis quadam bona in caſtro Plumbarola, & tenimentis ejus pia devotione conceſſa a felicis recordationis Abbate Richerio prædeceſſore noſtro Nocibili tunc Propoſito, & Monachis dicta eccleſia S. Maria per ſe, & eorum poſteris, de qua conceſſione oſtendiſtis nobis quoddam ſcriptum in Regula, & matricula eccleſiæ veſtræ inter alias rationes veſtras inſertum aſſerentes quod originale privilegium tempore hoſtilitatis cum aliis rebus ipſius eccleſiæ fuerat amiſſum, ſupplicantes humiliter, ut ne per defectum privilegii memorati futuris temporibus ipſi eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſuper ipſis bonis periculum aliquod immineret, & moleſtia ſibi a quoquam inde fieret ſeu gravamen nos per noſtrum privilegium vobis, & poſteris veſtris confirmare dignaremur. Nos autem veſtris piis precibus inclinati ob devotionem,*

Concessio molendini facta ab Abbate Stephano.

Riccardus Cardinalis, & Abbas confirmat decimas & alia bona.

Digitized by Google

nem, quam habemus ad prædictam eccleſiam S. Mariæ, & ſpecialem dilectionem quam habemus ad perſonam tuam Frater Johannes prædicte in Chriſto fili dilecte, & Monachos ſocios tuos necnon & merita veſtra vobis, & ſucceſſoribus veſtris bona prædicta inferius declarata, atque diſtincta de conſenſu, & voluntate fratrum noſtrorum nobiſcum habendo Magiſtrum Petrum de Ota judicem, & advocatum Caſinenſem concedimus & confirmamus in perpetuum. Bona prædicta ſunt hæc ſcilicet decima de terris omnibus infraſcriptis videlicet de terra, quam tenet dominus Riccardus in loco ubi dicitur Roſcitu &c. (ſequitur deſcriptio multarum terrarum) *& in genere concedimus, & confirmamus vobis omnia jura, & rationes in perpetuum, quas uſque hodie juſte tenuiſtis, & tenetis in caſtro Plumbarolæ, & tenimentis ejus. Obligantes nos, & poſteros noſtros vobis, & ſucceſſoribus veſtris hanc noſtram conceſſionem, et confirmationem in perpetuum defendere, et firmam obſervare. Unde ad futuram memoriam, et veſtram, et eccleſiæ veſtræ perpetuam cautelam hoc exinde publicum Inſtrumentum fieri mandavimus per manus Bruni noſtri, & S. Germani publici notarii noſtra, & Fratrum noſtrorum ſubſcriptionibus roboratum. Locus ✠ Signi notarii. ✠ Ego qui ſupra Ryccardus Dei gratia Cardinalis & Caſſinenſis Abbas. ✠ Ego Frater Beraldus Caſſinenſis Decanus. ✠ Ego Fr. Riccardus Vicedecanus &c.*

A. 1260. Præpoſitus erat Fr. Joannes de S. Germano, ut inſtrumento conceſſionis in emphyteuſim conſtat quibuſdam ex Pedemonte factæ die 28. Martii penes acta notarii Nicolai de Pedemonte. A. 1278. Petrus hujus monaſterii Præpoſitus ſcito ſeptem ſuorum Monachorum atque Bernardi Abbatis Caſſinenſis conceſſit in emphyteuſim viridarium notario Franciſco de S. Germano ex regeſto I. Bernardi fol. 28. Anno 1270. Oddo Præpoſitus Præpoſiti. idem præſtitit magiſtro Joanni filio Magiſtri Petri de Miranda de villa Pedimontis, præſente advocato magiſtro Letone ex eadem villa, ut ex inſtrumento ſtipulato a notario Nicolao ex eadem villa, die 29. Novembris. Nominantur ibi magiſtri Rainulphus, & Raynaldus ex eadem villa. Magiſtri certe titulus nonniſi doctoribus utriuſque juris, aut aliarum facultatum dabatur.

A. 1277. Fr. Abel hujus monaſterii Præpoſitus juſſu Bernardi Abbatis inventarium confecit, quo bona, vaſſalli, ſervi, ac redditus hujus monaſterii numerabantur, ut inſtrumento conſtat ſtipulato Kal. Aprilis a notario Joanne de Pedemonte.

Anno 1278. Bernardus Abbas Petro vicedecano Caſſinenſi, & Præpoſito hujus monaſterii facultatem conceſſit conſtruendi in villa Pediſmontis trapetum, atque ut ſubditis liceret illuc ad olivas molendas pergere; nulli quippe in univerſa ditione Caſſinenſi licet piſtrina conſtruere, aut factoria, niſi conſentiente Abbate noſtro, ut alibi dicendum.

Anno 1279. Abel Præpoſitus magni pretii latifundium emit a quibuſdam S. Petri ad monaſterium hominibus, ut inſtrumento rogato per acta not. Joannis caſtri Pedimontis conſtat, in quo memorantur archipresbyter Græcorum eccleſiæ S. Thomæ civitatis S. Germani, mag. Nicolaus de S. Germano Magnæ regiæ curiæ Judex, Jacobus archipresbyter S. Thomæ Græcorum, & magiſtri Letone, atque Nicolaus magiſtri Guillelmi a villa Pediſmontis.

Anno 1288. Fr. Benedictus de Alberto Præpoſitus bona quædam Monachorum ſuorum aſſenſu conceſſit in emphyteuſim incolis villæ Cayræ inſtrumento ſtipulato die 14. Junii a notario Bartholomæo de Cælano Sangermanenſi. A. 1278. Abel Præpoſitus aſſentientibus ſeptem monachis, qui recenſentur in inſtrumento ſtipulato a notario Joanne a Pedemonte die 23. Januarii, prædium in emphytheuſim conceſſit loco dicto *Valle ſtretta* Johanni de Landulpho non longe ab Albanetæ monaſterio. A. 1295. Fr. Benedictus de S. Petro ad monaſterium penes acta notarii Petri a Pedemonte die 15. Auguſti prædium eodem jure conceſſit Johanni de Arpino incolæ villæ Pediſmontis, & vaſſallo cœnobii Albanetæ. Eodem anno, ac die, peneſque eumdem notarium Fr. Petrus de S. Petro ad monaſterium prædium conceſſit Jordano, & Benedicto, eorumque hæredibus vaſſallis hujus monaſterii loco dicto Puzzolevito ea lege, quemadmodum habet inſtrumentum, ut ſolverent, *In uno anno Selquale unum de grano, & in alio anno ſelquale unum de ordeo in feſto Aſſumptionis B. Mariæ virginis, & annuatim facere unam operam manualem ad metendum, & aliam ad triturandum, & unam operam cum bubus ad ſeminandum, ſi boves habueritis, & in feſto Nativitatis Domini Spallam unam de Porco, ſive gallinam unam &c. & de omnibus proventibus, & fructibus terræ prædictæ reddere teneamini inclitam decimam prædicto monaſterio &c.*

A. 1343. Fr. Thomas a Plumbariola Præpoſitus inter vaſſallos hujus monaſterii adſcivit Thomam de Pandulpho hoc inſtrumento, ex quo liquet licitum olim vaſſallis alium ſibi dominum eligere, ut Diſſ. 1. fuſius demonſtrabimus.

† *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo trecenteſimo quatrageſimo tertio, regnante inclita domina noſtra domina Johanna Dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ regina ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ provinciæ, & Forcalquerii ac Pedimontis Comitiſſa, regnorum vero ipſius anno primo menſe madii die undecimo ejuſdem menſis, undecima indictionis. Preſenti ſcripto puplico inſtrumento declaramus notum facimus & teſtamur facientes ſingulis fore notum. Nos Nicolaus Raynaldi Bonefemina villæ caſtri Pediſmontis litteratus annalis judex. Gualgnanus notarii Adenulfi ejuſdem villæ ubique terrarum, & locorum eccleſiæ Caſſinenſis puplicus notarius, & infraſcripti teſtes viri utique litterati ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati videlicet dominus Frater Angelus de S. Georgio monachus Caſſinenſis, & Præpoſitus Tarentinus, frater Germanus monachus eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto, presbyter Johannes notarii Leti, presbyter Nicolaus Johannis de Paulo, Petrus magiſtri Leonardi, & Nicolaus Loyſii magiſtri Franciſci de villa prædicta qui in noſtri preſentia conſtitutis venerabili, & religioſo viro domino fratre Thoma de Plumbarola monacho Caſſinenſi, & præpoſito eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto, & Thoma Pandulfi de villa Cayræ pertinentiarum civitatis S. Germani aſſerens ſe idem Thomaſius incolatum, & habitationem dictæ villæ Cayræ deſerere, & volens, ut coram nobis aſ-*

ſeruit

ſerus, habitationem, & incolatum in villa Pediſmontis habere, terram eccleſiæ Caſſinenſis ſponte in noſtrum qui ſupra judicis, notarii, & teſtium prædictorum præſentia, dictus Thomaſius præbelegit habitare, & incolatum habere in prædicta villa Pediſmontis ſub dominio, protectione, & vaſſalagio ipſius domini Fr. Thomaſii præpoſiti dictæ eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto, & ejuſdem eccleſiæ ſub cujus dominii, & vaſſallagii recognitione ipſe Thomaſius promiſit & convenit per ſe ſuoſque heredes eidem domino Fr. Thomaſio præpoſito dictæ eccleſiæ S. Mariæ de Albaneta pro ſe, dictaque eccleſia ſua ſtipulante, & recipienti ſtipulatione interveniente ſollemni, ſub ypotheca, & obligatione bonorum ſuorum omnium mobilium, & immobilium, & dare ſolvere, & præſtare in feſto S. Mariæ venienti de menſe Auguſti ſingulis annis libere pacifice, & quiete par unum de pollaſtris tantum ipſi Fratri Thomaſio præpoſito dictæ eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto poſteris, & ſucceſſoribus ejus nomine ipſius eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto idemque Fr. Thomaſius præpoſitus ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto in noſtrum qui ſupra judicis notarii, & teſtium prædictorum præſentia ſtatim pro ſe, & nomine & pro parte ſucceſſorum ſuorum, & ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto eundem Thomaſium ſub dominio, & vaſſallagio ſuo, & ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto cum præſtatione annui redditus unius paris pollaſtrorum tantum recepit, volens dictus dominus Fr. Thomaſius præpoſitus eccleſiæ memoratæ eundem Thomaſium gaudere, & eo uti privilegio, & beneficiis, quibus gaudent, & gaudere ſolent cæteri alii vaſſalli ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto in dicta villa Pediſmontis incolatum habentes, recepto primitus per eundem dominum fratrem Thomaſium præpoſitum eccleſiæ antedictæ juxta regni conſuetudinem pro parte ſua & eccleſiæ memoratæ ab eodem Thomaſio vaſſallagii, & aſſecurationis debita juramento tactis per eundem Thom. evangeliis Sacroſanctis. In cujus rei teſtimonium, & robur omnium præmiſſorum ad preces utriuſque partis confectum eſt exinde præſens publicum inſtrumentum per manus mei Notarii ſupradicti ſigno meo ſolito ſignatum ſignis crucium, & ſubſcriptionibus noſtrum qui ſupra judicis, & teſtium dictarum partium precibus roboratum. Quod ſcripſi ego idem Gualznanus notarii Adenulfi ejuſdem villæ ubique terrar. & locorum eccleſiæ Caſſinenſis puplicus notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui & meo ſolito ſigno ſignavi; ſuperius autem in viceſima ſecunda linea poſtquam legitur: ejus: abraſum, & emendatum eſt: nomine: per me prædictum Notarium non vitio ſed errore. Actum ante prædictam eccleſiam S. Mariæ de Albaneto. Locus † ſigni Notarii. † Ego qui ſupra Nicolaus prædictæ villæ annalis judex. † Ego Frater Thomaſius Monachus Caſſinenſis, & Præpoſitus S. Mariæ de Albaneta interfui, conſenſi, & me ſubſcripſi. † Ego qui ſupra Frater Angelus Præpoſitus Tarentinus teſtis interfui, et me ſubſcripſi. † Ego qui ſupra Presbyter Nicolaus rogatus teſtis fui, et me ſubſcripſi.

Anno 1357. Abbas, & epiſcopus Angelus Præpoſitum hujus monaſterii elegit Fr. Chriſtophorum de S. Germano ex ejus reg. p. 22. Anno 1374. Fr. Dominicus a Florentia Præpoſitus hujus monaſterii inventarium bonorum ejuſdem cœnobii confecit, cujus aliorumque inſtrumentorum, quæ mox laudavimus, autographa in Archivo noſtro reperiuntur.

Henricus Abbas A. MCCCCVIII. Fr. Maurum de Colonia Præpoſitum hujus monaſterii elegit ex ejus I. regeſto p. 2.

Anno 1444. Subprior, & Monachi Caſſinates Præpoſitum hujus monaſterii elegerunt Fr. Marinum de Pruſſia, cui juſſum, ut eccleſiam S. Mariæ inſtauraret, ejuſque bona recuperanda curaret, ut fuſius ex literis in regeſtu Conventus pag. 70.

Anno 1481. Joannes de Aragonia Cardinalis die 23. Auguſti literis ſuis, quas ſæculo decimo quinto dabimus integras, juſſit ut in Albanetæ cœnobio impuberes ſub Regula S. Benedicti alendi reciperentur, pro quorum victu, veſtituque, utque ſartum, tectumque ſervaretur monaſterium & eccleſia, latifundia plura conceſſit. Illuſtre hoc monaſterium ad aliquot dies incolatu ſuo reddidit S. Ignatius nunquam ſatis laudandæ ſocietatis Jeſu fundator, Exercitiis Spiritualibus cum Petro Ortizio occupatus, ut fuſius dicendum ſæculo XVI. Pluries inſtauratum hoc monaſterium, atque A. 1724. a fundamentis conſtrui cœpta eccleſia eodem in loco, quo prima majorem partem diruta erat.

Parthenon S. Mariæ apud Conſentiam.

Parthenon S. Mariæ apud Conſentiam ſubditum cœnobio Caſſinenſi teſtantur plures Romani Pontifices in ſuis privilegiis. Cum primis Nicolaus primus ad Baſſatium Abbatem ſcribens: *ſeu & quatuor monaſteria puellaria: unum S. Mariæ in loco qui Plumbariola, &c. ſeu, & monaſterium S. Mariæ in civitate Coſencia conſtructum &c.* Marinus II. ad Baldunum: *Nec non & monaſterium S. Mariæ intro civitatem Coſenciæ ancillarum Dei:* Benedictus VII. ad Aligernum; *Item & monaſterium S. Mariæ in Civitate Coſencia conſecratum.* Joannes XV. ad eundem Aligernum: *Seu etiam & monaſterium S. Mariæ intra civitatem Coſenciæ ancillarum dei:* Benedictus VIII. ad Athenulphum: *Porro & monaſterium S. Mariæ Ancillarum Dei intra civitatem Coſencia.* Eadem habent S. Leo IX. ad Richerium, Stephanus IX., Nicolaus II., Alexander II., Urbanus II., Paſchalis II., Callixtus II. aliique, & privilegium regum Hugonis & Lotharii: *ſeu quatuor monaſteria puellarum &c. quartum in honore S. Mariæ fundatum in civitate Coſentia.*

Cœnobiũ S. Mariæ in Pontiano.

Caſſinatibus etiam ſubditum fuiſſe monaſterium S. Mariæ in Pontiano conſtat ex hac emphyteutica conceſſione ab Abbate Aligerno facta Petro, Martino, Attoni, aliiſque.

† *In Dei nomine Amen. Qualiter dedit uſufruendi ego Alagernus venerabilis Abbas de monaſterio S. Benedicti de territorio Benebentano de locum, qui vocatur caſtro Caſino unaque pro voluntate, & conſencientes primatis Monachis noſtris, qui præordinati ſunt in officio de ſupraſcripto ſancto noſtro monaſterio, concedimus tibi Petri filius quondam Johan., & vobis Martini, & Attoni, & Arderadi, & Johanni germani fratribus filii Mariæ, & uſque in tercia veſtra generacione racione oc eſt aliquit de res proprietatis noſtri monaſterii S. Benedicti infra territorio Teatenſe in locum qui vocatur Pontiano. Id eſt ipſa cella noſtra que nominatur S. Maria in Ponciano ad reſtaurandum, et gubernandum, et terra*

ibidem

Digitized by Google

ibidem in Ponciano modiorum centum, et abet finis ab uno lato fine li ficario, de ſecunda parte fine Iſula quomodo pergit in Laento, de tercia parte fine limiti, et fine ipſo foſſato, quomodo pergit in Laento, & de quarta parte fine flubio Laento infra iſte pranominate finis ſicut ſaperius legitur ubicumqae de rebus noſtri Monaſterii invenire potueritis cum terris, & vineis pomis, & arboribus, campis, & ſilbis cultis, & incultis cum omnia, & in omnibus quantum infro ſe, vel ſuper ipſas rebus abentes in integrum concedimus vobis ſupraſcripti vel ad ſapraſcripta veſtra generacione, & qualem unum de vobis antea de hoc ſeculo ſine eredes mortuus fuerit, ipſeque ſupervixeris in ejas permanead poteſtatem, vel de ſupraſcripta veſtra generacione *de ipſa ſupraſcripta res infra ipſe ſapraſtripto finis ſuper ipſa menſura quam ſuper continet in integrum vobis ſuperſcripti concedimus, in eo vero tinore concedimus vobis ſupraſcripti ipſa ſupraſcripta rebus ad fraendum, & reſtaurandum & gubernandum licenciam, & poteſtatem habeatis vos ſupraſcripti vel ipſa ſapraſcripta veſtra generacione abere omnia ipſi frugibus uſque in tres anni completi, & ad quatuor anni in antea dare debeatis vos ſuproſcripti vel ipſa ſupraſcripta veſtra generacione de ipſis frugibus quod vos omnem annualiter conlaborare potueritis infra ipſo noſtro monaſterio S. Liberatoris de quinque modiis uno, & de ipſa vinea quam in ipſa torra plantaberitis uſque in ſex anni abeatis omnia ipſa fruges, & da ipſi ſex anni in antea dare debeatis ad ipſi Monachis noſtris infra ipſo jam dicto noſtro Monaſterio de tres modia uno, & do quattuor alio in eo tinore laborandam uſufruendum ſicut ſaper diximus nam non bindendi, nec donandi neque per aulbum ingeniam ipſa res in alterius poteſtatem alienandi, vel ſaptraendi, niſi ut diximas rebus ipſi in ſupraſcripto ordine habere debeatis, & ad proprietatem Sancti noſtri Monaſterii conſerbandum tantum de ipſis frugibus quod dominus omnem annaoliter vobis dederit faciatis omnia quod volueritis ſine omne calumnia. Inde vos ſupraſcripti Petri, Martino, & Atto, & Arderado, & Johanne omnia ipſa res inter vos per medium dividatis, & vos ſupraſcripti vel ipſa ſupraſcripta veſtro generacione raciono cenſum perſolbere, & dare deveatis infra ipſo monaſterio S. Liberatoris per omnem annualiter in natibitate Domini pario de pulli uno, & in Paſca Domini alio, & libers intrante & exiente cam omnia veſtra Mobilia, ut ombaletis ubicumque volueritis, ſine omni calunnia, & ſi quacumque tempore ſaper ipſa res reverſere volueritis ſine omni contraria revertatis, & ſi aliqait de noſtris Monachis aliqua contraria, aut leſione vobis facere praſumpſerit, componet vobis ſolidos viginti. De qua igitur repromiſto me ego jam dicto * Alatas Abbas, & obligo me, vel poſteriſque ſapceſſoribus meis conligabo per conſenſum Leoni Propoſitus, & de noſtris Monachis vobis ſupranominati, vel ad ſapraſcripta veſtra generacione ſi vos ipſa ſupraſcripta res ad prorietotem ſancti noſtri monaſterii opſerbaberitis, & omnia ſic feceritis, & adimpleberitis qualiter ſaperius ſcriptum eſt: & ſi ego predictus Alagernas Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus noſtris, vel alius Prapoſitus, aut Monachis, qai pro temporo in ipſo monaſterio S. Liberatoris fuerit ordinatus de ipſa ſupraſcripto res nos vobis retulerimus aut contenderimus, vel foras exinde mittere praſumpſerimas per qualibet ingenium vel occaſionem, ut componamus nos ſuproſcripto Alagernus Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus meis vobis ſupraſcripti, vel ad ſapraſcripta veſtra generaciono ſolidos aureos quinquaginta, & inſuper abeatis ipſa eccleſia S. Maria, & omnia ipſa res do ponciano ad uſus fruendum uſque ad praſimtum tempus ſine omni calumnia, quia talis fait noſtra conveniencia, & hanc praſtaria rogatus a domnus Alagernus Abbas & a Leo Prapoſitus per conſenſum de ſupraſcripti Monachis ſcripſit ego Madelbertas Diaconus & notarius ab incarnacione domni noſtri Jheſu Chriſti ſunt anni nongenteſimo ſexageſimoquinto, & regnante domno Ottone Imperator Auguſtus anni imperii ejus Deo propicio tercio menſe octuber per indiccione nona. Actum in Teate feliciter. Locus † ſigni Notarii. † Ego qui ſupra Aligernas Abbas † Ego Leo Prapoſitus. † Ego Martinus Presbyter & Monachus † Ego Joannes Presbyter & Monachus. † Ego Jaquintus Presbyter, & monachus.*

* Aliernus.

In memoratorio certe S. Berthari Abbatis eccleſiæ tantum S. Mariæ mentio illis verbis: *S. Maria in Pontiano cum terra modiis Decis.*

Inter alia monaſterio S. Angeli de Barrea ſubdita erat cella S. Angeli apud Teramum loco dicto Mariano vulgo *Morano*, teſte Leone Oſtienſi cap. 37. hiſce verbis: *In Aprutio monaſterium S. Angeli de Marano cum omnibus Cellis, vel rebus ſuis.* Eadem legere eſt in privilegiis Othonis II., & III. Berengarii, & Adelberti, Nicolai II. Urbani II. Paſchalis II. Callitti II. aliorumque.

Cœnobiũ S. Angeli in Marano,

Plures Sæculo XI. huic monaſterio factæ conceſſiones, e quibus aliquas hic dumtaxat recenſebimus. A. 990. hoc judicatum pro monaſterio factum, ex quo liquet Petrum ab anno 989., vel 990. fuiſſe jam Teramenſem, ſeu Aprutinum epiſcopum.

† *In Dei nomine, noticia Judicati qualiter pro futuris temporibus memoria recordandum ideeſt in territorio Apruciense in ipſo campo de Becino, qui eſt juſta flubio Trotino ubi in placito reſedebat domnus Acto glorioſus & inclitus Comes, ſimiliterque cum Atto Comes, & aepote ſao, & reſedebat cum eis Petrus S. ſedis Aprucienſis eccleſia epiſcopus ana cum Aldo, & Lupo, & Rozzo judicibus per ſingulorum omnium cauſas audiendum, & juſticia faciendum, vel deliberandum intenciones, & erat cum eis ia codem placito boni hominibus, hoc erat nomina eorum Petri filius qaoddam Ardengi & Johannes filius quondam Tetmari, Odmundo filius quondam Landolfi, & Giſo germano ſuo, Teuto filius qaondam Gosberti, cam Gosberto filio ſuo, & Tevaldo filius quondam Tetmari, Remedio filius qa. Remedii, Grimaldo, & Petri germani, Giſo, & Azzo, & Ardenzo filii qaondam Giſoni, Adelberto filius qaondam Ptoni. cum Aifredo, & Todaldo filii ſui, Lupo, & Giſo filii quondam Luponi, Madelberto filius quondam Leoni, & Giſo filius quondam Joanni, & Grimaldo filius quondam Giſoni, & olu plares boni ominibus ibiqae cum eis aderant ia iſtoram omnium de ſupraſcripti preſenciis bennerab. domnus Manſus Abbas de ex monaſterio S. Benedicti una cam Gualberto judice Advocatore ſuo, & querellati ſunt adverſas Leo, & Azzo, & Giſo germanis filii quondam Luponi; & dixſcerunt: facite aobis juſticia de iſti jamdicti Leo, & Azzo, & Giſo, qui ante veſtra ſunt preſencia quia auditum, & dictam eſt nobis*

Judicatũ pro Monaſterio S.Angeli.

Digitized by Google

nobis ut illi bolead contendere de rebus de ipſum jamdi:tum monaſterium S. Benedicti, qua ſunt pertinentes de ipſa cella S. Angeli de Mariano, & ſunt ipſis rebus in locu ubi dicitur ad illa ciſterna vocabulo in caput de ipſa valle de Luconi, qua eſt ſuper ipſo Trecalio de Pontano tunc ſupraſcripti Comitibus, & epiſcopo cum pranominati judicibus interrogaberunt ipſi pranominati Leo, & Aczo, & Giſo, quit dicere, aut reſpondere voluiſſet de hac cauſa, & illi ſtatim ante omnium de ſupraſcripti praſoncius ſic fuerum profeſſi, & dixſerum certe veritate vobis dicimus, quia de rebus S. Venedicti, qua ſunt pertinentes de ipſa cella S. Angeli de Mariano, & ſunt in locum ubi dicitur ad illa ciſterna bocabulo, in caput de ipſa valle de Luconi, qui eſt ſuper ipſo Trecalio de Ponciano nos ad ipſum jamdi:tum ſanctum Monaſterium non contendimus, nec contendere nunquam poſſumus, qu. nobis nunquam pertinuerunt nec pertinet, nec pertinere nunquam debuit, nec per ereditatem, nec per cartula nec per nulla exſcripcionem, nec per nullam inbenta racionem ſe legibus exſeſcedebunt de ipſum monaſterium S. Venedicti, & iſtius domui Manſoni Abbas, & de ſuis ſupceſſoribus tunc ſupraſcripti Comitibus, & epiſcopo ſeu judicibus, vel vonis ominibus dum taliter audierunt, & tale profeſſione adque renuncium ſe manifeſtacionem facere viderunt, adque audierunt, rectum eorum comparuit eſſe ita & judicaberunt, ut ipſi pranominati Leo, & Aczo, & Giſo, & earum eredibus ſe exinde qu. eſſore poſtquam in iſtorum de omnibus ſupraſcripti praſenciis tale fecerunt profeſſio adque renuncium, ſeu manifeſtacionem, & ipſum jamdictum ſanctum monaſterium, & predicto domnus Manſus Abbas & ſuis ſupceſſoribus abere, & poſſidere omnem ipſi ſupraſcripti rebus ad proprietatem do predictum ſanctum monaſterium & fiad in ſecuritate de pars ipſorum Leoni, & Aczoni, & Giſoni & de illorum heredibus. Inſuper ipſi ſupraſcripti comitibus vannierunt ipſis ſupraſcripti rebus de pars publica & ſua, ut quecumque ſine legali judicium ipſum jamdictum monaſterium disbeſtierit, aut moleſtaberit, ut fiat compoſiturus in ipſum ſanctum monaſterium aurum libra una, & finita eſt cauſa qualiter actum, & dictum eſt unde pro ſecuritate ipſius pradicti Abbati, & de ipſum jam dictum ſanctum monaſterium & ut imposterum recordetur hunc noticia judicati dixerum ſcribere Jhoann. Notar., & ego qui ſupra Jho. Not., & judice de ex dictum de ſupraſcripti comitibus, & epiſcopo ſeu Judicibus vel vonis hominibus hunc noticia judicati ſcripſit, & ibi fuit in anni ab incarnacione domini noſtri Jheſu Chriſti ſunt nongenteſimo nonogeſimo, & dies menſe Junius per indiccio tercia; actuum in Aprucio feliciter. Locus ✠ ſigni Notarii. ✠ Atto Comes ibi fuit ✠ Atto comes ibi fuit. ✠ Porzo judice ibi fuit. ✠ Ego Aldeſcajato ibi fui. † Lupo judice ibi fuit. † Ego Teuto ibi fui. † Ego Teobaldo ibi fui. † Giſo ibi fuit. † Adelberto ibi fui. † Atzo ibi fui.

Anno 1020. Azzolinus quartam eccleſiæ S. Mariæ partem conceſſit huic monaſterio hiſce literis.

† *In Dei nomine ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo biceſimo, & menſe Julius per indiccionem quartam. Ideoque ego Aczolino filius quoddam Iperini vona mea boluntate cogitabit me de die mortis, & eternum judicium, & rememorabit me de Dei omnipotentis miſericordia, & pro redencione, & ſalbacione anima mea, & anima de genitore meo, & de genitrice mea, ut Dominus pius & miſericors abead indulgencia de pecatis noſtris quodam fecimus, & lux perpetuum in eterna bita per hac cartula per anime noſtre judicabit, & dedit, & tradidit, adque confirmavit ipſa ſupraſcripta eccleſia S. Angelis, qua edificata eſt infra territorio Apruciense in loco qui dicitur Mariano, qua eſt cella beati S. Benedicti de monte Caſino confirmabit ipſa ſupraſcripta eccleſia, & eſt ipſa SSta. res mea infra territorio Apruciense, in loco qui dicitur Celis, & bocabulo Luczano id eſt una mea pecia de Terra per menſura modiorum ſex, & ſeſtaria ſex, inſimulque cum ipſa quarta mea porcione de ipſa ſupraſcripta eccleſia beata S. Maria, qua ſuper ipſa terra ſtare bidetur cum ipſe quarta porcionibus de Cellis, & dotis, & libris, & ornamenta eccleſiarum & abet ipſa pradicta porcione de terra, & abet finis capo, & pede, & de uno lato fine bie., & de alio lato fine terra de conſortibus meis, & eſt ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis ſicut ſupra legitur, & cum ipſa ſupraſcripta quarta porcionibus de ipſa ſupraſcripta eccleſia in ipſo Monaſterio ut ad ipſo Abbas, aut ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa eccleſia cuſtodierit, & ipſa ſupraſcripta quarta porcione de ipſa eccleſia oportum fuerit bindere, & donare, aut concambiare non abeatis licencia, & poteſtato nec bindere, nec donare, nec concambiare ſe a meis heredibus, & hoc repromitto me ego ſupraſcripto Aczolino, & obligo vel meis heredibus ad ipſo monaſterio vel ad ipſi Monachi qui pro tempore ipſa eccleſia cuſtodierit, ut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Aczolino, vel meis eredibus de ipſa ſupraſcripta res, & de ipſa ſupraſcripta quarta porcione de ipſa ſupraſcripta eccleſia contra ipſo Abb. aut contra ipſi Monachi, aut contra jam di:ta ec eccleſia aut in contra hac cartula exinde mictere aliqua cauſacione queſierimus per quolibet ommine ipſa ſupraſcripta res defendere, vel antiſtare non potuerimus, aut non boluerimus, & noculpabilis apparuerimus, ut componamus ego ſupraſcripto Aczolino, vel meis heredibus de noſtris culpa apparuerimus ad prate Moneſterio auro mancoſi octuaginta, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſeu per firma & ſtabile permanead ad proprietatem ſupraſcripta ec eccleſia poſſidendum pro anima mea mercede ego Sſto. Aczo . . . . te Rainbaldo Noth. hac cartula ſcribere rogabit, Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii. † Sinnum manum Aczolini qui ama cartula a me facta mmſſ. † Sinnum manum Luponi teſte ſunt rogatus a Sſto. mmſſ. † Sinnum manum Adanmi teſte ſunt rogatus a Sſto. mmſſ.*

Donatio quartæ partis Eccleſiæ S. Mariæ.

Anno 1022. Petrus donavit prædium, uti ex Inſtrumento rogato per acta notarii Lupi.

Anno 1154. Atto Præpoſitus Monachorum ſuorum aſſenſu prædium in emphyteuſim dedit Janmſuni, ejuſque hæredibus, ut hoc Inſtrumento conſtat.

† *In Dei omnipotentis nomine anno dominica incarnationis MCLIIII. indictione II. Ideoque ego presbyter Atto prepoſitus eccteſia S. Angeli in Barano una cum conſenſu & voluntate fratrum meorum Monachorum qui modo ordinati ſunt in ſupradicta eccleſia damus, concedimus ad uſus fruendum tibi Janniſuni, & tuis heredibus uſque in terciam tuam generationam maſculinam legitimam praſinitam,*

Conceſſio bonorum in emphyteuſim.

id eſt

ideſt aliquid de rebus ſupradicti noſtri Monaſteriis, & eſt ipſa res in pertinentia de celle ad Luco in territorio de Monticlo, confines ſunt a capite terra Pagani Aczoni, a pede terra Attoni Janni, ab uno latere Alberto Ferruni, ab alio latere terra Giſonis Giazuni infra hos fines, & loca deſignata damus tibi, & tuis heredibus pro nobus & noſtris poſteris ſucceſſoribus noſtris ſicut jam ſupradictum eſt tali vero tenore non vendendi, non donandi, nec ullo modo alienandi, ſet ad opus de ſupradicta eccleſia gubernandi, & conſervandi, & de fructibus quos vobis Deus dederit annualiter faciatis quicquid volueritis, & ſervitium nobis, & noſtra eccleſia annualiter in natalo Domini unum parium gallinarum, & ſex panes faciatis inſuper promiſiſti nobis, & noſtra eccleſia S. Angeli, ſi Deus dabit tibi plures filios maſculos, unus de illis dabis per hominium, & per fidelitatem, addendo ſibi eccleſia plus terra ubi eccleſia poterit ſibi dare ſine dando, & expenſe, unde ab hac ora in antea habeatis, & poſſideatis, & neque a me, & a meis ſucceſſoribus contrarietatem habeatis. Et obligo me, & meos ſucceſſores ad te, & ad tuos heredes ſi infringere caſſare vel annullare voluerimus, & defendere, & antiſtare noluerimus contra omnes homines per qualecumque ingenium in duplum tibi reſtituamus, & cartula iſta firma, & ſtabilis omni tempore vobis permaneat. Ego Bricius Judex complevi, & abſolvi quinto Kalendas Octubris feliciter. † Ego Rainerius. Ego Odo mundo. Attoni. Ego Giſo Giſonis. Ego Stantiolo de jaiveſpa hujus rei teſte ſumus rogati a ſupraſcripto.

Cum Alexander, & Raynaldus de Troja plura huic cœnobio ſubripuiſſent a Petro Abbate Caſſinenſi, & Attone præpoſito provocatum ad Regem Guillelmum ſecundum, cujus juſſu Robertus Comes Roelli magiſter juſtitiarius auditis partibus in generali cutia apud Piſcariam juſſit cum aliis judicibus, Comitibus, & Baronibus &c. ne quid amplius in illud cœnobium attentarent, ut hac ſententia conſtat.

Sententia pro Cœnobio S. Angeli.

† In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, indictione octava, regnante domino noſtro rege Guilielmo ſecundo. Nos Robertus Palatinus comes Rotelli Magiſter Juſtitiarius per preſens ſcriptum notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod cum apud Aternum curiam regeremus habentes nobiſcum Mag. Petrum judicem necnon Magiſtrum Thomam de Carbonaria judicem ſimiliter cum aliis comitibus, Baronibus, militibus, & aliis bonis hominibus inferius ſubſcriptis a domino noſtro ſereniſſimo rege Guilielmo litteras recepi in hunc modum. Guilielmus Divina clementia rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ Principatus Capuæ. Roberto de Rotello Comiti Magiſtro Juſtitiario gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Ex querela venerabilis viris Petri Caſſinenſis Abbatis, & Attoni Præpoſiti, & conventus S. Angeli de Barano fidelium noſtrorum. Noſtra nuper ſerenitas intellexit quod Raynaldus Alex. de Troja auctoritate ſui eccleſiam prædictam plurimum aggravant & moleſtant imponendo ipſi eccleſiæ adjutoria, & inhoneſta ſervitia, necnon & homines ipſius eccleſiæ moleſtant, auferendo eis bona eorum juris ordine non ſervato, quod tanto diſplicet noſtræ pietati, quanto Præpoſitum, & conventum prædictum, eccleſias homines poſſeſſiones, & eorum bona omnia in ſuis libertatibus, & honoribus volumus conſervari. Fidelitati tuæ firmiter præcipiendo mandamus quatenus partibus convocatis audias cauſam, & quod juſtum fuerit facias ſine debito terminare, ita quod Abbas & Præpoſiti ſpediti ad nos in tanta querimonia non recurrant. Datum Meſſanæ XXVI. Menſe Martii octava indictione. Nos itaque mandatum domini exequi cupientes terminum partibus præfigentes ſcilicet dictis dominis Rayn., & Alex., & Præpoſito S. Angeli qui pro parte dictæ eccleſiæ mandato Caſſinenſis Abbatis extitit procurator coram nobis ipſe Præpoſitus in generali curia poſitis apud Aternum ſuperius nominatum. Conqueſtus eſt nobis procuratorio nomine Præpoſitus jam dict. parte eccleſiæ, & conventus ſui, ut jam dicti Rayn. & Alex. ceſſarent ab indebitis exactionibus, & moleſtationibus ipſius eccleſiæ, & permittent ſuos homines quiete, & pacifice ſine omni gravamine poſſidere. Inſuper petebat ab ipſis Rain., & Alex. crucem argenteam, calicem, & turibulum argenteum, & omnes telas pallii, & unam dalmaticam, quæ omnia a dictis Rain., & Alex. de eccleſia ſuper Altare S. Angeli fuerunt ſublata, & pro eorum utilitate, & arbitrio dederunt, quæ omnia petebat ſibi reſtitui ut ceſſarent de cætero ab indebitis exactionibus, & moleſtationibus ipſius eccleſiæ, & ſuis hominibus. Nos itaque his omnibus auditis in præſentia dictorum Rayn. & Alex. ſeriatim perlectas præcipimus eis ut ad ſingula reſponderent. Ipſi vero habito conſilio per Advocatum eorum tale coram nobis fecerunt reſponſum, confitemur dictum theſaurum de prænominata eccleſia S. Angeli nos abſtuliſſe. Super alia capitula dixerunt uſi eſſent jure ſui, & hac optulerunt probare per teſtes. Inſuper prænominatus Præpoſitus ſimiliter ſe obtulit probaturus omnia per teſtes, quæ in ſuo libello continebantur. Ad quas probationes dato termino competenti, pars eccleſiæ omnia dicta ſua probavit ſufficienter per bonos, & idoneos teſtes. Rayn. & Alex. pro parte eorum ſuper omnia quæ optulerunt probaturi nihil penitus probaverunt. Nos itaque hæc omnia diligenter inſpecta et cum judicibus Magnæ curiæ, Comitibus. Baronibus, militibus nobiſcum habentibus in præfata Curia, et ſeriatim omnia proviſa cum ingenti delberatione judicum, Comitum, Baronum militum prædictorum ſententialiter decrevimus ipſam eccleſiam de prædictis reſarciri, et in poſſeſſionem reponi partem Rayn., et Alex. condepnantes, et quia conſtabat nobis per dicta teſtium eccleſiæ, quia eccleſia ſæpedicta ſemper fuiſſet exempta, et libera tam interius quam exterius cum omnibus bonis ſuis, et eccleſias ſubditas ſibi, et homines, et ſicut diximus per partes Ray., et Alex. nihil fuit probatum Rayn. et Alex. et eorum heredibus ſilentium perpetuum ſuper hæc omnia duximus imponendum, pœnam eis, et eorum heredibus impoſuimus centum bizanteorum medietatem curiæ, et aliam medietatem eccleſiæ ſupradictæ, ſi aliquando contra noſtram ſententiam venire per ipſos, vel per eorum heredes præſumpſerint, unde impoſterum memoriam, et in futuram recordationem, et ad majorem cautelam eccleſiæ præſens ſcriptum per manus Robberti Notarii noſtræ curiæ juratus juſſimus ſcribi, ut maneat omni tempore firmo munimine roboratum. Actum apud Aternum XVII. Kal. Octobris feliciter Amen. † Ego Robertus Comes Rotelli magiſter juſtitiarius ſubſcripſi et ſignum feci. † Ego magiſter Petrus magnæ curiæ judex qui hanc ſententiam

dictavi

di Zavi et in hac cartula me ſcripſi. † Ego Thomas de Carbonar. qui huic ſententia interfui, et me in hac cartula ſcripſi † Ego Comes Rayn. de Apruntio interfui huic ſententia lata † Ego Gualterius de Pall. interfui huic ſententia lata. † Ego Ugo filius Atti interfui huic ſententia lata. † Ego Leo de Aterno interfui huic ſententia lata. † Ego Tranſmundus in Gada. comite interfui huic ſententia lata. † Ego Tranſmundus de caſtello vetulo interfui huic ſententia lata. † Ego Robertus lemoſinarius interfui huic ſententia lata. Ego qui ſupra Robertus notarius qui hanc ſententiam ſcripſi, et ſignum feci ex mandato Domini Roberti Comiti Palatini magiſtri Juſtitiarii.

Anno 1205. Jacobus & Philippus Trojæ domini quoſdam hujus cœnobii homines vectigalis ſolutione liberarunt.

† *In Dei nomine Amen Anno dominica Incarnationis MCCV. indicione VIII. menſe Julii regnante domino noſtro Frederico glorioſiſſimo rege. Nos Jacobus, & Philippus Domini de Troja, noſtra ſpontanea & bona voluntate cogitantes de die mortis, & de remuneratione eterni Judicii, & pro redemptione noſtrorum parentum, remittimus, & relaxamus imperpetuum dativam cujuslibet beneficii, quæ homines eccleſia S. Angeli de Marano tenent & ſunt ſine omni reſervatione hoc eſt dativam duodecim denariorum de menſe Madii, quantum nobis pertinent, & ſorori noſtra Mabiliæ quouſque fuerit in*

Domini de Troja liberant homines S. Angeli a ſolutione vectigalis.

tempore, quo terram valeat poſſidere & hoc repromittimus, & relaxamus pro nobis, noſtriſque heredibus eccleſia S. Angeli de Marano ſub pœna centum bizant., medietatem majori curia, & medietatem prædicta eccleſiæ, & de catero nullam habeamus poteſtatem retollere, nec contendere, nec caſſare per aliquod ingenium, & ſi aliquando præſumſerimus aut nos, vel noſtri heredes in nominatam pœnam incurramus, & anima noſtra in damnationem eterni Judicii deveniant, & nunquam reſurgere valeant, quam ſcripſi ego magiſter Rogerius Aprutine aula publicus notarius a dictis Dominis rogatus anno ſupradicto, indictione manente. locus † ſigni Notarii. Ego Ugo Dominus de Troja. Ego Jonathas. Ego Magiſter Gualterius Murator. Ego Solfus. Ego Atto Mich. Ego Atto Maynardi. Ego Urrius Ferrarius omnes rogati teſtes interfuimus.

Inita anno 1223. cum Attone & Philippo de Troja hæc concordia.

† *In nomine Dei eterni Anno dominice incarnationis MCCXXIII. indict. XII. die luna menſe Septembris tertiodecimo inſtante. Cum quædam ſeditio quondam orta fuiſſet inter dompnum Jacobum venerabilem Præpoſitum S. Angeli in Marano ex una parte & D. Attone, & D. Philippum de Troja ex altera pro indebitis ſervitiis, & aliis illicitis circa dictam eccleſiam, & ſuos vaſſallos ab ipſis prephatis Dominis illatis ad imperialem curiam, ut eos ad rationem compelleret, dictus Præpoſitus accedens, ſet ipſi prephati de Troja D. Philippus videlicet, &*

Concordia inter Præpoſitum S. Angeli, & dominos de Troja.

Roggerius filius dicti D. Attonis, cum dicto Præpoſito S. Angeli ad eccleſiam S. Liberatoris acceſſerunt, & cum venerabili Præpoſito S. Liberatoris, & venerabili Præpoſito S. Angeli in Marano concordiam, & convenientiam fecerunt preſente Præpoſito, & Sacriſta dicta eccleſia S. Liberatoris, & aliis probis, & diſcretis hominibus, videlicet D. Attone Præpoſito S. Stephani, dompno Petro Præpoſito S. Mariæ, presbytero Ber. de Pelegra Bonnncuntro milite, Marckiſano milite, Ceſario Johanne Fardone, Rayn. Egidii, Grano do Pelegra, Guinretio de S. Petro, Ben. de S. Germano, aliiſque pluribus que concordia, & convenientia per manus Nicolai notarii de Manupplella in ſcriptis fuit redacta, & ab ipſo in hunc modum denotata, cum quædam quæſtio verteretur inter eccleſiam S. Liberatoris, et eccleſiam S. Angeli de Marano ex una parte, et D. Phil. de Troja ex alia de injuſtis, quæ D. dictus Phil. in eccleſia S. Angeli de Marano, et ejus pertinentiis, et rationibus, et hominibus ejuſdem eccleſiæ inferebat, tamen voluntate D. Oderiſii venerabilis Præpoſiti S. Liberatoris, et D. Jacobi venerabilis Præpoſiti S. Angeli et D. Phil. de Troja, et interventu aliorum bonorum hominum, et inter eos talis tractata eſt tranſactio, et conventio videlicet, quod D. Phil. de Troja ſua bona voluntate remiſit perpetuo omne jus, et omnem actionem, quod, vel quam habuit percep. et in antea habere, poſſet pro ſe, et heredibus ſuis prædicta eccleſia S. Angeli de Marano hominibus ejus, et in omnibus quæ pertinent ad eandem eccleſiam, tamen D. Oderiſius venerabilis Præpoſitus S. Liberatoris, et D. Jacobus venerabilis Præpoſitus S. Angeli pro parte eccleſia S. Liberatoris, & S. Angeli, et voluntate eorum conſervaverunt D. Philippo, et heredibus ſuis perpetuo habere quando D. Phil. vel heredes ejus filiam traderent viro, et quando facerent ſe milites, vel heredes ejus de uno-quoque feudo ad maſato S. Angeli debeat habere pro adjutorio ſolidos novem lucc. et quando ducerent uxorem debent habere de feudis ad Maſatis eccleſia S. Angeli ſex lucc., et parei den. per manus Præpoſiti S. Angeli. Eccleſia vero S. Angeli cum monachis et clericis, et demanio ſuo debet eſſe libera, et abſoluta perpetuo de omnibus actionibus, et homines, qui ſunt feudati de demanio eccleſia, debent eſſe liberi, et abſoluti ab omni actioni, ſalvo tamen jure patronatus ſi quod. Phil. de Troja ind. eccleſia S. Angeli habet, et quia D. Phil., et ejus heredes debent prædicta firma perpetuo tenere, obligavit ſe ad pœnam in duodecim unc. auri eccleſia S. Liberatoris, & S. Angeli, & pœna ſoluta pacta, & convenientia, & tranſactione firma perpetuo maneat, & illibata, hac autem tranſactio, & conventio facta eſt apud eccleſiam S. Liberatoris, & omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt bene complacuerunt D. Oderiſio venerabili Præpoſito S. Liberatoris, & D. Jacobo venerabili Præpoſito S. Angeli, & D. Phil. de Troja, ſet licet Rogg. prædictus loco patris ſui videlicet D. Attonis ipſam convenientiam, & pactum concordaverat tamen dictus D. Atto a præſentia ipſorum dictorum Præpoſitorum, & aliorum dictorum virorum aberat apud Trojam dictus Præpoſitus S. Angeli, & D. Philippus, & Rogg. redeuntes D. prephato Attoni patri ſuo, filius ſuus Rogg. ipſam prædictam convenientiam intimavit, & ipſe D. Atto de Troja pro ſe & heredibus ſuis ſicut D. Philippus fecit, convenit, promiſit Præpoſito S. Angeli, & eccleſia in Marano, pro eccleſia, Præpoſito, Monachis, clericis, hominibus, & rebus ipſius eccleſiæ & ad ipſam pertinentibus ſimiliter in penam duodecim unciarum auri erga eccleſiam S. Liberatoris, & S. Angeli, & omnibus, ſingulíſque, & per omnia fecit, convenit, & promiſit eccleſia S. Liberatoris, & S. Angeli communi, & bona voluntate D. Phil., & D. Atto Jacobum publicum notarium acceſiri

cerſiri fecerunt, ut ipſum concordiam, & convenientiam, qua ut ſuperius taxata eſt, in publicum redigeret, quam ego dictus Jacobus ab invictiſſimo Imperatore noſtro Prederico publicus tabellio conſtitutus ſcripſi, & in publicam formam redegi, a dicto D. Phil., & D. Attone de Troja rogatus. Locus ✠ Signi Notarii. D. Guirriuus de Turtur., D. Gualterius Abbatis, D. Marchiſanus, Dompnus Atto Propoſitus S. Stephani, Conus, Stabilis Johannis, Gualter. Vianeſe, Barnabas Azol. Gualterius Heur. Simon Marchiſanus, Petrus Johannis, Ber. Gualt. Deus te allevet, hujus rei teſte rogati fuerunt. Actum eſt hoc aput Trojam, juxta Cappellam S. Agnetis in anno, & indictione praſcripta.

Quomodo deinde jure patronatus poſſederint hoc monaſterium Duces Adriæ, non conſtat. Prima certe, quam invenimus, facta a D. Joſia de Aquaviva Duce Adriæ præſentatio eſt anni 1446., qua monachum elegit; verum deinceps a Sæculo XVI. electi Præpoſiti clerici ſæculares præſentati a prædicto Duce, quibus Prior S. Liberatoris Bullas concedit, atque Præpoſiti cenſum Caſſinatibus in ſignum immediati dominii quotannis ſolvunt. Extat hæc Præpoſitura in oppido Bellante non longe a Teramo in provincia Aprutii ultra.

SÆCULUM SEXTUM

COENOBII CASSINENSIS

AB ANNO CHRISTI 1000. AD 1100.

I.

SERIES ABBATUM CASSINENSIUM.

JOhannes III. Beneventanus a XIV. fere Kal. Octobris, anni 997. ad XV. Kal. Aprilis 1010.

Johannes Rotundus, & ipſe Beneventanus male Abbatiam Caſſinenſem occupavit a morte patrui ſui Johannis ad finem veris anni 1011.

Atenulfus Beneventanus filius Paldulfi Beneventani principis a fine veris anni 1011. ad menſem Junium 1022. Abbas fuit.

Theobaldus a Marca Teatina a tertio Kal. Julias anni 1022. ad III. non. Junii 1035.

Hoc mortuo vacavit Abbatia Caſſinenſis ad menſem Junium anni 1036.

Baſilius Calaber ſedit a menſe Junio ejus anni ad Kal. ejuſdem menſis anni 1038.

Richerius Bavarus a Kalendis Junii 1038. ad III. Id. Decembris anni 1055.

Petrus a 3. Id. Decembris 1055. ad XI. Kal. Junii anni 1057.

Federicus Lotharingus a X. Kalendas Junii 1057. ad IV. Kal. Aprilis 1058.

Deſiderius Beneventanus a XIII. Kal. Maii anni 1058. ad XVI. Kal. Octobris anni 1087.

Oderiſius Marſicanus a XVI. Kalendas Octobris 1087. ad IV. non. Decembris anni 1105.

Docibilis Cajetanus Abbatiam Caſſinenſem menſibus ſeptem occupavit. Vid. Leo Oſtien. lib. 2. cap. 28.

II.

RES AD DISCIPLINAM MONASTICAM HOC SÆCULO PERTINENTES.

Diſciplinæ regularis Sanctimonia apud Caſſinates a Romanis Pontificibus laudata.

ROmanorum Pontificum muneris præcipui eſſe monachorum mores, & laudare, ſi ad regularem amuſſim comparati ſint, & ad meliorem frugem revocare, ſi corrupta, nemo neſcit. Quare ut hoc ſæculo vigentem maxime perfectam monaſticam diſciplinam apud Caſſinates oſtendamus, ineluctabile nobis argumentum præbebunt Romanorum Pontificum teſtimonia: cum hoc potiſſimum ſæculo ſummi Pontifices præſentia ſua monaſterium Caſſinenſe maxime honeſtarint, in eoque illa oculis perſpicere potuerint, de quibus ferunt teſtimonium.

Agmen itaque ducat S. Leo Nonus, dignitate, doctrina, pietate, ac zelo plurimum commendandus, qui in privilegio Caſſinenſi monaſterio conceſſo hæc ait. Quos inter S. Leo IX.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Eccleſia, ſeu monaſterio præclariſſimi Chriſti confeſſoris Benedicti in monte Caſino edificato, et per eam Richerio Abbati, cunctiſque ejus Succeſſoribus canonice illuc intrantibus in perpetuum. Divina pietatis reſpectu adtacti, ejuſdemque eccleſia Egumeni prafati Richerii noſtri dilecti precibus pulſati, dignum duximum ab amorem Sanctiſſimi Benedicti jamdicti, ſepeſſimeque dicendi, aliquid ex rebus beatiſſimi Petri apoſtulorum principis ejuſdem monaſterio in uſum Fratrum ibidem degentium, Deoque ſervientium largiri, et in perpetuum conferre, quatenus nobiliſſimus grex et fecunda proles tanti Patris omnium ore benedicendi Benedicti, ut portum ſalutis ad aternam ingreditur vitam per manus etherei, ſummique clavigeri Petri praſentis etiam ſtipendia vita augeatur eis ex ipſius portu fluctivagi Maris, ut in utroque gaudeant, ſe beatiſſimi Petri attolli ſubſidiis, et munificentiis repleri. Intuentes igitur a Sæculari eos negotio remotos, propria, que quoquomodo poſſederant, pracepto Chriſti, piique patris exemplo reliquiſſe, animo gratanti benivole eorum navim aliquibus mercibus refertam, ab Abbatis, cunctorumque Fratrum uſum cum ſuis mercimoniis delegatam conceſſimus eſſe abſolutam cum Nauclero, ac nauticis ſuis ab omni debito penſionis, quoadusque, itaque praſatus locus, in eadem, qua nunc eſt fuerit religione conſtitutus, una navis monaſterii ipſius in uſum

Navis Monaſterii cum ſuis mercibus fit exempta a ſolutione vectigalis.

uſum Fratruum neceſſaria deferens, ut diximus, cum Nauclero, & Nauticis ſuis ab omni penſionis conditione libera, nullum tolloneum ex omnibus, que attuierit alicui perſolvat, neque quiſquam aliquid ex ea exigere præſumat. Si quis autem hujus noſtræ donationis, atque conceſſionis aliquo temerario auſu extiterit refragator, vel violator, cujuſcumque conditionis ſit ille, aut poteſtatis, ſeu dignitatis anathemate percuſſus, perpetuo benedictione careat æterna, donec reſipiſcat.

Qui vero propriæ ſalutis amator apoſtolicæ largitionis, atque oblationis ſive decreti fuerit conſervator interceſſionis auxilio ipſius Sanctiſſimi Benedicti portum ſalutis adeptus, a Deo omnipotente miſericordiam. & benedictionem in æternum conſequatur.




Datum 4. Kal. Junii per manum Friderici Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarii, & Cancellari vice D. Nerimanni Archicancellarii, & Colonien. Archiepiſcopi anno D. Leonis noni Papæ V., indictione VI.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula pellicea crocei coloris referens ex uno latere Leonis VIIII. ex alio vero Papæ; eadem dimenſione ad unguem hic expreſſum.





Hujus privilegii meminit Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 87., & Baronius Anno 1053.

Victor etiam II. in Privilegio Friderico Abbati Caſſinenſi conceſſo ſic effatur.

Victor epiſcopus ſervus ſervorum Dei Friderico dilecto filio Abbati venerabilis cœnobii almi patris Benedicti, quod nuncupatur mons Caſinus cunctiſque ſucceſſoribus ejus illic canonice ad regimen promovendis in perpetuum. Paſtoralis ſollicitudinis noſtræ bonum ſi debet proſpicere, & proficere omnibus etiam extraneis, & longinquis, multo magis domeſticis, & propinquis, Ipſis quippe ſecundo gradu poſt Deum admovenda eſt viſibilis karitas, ut per eos velut quadam viſibilis flamma gradatim ad remotiores quoſque diſcurrat. Piis ergo locis, & divina religione venerabilibus debitæ conſolationis & defenſionis porrecturi manus illum cæteris præferendum non ambigimus quem Monaſticæ normæ conſtat eſſe principale gymnaſium, & ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedi contiguum; quem cives Romani patres videlicet eximii Benedictus, Maurus, & Placidus cum nonnullis aliis fundarunt, quemque a gentibus deſtructum Romani Pontifices nihilominus ſua auctoritate reſtruxerunt, & privilegiis Apoſtolicæ ſedis meritis cæteris cœnobiis prætulerunt, atque contra quorumlibet ſuſpectas injurias efficaciter munierunt, quorum nos ſacra auctoritati, ſicut tempore, & loco ſuccedimus, ſic eorum exemplo, ut oportet innitimur, & per hujus noſtræ decretalis paginæ tenorem tibi dilectiſſime fili, & Abba Friderice electionem ad regimen cœnobii præfati Saniori conſilio omnium Fratrum in preſentia reſponſalis noſtri a Petro monacho aliquorum pravorum conſpiratione electo in te translatam collaudantes confirmamus; Unde & ſecundum privilegia eorundem anteceſſorum noſtrorum, atque conſuetudinem tibi, quem Abbatem Sacravimus monaſterium almi patris Benedicti ſitum Monte caſtri Caſini, cunctamque ipſius monaſterii Abbatiam in integro cum cellis ſuis, caſtellis, prediis, & omni ſua pertinentia concedimus, & noſtra auctoritate decernimus tam in finibus Beneventanorum, Apulorum, & Calabrorum, quam etiam in finibus Marſorum, & in marchiis ſive ubicumque longe, & prope hactenus jure ſibi pertinet aliquid, ſive quicquid deinceps ubi vis juſte acquiſierit. Ad hec juſticiam, vel quodlibet debitum quod officiales noſtri ſacri palatii exigent a navibus ad Romanum portum applicantibus, veſtri cœnobii navi peculiari gratanter relaxamus; Et quotieſcumque Romam ad ſervitium Sanctæ Romanæ eccleſiæ veneritis in ſancta Jeruſalem palatii Seſurriani oſpitium habeatis, & defuncto Abbate ibidem veſtra, vel veſtrorum ſucceſſorum electione Abbas conſtituatur a Romano pontifice conſecrandus, conſervato vobis, veſtriſque ſucceſſoribus privilegio tam quod ex navi veſtra, quam quod ex ipſa deſtructa eccleſia, ut vel ſic reſtrueretur proximus deceſſor noſter S. Leo firmavit Abbati Richerio. Uſum quoque Sandaliorum, & dalmaticæ, quamvis jure Cardinalatus tui ab apoſtolica ſede perceperis, a nobis tamen tibi, & loco deinceps in principalibus tantum feſtis concedimus ad honorificentiam tam venerabilis cœnobii, & ob dilectionem tui, ſecundum quod præfatus deceſſor noſter tuo præfato conceſſit, præterea corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in omni conventu epiſcoporum, & principum ſuperiorem omnibus Abbatibus ſedem, & in conſiliis, & judiciis priorem ſui ordinis hominibus ſententiam pro reverentia tanti loci, qui primum, & ſummum monaſticæ legis latorem vivum, & mortuum retinere promeruit, quique ipſius legis lationem ſcripto verbo, & exemplo cœnobiale propoſitum appetentibus in toto mundo ſole clarius evibravit. Defuncto autem Abbate, ex ſeſe ipſa congregatio ſecundum ſanius conſilium ſapientum, & ſeniorum Fratrum ſibi Abbatem eligat, & apoſtolicæ Sedis Pontifici firmandum, & conſecrandum exhibeat, nec aliter ibi Abbas conſtituatur aut aliunde illuc intromittatur, niſi forte ex ſe aliquem tanto regimini idoneum non habuerint, & ob id Saniori conſilio extraneum ſibi elegerint. Porro præter ſummum apoſtolicæ ſedis preſulem cujuslibet eccleſiæ epiſcopum, vel ſacerdotem in præfato monaſterio, vel in cellis ipſius ditionem quamlibet ſibi præſumere hac noſtra interdicimus authoritate, ita ut niſi ab Abbate fuerit invitatus, nec miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare, ſed remota & propulſata qualibet oppreſſione eccleſiaſticarum, vel Secularium perſonarum ſicut hactenus manſit a preſenti decima indictione hoc noſtro privilegio in perpetuum quietum & liberum ad ſervitium, & gloriam dei maneat ſub defenſione, & jure ſanctæ

Romana, et apoſtolicæ ſedis cum ſuis omnibus, ex quibus ſummatim, et generaliter omnibus hæc nominatim, et ſpecialiter tantum iſtic digeſſimus; Cella Albaneta, Ciconia, Cella S. Gregorii in Aquino, S. Nazarii, S. Benedicti in Clia, S. Benedicti in Inſula, Sancti Silveſtri, S. Urbani, S. Pauli, S. Angeli in Vallelucis, S. Michaelis, S. Mariæ in terris albis, S. Luciæ apud Fractas, S. Angeli in Cannucio, S. Stephani in Terracina, S. Scholaſticæ in Cajeta, S. Mariæ in Berula, S. Nicolai in Pica, S. Mauritii in Limata, S. Petri in Eſculeto S. Benedicti in Seſſa, S. Benedicti in Teano, cum ſuis cellis, S. Benedicti in Capua cum cellis, et terris circumcirca; ſimul et in Apulia, S. Benedicti in Marſia, S. Liberatoris in Teti cum cellis ſuis ſexaginta, et terris cultis, et incultis, et omnibus ſuis, S. Scholaſtica in Pinne, S. Maria in Murena, S. Martini in Salinis, S. Nicolai in Eſculo, cella S. Juſta, S. Benedicti in Triunio S. Benedicti in Trinio, S. Mariæ ad caſales planos, S. Euſtaſii quam dedit Alferius Pantaſia, S. Benedicti in Alarino, S. Benedicti in Pectinari, item S. Mariæ ad Caſales planos, S. Trinitatis in Termulis S. Benedicti in Aſculo S. Focatis in Alzſino cum fancibus, et Piſcaria S. Euſtaſii in Arcu, S. Angeli in Barrejo cum cellis, et Caſtellis, et terris multis, S. Maria in Barretano, S. Georgii in Luca prope Poſterulam Wirivvalam, quam S. Benedicto contulerunt Heinricus, et Rolandus Fratres ſanctæ converſationis habitum quærentes, ex qua etiam pro novitate facti privilegium tuo rogatu fecimus. S. Valentini in Camino, S. Salvatoris inibi, S. Benedicti in Venafro, ibidem S. Mariæ; item S. Nazarii, Cortem S. Felicis, S. Benedicti in Ceſamo, S. Bartholomæi in Miniano. Caſtella autem hæc in primis ad pedem montis S. Salvatoris, quod eſt S. Germani, S. Petri, Piniatari, Plumbarola, S. Stephani, S. Georgii, S. Apollinaris, Vallis frigida, S. Andrea, Bantra Comitalis, Bantra Monaciſca, Junctura, S. Angeli, Turrucclum, Sancti Victoris, S. Petri in Clia, Cervara, Vallisrotunda, S. Helia, Saracinifcum, Conca, Capriata, Francilione, S. Johannis, S. Benedicti minoris, S. Johannis in Capua. Quorum aliqua olim fuere Monaſteria, ſed a Sarracenis deſtructa poſtmodum ad tuitionem patriæ neceſſario facta caſtella, inſuper Juſtinianum, & alia tria caſtella Mons Albrici, Muccla S. Quirici, cum Portu decem navium, quæ duo Tranſmundus Comes Filius Ottonis beato Benedicto in Monte Caſino legali donatione, & cartarum monumentis contulit, tertium autem caſtellum Friſa, quod præfati Tranſmundi uxor pro anima ſua ſimili, ut ſua maritus modo contradidit, quod etiam poſt mortem uxoris præfatus Comes non timuit invadere, ſed Laterani in cappella S. Laurentii preſente Humberto Silvacandida Epiſcopo, te quoque filio noſtro Friderico nondum ad regimen electo admonitus a nobis in ipſa confeſſione reatuum ſuorum dominica quarta poſt paſcha ſponte refutavit. Igitur his, & omnibus quæ præfato cœnobio juſte pertinent nunc, & quæ in futuro juſte pertinebunt ſub tutela & Romana libertate hoc privilegio perpetualiter ad temporalem ſervorum Dei præſentium ſcilicet, atque futurorum quietem ſtatutis, atque confirmatis apoſtolica cenſura ſub interpoſitione diſtricti anathematis, & Divini conteſtatione Judicii interminamus omnibus tam præſentibus, quam futuris, ne ullus hominum cujuſcumque ordinis, dignitatis, conditionis, vel cujuſcumque officii, ſeu qualibet, vel quantumlibet magnæ, aut parvæ perſonæ quibuſcumque rebus, vel perſonis præfato monaſterio juſte pertinentibus aliquam violentiam inferat, aut calumnioſus exiſtat, vel incumbat. Si quis vero, quod non optamus, hujus noſtri privilegii decretalem paginam temerario auſu in aliquo infringere temptaverit, æterna maledictionis vinculis innodatum ſe noverit, & perpetua ſupplicia luiturum cum diabolo & Angelis ejus, niſi forte prius reſipiſcens ſatisfecerit; at qui pietatis intuitu devotus obſervator extiterit ipſius interventu almi patris Benedicti perfectorumque ſequacium ſociorumque ejus ſempiternæ benedictionis particeps, & paradyſi beatus poſſeſſor efficiatur. Amen.





† *Humbertus dictus Cardinalis Epiſcopus S Eccleſiæ Silva Candida cognitum relegit, & ſubſcripſit* †
† *Hildebrandus Cardinalis Subdiaconus S. Romanæ Eccleſiæ dando conſenſit, & ſubſcripſit.*

Adeſt Sigillum plumbeum pendens habens ab uno latere S. Petrum, & in circulo † TU PRO ME NAVEM LIQUISTI, SUSCIPE CLAVEM; ab altera vero Urbem cum emblemate ſubtus & deſuper AUREA ROMA & circum † VICTORIS PAPE II. †



Hujus

Hujus Diplomatis mentio eſt apud Leonem Oſtienſem lib. II. cap. *96.* Baronium anno 1097., & Mabillonium Annal. To. IV. pag. 571. 744., & ſeqq.

In hoc Victoris II. Privilegio dignum eſt, quod animadvertatur, Circulum, ſeu orbem non ſymbolo, quod deeſt, ſed nomine ſuo ſeptum, atque in medio hæc verba: *Jeſus Chriſtus* ſcripta per notas compendiarias, *Petrus*, *Paulus*, quæ tamen parva cruce dividuntur. Sigillum vero, quod ibi videtur, non parum differt a ſigillis prædeceſſorum, quibus ſolemne fuit in ſigilli plumbei prima facie Pontificis prænomen imprimere, in adverſa Papæ. Videatur Mabillonius lib. 2. de re diplomatica cap. 14. num. 10.

Data vero non ſunt Anno ab Incarnatione, neque hoc privilegium, neque alia duo, quorum alterum refertur ab Ughellio tom. 1. col. 109., alterum in Bullario Cluniacenſi fol. 19. licet utrumque clauſulam habeat in perpetuum.

Et Nicolaus II. in diplomate conceſſo Deſiderio Abbati ſic loquitur de Caſſinate Cœnobio.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Deſiderio dilecto Filio Abbati venerabilis cœnobii almi patris Benedicti, quod nuncupatur mons Caſinus, cunctiſque ſucceſſoribus ejus illic regulariter ad regimen promovendis imperpetuum.

Paſtoralis ſollicitudinis noſtræ bonum ſi debet proſpicere, & proficere omnibus, etiam extraneis, & longinquis, multo magis domeſticis, & propinquis ipſis quippe poſt Deum ſecundo gradu admovenda eſt inviſibilis charitas, ut per eos velut quadam viſibilis flamma, gradatim ad remociores quoſque diſcurrat. Piis ergo locis, & divina religione venerabilibus debita conſolationis, & defenſionis porrecturi manus, illum cæteris præferendum non ambigimus, quem Monaſtica norma conſtat eſſe principale gymnaſium, & ſanctæ Romanæ, & apoſtolicæ ſedi contiguum, quem cives Romani, patres videlicet eximii Benedictus, Maurus, & Placidus cum nonnullis aliis fundarunt; quemque a gentibus deſtructum Romani Pontifices nihilominus ſua auctoritate reſtruxere, & privilegiis Apoſtolicæ ſedis, merito cæteris cœnobiis prætulere, atque contra quorumlibet ſuſpectas injurias efficaciter muniere, quorum nos ſacra auctoritati ſicut tempore, & loco ſuccedimus, ſic eorum exemplo, ut oportet, innitimur, & per hujus noſtræ decretalis paginæ tenorem tibi, dilectiſſime fili Deſideri, quem Abbatem conſecravimus, concedimus ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum, atque conſuetudinem Monaſterium almi patris Benedicti ſitum monte Caſtri Caſini, cunctamque ipſius monaſterii Abbatiam in integro cum cellis ſuis, caſtellis, prædiis, & omni ſua pertinentia, & hac noſtra auctoritate confirmamus tam in finibus Beneventanorum, Apulorum, & Calabrorum, quam etiam in finibus Marſorum, & in Marchiis, ſive ubicumque longe, & prope hactenus jure ſibi pertinet, aliquid, ſive quicquid deinceps ubivis juſte acquiſierit ad hæc juſtitia, vel quodlibet debitum, quod officiales noſtri, S. palatii exigent a Navibus ad Romanum portum applicantibus veſtri cœnobii navi peculiari gratanter relaxamus, & quotieſcumque Romam ad Servitium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ veneritis in ſancta Jeruſalem palatii Suſurriani oſpicium habeatis, & defuncto Abbate ibidem veſtra, vel veſtrorum Succeſſorum electione Abbas conſtituatur, a Romano Pontifice conſecrandus, conſervato vobis, veſtriſque ſucceſſoribus privilegio, tam, quod ex navi veſtra, quam quod ex ipſa deſtructa Eccleſia, ut, vel ſic reſtrueretur proximus deceſſor noſter S. Leo firmavit Abbati Richerio, uſum quoque ſandaliorum, & dalmaticæ, quamvis jure Cardinalatus tui ab apoſtolica Sede perceperis a nobis tamen tibi, & loco deincept in principalibus feſtis tantum concedimus ad honorificentiam tam ven. cœnobii, & ob dilectionem tui, ſecundum, quod præfatus deceſſor noſter, tuo præfato conceſſit. Præterea corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in omni conventu epiſcoporum, & principum ſuperiorem omnibus Abbatibus ſedem, & in conciliis, & judiciis priorem ſui ordinis hominibus ſententiam pro reverentia tanti loci, qui primum, & ſummum Monaſticæ legiſlatorem vivum, & mortuum retinere promeruit, quique ipſius legiſlationem ſcripto, verbo, & exemplo cœnobialem præpoſitum appetendo in toto mundo ſole clarius evibravit. Defuncto autem Abbate ex ſeſe ipſa Congregatio ſecundum ſanius conſilium Sapientum, & ſeniorum Fratrum ſibi Abbatem eligat, & apoſtolicæ ſedis pontifici firmandum, & conſecrandum exhibeat. Nec aliter ibi Abbas conſtituatur, aut alium de illuc intromitatur, niſi forte ex ſe aliquem tanto regimini idoneum non habuerit, & obid ſaniori conſilio extraneum ſibi elegerint. Porro præter ſummum apoſtolicæ ſedis præſulem, cujuslibet eccleſiæ epiſcopum, vel ſacerdotem in præfato monaſterio, vel in cellis ipſius ditionem quamlibet ſibi præſumere hac noſtra interdicimus auctoritate. Ita, ut niſi ab Abbate fuerit invitatus, miſſarum ſollemnia inibi audeat celebrare, ſed remota, & propulſata qualibet oppreſſione eccleſiaſticarum, vel ſecularium perſonarum, ſicut hactenus manſit a præſenti duodecima indictione hoc noſtro privilegio in perpetuum, quietum, & liberum ad ſervitium, & gloriam Dei maneat ſub defenſione, & jure ſanctæ Romanæ, & apoſtolicæ ſedis cum ſuis omnibus. Ex quibus ſummatim, & generaliter omnibus hæc nominatim, & ſpecialiter tantum iſtic digeſſimus.

In primis monaſterium D. Salvatoris poſitum ad pedem ipſius Montis, atque Monaſterium S. Dei genetricis, & virginis Mariæ, qui vocatur Plumbarola, ſeu, & caſtellum S. Petri ad pedem ipſius montis, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, nec non, & caſtellum S. Angeli, caſtellum, qui vocatur Piniataro, & junctura; caſtellum S. Georgii, & S. Apollinaris, S. Ambroſii, & S. Andreæ, & caſtellum qui vocatur Vallis frigida, caſtellum, qui dicitur Bantra, & S. Petri in Fria, S. Victoris, Torocclum, Cervaru, S. Heliæ, vallem rotundam, Rocca de Bantra cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtellum, qui dicitur Saraciniſcum, & caſtellum S. Stephani, cellam S. Mariæ in Albaneta, & S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Angeli in Vallelucis, & cella S. Michaelis in Comitatu Aquinenſe, cellam S. Gregorii, S. Mauricii, & S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannuccio S. Mariæ in Berole, & S. Petri in Aſcleto. Item in Lucca cellam S. Georgii prope poſterulam Wirivnalam, quam S. Benedicto contulere Henricus, & Rolandus fratres ſanctæ converſationis habitum quærentes, cellam S. Benedicti, & S. Scholaſticæ in Gaeta, & S. Stephani in Terracina, S.

Digitized by Google

Luciæ, S. Petri in Curuli, S. Silveſtri, & S. Luciæ in Arpino, S. Benedicti in colle de Inſula, S. Germani in Sura, curtem S. Urbani in Comino, cellam S. Pauli ibidem, et S. Nazarii, et S. Valentini, ac S. Salvatoris, cellam S. Benedicti in Venafro, et S. Nazarii, et S. Mariæ in Sala, curtem S. Benedicti minoris ibidem, caſtellum, quod dicitur Capriata, et Francilionis, et S. Johannis, curtem S. Fœlicis, caſtellum, qui vocatur Conca, cellam S. Benedicti in Ceſania, S. Benedicti in Teano, et S. Benedicti in Sueſſa, nec non et cellam S. Benedicti in Capua, cum ipſo Gualdo de Ligure, et cum omnibus ſuis pertinentiis, cellam S. Johannis ancellarum Dei in eadem civitate, S. Mariæ in Calvo, S. Mariæ in Cingla, S. Adjutoris in Aliſas, S. Ceciliæ in Napoli, eccleſiam S. Crucis in Almalfi, cellam S. Benedicti in Salerno, et cellam S. Sophiæ infra civitatem Beneventanam, cellam S. Benedicti in Aſculo, cellam S. Benedicti in Trani, et S. Benedicti in Bari, cellam S. Mariæ ancillarum Dei in civitatem Coſentiam, cellam S. Benedicti in Pectinaro, S. Mariæ in Banſe, S. Benedicti in Alarino, cellam S. Euſtaſii, quam S. Benedicto obtulit Adelpherius Pantaſia, cellam S. Mariæ in Murrone, S. Euſtaſii in Petra abundanti, S. Mariæ in Barratano, S. Mariæ in Canneta juxta fluvium Trinium, S. Benedicti in Ripa urſa, cum ſuis omnibus pertinentiis, nec non et caſtellum, qui vocatur Laſtinianum, et alia tria caſtella, montem Alberici, Mucelam S. Querici, cum portu decem navium, quæ duo Traſmundus Comes filius Attonis beato Benedicto in monte Caſino legali donatione, et cartarum monimentis contulit; tertium autem caſtellum Friſam, quod præfati Traſmundi uxor pro Anima ſua, conſenſiente viro ſuo S. Benedicto obtulit, S. Juſtæ ibidem, cellam S. Focati in Alarino, S. Georgii in Termole, cellam S. Liberatoris in Marchia, cum quadraginta cellis. S. Salvatoris in Tabe, S. Scholaſticæ in Pinne, S. Martini in Salino, S. Nicolai in Apruzo, S. Angeli in Marano cum omnibus cellis ſuis, SS. ſeptem Fratrum, S. Laurentii, et S. Benedicti in Trunto, S. Apollinaris in Firmo, S. Benedicti in Tiſino, et S. Mariæ in Arboſcla, cellam S. Benedicti in Marſi, et S. Coſmatis, cellam S. Angeli in valle regia cum caſtellis, et omnibus ſuis pertinentiis, nec non, et caſtella in Comitatu Aſculano, ideſt Octavum, et poſt montem Cinianum, et Trivilianum, & Cavinum, quod Rolandus in præfato monaſterio cum ſuis nepotibus obtulere, cellam S. Jacobi in Tremiti cum ipſis inſulis. In comino, caſtellum, qui dicitur Vicualbu cum omnibus ſuis pertinentiis. His igitur, & omnibus, quæ præfato cœnobio juxte pertinent, nunc, & quæ in futuro juſte pertinebunt ſub tutela, & Romana libertate hoc privilegio perpetualiter ad temporalem ſervorum Dei præſentium ſcilicet, atque futurorum quietem ſtatutis, atque confirmatis apoſtolica cenſura ſub interpoſitione diſtricti anathematis, & divini conteſtatione judicii interminamus omnibus tam præſentibus, quam futuris, ne ullus hominum, cujuſcumque ordinis, dignitatis, conditionis, vel cujuſcumque officii, ſeu qualibet, vel quantumlibet parva, aut magna perſona, quibuſcumque rebus, vel perſonis præfato Monaſterio juſte pertinentibus aliquam violentiam inferat, aut calumnioſus exiſtat, vel incumbat. Inſuper, quia monaſticus curſus ſecundum præceptum regulæ almi patris Benedicti æſtivis, & hiemalibus temporibus præfixus eſt auctoritate apoſtolica concedimus, ut liceat fratribus ſignum pulſare in eodem Monaſterio, & in cellis ejus, tam ad diurnas, quam ad nocturnas horas, quandocumque voluerint. Liceat quoque ipſius monaſterii, & cellarum ejus fratribus, clericum cujuſcumque ordinis de quocumque epiſcopatu fuerit ſecundum traditionem Sanctorum Patrum ſuſcipere cum rebus ſuis ad converſandum, & monachicum habitum ſuſcipiendum abſque interdictione quorumlibet epiſcoporum, & liceat eiſdem ſubjectis monaſteriis eorum judicare tam monachos, quam, & Santimoniales fœminas abſque prohibitione, & contradictione cujuslibet ſecularis poteſtatis, ſeu eccleſiaſticæ, & quia cupimus tam præſentium, quam futurorum maligna avaritiæ, & nequitiæ obviare hac noſtra apoſtolica auctoritate, pariter interdicimus ſeditiones, quas dicunt Levas, ſeu deprædationes, ne fiant aliquo modo in cujuſcumque Abbatis, aut Rectoris morte, aut electione; ad hæc liceat vobis Sanctum chriſma, & eccleſiaſticos Ordines, & altarium conſecrationes ab epiſcopo quolibet canonice promoto accipere, & Chriſtianiſſimum in Eccleſiis veſtris agere per clericos veſtros, & himnum angelicum per dies dominicos, & feſtivitates ad Miſſarum ſolemnia rite decantare. Et nullus epiſcopus præſumat in jam dicto monaſterio venire, vel in eccleſiis ſibi ſubjectis ſacerdotem excommunicare, vel ad Synodum provocare, aut Abbatem, & monachos, qui illo in tempore fuerint.

Porro cupientes conſulere monaſticæ religioni, quæ peccatis exigentibus paſſim depravatur; te tantummodo diebus vitæ tuæ vicarium nobis ad correctionem omnium Monaſteriorum, & monachorum ab ipſo fluvio, piſcaria ſicut influit in mare, ſcilicet per totam Campaniam, principatum quoque, & Apuliam, atque Calabriam aſſumere decrevimus, ita ut Capitulum in eis habeas, & vice noſtra indiſciplinatos cum adjutorio Epiſcoporum ad quos monaſteria ipſa pertinent, corrigas, & quæ ſunt emendanda, ſi potueris, ſecundum Deum emendes, aut apoſtolicæ ſedis pontifici renuncies ad perpetuam animæ veſtræ mercedem, & monaſticæ religionis emendationem, & conſervationem, pariter quoque ad tui cardinalatus dignitatem, & ſanctiſſimi Benedicti honorificentiam, & gratiam, ut Monaſticus ordo corrigatur illis in partibus per te religioſum, & prudentiſſimum Succeſſorem illius.

Si quis vero quod non optamus hujus noſtri privilegii decretalem paginam temerario auſu in aliquo infringere temptaveris æternæ maledictionis innodatum vinculis ſe noverit, & perpetua ſupplicia luiturum cum diabolo, & angelis ejus, niſi forte prius reſipiſcens ſatisfecerit. At qui pietatis intuitu devotus obſervator extiterit, ipſius interventu almi patris Benedicti perfectorumque ſequacium, ſociorumque ejus ſempiternæ benedictionis particeps, & paradiſi beatus poſſeſſor efficiatur. Amen.

Scriptum per manus Octaviani notarii, & Scrinarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ apoſtolicæ ſedis anno primo, pontificatus domni papæ Nicolai ſecundi, indictione duodecima. Datum Auximi octavo Idus Marcii anno Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo nono per manus Humberti ſanctæ eccleſiæ Silvæ Candidæ epiſcopi, & Bibliothecarii apoſtolicæ ſedis.

Leo Oſtienſis mentionem facit hujus diplomatis

lib.

lib. 3. cap. 13. hiſce verbis: *Privilegium, ab eo* (Nicolao Pontifice) *ſatis honorificum juxta conſuetudinem prædeceſſorum ſuorum recepit, quo inſuper ad cardinalatus videlicet ejus dignitatem, & honorificentiam patris Sanctiſſimi Benedicti, per totam Campaniam, & Principatum, Apuliam quoque, atque Calabriam ab ipſo fluvio Piſcaria, ſicut fluit in Mare, vicem ſuam idem Apoſtolicus illi conceſſit.*

Præfatus Nicolaus II. qui bulla uſus eſt ſigillo Victoris omnino ſimili, primus inter Pontifices frequenter adhibuit annos incarnationis in diplomatum ſuorum datis, quod tamen nec ipſi, nec poſteris fuit perpetuum. Referuntur quippe ab Ughellio tom. 3. col. 70., & a Mabillonio loco mox adducto ejuſdem Nicolai, ab eodem Ughellio tom. 3. col. 809., & in Bullario Romano tom. 1. fol. 51. Alexandri II., ac demum in Bullario Cluniacenſi fol. 18., & 20. Gregorii VII. privilegia abſque annis Incarnationis; imo in Appendice tom. V. Annalium Benedictinorum fol. 640. Gregorii hujus refertur privilegium cum clauſula in perpetuum, quod licet ſcripto dato, & ſubſcriptione deſtituatur, genuinum tamen habetur a Mabillonio, cujus judicium quanti faciendum ſit hac in re, norunt omnes. Id ipſum obſervare eſt in aliquibus etiam Urbani II., Paſchalis II. aliorumque Pontificum privilegiis, quod ideo notatum oportuit, ne ſi cui forte occurrat dictorum Pontificum privilegium aliquod cum clauſula in perpetuum, in quo tamen deſiderentur anni Incarnationis, vel aliquod aliud, illico rejiciatur.

Ex regeſto Petri Diaconi fol. 21. a tergo num. 34.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiis S. Benedicti Monachis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Audivimus, quod ſine graviſſimo dolore dicere non poſſumus; quoſdam homines a Jordano principe ſuggeſtione diaboli miſſos ſecretarium veſtrum intraſſe, & quædam commiſſa vobis inaudita temeritate detuliſſe, in quo facto nimia negligencia, & acriter ulciſcenda timiditatis vos, & Abbatem veſtrum arguere poſſumus, & gravius adverſum vos commoveri deberemus, niſi ea quæ vos ſemper caritate diliximus, detineremur. Si quidem tolerabilius nobis videretur villas, & caſtella S. Benedicti in prædam, & direpcionem dari, quam, ut ſanctus locus, & per totam, ut credimus chriſtianitatem famoſus, & venerabilis tanta ignominia nota. *periculo ſubjacere. Quapropter hujus temeritatis noxam inultam eſſe non ferentes, præſertim cum locum veſtrum violatum eſſe, & exemplo hujus facinoris deteriora poſſe vobis contingere perpendamus, ammonemus; ut divinum officium in eccleſia beati Benedicti non faciatis, ſed Altaria omnia, quæ intus ſunt, detegentes, quantum ſit hujuſmodi violacionis periculum, quoſque cognoſcere faciatis. Si enim in eccleſia S. Petri humano ſanguine reſperſa divinum officium non ſine diligenti reconciliatione celebratur, multo magis iſtud quod in eccleſia B. Benedicti perniciosius commiſſum eſt, competenti indiget expiatione. Vos itaque omnipotentem Dominum inſtanter deprecamini, ut triſticia mentis noſtræ dignetur ſuper hac re nobis conſolacionem impendere, & ad reparandam in omni veſtre dignitatem modis, quibus decet, nos inſtruere.*

Ex eodem regeſto fol. cit. num. 35.

a *Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili Congregationi Caſſinenſis cœnobii ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Nuper dilectiſſimi Fratres nos violencia ſacrilegii huic reverentiſſimo loco illata compulſi, veſtra eccleſia officium ob tantum facinus irrogatum interdiximus. Verum quia Aſcenſionis Domini ſollempnitas toto venerabilis orbe nunc imminet, nolentes jam propter alicujus ſcelus in tanto feſto tam religioſum locum officio pietatis carere, decrevimus, & vos & eundem locum ab interdicto abſolvere. Quapropter apoſtolica manſuetudine dicti reddimus, & eccleſia Miniſterium, & cultum religionis, & devocioni veſtræ licentiam celebrandi.* nota.

Volumus eciam, atque rogamus charitatem veſtram, ut noſtri memores, pro nobis praces fundatis ad Dominum, pro ſtatu quoque ſanctæ Romanæ eccleſiæ Rectori rerum cotidie, ſupplicetis, nec non tam pro inimicis, quam etiam pro amicis dileccionis affectu omnipotentem Dominum deprecari ſedulo memineritis, & ſtudeatis; nec non & pro illo, qui tam ſanctiſſimum locum toto mundo famoſum violavit preces effundite, ut Deus det illi cor pœnitens, & ſic eum ad ſe convertat, ut in hac vita, & futura mereatur gratiam Dei obtinere; Et immediate ſequuntur hæc alia verba in codice. *Hoc autem accidit per Roſellano epiſcopo, nam idem epiſcopus non parvam pecuniam huic commendaverat loco. Jordanus autem princeps miſſis militibus præcepit, ut eandem ſibi deferrent pecuniam, Fratres autem ad hac pecuniam, quæ ſancto Benedicto credita eſt, nos alicui vivencium minime damus, ſed eam ſuper corpus ejus ponimus, inde qui præſumpſerit auferat. Milites autem tollentes theſaurum de Altario ad principem deferunt.*

Quo accepto ſtatim idem princeps tanti author ſceleris lumen amiſit, & uſque ad mortem ita permanſit.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverendiſſimo & cariſſimo fratri Oderiſio noſtris per Dei gratiam manibus, & in Cardinalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Sacerdotem, & in Abbatem Caſſinenſis monaſterii conſecrato, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Præter generale caritatis debitum, præter ſingularem veſtri cœnobii prærogativam, quæ in monaſtica legis latione, & latore ſanctiſſimo Benedicto univerſorum per Occidentem monaſteriorum caput a domino inſtitutum; illa etiam benignitatis magnificentia, qua ſemper & noſtris præcipue temporibus congregatio veſtra ſanctæ Romanæ ſubvenit eccleſiæ multum nos eidem loco fore compellit obnoxios. Is enim locus noſtrorum pauperum relevatio fugientium, refugium feſſorum, ſedis apoſtolicæ filiorum requies indefeſſa permanſit, & permanet. Et nos ergo, tam divinæ conſtitutioni, quam fraternæ benignitatis dulcedini reſpondentes, locum ipſum, & univerſa ad eum pertinentia quieta ſemper, & ab omnium mortalium jugo libera permanere, & ſub ſolius ſanctæ Romanæ eccleſiæ jure ac defenſione perpetua haberi decernimus. In quibus hæc propriis nominibus annotanda duximus. In primis monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem ipſius montis, atque monaſterium S. Dei genetricis virginis Mariæ quod vocatur Plumbarola. Itemque monaſterium S. Mariæ in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis, & pertinentiis ſuis, S. Sophiæ in Benevento, S. Mariæ in Canneto juxta fluvium Trinium, S. Benedicti, & S. Laurentii in Saler-

Privilegium ampliſſimum Urbani ſecundi.

a *Suppl. Hiſt. Caſſi.*

no, s. Mariæ in Tremiti cum ipſis inſulis, s. Liberatoris in Marchia, cum omnibus ſuis pertinentiis, s. Benedicti in Marſi, s. Mariæ in Luco, & s. Coſmati in Civitella, s. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis ſuis, s. Mariæ ancillarum Dei, in civitate Coſentia, s. Mariæ in Bariſo, s. Joannis puellarum in Capua s. Angeli ad Formam, s. Agatæ in Averſa. Item s. Rufi, & s. Benedicti Pizuli in Capua, s. Petri de Laco, s. Petri de Avellana, s. Heraſmi, & s. Benedicti, & s. Scholaſticæ in Cajeta, s. Magni in Fundi, s. Stephani, & s. Benedicti in Terracina, s. Petri in Foreſta, s. Pauli ibidem, s. Mariæ in Pontecorbo, s. Dioniſii ad Pontem, s. Anaſtaſiæ, s. Benedicti in Venevento ad portam Roſini, s. Benedicti in Pantano, s. Angeli, & s. Nicandri in Troja, s. Ceciliæ in Neapoli, s. Euſtaſii de Pantaſia, s. Benedicti in Larino, & s. Benedicti in Pectinari, s. Mariæ ad caſalem Planum, ſanctiſſi. Trinitatis in Termulæ, s. Focatis in Leſina cum Fuce, & Piſcaria, s. Benedicti in Aſculo, s. Euſtaſii in Petra abundanti. Item s. Euſtaſii in Vipera, s. Mariæ in Barretano, s. Scholaſticæ in Pinne, s. Salvatoris in Tave, s. Nicolai juxta fluvium Trutino in Aprutio, s. Benedicti in Trunto, s. Benedicti in fluvio Tiſino, s. Apollinaris in Firmo, quod dicitur ad oppIanis, s. Mariæ in Arboſcla, s. Martini in Saline, s. Angeli in Marano, & ſanctorum ſeptem Fratrum, & s. Laurentii, s. Benedicti in Ripaneſi, in Comitatu Aquinenſe Cella s. Gregorii, & s. Mauritii, s. Pauli, s. Conſtantii, s. Chriſtophori, & s. Nicolai, s. Mariæ in Albaneta, s. Nicolai in Ciconia, s. Benedicti in Clia, s. Nazarii in Comino, & s. Valentini, & s. Martini, s. Urbani, s. Angeli, s. Pauli, s. Felicis, & s. Salvatoris, s. Angeli in Vallæluci, s. Michaelis in Oliveto, s. Nicolai in Pica, s. Angeli in Cannutio, s. Mariæ in Verule, s. Petri in Eſcleta, s. Luciæ, & s. Petri in Curuli, s. Silveſtri, & s. Martini, & s. Luciæ in Arpino, s. Mariæ de Caſtello Zupponi, s. Benedicti in colle de Inſula, s. Mariæ in Bauco, s. Nicolai in Turrice, s. Germani in Sora, s. Benedicti in Paſceſano, s. Petri in Murini, s. Angeli in Peſclo Canali, s. Patris in Formis, s. Angeli in Albe, s. Heraſmi in Pomperano, s. Mariæ in Cellis, in Venafro s. Benedicti, & s. Nazarii, & s. Martini in ipſa furca, & Curte, s. Mariæ in Sala, & s. Benedicti Piczuli ibidem s. Benedicti in Ceſama, s. Benedicti in Sueſſa, & Curtem, quæ dicitur Lauriana, s. Benedicti in Theano, s. Mariæ in Calvo, s. Nazarii in Anglono, s. Adjutoris, & s. Benedicti in Aliſas, s. Domnini in Teleſia, s. Martini in Vulturno, in Amalfi, s. Crucis, & s. Nicolai, s. Crucis in Iſernia, s. Marci in Carpenone, s. Valentini in Ferentino, s. Angeli in Algido, s. Marci in Ceccano, s. Agathæ in Tuſculana, & s. Jeruſalem, s. Benedicti in Albano. In Roma Monaſterium s. Sebaſtiani, quod dicitur Pallaria. In Lucca Cella s. Georgii, s. Salvatoris in Civitella; in ducatu Spoletino s. Mariæ in Caleno, s. Benedicti in Thrani, s. Benedicti in Bari, s. Petri Imperialis in Tarento. In Calabria cella s. Anaſtaſiæ, s. Nicolai in Salectano, s. Mariæ in Tropea, s. Euſemiæ in Marchia. Item civitatem quæ dicitur s. Germani poſitam ad pedes ipſius montis, & caſtellum s. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum s. Angeli, Piniatarium, Plumbariola, Peſdemonte, Junctura, s. Ambroſii, s. Apollinaris, s. Gregorii, Vallis frigida, s. Andreæ, Vantra monaſtica, Vantra Comitalis, s. Stephani, Terami, Fracta, Mortula cum ipſa curte quæ dicitur Caſa Fortini, s. Salvatoris, qui vocatur Cocurnzo. Turrem ad mare juxta Fluvium Garilianum, s. Petri in Flia, s. Victoris, Torocclo, Cervaris, s. Heliæ, Vallerotunda, Sarraceniſcu, in Marchia Teatina Caſtellum, quod dicitur Laſtinianus, Montem Alberici, Muccla s. Quirici cum Porta Friſa, s. Juſta, In Comitatu Aſculano Caſtellum, quod dicitur Octavus, & poſt montem Cinianum, & Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum, quod dicitur Ripaurſa, Monsbellus, Petrafracida. In Comino Caſtellum quod vocatur Bicalvum. In Marſi Territorio Carſeolano caſtellum quod dicitur Auriculi, Piretum, Rocca, quæ dicitur Incamerata, & Foſſaceca. In Calabria Cetrarium. In Amalfi fundicum. In territorio Trojano Caſtellione de Baroncello. In territorio Capuano Gualdum de Liburia, curtem s. Felicis de Miniano cum eccleſia s. Hippolyti. Præterea per præſentis privilegii paginam apoſtolica authoritate ſtatuimus, ut quæcumque in præſenti veſtrum cœnobium juſte poſſidet, ſive in futurum conceſſione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juſte, atque canonice poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſte datas ſuis uſibus abdicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Porro de monaſterio s. Sophiæ intra Beneventum ſito ſive de monaſterio Banduſino nullum loco veſtro præjudicium evenire volumus pro privilegiis, quæ nos munimentorum veſtrorum ignari eiſdem Monaſteriis contuliſſe cognoſcimus, ſet prædeceſſorum noſtrorum munimina Caſſinenſi cœnobio collata proprium robur optineant. Eorundem enim & nos veſtigiis inſiſtentes, Caſſinenſe cœnobium cæteris per Occidentem cœnobiis præferendum aſſerimus, & tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum, ſeu principum ſuperiores omnibus Abbatibus conſedere, atque in judiciis priorem cæteris ſui Ordinis viris ſententiam proferre ſancimus. Uſum quoque compagorum, ac chirotegiæ Dalmaticæ, ac mitræ præter Kardinalatus Jus, quo in ſede Apoſtolica fungeris, tam tibi, quam ſucceſſoribus tuis in præcipuis feſtis habendum concedimus. Sane tam in ipſo venerabili monaſterio, quam & in cellis ejus cujuslibet eccleſiæ epiſcopum, vel ſacerdotem præter Romanum Pontificem ditionem quamlibet aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad ſynodum provocandi præſumere prohibemus; ita ut niſi ab Abbate vel Priore loci fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare. Liceatque ipſius Monaſterii, & cellarum ejus Fratribus, clericos cujuſcumque Ordinis de quocumque epiſcopatu ad converſionem venientes abſque Epiſcoporum contradictione ſuſcipere. Liceat abſque cujuslibet ſecularis, vel eccleſiaſticæ poteſtatis inhibitione ſubjectos Monaſteriis ſuis tam Monacos, quam ſanctimoniales fœminas judicare. Liceat etiam Fratribus per cellas in civitatibus conſtitutas ad divina officia celebranda quandocumque voluerint ſigna pulſare, chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium,

ſive

ſive baſilicarum a quocumque volueritis catholico accipiatis epiſcopo. Baptiſmum vero per clericos veſtros in Oppidis veſtris, ſeu villis agatis. Redditum, qui ab officialibus noſtris apud Hoſtiam, vel portum de navibus exigi ſolet, navi veſtra ſi qua eo venerit relaxamus. Ad perpetuum etiam hoſpitium tibi, tuiſque ſucceſſoribus Palladii cellam concedimus, ut de veſtra illic congregatione quem volueritis ordinetis; quem ſi forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam veſtra congregationis monachum ſub veſtra decrevimus diſpoſitione perſiſtere. Obeunte autem te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti, regulam elegerint. Ad hæc tam præſentium, quam futurorum avaritiæ, ac nequitiæ obviantes, omnes omnino ſeditiones, quas lovas dicunt, ſeu direptiones, in cujuſcumque Abbatis morte, aut electione fieri auctoritate apoſtolica interdicimus. Si quis ſane in craſtinum archiepiſcopus, aut epiſcopus, imperator, aut rex, princeps, vel dux, comes, vicecomes, judex, aut eccleſiaſtica qualibet, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Scriptam per manum Petri Scriniarii Sacri palatii.





Datum Laterani per manum Johannis S. R. E. diaconi Cardinalis VI. Kal. Aprilis indictione V. anno dominicæ incarnationis MXCVII. anno autem pontificatus domni Papæ Urbani ſecundi X.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica coloris rubei juxta eandem dimenſionem ad unguem tum latitudinis, tum longitudinis hic expreſſum.



Atque in alio ejuſdem Urbani diplomate hæc habentur ver ba.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis ſancti Caſſinenſis cœnobii monachis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ex officii noſtri debito, & auctoritate compellimur eccleſiarum ſaluti, & paci, prout dominus ſcire, & poſſe dederit providere, veſtri præcipue monaſterii, quod ſanctæ noſtræ Sedi apoſtolicæ ſemper familiarius, ac devotius adhæſit, & in omni perſecutionis opportunitate promptius, ac benignius affuit. Ideoque oportunum duximus ſecundum petitionem venerabilis Fratris noſtri Oderiſii Abbatis, &c. Datum Romæ apud beatum Petrum per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis VI. Idus Decembris, indictione ſeptima anno domiaicæ Incarnationis MXCVIII. Pontificatus autem domni Urbani ſecundi Papæ XI. Hujus meminit quoque Petrus Diaconus Chron. Caſſ. lib. IV. cap. 18., & Mabillouius Tom. V. Annal. pag. 401., & 665. Notanda ſunt illa verba: *Datum Romæ apud beatum Petrum*, quum in aliis Urbani, multorumque poſterorum privilegiis reperiatur ;. *Datum Laterani*, nulla habita nec Urbis, nec B. Petri adjectione.

Urbanus hic II. nomina Petri, & Pauli cum media inter utrumque cruce, & ſubtus eadem ſuum circulo appoſuit, in bulla vero plumbea ex una parte eadem Sanctorum nomina, ex adverſa ſuum expreſſit, quod evincitur ex diplomatibus ſuis, & obſervatur a Mabillonio citato loco fol. 129. num. 10., qui tamen per errorem aſſerit p. 446. Pontificem hunc Petri, & Pauli effigies in bulla plumbea expreſſiſſe. Privilegii hujus fragmentum inſertum eſt in Bullarii Caſſinenſis tom. 2. Conſt. 126. neſcimus tamen factum ne ſit per authoris incogitantiam, an per typographi mendum, quod deſint notulæ &c., quibus oſtendatur privilegium non referri ex integro; deficit etiam Indictio V. Scriptum diplomatis hujus, & datum ſunt antiqui moris.

Omittimus hic imperatorum, principumque teſtimonia, quibus Caſſinatium mores prædicant, cum ea legi a quoquam poſſint in eorum privilegiis in Diſſertatione I. a nobis edendis.

Leo Oſtienſis de adventu S. Odilonis lib. 2. Chron. Caſſin. cap. 53. diſſerens, hæc ſcribit. *Per idem tempus domnus Odilo vir venerabilis vita,* S. quoque Odilo eadem efferť.

ac

ne fama Cluniacenſis cœnobii Abbas ad hoc monaſterium nimis devotus advenit, & ob maximam, quam in B. P. Benedicto, atque per eum in loco iſto reverentiam gerebat, pedes montem totum aſcendit. Qui cum de monaſterii more in Capitulum ab Abbate, vel fratribus honorifice ductus fuiſſet, poſt ſuſceptionem tanti hoſpitis, verba ſolemnia, ſicut audivimus, inquit, vir reverentiſſimus, ita, & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri, & in monte Sancto ejus. *Moxque nimis humiliter ad Abbatem converſus, donum ait, a te Pater maximum expeto, mihique, ut ſine contradictione aliqua concedatur, votis omnibus flagito; volo, inquam, atque deſidero omnium Fratrum veſtigia devotiſſimus oſculari. Annuit Theobaldus, licet invitus, nec reniti devotioni tam maxima aliquatenus potuit. Poſt hac autem ipſo die feſtivitatis ejuſdem Beatiſſimi Patris noſtri ab eodem Abbate Theobaldo gratia pracipua religionis multis pracibus invitatus miſſarum ſolemnia celebrare nullo modo cogi potuit eo praſente miſſas publicas agere. Cumque jam paratis ſolemniter ad procedendum Fratribus paſtoralem baculum idem noſter Abbas reverenter ejus manui obtuliſſet, longe humiliter ille refugit dicens, nequaquam dignum eſſe, ſe in magnitudinis ejus praſentia hujuſmodi virgam geſtare nimis profecto indecens, & contra omne jus eſſe percenſens quempiam Abbatum manu paſtoralem virgam praferre ubicumque Benedicti vicarium cunctorum ſcilicet Abbatis Abbatum praſentem adeſſe contingeret. &c.* Eadem narrat Baronius anno 1022., Mabillonius Tom. IV. Annal. pag. 289. & Sæc. VI. part. I. pag. 663. Cujus ponderis ſit encomium a S. Odilone Caſſinatibus tributum, ſatis ex ejus vitæ ſanctimonia, doctrina, & zelo monaſticæ diſciplinæ, quæ deſcribit S. Petrus Damiani ejus vitæ author conſtat. Prolixum quoque de S. Odilone elogium a probatiſſimis ejus ſæculi ſcriptoribus deſumptum texit Mabillonius Sæculo VI. a pag. 631. ad 710.

Umbertus Silvæ Candidæ Epiſcopus. Eodem libro II. cap. 96. narrat Leo Umbertum Silvæ candidæ epiſcopum virum græce, latine, & hebraice doctiſſimum, obitiſque legationibus, potiſſimum Conſtantinopolitana, pro unione eccleſiæ Græcæ cum Latina tempore Leonis noni celeberrimum retuliſſe Victori II. cujus juſſu electioni Federici Abbatis a Caſſinatibus factæ cum aliis legatis interfuerat, magnam Monachorum Religionem pietatemque: *Super quo poſtquam Apoſtolicus nimis exhilaratus eſt, univerſa ei per ordinem, qua, vel qualiter geſta fuerant, retulerunt, religionem, & converſationem noſtrorum, ac loci iſtius*
nota. *dignitatem Humberto plurimum collaudante, &c.* Quę eadem narrat Baronius Anno 1057. Non unica tantum vice Caſſinum adierat Umbertus, ut proinde teſtis pro eorum moribus præcipuus ſit habendus.

Et S. Petrus Damiani. Nemo vero Caſſinatium mores magis prædicat, quam S. Petrus Damiani eccleſiaſticæ diſciplinæ, atque monaſticæ rigidiſſimus cuſtos, ac vindex. Hic enim lib. II. Epiſt. XV. hæc ait: *Domno Deſiderio Archangelo monachorum, ac cateris ſanctis Fratribus Petrus Peccator Monachus devotiſſimi famulatus obſequium. Cum in meo pectore tua charitatis ardor inextinguibiliter ferveat, neque circa tui memoriam tepeſcere non permittat mihi nuper aliquid in memoriam venit, quod me mittenda tibi legationis admonuit; nam dum in tui contemplatione ſedulus habitarem, & angelico Fratrum, ſanctoque Conventui ſic in cordis obtutibus velut corporaliter intereſſem inter alia multa repente tuarum recordatus ſum litterarum &c.* Et in Epiſtola XVI. *Domno Deſiderio ſancta converſationis Abbati religioſoque conventui Petrus Peccator monachus in Domino ſervitutem. Ut domnum Martynum ad vos iter arripere didici, &c.* (& infra) *Sed quoniam per totum quadrageſimalem circulum tecum venerabilis Pater familiariter degens, quaque conferenda videbantur viva voce contulimus, & qua communicanda erant, ſive tractanda, ſapius intimavimus &c.* Et in fine *Clementia vobis dilectiſſimi divina pracipiat, ut pro me orare ſancta veſtra Fraternitas non deſiſtat:* Atque epiſt. XVII. *Domno Deſiderio Caſſinenſis monaſterii reverendiſſimo rectori, & univerſo ſancto conventui Petrus Peccator Monachus pacis oſculum in ſpiritu Sancto, &c. Ad illud poſtremo quod in hac diſputandi materia plures objiciunt ſub Sanctitatis tua judicio, video reſpondendum &c.* Et circa finem. *Igitur ut jam omnes communiter alloquar, nolo vos lateat venerabiles Fratres mei, quia ex quo glorioſi cœnobii veſtri limen exceſſi, vos jugiter pra oculis habui, vos intimis dilectionis viſceribus adſtrinxi, atque ut ita fatear, redeunti mihi a Caſino ſacratiſſimo, idem contingit, quod mulieri, qua revertebatur a Silo tabernaculo: ut nimirum vultus mei non ſint amplius in diverſa mutati. Vobiſcum ſane preſentialiter habito, vobis ſemper aſſiſto; Alioquin ſi propterea non ſum vobiſcum, quia corporalibus oculis vos non intueor, ergo nec ipſi oculi ſunt in capite, quia caput cernere nequeant, vel ipſi ſibimet oculi abſentes ſunt, quia nec quiſquam ſe, neque uterque ſe invicem poſſunt mutua contemplatione conſpicere. Beati ſiquidem qui vobiſcum vivunt, beati qui inter vos, & in ſanctis operibus veſtris moriuntur.* nota. *Pia nimirum fide credendum eſt; quia ſcala illa, qua de Caſino monte olim in cœlum videbatur erecta adhuc palliis ſtr[illegible], lampadibuſque coruſcat. Sicut tunc excepit Ducem, ita nunc exercitum tranſmittit ad Cæleſtia ſubſequentem. Nec ab ejus glorioſo tramite exorbitant declinantes jam defuncti, cujus, dum in hoc exilio viverent, veſtigia ſunt ſequuti. Hoc eſt intimi ferveris incendium illud, quod mihi inextinguibiliter flagrat in corde. Hac perpes fabula, qua meo verſatur in ore. Inter cateros autem virtutum,* nota: *flores, quos in illo agro pleno, cui benedixit Dominus, reperi, fateor, hoc mihi non mediocriter placuit; quod ibi ſcholas puerorum, qui ſepe vigorem ſanctitatis enervant non inveni: Sed omnes, aut ſenes, cum quibus utique nobilis vir ſedebat in portis eccleſia, aut juvenili vivendi decore latantes. Qui nimirum ut filii prophetarum, idonei ſunt ad Eliam per deſerta quarendum, aut certe adoleſcentia adhuc flore vernantes, qui juxta Apoſtolum Joannem vicere malignum.* In Epiſtola XVIII. ejuſdem, quæ incipit: *Domno Deſiderio Archangelo monachorum ſanctoque conventui Petrus Peccator monachus ſervitutem &c.* prope finem hæc verba extant. *Monaſterium* itaque *veſtrum Dilectiſſimi, quidam paradiſus eſt, in quo videlicet omnipotens conditor dum* nota. *diverſos hominum mores poſuit quaſi tria animalium genera, terrenum, natatile, ac volatile creavit. Hac eſt illa vetus miſtica ſignificationis arca, in qua*

cuncto-

cunctorum animalium ſpecies includuntur. Hoc eſt denique vas illud, quod quatuor manicis ſubmitti de cælo vidit Petrus in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli. Sed cum illic dicatur: ſurge Petre, macta, & manduca; credimus per miſericordiam Chriſti, quoniam hæc animalia, quæ vos eſtis, & ab hoc ſæculo ſunt divini verbi mucrone conciſa, & in redemptoris ſui corpus perfectæ charitatis ardore conflata.

Minatus comiter, urbaneque fuerat S. Petrum Damiani Deſiderius Abbas effecturum ſe, ne poſt ejus mortem Caſſinates ſuffragia pro ejus anima ad Deum ferrent, ſi monaſterium Caſſinenſe quantocius non inviſeret. Qua ille minitatione vehementer commotus, Deſiderium rogavit, ne ſibi malum adeo grave irrogaret, quod ut amoliretur propediem Caſſini ſe futurum promiſit epiſtola XIV. Promiſſa executus eſt anno 1063. ejuſque in Caſſinum adventum hiſce verbis deſcribit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 22. *Porro autem Dominus Petrus Damiani, cujus jam ſupra meminimus, ad hoc monaſterium veniens, cum verbo pariter, & exemplo ad Dei ſervitium ferventi zelo quoſcumque poſſet, accenderet, tandem permiſſione domini Abbatis a cuncta congregatione voluntaria oblatione in remiſſionem omnium peccatorum obtinuit, ut per totius anni ſextas ferias pane tantum, & aqua contenti eſſent, ac per ſingulas ſinguli diſciplinas, data confeſſione, reciperent. Inſuper & tridnanum jejunium in caput quadrageſimæ per annos ſingulos agerent, &c.* Poſtquam hæc narravit Baronius anno 1063. ſubdit: *At vero quoad tridnanum jejunium exordio quadrageſimæ pertinet, eos ad obſervantiam ſui Monaſterii redegiſſe cognoſcitur, de qua ipſe in epiſtola ad Fratres in Gamungni Eremo conſtitutos hæc habet: Hoc tamquam regulare conſtitueramus edictum, ut ſub diſtricti cenſura rigoris quadrageſimale celebraretur initium; nimirum ut per triduum, non niſi modicum panis cum aqua omnes Fratres comederent, nullas niſi lectionum, ſive orationum verba proferrent, nudis pedibus, lugubres atque mœrentes incederent expleta communi modulatione pſalterio mutua ſe ſcoparum caſtigatione purgarent, &c.* De hac Diſciplina agit Mabillonius in præfatione ad ſæculum VI. pag. 21. & ſeqq. Integra quadrageſima vir Sanctiſſimus in Monaſterio Caſſinenſi eſt diverſatus, ut idem met eſt author in laudata ad Deſiderium epiſtola XVI. Cujus authoritatis in eccleſia Dei fuerit S. Petrus Damiani deſcribit Baronius anno cit. hiſce verbis. *Cujus tanta æſtimatio in Eccleſia Dei erat, ut quæ ipſe facienda moneret, tamquam oracula Divina pii quique perciperent, &c.* V. Mabillonius Tom. cit. pag. 633., & ſeqq. & ſæc. VI. part. I. pag. 264.

nota.

S. Stephanus Unghariæ Rex Monachos Caſſinates accerſit.

Caſſinatium pietatis fama longe ab Italia diſſitas etiam regiones ita pervaſerat, ut S. Stephanus Unghariæ rex, & Apoſtolus e Caſſinatibus quoſdam non longe ante mortem in regnum ſuum advocaverit, ut narrat Leo Oſtienſis hiſce verbis lib. 2. cap. 78. *Circa hoc tempus S. memoriæ Stephanus Unghariæ rex, qui gente ſua ad Chriſti fidem converſa, multis poſt mortem virtutibus claruit, auream crucem valde pulchram ſancto patri Benedicto direxit, multis Abbatem efflagitans precibus, ut de Fratribus loci hujus aliquot ſibi ad Monaſterium in illis partibus ordinandum mittere non differret. Ad quem cum Abbas nequaquam negligens duos de prioribus hujus monaſterii Fratribus tranſmiſiſſet, jam eo defuncto, Salomon filius ejus qui in regno illi ſucceſſerat, honorifice nimis eos recepit, & quinque pluvialibus optimis cum aliis non paucis donis illos remunerans, ad Abbatem remiſit.* Eadem narrat Baronius anno 1038. Mabillonius cit. tom. Annal. pag. 422. Uterque vero admonet Petrum S. Stephani ſucceſſorem fuiſſe, non Salomonem. Hinc itaque miram Caſſinatium pietatem colligas, quæ ſanctiſſimum regem ad eos expetendos impulerit, cum tamen non deeſſent tunc temporis in Ungharia alii noſtri Ordinis monachi, ut advertit Mabillonius.

Et Bareſon Rex Sardiniæ

S. Stephanum imitatus Bareſon Sardiniæ Rex, miſſis ad Deſiderium legatis: *Orat ſibi*, verba ſunt Leonis Oſtienſis lib. 3. cap. 23., *aliquot ex noſtra congregatione Fratres ad monaſterium conſtituendum tranſmitti, ſpondens, & pollicens maximum in Regno ſuo noſtris utilitatibus honorem, & commodum perventurum, ſi Monaſticæ religionis ſtudium hactenus partibus illis incognitum, qualiter apud nos tunc vigere perceperat, apud eos deinceps nobis ſtudentibus aſſueſceret, &c.* Quare Deſiderius, ut piis votis faceret ſatis, electos duodecim monachos pluribus codicibus, ornatibus eccleſiaſticis, Sanctorum reliquiis, aliiſque rebus ditatos, in Sardiniam direxit. Hi conſcenſa Cajetana navi, ut in inſulam Liliorum appulere, a Piſanis maximo odio tunc contra Sardos percitis, prædata, incenſaque Navi, rebuſque omnibus expoliati, ope tandem Monachorum noſtri Ordinis Lucæ commorantium, ad monaſterium Caſſinenſe revertuntur; ſicque optimi regis deſiderium in irritum ceſſit, ut fuſius narrat Leo. Nihilo tamen hoc infortunio commotior Bareſon non diu poſt, Deſiderium Abbatem iterum enixe rogavit, ut novam in Sardiniam miſſionem inſtitueret; cui morem geſturus, duos e ſuis monachis miſit, quibus perhumaniter acceptis, Bareſon quaſdam eccleſias, pluraque bona, ſervos, colonoſque attribuit, ut cœnobium in ea inſula conſtruerent. Pauloque poſt Torchitorius ejuſdem inſulæ Rex pium alterius regis ſtudium æmulatus, monachis illis quaſdam eccleſias, magnamque bonorum, & ſervorum copiam conceſſit, ut aliud cœnobium excitarent, quod narrat Leo Oſtien. lib. 3. cap. 24. atque conſtat ex eorundem regum privilegiis in Diſſertationibus a nobis edendis. Eodem in capite narrat Leo Piſanos juſſu Alexandri II. Romani pontificis ob patratum in Monachos ſcelus Deſiderio ſatisfeciſſe.

Expeditionem hanc duodecim Monachorum, & illam aliorum duorum, ac totum id, quod Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 23. narrat, tanquam ab aliquo interpolatore illi Leonis textui aſſutum rejicit doctiſſimus Auctor diſſertationis chorographicæ de Italia medii ævi pro uſu tabulæ Italiæ &c. quæ initio tomi X. rerum Italicarum ſcriptorum legitur. Jus itaque omne expoſcit, ut paululum digrediamur, atque prædictum Leonis textum ab omni interpolatione exemptum demonſtremus. Sic autem habet præfatæ diſſertationis Auctor fol. 34. *Alibi interpolatum Leonem Oſtienſem, niſi errore teneamur, utique novimus. Certiſſime Leo, quæ longe poſt ejus mortem evenerant, non potuit ſcribere,*

nec

nec conſulto interpolator lib. 3. cap. 23. inter acta Deſiderii Abbatis Caſſinenſis intexere debebat expeditionem illam duodecim Monachorum in Sardiniam, ibi Bareſone regnante. Ætenim is Bareſo ſolam anno M C L X I I I I. ex judice rex Sardiniæ fuit dictus a Friderico Ænobarbo, ut Synchronas Morena, Albericus, Sigonius, Calchus noſter, aliique antiquiores, & conterranei mox laudandi ſub dicto anno M C L X I V. concorditer produnt. At Interpolator Bareſonem, & expeditionem illam conſignat anno V. Deſiderii, qui tamen Abbas fuit ab anno M L V I I I. ad M L X X X V I. quo Pontifex electus, dictuſque Victor I I I. Leo vero ad ſummum vidit annum M C X V. teſte commentatore Angelo a Nuce ſub num C C C C L V. (qui anachroniſmum non obſervavit) ſcripſitque ſuum Chronicon ex mandato Oderiſii Abbatis, cui eſt nuncupatum, ut initio Prologi. Oderiſius vero eſt ſuffectus Deſiderio anno M L X X X V I. ut Leo ipſe I I I. L X X I I I. teſtatur. Hoc porro ſæculo X I. ex quo Johannes X V I I I. (al. X I X.) circa annum M I V. occupantium dixerat Sardiniam, & Corſicam, hanc Genuenſes, illam Piſani tenuere, Muſacto Saraceno rege ab utraque depulſo anno M X V. ut adhuc ætate Deſiderii Bareſone nondum nato nullus fuerit rex in Sardinia, quæ tunc a Piſanis quadripartita quatuor Judicibus Caralitano, Arborenſi, Turritano, & Galuritano adminiſtranda fuit tradita quoad Ænobarbus Arboreenſem Bareſonem regem inſtituit. Hæc nedum ex laudatis ſcriptoribus, ſed etiam luculentiſſime ex Chronicis variis Piſanorum editis a Clar. Muratorio (C. H. t. 6.) ex quibus præſertim ex Breviario hiſt. Piſan. a col. 164. novimus dicto ſæculo X I. ſemper, vel Piſanos, & Genuenſes de Sardinia contendere, vel fœderatos a Sardinia Saracenos expellere, & appoſite ſub anno M L. Mugetum Balearium inſularum regem Sardiniæ invaſorem a Piſanis feliciſſime captum. Hinc omnis evaneſcit ſuſpicio alium regem ſeniorem nomine Pareſonem, vel Bareſonem regnare potuiſſe in Sardinia ab anno M L V I I I. ad L X X X V I. ut falſo ſcribit Interpolator Leonis; hujus enim regis nullibi veſtigium ullum apparet. Ex adverſo cum ex dictis Chronicis, tum ex annalibus Caffari nuper & primo editis a Clar. Muratorio dicto t. 6. ſub anno M C L X I V. a col. 293. annuente Friderico de Fridericis epiſt. ad Scioppium ſub eodem anno integram negotium, & quæ de Bareſone prænarravimus ſincere, & fuſe intelligimus.

Hoc tamen loco interpolatum fuiſſe Leonem noſtrum celeberrimi auctoris pace nemo unus dixerit, qui antiquos ipſius codices, alterum Langobardicis, ut vocant, literis exaratum, Latinis alterum hoc præſertim capite. 23. lib. 3. cum recens edito ab Angelo de Nuce animadverterit prorſus conſentire. Hujus etiam duodecim Monachorum in Sardiniam expeditionis, & alterius duorum, qui miſſi poſtea fuerunt, meminit Leo cap. 24. & cap. 26. quo ultimo de Aldemario loquens hæc habet: *Qui meus in converſione magiſter extiterat, quique in Abbatem Fratribus in Sardiniam miſſis dudum fuerat ordinatus, poſtquam reverſus ad Monaſterium eſt, in eccleſia S. Laurentii, quæ appellatur foris muros, Cardinalem ſimul, & Abbatem* (Alexander Papa II.) *ſacravit &c.*

Nec omittendum, Leonem Monachum induiſſe, quo tempore Caſſinenſe Monaſterium regebat Deſiderius Abbas, ut idemmet teſtatur in Prologo libri tertii Caſſinenſis Chronici hiſce verbis: *Tunc pro maxima, quam idem pater Deſiderius in me ab ipſa fere infantia habere dignatus eſt, dilectione, cum me vix dum quatuor & decem annos egreſſum in hoc ſancto loco quamlibenter ſuſcepit, inſtruxit, enutriit, ac protexit*. Quare fatendum, optime ipſum Deſiderii Abbatis geſta perſpecta habuiſſe.

Nec præterea falſus fuit Leo, cum Bareſonem appellavit Sardiniæ regem, quo etiam regis nomine Torchitorium nuncupavit cap. 24. quod & præſtitit Petrus Diaconus, qui anno MCXXXVIII. Caſſinenſis Chronici Librum quartum abſolvit (cujus authographum Langobardicis characteribus exaratum penes nos eſt.) Quis enim dixerit, non debuiſſe Leonem, & Petrum illis iiſdem nominibus viros iſtos appellare, quæ in donationum diplomatibus, eorumque ſigillis ſibi ipſis, ſuiſque ſucceſſoribus tribuebant? quod jure, an injuria præſtitum ab iſtis viris fuerit, ad Leonem, & Petrum diſcutere non ſpectabat.

Itaque in privilegio, quo Caſſinenſi cœnobio eccleſias S. Mariæ de Bubalis, & S. Eliæ de Monte ſancto donavit Bareſo hæc inſunt verba: *Et nullas Rege quoſt obito noſtro rennabit &c. Nicita lebita iſcribamus in palactio Regis iſcriſi*. Et plumbeum pariter ſignum, quo obſignatur, hinc caput hominis, inde ſcriptum habet: *Bareſone Rex*.

Hoc autem privilegium, cujus authographum in archivo noſtro ſervatur, quodque referemus in diſſertatione de Caſſinenſi juriſdictione de verbo ad verbum, reperitur in veteri privilegiorum, ac donationum monaſterii Caſſinenſis regeſto, quod jubente Seniorecto Caſſinenſi Abbate, qui ab anno MCXXVII. ad XXXVII. monaſterio præfuit, concinnatum fuit, & eidem Abbati nuncupatum a Petro Diacono. Igitur regeſti hujus fol. 68. nu. margin. 150. hoc Bareſonis privilegium Langobardico charactere conſcriptum hanc habet rubram epigraphen: *Preceptum Bareſonis Regis Sardorum de Monaſterio ſancta Maria in Bubalis Deſiderio Abbati*.

Ejuſdem pariter regeſti fol. 259. num. margin. 639. iſthæc Torchitorii regis charta deſcribitur, qua ſex in Sardinia eccleſias monaſterio Caſſinenſi donavit, adhoc ut Deſiderius tunc temporis Abbas cœnobium ibi ædificaret, atque hoc in diplomate Torchitorius ſemel, & iterum Rex appellatur, diciturque a Deo electus, vel coronatus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Anno ab incarnationis ejus M L X V I. regnante domno noſtro Torchitori Rex Sardiniæ de loco call. una cum uxor ſua domina Veri, & filio ejus dompno Coſtantino fecimus carta ad honorem domni noſtri Jeſu Chriſti ad eccleſia, & monaſterio S. Benedicti a tempore Dompni Deſiderii Abbatis pro redemptionem animabus noſtris, & de noſtris parentibus, & ſi eſt ut mandetis ad nos veſter monachus cum Codicibus, & omnis argumentum ad monaſterium facere, & regere, & gubernare, damus eis ſanctum Vincentius de Taverna cum plures ſervos, & cum omnia quantum habet, & S. Maria de flumine Tepidus, ſimiliter, & S. Martha, ſimiliter, & S. Pantaleo de Olivano, ſimiliter S. Giorgi de Tulvi, ſimiliter & S. Maria de Palma, ſimiliter ad faciendum monaſterium

ſterium ad honore S. Benedicti de Monte Caſino, ut in die judicii dimitta nobis Dominus hominibus peccatis noſtris. Ita dicimus & confirmamus, & teſtamur. Primus omnipotens Deus, & omnibus ſanctis, deinde filios meos Tirchi, & Mariana, & fratres meos dompnikellu Petro, & Domnikellus comita, & zio meo zerky Dorvo, & Conſtantinus de Orrobu loca Salvatore; & ego Conſtantinus Diaconus dictus nomine da Caſtra ſcripſit hanc carta præcipiente mihi domino meo Torkotorius rex a Deo electus, vel coronatus octavo anno regno ejus tertio nonas Madias, indictione quarta in vico quo dicitur Uta, & i quiſta cartula vult deſtruere, aut francere ſit anatematizatus da Patrem, & filium, & ſpiritu ſancto. Amen, fiat, fiat.

Has memorat ſex eccleſias Leo noſter laudato capite XXIV., & Eugenius Papa III. Villano Piſano archiepiſcopo ſcribens, cui præcipit, ut eas Caſſinenſi monaſterio reſtituendas curet; eaſq; literas ad majorem donationis hujus claritatem ex ſupradicti regeſti fol. 259. num. marg. 640. hic tranſcribimus: *Eugenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Villano Piſano archiepiſcopo ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Adverſum Venerabilem fratrem noſtrum A. Sulcenſem epiſcopum dilecti filii noſtri Raynaldi Caſſinenſis Abbatis querelam frequenter accepimus, quod ei de ſex eccleſiis videlicet S. Vincentii de Taverna. S. Maria de flumine Tepida, S. Martha, & S. Pantaleonis de Olivano, & S. Georgi de Tulvi, & S. Maria de Palma, quas ad jus monaſterii ſui aſſerit pertinere, injuriam facias, & eas per violentiam, & injuſte detineat. Quia ergo idem monaſterium ad juriſdictionem B. Petri ſpeciali prærogativa pertinere dinoſcitur, & in ſua ei juſtitia deeſſe non poſſumus, nec debemus, per præſentia ſcripta fraternitati tuæ mandamus, quatenus prædictum fratrem noſtrum proximis Kalendis Maji pro eadem controverſia terminanda ante tuam præſentiam evoces, & allegationibus, ac rationibus utriuſque partis diligenter auditis, recognitis, per judicium, vel concordiam eidem cauſa finem debitum Domino autore imponas. Prædicto ſiquidem termino memoratus Abbas pro eadem cauſa ſufficientes perſonas ad tuam præſentiam deſtinare curabit, nihilominus quoque tibi mandamus, ut controverſia, quam Turritanus archipreſbyter adverſus monaſterium S. Maria de Thergo ſuper eccleſia S. Petri intra Cingla, & S. Maria de Tanube in præſentia prædeceſſoris tui 6. m. Balduini archiepiſcopi movit, juſtitia mediante ſtudeas definire. Præterea ſententiam, quam ſuper judicio quondam Conſtantini de Athena beato Benedicto feciſſe dinoſcitur, tua fraternitas promulgatum digno effectui mancipari, & firmiter obſervari.*

Immo Petrus Diaconus Chronici Caſſinen. lib. IV. cap. 67. multas eccleſias indicat ab aliquibus Sardis dono datas monaſterio Caſſinenſi, & hujuſmodi donationum nos ſæculo ſequenti quaſdam referemus. Illud autem in præſentiarum quod ad rem noſtram facit notandum eſt, quod quamvis in privilegio Gunnarii de Laccon anni MCXX., cujus habemus authographum, facta dicatur donatio cum conſenſo *Dompnu noſtru Judice Goſtantine de Laccon*, atque adjiciatur teſtibus: *Ego Judice Goſtantine de Laccon*, plombeum tamen ſigillum ea altera tantum parte habet, *Goſtantine Rege*; quod idem obſervatur etiam tum in donatione Furati de Githil data XXV. Aprilis ſextadecima die Lunæ, tum in privilegio, quo eccleſiam S. Michaelis in Ferruceſi cum pertinentiis ſuis donavit Comita. Præterea in diplomate Gunnarii de Laccon anni MCLIII., cujus ſigillum habet *Gunnari Rege*, notandum eſt maxime ad rem noſtram, quod facta donatio dicitur cum voluntate Dei, *& de Fiin men Bareſone Rege, & Deſſa mujere pretioſa, de Orrubu Regina &c.* Quin etiam in alio privilegio ejuſdem Gunnarii, quo bona aliqua donavit S. Mariæ de Tergo verba leguntur nuper adducta.

Sane vero in donationis tabula, qua Conſtantinus de Carbian eccleſiam ſancti Petri de Simblanis monaſterio Caſſinenſi conceſſit, cujus donationis authographum in noſtro archivo Caſſinenſi aſſervatur, aſſeritur facta donatio his verbis: *Auxiliante Domino Deo &c. Ego Goſtantine de Carbian, & muliere meam Jorgiam de Zzorri ci la fazzo iſta cartam cum boluntate de Deus, & de ſu Donnum meum Judice Goſtantinne, bocabito nomine de Laccon, & de xa muliere Donna Marcuſa dicta nomina de Gunale, & cum boluntate de Archiepiſcopum Donnum Azzu, & de Donnum Nicolaus epiſcopum, & de totu Fiios meos Luaſſuvio aſſantum Petrum de Simbranos ſa cleſiam mea aſſantum Benedicto de Monte Caſſinum pro appatila in poteſtate ſua a pate de ſanctum Venedictu, & fazzatinne calebolet a patila benedicta ſanctum Venedictu Amen, amen, amen.*

Et quamvis in donatione iſta dicatur, quod facta ſit *cum boluntate de Deus, & de ſu Donnum meum Judice Goſtantinne bocabito nomine de Laccon*, deſinit tamen in hæc verba: *Ego Goſtantine de Matrona iſcriſſi iſta carta imperante me Domun meu Judice Goſtantine Rex a Deo electus, vel coronatus.* Hunc autem titulum habet donatio iſthæc in laudato Petri Diaconi regeſto fol. 249. a t. num. marg. 595. *oblatio Conſtantini de Carvia de ſancto Petra in Simblani.*

Ex integro autem referimus Conſtantini de Laccon donationem, eo quod plura in ea ſint notatu digna, & præſertim verba illa: *Ego quidem Goſtantine gratia Dei Rege bocabito nomine de Laccon ſimul cum uxore Marcuſa Regina dicta nomina da Gunale &c.*


Auxiliante Domino Deo, atque ſalbatori noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pra nobis beatam, e glorioſa Birgo Mariam, & B. S. Petra principe omniu Apoſtoloru, & beato S. Gabinio, Proto, Me Jannario Martire Chriſti, ſub cujus protectione, & defenſiona gubernatos nos credimus, & xe ſalbatos: Ego quidem Goſtantine gratia Dei rege bocatibo nomine de Laccon, ſimul cum Ubxore Mearcuſa regina dicta nomina de Gunale facemus ſta cart a pro S. Maria de ſolu ci fuit cleſia de Regnu, ed ego Affiliolas appare cum S. Nicola de Solin ci fecit Furatu de Gitil, e Suſanna Dezzori ſa muliere ed ipſos petter unimin de boluntate pro affiliare las appare. Ed ego offiolas appare aproſian una ploe, & pro indulgat Deus da xa peccata mea, & de muliero mea, e bocola ſa familia de omnia opera eanta facean uſciadore, & non ſiat nou Judice, non curatore cindelebet a nulla opera non de regnonde peculiare, & paſtore non demittam, neu de regnu, neu de peculiare ſeneboluntate eilae, &

tenero

Digitized by Google

tenere ſa ecleſia eccando at benne ſu curatore cum ſerbizzu de regnu aſſerbre indonnicaja boecnilis moltura, e le benilos aſſerbire indonnicaja cantu aeſener, & a ſerbire ſu curatore, ed in atteru ſerbizzu non demittan, alicando canuſe aet regere ſeculu amen, amen, fiat; e faczola ſta carta ſen de bi curatores Fratre meu Donnicellu Gunnari de Laccon amen, amen, fiat, amen. Et ſi qui ſta carta deſtruere, aud eſterminare ea bolueris iſtrumet Deus nomen ſuo de libro bita, & carnes ejus diſruppat bolatilibus cœli, & beſtias terra, mittat in illis Dominus morte papelle, & dcleantur de iſtu ſeculu cizzius, & dabeat malediƈtione de duodecim Adpoſtoli, & de ſexdecim Propheta, & biginti & quatuor ſeniores, & de CCCXVIII. Patres ſanƈtos, qui canones diſpoſuerun in Acian cibitate, & habeat malediƈtione de tres Patriarchas Abraam, Yſac, & Jacob, & abeat malediƈtione de quatuor evangeliſtas Marcus, Maczeus Lucas, & Joanne, & abeat malediƈtione de Gerubin, & Serabin, qui tenen Tronum Dei, & abeat malediƈtionem de IX. ordines Angelorum, & de X. Archangeloru, & abeat malediczione de CXL. & IIII. milliam qui pro Domino paxi ſunt, & abeat malediƈtione de beato Petro apoſtolo, in cujus manus tradidit Deus clabes regni cælorum, & abeat malediczione de omnes ſanƈtos, & ſanƈtas Dei Amen, amen, fiat, amen: Et ſi quiſta Carta audire ea boluerit, & noſtras hordinacziones confortaberit, & dixerit quia bene eſt, abeat benediƈtione de Deo Patre omnipotente, & de S. Maria matre Domni noſtri Jeſu Chriſti, & abeat benedicziones de duodecim Apoſtoli, & de ſexdecim Prophetas, & de viginti, & quatuor ſeniores, & de CCC. XVIII. patres ſanƈtos, qui Canones diſpoſueran in Acian cibitate, & habeas benedicziones de tres Patriarchat Abraam, Yſac, & Jacob, & abeat benedicziones de Gerubin, & Serabin, qui tenen Tronum Dei & habeat benedicziones de novem hordines Angelorum & decem Archangeloru & habeat benedicziones de CXL, & IIII. milliam qui pro Domino paxi ſunt, & habeat benedicziones do Beato Petro Apoſtolo, in cujus manus tradidit Deus clabes Regni cœloru, & abeas benedicziones de omnes ſanƈtos, & ſanƈtas Dei amen, amen, amen, fiat, amen, & ſunt teſtes primus Deus omnipotens, deinde ego Judice Goſtantine de Laccon, e Muliere mea Marcuſa de Gunale, Teſtes Donnicellu comita de Laccon, Donnicellu Gunnari de Laccon, Donnicellu Izzocor de Laccon, Donnicellu Petru de Serra Tſ. Goſtantine de Azen, & Comita, & Petru amos filios ſuos, Teſtes Mariane de Uzan Banaſone de Setilo, Furatu de Giſil, Mariane de Zori, Izzocor de Laccon, Izzocor de Boſobe, Boſobe ceſſu comita Pinna, Izzocor de Cerci, Dorgoton de Capazzennor, e Mariano ſu fratre, Jorgi de canpu Teſtes de puliarceſos, Mariane de Balles cecita ſua Teſtes, ed omnes fratres meos, & fideles meos teſtes amen, amen, fiat. Ed ego Melaci iſcrixi ſta carta imperando me Donnu meu Judice Goſtantine de Laccon in Salbennor menſe Settember dies XIII. e Luna habet dies terza amen, amen, amen, fiat.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica diverſorum colorum, juxta eandem dimenſionem ad unguem tum latitudinis, tum longitudinis hic expreſſum.



In donatione facta a Goſtantino de Athen notanda itidem ſunt nonnulla, & præſertim in ejus plumbeo ſigillo verba illa *Gunnari Rege*, quare abs re non erit majorem hic partem referre.

Auxiliante Domino Deo, atque ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis Beata, & glorioſa, ſemperque Virgine Dei genitrice Maria, & beato Michaele Archangelo præpoſito paradiſi, & B. Petro principe omnium Apoſtolorum, cui tradidit Dominus claves Regni Cælorum, & dedit poteſtatem ligandi, atque ſolvendi in cælo, & in terra, & B. S. Gavino, Proto, & Januario martires Chriſti, ſub cujus proteƈtione, & defenſione gubernatos nos credimus eſſe ſalvatos uſque in finem ſeculi amen, fiat. Ego quidem Goſtantine de Athen Kiſatho cuſta carta cum voluntate de Deus, & deſſu Domnu meu judice Gunnari de Laccon, & deſſe muliere donna Maria regina proſſa ecclesia de ſanƈto Michael de Therricellu Ki fuit de parentes de donna Comita de Athen, & de fratres ſuos, & ego renovaila ad tetu ſpendiu meu, & pett ila ad ſu Archiepiſcopu donnu Petru de Cannetu cum voluntate deſſos popillares, & iſſe dettimila cum voluntate deſſos clericos de S. Gaviniu deſſu Archipreite donnu Corſtantinu de Lella, & D. Conſtantinu Melone, & donnu Mariane Thella, & ego offero la ad S. Benediƈtu de Monte Caſſinu cum voluntata de muliere mea Pretioſa de Laccon, & de filia mea Soſanna de Athen coſcias una cum S. Michael do Ferneeſo pro veſtimenta deſſos Monachos de ſanƈtu Benediƈtu, & Candola pettiſa ecclesia non viabeat fora de unu pede de homine, & una terra de fune, & oſca pettinde voluntate aſſu donnu meu judice Gonnari de Laccon, & iſſe eo donnu vonu fecit ila libera ſa ecclesia, & vocatillos ſos ſervos Kincian eſſer de omni opra Ki non vaian neu operade rennu, nen de ſegelu, nen decuratore, nen de majore, nen de nullomine natu ſine voluntate de Priore Kila, & tenne ſa ecclesia. Et ſunt teſtes primus Deus omnipotens, deinde ego Judice Gunnari de Laccon, & muliere mea Maria regina teſtes ambos fratres de Judice Saldaro, & comita Petru de Serra, Izzoccor de Athen, Conſtantinu de Athen, Conſtantinu de Thuri, Petru de Laccon, Mariano de Marunia, Petru de Gonnale, Petru Pinna, Dorgotori de Ponse, Conſtantinu de Thuri, Izoccor Secce, Comita de Circi, teſtes Bujaceſu Majore, Petru de Licios, & cita ſua, & omnes fratres meos, & fideles meos. Faƈta anno Domini milleſimo centeſimo triceſimo ſexto, indiƈtione quarta decima, Menſe majo, die viceſima, luna quintadecima. In Regno qui dicitur Arder.

Ad hæc cum in Gunnarii Turritani Regis diplomate anni 1147. a nobis in noſtra diſſertatione exſcribendo, quo Monaſterio Caſſinenſi ſanƈta Maria de Tergo, aliæque eccleſiæ confirmantur, appoſite ad rem noſtram legatur; *Ego Gunnarius divina*

vina diſpenſatione Turritanorum rex & dominus viceſimo anno regni noſtri &c. Ac ulterius; *Quidquid præterea glorioſæ memoriæ Atavus meus Bareſo rex, & Marianus avus noſter, Conſtantinus etiam genitor noſter &c. & Marcuſa regina uxor ejus &c.* Luce meridiana clarius eſt, jure optimo ab Leone noſtro nuncupatum regem fuiſſe Bareſonem, atavum forte Gunnarii hujus, qui anno jam MCXXVII. Rex dicebatur. Accedit, quod recenſetur inter teſtes *Robertus ejuſdem Regis curiæ magiſter*; & inferius dicitur: *præſente ac præcipiente prædicto Domino Rege Gunnario &c.* Ac inſuper: *Ego Joannes Diaconus & curiæ notarius ex præcepto ſupraſcripti domni Gunnarii Turritani regis ſcripſi &c.* & notandum, hoc privilegio confirmari omnes donationes illas, quas a pluribus dominis Sardis factas refert Petrus Diaconus citato capite 67. lib. 4.

Jam vero in ſæpenumero laudata diſſertatione noſtra referemus donationem aliam Furati de Githil, ac uxoris ejus Suſannæ de Zori, in cujus ſigillo plumbeo habetur *Goſtantine Rege*; & privilegium etiam Bareſonis regis datum anno MCLXXXII. quo Caſſinenſi Monaſterio donatur eccleſia S. Nicolai de Gurgo; & notandum maxime in eo eſt, quod dicitur: *Ego Paraſon Arboree Rex, & Judex*.

Clare ergo ex nunc uſque citatis monumentis colligitur, præfatos Sardiniæ principes nedum Judices fuiſſe appellatos, verum etiam reges, nec non & privatos Sardos nullam potuiſſe facere donationem abſque ſupradictorum judicum, ſeu regum conſenſu, imo ipſos judices, ſive reges iis, quæ a privatis fiebant, donationibus pro teſtibus interveniſſe, eiſdemq; regium ſigillum fuiſſe apponendum. Colligitur ex dictis inſuper, eo temporis nullatenus Sardos Piſanis paruiſſe, quod luculentiſſime etiam eruitur ex iis, quæ habet Leo Oſtienſis cit. cap. XXIII. de duodecim Monachorum miſſione in Sardiniam. *Piſani* (inquit) *ſi quidem maxima Sardorum invidia ducti, cum jam noſtri ad Inſulam, quæ Lilium vocatur, proſpero ſatis eventu tranſiſſent, & ſcaphis egreſſi, opportunum navigationis tempus attenderent, & improviſo ſuper illos cum armatis navigiis veniunt; & tam noſtros, quam cæteros omnes indiſcrete ſimul, & nimis injurioſe tractantes univerſa diripiunt, inſuper etiam prædictæ legationis principem patibulo jam parabant crudeles affigere, niſi monaſticum habitum quodam ex noſtris illi porrigente protinus induiſſet. Poſt hæc incenſa navi, & veſtimenta ſolummodo noſtris reſtituentes, cæteris omnibus onuſti, & hilares ad propria remearunt*; & cap. XXIIII. *Sardorum interea rex digna pro tantis injuriis ſatisfactione a Piſanis recepta &c.*

Hæc profecto Piſani adverſus Sardos non egiſſent, ſi ipſis ſubditi fuiſſent Sardi.

Vere igitur, & ſapienter Baudrant in ſua Geographia Sardiniam quadripartitam aſſerit, verbo: *Sardinia*, nempe Arborenſem, Callaritanam, Galluritanam, & Turritanam, quæ omnium major, teſte Sigonio; & hæ partes propriis ſuberant Principibus, Judicibus dictis ſupremo jure, quorum poſtremi maximum Aragonenſibus negotium faceſſere.

Prædictarum omnium donationum nedum authographa habemus, ſed etiam ad verbum referuntur in citato regeſto Petri Diaconi fol. 68., & 246. uſque ad 249., & 254. at. Deſcribuntur præterea cum cæteris aliis præfatæ eccleſiæ huic ſacro Caſſinenſi Monaſterio dono datæ in laminis; januarum hujus noſtræ eccleſiæ, ut ſæculo undecimo in noſtra diſſertatione citata referemus. Mentionem itidem prædictarum eccleſiarum habent in ſuis privilegiis Caliſtus II. anno MCXXIII. Eugenius III. anno . . . . Alexander III. anno MCLIX. Clemens III. anno MCLXXXVIII., Innocentius III. anno MCCVIII., aliique in ſuis diplomatibus ſummi pontifices.

Supplicatio ſingulis dominicis diebus apud nos.

Hoc, aliiſque præcedentibus ſæculis ſingulis dominicis anni diebus publica ſupplicatio a Caſſinatibus fiebat, ut narrat Leo noſter lib. 2. cap. 52., & lib. 3. cap. 20. quod hactenus ſervamus.

Nulli laicorũ monaſticum tricliniũ adire permiſſum.

In monachorum triclinium nulli laicorum aditus erat teſte Leone Oſtienſi lib. II. cap. 59. hiſce verbis. *Præter cætera autem viliſſimos etiam quoſque de Monaſterii familia laicos in Refectorium Fratrum in quod tunc uſque nemo laicorum auſus fuerat ingredi, ad panem, vinumque menſis imponendum induxerat.* Qui Caſſinatium ritus ab regulæ noſtræ præſcripto originem ducit, in qua cap. 38. jubetur, ut monachi menſæ inſerviant; & in can. 41. Concilii Aquiſgranenſis hæc leguntur: *Ut laici cauſa manducandi, ac bibendi in refectorium non ducantur.* Prudenti quidem conſilio, nam ut obſervavit Chryſoſtomus: *Sæculares, ſi quempiam Monachum advertunt, qui non uſquequaque corpus ſuum inclementer tractet; ac vel tantillum illius neceſſitati ſubveniat, hunc conviciis, calumniiſque proſcindunt: derivataque ab uno in cunctos protervia petulantiaque, univerſos pariter lurcones quoſdam, & helluones appellant. Putant enim ſæculares quod monachi aliam naturam induerint, exuta humanitate.* Hunc ritum refert etiam Mabillonius Tom. IV. Annal. pag. 358.

Piæ lectiones Hoſpitibus in Capitulo.

Advenienti Hoſpiti pium aliquid ad Regulæ præſcriptum cap. 53. in capitulo Monachorum legebatur. Quæ vero legerentur, habetur in codice bibliothecæ noſtræ m. ſ. ſignato num. 47. hiſce verbis: *Hæc capitula divina auctoritatis edita a beato Gregorio urbis Romæ Pontifice legenda ſunt coram hoſpitibus in capitulo, juxta præceptum Sanctiſſimi patris noſtri Benedicti ut ædificentur.* Haſque lectiones incipiebant: *Penſemus Fratres Chariſſimi ſuper nos divitias conditoris noſtri. Peccare nos videt, & ſuſtinet, &c.* Legebant præterea, ut habetur in vetuſtiſſimo noſtro codice ſignato num. 353. ſermonem a Paulo Diacono ad hoc compoſitum. V. Leo Oſtienſis lib. II. cap. 53., & lib. III. cap. 10. ubi adventum ad monaſterium Caſſinenſe Cardinalium Stephani, & Mainardi referens ait: *Dominica vero S. Paſcha valde diluculo huc aſcendentes de more monaſterii capitulum Fratrum ingreſſi ſunt, &c.*

Palatium pro excipiendis hoſpitibus.

Acceptam a ſanctiſſimo legislatore, qui jubet laudato cap., ut hoſpites tamquam Chriſtus ſuſcipiantur, hæreditatem ſancte cuſtodierunt hactenus Caſſinates, apud quos, ut ſæculo octavo innuimus, atque meminit Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 95. illis verbis: *Apud hoſpitum Domum:* Et Victor III. lib. II. Dialogorum pag. 83. dum ait: *Quidam puer in domo hoſpitum ſimul cum patre in lectulo cubant &c.* Hoſpitalis domus pro ſolis hoſpitibus reci-

piendis erat. Eſtque modo duplex magnificentiſſime pro nobilibus, aliiſque inferioris notæ hominibus excipiendis, extructa. Ut itaque hoſpites decentius, commodiuſque exciperentur, extruxit a fundaminibus Deſiderius amplum palatium, ut narrat hiſce verbis Leo Oſtienſis cap. 33. lib. 3. *Dehinc Aquilonari parte palatium quantitatis non modicæ ad hoſpitum quorumque receptionem ædificavit, &c.* & Petrus Diaconus de ædificiis ab Oderiſio Abbate conſtructis loquens, hæc ſcribit lib. 4. cap. 3. *Nihil hoc vir ſtrenuiſſimus expleto moratus circa atrium majoris eccleſiæ palatium, in quo nobiles quique hoſpitarentur, in longitudine cubitorum. . . . . . latitudine . . . . altitudine . . . . fabricavit, & idem trabibus contignans, tegulis cooperuit, juxta quod etiam ciſternam arcuato opere patrari mandavit.* Et cap. 17., legationem ab Oderiſio ad Alexium C P. Imperatorem miſſam ſic narrat: *legatumque ſuum cum litteris ad eum direxit, per quas Chriſtianos, qui ad expugnandam Paganorum perfidiam Jeroſolimam perrexerant, illi commendare curavit, ac prælationem, & curam domus peregrinorum, quæ in Caſino eſt, ad remiſſionem omnium peccatorum ei gerendam injunxit &c.*

Ædificavit quoque Deſiderius Abbas noſocomium, ſeu Xenodochium ad ægrotos, alienigenas alendos, curandoſque, ut idem Leo laudato cap. 33. hiſce verbis teſtatur: *Ibique juxta extra portam ſcilicet, xenodochium maximum fabricavit, itaque demum hinc inde muro contiguo, ac civitatum more munito, univerſum monaſterium circumſepſit, &c.* Huic noſocomio plura deinde latifundia a fidelibus conceſſa potiſſimum a Riccardo, & Jordane ejus filio, ut in ſuo privilegio iidem teſtantur.

Et Noſocomium pro ægrotis.

In nomine domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Eterni, Riccardus, & Jordanes divina ordinante providentia Capuanorum principes cum principali Excellentia petitioni dilecti ſui clementer favent. Igitur fidelium noſtrorum omnium preſencium, ac futurorum univerſitas noverit, qualiter nos pro ſalute animæ noſtra, nec non pro ſalute animarum parentum noſtrorum, quam & per interventum Atenulfi filius domni Sergi Patricii concedimus, & damus in monaſterio S. Benedicti ſitus in monte caſtro Caſino, ubi nunc Deo tuente domnus Deſiderius venerabilis Abbas præeſt, molinum, quod eſt in Aqua de Pecia, quæ decurrit juxta caſtrum noſtrum Miguani, quod, & qualiter eum tenuit, & dominavit Landulfus, qui nominavatur Fuſco, qui fuit Comes ejuſdem caſtri, quia ipſe Landulfus contra Animam noſtram cogitavit, & conſiliabit, idcirco omnes res ejus noſtro fiſco deducte ſunt; itaque concedimus ipſum praphatum Molinum in ſupranominato S. loco, ut omnes refudium, quod exinde accipitur totum ſit in oſpitale ejuſdem S. monaſterii propter pauperes, & egenos nutriendos. Ob recordacionem eciam, & noſtram eternaliter ſtabiliendam conceſſionem, atque confirmacionem hos noſtra firmitatis apices fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum, mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe prephatus domnus Deſiderius Abbas, & ſui ſucceſſores, & pars prenominati ſanctiſſimi loci per omne, quemadmodum ſuperius ſcriptum eſſe videtur, firmiter ſecure, livere, & quiete habere, & poſſidere valeat; remota omni inquietitudine, vel moleſtacione cujuſcumque Judicis, Comitis, Caſtaldeis, Sculdays, & omnium mortalium perſone. Quod ſi quelibet perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtri precepti firmitatem agere praſumpſerit, aut ejus violator in quocumque fieri temptaverit, ſciat ſe compoſiturus auri libras decem mediesatem noſtra Kamere, & medietatem ſibi praphato domno Deſiderio Abbati, ſuique ſucceſſores, vel in partem prephati veſtri monaſterii, & poſt ſoluta pena hujus noſtra conceſſionis munitum firmum, hac ſtabile maneat in perpetuum. Ut autem hec noſtra conceſſionis paginam firmius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu noſtra propria corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.

Ex originali in Archivo.



Signum domni Riccardi excellentiſſimi principis.

Ex juſſione prefate ſereniſſime Poteſtatis ſcriptum per manus Johannis judicis in anno nono principatus ipſius domni Riccardi, & domni Jordanis glorioſor. principum, & quarto anno Ducatus eorum Cagete. Datum anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo ſeptimo in menſe Sepetembrio per indictione quinta.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula ſerica crocei coloris. Eidemque noſocomio bona quædam conceſſit Ruggerius Calabriæ Dux, ut conſtat ex ejus privilegio, quod autographum conſervatur in noſtro Archivo.

† *In nomine ſancte & individue Trinitatis Roggerius divina favente clemensia dux Robberti magnifici ducis heres, & filius. Convenit omnes in regimine conſtitutos dominicis obedire praeceptis, atque ei per quem regnant, colla ſubicere, ut regni illius mereantur eſſe participes. Quod fine caret, quod ſemper ſine merore, ſine jactura durabit. Ob amore igitur regis cœleſtis, per quem ſubſiſtimus, & regnamus, ob redemptionem etiam animarum prædicti patris mei Robberti bonæ recordationis, & matris mee Sikelgaite, ſalute quoque mea, ac filiorum meorum concedimus, & damus in perpetuum eccleſiæ beati Benedicti S. Caſſinenſis monaſterii, & ejus hoſpitali terras in pertinentiis Trojane civitatis nobis a Deo conceſſe, ſcilicet in loco, qui Valles gravate dicitur ſecus territorium Caſtellonis ab ipſa ſtratella inperam, que fixa eſt in limine ab ipſa petra in Cannis neris ab ipſis Cannis uſque in viam, que venit a S. Laurentio, & per ipſam viam deſcendit in viam Bufurcam, qua venit a Virginolo, per ipſam viam revertitur ad territorium Caſtellionis, per latitudinem vero quantum octo paria boum, tendunt, ea enim ratione, ut ſemper in perpetuum ſecure, & quieto, ut dictum eſt, illas habeat predictum monaſterium, & oſpitale, ſine noſtra, noſtrorumque heredum, vel ſucceſſorum, ſeu aliorum contrarietate, quod ſi quis forte auſu temerario hujus noſtre conceſſionis violator*

lator

Digitized by Google

Iſtor extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras decem, medietatem cameræ noſtra, & medietatem prædicto monaſterio, & hac noſtra conceſſio ſemper firma, & inviolata permaneat in perpetuum. Textum vero hujus noſtre conceſſionis tibi Lando notario noſtro ſcribere precepimus, & noſtro Cuntipario plumbea bulla impreſſione juſſimus inſigniri. Anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo quarto Ducatus autem noſtri nonodecimo, menſis December indictione tertia decima.


✠ *Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.*

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula ſerica diverſorum colorum.

Ugo quoque Sorevus Molendinum eidem conceſſit, quæ ejus conceſſio hiſce verbis incipit.

Ex originali in Archivo. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Ego Ugo Sorevus domnus caſtri Mignani, & filius cujuſdam bone memorie domni A de Sorevi.*

Declaro, quoniam per anc monitionem domni Georgii Sacerdotis, & Monachi fui compulſus inſpiracione divina, & recordatus fui ſalutis anime mee, & anime patris mei, at anime Matris mea, at anime uxoris mea, omniumque parentum meorum vivorum, atque defunctorum, ut in hoc ſeculo, & in futuro apud dominum noſtrum Jeſum Chriſtum poſſimus habere indulgentiam omnium delictorum noſtrorum & ideo ſicut mihi aptum, & congruum eſt bona, & enim mea voluntate per hanc cartulam offero in monaſterio beati Benedicti, quod fundatum eſt in caſtro montis Caſini, in quo nunc Deo concedente domnus Girardus Reverentiſſimus Abbas preeſt, hoc eſt, unum molendinum, quod conſtructum eſt infra fines predicti mei caſtri Mignani ſubter illa parte predicti oppidi, que nuncupatur Fracta, videlicet juxta ripam prædicti caſtri, & prope portam predicte fracte, & prope ipſum molendinum, quod Richardus, & Jordanus principes olim in predicto monaſterio dedere, & inter iſtud, & illud via publica tantum eſſe videtur una cum forma, & ripis, aquarumque curſibus ſubter, & ſuper, & cum omnibus ejus pertinenciis ſcilicet, quia forma ejuſdem molendini eſſe videtur juxta prædictam portam. Itaque offero ipſum predictum molendinum in prefato S. monaſterio, ut ipſum, & omne proficuum, quod exinde accipitur totum ſit in Xenodochio predicti monaſterii propter pauperes, & egenos nutriendos, quod conſtructum eſſe videtur ante portam jamdicti monaſterii, & in quo nunc predictus domnus Georgius ſacerdos, & monachus gubernator habetur, & propter recordacionem futuri temporis, & perhennem ſtabilitatem hos noſtre firmitatis apices fieri juſſi, ut amodo, & ſemper ipſe prephatus domnus Georgius ſacerdos, & monachus, atque gubernator predicti xenodochii ipſum predictum molendinum cum ipſa forma, & ripis, aquarumque curſibus ſubter, & ſupra, & cum omnibus ejus pertinenciis, & ſui ſucceſſores pro vice predicti xenodochii firmiter, & quiete habere, & poſſidere valeant ad poſſeſſionem jamdicti xenodochii, ea videlicet racione, quatenus nec a me predicto domno Ugone, nec a meis heredibus, nec a noſtris ſucceſſoribus, neque ab ullis hominibus, nullo in tempore ipſum prephatum xenodochium, ſeu predictus domnus Georgius ſacerdos, & monachus, atque gubernator predicti xenodochii, ſuique ſucceſſores de predicto molendino cum forma, & ripis, aquarumque curſibus ſubter, & ſuper, & cum omnibus ejus pertinenciis nullam moleſtiam, vel fatigationem patiantur, & obligo ego predictus domnus Ugo, me, & meos heredes, & ſucceſſores noſtros ad predictum xenodochium, & ad predictum domnum Georgium gubernatorem, & ad ſuos ſucceſſores ipſum prædictum molendinum, ſicuti ſupradictum eſt illis defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, ab omnique partibus. Si autem aliquis, ex meis heredibus, vel noſtris ſucceſſoribus, aut quiſlibet ex noſtris hominibus auſus fuerit iſtam cartam evacuare, de qua prelegitur auri libra decem, ad predictum xenodochium, vel ad gubernatorem predicti xenodochii, qui ibi præerit in illo tempore, componat, & data pena hec carta offertionis rata, ac firma permaneat in perpetuum. Et hac carta oblata eſt a me in predicto S. monaſterio in anno domini noſtri Jeſu Chriſti M. C. XIIII. & in ſeptimo anno principatus domni Roberti glorioſiſſimi Principis in menſe Apreli, & in ſeptima indictione, & ut veraciter credatur, tibi Petro Diacono, & notario ſcribere juſſi, & ad huc cum manu mea propria iſtam cartam corroboravi & noſtri ſigilli impreſſione juſſi inſigniri. Caſtro Mignano,



Adeſt ſigillum cereum affixum.

Huic etiam noſocomio anno 1147. 2. Id. Decembris, indictione XI. Ruggerius utriuſque Siciliæ rex anno regni ſui decimo octavo omnia bona confirmavit: *Cum ſervis, & ancillis, aldianis, mancipiis, cartolatis, offertis, cum terris, vineis, ſilvis, montibus, planitiebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus &c.* Atque initio privilegii ait; *Piis ergo locis venerabilibuſq; Xenodochiis debita tuitionis munimina impendentes illum, quam maxime juvare, & defenſionem impertire, regiam celſitudinem convenit, quam Pater ſanctiſſimus Benedictus incoluit, extruxit, & ſua corporali præſentia clariſſimum, ac memorabilem toto orbi effecit, unicum egenorum ſolacium, peregrinorum, & neceſſitatem habentium portum.*

Sacra Cœna publice habita in Feſtis ſolemnibus. Uſu quoque receptum apud Caſſinates fuerat, ut in ſolemnioribus quibuſque Feſtivitatibus con-

cio Sacra publice haberetur, quod ex Leone Oſtienſi lib. III. cap. 10. colligitur, in quo ait: *Poſt ſolemnem itaque diei tanti Sermonem mox Humbertus &c.* idemqoe teſtatur Ignotus Caſſinenſis apud Peregrinium in Hiſtoria principum Langobardorum pag. 113. num. 33. hiſce verbis: *Eo autem die ſanctam dominicam more ſolito Bertharius Abbas ſuum exhortabat divinis preceptis beatiſſimum gregem &c.*

Diſcipline rigor ex Petro Diacono.

Petrus Diaconus lib. III. cap. 69. factum narrat quod in cœnobio Caſſinenſi tempore Victoris III. papæ, & Goiberti pſeudo Pontificis evenerat, ex quo exacta Caſſinatium regularis diſciplina patet. Sed Petrus ipſe audiendus: *Ita, eu, pro dolor! Apoſtolica, & univerſalis B. Petri eccleſia, eo die, quo ejus præcipue feſtivitas extitit, omni, tam nocturno, quam diurno, officio caruit. Sic Guiberti Æreſiarcha ſpes fruſtrata eſt, qui in Apoſtolorum ſolempnitate miſſas illic celebrare affectabat &c. Eo itidem tempore, dum quidam peregrini orationis gratia ad beatum Benedictum venirent, obvius illis quidam vir canonicus factus eſt, quem quis eſſet interrogantes, Petrum Apoſtolum ſe eſſe reſpondit. Et illi: Quo tendis? Et ſanctus Apoſtolus: Vado ad fratrem Benedictum, ut cum illo paſſionis mea diem celebrem, nam Romæ conſiſtere non valeo; variis enim procellis eccleſia mea deprimitur.* Quod dum fratribus viri illi poſtmodum reſeraſſent, ad ſuccedentium memoriam *conſtituerunt ita tanti Apoſtoli feſtivitatem, ſicut & patris Benedicti cum maxima devotione ſollemniter celebrare.* Vid. notæ Angeli de Nuce ad hoc Petri caput, & Baronius anno 1087. quo hæc eadem narrat.

Proſtrati in Capitulo culpas fatebantur Caſſinates.

Proſtrati in Capitulo culpas fatebantur ſuas Monachi Caſſinates, teſte Leone Marſicano lib. II. cap. 95. dum ait: *Surgentes tandem illi quatuor Fratres, ſeque de more monaſterii terra humiliter proſternentes, ſe tantum, cæteris ignorantibus, cujus facinoris auctores ſe fuiſſe confeſſi ſunt.*

Quo vero rigore regularis paupertas in hoc cœnobio ſervaretur, ex hiſce Victoris III. verbis pag. 84. diſcimus luculentiſſime: *Quidam autem Frater cum cauſa obedientiæ e Monaſterio ad civitatem deſcendiſſet, duodecim a quodam accipiens denarios, eoſque propria utilitatis gratia occulte capiens, ſibi in ſinum miſit, cum autem ad monaſterium reverſus, ad puerum in locum, quo vexabatur, acceſſiſſent, ſtatim diabolus hoc modo eum per os pueri coram Fratribus infamare cœpit, dicens: Monachus iſte contra regulam ſui Ordinis duodecim denarios a tali viro accipiens, cauſa proprii commodi, occultatos retinet in ſinu. Igitur cum a Fratribus interrogaretur, utrum nam vera eſſent convitia, quæ antiquus hoſtis per os vexati ſibi objiceret? mox ille ſuam clamitans culpam, omnino id ita eſſe profeſſus eſt.* Invaluerat jam forſan ab hoc tempore aliquod apud monachos proprietatis vitium, quod extirpare conatus eſt Stephanus IX. Romanus pontifex, & monachus Caſſinenſis, teſte Leone Oſtienſi lib. II. cap. 97. ubi ait: *Et quoniam vitium proprietatis paulatim in hoc loco a prioribus annis irrepſerat, cœpit omnimodis inſiſtere opportune, importune arguendo, obſecrando, increpando, nec non & diſtrictiſſime interminando, ut prædictum vitium hinc juxta mandatum regulæ radicitus amputaret, & hoc quidem ex parte maxima fecit. Tunc etiam, & Ambroſianum cantum in eccleſia iſta cantari penitus interdixit.* Suavior quippe, ordinatiorque erat cantus Romanæ eccleſiæ præ cantu Ambroſiano ſonoro, ac vehementi, teſte Rodulpho Tungrenſi lib. 10. de Obſervantia canonum prop. 12. apud Nuceum in notis ad laudatum caput Leonis. Vid. Baronius ad annum 1057., & Mabill. Annal. Tom. IV. pag. 571., & 689.

Cantus Romanus invectus.

Referr Petrus Diaconus lib. 3. cap. 46. epiſcopum Roſſallenenſem pecuniam in ſacrario Caſſinenſi depoſuiſſe, quod ubi reſcivit Jordanus Capuæ princeps, per vim inde abſtulit, eoque perpetrato crimine, cœcus ad mortem uſque evaſit. Idem teſtatur Gregorius VII. in una e ſuis epiſtolis a nobis ſupra relata, cui magnopere adeo Jordani ſcelus diſplicuit, ut acres in Abbatis, monachorumque timiditatem pœnas decernere voluerit, niſi erga cœnobium Caſſinenſe mirificos amor remoram injeciſſet, ut ipſemet in una e ſuis epiſtola quoque a nobis ſuperius exſcripta minacíter ſcribit. Sacris tamen baſilicam Caſſinenſem ornamentis omnibus exutam interdixit ad aliquod temporis ſpatium. Vid. Baronius ad annum 1078. ubi narrat in ſynodo Romæ a Gregorio VII. hoc eodem anno quinto nonas Martii coacta, ad quam centum fere epiſcopi præter Abbates, clericoſque convenere, hunc inter alios ſtatutum canonem: *Si quis Northmannorum, vel quorumlibet hominum prædia monaſterii S. Benedicti montis Caſſini invaſerit, vel quaſcumque res ejuſdem monaſterii injuſte abſtulerit, & bis, vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi ſubjaceat donec reſipiſcat, & eccleſia ſatisfaciat.* Quem canonem refert etiam Mabillonius Tom. V. Annalium pag. 125. Adeo cœnobium Caſſinenſe in pretio a Romana eccleſia habebatur.

Pecuniæ apud Caſſinum depoſitæ.

Indulgentiæ conceſſæ a Romanis Pontificibus.

Mabillonius in Præfatione ad ſæculum V. pag. 71. de Indulgentiis agens hæc ad rem noſtram pag. 72. num. 109. potiſſimum habet: *At celebris præ cæteris & plena fuit indulgentiarum gratia ab Alexandro ſecundo impertita in dedicatione eccleſiæ Caſſinenſis, nempe tam iis, quos tunc præſentes eſſe contigerat, quam omnibus, qui per octo continuos dies eo conventuri eſſent, confeſſorum peccatorum abſolutione conceſſa &c.* Quod idem repetit Annalium Tom. V. pag. 34., narratque Baronius anno 1071. ex Leone Oſtienſi Dedicationi baſilicæ Caſſinenſis præſente, cujus hæc de re graviſſima ſunt verba lib. 2. cap. 31. *Peracta igitur ſollemniter celebritate miſſarum, & apoſtolicæ poteſtatis auctoritate tam iis, quos tunc præſentes eſſe contigerat, quam omnium, qui per octo continuos dies ob devotionem tantæ ſollemnitatis ibidem accurrere poſſent, confeſſorum peccatorum abſolutione conceſſa, cum maxima, & ingenti lætitia ſinguli redierunt in ſua. Verum præfatæ abſolutionis gratia tanta undique huc diverſi ſexus, atque ætatis, per eoſdem octo dies hominum ſe continuavit frequentia, ut neminem fere illorum, qui ad primum diem confluxerant, domum remeaſſe putares &c. Infidelem certe, quiſque ſe credere miſerum penitus æſtimare, ſi tantæ ſollemnitatis, vel fini tandem non ſatageret intereſſe &c.* Eodem in capite Leo Oſtienſis hæc memoratu digna ſcribit: *Partim igitur deſiderio Deſiderium viſendi, partim vero templi tam vulgati, & tam celebris contuendi, partim denique in hoc ſacroſancto cœnobio converſandi, & Deo quoad viverent ſerviendi, multi ex multis, & ex-*

Digitized by Google

& extimis terrarum partibus, huc cœpere confluere, & hilariter. Deſiderio recipiente factum eſt, ut intra ipſum ferme biennium ad ſæculum circiter centenarium congregationis loci hujus ſe numerus porrexiſſet. Jam vero diverſorum regum, atque potentium utriuſque ſexus, quanta circa eumdem venerabilem patrem cœperit haberi devotio, ſupplices ad eum litteræ, & munera decentia teſtabantur, quibus ſe, ſuoſque omnes tam ſuis, quam Fratrum ſub eo degentium precibus attentius commendabant.

Et Pontificalia ornamenta.

Jam a nobis privilegii Victoris II. verba relata ſunt, quibus collatum ab anteceſſore ſuo Abbatibus Caſſinenſibus ſandaliorum, & dalmaticæ uſum, aliaſque prærogativas hiſce verbis confirmat.

Uſum quoque ſandaliorum, & dalmaticæ quamvis jure Cardinalatus tui ab Apoſtolica ſede perceperis, a nobis tamen tibi, & loco deinceps in principalibus tantum feſtis concedimus ad honorificentiam tam venerabilis cœnobii, & ob dilectionem tui ſecundum quod præfatus deceſſor noſter tuo præfato conceſſit. Præterea corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in omni conventu epiſcoporum, & principum ſuperiorem omnibus Abbatibus ſedem, & in conciliis, & judiciis priorem ſui Ordinis hominibus ſententiam pro reverentia ſanti loci, qui primum, & ſummum monaſticæ legis latorem vivum, & mortuum retinere promeruit, quique ipſius legislationem ſcripto verbo, & exemplo cœnobiale propoſitum appetentibus in toto mundo ſole clarius evibravit. Defuncto autem Abbate ex ſe ipſa Congregatio ſecundum ſanius conſilium ſapientum, & ſeniorum Fratrum ſibi Abbatem eligat, & apoſtolicæ ſedis Pontifici firmandum, & conſecrandum exhibeat &c. Hujus privilegii meminit Leo Oſtien. lib. 2. cap. 96. in quo etiam ait, ejuſdem generis privilegium a Stephano IX. Abbatibus cœnobii noſtri conceſſum; & cap. 81. meminit, idem a Leone nono Richerio Abbati collatum; cap. vero 20. lib. 3. narrat emptas a Deſiderio Abbate veſtes omnes ſacras, quibus Victor II. utebatur, inter quas: *Dalmaticas ſimiliter exametam auro, & alb. a capite, & pedibus, ac manibus inſignitam. Tunicam Diapiſtin, cum Urna ampliſſima a pedibus, & manibus ac ſcapulis aurea. Stolas auro textas cum manipulis & ſemicintiis ſuis numero novem.* Tunica veſtis eſt, qua cum dalmatica utuntur epiſcopi, atque Abbates, cum miſſàrum ſolemnia celebrant, eamque modo tunicellam appellant, ex quo Joſeph Vice-Comite corrigas, qui lib. 3. de miſſæ apparatu cap. 21. ait, *de tunica ab Abbatibus lata nunquam mentionem fieri:* cum ex cap. quoque 100. ejuſdem Leonis diſcere potuerit Abbatem Caſſinenſem eadem tunica, ſeu tunicella, iiſdemque ornamentis pontificiis uſum, quibus deinde indutus eſt Stephanus IX. Romanus pontifex. Ex laudato etiam Leonis capite vigeſimo conſtat Abbatem Caſſinenſem in faldiſtorio ſediſſe, qua Sella utuntur epiſcopi, atque Caſſinenſis Abbas cum verba ad populum faciunt, vel Ordines eccleſiaſticos conferunt. Utebatur quoque paſtorali virga, ut ex laud. cap. 20., & ex lib. 2. cap. 53. ejuſdem Chronici Caſſin. conſtat. Semicinthium ad propria Pontificum veſtimenta ſpectabat, teſte Innocentio III. de Myſt. Miſſ. Erat enim ſemicinthium veſtis pontificalis, quam celebrans induebat ſicut mulieres gremiale. Vid. Nuceus ad cap. 20. cit. Hinc Anacletus II. in privilegio relato in chronico cœnobii S. Sophiæ Beneventi apud Ughell. Ital. Sac. tom. 8. col. 689. ait: *Mitram, ac chirotecas tam tibi dilectiſſime fili Franco Abbas, quam ſucceſſoribus tuis in perpetuum habere, ac poſſidere concedimus, dalmaticæ quoque uſum, at Semicincti his diebus tantum, qui inferius prænominantur, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Apoſtolicæ ſedis liberalitate concedimus, ac tribuimus, id eſt, natalis Domini &c:* Et Urbanus II. in privilegio Oderiſio Abbati anno 1097. conceſſo habet: *Eorum enim* (ſcilicet prædeceſſorum) *& nos veſtigiis inſiſtentes, Caſſinenſe cœnobium cæteris per Occidentem cœnobiis præferendum aſſerimus, & tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum, ſeu principum, ſuperiores omnibus Abbatibus conſedere, atque in judiciis priorem cæteris ſui Ordinis viris ſententiam proferre ſancimus. Uſum quoque compagorum, ac Chirotegiæ, dalmaticæ, ac mitræ præter Kardinalatus jus, quo in ſede apoſtolica fungeris, tam tibi, quam ſucceſſoribus tuis in præcipuis feſtis habendum concedimus &c.* Quorum Diplomatum meminit Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſinenſis cap. 17., & Mabillonius Annal. tom. V. pag. 391. de ornamentis vero pontificalibus, quæ Abbatibus conceſſa ſunt, diſſerit idem Mabillonius in præfatione ad ſæculum VI. Actorum Sanctorum Ord. S. Benedicti part. I. pag. 17.

III.

RES HOC SÆCULO IN COENOBIO CASSINENSI GESTÆ.

Monachi viventi Johanni Abbati Docibilē ſubſtituunt.

LEo Oſtienſi lib. 2. cap. 28. narrat, Johannem III. Caſſinenſium Abbatem cum ſeſe mire præpotentia conterminorum Comitum preſſum ſentiret, Capuam ad aliquod tempus conceſſiſſe, qua occaſione capta monachi ejus ſeveritatis pertæſi Docibilem Cajetanum, quem, *Vita ſimplicis*, appellat Leo, Abbatem intruſerunt. Cum vero Docibilis ad bona cœnobii Caſſinenſis in Marca Teatina inviſenda, ſeſe contuliſſet, ubi pluribus equis, rebuſque aliis donatus fuerat, inde rediens iis omnibus a filiis Benzonis per ſummam injuriam expoliatur. Ubi id reſcivit Bernardus Comes, totidem Docibili equos reſtituit. *Veniens autem præfatus Abbas* (proſequitur Leo) *in locum qui Furca Pennenſis vocatur converſus, univerſos Benzonis filios maledixit, Bernardum vere cum ſuis omnibus benedicens, ut domui ejus domus Benzonis ſemper ſubdita eſſet, & ut nunquam de domo ejuſdem gladius ira Dei recederet, terribiliter imprecatus eſt. Quod videlicet fieri nos hodieque videmus: &c.* Cum vero Joannes Abbas ad monaſterium Caſſinenſe rediiſſet, Docibilis Cajetam conceſſit, relicto Abbatiali regimine, cui jure competebat.

Theobaldus eligitur Abbas corā Pōtifice, & Imperatore S. Henrico.

Anno 1022. die 28. Junii a monachis Caſſinatibus electus eſt Abbas Theobaldus: *Vir utique* (teſte Leone Oſtienſi lib. 2. cap. 42.) *& genere, & moribus clarus, qui eo tempore Marchiæ præpoſituram, unde & ortus fuerat, naviter ad miniſtrabat &c. ipſo etiam Imperatore, quem tunc præſentem eſſe contigerat, una cum prædicto Papa, eamdem electionem valde laudantibus, ſicque die altera nativitatis apoſtolorum Petri, & Pauli, ab eodem bea-*

riſſimo Papa honorabiliter conſecratur. Pontifex erat Benedictus VIII., & Imperator S. Henricus, ut idemmet Leo initio ejus capitis explicat; quibuſcum plures Cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, aliiſque magnates erant. Quare nulla certe ullius Abbatis facta a Caſſinatibus celebrior electio. Vid. Baronius anno 1022. pag. 71., & Mabillonius tom. IV. Annal. pag. 288.

Qui illi dolore miraculo ſancti Benedicti ſanatur.

Dum S. Henricus Imperator Caſſini verſaretur, ilii dolore correptus, ſanctiſſimi Benedicti protectioni enixe ſeſe commendavit, pauloque poſt per viſum S. Benedictus Imperatori apparens eum morbo liberavit, monuitque, ne amplius de re certiſſima dubitaret, nempe corpus ſuum, ſororiſque Scholaſticæ Caſſini extare. Rumoribus enim in vulgus ſparſis nonnihil ea de re hactenus hæſitaverat S. Henricus. Præſtitam ſibi per miraculum a S. Benedicto ſanitatem publice pontifici, magnatibus, & monachis faſſus eſt, pluraque in gratiarum actionem privilegia, & dona monaſterio obtulit piiſſimus Imperator, idem præſtante Benedicto pontifice, atque Belgrimo archiepiſcopo Colonienſi, ut fuſius narrat Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 43. ubi hæc notatu digna ait: *Quamvis nimiam* (Henricus) *circa hunc locum devotionem gereret, & nuſquam terribilius, ac venerabilius oratorium ſe vidiſſe aſſereret, &c.* (& in fine) *Tantaque de cætero circa hunc ſanctum locum devotionis extitit, ut ſi aliquanto diutius viveret relicto Imperii faſtigio, Deo ſe ſub ſancta profeſſionis habitu hic ſerviturum ſponderet*. Capite vero 45. teſtatur Leo, hunc laterum dolorem inflictum a S. Benedicto Imperatori, dum adhuc Bavariæ Dux eſſet, quod plures a ſuis equos in Capitulo cujuſdam Ordinis noſtri cœnobii poni permiſerit. Quare noctu S. illi Benedictus apparens factum, atque ſcelus acriter exprobrans: *Virga*, (inquit Leo) *quam manu geſtabat illius latus percuſſit, & ex tunc dolore ilii torqueri vehementiſſime cœpit*. Vid. Baronius anno 1022. Sigonius de Regno Italiæ lib. 8. pag. 352. quidquid contra manifeſtam veritatem aſſerat eruditiſſimus Pagius eodem anno num. 4. hiſce verbis: *Benedictini Galliæ ſolide probarunt, & conficta eſſe, quæ Baronius ex Leone Oſtienſi narrat, de ſanitate reddita S. Henrico in monte Caſino poſtquam S. Benedictus ei apparuit, ſuumque corpus in monte Caſino requieſcere docuit. Leoni itaque Oſtienſi Epiſcopo & monacho Caſſinenſi hac in re fides non adhibenda*. Nam Mabillonius, & Ruinartius ſæculo VI. Parte 1. pag. 452. hæc inquiunt: *Hic vero omittere non licet inſigne miraculum, quod in hac Italica expeditione factum eſt meritis B. patris Benedicti, qui Imperatorem ordini ſuo addictiſſimum, calculi morbo diriſſime vexatum, in ipſo Caſſinenſi monaſterio, quo ſeſe pius princeps deportari juſſerat, ſanitati reſtituit. Res eſt auctoris ipſius vitæ verbis referenda, qui cap. 22. eam ſic eveniſſe narrat. Cum* (Henricus) *civitates Apuliæ pertranſiret, & quæ ad militarem, & honorem regni pertinebant, in eis prudentiſſime diſpoſuiſſet, cœpit in infirmitate calculi laborare, cujus morbi moleſtiam vir ſanctus tanta patientia ſuſtinuit, ut paſſiones carnis ad cuſtodiam humilitatis a Deo ſibi collatas aſſereret: & flagellum correptionis, certiſſimum dilectionis ſignum eſſe affirmaret. Fomenta tamen curationum ſibi fecit adhiberi, ſed nulla medicorum ſubtilitate ad integrum potuit liberari. Ingraveſcente autem dolore aſcendit montem Caſinum .... ibique per interceſſionem B. Benedicti, & S. Scholaſticæ precibus, & lacrymis poſtulavit a Deo ſalutem corporis & animæ ſibi præſtari. Impletumque eſt, quod per prophetam dicitur:* *Exquiſivi Dominum, & exaudivit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. *Nam petiit, & exauditus eſt: pulſavit ad oſtium perſeveranter miſerantis potentiæ, & intromiſſus eſt: Interea Rex cœpit cogitare, quæ de tranſlatione ſancti Benedicti audierat, & quia reliquiæ ejus dicebantur furtim ſublatæ, & in alium locum tranſlatæ, ideo vir ſanctus de corporali ejus præſentia dubitabat. Completa itaque oratione, homo Dei ad Hoſpitium ſe contulit, & laſſatus, ac debilitatus in lectulo ſe collocavit, in quo obdormiens vidit S. Benedictum ſibi adſiſtere, & ferrum ſectorium ad medicinales ſectiones aptum manu tenere, qui dixit ei:* Quia ſperaſti in Deo, & in ſanctis ejus, ecce miſſus ſum a Deo, ut per meam medicinam ab infirmitate tua libereris. Ecce ego cujus oſſa furtim ſublata eſſe putabas, præſentiam meam tibi exhibeo, & in argumentum veritatis paſſiones tuas curabo: *Hæc dicens partem illam corporis, ubi calculus jacebat medicinali ferro quod manu tenebat aperuit, & evulſo molliter calculo, hiatum vulneris ſubita ſanitate redintegravit, calculumque, quem tulerat, in manu regis dormientis repoſuit. Quo facto, Chriſtianiſſimus Imperator evigilavit, & pertractans ſecum quæ circa ipſum per confeſſorem Chriſti geſta fuerant, videnſque calculum, quem manu tenebat, vocavit Satellites, qui regio more ſibi ſemper adſiſtebant, dixitque ad eos: pontifices, regnique noſtri principes vocate ad me, ut cognoſcant, & videant mirabilia Dei, quæ ineffabilis miſericordia, & inenarrabilis potentia ejus fecerunt in me. At illi mandata regis celeri curſu perferentes ad principes perduxerunt eos ad regem, quos rex ſalutans, reſalutatuſque ab eis, ſic allocutus, eos eſt:* Fratres, & Commilitones mei, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum; quia ipſe eſt magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis: Ipſe percutit, & medetur, flagellat peccatores, & pœnitentibus miſeretur: Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto. En ego, qui heri morti proximus fui, per miſericordiam Dei hodie vobis appareo ſanus, & aculeum mortis, quem heri geſtavi incluſum corpori meo, hodie oculis veſtris viſibiliter oſtendo. *Hæc dicens oſtendit calculum, quem manu tenebat, & oſtendens cicatricem vulneris, omnia, quæ per ſanctum Benedictum circa ipſum geſta erant, cunctis audientibus, ex ordine referebat. At illi videntes, & audientes mirabilia Dei, & pluſquam credi poteſt, admirati ſunt, & benedicentes Deo, diuque in laudem ejus acclamantes de incolumitate regis gaviſi ſunt, rurſumque rex ad eos: Quas, inquit, gratiarum actiones, aut quæ munera tantis beneficiis condigna, Medico noſtro Benedicto poſſumus rependere? At illi omnes judicaverunt eum regia munificentia dignum eſſe. Rex ergo, ex conſilio principum ſuorum ingentia munera in prædiis, in auro, in argento, in ornamentis plurimis, eccleſiæ S. Benedicti contulit. Et valefaciens Fratribus, qui eidem Eccleſiæ præſidebant, a Caſino monte hilaris, & ſa-*

Marginal notes: nota. (beside "Quamvis nimiam (Henricus) circa hunc locum devotionem gereret"); * Pſal. 33. (beside "Exquiſivi Dominum"); nota. (beside "qui dixit ei")

nus

nus diſceſſit. Ab ec autem tempore, & deinceps quadam ſpeciali dilectione, & veneratione S. Benedicto, & omnibus monaſtica religionis culteribus ſtudnis deſervire, & in amplificandis, ac protegendis rebus Eccleſiaſticis benignus, ac devotus Pater exiſtere, &c. Et pag. 453. laudati ſcriptores ſubdunt: *Certe hoc ipſum ſanati apud montem Caſſinum Henrici miraculum narrat auctor vita S. Mein Werci, &c.* Atque dona ab Imperatore, Benedicto pontifice, & Belgrimo Caſſinenſi cœnobio oblata iiſdem Leonis verbis deſcribunt. Eadem compendio repetit Mabillonius Annal. tom. IV. pag. 288. ubi tamen addit, hæc non ſufficere ad elevandam Corporis S. Benedicti translationem in Galliam.

Graviſſima Caſſinatibus damna irrogat Paldulphus.

Irrogata graviſſima ab iniquo Paldulfo quarto Capuanorum principe cœnobio Caſſinenſi damna haud aliis certe verbis aptius deplorare poſſumus, quam Victoris III. teſtis omni exceptione majoris, qui illis temporibus vivebat. Libro itaque Dialogorum primo pag. 30., & ſeqq. ſic loquitur: *Pandulphus Capuanus princeps vir potentiſſimus, ac ditiſſimus fuit, qui latrocinando, humanum ſanguinem fundendo, civitates, oppida, ac aliorum pradia circum circa manentium crudeliter auferens ſuo ſubdidit dominatui, quippe ſtupra, cades, rapinas, diſtractieneſque bonorum, eccleſiarum, multa per tempora abſque ulla miſeratione, inſatiabiliter exercuit. Igitur cum plurimas opes Chriſti eccleſiis diripiens abſtuliſſet, omnia contra villas, ac pradia hujus Monaſterii, cupiditate ductus ſacrilega abſtulit: itaut, nec unum ruſticum, qui rura coleret, vel rura, qua a ruſtico colerentur, Monachis reliquiſſet. Inſuper etiam omnem theſaurum hujus monaſterii auferens aſportavit, ac in arce, quam non longe a Capuana urbe in Monte qui S. Agatha martyris dicitur, conſtruxerat in qua multa ſpolia orphanorum, viduarum, & eccleſiarum ac pauperum intulerat, condens repoſuit. Cum vere jam omnipotens Deus tantis ſcelcribus finem vellet imponere, & lachryma & voces pupillorum, viduarum, ac pauperum, nec non orationes, praceſque ſervorum Dei in conſpectu divinitatis ejus eſſent admiſſa ſicut ſcriptum eſt.* Cor Regis in manu Dei eſt, *Conradi Imperatoris menti inſpiravit, ut ad vindicandas ejus eccleſias, ac de Tyrannorum manibus eruendas Italiam reviſens Romam veniret. Cum igitur magno exercitu congregato Italiam ingrediens Romam veniſſet, optimos ex latere ſuo viros Capuam mittere placuit Pandulfo principi, cui ut bona S. Benedicti injuſte a ſe ablata omni poſtpoſita mora reſtitueret, & nobiles, vel cujuslibet generis viros quos captos, ac magno ferri pondere connexos, multos in carcere detinebat, dimitteret, omneſque res illorum eis feſtinanter redderet, per eoſdem viros voluit imperare, nam voluntas veniendi ad has partes minime animo ejus inſederat, ſi ea perficere poſſet, qua per prafatos viros eidem Pandulfo pracipiebat &c. Cumque ii, qui miſſi ab Imperatore fuerant, Capuam veniſſent, multis cum eodem Pandulpho verbis fruſtra habitis ad Imperatorem ſine effectu reverſi ſunt. At vere poſtquam Imperator ſe contemptum a principe vidit, ira commotus Roma exercitu moto egrediens Caſinum venit, ac ad B. patris Benedicti limina conſcendit. Facta hora Fratrum, Capitulum intravit, congregatiſque in unum Fratribus, ut pro ſe Dominum precarentur rogavit, ibique coram eis Deum, beatumque Benedictum non ob aliud ſe ad has partes veniſſe, niſi ut ejus Monaſterium de manu crudeliſſimi Tyranni eriperet, teſtatus eſt. Dein benedictione petita, inde egreſſus Capuam venit. Satellites vero prafati principis, qui Monaſterii bona ejus imperio ad ſui uſum detinebant, poſtquam de Auguſti adventu certificati cognoverunt, omnes huc, illucque fugientes diſperſi ſunt. Sicque factum eſt, ut Monaſterium omnia caſtra, villas, ac pradia ſibi ablata uno die reciperet: & ea, qua ibi ad aliquam uſum miniſtri ſcelerum congregaverant in Monachorum poteſtatem devenirent. Unde eis mihi contigiſſe videtur illud, quod B. pater Benedictus diſcipulis ſuis ex inopia panum triſtantibus olim pradixerat: Ut hodie minus, craſtina vero abundanter haberent. Prafatus igitur Auguſtus Capuam ingreſſus eidem Pandulpho principatus honorem auferens, alterum in locum ejus conſtituit. Ipſe vero in arcem, quam in monte S. Agatha Martyris ſummo ſtudio munierat, ex eadem urbe fugiens ſe contulit. Unde divina diſpoſitione contigit, ut omnia, qua latrocinando, pejerando multorumque cruorem innoxium effundendo, multa per tempora acquiſierat, in ſpatio unius ſeptimana amitteret, nihilque ſibi ex tot, & tantis acquiſitis municipiis, prater arcem, quam pradiximus, remaneret: & qui multos aliorum natos, ſuis ablatis rebus mendicare coegerat, qui ex eo orti ſunt uſque hodie, huc illucque mendicatum pergant. Qua omnia meritis B. Benedicti ſibi eveniſſe quis dubitet, cujus ipſe bona iniqua ductus cupiditate diſtraxit.* Vid. idem Victor pag. 41. ubi viſionem narrat a Pythagora de Paldolphi damnatione habitam; Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 59. 61. 64. & 65. in quibus fuſe iniqua Paldulfi geſta deſcribit, atque adventum ad Caſſinenſe cœnobium Conradi & Giſlæ uxoris, atque Gunildæ ejus nurus, quæ Cnuti Angliæ regis filia erat, oſtenditque duplici Caſſinatium legatione motum Conradum Italiam petiiſſe. In iiſdem rebus anno 1038. enarrandis Baronius utitur potiſſimum authoritate Leonis Oſtienſis. Quo eodem anno refert quoque Baronius a Paldulfo principatu Capuano per Conradum expoliato, evocatos fuiſſe in Caſſinatium exitium Nortmannos ea lege, ut principatu ſibi reſtituto, ditio Caſſinenſis illis cederet. Verum piiſſima erga Caſſinates divina providentia evenit, ut quo die ſceleſtum facinus Rodulfus Nortmannorum dux perpetrare debuerat, repentina morte abſumeretur. Vid. Leo Oſtien. lib. 2. cap. 75. & 76. Pagius anno 1038. num. 2. & 3. Mabillon. tom. IV. Annal. pag. 419. nota.

Nova Caſſinenſis Baſilica a Deſiderio extructa.

Cum Deſiderius Abbas eccleſiam S. Petri in monaſterio Caſſinenſi prope noſocomium conſtruxiſſet, in qua divina officia monachi perſolverent, veterem S. Benedicti baſilicam, quæ parva admodum erat, funditus evertit menſe martio anni 1066. magniſque impendiis igne, ferroque montis crepidines excidit, ut nova in planitie eccleſia conſtrueretur. Dum hæc agerentur, Romam ipſe petens, plures emit columnas Ægyptiaci marmoris, baſes, epiſtilia, pluraque marmorum genera, quæ ad portum Romanum, indeque maritimo itinere ad turrim Gariliani, hinc adverſo flumine Sujum, ac tandem plauſtris ad Caſſinenſe cœnobium advecta ſummo impendio ſunt. Quo vero

per-

Ubi ſepulchrum S. Benedicti inventum.

perfectius baſilica conſtrueretur, cum aditum planitiei baſilicæ adæquare ſtatuiſſet, quibuſdam terræ ulnis excavatis, ſepulchrum S. Benedicti ex inſperato inventum; quare religione tactus, neque eò ex loco transferre ſacra corpora SS. Benedicti, & Scholaſticæ auſus, ulterius complanare deſtitit; ornavitq; pretioſis lapidibus ſepulchrum. *Novum ſacrarium conſtruxit, turrim campanariam, periſtylium ante eccleſiam, quod nos Paradiſum vocamus*, inquit Leo. Parva quoque oratoria circa baſilicam conſtruxit in honorem S. Nicolai, S. Bartholomæi, S. Michaelis archangeli, & S. Petri apoſtoli, ut fuſius narrat Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 28. Neve deeſſet aliquid, quod baſilicæ magnificentiam augeret, accerſitis Conſtantinopoli artificibus, qui muſivo, ac quadratario opere maxime valerent, pavimentum ſtravit, eamque pluribus ditavit imaginibus, pictiſque ornamentis teſte Leone Oſtienſi cap. 29. cujus hæc verba notanda ſunt: *Et quoniam artium iſturum*, (ſcilicet Muſivi, & quadratarii operis) *ingenium a quingentis, & ultra jam annis Magiſtra latinitas intermiſerat, & ſtudio hujus inſpirante, & cooperante Deo noſtro, hoc tempore recuperare promeruit, ne ſane id ultra Italia deperiret, ſtuduit vir totius prudentia pleroſque de monaſterii pueris diligenter eiſdem artibus erudiri*, &c. Pro quibus Leonis verbis videatur eruditiſſimus noſter dum viveret intimæ notæ amicus Johannes Ciampinus monument. veter. Part. I. pag. 84. & Part. II. pag. 104.

Quadratario opere.

Caſſinenſis Baſilica dedicata.

Perfectam poſt quinquennium magnificentiſſime Caſſinatem Baſilicam, Kal. Octobris anni 1071. ſolemniter dedicavit Alexander II. Romanus pontifex, qui hanc tantum ob cauſam Caſſinum petierat cum omnibus tunc Romæ extantibus S. R. E. Cardinalibus. Præſentes dedicationi fuere archiepiſcopi decem, epiſcopi quadraginta tres, Capuæ principes Riccardus, & Jordanus filius, atque Ramulfus frater, Giſulfus Salerni princeps cum ſuis fratribus, Landulfus princeps Beneventi, Sergius Dux Neapolitanus, alterque Sergius Dux Surrentinorum: *Sed & Marſorum Comitum* (inquit Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 30.) *ac Balventium, filiorumque Borrelli ingens frequentia. Cæterorum vero potentium, ſeu nobilium tam noſtratium, quam Normannorum omnium circumquaque terrarum vel nomina, vel numerum innumerum, nulla prorſus fuit poſſibilitas, vel conſilium recenſendi*, &c. Antea vero hæc ſcripſerat: *Hildebrandum quoque Archidiaconum ejus, cæteroſque Cardinales, ac Romanos epiſcopos, deque Urbanis clericis, ac nobilibus plurimos affectu familiariſſimo convocavit* &c. *Fama itaque hujus rei longe, lateque vulgata, tanta totius fere Italiæ Epiſcoporum, Abbatum, Monachorum, clericorum, Magnatium, nobilium, mediocrium, diverſæque conditionis virorum pariter, ac mulierum ad diem condictam multitudo confluxit, ut ſtellarum fere cæli, quam illorum omnium numeroſitatem cuilibet fuerit æſtimare facilius. Ita univerſæ monaſterii officinæ, & ipſa quoque officinarum omnia tecta, ita totius ab imo, uſque ad ſummum montis itinera, & quid dicam? domus civitatis omnes, omneſque plateæ, omnia etiam longe, lateque camporum adjacentium ſpatia congregatorum ad tanta ſollemnia cuneis ſtipata erant, atque conferta. Apparatus interea per tres illos continuos dies præcedentes, ac ſubſequentes eandem ſollemnitatem in pane videlicet, ac vino, carniumque diverſarum, ac piſcium multiplicitate, adeo eſt copioſus expoſitus, ut nullus fere aliquis in tam innumera multitudine, qui non ſe ſufficienter hæc accepiſſe dixerit, potuerit reperiri* &c. Octo hæc ſolemnitas diebus poſt ipſam eccleſiæ conſecrationem perduravit, confluentibus undique Fidelibus ad indulgentias lucrandas ampliſſime a Pontifice impertitas. *Atque profuta abſolutionis gratia*, teſte Leone cap. 31. *tanta undique huc diverſi ſexus, atque ætatis per eoſdem octo dies hominum ſe continuavit frequentia, ut neminem fere illorum, qui ad primum diem confluxerant, domum remeaſſe putares* &c. Baronius anno 1071. de hac conſecratione agens inter alia hæc ſcribit: *Celeberrima quidem omnium dedicatio fuiſſe reperitur, cui ipſe Pontifex Romanus interfuit cum omnibus Cardinalibus, qui Romæ aderant, & Archiepiſcopis decem, & Epiſcopis quadraginta tribus, ſed & præſentes fuerunt Principes plures, atque Magnates, nec non populi innumera multitudo invitati omnes litteris Alexandri Pontificis*. &c. Vid. Pagi ad hunc annum nu. 20. & Mabillonius Tom. V. pag. 34.

Aurea argenteaque ornamenta ad baſilicam ornandā procurata.

Quo vero baſilicam a ſe erectam omnibus numeris abſolutam redderet Deſiderius Conſtantinopolim miſit e ſuis monachum litteris Imperatori commendatum, qui plura in ea urbe aliiſque in locis aurea, argenteaque ornamenta confici curaret ad ejus baſilicæ altaria locupletanda. Nimium eſſet ſingula hic ea ornamenta retexere, quæ Leo cap. 33. deſcribit. Hic vero per tranſennam admonendum duximus, Caſſinatem baſilicam eo modo formaque a Deſiderio conſtructam, quo veteres ſolebant. Qua de re videatur Ciampinus monum. Veter. Tom. I. cap. 1. & 2. & Mabillonius in Commentario prævio ad Tom. II. Muſæi Ital. pag. 21. & ſeqq. Totum quoque cœnobium Caſſinenſe Deſiderius magnificentius ampliavit, conſtruxitque, quam prius erat, ut fuſe deſcribit Leo Oſtienſis cap. 33. qui cap. ſequenti ædificatam ab eodem Deſiderio eccleſiam S. Martini ait, ornamentaque narrat illi attributa. Vid. Mabillon. Tom. V. pag. 48.

Ampliavit quoque cœnobium Deſiderius.

IV.

VIRI SANCTITATE HOC SÆCULO ILLUSTRES.

Floruerunt hoc ſæculo Vitæ ſanctimonia Paulus.

PAulus ſub Theobaldo Abbate monachus vitæ ſanctimonia floruit teſte Victore III. qui lib. 2. Dialog. pag. 73. hæc de eo ſcribit. *A Theobaldo Abbate religioſo videlicet viro, qui tunc Fratribus honeſtiſſime præerat, devote* (Paulus) *ſuſceptus eſt. Quem venerabilis pater in monaſterio B. patris Benedicti, quod intra Capuanam urbem conſtructum eſt, habitare præcepit: qui poſtquam ad eundem locum pervenit, ita ſe ſub ſanctæ inſtitutionis regula conſtrinxit, ut ob hoc omnibus mirabilis haberetur. Sed omnipotens, miſericors, ac pius Deus quantum ſibi ejus digna converſatio in hac vita placuerit, illius poſt obitum oſtendere eſt dignatus. Cumque in eodem monaſterio religioſam, honeſtam, ac dignam Deo converſationem exercens, aliquantos explеſſet annos, infirmitate pulſatus corporis, & carnis ergaſtulo, jubente Domino, exiviт. Igitur* qui-



Digitized by Google

Digitized by Google

quidam venerabilis vitæ epiſcopus ex Gallia partibus veniens orationis gratia ad eccleſiam B. Michaelis archangeli in Gargano monte conditam properabat. Cum autem ad Capuanam urbem deveniſſet, juxta eccleſiam protomartyris (Leo, & Petrus in locis mox adducendis eccleſiam S. Laurentii ſcribunt) *Stephani diverſus, hoſpitatus eſt. Denique cum nocte intempeſta e lectulo ſurrexiſſet, ante eccleſiam prædicti martyris ſtans, vicinas ſibi omnipotentis Dei aures precibus, lacrymiſque reddebat: cum ecce ſubito ad dexteram Orientis partem oculos porrexiſſet, vidit inſtar ſolis radiis lucem ſplendidam e monaſterio per aera mirabiliter advolare. Cumque diu lucem, quam videbat, attonitus miraretur, ſignum in monaſterio inſonuit, quo Fratris exitus ſignificabatur. Intellexit protinus e Fratrum numero aliquem magni meriti ex hoc mundo migraſſe, ſimulque cum ipſa luce cœli ſublimia penetraſſe. Mox itaque convocatis clericis, quæ viderat enarravit; ſtatimque ad monaſterium nuncium miſit, ut quis ibi defunctus eſſet, agnoſceret. Cumque is, qui miſſus fuerat monaſterium intraſſet, invenit Paulum venerabilem Monachum e corpore animam emiſiſſe.* Vid. Leo Oſtien. lib. 2. cap. 56., & Petrus Diaconus lib. 3. cap. 42., Michael Monachus in Sanctuario Capuano. Wion & Menardus in Appendice ad Martyrologium monaſticum Mabillon. cit. ſæc. & tom. pag. 106.

Johannes Apulus. De Johanne vero Apulo hæc idem Victor narrat lib. 1. Dialog. pag. 15., & ſeqq. *Johannes Sanctæ recordationis presbyter, qui in noſtro monaſterio Decanatus officio aliquo tempore functus eſt, veſtri poſtmodum monaſterii, quod intra Lucenſem urbem conſtructum eſt, præpoſitus fuit, qui quantæ obedientiæ, quantæque humilitatis fuerit, plures, qui eum noverunt monachi, & adhuc ſuperſunt, teſtes exiſtunt. De mirabilibus vero, quæ per eum divina majeſtas operari dignata eſt, quia plura a memoria lapſa ſunt, quæ recolo pauca narrabo. Cum idem vir Dei jejuniis, vigiliis, orationibus, maximeque largitati eleemoſynarum eſſet intentus, tantam lacrymarum gratiam Domino largiente promeruit, ut dubium non eſſet, quod illæ lachrymæ multa apud Deum impetrare valuiſſent, quæ ex tam ſimplici, humilique corde editæ fuiſſent. Cumque fama ſanctitatis ejus totam per eandem urbem clareſceret, dæmoniaca quædam, quæ graviter vexabatur, ad monaſterium, cui ipſe præerat, adducta eſt. Et cum ab eis, qui eam duxerant, ut pro ea Dominum precaretur, magnis precibus fuiſſet obſtrictus, convocatis Fratribus, oratorium intravit, atque multis effuſis lachrymis preces pro ea Domino fudit, ſtatimque ab ea dæmonium effugavit.*

Sed neque hoc ſileam, quod veridicis viris de eodem venerabili viro narrantibus agnovi, quod videlicet ita clarum eſt, ut nullis pene, qui intra mœnia ejuſdem præfatæ Urbis Lucenſis commorantur, occultum ſit, vel incognitum. Cujuſdam namque illuſtris viri uxor infirmitate detenta jacebat in lectulo, quæ adeo creſcente languore ad extrema perducta eſt, ut per tres dies ſine ſenſu, ſine voce recubans velut mortua haberetur. Cumque omnes, qui aderant, funditus de ejus vita deſperarent, ad Dei hominem miſſum eſt, ut pro ea omnipotenti Domino hoſtias, preceſque offerre dignaretur. At ille, ut erat benevolus animo, & ad ſupplicantium vota paratus, mox ſacerdotalibus indutus veſtibus ad altare omnipotenti Deo ſacrificium oblaturus acceſſit. Igitur cum intra ſacra Miſſarum ſolemnia nomen illius memoraretur, illa in domo propria longe a monaſterio poſita ex lectulo, in quo quaſi exanimis jacebat, tanquam ſi ab aliquo vocaretur, reſpondit. Cumque ab illis, qui aderant interrogaretur quid diceret, vel cui reſponſum dediſſet, illa inquit: Dominus Johannes Præpoſitus &c. nunquid non eſt hic? ipſe enim vocavit me, illique reſpondi. At illi obſtupefacti ex tam inuſitato, tam celebri, tamque obſtupendo miraculo, tum quia illam, quæ fere exanimis jacuerat, ſanam pene, & incolumem videbant, tum quia vocem illius tam longe poſiti audiſſe ſe referebat, ſtatim curaverunt ad Monaſterium nuncios mittere, ut, quid ſervus Dei ageret, agnoſcerent, & indicarent: proculdubio credentes quod non abs re mulier tam celeriter in lectulo ſurrexiſſet, reſponſumque dediſſet. Cumque illi, qui miſſi fuerant ad monaſterii oratorium intraſſent, virum Dei invenerunt juxta Altare ſtantem, at pro ea longinquitatis auctori Domino ſacrificium offerentem; & ſubtiliter notantes horam, repererunt eodem momento, quo intra ſacra miſſarum ſolemnia nominata eſt, eam ex lecto ſurrexiſſe, reſponſumque dediſſe. Felicis etiam memoriæ Alexander Papa vir diſertiſſimus, ac erudiſſimus extitit, qui primum Lucenſem, poſtmodum vero Romanam eccleſiam rexit: ex cujus ore ea, quæ nunc refero, de eodem venerabili viro audiſſe me contigit. Cum quodam tempore idem præfatus Pontifex febre correptus graviter ægrotaſſet, & quotidie languore creſcente, vehementius fatigaretur, repente ei ad memoriam rediit, quod fama vulgante, de prædicto ſervo Dei ſæpius audierat: quod videlicet quicumque febre detentus hauſiſſet ex aqua, quæ de manibus ipſius defluebat, dum poſt Miſſarum ſolemnia ablueretur, mox recepta Sanitate liberaretur. Latenter igitur miſit, qui ſibi ex illa aqua aliquantulum afferre debuiſſent. Cumque hi, qui miſſi fuerant, aquam, quam poſtulaverat attuliſſent, mox ebibit, atque ita repente ſanitati priſtinæ reſtitutus eſt, ut nulla in eo languoris illius indicia remanerent. Vid. Leo Oſtien. lib. 2. cap. 93., & Nuceus in notis; Petrus Diaconus de Ortu & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 31. Baronius anno 1070. Mabillonius Sæc. VI. Part. 2. pag. 620. Bolland. inter ſanctos prætermiſſos die 22. Februarii, quo die ejus meminit martyrologium Menardi, & Appendix Wionis.

Plurimum etiam ſplendoris Caſſinatibus attulit vitæ ſanctimonia Stephanus IX. Romanus Pontifex filius Gozelonis Lotharingiæ Ducis, fraterque Godefridi Lotharingiæ item, & Tuſciæ Ducis. Hic cum Archidiaconus eccleſiæ Leodienſis eſſet, a S. Leone IX. in Italiam adductus eſt, atque S. R. E. conſtitutus cancellarius, & bibliothecarius, ut in pluribus Leonis IX. diplomatibus legitur, quorum ſubſcriptiones refert ſumma nobis olim familiaritate conjunctiſſimus Ciampinus in catalogo Bibliothecar. S. R. E. pag. 37. & ſeqq. Ab eodem Leone Conſtantinopolim legatus cum Umberto Silvæ candidæ epiſcopo miſſus, cum reconciliandæ eccleſiæ Græcæ cum Latina, egregiam operam navaret, audita Leonis morte, Italiam repetens Monachus Caſſinas ſub Richerio Abbate evaſit: pauloque poſt anno 1057. die 23. Maii electus Abbas Caſſinenſis, cum pro vetuſtiſſimo more a Victore Stephanus IX. Romanus Pontifex.

II.

II. Romano pontifice benediecendus Florentiam pertexiſſet, primum ab eodem pontifice presbyter Cardinalis S. Chryſogoni creatus eſt, deinde S. Johannis Baptiſtæ feſto Abbas initiatus. Non longe poſt, die 23. Julii Romam profectus, dum ibi verſaretur, nuncius mortis Victoris II. advenit. Quare die II. Augusti ipſenequicquam obluctans a ſuo hoſpitio ad eccleſiam S. Petri ad Vincula ductus, ſummo omnium plauſu, & gratulatione Pontifex inauguratus eſt, & Stephanos IX. dictus; *Sicque univerſa urbe* (inquit Leo Oſtien. lib. 2. pag. 97.) *cum laudibus proſequente, ad Lateranenſe patriarchium illum deducunt. Die vero altera illuceſcente, Cardinalibus univerſis ſimul cum clero, populoque Romano ad eum convenientibus apud B. Petri baſilicam ingenti cunctorum lætitia, Summus, & univerſalis Pontifex conſecratus.* De qua electione hæc ait Lambertus Schafnaburgenſis hoc anno: *Nec quiſquam ſane multis retro annis lætioribus ſuffragiis majori omnium expectatione ad regimen proceſſerat Romana eccleſia: ſed tantam ſpem, heu! fruſtrata eſt mors immatura.* Haud vero Abbatiam Caſſinenſem reliqoit Stephanus factus Pontifex, imo eam ad mortem uſque retinuit: *Vix electus Pontifex*, (inquit Leo) *per quatuor continuos menſes Romæ moratus, ac frequentibus Synodis clerum urbis, populumque conveniens, maximeque pro conjugiis clericorum, ac Sacerdotum, nec non & conſanguineorum copulationibus deſtruendis, nimio zelo decertans, ad hoc tandem monaſterium in feſtivitate S. Andreæ, cum non parva Romanorum manu reverſus eſt, & uſque ad feſtivitatem S. Scholaſticæ commoratus, &c.* Legatum ad Henricum IV. miſit Ildebrandum celebrem ſanctitate, doctrinaque virum, qui Gregorius VII. deinde fuit, ad extirpandam in Germania Simoniam, reformandoſque eccleſiaſticorum mores, teſte Lamberto ad annum 1058. aliamque legationem a Stephano Cardinali, Mainardo deinde epiſcopo Silvæcandidæ, atque Deſiderio electo Caſſinatium Abbate obitam, Conſtantinopolim miſit, teſte Leone Oſtienſi lib. III. cap. 8., & Baronio anno 1058. Creavit quoque Oſtienſem epiſcopum S. Petrum Damiani, & Alfanum Salerni Archiepiſcopum, ut refert idem Leo libro II. capite 98., & 101. Magna abs dubio pro brevi admodum ejus Pontificatus tempore molimina. Vid. Baronius, & Pagius ad ann. 1057. Caſſino tandem digreſſus, Romam petiit, deinde Florentiam; ut hiſce verbis teſtatur Leo Oſtien. cap. 100. *De hinc ipſe in Tuſciam properans, non multo poſt ſubito languore depreſſus, Dei judicio apud urbem Florentinam obiit IV. Kal. Aprilis, ibique digno ſatis eſt honore ſepultus. Ad cujus ſacratiſſimum corpus, meritis ejus intervenientibus, plurima Chriſtus ſigna oſtendit, &c.* Et Lambertus Schafnaburgenſis ad annum 1058. ait. *Piæ memoriæ Stephanus papa, qui & Fridericus, cum in civitate Florentia moraretur IIII. Kal. Aprilis naturæ mortali debitum ſolvit, & vere ut ſperamus, de hac convalle lachrymarum ad gaudium tranſiit angelorum, indicio ſunt ſigna, & prodigia, quibus ſepulchrum ejus in eadem civitate uſque hodie divinitus illuſtratur.* Quibus hæc ſubdit Pagius eodem anno num. 1. *Chronicon ſuum anno 1077. Lambertus abſolvit, teſtaturque ſe hoc anno Idibus Martii Monachum induiſſe, & in jejunio autumnali preſbyterum ordinatum, ſtatim peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepiſſe, qui ideo ſuſpectus eſſe non poteſt in iis, quæ de Hildebrando, & de Stephano IX. memoriæ prodit.* Stephanum eo potiſſimum nomine laudat S. Petrus Damiani, qood concubinatum clericorum ab eccleſia eliminare viribus omnibus ſategerit; quare in epiſtola ad Taurinenſem Epiſcopum, quæ decima octava inter ſuas eſt, ait: *Stephanus zeli Phinees ardorem æmulatus eſt:* atque Ugo Abbas Flaviniacenſis in Chronico Virdunenſi apud Labbeum tom. 1. Biblioth. MSS. pag. 192. habet: *Obiit quoque Stephanus anno MLVIII., & ſepultus eſt apud Lucenſem urbem* (apud Florentinam) *ubi multa Deo cooperante fiunt ad ejus tumulum virtutes.* Placidus Pucinelli e congregatione noſtra Monachus in Chronico Abbatiæ Florentinæ pag. 17. de Petro ſecundo Abbate agens Stephani noni epitaphium refert in hæc verba: *Stette il noſtro Pietro colli ſuoi Monaci aſſiſtente al felice tranſito di S. Stefano IX. Sommo Ponteſice, el accompagnò alla Tomba, e con pompa funebre appartatamente in queſta noſtra Chieſa gli fece l'eſſequie, per eſſer Monaco, & Abbate di Monte Caſſino. Fu ſepellito contiguo alla tomba di S. Zenobi veſcovo Fiorentino, dove l'anno 1357. fu trovato incorrotto cogli abiti pontificii. Si leggeva nell' appartamento di Criſtina di Lorena gran Ducheſſa di Toſcana queſta memoria.*

D. O. M.

*Stephano Papæ IX. olim Juniano Friderico Gozelonis Lotharingiæ ducis filio apoſtolicæ ſedis Cancellario, Monacho, & Abbati Caſſinenſi, Cardinali tit. S. Chryſogoni, Pontifici optimo maximo, pio, felici, ſanctitate, & miraculorum gloria illuſtri. Gotifridus Hetruſcorum Dux, ut defuncto fratri domi ſuæ, & inter proprios amplexus, quos poteſt charitatis ſuæ vices rependat, non ſine lacrimis parentat. Monachi Abbatiæ Florentinæ in * ædibus ad divi Jo: Baptiſtæ efferunt, & juxta ſolvunt IV. Kal. Aprilis* * ex
MLVIII. Quod epitaphium refert quoque Pagius ad A. 1058. nu. 2., & Papebrochius in conatu Chron. Hiſtor. p. 192. nu. 1., & nu. 2. ſubdit: *Ego vero dubitare vix poſſim, quin hæ exequiæ licet a Monachis curatæ, factæ ſint in eccleſia cathedrali tertio poſt XXVIIII. Martii die, ibique poſitus lapis iſte. Cum autem vetus S. Jo: Baptiſtæ eccleſia deſtrueretur, & nova S. Reparatæ, quam hodie S. Mariæ Floridæ vocant, conderetur, alio translatus lapis iſte ſit, anno ſcilicet MCCXCIV.,* aut ſaltem anno *MCCCLVII., quando reſerata tumba, corpus inventum eſt incorruptum cum ſuis ornamentis Pontificalibus,* uti teſtatur in jam citato opere Placidus p. 17. De hac inventione Matthæus Villani frater Johannis plenius tractat lib. 7. Chronicæ cap. 91., additque repertum eſſe *menſe Auguſto juxta Altare S. Zenobii, cum unius ex majoribus pilis jacienda eſſent fundamenta: repertum autem eſſe in monumento proprio verſus boream, agnitumque, atteſtantibus litteris urnæ inſculptis, ea eſſe oſſa Stephani Papæ IX. natione Lotharingi. Quæ reverenter collecta, conſervata fuerint apud Calonacios, donec iis fieret honorifica ſepultura; Sed hæc, an unquam facta ſit, ignoratur, aut quid deinde ſacris oſſibus factum ſit. Nam quod hodie oſtenditur monumentum, & ipſius eſſe, vulgo creditur, eſſe D. Antonii Urſi epiſcopi Florentini A. MCCCXXI. menſe Julio vita functi, docuit me illuſtriſſ. Antonius*

Ma-

Magliabechius, teſtante id Urſo familiæ inſigni ſuper tumulum expreſſo &c.

Videatur Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 97. & ſeqq. Baronius & Pagius anno 1057., & 1058. Martyrologium monaſticum Wionis & Menardi die 29. Martii, & in Obſervationibus pag. 516. Mabillonius Sæculo VI. part. 2. pag. 584., & ſeqq., & Tom. IV. Annal. pag. 571. & ſeqq. & pag. 576. & ſeqq.

S. Victor III. De S. Victore III. altero e monachis Caſſinatibus ad ſummum Pontificatum evecto fuſiſſime agit Leo Oſtienſis ejus diſcipulus a cap. 1. ad 34. & Petrus Diaconus a cap. 35. ad ultimum libri tertii chronici Caſſinenſis, Mabillonius Sæc. VI. part. 2. a pag. 585. ad 617., atque Tom. IV., & V. Annal. pluribus in locis, quare nos hic pauca admodum egregia ejus facinora delibabimus. Leo itaque Oſtienſis lib. 3. cap. 1. hæc ſcribit: *Deſiderius igitur ex nobiliſſima Beneventanorum principum origine ſanguinis lineam ducens, ſpiritu potius, quam carne nobilis eſſe ab ipſis rudimentis infantiæ cœpit, & Dei magis ſervitio, quam ſæculi vanitatibus operam dare, ab ipſis, ut ita dicam, uberibus matris elegit. Studebat namque puerulus adhuc frequentare eccleſiam, divinas lectiones, & audire libenter, & legere, cum quibuſdam etiam religioſis ſæpe de his ſermones innectere, & quæque ab eis de bonis moribus addiſcere poterat, in ſemetipſo ſatagebat exprimere. At Pater illius ſæcularibus eum negotiis cupiens implicare, & ut pote unicum unice diligens, per poſteritatis illius lineam ſuæ nobilitatis nomen diſponeret propagare, puellam ei adæque nobilem cum jam inciperet adoleſcere ſtuduit deſponſare, utque parentela eadem ad invicem firmaretur, modis omnibus maturare. Sed quoniam Dei ſpiritus ſuo igne cor Deſiderii ad Mundi contemptum accenderat, e contrario longe aliter, quam pater diſpoſuerat, agere puer egregius deſtinabat, ſeque potius heremum, quam nuptias appetere, ſecretis quibus poterat geſtibus indicabat, & feciſſet ſuis deſideriis ſatis; niſi quod diligens parentum cuſtodia, & ſingularis amor, ac ſollicitudo ingens impediebat.* Peregrinius in Genealogia Beneventanorum principum pag. 292. aſſerit Laudulfum V. Beneventi Principem fuiſſe Deſiderii avum. Vid. idem ibidem, & in ſerie Abbat. Caſſin. in Deſiderio. Proſequitur deinde Leo inflictas Deſiderio a parentibus contumelias enarrare, ut eum ab amplectendæ monaſticæ vitæ propoſito dimoverent, Verum conſtantiſſimus heros cum pluries incaſſum parentum artibus, violentiaque monaſticum habitum quibuſdam in cœnobiis ſumere pertentaſſet, tandem annum jam tricesimum agens ſub Petro Abbate Caſſinas monachus evaſit anno 1056., annoque ſequenti electus Caſſinenſis Abbas præſente Stephano nono, ut Leo Oſtienſis narrat lib. 3. c. 9. hiſce verbis: *Cum autem idem Apoſtolicus* (ſcilicet Stephanus) *ad Monaſterium hoc poſt quatuor circiter menſes veniſſet, non multo poſt gravi languore detentus, atque ad extrema fere perductus eſt. Accerſitis itaque cœnobii hujus prioribus, dat optionem illis in Abbatem eligendi, quem vellent. Qui cum habito ad invicem conſilio, nunc illum, nunc alium, ut in talibus conſuetudo eſt, eligendum cenſerent, communis tandem univerſorum conſenſus in Deſiderium expetendum aſpirat, & ut ipſe illis in patrem concederetur, communibus votis papam exorant. Cumque ſatis ſibi placere eandem electionem Apoſtolicus aſſeruiſſet, nam & olim a tempore Leonis papæ, optime illi apud Beneventum notus extiterat, & ex quo Petrus Abbas eundem Deſiderium ante non plenum biennium receperat, multa ſe illi familiaritate devinxerat, ita quidem ut in camera erat, Fratrum electionem confirmavit dicens: Quod quamvis plures eo tempore religioſos, ac ſpirituales* Eligitur Deſiderius in Abbatem. *viros, multaque honeſtate, & prudentia præditos Monaſterium hoc haberet, neminem tamen magis idoneum eligere, ad id officium de ſuo collegio potuiſſent. Et quoniam dum ipſe adviveret nulli ſe mortalium eandem Abbatiam traditurum decreverat: Deſiderium vero ad Conſtantinopolitanum Imperatorem jam dudum Romanæ ſedis Apocriſarium facere diſpoſuerat, conſtituit, ut ſi idem Deſiderius ſe ſuperſtite reverteretur, ipſe illi vellet Abbatiam contradere, ſi vero ante illius reverſionem defunctus fuiſſet, redeuntem illum abſque aliqua contradictione in Abbatem congregatio univerſa reciperet. Stephanum itaque Cardinalem, & Mainardum poſtmodum Sylvæcandidæ epiſcopum, illi ſocios itineris donans, & in epiſtolis quas imperatori mandabat, Caſſinenſis Abbatiæ illum electum commemorans emiſit a ſe, præcipiens, ut expleta legatione reverti quam poſſet citius, feſtinaret, &c.* Abbatiæ regimen iniit Deſiderius poſt Stephani mortem die 19. Aprilis anno 1058. Vid. Leo cap. 10. Baronius anno 1058. Mabillonius Tom. IV. pag. 572., & ſeqq. Anno deinde 1059. a Nicolao II. Pontifice presbyter Cardinalis pridie nonas Martii electus, conſecratus, poſtmodum ab eodem pro more Abbas Caſſinenſis fuit, teſte Leone Oſtienſi, cap. 13., & Baronio, atque Pagi anno 1059.

Quanto vero in pretiu ab omnibus haberetur Deſiderius, narrat Leo cap. 28. dum ait: *In omni igitur Abbas venerabilis proſperitate atque quiete, meritis beatiſſimi Patris noſtri Benedicti divinitus conſtitutus, & in tanta ab univerſis in circuitu honorificentia habitus, ut non modo mediocres quiq; verum etiam ipſi eorum principes, ac Duces libenter ei obedire, ejuſque voluntati non aliter quam ſui patris ac domini in omnibus parere ſtuderent &c.* Hinc cum Gregorius VII. Henricum IV. Germaniæ regem, omneſque ejus fautores, & aſſeclas diris devoviſſet, Deſiderius pluribus epiſtolis a rege evocatus illum convenire conſtanter renuit; verum cum plura eaque graviſſima imminere cœnobio Caſſinati infortunia cerneret, nonnihil emollitus regem adire ſtatuit, hiſce tamen conditionibus, quas Petrus Diaconus lib. tertio Chron. Caſſin. cap. 50. deſcribit: *Poſtquam vero princeps & omnes Normanni ad Imperatorem pergebant, & princeps Deſiderium ſecum ire hortabatur, idem Abbas Fratres convocans, dixit ad eos. Anguſtiæ mihi ſunt undique: Si enim ad Imperatorem non iero, imminet periculum, & everſio Monaſterii; ſi autem iero, & voluntatem ejus implevero, incurram periculum animæ, ſi vero iero, & voluntatem ejus non fecero, imminet periculum corporis mei, ſimulque timeo, ne iratus Imperator ita Normannis monaſterium iſtud, quod ſub tutela, & defenſione ejus eſt, ſicut & totum principatum concedat: pergam tamen ad eum tradens me morti, & periculo, neque enim faciam animam meam pretioſiorem quam patrem SS. Benedictum, nam, & pro veſtra communi ſalute animarum, & corporum, locique ipſius incolumitate, ſi*

aliter

aliter fieri non poteſt opto u Chriſto anathema eſſe. Si enim milies occidar, nullus me ſeparabit u dilectione loci iſtius, nam non dico Imperatori, qui chriſtianus eſt, ſed etiam alicui pagano, ſive tyranno occurrere non recuſo, dummodo res monaſterii valeam ab ejus barbarie liberare. Nam & Leo papa, ut civitatem Romanam a devaſtatione, & incendio liberaret, Genſerico regi Arriano occurrit, & Savinus Canoſinus Totilam, atque Arrianum ad convivium invitavit, & de manu ejus calicem accepit, & bibit, & pater Benedictus Zallam ſimiliter perfidia Arriana hominem etiam in oratione ſuſcepit, ut eum uſflictione ruſtici mitigaret. Hac cum dixiſſet, patri Benedicto ſe commendans, iter urripuit. Ita tamen, Deo ſe protegente, cavit, ut in toto illo itinere, & in tota illa mora, quam ibi habuit, tum multi ſibi epiſcopi, & honorati viri amici etiam ſui quamplurimi, & Imperatoris Cancellarius occurriſſent, neminem oſculatus eſt, cum nullo eorum ſimul oruverit, comederit, aut biberit. Poſtquam vero Albanum pervenit, neque ipſe ad Imperatorem ivis, neque ad illum aliquem miſit, ſed per totam illam ebdomadam mina ſibi ab Imperatore tantummodo mittebantur. Nam mandabat ei, ut ſibi fidelitatem faceret, & homo ipſius per manus deveniret, & Abbatiam de ſua manu reciperet. Quæ videlicet omnia Deſiderius forti animo contempnebat dicens, ſe non modo pro Abbatia, ſed nec pro honore totius Mundi id minime eſſe facturum. Cumque tam rigidum, & inflexibilem eum Imperator eſſe cerneret, iratus eſt valde, præcepitque principi, quatinus Nuntios ſuos acciperet, & cum eis ad monaſterium veniret, illiſque ipſum aſſignaret, ſed cum princeps multa illi bona de Deſiderio frequenter locutus fuiſſet, & eum ad illum duxiſſet, ita flexit ſe, ut ipſe coram principe amicitiam ſibi promitteret, & de corona imperiali, ac requirenda illum pro ſuo poſſe adjuvaret, ſalvo tamen ordine ſuo. Quæ quoniam ad comparationem ſuperiorum Deſiderio levia viſa ſunt, quia aliter nequivit conſenſit, & eorum principe hoc ei promiſit. Cumque adhuc exigeret ut virgam Abbatia ab ipſo reciperet, reſpondit, quia cum Romani imperii coronam eum habere vidiſſet, tunc ſi ſibi videretur, Abbatiam ab ipſo reciperet, ſi vero nollet, dimitteret, &c. Super hac interim quandiu ibi permanſit Deſiderius cotidie, ac ſæpe cum epiſcopis, qui cum Imperatore erant, de honore apoſtolicæ ſedis contendit, & præcipue etiam cum epiſcopo Oſtienſi, qui etiam papa Gregorio favere videbatur. Cum ille ei privilegium Nicolai papæ, quod cum Hildebrando archidiacono, & centum vigintiquinque epiſcopis fecerat oſtendiſſet, ut nunquam papa in Romana eccleſia, abſque conſenſu Imperatoris fieret, quod ſi fieret, ſciret ſe non pro papa abendum eſſe, atque anathematizandum. Unde Deſiderius tam illum quam omnes, qui eum adjuvabant, palam convicit. Dixit enim, neque papam, neque epiſcopum aliquem neque archidiaconum, neque Cardinalem, ſed nec ullum hominum juſte hoc facere potuiſſe. Apoſtolica enim ſedes domina noſtra eſt, non ancilla, nec alicui ſubdita, ſed omnibus eſt prælata, & ideo nulla ratione poſſe conſtare, ut eam aliquis quaſi famulam vendat. Quod ſi hoc a Nicolao papa factum eſt, injuſte proculdubio, & ſtultiſſime factum eſt, nec pro humana ſtultitia poteſt, aut debet amittere ſuam dignitatem eccleſia, nec unquam debet a nobis hoc aliquatenus conſentiri, nec, Deo volente, amplius fiet, ut rex Alemannorum papam conſtituat Romanorum. Cum ad hac iratus epiſcopus dixit. Quod ſi hæc Ultramontani audirent, omnes ſimul adunati unum fierent. Deſiderius reſpondit: Certe ſi non ſolum hi, ſed etiam totus mundus contra hoc in unum congregaretur, nunquam nos ab hac ſententia excludere poſſet. Poteſt quidem Imperator ad tempus, ſi tamen permiſerit Deus, prævalere, & vim eccleſiaſticæ juſtitiæ inferre, noſtrum tamen conſenſum ad hoc nunquam poterit inclinare. His, & hujuſcemodi pluribus cotidie cum eis, & ſæpiſſime contendebat, & juſtis eos rationibus convincebat. Cum archiepiſcopo Ravennate ſuper eadem re ſatis contendit, & de prædicto privilegio juſtis eum rationibus vicit, cur etiam de papatu ſe intromiſiſſet non leviter reprehendit, ſed cum multis rationibus ſatisfacere voluiſſet, nec valuiſſet, invitum ſe feciſſe reſpondit; nam ſi hoc non feciſſet, honorem ſuum Imperator procul dubio perdidiſſet, &c. Totam hanc narrationem iiſdem prorſus verbis Annalibus ſuis intexuit Baronius anno 1083., qui de hiſce Deſiderii verbis diſſerens: *Tunc ſi ſibi videretur, Abbatiam ab ipſo reciperet, ſi vero nolles, dimitteret;* ſubdit: *Hæc quidem eo ſenſu Deſiderius dixit, quod certo ſciret, nunquam fore ut a Gregorio coronam eſſet percepturus Henricus imperii, niſi abdicatis erroribus, ſchiſmateque dimiſſo, plene eidem Gregorio pontifici ſatisfacturus eſſet, ut ex iis, quæ inferius dicentur, apparet, cum de conditionibus pacis agetur, quas idem Pontifex eidem Henrico præſcripſit, ſi eccleſia pacem cuperet, & beneficia conſequi ab eo ſperaret.* Et anno 1097. ait: *Nam audi qua maſcula voce, energia virili, vigore Sacerdotali in Henricum Imperatorem iſtiuſmodi jura eccleſiaſtica invadentem, Deſiderius, idemque Victor Papa III. cum ei in faciem reſtitit, verba protulit: Sedes enim, inquit, Apoſtolica domina eſt noſtra, non ancilla, nec alicui ſubdita, ſed omnibus prælata, & ideo nulla omnino ratione ſub jugum a quoquam mitti poteſt. Quod ſi a Nicolao Papa factum eſt: ſcilicet ut arbitrium expectaretur Imperatoris in electione Romani Pontificis, quod ut dictum eſt, falſo pretendebatur: injuſte profecto, & temere præſumptum eſt, non tamen cujuſquam ſtultitia, vel temeritate amittit eccleſia dignitatem ſuam; Hæc ipſe. Quæ etiam eodem tempore Deuſdedit Cardinalis tituli Eudoxiæ (de quo ſuo loco dictum) ſcripto inſigni volumine ad eumdem Victorem tertium Papam pluribus argumentis aſſeruit.*

Integra hic Petri Diaconi verba exſcripſimus, quo pateat meras eſſe putidiſſimaſque calumnias, quas in Deſiderium jacit Ugo Archiepiſcopus Lugdunenſis in epiſtola ad Comitiſſam Mathildem ab Abbate Flaviniacenſi in Chronico Wirdunenſi apud Labbeum Tom. I. Biblioth. MSS. relata hiſce verbis: *Quis enim niſi ex ipſius ore audiſſet, unquam crederet Henrico dicto regi fidem eum dediſſe, ut de obtinenda Romani imperii corona fideliter eum adjuvaret:* Cui objectioni hæc reſpondet Pagius anno 1087. nu. 10. *Promiſerat quidem Deſiderius, ſeu Victor III. Henrico regi ſuam apud Gregorium VII. interceſſionem, ut Imperator crearetur, ſed optime noverat, Gregorium VII. coronam imperii ei non conceſſurum, niſi pœnitentiam ageret, eccleſiæque ſatiſfaceret, eamque hypotheſim involvebat Deſiderii promiſſum, ut explicat Natalis Alexander ſæc. XI. & XII.*

XII. parte I. cap. I. art. XII. Quantum enim ſedis Apoſtolicæ, & eccleſiaſticæ libertatis ſtudioſus eſſet Victor, ipſemet demonſtravit, cum Henricum jam excommunicatum non adierit, niſi ut eum ad pacem hortaretur, & ab everſione Caſſinenſis monaſterii prohiberet. Hinc cum regis Cancellario aliiſque Miniſtris, quamvis amicis olim ſuis excommunicatione pariter irretitis comedere, bibere, orare noluit. Præcipienti Henrico, ut ſibi fidem juraret, ac monaſterium Caſſinenſe de manu ſua ſuſciperet, ac minas intentanti, reſpondit; ſe non modo Monaſterii cauſa, ſed ne pro mundo quidem toto ſic facturum &c. Denique ſic Pagius concludit: *Quæ oſtendunt non niſi per calumniam dici poſſe, Deſiderium adulatum eſſe Imperatori, eum ad invadendum patrimonium S. Petri excitaſſe, & parvi pendiſſe Pontificias excommunicationes.*

Nil vero magis Deſiderii innocentiam ab Ugonis dicteriis vindicat, quam prudentiſſimorum eccleſiæ patrum judicium, qui Deſiderium ſummopere reluctantem Gregorio VII. ſucceſſorem eſſe voluerunt. Rem hiſce verbis narrat Petrus Diaconus lib. 3. cap. 65. *Anno autem Dominicæ incarnationis milleſimo octogeſimo quinto indictione octava, cum venerabilis, ac ſemper recolendæ memoriæ domnus Gregorius ſeptimus papa apud Salernum infirmitate magna detineretur, interrogatus ante diem tertium obitus ſui ab epiſcopis, & Cardinalibus, qui tunc una cum Deſiderio præſentes erant, quod poſt ſuum obitum de Romanæ Sedis ordinatione juberet; reſpondit, ut ſi unquam aliquo modo poſſent, eundem Deſiderium ad hoc officium promoverent. Is enim præter id, quod primum presbyter Cardinalis Romanæ tunc eccleſiæ eſſet, & prudentia maxima, & religione ſingulari, & principum circummanentium amicitia multa polleret. Si vero hunc nullatenus flectere ad iſta valerent, aut Archiepiſcopum Lugdunenſem Ugonem, aut Ottonem Oſtienſem, aut Lucenſem epiſcopum, quem prius ex his habere poſſent, in papam eligere poſt ſuum obitum quantocius feſtinarent. Hoc ſtatuto defunctus eſt, octavo ſcilicet Kal. Junii die dominica, & honorabiliter intra Eccleſiam B. Matthæi apoſtoli, & evangeliſtæ ſepultus, cum ſediſſet in pontificatu annis duodecim, menſe uno, diebus tribus &c. Convenientes poſt hæc ad prædictum Abbatem epiſcopi, & Cardinales, cœperunt eum ſuper præfati pontificis judicio appellare, utque in tanta temporis neceſſitate periclitanti ſubveniret eccleſiæ, papatum ſuſcipiendo inſtantiſſime flagitare. Ad hæc ille, papatum quidem ſe ſuſcipere obſtinatiſſima reſponſione recuſavit, aliis vero quibus ſciret, & poſſet modis ad Romanæ eccleſiæ ſervitium ſe paratum eſſe ſpopondit. &c. Cum Jordano principe clam machinabantur eidem Abbati paſtoralem curam injungere, & ſuaſionibus multis nitebantur eum quoquomodo Romam perducere, putantes violenter ſe id ei poſſe imponere. Quod ipſe perſentiens omnino renuere, & contradicere, cœpit, ſicque ad hoc Monaſterium reverſus, iterum Normannos, & Langobardos, & omnes, quotquot potuit, hortari ad Romanæ eccleſiæ ſervitium cœpit, & multos ex eis promptos, & paratos ad rem ipſam invenit &c.* (& inferius) *Poſtquam vero princeps conducto exercitu hujus rei gratia Romam eundi Campaniam venit, comitantibus etiam ſe una cum Deſiderio nonnullis partium iſtarum epiſcopis ipſe ſuſpectus prædictorum conſiliorum, amplius procedere noluit dicens, quod niſi Jordanus princeps, & Comes Raynulfus, & epiſcopi Romani fidem ſuam ſibi præſenti darent, nullam ſuper hac re vim illi illaturos, neque alios inferre paſſuros, ipſe cum eis nullatenus pergeret. Renuentibus facere, hac de cauſa res tunc infecta remanſit.* Remque narrare proſequitur Petrus cap. 66. dum ait: *Jam fere annus in tali fluctuatione tranſierat, quo in apoſtolica ſede nullus paſtor erat, nullus dominici gregis curam gerebat, & Guibertus Æreſiarcha oves Chriſti Sanguine redemptas ſuis cum ſequacibus laniabat, cum circa paſchalem feſtivitatem epiſcopi, & Cardinales Romanæ eccleſiæ de diverſis partibus Romam convenientes mandaverunt prædicto Abbati, ut una cum epiſcopis, & Cardinalibus Romanis, qui ſecum tunc morabantur, & cum Giſulfo Salernitano principe, qui tunc a cyſalpinis partibus venerat, ad eos quantocius pergerent, quatinus de Romanæ eccleſiæ ordinatione ſimul tractarent. Ille nihil ſuſpicans de ſe jam illos aliquid cogitare, cum jam nulla de eo mentio ab aliquo fieret; aſſumptis præfatis omnibus, Romam pervenit ad urbem. Eo die quo applicuit in vigiliis Pentecoſtes inſtante Deſiderio, ut Pontificatus apex perſonarum earum injungeretur alicui, quæ vel ipſis, vel ei videbantur idoneæ, renuerunt prorſus omnis Romanus, & clerus, & populus conſentire. Per totam autem ipſam diem multa frequentia quotquot catholicæ parti favebant, tam clerici, quam laici ad eum convenientes jam circa veſperam, congregati ſunt pariter omnes tam epiſcopi, & Cardinales, quam & cæteri Romani, qui in fidelitate B. Petri apoſtolorum principis perſeverabant in diaconiam S. Luciæ, quæ eſt juxta ſeptem ſolis, cœperuntque omnes unanimiter Deſiderium multis precibus obſecrare, ut Romanum pontificatum ſuſcipere non recuſaret, eumque obteſtare per divina, per humana omnia, ut ſubveniret periclitanti eccleſiæ in naufragium conſtitutæ, multoties ad genua ejus nonnullis lachrymantibus, omnes pariter ruentes. Deſiderius vero, qui jamdudum decreverat vitam ſuam in quietem tranſigere, & qui magis optabat in divina peregrinatione ſuum tempus finire, cœpit omnimodis refutare, & hoc ſe nunquam conſenſurum firmiter repromittere. Inſtare illi vehementer perſeveranter inſiſtere, ipſe vehementius reniti, reſiſtere perſeverantius dicens: pro certo ſciatis quia ſi aliquam mihi violentiam ſuper hoc intuleritis, egoquidem prout citius potuero Caſſinum redibo, & nullo modo unquam inde me intromitto. Vos autem propter hoc ridiculum magnum, & vobis, & Romæ eccleſiæ facitis. Et quia tardior jam hora proceſſerat, imminente jam nocte ad ſua quique reverſi ſunt. Summo mane dominica Pentecoſtes omnes unanimiter ad eum iterum convenientes eadem cœperunt repetere & ipſe nihilominus in ſemel fixa ſententia perdurare. Videntes ſe omnino jam nihil proficere dixerunt Deſiderio presbyteri, & cardinales epiſcopi, quoniam quemcumque ipſe illis conſuluiſſet, ipſum illi parati eſſent eligere, unde cum Cencio Romanorum conſule conſilio habito, tandem ut Hoſtienſis epiſcopus papa eligeretur, decrevit. Poſt hæc quæſierunt ab eo, ut ipſum Pontificem, quem eligerent, in Caſſinenſi monaſterio reciperet, eumque donec eccleſia tranquillaretur cum ſuis omnibus*

ſuſtentaret, ſicut & de ſupradicto papa Gregorio ſeperat, quod Deſiderius libentiſſime facere repromiſit, & per ferulam, quam manu geſtabat, eos in fide ſua de hoc inveſtivit. Cum autem jamjamque de Oſtienſi epiſcopo decreverent, repente iterum quidam de Cardinalibus contra canones eſſe hanc electionem affirmans nequaquam ſe conſenſurum clamavit. Illi pro tempore, pro neceſſitate hoc ferre oportere adſtruentibus, nequaquam eum ad ſuam ſententiam flectere valuerunt. Verum, (ut ſapientum Salomon ſapiens atteſtatur, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Deum) Mox enim epiſcopi, & Cardinales una cum clero, & populo in Deſiderii duritiam ſtomachantes, & videntes ſe nil poſſe eum eo precibus agere, ſtatuerunt violenter cauſam perficere. Tandem itaque univerſi pariter uno conſenſu, & animo illum capientes invitum, & renitentem attrahunt, & ad eccleſiam prædictam Chriſti martyris Luciæ perducunt; ibique eum juxta morem eccleſiæ eligentes, Victoris ei nomen imponunt. Sed quoniam hæc omnia, ut diximus, contra ejus animum, & voluntatem fecerunt, cappam quippe rubeam induebat, albam vero nunquam ei potuerunt induere. Et cap.

Humilitas Deſiderii in reſpuenda pontificis dignitate. 67. ait. *Poſt quatuor dies idem Electus Romam egreſſus venit Ardeam, ibique per triduum remoratus abiit Terracinam, abinde crucem, & clamidem, & cætera pontificalia inſignia ita dimiſit, ut eis ulterius uti nullo unquam modo perſuaderi potuerit, decernens potius omni vita ſuæ tempore, in divina peregrinatione vitam finire, quam tanti ordinis faſcibus graviſſimis colla ſubmittere. Inſiſtebatur ei cotidie precibus, lachrymiſque crebrerrimis obiciebantur eccleſiarum magna diſcrimina, ingerebatur plurimarum perditio animarum, quibus eis manifeſtiſſime divina indignatio intendebatur. Sicque Caſſinum reverſus eſt. Cæterum per anni totius curriculum adeo mentis ejus propoſitum immobilis perſtitit, ut nullis omnino argumentis ad eorum poterit hortamenta, precationeſque deflecti. Non tamen ob hoc Cardinales, & epiſcopi, qui cum eo erant, aliquatenus quieſcentes, Jordano principi inſtare cœperunt, ut quantocius properaret, & propter conſecrationem ejuſdem Electi, Romam cum eis pergeret. Qui cum magno exercitu ad hoc monaſterium veniens, partim de oratione ipſius Electi, partim timore æſtatis, ulterius progredi nolens reverſus eſt.* Flexere tandem humilem Victoris animum lachrymæ eccleſiæ, ut idem Petrus cap. 68. ſic narrat: *Sequenti anno mediante quadrageſima apud Capuam Epiſcoporum concilio congregato, cum prædictus Electus, una cum epiſcopis, & Cardinalibus Romanis eidem concilio præfuiſſet, Cencius etiam Romanorum conſul cum aliis nobilibus Romanis, & Jordanus princeps, & Rogerius dux cum omnibus fere ſuis optimatibus interfuiſſet, poſt finem concilii rurſus inſperato, & nihil eo de his ſuſpicante, cum multis precibus, lachrymiſque, a clericis, & laicis perurgeretur, biduo immobilis perſtitit. Tandem cum Dux, & Princeps una cum epiſcopis, cæteriſque catholicis viris flentes, ejus pedibus adjacerent, multis rationibus, & orationibus coactus, vix tandem ſuccubuit & præteritam electionem crucis, & purpuræ reſumptione firmavit; duodecimo ſcilicet Kalendas Aprilis dominica in ramis Palmarum. Inde Caſinum reverſus ibidem Paſcha celebravit. Peracta feſtivitate cum Capuano, ac Salernitano principe Romam perrexit, ac juxta civitatem Oſtienſem Tiberim cum omnibus tranſiens cum gravi infirmitate detineretur extra porticum S. Petri tentoria fixit, & quoniam Ravennas Æreſiarcha, qui, vivente papa Gregorio, papatum invaſerat, eccleſiam S. Petri armata manu tenebat, non integro die a militibus principis, Dei auxilio, expugnata, & recepta eſt. Dominico vero die poſt dominicam Aſcenſionem multis Romanis, & omnibus fere Tranſtiberinis ſollemniter cum maxima frequentia occurrentibus, præfatus electus a Romanis epiſcopis, Oſtienſi videlicet, Tuſculanenſi, Portuenſi, atque Albanenſi, Cardinalibus, quoque, & epiſcopis, atque Abbatibus quamplurimis aſſiſtentibus, more eccleſiaſtico conſecratus, & in Apoſtolicam ſedem locatus eſt, ſeptimo Idus Maji. Quo etiam die corpus S. Confeſſoris Chriſti Nicolai a civitate Mirenſi, in qua per annos ſeptingentos ſeptuaginta quinque quieverat, Barim delatum eſt. Prædictus autem Pontifex per octo circiter dies Romæ remoratus una cum prædictis principibus ad hoc monaſterium rediit.* Eadem capita integra exſcribit Baronius anno 1085., 1086. 1087., & Mabillonius Sæc. VI. part. II. pag. 600., & ſeqq. ut proinde venia nobis exemplo tanti viri, ab eruditis ſit expectanda, cum faſſi jam lubentiſſime ſimus, ſatius nobis videri ſcriptorum verbis, quam noſtris loqui; cumque potiſſimum hæc ad Ugonis calumnias retundendas, mirum in modum conducant. Hiſce de rebus agens Papebrochius in conatu Chronico Hiſtorico pag. 199. nu. 2. habet: *Triduo ante mortem ſuam, conſultantibus de futura electione Cardinalibus, tres Gregorius VII. propoſuerat: quorum primus Deſiderius, alter Hugo Lugdunenſis archiepiſcopus, qui quomagis ſerio, conſtantiorque reluctari a ſuſcipiendo pontificatu nitebatur, Deſiderius eo propriorem ſe tanta ſpei eſſe exiſtimans, cum præter opinionem intellexit* Hugonis Archiepiſcopi calumniæ confutantur. *quod Deſiderius pontificatum acceptaſſet, vehementiſſime commotus eſt animo, atque Comitiſſæ Mathildi ſcripſit epiſtolam, quæ in Labbeana editione conciliorum prodiit, excerpta ex Chronico Virdunenſi, ejus epiſtolæ abſurditates nonnullas Triumpho pontificio P. Cornelii Hazart inſerendas ſuggeſſimus, & pluries facile reperiet quivis in hiſtoria eccleſiaſtica vel mediocriter verſatus. Notabilis autem in primis eſt objectio ſumpta a laude, quam mortuo Attoni Mediolanenſium archiepiſcopo dederit Victor, quamvis per Gregorium VII. excommunicato ſententiam ſubſcribente ipſo met Deſiderio. Confunditur enim Atto vir vere ſanctus, cum Theobaldo ſchiſmatico, & Simoniaco: quem Rex Henricus Archiepiſcopum fecerat loco Gotifredi æque Schiſmatici, & populi orthodoxi odium diutius ſufferre non valentis. Sed ipſum Hugonem tam intemperantis ſcripti haud diu poſt pœnituit, uti apparet ex epiſtola ad eandem Comitiſſam ſcripta, quæ ibidem extat, quaque proteſtatur, ſe, utcumque fuerit erga Victorem affectus, quod fere diſſimulat, non tamen ab ejus, & Eccleſiæ catholicæ communione deſciviſſe. Eamdem epiſtolam Hugonis Chronico ſuo Wirdunenſi Flaviniacenſis Abbas Hugo inſeruit; ac deinde gentili ſuo nimium favens, & credulus ex tumuſculis poſt mortem Victoris in Gallia ſparſis, ſcripſit, quod cum Miſſas apud S. Petrum diceret, infra Actionem judicio Dei percuſſus eſt, & quamvis tarde, cognoſcens ſe erraſſe ſe ipſum depoſuit, & accitis fratribus de Monte Caſino,*

ſuis, qui ſecum aderant, præcepit ſe illo deferri; & in Capitulo non ut papam, ſed ut Abbatem ſepeliri: Interim conſtat ex Leone Oſtienſi lib. 3. cap. 73., quod non ſit Romæ aut infirmatus, aut mortuus: ſed concilium Beneventi celebrans, in eodem graviter infirmatus, poſt actum per tres dies concilium feſtinanter Caſinum rediit . . . . . atque poſt diem tertium feliciter emigravit ad Dominum XVI. Kal. Octobris anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVII. cum præfuiſſet in Monaſterii regimine annis XXIX. menſes IV. dies XVI. In Sede vero apoſtolica ab ipſo ſuæ electionis exordio anno uno, Sacrationis menſes IV. dies VI. Quia autem ſub Miſſa dicebatur correptus morbo atrocior quoque alius ſparſus eſt rumor, quem S. Antoninus, ſtella, Caranza, aliique nonnulli arripuerunt, quaſi objiſſet præbito ſibi in calice veneno per Henrici Imperatoris Miniſtros; quod non audens aſſerere Platina, ſatis habet ſuſpicionem veneni agnoſcere.

De quibus Ugonis calumniis diſſerens hæc habet eruditiſſimus Pagius anno 1087. num 6. *Quam immoderato pontificatus adipiſcendi deſiderio Hugo Lugdunenſis archiepiſcopus inflammatus fuerit, ex ſingulis ejus epiſtolæ verbis intelligi poteſt.*

Hæc cauſa cur cum paucis aliis intercesſerit ne conſecraretur Deſiderius. Verum poſt aliquanti temporis moras ab ipſo Ottone Oſtienſi epiſcopo Cardinali, qui cum eo conſpirarat conſecratus eſt, poſtquam Ugonis, qui a Victoris communione defecit, ambitionem perſpectam habuit. Hugo Flaviniacenſis ab Hugonis partibus ſtabat, ut ipſemet indicat cum de Victoris III. morte verba facit, ut mox videbimus, & cum pag. 232. ſui chronici ſcribit: Dixit Urbanus Papa in quadam Epiſtola ſua: Dominus noſter Papa Gregorius beatæ, ac dignæ memoriæ, cum apud Salernum gravi teneretur infirmitate, unde ipſe poſtea obiit convenerunt ad eum epiſcopi. & Cardinales Romani, qui ibidem aderant, rogantes eum, & poſtulantes, ut quem ſibi velles ſubrogari ſucceſſorem in pontificatu, eis oſtenderes. At ille ſecum aliquantulum cogitans, hæc illis verba dedit, quemcumque horum trium; Lucenſem ſcilicet Epiſcopum, Oſtienſem, aut archiepiſcopum Lugdunenſem habere poteritis, in Pontificem eligite. At hæc Urbanum II. ante Pontificatum Cardinalem Oſtienſem dictum ſcripſiſſe prorſus incredibile, cum ipſemet & Victorem III. ſacraverit, probeque noverit Gregorium VII. cum ſe ipſo, Hugone Lugdunenſi, & Anſelmo Lucenſi, Deſiderium Abbatem Caſſinenſem pro ſucceſſore ſuo propoſuiſſe. Quod ni fuiſſet, nec Cardinales eum elegiſſent, nec ipſe Cardinalis Oſtienſis eum conſecraſſet, quia a Gregorii VII. nutu ulla in re diſcedere nolebam. Quare ſi illa Urbani epiſtola conficta non fuit ab Hugone Flaviniacenſi Abbate, qui poſt ejuſdem Urbani mortem Chronicon ſuum in lucem emiſit, ex ea Deſiderii nomen expunxit ad Hugonem Lugdunenſem Archiepiſcopum excuſandum, oſtendendumque, ſe non ſine ratione a Deſiderii electione abhorruiſſe. Et Mabillonius loco mox laudato pag. 615. ait. *Multum invehit in Deſiderium in epiſtola altera ad eandem Mathildem, quam Hugo Flaviniacenſis Abbas integram inſeruit in Chronico Virdunenſi apud Labbeum tom. 1. Bibliotheca nova pag. 233. Sed has calumnias expungit unanimis ſcriptorum hujus ævi graviorum conſenſus, qui multis laudibus Victorem celebrarunt; ſic de eo habet Chronographus noſter MS. Saxonicus ad annum MLXXXV. Hildebrandus papa, qui & Gregorius VII. apud Salernum exulatus moritur, & ibidem in eccleſia ſepelitur, cui Normannorum ex Apulia, & Machildis potentiſſima per Italiam fœmina, cunctorumque ejuſmodi ſectam emulantium aſſenſu, Deſiderius Cardinalis Romanus; & Abbas Caſſinenſis verus Chriſti famulus, licet multum corde ſimul, & corpore renitens ſubſtituitur, Victor nominatus. Etenim cum infirmitate gravi laborans ad ſummum hunc apicem invitus immo captivus proveheretur, precibus obtinuit, ut infra non multos dies ab hac vita tolleretur. Eadem ferme habet Trithemius ad laudatum Ann. MLXXXV. in editione Sangallenſi Chronici Hirſaugienſis, qui & eumdem Pontificem aliis quoque locis paſſim celebrat &c.*

Suppl. Hiſt. Caſſi.

Porro hæc ad rem noſtram ſcribit Urbanus II. in ea epiſtola, quam VI. Decembris anni 1098. ad monachos Caſſinenſes dedit: *Ideoque opportunum duximus ſecundum petitionem venerabilis fratris noſtri Oderiſii Abbatis veſtri, noſtris impoſterum litteris annotare, qualiter Cinglenſis cellæ cauſa unde veſtrum cœnobium diutius inquietatum eſt, nuper in noſtra ſit audientia noſtro judicio definita, quod enim dilectio veſtra plenius novit ſæpe de eodem negotio in Romana eccleſia inter ſynodales actus ante prædeceſſores noſtros queſtio acta eſt a Sanctæ memoriæ Deſiderio apoſtolicæ ſedis presbytero Cardinali, & Monaſterii Caſſinenſis Abbate, qui poſtmodum divinæ dignationis gratia ad ſummi Pontificatus apicem pervenit, ſed exiguo tempore ſupervixit &c.*

Verba Urbani a. de Victore tertio.

Ut vero omnes calumnias ab Hugone Lugdunenſi, & Richardo Abbate S. Victoris Maſſilienſis ſtudio, per indigniſſimum facinus contra ſe ſparſas amoliretur ſanctiſſimus Victor, hæc in concilio Beneventano publice faſſus eſt, teſte Petro Diacono libro 3. cap. 72. *Noſtis præterea, & bene noſtis, quantos dolos, quantaſque perſecutiones mihi intulerint Uge Lugdunenſis archiepiſcopus, & Richardus Maſſilienſis Abbas, qui pro faſtu, & ambitione ſedis apoſtolicæ, quem actenus latenter habuerant poſtquam ſe non poſſe adipiſci perviderunt, in Sancta Eccleſia ſchiſmatici facti ſunt, & Richardus quidem electionem noſtram Romæ cum epiſcopis, & Cardinalibus fecerat. Ugo autem poſt modicum ad nos veniens pedum effuſus veſtigiis, dum obſequium nobis ſummi pontificis invitis, ac retractantibus exhiberet, legationem a nobis in partibus Galliarum poſtulaverat, & acceperat: quoad itaque parvitatis noſtræ infirmitatem facta, & collaudata a ſe ipſis electioni conſpexerant repugnare, omnibus ipſi nobis modis inſiſtebant, ne onus abjicerem pro eccleſiæ neceſſitate impoſitum. Sed ubi nos ad id deflexos contemplati ſunt conceptam diu ambitionis flammam clibanus exturatus evomuit. Quapropter omnium ſibi fratrum videntes unanimitatem pertinacius ex ſcandalorum ſcelere reluctari, ab eorum, & noſtra continuo ſunt communione ſejuncti. Unde vobis apoſtolica auctoritate præcipimus, ut ab eis abſtinere curetis, nec illis omnino communicetis, quia Romana eccleſia communione ſua ſponte ſejuncti ſunt. &c.* Aſſenſum vero Victoris III. electioni Hugonem, hæc ejus epiſtolæ verba ſatis oſtendunt: inquit enim: *Electionem vero Caſſinenſis Abbatis antequam ego Romam venerim factam ſufficienter audiſtis, cui tamen ego, quam & cæteri fratres mei S. R. E. filii diligentes magis glo-*

Victor in Concilio Beneventano defendit ſuam innocentiam.

riam hominum, quam Dei, pro temporis infirmitate aſſenſum prabuimus. Poſtquam autem ad Montem Caſſinum, quo ipſe jam praceſſerat, Roma aliquandiu morati, ipſius Ducatu pervenimus, &c. & infra: *In quo, & quibus locis electionem ſuam non ſecundum Deum, ſed tumultuarie factam aſſeverans publice refutaverit, & nunquam ſe acquieviſſe, vel in perpetuo adcquieturum ſub terribili atteſtatione affirmavit &c. Nunc vero cum jam tandem poſt tantum laborem inaniter inſumptum reſpirare videamur, & electionem toties refutatam, & eccleſia redditam divina gratia, & veſtro fulti conſilio, & auxilio in proximo libere facere ſperabamus ſub occaſione eligendi Rom. Pontificem, concilium in Capuam ſicut illarum partium apoſtolicus Vicarius congregavit; Ad quod ego, & Abbas Maſſilienſis, atque archiepiſcopus Aquenſis apud Salernum commorantes ab Epiſcopo Oſtienſi, & principe Salernitano, & Conciano Romano ex parte Vicarii. & Romana eccleſia invitati, ut communi conſilio Romanum pontificem eligeremus, veniendo obedivimus: Dux etiam quibuſdam circumventionibus a Jordano principe juveniliter illectus, illuc venit. Cum ergo de propoſito negotio tractare diſponeremus &c. Abbas quibuſdam mollibus, & geſtuoſis repulſionibus fautores ſuos epiſcopos, & principem ad compellendum ſe provocare cœpit. Comperta autem verſutia ſua, cum pradicti ad reſtitutionem ſui quaſi invitum eum compellerent, nos pranominati cum Oſtienſi epiſcopo, & Witmundo Monacho, & quibuſdam aliis conſilium habuimus, qualiter aſtutia illius contrairemus. Poſtquam ergo ipſe jam paratus erat pontificatus inſignia reſumere, & electionem etiam in ipſo conventu multoties refutatam iterum in ſe retorquere &c. Sicque data nobis iterum licentia ab eo quem vellemus eligere excutiens brachia ſua, cœpit a nobis recedere, &c.* Et prope finem: *Oſtienſis epiſcopus &c. cum Abbate pacem faciens reverentiam ei per omnia ſicut Papa perſolvit.* Quam epiſtolam majori ex parte relatam voluimus, quo conſtet Hugonem nolentem, fateri pluries ſumma humilitate a Victore III. renunciatam pontificiam dignitatem.

Brevi illo tempore quo Victor III. ſupervixit inter egregia cœtera facinora, hoc potiſſimum egit, quod refert Petrus Diaconus lib. 3. cap. 71. dum inquit: *Æſtuabat interea ingenti deſiderio idem Victor apoſtolicus, qualiter Saracenorum in Africa commorantium confunderet, conculcaret, atque contereret infidelitatem. Unde cum epiſcopis, & Cardinalibus conſilio habito, de omnibus fere Italia populis Chriſtianorum exercitum congregans, atque Vexillum B. Petri Apoſtoli illis contradens ſub remiſſione omnium peccatorum contra Saracenos in Africa*
Inſignis victoria contra Saracenos in Africa eodem die cognita in Italia.
commorantes direxit. Chriſto igitur duce Africanam devoluti dum eſſent ad Urbem, omni niſu illam expugnantes, Deo adjuvante, ceperunt, interfectis de Saracenorum exercitu centum milibus pugnatorum. Quod ne quis ambigat hoc abſque voluntate accidiſſe divina illo die, quo chriſtiani de Saracenis victoriam adepti ſunt, eo etiam Italia divinitus patefactum eſt. Videantur Baronius, & Pagius anno 1087. Mabillonius Annal. Tom. V. pag. 237. & cit. ſæc. pag. 615.

Poſtquam eruditiſſimus Johannes Morinus de Sacramento Pœnitentiæ pag. 767. eam indulgentiam retulit, quæ militibus ad domini ſepulchrum recuperandum pergentibus conceſſa eſt in concilio Claromontenſi, hæc ſubdit num. 10. *Interrogabis lector, an primum in Claromontano concilio inſtitutum fuerit, & uſurpatum hoc pœnitentia genus? Minime, reperiuntur paulo antiquiora exempla. Idem fecerat Victor III. anno* 1087. *pugnantibus ad verſus Saracenos, ut refert Leo Caſſinenſis lib.* 3. *cap.* 71. cujus capitis Petri, quem per errorem Leonem vocat, verba refert.

Neque hac expeditione contentus concilium Beneventi coegit, in quo inter alia ſtatutum, ut nemo Epiſcopatum, aut abbatiam e laicorum manibus acciperet, teſte Petro Diacono lib. III. cap. 72., Baronio, Pagi, & Mabillonio locis citatis.

In eodem vero concilio, author eſt laudatus Petrus lib. 3. cap. 73., *idem Pontifex graviter infirmatus, poſt actum per tres dies concilium, feſtinanter Caſſinum rediit, atque cum epiſcopis & Cardinalibus ad hoc monaſterium aſcendens in capitulum Fratrum ſe ferri pracepit, & ſub diſtrictiſſimo anathemate interdixit, ne quis ſucceſſorum ſuorum auderet vendere, vel alienare terraticum, eccleſias,* Victor infirmatur in Concilio.
villas, vel quaſcumque poſſeſſiones huic Caſſinenſi cœnobio pertinentes. Simili modo interdixit, ne quis monachorum auderet facere cartam, vel libellum, abſque ſcientia Abbatis ſui, quod ſi feciſſet, irritum eſſet. Conſtituit etiam tunc, ut omnia monaſteria, qua ſub ditione hujus noſtri Caſſinenſis cœnobii ſunt, prandium per unumquemque annum huic noſtra congregationi faciant &c. Poſt hac convocatis eiſdem epiſcopis, atque Cardinalibus, monuit, atque pracepit ut juxta quod pradeceſſor ſuus papa Gregorius jamdudum decreverat Ottonem Oſtienſem epiſcopum in papam eligere quanto poſſent citius perſuaderent, eumque, qui praſens erat, manu apprehendens cateris epiſcopis tradidit dicens: Accipite eum, & in Romanam eccleſiam ordinate, meamque vicem in omnibus quouſque id facere poſſitis habete. His ita diſpoſitis, atque decretis, ſepulchrum ſibi conſtrui in abſida ipſius Capituli juſſit, atque poſt diem tertium feliciter migravit ad Dominum ſextodecimo Kalendas Octobris anno Dominica incarnationis milleſimo octogeſimo ſeptimo, a patris autem Benedicti tranſitu anno quingenteſimo ſeptuageſimo nono, cum prafuiſſet in hujus Monaſterii regimine annis viginti novem, menſibus quattuor, dies ſedecim. In ſede vero apoſtolica ab ipſo ſua electionis exordio anno uno; ſacrationis menſibus quattuor diebus ſeptem.
Victoris monita pro eligendo Pontifice
Mors Victoris.
Hæc iiſdem verbis narrat Baronius anno 1087. ubi hæc adnotat: *Porro iſta non imperando, ſed ſicut pradeceſſor Gregorius fecerat, admonendo, & exhortando fecit, quod id temporum iniquitas poſtularet &c.* Ibidemque refert epitaphium olim ſepulchro Victoris inſcriptum. Videatur Pagi ad eum annum, Mabillonius cit. tom. pag. 237. & Sæculo VI. Part. II. pag. 615. & ſeqq. qui Abbatem Flaviniacenſem impugnant Victoris mortem ſecus deſcribentem. Sanctiſſimi Pontificis corpus duobus abhinc ſæculis a veteri ante Capitulum ſepulchro ad vetus S. Berthario dicatum ſacellum tranſlatum. Anno deinde 1650. cum baſilica reficeretur in Sacrarium, ex quo anno 1666. magna pompa ab Angelo de Nuce Abbate tunc Caſſinate, atque archiepiſcopo poſtmodum Roſſanenſi ad latus dexterum novi ſacelli S. Berthari humatum eſt, ut conſtat ex actis

Nota-

Notarii Franciſci Pagliarii civis Sangermanenſis. Tandem vero inſtituta anno 1692. magna ſolemnitate, ac pompa, corpus S. Victoris iterum elevavit, humavitque ſub ara Sacelli ejus nomini dicati Andreas Deodatus Abbas tunc Caſſinenſis, atque deinde archiepiſcopus & ipſe Roſſanenſis, ut ex inſtrumento conſtat eodem anno, die 19. Martii rogato penes acta Joſeph Ricardi tabellionis Sangermanenſis, cui duo protonotarii, unuſque notarius apoſtolici interfuere.

Nil vero magis ſanctitatem Victoris III. probat, quam factum Calliſti II. qui inter alias ſanctorum Pontificum imagines in oratorio S. Nicolai patriarchii Lateranenſis illam S. Victoris III. depingi juſſit, quod idem oratorium iiſdem imaginibus ornatum inſtaurari curavit Anaſtaſius IV. Ea vero imago hactenus viſitur hac olim inſcriptione ad latus notata: *S. Victor Papa III.* Veteri vero patriarchio Lateranenſi prorſus deſtructo, opus dumtaxat Leoniani majoris triclinii, atque memoratum S. Nicolai oratorium ſupereſt. Sed hac de re fuſius cum de Gelaſio II. De S. Victore agit Martyrologium monaſticum Wionis, & Menardi die 16. Septembris, cumque præter ea, quæ habet in memoratis Epiſtolis celebrat S. Petrus Damiani Epiſt. 9. lib. 1. hiſce verbis. *Ecce Deſiderius religioſus Caſſinenſis Monaſterii Abbas accedit, qui nimirum ſicut B. Danieli cognatione jungitur nominis, ſic eum ab illo non ſeparat aſſertio veritatis.* Et libro II. Epiſt. XV. ait: *Domno Deſiderio archangelo Monachorum, ac cæteris ſanctis fratribus Petrus Peccator Monachus devotiſſimi famulatus obſequium: Cum in meo pectore tuæ charitatis ardor inextinguibilis ferveat meque circa tui memoriam tepeſcere non permittat: &c.* Plura quoque Deſiderio Abbati jam Caſſinenſi epiſtolas ſcripſit Gregorius VII. quas inter undecima libri IX., quæ ſic exorditur: *Fraternitatem tuam dilectiſſime cognoſcere volumus:* atque paulo poſt: *Tu vero ipſe amande frater cognoſcis quia ſinus amor Juſtitiæ, & honoris S. eccleſiæ non teneret., &c.* Et infra: *Quapropter rogamus, & monemus, ut (quemadmodum te decet) ita nobis adhæreas, quatenus S. Matris tuæ Romanæ eccleſiæ honorque de te multum confidis nunc, & ſemper robur obtineat:* propeque finem: *ſed prudentia tua ſollicite invigilet, & quid ſuper hac re actum ſit diligenti examinatione cognoſcas, Tu ipſe etiam quantocius ad nos propera.* Ex cap. 77. Lib. 3. Petri Diaconi atque cap. I. lib. IV. ſatis conſtat S. Victorem III. ſibi Caſſinenſem Abbatiam ad mortem uſque retinuiſſe. Vid. ejus vita apud Ciacconium Tom. I. cum additamentis Oldoini, & apud Lucenti Tom. I. Ital. Sac. a col. 676. ad 751. Sanctiſſimi D. N. Benedicti PP. XIII. conceſſione, ac beneficentia in hoc Caſſinenſi monaſterio, in cœnobio Cavenſi, ac in urbe Beneventana S. Victoris officium ſub ritu duplici recitatur ſingulis annis die 16. Septembris cum lectionibus propriis ſecundi nocturni.

S. Petrus Anagninus Epiſcopus.

Hoc quoque Sæculo floruit S. Petrus epiſcopus Anagninus, cujus vitam S. Bruno noſter ejuſdem Urbis epiſcopus ſcriptis demandavit. Hanc cum ego invenire haud potuerim, eam hic integram exſcribam, quam Vivianus epiſcopus concinnavit, interque opera S. Brunonis Anagnini p. 153., & ſeqq. reperitur. Ea ſic incipit. *Vita S. Petri epiſcopi Anagnini ex ea, quam S. Bruno Epiſcopus Signinus compoſuit, per reverendum dominum Gaſparem Vivianum Urbinatem, epiſcopumque Anagninæ ejuſdem eccleſiæ breviter deſcripta. Petrus Salerni ex illuſtriſſima principum familia natus a parentibus patrui, ejuſdemque Abbatis cœnobii Salernitani S. Benedicti tutelæ, fideique committitur. Puerulus utroque orbatus parente a Religioſo quodam, proboque ſene eruditus deinde adoleſcens optimis moribus, ac litteris præditus ſuas facultates eidem Monaſterio tradidit, & S. Benedicti diſciplinam amplexus ſe ipſe quoque Domino dicavit. Suave igitur Chriſti jugum ab adoleſcentia ferens, & erga omnes humanus erat, ac mitis, & religioſæ vitæ cultor egregius, quippe qui monaſticas B. Benedicti leges, quas etiam memoriæ mandaret, accurate ſervaret, atque in jejuniis, precibus, ſacris lectionibus tempus omne conſumeret, ut juris quoque ſcientiam ad rerum divinarum cognitionem adjunxerit, cum ita illum Dominus nec opinantem ad epiſcopalis officii munus inſtrueret. Quare cum aliquando Salernum Aldebrandus S. R. E. Cardinalis, ac legatus veniſſet, ſancti viri fama permotus, eum ab Abbate patruo impetrat, Romamque ad Alexandrum II. pontificem perducit. A quo primum eccleſiaſticis negociis præpoſitus, deinde Anagninæ eccleſiæ, licet invitus creatur epiſcopus magna cleri, populique lætitia. Paſtorali igitur munere ſuſcepto cum de ſacris edibus inſtaurandis ac de recuperandis eccleſiæ ſuæ poſſeſſionibus cogitare cœpit, tum de ſanctorum reliquiis conquirendis præſertim vero de ſacro beati Magni corpore cujus præſentia decorari Anagnina eccleſia dicebatur, nec tamen ſatis conſtare videbatur. Verum Deus ita omnem ſubſtulit dubitationem. Petrus enim paraliticam quamdam per id tempus ad ſe perductam ab ipſius viro, cui nomen erat Franco jubet ad ſepulcrum in quo S. Magni corpus conditum putabatur, preces effundere. Cumque mulier ibi cum Francone viro ſuo profuſis lacrymis in precatione pernoctaſſet, ac triſtes ambo demum rediiſſent, poſtero die beatus Magnus eidem mulieri viſus eſt pontificio, ſplendidoque veſtitu, qui eam valetudini reſtitutam juſſit epiſcopo denunciare, ne amplius de ſui corporis in eccleſia quieſcentis præſentia dubitaret. Paruit illa, & læta cum beato Petro, ac frequentiſſimo populo excito tanti famæ miraculi ad S. Magni ſepulchrum Deo benigniſſimo de acceptis beneficiis gratias egit. Petrus interea nonnullis eccleſiæ ſuæ bonis recuperatis cum & ſuo clero, & egentibus paterna charitate proſpiceret, nocte quadam in templo de more orans Magnum epiſcopum magno ſplendore fulgentem ad ſe cum Dei matre venientem aſpexiſſet, qui ei prædixit fore ut in Orientem ad imperatorem miſſus ab eodem morbum diuturnum propulſaret, & ad templum inſtaurandum quæcumque vellet impetraret. Non ita multo poſt ad Michaelem imperatorem Petrus Conſtantinopolim legatus apoſtolicus mittitur. Cumque ſuo jam functus officio ea quoque exponeret, quæ in templo Anagninæ noctu vidiſſet, Imperator primo reſpondit ſe, quis beatus Magnus, aut quænam Anagnina eſſet eccleſia penitus ignorare; deinde vero ea nocte imperatori graviſſime laboranti, ut jam prope mortuus putaretur, beatus Magnus Pontificiis velatus infulis, & ſacratiſſima Dei genitrix aſtiterunt, monentes, ut ſi ſalvus eſſe velit, Legato apoſtolico morem gerat. Imperator ſtatim ut loquendi facultatem recepit,*

epiſcopum conquiri jubet. Cui advenienti catena (ut erat temporibus illis uſitatum) obducta in aula regia ita repente diffracta eſt, ut ſi fragilis aliqua materia ſcinderetur. Ergo imperator ſupplex ab epiſcopo per Dei parentem, ac S. Magnum, valetudinis beneficium flagitare, ac ſimul viſa narrare. Tum ſanctus, ac vere clemens epiſcopus implorato SS. Trinitatis auxilio, beatiſſimæ virginis, S. Magni, ſanctorumque omnium quorum ſacra oſſa in Anagnino templo aſſervantur, contrectatiſque leniter male affectis membris, Surge, inquit, præclariſſime Princeps, & perpetua incolumitate lætare. Surgit illico imperator, & ad epiſcopi pedes procidens patrem illum appellat quem pridie, ut externum hominem propè repulerat. Ad extremum fabris, & magna vi auri, vaſiſque inauratis eidem liberaliter attributis, pollicetur, ſe aliosque ſumptus ad baſilicam abſolvendam ſuppeditaturum; quod & re ipſa præſtitit. Beatus vero Petrus cum tres circiter annos, & quadraginta ſuam optime rexiſſet Eccleſiam, tertio nonas Auguſti migravit in cœlum, Paſchali ſecundo pontifice, a quo etiam eſt in Sanctorum numero adſcriptus. Quod & reipſa poſtea præſtitit, cum eidem viro Sancto Hieroſolymis redeunti, ubi poſt Terram ſanctam a chriſtianis receptam biennio fuerat, & Conſtantinopolim iterum venienti, tantam pecuniam perbenigne dedit, ut facile ſac. baſilica adificium quam ornatiſſime abſolutum fuerat. (Hæc verba adduntur in lectione 6. Officii.)

Gaſparis Viviani meminit Ughellius To. I. Italiæ Sac. nu. 68. col. 322. in epiſcopis Anagniæ, quam eccleſiam ab A. 1579. ad 1605. ille rexerat magna cum doctrinæ fama, potiſſimum ob linguarum in primiſque Græcæ peritiam, ut ex ejus epitaphio conſtat, in eccleſia S. Franciſci ejuſdem urbis poſito. Huic prope ſimilem vitam refert Ughellius cit. loc. col. 308., & ſeqq. Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ die 3. Auguſti p. 484. ubi in adnotationibus ſubdit: *Ex vita ipſius quam S. Brunonem epiſcopum Signinum ſcripſiſſe ferunt, & ex vet. MS. ejuſdem eccleſiæ Anagninæ.* Pro Hildebrando, qui Alexandro II. in pontificatu ſucceſſit, & Gregorius VII. dictus eſt in monument. Eccl. Anagn., & Vita MS. mem. Aldebrando ſcriptum eſt. Epitomen hujus vitæ refert Mabillonius To. V. Annal. p. 484., & Baronius ad A. 1107. p. 404. narrat legationem ab eodem Petro initam ad Michaelem VII. Conſtantinopolitanum Imperatorem, quem cum morbo graviſſimo liberaſſet, magnam pecuniæ copiam ab eodem accepit ad perficiendam cathedralem Anagninam eccleſiam quam inchoaverat. Ejuſdem legationis meminit Pagius eodem anno nu. 14. Sanctorum albo Petrum adſcripſit Paſchalis II. cujus hac de re bulla extat apud Baronium To. XII. A. 1105. p. 43., & ſeqq. quæ ita ſe habet: *Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus epiſcopis Anagniæ, & aliis per Campaniam conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dominum excelſum habentes præ oculis, qui in amicis ſuis laudatur, & benedicitur, & conſiderantes propterea ſtrenuæ probatæque vitæ merita, quibus vir S. Petrus quondam Anagniæ epiſcopus de regula Monachorum aſſumptus in paſtorali officio pure, ſimpliciter, ſolerti vigilantia, & exemplo Deo deſervivit: admirantes etiam miraculorum inſignia quibus ſanctum ſuum ante, & poſt obitum divina gratia decoravit, prout per Brunonem Signienſem epiſcopum fideliter annotatur, & uſque ad noſtra tempora decorare non deſinit: auctoritate præſentium vobis licere volumus, & mandamus, quatenus tertio nonas Auguſti diem Natalem ejuſdem confeſſoris, & præſulis memorandi Sanctorum catalogo congruo celebrem recolatis, quatenus in præſenti gratiam, & in futuro, opitulante divina clementia, piis ejus interceſſionibus mereamur gloriam ſempiternam. Datum Signia ſecundo nonas Junii pontificatus noſtri anno decimo:* Extat eadem bulla inter opera S. Brunonis Anagnini p. 154. To. II. Sancti hujus meminit Martyrologium Romanum, & Benedictinum, Wionis, ac Menardi die 3. Auguſti, ejuſdemque diem feſtum ſolemniter celebrant Anagnini cum officio, cujus lectiones, hymni, oratio, & capitula peculiaria ſunt. Petrum inter Caſſinates ſanctos adnumeravimus, quod cœnobium S. Benedicti apud Salernum, cujus ipſe monachus erat, Caſſinatibus ſubditum eſſet, ut ex diplomatibus conſtat ab Hugone, & Lothario Italiæ Regibus A. 942. Conrado Imperatore A. 1038., aliiſque Imperatoribus, atque Nicolao II. A. 1059., aliiſque pontificibus conceſſis, & infra dicemus, in quibus cœnobium illud Caſſinatibus attribuunt.

Cœnobium quoque Caſſinenſe decoravit S. Ge- S. Gebi-
bizo, cujus vitam juſſu Oderiſii Abbatis conſcri- zo.
pſit Paulus Caſſinenſis monachus, ut ipſemet in prologo teſtatur hiſce verbis: *Poſtremo ſilere non audeo quod loqui me cogat pii reverentia patris Oderiſii Romani Cardinalis montiſque Caſini Abbatis tam religione, quam ſapientia pollentis, quod idem impoſuit ſuggerente reverendiſſimo Theudmaro, cui renuere nefas omnino putaverim. Obſequar ergo diligenter, & hujuſmodi patri famulabor, utpote in turre Jheruſalem gemmis ædificata poſito ſpeculatori, vel quatenus vineam Soreeh a fraudulentis tuetur animantibus. Hæc eſt enim turris David, turris Libani quæ ædificata eſt cum propugnaculis, & reſpicit contra Damaſcum, contra eos videlicet, qui ſanguinem noſtrum ſitiunt, quod apud latinos interpretatur Damaſcus, qui autem imperiis tanti viri me reſiſtere perſuaſerit, timeat, ne quaſi cicutiens impingat in petram ſcandali, quæ dicit, qui vos ſpernit me ſpernit. Paveat quoque valdeque tremiſcat, ne ſui cauſa dicatur: Domus Iſrael nolunt audire te quia nolunt audire me.* Extat hæc vita ſub Pauli nomine in regeſto S. Placidi circa annum 1140. exarato, eamque ad verbum deſcribit Petrus Diaconus in libello de Ortu & vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 62. Nos eam damus ex præfato Regeſto fol. 155. & ſeqq.

Incipit prologus in vita, vel obitu S. Gebizonis Monachi edita a Paolo Monacho Caſſinenſi.

Pleriſque ſcripturarum incrementum eſſe tædio ſcio, dum putent ea ſufficere, quæ majores noſtri ſcripſere: ſed qui ſuſurrant ne dicetur, idem laborant ne conditor bonus operetur. Flagrat enim lingua ſcribæ velociter ſcribentis, cujus liliis labia ſtillantia mirram primam, cujus guttur ſuaviſſimum, & totus deſiderabilis. Flagrat inquam, & inter cæteros odores ſic exaltatur, nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, non autem deſinit ipſe lucernam accedere. Tu ergo, quis es, qui vis eam ſilentio latere? lucernam utique accendit, dum quoſdam ſuo-

ſuorum, quaſi ſtellas in cælo perfectionis micare facit, ut in terra deſerto, & invio, & inaquoſo, lumen ipſi videant, quorum via ſunt tenebræ, & lubricum, & Angelus domini perſequens; majoris profecto meriti David erat, qui tamen dum eſſet in deſerto Ydumeæ, clamabat: Deus Deus meus ad te de luce vigilo, nec excidit menti, cur in tabernaculo Dei præſertim in Altari timiamatis jugiter ignem accendat ſacerdos. Sed, & candelabrum in meridie ponitur contra menſam Aquilonalem, ut lucem habeant in tenebris epulantes. Quin etiam populo per heremum gradienti nunquam deſuit columna nubis per diem, nec ignis per noctem. Quandiu ſumus in corpore peregrinamur a domino, unde neceſſe eſt, ut in deſerto peregrinationis hujus irradiet te columna ignis. Ne vero per neglegentiam noſtram divina lux extinguatur ad uſus poſterorum libris tradatur, quod pius Dominus operari dignatur. Retiremus igitur ea quæ per Gebyzonem militem ſuum monſtrare volunt Chriſtus, ut dicant juvenculæ, trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Poſtremo ſilere non audeo quid loqui me cogat pii reverentia patris Oderiſii Romani Cardinalis montiſque Caſini Abbatis, tam religione, quam ſapiencia pollentis, quod idem impoſuit ſuggerente reverendiſſimo Theudmaro, cui renuere nefas omnino putaverim. Obſequar ergo diligenter, & hujuſmodi patri famulabor, ut pote in turre Iheruſalem gemmis ædificata poſito ſpeculatori, vel quatenus vineam Sorech a fraudolentis tueatur animantibus. Hæc eſt enim turris David, turris libani, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, & reſpicit contra Damaſcum, contra eos videlicet, qui ſanguinem noſtrum ſitiunt, quod apud latinos interpretatur Damaſcus, qui autem imperiis tanti viri me reſiſtere perſuaſerit, timeat ne quaſi cæcutiens impingat in petram ſcandali, quia dicit. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Paveat quoque, valdeque tremiſcat, ne ſui cauſa dicatur. Domus Hiſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me.

Quanti meriti apud Omnipotentem fuerit Gebizo famulus ejus teſtantur & mores ipſius tranquilli, & vita religioſa: habitu namque monaſtico fungens non aliud foris gerebat, & aliud intus erat, ſed operibus exequebatur quod veſtibus videbatur, ſufficeret ſiquidem ad indicium ſanctitatis ejus, ſed hoc majus habere meruit teſtimonium, ut pote ipſius, qui teſtis eſt fidelis, & verus, qui ſemel loquitur, & ſecundo non addit, qui renes ſcrutatur, & corda. Denique dum adhuc in ſæculo teneretur invitus, etiam divino jugo colla ſubdere decreviſſet, nec id impedientibus fortioribus ſuis palam facere potuiſſet, quadam nocte clanculo fugam iniit, beatum imitans Benedictum, qui eadem cauſa nutricem ſuam fugit. Nam & in congregatione tanti patris ſeſe militaturum deſtinavit. Verum quoniam in præſenti ulterius procedere nequivit in quodam interim mapali latibulum quæſivit. Nocte vero tranſacta dum agnoſceretur ejus abſentia, quidam ex primoribus civitatis, qui per eum profectibus plurimis auctus fuerat dolens tanti viri deſtitutione, clientes, & amicos ſuos ad inquirendum eum ilico direxit, qui ſingula loca rimantes ſingula quoque diverſoria perluſtrantes, ubi vir Dei latitabat, venerunt; ſet eum cognoſcere minime potuerunt: quærentes enim appropiabant, & in eum impingebant, tractabant, adque cernebant, ſed hebetante Deo proſpectus eorum, quem videbant ſeſe videre mirabiliter neſciebant. Ecce quod diximus divinitatis indicium, ecce quale de famulo ſuo etiam ante converſionem dedit teſtimonium. Poſtquam autem, qui miſſi fuerant indagine fruſtrata redierunt ad propria, Gebizo nactus oram, quamprimum Imperatricem adivit Agnetem. Erat enim genere Teutonicus de provincia, quæ Francia Teutonica dicitur. Ejus itaque imperatricis conſilio fultus, & auxilio non ſolum urbem, verum & gentem mutavit. Et jam peregrinationis Abrae factus imitator longius iter arripiens, quam ſit de Ur Chaldeorum in terra Chananeorum, ad montem Caſinum profectus a S. Deſiderio loci Abbate ſuſceptus eſt benigne, ſub quo nimirum religionis amatore, taliumque adjutore corpus ſuum hoſtiam viventem ſanctam, Deo placentem, ſinceriter exhibuit. & quia non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſet adverſus principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum, obſervans illut evangelii; Hoc genus in nullo poteſt ſuperari niſi in oratione, & jejunio, ſtudebat agere ſemper quod in pſalmo legebat frequenter. Ego autem dum mihi moleſti eſſent induebam me cilicium, & humiliabam in jejunio animam, meam & oratio mea in ſinu meo convertebatur: Cilicium nempe quod aſperius repperire poterat ad carnem induebat. Jejunio ſic intentus, ut etiam piſcium, qui cœnobitarum cibus dici conſuevit, indeſinenter abſtineret. Non expedit igitur quærere, an ovis, an caſeo, vel adipe veſceretur. Sane carnis edulium nunquam a nativitate ſuarum mollivit meatus faucium, nec ullum prorſus pinguedinis blandimentum præter olei condimentum, ut fieret in eo laudabiliter, quod de meretrice dicitur reprehenſibiliter: oleo nitidius guttur ejus. Verumtamen ut in tali Fratrum collegio fieri ſolet multos habens imitatores ut pote boni emulatores, oleo quoque niſi communiter cum cæteris prorſus indiguit. Facta denique dicti liquoris penuria, edictum exivit a patre Monaſterii ne cui daretur oleum niſi ſollemni cunctorum refectione, ſicque factum eſt, ut elixis tantum leguminibus uteretur, & quod erat miſerabilius, quando aliis melius prandebant, ipſe deterius reficiebat. Nunquam tamen abſtinentiæ terga dare volens, & uxorem Loth equiparare contempnens, nulla fatigabatur inedia, nulla deficiebat indigentia, ante nonam nunquam comedebat, exceptis diebus dominicis, & ſolemnitatibus præcipuis, tribus in hebdomada diebus pane dumtaxat, & aqua contentus ſic totum ex ordine annum continuabat. De oratione, ac vigiliis non ignorans diaboli aſtutias, Salvatoris cuſtodiebat præceptum: Vigilate, & orate ne intretis in tentationem, & ſatagens priſcos imitari ſanctos, qui pernoctationis inſtantia Vigiles vocabantur, rariſſime dormiebat, ne prevaricari videretur, ſine intermiſſione orate, & ſi tandem aliquando dormitaret, potius quam dormiret, dicere poterat. Ego dormio, & cor meum vigilat, nec minus indictum Salmonis adimplens, omni cuſtodia ſerva cor tuum, & Apoſtolicum illut: Deponite vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſfemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Ita ſilentio deditus erat, ut vix per integrum annum niſi confeſſionis cauſa loqueretur, conſiderans enim in via hac qua ambulabam abſconderunt laqueos mihi, & laqueos paraverunt pedibus meis, pavitare cœpit, Vir linguoſus non dirige-

rigetur ſuper terram; Cæterum conſolatus ab eo, qui dicit: Singulariter ſum ego donec tranſeam, & factus ſum ſicut paſſer unicus in ædificio, aulam beati Bartholomei, quæ baſilicæ S. Benedicti lateralis eſt, atque contigua quaſi conſiſtorium fecit ut incluſo corpore, negaretur horis & momentis excurſus, quam nimirum pro hæremo indeſinenter habitans abſque mendatio pſallebat. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine. O quis illos gemitus! quis eos valeat explicare ſingultus? quos ibidem ſpirabat, die noctuque anxius pro ſua ſoſpitate, ac pro totius eccleſiæ proſperitate. Equidem reor & certus ſum, nec lepida Varronis facundia, nec faceta Ciceronis eloquentia poſſet compunctionis ejus tenorem enarrare per omnia, nec unquam de eo niſi eſſent effabilia, quæ de illo pectore manabant ſuſpiria. Nullo certe tempore praphatam ædem exibat, niſi vel obedientia proventu, vel humana neceſſitatis impulſu; ut cum B. Job dicere videretur: In nidulo meo moriar; unde factum eſt, ut hominum interdicta frequentia, ſæpius enim Angelis vel dæmonis, quam cum hominibus confabularetur. Habuerat enim ante converſionem quendam familiariſſimum Adonem nomine prædivitem, qui plurima beneficia ſibi conferens ad extremum quibuſdam eum affecit injuriis. Satanæ vero ſatellites rati hominem Dei vindicta gaudere in vigilia Natalis Domini oranti ei, & præ nimia laſſitudine jam ſomniculanti viſi ſunt quaſi quodam tripudio lætabundi, quos ita ſciſcitatus eſt; Et vos unde jocundamini ſemper miſeri? at illi. Quoniam ajunt ex anima illius modo triumphavimus. Qualiter inquit, nunc inquiunt inter noſtros eam ſuſcepimus, & his dictis oſtendunt prædictam animam in jumentorum more ligatam ad ſupplicia trahi, his ita geſtis evanuerunt. Ille vero pertimeſcens, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, inimicum potius, quam proximum perſequens, David exemplo, qui regiæ mortis nuntium juſſit oberumari, continuo ſanctum Teymarum adivit, cui ſua cuncta committebat archana, & narrans quod viderat, & audierat, ut perageret alter alterius onera portate. Dedit operam, ut per eum, onus pœnitentiæ divitis illius imponeretur ſibi. Dum injunctam pœnitentiam caſum proximi non ferens, conaretur explere celeriter, orans aliquando pro eodem in domo jamdicta diſponere corde tenus cœpit, ut multorum veniam dierum tempore conficeret breviori. Cumque meditata vellet inchoare, pius ille, qui cuſtodit Iſrael, qui prope eſt contritis corde, & humiles ſpiritu ſalvat ſciens prophetam ſuum dixiſſe, niſi Dominus cuſtodierit civitatem vigilat in vanum, qui cuſtodit eam. Bonus dux, ne ruina pateret clientis in providentia mox affuit pietate, qui nuſquam deeſt majeſtate, & tyrunculo ſuo modum indidit, quo militare debuerit. Nam cœlitus vox ad eum perlata eſt nullam ſomni paſſum gravedinem, ſed pœnitus, ut fatebatur inſomnem, & in hunc modum audivit, ſic. Quid eſt, quod mente pertractas nunquid potis es tantam ſarcinam portare? ſatis eſt, ut inter diem, & noctem trecentas venias exſolvas, hoc tantum vox illa, tanquam diceret. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, & quod per Prophetam dixerat. Hæc via, ambulate in ea, non declinantes ad dexteram, neque ad ſiniſtram; commodius eſt enim medium, quam devium. Divinum itaque conſilium eo quod peragente hoſtilis lætitia verſa eſt in triſtitiam, ſtanti ſiquidem in obſequio cujuſdam ſacerdotis, qui hoſtias immolabat pro defuncto nominato; Plures enim invitaverat ad ejus liberationem. Ecce bonorum adverſarius diabolus minus plene dormienti apparens ait. Multa mala tu mihi facis, & quod pro illo nunc agis, ſic eſt, quaſi framma me ſecet a vertice uſque in pedes, nec plura locutus umbris ſe miſcuit; quod idcirco putamus illum feciſſe quatenus vir Dei de ſalute proximi ſecurus ab opere pio teperet, & de victoria gloriaretur elatus, & ita proſterneretur incautus, quemadmodum Phariſeus ille, qui bis in ſabbato jejunabat, & decimas dabat omnium, quæ poſſidebat, hoc ſolo dejectus, quod ſe non eſſe, ſicut cæteros peccatores jactabat, ſed frammam cariſſimi frammam, quæ necat occultos inimicos non deponamus; Verum contra univerſa nobis adverſantia bono protectori dicamus. Effunde frameam, & conclude adverſus eos, qui me perſecuuntur, ſequamur militem ſuum Gebizonem, qui licet ab hoſte territus, non antea tamen pugnare deſtitit, quam puer quidam ſibi frequenter apparere ſolitus adveniſſet, quem Angelum ipſius fuiſſe non ambigimus. Nec fragilitatis cauſa, ſed puritatis, ac ſimplicitatis gratia puerili ſibi ſpetie credimus abparuiſſe, quia cœlibatus tenax ab infantia Gebizo vixerat, & ex eorum erat collegio de quibus Salvator ait. Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum, prædictus itaque puer alacer quidem, ſed quaſi de labore fatigatus cernebatur, quem interrogans ille, unde gaudium foret? adque fatigium hoc ab eo reſponſum accepit: actenus inquit ego, meique ſodales pro Adone laboravimus, ſed age gratias Deo, quia modo liberatus & noſtris concivibus eſt aggregatus, in quo facto noſter Gebizo comparabilis eſt beato Gregorio, qui de ſubpliciis Trajanum eripuit, ſane non eſt difficilius Ethnico ſubvenire, quam puplicano; inſtitor enim Ado fuerat, nec abſque gravi culpa, nundinas frequentare poterat, & abemus ſcripturas ſatis autenticas, quæ puplicanos deteriores ethnicis aſſeverant. Non ergo mirabilius eſt Trajanum, quam Adonem liberaſſe, quamquam in hoc diſtent, quod hic aqua, & ſpiritu regeneratus regnum Dei credatur ingreſſus, ille ſolummodo de pœnis ereptus. Interea e Gallia, Alemanni, dum adveniſſent vir Dei de ejus obitu inquirens, ea hora illum invenit de mundo migraſſe, quo ipſe ejus animam ad ſubplicia trahi perſpexerat. Nunc ad alia ejuſdem properemus mirifica. Nocte quadam poſt communes & peculiares prolixas vigilias in proprio ſtrato reſidebat quem ante Gazzofilacii januam in ipſo aditu baſilicæ ſemper habebat, cumque nimius defeſſus in ſomnis paulisper dormitaret, viſi ſunt in choro ſtare Fratres, & quaſi viritim turificaretur, a ſingulis ſubſelliis videbatur exire fumus, cujus virgula ſupra B. Benedicti colligerentur altarium, tunc ille cogitationibus ſuis ita volvere cœpit. Quid eſt quod video? non officium noſtrum eſt incenſum miniſtrare, neminem pro me deprecatus ſum, miror unde ſit hæc turificatio, ebdomada nempe ſua tunc erat hujus Miniſterii. Sic autem, eo cogitante, Angelus Domini ei in ſpecie pueri apparuit, & talibus alloquiis curam mox demere cœpit. Non eſt, ait, quod opinaris, ſed orationes ſunt Fratrum, quæ propterea in altari congeruntur, ut ſanctus Benedictus repreſentet eas nota; *ante ſedem Majeſtatis. Eja Fratres, quid dicimus? Deo redolet noſter precatus, & ad preces fundendas pigri ſumus? ſit obſecratio noſtra Redemptoris flagran-*

gran-

grantia, & obſecrandi ceſſat inſtantia? Divinitati dum oramus, ſine ture mudsimus aromata, nec a corde propulſemus fantaſmata? Hæc ſunt nimirum aromata de quibus in Apocalypſi legimus, quod aſcendit fumus aromatum in conſpectu Dei, ed in Eſaya: Domus impleta eſt fuma, ed rurſum: creabit Dominus ſuper omnem locum montis Syon, & ubi invocatus eſt, nubem per diem, & fumum, & ſplendorem ignis per noctem. Expergiſcamus igitur, & ab oratione non deficiamus, ut dirigatur oratio noſtra, ſicut incenſum in conſpectu Dei, & ſi quando præ tedio ſuccumbimus, dicamus ei: tange montes, & fumigabunt, hujuſmodi quippe ſi ſtudiis intenti fuerimus, non deerunt angelicæ virtutes, quæ gratulabundæ ſuper caterva noſtra dicant admirantes. Quæ eſt iſta, quæ accendit per deſertum ſicut virgulam fumi, ex aromatibus mirra & turis & univerſi pulveris pigmentarii? Item de ſalute proximi ſollicitus ut potecultor charitatis eximius, dum Normannorum gentem, quæ Latium invaſerat excommunicaſſet Apoſtolicus, cœpit intra ſe cogitare tacitus, an ſubjacerent uxores virorum ſuorum maledictionibus. Multas enim Normanni duxerant ex indigenis, nec, ſolet conditio mulebris militia ſubeſſe flagitiis, ideoque maxime ſibi contigerat hujus modus ambiguitatis, quoniam audierat eas elemoſinis inſiſtere, locis eccleſiaſticis munificas eſſe Deumque timentibus innumera beneficia præſtare. Inter cæteros tamen anxius erat ſuper duorum affectu præcipuorum, quorum nomina melius ſupprimere reor. Horum itaque geminorum meritum famulo ſuo Dominus noluit haberi celatum. Denique cum eorum gratia jejuniis, & aliis diſciplinæ præſidiis Dominum obſecraret, ut luca ſua benignitatis ſcrupulum enodaret præfatæ dubietatis, eundem puerum vidit in ſomnis a Deo ſe miſſum aſſerentem, & per quandam ſemitam ſibi ducatum præbentem, qui dum iter dimidiaſſent, quod patratum videbantur, ſubſtitit puer, & ait; Vade quia ſine me via te ducit, quo uſque pervenias ubi quod de fœmina illa quæris, aſpicias. Cui Gebyzo, Timeo, inquit, ne quod tramitis diverticulum alicubi me faciat erraticum, non eſt, ait hic uſpiam devium, quod inicere tibi poſſit impedimentum, ſolus igitur ivit, & domum ſatis amplam repperit, in qua rogum vidit grandibus lignis conſtructum, ſicut fieri moris eſt in frigidis, & preſertim per Boreis regionibus. Integras etenim ubi dominorum ſuorum focis ad volvunt ruricolæ arbes, ut non ſecturis, ſet trabibus magnis piram videbantur componere, ſu temen eas in quadrum alterum alteri ſuperponunt, ut inter lignum, & lignum apertura quadam efficiuntur, per quas linguæ ignis egrediantur, & omnia domus ſpatia caloribus replicantur. Intuebatur ergo Vir Dei ſtudioſius, & immanem videbat ſerpentem, ſtruem ingrediendi, & egrediendi vices alternare. Cumque diutius moraretur, nec aliud ab eo cerneretur via regreſſus eadem, puerum ubi reliquerat, invenit, & quaſi deriſus ab eo, indignans pertranſivit, puer vero poſt tergum ejus clamans, eum ad ſe accerſivit dicens, ut quid abis, me neglecto? unde te permotum video, tum ille: quia tu (inquid) me deludis, quonam, ait, modo? dicito quod videris, & docebo falſum quod aſſeris: Nil, (reſpondit) vidi, niſi columnam pergrandem flammis alternatim ſeſe verſantem; Bene, inquid, vidiſti hæc eſt mulier illa, de qua ſuſpectus erat; proculdubio noveris hoc ei futurum ſupplicium poſt viſa præſentis occaſum. Nunc age, veni mecum, ut videas, qualiter maneant ſecum maritus pariter, & uxor. Mox perduxit eum ad eccleſiam quamdam, & ſpeculatus eſt ambos extra templum manentes, ſeorſum tamen, marem cum ſatellitibus ſuis & fœminam cum paraſitis ſuis, igitur utrumque eccleſiam extra ſpectare fuit ambos excommunicationi ſubditos conſiderare. Corroborat hoc exemplum Joannis evangeliſta teſtimonium qui ſcribens epiſtolam ad Electam, inter cætera facit hanc ſuadelam: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis, qui enim dixerit illi ave, communicat operibus illius malignis, nequid ergo exors, fieri maritalis anathematis quæ conſors fuerit jugalis thoreumatis. Dum autem inde reverteretur uterque, conſuluit puerum Gebizo ſi repperire poſſet conſilium, quo viſum ignis evaderet exitium: ad quod puer ſi relictis, ait, ſæculi pompis ſubit ſanctimonialium ancillatum devitare poterit hunc cruciatum, tali tamen pacto, ut ſicut paribus præfuit, ita cæteris ſe ſubdere meminerit. Hæc colloquentes ad invicem, diſceſſerunt ab invicem, ſola eſt igitur humilitas, quæ tipo ſuperbiæ laborantibus concedi valeat incolumitas, o humilitas collaudanda; o abjectio ſemper amplexanda! o abjectio ſemper amplexanda; ſuperbia Cherub de altis in tartara præcipitavit, humilitas crucis hominem de imis in cœlum relevavit; ſuperbia Saul regni fecit extorrem; humilitas David paſtorem ſolii ſublimavit honore; ſuperbia dejecit eum, qui mane oriebatur, humilitas hominem ſuper aſtra inthronizat. De ſuperbo dictum eſt: videbam ſatan ſicut fulgur de cœlo cadentem. De humilibus ſcriptum eſt: cum dixerint omne malum adverſus vos, gaudete, & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis: ex utriſque ſcriptura dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quid igitur expectatis o tiranni? quod vitamini aderit; Nunquid hoc non auditis, numquid non intelligitis, numquid etiam oculis non aſpicitis? Nonne cotidie perſonant auribus veſtris: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui, & depoſuit potentes de ſede, cur humiliari dedignamini? an vos illud ſolum fortaſſe delectat? Potentes potenter tormenta patiuntur. Sufficiunt hæc fratres ad præconium, ſet quia ipſe inimicus ejus adhuc me cogit alias ſubnectere laudes de multis unum ſubnectam. Ille inimicus qui vocatur diabolus, & ſatanas eadem induens ad arma quemquam decepit ferens veſtem in manu biſſinam, acceſſit ad ſupranominatum Chriſti famulum, & ſic ei exorſus eſt loqui: Cur tam aſperis induſiis carnem maceras? adquieſce dictis meis, & talem interulam tibi dabo, qualem preſbyter ille potitur. Interulam enim nominat grammaticus, quam camiſiam vocitat populus. Appellabatur autem preſbyter ipſe Georgius, qui bona converſationis erat & litteratus, ſet tunc temporis impetiginis cauſa lineam induebat. Propter quod inductus diabolus, ut diximus, ſic eſt allocutus ac ſi diceret. Te magis ille ſapientior eſt, & preſbyterio functus; optimæ religionis eſt, non debes eum ſpernere, quin emuleris. Neſcius vera Gebyzo ſi verum eſſet quod audierat de preſbytero, intravit in ſecretarium ubi manus ipſe lavabat, quæſivit, repperit probavit & ei quæ dicta fuerant enarravit. Sine mora Dei ſacerdos biſſinum exuit amictum, & auſterius quo ſolitus fuerat ami-

ctitur

citur indumento. Age, dic iniquiſſime draco, quid tibi proſunt præſtigia tua; dum chriſticolis niteris inferre detrimentum, tibi perdis emolumentum, & cum alterum ſubplantare temptaſti, ſubplantatus ab ultero victus ipſe corruiſti, ſic ſepe contigit ut tu confundaris dum nos confundere peſſime conaris. Cæterum ad nos redeuntes dilectiſſimi, conſideremus quid valeat humilitas cilicii ut vires franguntur inimici, magis nempe ſagi metuit tecturam quam ferream armaturam. Nec exemplum quærendo per diverſos vagemur, dum in uno quod dicimus experiri valeamus. Noſtis itaque impiiſſimum Achab non tantum vitulos, ſed etiam Jezabel impulſu Baal coluiſſe. Cum tamen minaretur Dominus pro Nabutha Jezraelita homicidio interficere Deuchab, uſque mingentem ad parietem, cilicio veſtitus eſt tirannus, & factus eſt ſermo domini ad Helium Thesbitem dicens. Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me propterea, non inducam malum ſuper terram in diebus ſuis, ſet in diebus filii ſui. O quanta vis talis armamenti! Quanta efficacitas talis tegumenti! Oſtium impetus fugat, pacis quietem propagat, cæli dominatorem iratum reconciliat. Hæc igitur arma ſumamus, hanc loricam contra latrunculos inviſibiles induamus. Ocius ſane fugiunt ſagiſetas, quam triſidas catapultas; ocius humiles hirſutos, quam protervos ferro vernios; ocius venetis cucullis munulentas, quam telis, vel jaculis lanceatos. Non ergo nos pudeat ispidis segi, quibus ſternuntur pradones ſævi. Deliciis enim uti non clauſtrum decet cœnobiale, ſed palatium imperiale, quoniam qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Verum enim vero reſtat adhuc de Gebyzone noſtro non minus memoratis memoranda. Dum quidam Dei ſacerdos tam terribiles de ſe viſiones vidiſſes, ut indignationem divinitatis incurriſſe videretur, Gebyzonem, cum reliquis Fratribus invitavit apud miſericordem omnipotentem, ſedulis precibus interpellere, ne vellet eum iram ſuam celare. Peracto itaque jejunio triduano precantique, famulo Dei divinitus dictum eſt; Quod idem ſacerdos ſcripſerit ſanguine Chriſti, ed revera commiſerat delictum, ſet delictum non putabat, quia pro cujuſdam infirmi ſalute periti juſſu magiſtri fecerat. Nunc vos aſtipulor qui hæc legitis, & auditis, num vobis videtur in hoc facto Daniel Gebizone mirabilior, aut Gebizo Daniele inferior. Ille ſiquidem viſiones regis, & cogitationes miro modo conjectavit, & hic miro modo quod nuſquam a quolibet homine didicerat cognovit. Ille jejuniis, & obſecrationibus, quod rex oblitus fuerat, divinitus ad memoriam reduxit. Hic eiſdem artibus quod prævaricator jam dudum neglexerat cælitus ad notitiam traxit. Danielem non latuit futurum Dei conſilium, nec Gebizonem futurum Dei judicium. Præterea de futuris multa ſunt ei revelata, quæ nimis admirabatur, cui talia faſebatur. Sapientia quippe donis horum auditor affatim pollebat, ideoque magis ſtupenda ſibi videbantur quæ ſapienter Ydiota pandebat, ductus eſt etiam in ſpiritu per amena loca, & nomirabantur ei quorum forent diverſoria, & inter cætera oſtenſus eſt illi quidam ſatis delicioſus locus, & audivit illum Helin fuiſſe prophetæ. Multa præter hæc memoranda forent; ſet ne lectori nauſea fiat, ad extrema ſtilum revolvam. Popoſcerat Deum ut ante vita occaſum qualibet cruciatus egritudine mundus exiret ad requiem, & tandem exauditus, fiſtulam accepit in leva parte mamilla, quæ dum a Fratribus, & ab ipſo vix tolerari poſſet propter incrementum liquoris, atque putoris, perſuaſus eſt ab eiſdem fratribus ſuis, curationis cauſa pergere ad Venafranum epiſcopum, vocabulo Petrum, qui plurimis ſuper ejuſmodi morbo remedium contulerat, ille vero nolens abicere quod a Deo petierat, a venerabili presbytero Georgio jam præfati Georgii patruo, tunc temporis aduno, vix ire compulſus eſt. Cumque Venafri aliquantis diebus ea de cauſa moraretur, non tamen opus orationis intermittens poſt altare baſilicæ ſecreto ſedebat. Unde communis parum inimicus diabolus nec jam livorem ſufferens, ſaxum dejecit, Dominique famulum reor opprimere cupiens, ſedem ligneam ante quam ſedebat, fregit, atque comminuit, illo tamen a ſolitis obſecrationibus nullatenus deſiſtente, jam populo ad divinum miniſterium conveniente, templique parietes conſtipante malignus tunc hoſtis, quem prius terrore permovere nequiverat, ſimulata benignitatis conſolatione, monachi ſpecie Gebizonem humiliter adiens ſic exorſus eſt. Abbas veſter plus gerit ſollicitudinem de rebus tranſitoriis, & caducis, quam de Monachis, multaque jam mala ſuſtinuiſti. Nunc igitur exuere vili quo indutus es habitu, & decentiorem quem affero in tanta frequentia plebis amicire. Nam & ipſe vilibus veſtitus erat, & honeſtius pallium monachum, qui videbatur gerere cernebat, quem cum diligentius attenderes, qui quaſi miniſter adoleſcens venerat, nunc virilis ætatis, nunc ſenilis apparebat, opinor, ut verbis auctoritas major ineſſes. Cumque perſonam variari proſpiceres, ilico quid fuerit animadvertens ſemetipſum ſigno crucis armavit, & mox imago illa diſparuit, qua evaneſcente tanto tremore univerſa concuſſa eſt aula machina, ut populus, & clerus, qui interfuerat fugiens exiret. Pontifex etiam in epiſcopio prope commanens, terremotu ſtupefactus alioſque paluri proſpectans, cœpit querere ſollicite, quidnam de ſervo Dei factum eſſet, & accerſito presbytero, quem pro Cappellano ſibi dederat, eum ad ſe adduci præcepit. Quem percontatur; An terremotum ſenſerit? Quid homo Dei vidiſſet audivit, & quod geſtum fuerat penitus agnovit. His autem præſul, ob dignam religionis meritum, Deo revelante, comperit eum impotem curari, & hominem in proximo exiturum, quapropter eum ad cœnobium Caſſinenſe remiſit, ut in ſuo monaſterio ſeculo valefaceret; ubi dum perſiſteret divinam flagitans opitulationem, cernit perviſum prolixam, adque jocundum dealbatorum proceſſionem, ad quorum accedens extremum, ſciſcitatus eſt qui eſſent, & qua de re pompam celebrarent illam, cui reſpondit quem conſuluit, non expedit te nunc id doceri, quia de vicino es cogniturus. Inter hæc Abbas ejuſdem loci Deſiderius, cujus ſupra meminimus viſitandi gratia ad eum accedens ait. Quomodo es Frater? ed Gebizo: orationibus Pater intervenientibus veſtris, bene. Tunc hortatus eſt eum, ut pro allevatione egritudinis piſcem ſaltem comederet, ed Gebizo: non pater, non: abſit, ut abſtinentiam, quam per totum vitæ meæ tempus ſervavi, nunc in mortis conſtitutus articulo perdam; jam enim domini mei repreſentabor conſpectibus, jam cupio diſſolvi, & eſſe cum eo. Tunc Deſiderius ad Fratres converſus ait: iſte homo lapideus eſt, non carneus, excellit hominum menſuram, non enim piſces, non carnem, non caſeum, non ova, non adipem, nec ullum prorſus

pin-

pinguedinis blandimentum in tota vita ſua, ut ante jam diximus, vir beatus comedit. O mirum inter ſummos, & antiquos patres non immerito comparandum, qui nec in die mortis abſtinentiæ voluit relaxare vigorem! Igitur dum vir Dei eadem infirmitate depreſſus jaceret, Matrona quædam ſtatura admirabilis, venuſtate inæſtimabilis, perſona imperialis, ſiti ſiſe viſibilis obviam, & talibus dolomate anguſtiantem affatur eloquiis: Vide ne deficias, ſed confortare, meque opperire, quo ad redeam. Videbatur enim eſſe in itinere. At ille: Quonam, inquit, pacto te præſtoler domina, qui præ ulceris æſtu vix in me maneo? Tum illa, quæ ſibi putabatur beata eſſe Maria, hoc æſtuanti dedit reſponſum: ſuſtine, ait, viriliter, quia per ardorem hunc momentaneum evaſurus es illum intolerabilem atque perpetuum. Hac itaque conſolatione ſuſcepta ſtetit hilarior, & poſt puſillum diem clauſit extremum duodecimo calendas Novembris, tertiodecimo videlicet die poſtquam Venafro redierat; ſepultus vero eſt juſta eccleſiam S. Benedicti. Poſtea vero Deſiderius ex eodem loco corpus ejus elevans in capite graduum qui pergunt ad refectorium, cum aliis multis locavit. Nec dubium, quin ab Angelis in Abrae ſinum ad Lazari ſit collegium deportatus, cujus torridis ulceribus fuerat deputatus. Sic enim & Apoſtolus loquitur: Quia ſi compatimur, & conregnabimus, ed dives in tormentis audivit: memento quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Non utique dixit, conſolatur quia mira peregit, ſed quia mala recepit, quamquam valde mirum eſt, quod Gebizo noſter abſentiam, futuraque cognoverit, qui quoniam in hac vita dum vixit nunquam ſibi pepercit pro amore Chriſti, proculdubio conregnare nunc creditur ipſi, apud quem pro nobis jugiter intercedat, quatenus ope ſua mereamur, & nos eidem Domino noſtro placere, ac cohærere, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat ſolus Deus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

De hoc Sancto agunt in Martyrologio Monaſtico Wion & Menardus die 21. Octobris, atq; hic poſtremus in lib. 1. Obſervationum ad eundem martyrologium p. 335. & Mabillonius Sæculo VI. P. II. p. 622., & ſeqq. Quod habet Paulus Adonem ad inferos damnatum, Sancti hujus precibus inde fuiſſe ereptum, illud quidem niſi figurate dictum intelligatur, fabuloſum prorſus eſt, & forte etiam blaſphemum. Qui enim pro homine, quem juſto Dei judicio damnatum ſciret, oraverit Sanctus, quum catholicæ fidei dogma ſit non ultra parcentis miſericordiam liberare, quem ſemel pœnalibus locis judicantis juſtitia addixerit? Atque hic purum, putumq; commentum eſſe evincitur, quod de Trajano Gregorii interceſſione ab inferis liberato refertur in ſermone pro defunctis, quem falſo tribuunt Joanni Damaſceno, & narrat Johannes Diaconus in vita Gregorii, ita tamen, ut dicat hiſtoriam illam ab incertis authoribus profectam eſſe, nec apud Romanos probatam.

S. Gaiderisius

De Gaideriſio hæc refert Petrus Diaconus de ortu, & vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 50. *Gaideriſius Caſſinenſis Monachus dum quodam tempore ad Sancti Apollinaris caſtrum veniſſet, maximaque ſiccitas eſſet, habitatores loci, ubi eum illuc veniſſe agnoverunt, rogabant, ut pro ſiccitate preces Domino fundere dignaretur. Vir autem Domini eorum humiliter poſtulationi obaudiens ad vivificam aram omnipotenti Deo ſacrificium oblaturus acceſſit, affuit itaque confeſtim clementia Dei, nam ſtatim inundatio pluviæ erupit:* De Gaideriſio agunt Wion, & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum.

S. Fortunatus.

Vixit hoc etiam ſæculo Fortunatus Hiſpanus, de quo hæc refert Petrus Diaconus in libello de Ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 53. *Fortunatus Hiſpania Provincia oriundus ad corpus B. Benedicti cauſa religioſius converſandi Caſſinum veniens ex conceſſione Abbatis Richerii juxta eccleſiam S. Matthæi Apoſtoli ſibi habitaculum conſtruens, omnipotenti Deo deſervire illic ſtudioſius cœpit. Quadam vero die ad Caſſinenſe cœnobium veniens ingreſſus eccleſiam, obvius ei ante crucem majorem quidam vir factus eſt, quem immundus ſpiritus graviſſime vexabat, quos enim poterat tenere, ſcindebat, alios autem dentibus laniabat, cumque ante eum veniſſet rabido ore micantibus oculis in eum impetum fecit, cui vir Domini manus ſuas extendens ait: Crudeliſſime latro, ſi hominum carnibus delectaris, devora: Hæc cum dixiſſet immundus Spiritus ab eo egrediens eccleſiam fumo, fœtoreque replevit. Juxta Eccleſiam vero S. Matthæi dæmoniacam ad ſe venientem oratione curavit.* De hoc agunt Wion, & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum.

S. Leo.

De Leone Amalphitano hæc refert Petrus Diaconus laudato libello de ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 62. *Leo quidam Amalphitanus in Caſino monachus fuit, qui ad finem vitæ non leviter ægrotans, ſe cuſtodientibus Fratribus aquam petiit, quorum unus cum aliquantulum in hauriendo moratus, bibendam aquam ei obtuliſſet, ille renuit dicens: nolo hanc aquam, quoniam Odilo Cluniacenſis Abbas ſtatim huc veniens aquam mihi detulit, meque ſitientem refecit, quod audientes illi mirati ſunt, ſtatimque prædictus Frater e mundo receſſit.* De ſancto hoc viro agunt Wion, & Menardus in appendice ad martyrologium Monaſticum.

S. Obizo.

De S. Obizone hæc refert Petrus laudato loco cap. 68. *Obizo Brexia Urbe oriundus, grammatica quoque, ac dialectica apprime imbutus ſub Deſiderio Abbate Monachus factus, ac ad Capuanum monaſterium Præpoſitus directus juxta prædeceſſorem ſuum ſepultus eſt. Quidam præterea miles Johannes nomine cum neſciret aliquid de morte illius videbat ſe ſequenti nocte per viſum eſſe juxta Lateranenſe palatium, & ilico audiebat voces altiſonas, ac dulciſſimas cum magna ſuavitate cantantium in ſublimi, ad quas voces ſtupefactus ille cœpit interrogare quid ſibi velit eſſe illud, quod audiebat: cui:* cœtera deſunt.

Vitam quoque Theodemarii, qui hoc ſæculo floruit, preſſe refert Petrus Diaconus cit. lib. & cap. 48. & in Reg. S. Placidi in hæc verba; *Romani Orbis monarchiam Alexio, & Einrico tertio regentibus vir Domini Theodemar Sole fulgidius claruit. Hic Alamannia provincia ortus Agnetiſque imperatricis cappellanus fuit. Hic igitur dum relictis ſpretiſque ſeculi pompis Caſſinum peteret venit ad fluvium viride, qui ſecus Ceperanum influit, quem dum tranſmeaſſet, famulum ejus unda rapiens introrſum traere cœpit, quod ubi advertit, ſe confeſtim ibidem in oratione dedit, moxque ut ab oratione ſurrexit famulum ejus unda foras projecit. Cum autem Caſſinum veniſſet Sancta converſationis habi-*

Flumen viride.

tum,

tum, prout obtabat accepit. Quanta autem religionis, quanteque perfectionis ejus vita extitit, & in quantum Deo placuerit, in ſequentibus declarabitur: Quadam vero die dum Sacrificium omnipotenti Deo offerret, quidam claudus eleemoſinam petens advenit, cujus cum vir Dei munus abpreendiſſet, confeſtim ſanatus eſt. Nec hoc ſilendum videtur quod poſt miſſe conſumationem aqua, qua de ejus manibus efluebat in potum in energumenis datu ſanabantur. Eodem preterea tempore epiſcopus Tranenſis nepotem ſuum Phocam nomine, quem immundus acriter vexabat Spiritus ad eum mittere ſtuduit, rogans, ut ob ejus liberationem omnipotenti Deo preces fundere dignaretur: Super quem cum Orationem fudiſſet, ab eo diabolum effugavit. Illis porro temporibus Berengarius diaconus Andecavenſis ſui nominis hereſim condidit, dicens: Sacrificium, quod omnipotenti Deo offertur eſſe figuram non veritatem corporis Chriſti. Hæc ubi Romano pontifici nunciatum eſt, dominum Jheſum Chriſtum precibus pulſare admonuit, ut populum ſuo ſanguine redemptum, ad viam dignaretur reducere veritatis. Igitur dum omnes ob hoc Domini flagitarent clementiam, ſupradictus Theodemarius redemptionis noſtræ hoſtiam Deo oblaturus accedit, cum que ad conſecrationem ventum fuiſſet prædictam oblationem in carnem repente mutatum conſpicit. Quod dum Romano pontifici nunciatum fuiſſet, omnium bonorum reſeratori gratias retulit, Berengariumque cum ſuis ſequacibus eandem hereſim renunciare coegit. Stephanus Capuanus dum a civitate S. Germani Caſinum veniſſet, ad altare B. Mariæ ſemper virginis Deum rogaturus perexit ad eundem vero altarium vir Domini Theodemar divina miſteria celebraturus acceſſerat. Ab Oratione igitur Stephanus dum ſurrexiſſet, ad Theodemarium fortuito oculos vertens, vidit in capite ejus coronam auream gemmis, ac margaritis ornanatam. Ad hanc viſionem ſtupefactus Oderiſium Abbatem adiit, eique cuncta qua viderat per ordinem pandit. Alio quoque tempore dum idem Theodemar ſacris aſtaret altaribus, ac ſe in cordis contritione domino Jheſu Chriſto mactaret, hi, qui ibidem aſtabant, viderunt ſuper ſcapulam ejus dexteram columbam nivei coloris reſidentem. Eo preterea tempore dum omnis tellus areſceret, Oderiſius Abbas Fratres ad ſe evocans dominum Jheſum Chriſtum, ac virginem Mariam precibus pulſare admonuit, ut qui in deſerto aquam de petra produxit, ipſe urenti Mundo pluviam daret. Quod dum Fratribus placuiſſet, ſtatuerunt ad B. Mariæ eccleſiam in eodem monte conſtructam diſcalciatis pedibus pergere, ibique Dei omnipotentis clementiam ſubplicare. Adveniente autem die prædicto Theodemario Abbas precepit, ut cum fratribus pergeret, ac pro terre ſiccitate ſacrificium Deo offerret. Igitur dum ea, que ſibi injuncta fuerant adimplere ſatageret, cogitare intra ſe cœpit nullum in Caſino ſui ſimilem, aut meliorem eſſe ideoque ſibi ut pote meliori, ac ſanctiori hoc injunxiſſe. Peracta igitur letania Fratres rediere Caſinum, ſet aer in ea, qua fuerat, ſerenitate permanſit. Vir autem Domini hoc cernens ſe in precibus ſtrinxit, triduoque ſine intermiſſione Deum rogare attentius cœpit. Tertia autem nocte adveniente aſſiduis Deum rogare precibus cœpit. Mane vero facto ſurgens expanſis ante altare manibus, ait: non deponam manus meas, uſquequo pluviam nobis Dominus dare dignetur. Eodem vero die tanta inundatio pluvia erupit, ut tota affatim Terra aqua repleretur. Quodam preterea tempore dum Neapolim advenisſes, quidam vir magnis detentus febribus, oratione ejus interveniente confeſtim ſanatus eſt. In Civitate Salernitana quidam ruſticus filium claudum habebat, quem ad Abbatem ferens de curte expoſcit ut aliquod remedium claudo impertiret. Abbas vero virum Dei Theodemarium ad ſe venientem aſpiciens, puerum ante eum projecit, eumque rogare cœpit, ut puerum a terra levaret. Vir autem Dei quid in re eſſet ignarus extendens manum adprehendit puerum dicens: ſurge, & confeſtim ſurrexit. Alio quoque tempore cum idem vir Dei Sacris aſtaret Altaribus vir Sanctiſſimus Ebyzo cum eo ſtare conſueverat, ſet ſicut eſt natura humana ſegnis ad Dei ſervitium, multotiens vocatus renuebat. Illo vero die, quo Sacram hoſtiam Deo ad B. Mariæ ſemper virginis offerebat, ſupradictus Ebizo ſopore deprimitur, videtque Angelum Domini juxta ſe ſtantem, & dicentem: Ebize animadverte, & vide cui tu ſervire contemnis quomodo ei Angeli ſerviunt & tuo ei ſervitio denegato, Dominus ei Angelos miſit; ſtabant autem juſta eum duo Angeli unus a dexteris, & unus a ſiniſtris. Expleto vero ſui temporis curſu vir beatiſſimus feliciter migravit ad Dominum, ſepultuſque eſt juxta eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli: De eo agunt Wion, & Menardus in Appendice ad martyrologium Monaſticum.

S. Randiſcius. Vixit hoc Sæculo Randiſcius, de quo hæc ait Petrus Diaconus in Supplemento lib. III. Chron. Caſſ. cap. 51. *Randiſcius nomine fuit, cujus quanta qualiſque vita extiterit in ipſo mortis articulo Dominus oſtendere dignatus eſt, nam cum expleto vivendi tempore mortis perſolveret debitum, ceperunt Fratres ſicut mos eſt ejus animam omnipotenti Domino commendare. Cumque jam extremum alitum traheret, voces pſallentium virtute qua poterat compeſcere cœpit dicens: tacete, tacete, numquid non auditis quanta reſonant laudes in cœlo? Numquid pueros qui laudes decantant non videtis? nam veſtimenta vultuſque eorum ſunt ut nix. Unde per Deum obnixe vos poſtulo, ut ſileatis, mihique tam ſuaviſſimum cantum audire ſinatis. Hæc dum diceret, extremum alitum fudit.* De hoc quoque agit Petrus in libello de ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium, ubi in fine capitis 58. hæc habet: *Sepultus vero eſt juxta eccleſiam B. Stephani, & S. Confeſſoris Chriſti Martini. Hic quandiu vixit, tanta obedientia, tanta abſtinentia, tantæque fuit compunctionis, ac religioſitatis, ut pro hoc ab omnibus admirabilis, atque ſanctiſſimus haberetur.* Ejuſdem S. viri meminere Wion, & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum.

S. Benedictus. De Benedicto Caſſinenſi monacho hoc ſæculo vivo ait Petrus de Ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium cap. 67. *Benedictus Caſſinenſis monachus, Capuanique cœnobii prepoſitus ſub Deſiderio Abbate Caſinum veniens, quam creber in pſalmodiis, quam ſedulus in orationibus quam ſtudioſus in eleemoſinis, quam pervigil in vigiliis luce clarius patet; qui apud Capuanum Monaſterium infirmitate tactus, defunctus eſt undecimo Kalendas Julii. Sepultus vero eſt ante oſtium ejuſdem Monaſterii ad dexteram partem introeuntibus eccleſiam, ibi uſque hodie mira, virtute divina, patrare non ceſſat.* De hoc agunt

Ferra-

Digitized by Google

Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, Wion, & Menardus in Martyrologio monaſtico die 24. Maii, & Mabillonius Sæculo VI. part. 1. pag. 623.

S. Benedictus alter.

Eodem Sæculo floruiſſe credimus alterum Benedictum præpoſitum monaſterii S. Georgii Lucenſis, de quo hæc habet Petrus laud. libro cap. 46. *Benedictus Caſſinenſis presbyter dum ad monaſterium Lucenſe prepoſitus miſſus fuiſſet, quidam ejuſdem civitatis nobilis graviter infeſtare & eundem cœnobium cepit quoddam namque agrum de predicto loco auferens ſuo juri vendicavit. Cumque a venerabili Benedicto ſapiſſime moneretur, ut agrum ſancto loco redderet, indignatione vir truculentus commotus dixit: ſi veſtra juſtitia, & non mea eſt agrum ut dicitis, oſtendat nunc Deus antequam de agro iſto egrediar, ultionem in me, & in beſtiis meis, ſtatim namque oculus ejus crepuit, bos vero ejus in terram corruens expiravit. Alio quoque tempore quidam nobilis non parvam pecuniam venerabili commendaverat Benedicto quam cum quidam clericus furto abſtuliſſet, & vir domini unde reddere non haberet, ſacerdotalibus ſe veſtibus induit, & ut ei Dominus oſtendere dignaretur quis pecuniam abſtuliſſet Sacrificium omnipotenti Deo offerre vir reverentiſſimus cepit. Inter ipſa autem miſſarum ſolemnia venit Angelus Domini, & quia clericus, qui cum eo ad altarium ſtabat prædictam pecuniam haberet innotuit.* De hoc agit Wion, & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum.

S. Benedictus III.

Tertii quoque Benedicti apud Sardiniam epiſcopi meminit Petrus Diaconus lib. 4. Chronici Caſſ. cap. 7. in hæc verba: *Similiter in Sardinia inſula Benedictus hujus monaſterii monachus epiſcopus ſubſtituitur. Hujus autem Benedicti Miracula noſſe qui cupit, librum, qui de Miraculis prænotatur a nobis ante hoc fere ſeptennium exaratum relegat.* Hanc autem vitam non aliam eſſe credimus ab ea, quæ in cit. libello Petri Diaconi cap. 45. ſic legitur: *Conſtantinus Sardorum rex ſub Oderiſio Abbate ad Caſinum miſit, ut ei quendam ex Fratribus midteret, qui ibi epiſcopatum acciperet. Tunc miſerunt ei quendam monachum Benedictum nomine virum per omnia venerabilem, qui dum ſatis ſtrenue ibi epiſcopi ordinem gereret, ex more ſolito veniens maxima multitudo paſſerum ſuo ſtercore fœdabat omnem eccleſiam, & omnia vaſa altaris, ipſum quoque Altarium. Tunc vir Dei cum maximam inde cotidie injuriam ſuſtineret, facto crucis ſignaculo dixit, præcipio vobis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut in eccleſia amplius nec intretis, nec injuriam faciatis, quod uſque in hodiernum diem ita cuſtoditur, ut nullus paſſer ibi intrare audeat. Quodam præterea tempore Saraceni Sardiniam ingreſſi ſunt, cumque ad Benedicti epiſcopatum intraſſent epiſcopum querere cœperunt. Tunc vir Domini ante altarium ſtans, omnipotenti Deo preces fundere cœpit. Saraceni vero eccloſiam ingredientes in epiſcopum impingebant, ut cum videre non poterant, quotquot autem invenerunt in captivitatem duxerunt, epiſcopum vero ſolum nec videre, nec tenere potuerunt.* Hujus meminit etiam Martyrologium Monaſticum die 17. Februarii, Bollandus To. III. Februarii p. 40., Mabillonius cit. loco p. 623., ubi hæc ait: *Scribit Dionyſius Bonfantus in triumpho Sanctorum regni Sardiniæ lib. 13. cap. 39. Sanctum Benedictum in baſilica S. Saturnini ſepultum fuiſſe, ibique illius anniverſariam memoriam XVII. Februarii celebrari, & ſpectari in ara majori pictam ejus effigiem Monachili habitu pedum archiepiſcopale manu geſtantis ad dexteram Deiparæ; unde nonnulli colligunt eum Calaritanum archiepiſcopum fuiſſe, alii tamen epiſcopum ſolummodo fuiſſe contendunt; quod Petri verbis magis congruere videtur &c.* Primæ opinioni ſubſcribit archiepiſcopus Machin lib. II. pro Calaritano Primatu p. 60. nu. 12.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Sanctus ignoti nominis.

Victor III. Romanus pontifex lib. III. Dialogorum p. 163. admiranda quædam de ignoti nominis Monacho refert hiſce verbis: *In eadem urbe Beneventana Monaſterium eſt quod S. Sophia dicitur huic Caſſinenſi monaſterio ſubditum, in quo quidam a pueritia ſanctæ converſationis, & magnæ humilitatis Monachus fuit, qui infra annos adoleſcentiæ nimio languore preventus ad extrema perductus eſt. Ad cujus exitum congregati fratres, hymnis, & pſalmis Deo cœperunt ejus animam commendare, Sanctorumque cœtus in ejus auxilium attentius invocare: qui creſcente languore defunctus eſt. Sed dum ad lavandum ejus corpus aqua præparatur per unam fere horam exanimis jacuit. Cumque qui aderant orationi, & pſalmodiæ inſiſterent ſubito corpus ejus omne contremuit, ac paulatim reviviſcens, cunctis mirantibus in lectulo conſedit. Dein interrogatus cœpit illis quæ egreſſus de corpore viderat referre dicens: cum anima mea vobis litanias canentibus, Sanctoſque Domini invocantibus de corpore egrederetur, mox ad preces veſtras Sancti quos invocaſtis meum in auxilium devenerunt. Cumque illi ab eo requirerent, ſi illos quos nunquam viderat, cognoſcere potuiſſet? Reſpondit, S. Benedictum, & S. Gregorium cognovi, B. Donatum, & Felicem, cum reliquis, qui in hac eccleſia requieſcunt Sanctis, meum in auxilium venire conſpexi. Inter quos B. Mercurius patronus noſter velut ſplendidum Sydus rutilans videbatur, quem cum interogaſſent, utrumnam in hac vita eſſet moraturus, minime, inquit, nam B. Mercurius hodie ſe ad me aſſumendum venire ſpopondit. Quæ ut dixerat vera fuiſſe, rei exitus comprobavit. Eodem namque die ex hac luce ſubtractus ab illis procul dubio eſt receptus, quos antea moriens ſuum in auxilium venire conſpexit. Ego denique in eodem Monaſterio poſitus unum ex illis, qui affuerant teſtibus Sicenolfum nomine ſuperſtitem vidi; qui cuncta hæc, ut dicta ſunt, ſe vidiſſe, & audiviſſe profitebatur.*

S. Petrus Abbas.

De Petro Abbate hæc habet Petrus Diaconus in laudato libello cap. 55. *Petrus Caſſinenſis Abbas fuit maximæ religionis, qui pondus regiminis arduum ſibi eſſe perſpiciens; Abbatia relicta, ad Vallemlucis ſe contulit, ibique cum Fratribus religioſe vivere cœpit. Quadam autem die dum idem venerabilis Pater una cum Fratribus ad fruges incidendas eſſet egreſſus, ſerenitaſque maxima eſſet, ſubito cœlum denſatur nubibus, tonitrua concrepant, coruſcationeſque maximæ micare cœperunt, quod ubi vir Dei advertit, Fratribus præcepit dicens. Nullus veſtrum agrum deſerat, cœptoque inſiſtite operi, ut hodie valeatis illud explere. Hæc cum dixiſſet, ſeſe in lacrymis ibidem in orationem dedit. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, qui glorificantes ſe ſuaque præcepta ſervantes tam velociter exaudire dignatur. Nam cum pluvia magna deſcendiſſet, in agro, in quo idem vir Domini cum Fratribus ſtabat, ne una*

quidem pluvia gutta cecidit. Ex vicino vere monte, qui eidem Monaſterio imminet, ſepiſſime Lupus venire, oique oves auferre conſueverat. Quadam vero die Lupus venit ex more, ovem abſtulit & receſſit. Quod dum viro Dei nuntiatum fuiſſet, eccleſiam ingreſſus ſeſe cum lacrimis in oratione dedit, qua completa ad portam egreſſus repperit Lupum ovem in ore tenentem, & ad ſe deducentem. Cumque ad eum Lupus veniſſet, ovem ante pedes ejus poſuit, ſtatimque receſſit. Alio autem tempore Latrones ejuſdem monaſterii hortum ingreſſi ſunt, ac olera furare nitebantur. Cumque jam onuſti oleribus eſſent, tentantes fugere, per totam noctem deambulaverunt, foras egredi non valentes, mane autem facto Frater hortum cuſtodiens advenit, repperitque eos hortum deambulantes, & aditum nullatenus invenire valentes, quos ſollicite, unde, qui eſſent, vel cur veniſſent inquirens, protinus ſui ſceleris furtum pandentes ſoluti ſunt. De hoc quoqoe Petro ait Leo lib. II. Chron. Caſſ. cap. 92. ubi ejus in Abbatis Caſſinenſis electionem narrat. *Habito ad invicem univerſi conſilio, elegerunt de Congregatione domnum Petrum religioſum valde, & honeſtiſſimi habitus virum, eumque licet invitum, & renitentem, ac ſenectutem niveam tanto officio minus idoneam, objectantem, libentiuſque ſe decaniam reſumere, quam Abbatiam ſuſcipere aſſerentem, Abbatem ſibi conſtituunt:* & cap. 93. *Hic a pueritia Monachus, & eccleſiaſticis uſibus non mediocriter eruditus, adeo religioſis, & honeſtis moribus crevit, & tam angelici vultus, & reverendi habitus extitit, ut imperator Heinricus eo tempore, quo ad hoc monaſterium venit, tranſeunti illi ante ſe ſatis humiliter aſſurexerit, teſtatuſque ſit nunquam ſe in toto regno Monachum honeſtiorem eo vidiſſe.* Agunt de eo Wion, & Menardus in Appendice ad martyrologium Monaſticum, & Mabillonius Sæc. VI. Parte II. p. 383. & To. IV. Annal. p. 556. & p. 570.

§. Guaiferius. De Guaiferio monacho hæc refert Petrus in laudato libello cap. 47. *Guaiferius in Caſino admirabilis vita Monachus dictus eſt, qui amore cæleſtis regni civitatem Salernitanam, e qua ortus erat, relinquens, Caſinum advenit, atque ſub ſancta religionis regula omnipotenti Deo ſtrenuiſſime deſervire ſtuduit. Cumque jam remunerationem laborum, perennemque coronam æternus dare ei arbiter decrevisſet, languore deprimitur. Qui in lectulo jacens extremum vitæ ſpiritum, jam jam ad Dominum receſſurus trahebat. Nonnulli vero e Fratribus circa lectum ipſius excubantes obitum ejus orationum precibus munire cœperunt. Cumque in hujus miſterio rei diei maximam partem protrahiſſent, ſurgens in medio Albericus diaconus, per Jeſu Chriſti Domini nomen obteſtare eundem Guayferium cœpit, ut poſt ſuum e mundo receſſum qualiter ſuſceptus, quove in loco deputatus eſſet, eidem apparens revelare curaret, quo dicto prædictus Frater ex hoc Mundo receſſit. Poſt nonnultos autem dies idem Guaiferius eidem Alberico per viſionem apparens dixit ad eum: in veritate, in veritate, in veritate, ſcias me ad vitam tranſiſſe eternam.* De eodem agunt Wion & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum, eandemque hanc ejus vitam in lucem protulere Bollandiani die 11. Februarii To. II. p. 530.

§ Alphanus. Alphanum Caſſinenſem monachum, ac primum Salernitanom Archiepiſcopum abſolute *Sanctum* appellat Ughellius Ital. Sac. To. VII. col. 380. no. 9. in epiſcopis Salerni, multiſque de eo narratis ſubdit: *Alphanus vero innumeris mirabilis in Deum obſequiis animarum ſalute, religionis augmento, eccleſiæque ſuæ decoramento vigeſimo nono ſacerdotii ſui anno; ſalutis vero 1085. ſeptimo idus Octobris plenus dierum, atque virtutum migravit ad Dominum, ac prope tumulum Gregor. VII. SS. Pontificis paulo ante ad cœlum evocati terra mandatus eſt, & inter ſanctos fertur relatus.* Baronius ad A. 1061. p. 277. de Alphano noſtro hæc ait: *Porro de Stephano hoc laudatiſſimo Cardinali quod reperimus vetus monimentum hic reddendum, antequam e manibus effluat, ejuſdem videlicet ſepulchrale epitaphium ſcriptum a S. Alphano archiepiſcopo Salernitane hujus temporis auctore ex bibliotheca Caſſinate depromptum.* Et p. 286. *Sanctum* quoque appellat: *Coluit eum* (ideſt Ildebrandum) *inter alios Sanctus Alphanus archiepiſcopus Salernitanus, cujus extat ſcriptus hymnus ad ipſum, cum apoſtolico pectore fulmine anathematis per Alexandrum papam adminiſtrato perterrebat Schiſmaticos; accepimus eum una cum aliis ejuſdem viri ſanctiſſimi metricis monumentis ex Caſſinenſi bibliotheca, qui ſic ſe habet &c.* Ac demum Anno 1079. p. 530. eodem titulo decorat, cum ait: *Hæc quæſo conſiderent, qui Gregorii papæ acta reprehenſione digna putarunt: quotquot enim habuit præſens tempus viros Sanctitate, atque doctrina celebres, hos cunctos liquet adhæſiſſe Gregorio, qui omnes, quæ ab illo geſta ſunt, verbis ſcriptiſque, atque laboribus ſubeundis defendere conati ſunt, ut S. Hugo Abbas Cluniacenſis, S. Anſelmus epiſcopus Lucenſis, Bernardus iſte laudatiſſimus Abbas Maſſilienſis, Deſiderius Abbas Caſſinenſis, S. Alphanus archiepiſcopus Salernitanus, Lanfrancus Cantuarienſis, & alii omnes quos conſtat averſatos eſſe Henricum regem, non ſecus, ac Eliam prophetam Achabum regem; Quæ ſola ſi (ut par eſt) digne penſentur, plus ſatis ad Gregorii defenſionem eſſe invenientur.* Alphano divino munere conceſſom eſt, ut S. Matthæi corpus inveniret, quod narrat Baronius ad A. 1080. p. 550. in hæc verba: *Dum autem iſta in Germania gererentur contigit in Italia Salerni civitate inveniri venerandum corpus Matthæi apoſtoli, quod illuc* (ut ſuo loco dictum eſt) *tranſlatum ante centum viginti quinque annos ob varia bellorum diſcrimina occultatum ex memoria hominum jam effluxerat. Quod ubi repente apparuiſſet, veluti Apoſtolus omnibus profuturus ſe exhibuiſſet, erexit omnium animos, magnoque affecit gaudio. Cumque ejus civitatis archiepiſcopus Alphanus de his Gregorium papam certiorem reddidiſſet hanc ab eodem redditam accepit epiſtolam &c.* Quæ eadem narrat Ughellius laudato loco, & Leo Oſtien. cap. 7. lib. 3. Chr. Caſſin. de eodem hæc habet: *Interea Deſiderius ob nimiam abſtinentiam multaſque vigilias in languorem non modicum decidens medendi gratia Salernum perrexit. Ibi itaque illo aliquamdiu remorante, Alphanus qui poſtmodum ejuſdem civitatis Archiepiſcopatum adeptus eſt, prudentiſſimus, & nobiliſſimus clericus maxima illi eſt familiaritate conjunctus, cujus animum frequentibus monitis ad mundi contemptum exhortans, ſic tandem ab illo exegit, ut monachus fieret, ſi prius, ut jam dudum mente conceperat Jeroſolimam ire per-*

miſſus

miſſus fuiſſet: &c. Quinam fuerint monachi, qui ſub Deſiderio vixere, verbo explicat S. Petrus Damiani lib. 2. epiſt. 15. ubi Caſſinates, *angelicum Fratrum, ſanctumque Conventum; & Abbatem, monachorum archangelum* appellar.

V.

VIRI LITERIS SÆCULO VI. CLARI

APUD CASSINATES.

Theodericus.

AGmen ducat inter Eruditos Caſſinates hoc Sæculo Theodericus, de quo hæc ait Petrus Diaconus de Viris illuſtribus Caſſinen. cap. 16. *Theodericus Caſſinenſis gymnaſii presbyter vir inter ſcriptores eccleſiaſticos non immerito prædicandus: Hiſtoriam S. Confeſſoris Chriſti Firmani, & hymnum in laudem beatiſſimi Mauri venuſto ſtylo deſcripſit:* De eodem agunt Voſſius de Hiſtoricis Latinis lib. 3. p. 274. litr. T. Wion lib. 2. ligni Vitæ cap. 78., & Mabillonius Annal. To. quarto p. 530., ubi ſubdir. *Firmi in Piceno perſtabat non ita pridem monaſterium S. Savini in ſuburbano Viſio monte qui nunc S. Savini dicitur poſitum, cui ab ineunte undecimo ſæculo præerat Firmanus, ſeu Firmus Abbas, quem alii Firminum vocant. Petrus Damiani in opuſculo ad Henricum Ravennenſem epiſcopum, Firmanum, Firmenſem adjungit ſuæ ætatis beati viris Romualdo Camerinenſi, Ammico Rambonenſi, & Vidoni Pompoſiano aliiſque ſanctæ converſationis viris, ſuper quorum videlicet veneranda cadavera ex ſacerdotalis concilii auctoritate ſacra ſunt altaria erecta, ubi nimirum divina myſteria miraculis exigentibus offeruntur.* Extar apud Ughellium To. II. Ital. Sac. Inſigne privilegium ab Uberto Firmano epiſcopo A. 1016. conceſſum monaſterio S. Savini, in quo legitur, ejus cœnobii Abbatem tunc fuiſſe Firmum, ſucceſſorem S. Firmani, cujus in aliquibus Martyrologiis fit mentio V. Idus Martii. Vita S. Firmani authore Theoderico noſtro in pervetuſto extat manuſcripto codice, qui Petri Novellani fuit olim, nunc vero ſervatur in bibliotheca Principis Ghiſii, ejuſque apographum eſt in bibliotheca Sapientiæ. Edita fuit latine & Italice Tarviſii Anno 1726. Obiit S. Firmanus anno 998. teſte Theoderico noſtro in ejus vita, quam, ut eſt in prologo, ad Caſſinenſium Monachorum preces perſcripſit anno 1002. Ejus vero corpus in eccleſia ſuo nomini dedicata, quæ ſita eſt in territorio Montis Luponis, ſumma veneratione aſſervatur. Vid. Lubin in brevi notitia Abbatiarum Italiæ p. 134. ubi Abbatiæ S. Savini, ejuſque Abbatis Firmi meminit. Falluntur Wion, & Voſſius, cum aſſerunt Vitam S. Firmiani, ſeu Firmini Ambianenſis in Gallia epiſcopi ſcriptam a Theoderico noſtro: de quo tantum ex Petri narratione conſtat; & ex Vita S. Firmani confeſſoris Vitam ipſius ſcripſiſſe. V. Notæ Johannis Baptiſtæ Mari ad hoc Petri caput.

Emendatur Wion, & Voſſius.

Stephanus IX. antea Fridericus.

De Stephano IX. hæc teſtatur Petrus laud. lib. c. 17. *Scripſit apud Conſtantinopolim adverſus Michaelem ejuſdem urbis Abuſinum Patriarcham una cum Uberto librum de Corpore Domini in quo omnia quæ Græci adverſus latinorum ſacrificium delatrabant deſtruxit. Alium etiam librum de eadem re edidit adverſum quemdam Monachum Conſtantinopolitanum.* Anonymus Mellicenſis A. 1616. editus a V. C. Bernardo Pez noſtri Ordinis monacho pro parergo bibliothecæ Benedictino-Maurianæ de ſcriptoribus eccleſiaſticis agens, ait de Friderico noſtro ſeu Stephano IX. cap. 86. p. 476. *Fridericus Apocriſarius Leonis IX. Papa poſtmodum, & ipſe propter mutato in Stephanum nomine ſcribit inſignem tractatum contra hereſim Fermentariorum.* Ar cum non ignorem lucubrationes iſtas ab eruditis omnibus Humberto Silvæ Candidæ epiſcopo primo inter legatos a Leone IX. Conſtantinopolim miſſos, tantumque legatis omnibus, id eſt, Humberto Petro Amalphitano epiſcopo, & Friderico diacono, & cancellario, deinde Stephano IX. tribui epiſtolam *ad omnes Catholicos Eccleſiæ filios*, quam refert Baronius ad A. 1054. Vid. Labbe To. I. de ſcript. Eceleſiaſticis, verbo Humbertus Cardinalis; lubentius, ſane crediderim Petrum illis verbis deceptum, quæ in ſcriptura a Baronio cit. anno edita, cujus hoc initium eſt: *Incipit brevis & ſuccincta commemoratio eorum, quæ geſſerunt Apocriſarii S. Romanæ apoſtolicæ Sedis in regia Urbe &c.* habentur, nempe: *Porro dicta, vel ſcripta eorumdem nunciorum adverſus diverſas calumnias Græcorum, & maxime contra ſcripta Michaelis Conſtantinopolitani epiſcopi, & Leonis Acridani Metropolitani epiſcopi, ac ſæpe dicti Nicetæ monachi juſſu Imperatoris in Græcum fuere tranſlata, & in eadem Urbe hactenus conſervata &c.* Plura certe a Friderico noſtro ut pote Cancellario ſcripta privilegia exploratiſſimum eſt. Vid. Catalogus Bibliothecariorum S. R. E. a V. C. Ciampino editus p. 37. & ſeqq. Doctum ſane virum fuiſſe evincunt munera Cancellarii, & Bibliothecarii S. R. E., legationes ad conciliandam Græcam eccleſiam cum Latina; Græcorumque objectiones diluendas initæ, pluraque concilia breviſſimo pontificatus ſui tempore ab eo celebrata. Vid. Notæ Johannis Baptiſtæ Mari ad laudatum Petri caput.

Victor III.

De Victoris III. eruditione hæc refert Petrus Diaconus cit. loc. cap. 18. *De miraculis præterea, quæ a B. Benedicto, & monachis Caſſinenſibus geſta ſunt una cum Theophilo Diacono libros edidit quatuor. Cantum etiam B. Mauri compoſuit; in quibus qui vult, artis grammaticæ tramitem, & Monochordi Sonori Magade reperiet notas. Factus de hinc Sedis Apoſtolicæ Pontifex ſcripſit ad Philippum regem Francorum, & Ugonem Cluniacenſem Abbatem quamplures epiſtolas &c.* Ex hiſce Dialogorum libris tres tantum ſuperſunt, eorumque tertius, in quo de miraculis extra cœnobium Caſſinenſe factis agitur, mutilus eſt. Primus hoſce Dialogos ex MS. Vaticano edidit Romæ A. 1651. Canonicus Jo: Baptiſta Mari eruditis quibuſdam notis illuſtratos, eoſque D. Dominico de Queſada Abbati tunc Caſſinenſi nuncupavit. Iterum edidere Bollandiani die 21. Martii, ac demum Mabillonius To. II. Sæc. IV. Act. SS. Ordinis S. Benedicti. Hiſce Dialogis utitur Baronius A. 1049. p. 170., & ſeqq. 1054. p. 214., & ſeqq., & 1063. p. 344. eorumque meminere Ughellius To. III. Ital. Sac. in deſcriptione epiſcoporum Florentiæ, Mabillonius laudato loco, & P. 1. ac 2. Sæculi VI., atque Annal. To. V. p. 337. Oudin de ſcript. Eccleſiaſt. p. 344. Nicodemus in Additamentis ad Bibliothecam Neapolitanam Toppii p. 247., & ſeqq. ubi alias

hujus operis editiones enumerat; aliique plures. Quantæ vero authoritatis ſint quæ a Deſiderio narrantur, ex iis, quæ de eo ſcribit S.Petrus Damiani facile colligas. Habet. n. lib.IV. epiſt.17. *Illud etiam ſilentio præter eundum eſſe non arbitror, quod idem Salernitanus rector eccleſiæ, & religioſiſſimus, ac veraciſſimus Caſſinenſis monaſterii Abbas Deſiderius uno mihi, ut ita loquar ore dixerunt &c.* Et lib. 1. epiſt. 9. *Sed quoniam perſona iſta Deſiderius videlicet, & Humbertus tanta auctoritatis ſunt, ut nontri eorum fides debeat denegari &c.*

Alphanus. Alphanus Salernitanus archiepiſcopus, ſi quis alius hoc certe Sæculo doctiſſimus habendus eſt, de quo hæc ſcribit Leo Marſicanus in prologo Chr. Caſſ. *Ad hæc memineram præfatum dominum meum Deſiderium hoc ipſum opus olim Alphano archiepiſcopo Salernitano viro noſtrorum temporum ſapientiſſimo injunxiſſe, ſed eum laborioſam valde materiam pervidentem periculoſe hujuſmodi ſubduxiſſe. Quod ſi iste, qui & ſcientia, & eloquentia incomparabiliter tunc pollebant, huic ſe oneri cavit ſubmittere, quid mihi eſſet agendum &c.* Et cap. 7. lib. 3. *Territus Alphanus hujuſmodi nuntia, quod Fratres ſuos ſuper Guaimarii principis occaſione inſimulandos procul dubio noſſet, præoccupare ſtatuit Apoſtolicum, ſecumque ire orat ſuppliciter Deſiderium. Et quoniam miram cantandi peritiam, & medicinæ artis ſcientiam non parvam habebat, ejuſdemque artis codices nonnullos ſecum a domo detulerat magni aliquid ſe habendum in ſummi pontificis curia, omnimodis confidebat &c.* Adnotat Nuceus Alphanum cognatum fuiſſe Guaiferii Salerni, Capuæ &c. principis, eorumque de quibus agit idem Leo cap. 85. lib. 2., hincque paulo ante eum *Nobiliſſimum Clericum dixerat*. Adnotat etiam principes quoſque viros potiſſimum clericos affectaſſe per ea tempora medicinæ peritiam, quæ certe apud Salernitanos magni habebatur. Quam in rem hoc epitaphium de Bernardino Caracciolo Neapolitano archiepiſcopo in ejus ſacello in eccleſia Archiepiſcopali me legiſſe memini, quod refert etiam Engenius in Neapoli Sacra p. 21. *Hic jacet corpus venerabilis in Chriſto patris & domini domini Berardini Carracioli de Neapoli Dei gratia Archiepiſcopi Neapolis, & utriuſque juris doctoris, ac medicinæ ſcientiæ periti, qui obiit anno Domini 1262. die 3. Non. Octobris. Joannes Caracciolus. Rubeus nepos fieri F.*

Aliam hanc inſcriptionem refert Engenius p.20. *Hic jacet corpus mag. mulieris dominæ Johannæ de Amendolea filiæ quondam domini Joczulini de Amendolea Terræ ipſius dominæ, uxoris domini Bernilli Guindacii militis de Salerno medicinalis ſcientiæ profeſſoris, & magnæ curiæ regni magiſtri rationalis, quæ obiit anno Domini 1370. die 8. Junii Octava indictionis.* Hæc vero Petrus Diaconus de Alphano habet in lib. de Vir. Illuſtr. Caſſ. cap. 19. *Alphanus Salernitanus archiepiſcopus, & Caſſinenſis cœnobii Monachus, vir in ſcripturis Sanctis eruditus, & notitia eccleſiaſticoram dogmatum ad plenum inſtructus compoſuit nudo, & lucidiſſima ſermone paſſionem S. Chriſtinæ; hymnos præterea de eadem virgine duos. De S. Benedicto verſus ad Pandulphum Marſorum epiſcopum. Cantus S. Sabinæ. Verſus S. Chriſtinæ. S. Petri Apoſtoli. In laudem Monachorum Caſſinenſium. De ſitu, constructione, ac renovatione ejuſdem cœnobii: metrum ſapphicum hendecaſyllabum de S. Mauro. Item ejuſdem hymnos; de S. Matthæo hymnos tres; de S. Fortunato duos; de S. Nicolao ad Attonem epiſcopum Theatinum; ad Giſulphum principem Salernitanum; ad Sigiſmundum monachum Caſſinenſem; ad Guilielmum ejuſdem loci grammaticum; ad Guidonem fratrem principis Salernitani: ad Goffridum Averſanum epiſcopum: ad Hildebrandum Archidiaconum Romanum: ad Romualdum cauſidicum Salernitanum: ad Roffridum monachum Caſſinenſem: metrum heroicum in honorem ſanctorum duodecim Fratrum. Confeſſionem metricam ejus: Verſus de eccleſia S. Johannis Baptiſtæ in Caſina, Epitaphia quam plurima virorum inſignium, & alia, quæ in noſtram notitiam non venerunt.* Plures ex hiſce Alphani lucubrationibus edidit Ughellius in Appendice To. II. Ital. Sac. & To. X. Novæ edition. atque etiam Homiliam in evangelium, *Cum tranſiret Jeſus per civitatem ſuam*, & ſermonem de S. Vincentio martyre, atque hymnos in laudem S. Margheritæ, Luciæ, Innocentium, Agnetis, Catharinæ, Urſulæ, quam an alius antea nominaverit ſe neſcire ait Mabillonius To. V. p. 223., de virtute humilitatis, & de vitio ſuperbiæ, qui, teſte Ughellio, *eſt ſatis elegans*; Carmen heroicum mille verſibus conſtans, quod Lippomanus edidit To. IV. & Surius die 1. Septembris mutilum, integrum extat in codice bibliothecæ noſtræ ſignato nu. 280., ubi alia quædam extant nondum edita. Plures ejuſdem hymnos, verſus, epitaphia edidit Proſper Martinengius To. III. Poematum Romæ A. 1589. V. Mari in Adnotationibus ad cit. Petri caput, ubi Alphanum ſcripſiſſe ait: *de unione verbi Dei, & hominis librum unum; de unione Corporis, & Animæ librum unum; de quatuor humoribus corporum librum unum. Extabant prædicta doctrina conſumatiſſima munimenta in Caſſinenſi bibliotheca MSS. in pluteo 8; ad ſiniſtram.* Idemque aſſerit Petrus Ricordati die 4. p. 426. a t. in Hiſtoria Monaſtica Romæ edita A. 1575., & Wion To. I. ligni Vitæ lib. 2. p. 262., ubi ſubdit de Alphani lucubrationibus: *Ex his vidi Caſini M. S. Scamno 8. ad ſiniſtram, de S. Sabina verſus, & hymnos tres &c.* Attamen ſupra laudatos tres tractatus in bibliotheca Caſſinenſi extare non aſſerit, quod ideo forte ſcripſerit Mari, quia ad ſupradicta etiam Alfani opuſcula retulerit ea quæ ſolum de S. Sabinæ verſibus, aliiſque carminibus tradiderat Wion. Undenam vero ſcriptores iſti tres hoſce tractatus Alphano tribuendos eſſe eruerint, mihi plane incompertum. De Alphani lucubrationibus agunt Ughellius T. VII. Ital. Sac. in deſcriptione Archiepiſcoporum Salerni; Voſſius de Hiſt. latinis lib. 2. cap. 45. Nicolaus Toppi in Biblioth. Neapol. p. 9. & Leonardus Nicodemus in Additamentis ad eamdem p. 7. Baronius ad A. 1071. p. 277. 287., & 422. Verſus affert ab Alphano conſcriptos in laudem Stephani Cardinalis, Hildebrandi Archidiaconi, & ejuſdem jam Pontificis ſub nomine Gregorii VII., atque A. 1107., & 1109. refert epitaphia ab eodem concinnata pro Bernardo epiſcopo Præneſtino, & Romano Leone. Corrigendus itaque Antonius Caracciolus, ut advertit Marius, ac deinde Ughellius in Archiepiſcopatu Salernitano, cum in nomenclatore propriorum nominum,

quo-

Digitized by Google

quorum quatuor veteres Chtonologi ab eo editi meminere, de Alphano hæc ſcribit: *Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus obiit anno* 1121. *ſuccedente ſibi Romoaldo Chronici Scriptore. Falco* 220. *Fuit Auctor poematum, quæ ſervat bibliotheca Vaticana, ut teſtatur Baronius tom.* 12. *ad ann.* 1111. *Diverſus eſt ab Alphano illo Seniori qui conſecratus eſt Archiepiſcopus anno* 1058., *de quo Leo Oſtien. lib.* 2. *cap.* 99. 100. Nam Petrus Diaconus, aliique omnes Alphano noſtro hæc opera tribuunt, & codex Bibliothecæ noſtræ Alphano ſuppar, atque Leo Oſtienſis eidem coævus virum doctiſſimum eum appellat. Imo ex iiſdem operibus conſtat haud illa ob Alphano II. ſcribi potuiſſe, qui nonniſi A. 1085. Archiepiſcopus eſt deſignatus. Labitur quoque Caracciolus eum ait: *Auctor Poematum, quæ ſervat bibliotheca Vaticana, ut teſtatur Baronius To. XII. ad an.* 1111. nam Baronius ad eum annum p. 74. hæc tantum habet: *Petrus autem iſte Leonis a patris nomine ſic appellatus eſt, unde & origo familiæ Petri Leonis dicta. Porro ipſe Leo magnopere laudatur in epitaphio, quod ejus ſepulturæ ſcripſit Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus, cujus eſt inſcriptio in ſcripto codice verſuum ejus, qui aſſervatur in Caſſinenſi bibliotheca: Leonis Romanorum nobiliſſimi epitaphium ſcriptum ab Alphano Archiepiſcopo Salernitano: &c.* Leo hic Petri parens ultimum jam diem objerat ante hunc annum. Breve hoc de Alphano elogium texit S. Petrus Damiani lib. 8. epiſt. 5. *Alphanus Salernitanus Archiepiſcopus vir vid. verax, ac prudens in Conſtantinopolitana ſe perhibet urbe didiciſſe, quod retulit &c.* Ejuſdemque meminit lib. 4. epiſt. 17.

Amatus. Hæc de Amato epiſcopo ſcribit Petrus Diaconus cit. lib. cap. 20. *Amatus epiſcopus, & Caſſinenſis Monachus in ſcripturis diſertiſſimus, & verſificator admirabilis ſcripſit ad Gregorium papam verſus de Geſtis apoſtolorum Petri & Pauli, & hos in quatuor libros diviſit: fecit & de laude ejuſdem pontificis, de duodecim lapidibus, & civitate cœleſti Hieruſalem: hiſtoriam quoque Nortmannorum edidit, eandemque in libros octo diviſit &c.* De eodem agit Petrus lib. 3. Chr. Caſſinen. cap. 35. Marius in Notis, Ricordatus die 4. p. 426. a t. Wion lib. 2. ligno Vitæ p. 379. Nicodemus in Additionibus ad Biblioth. Neapol. p. 8. Voſſius lib. 2. De Hiſtor. lat. cap. 46. Mabillonius Annal. T. V. p. 239. ubi ſubdit: *Baluzius ſuſpicatur hunc eſſe celebrem illum Amatum Oleronenſem primum epiſcopum, dein archipræſulem Burdigalenſem, qui Gregorii VII. pontificatu legati Apoſtolici munere functus eſt; quod fuſius explicas p.* 241.

Albericus. Doctiſſimus quoque inter Caſſinates hoc ſæculo fuit Albericus Diaconus, de quo hæc ſcribit Petrus Diaconus cit. lib. cap. 21. *Albericus Diaconus vir illius temporis ſingularis ſcripſit librum dictaminum, & ſalutationum, hymnos in S. Nicolai, in Muſica dialogum; librum de Virginitate S. Mariæ, contra Henricum Imperatorem de Electione Romani Pontificis; de Aſtronomia; hymnos in S. Crucis, in Aſcenſionis, in S. Pauli, in S. Apollinaris: Vitam S. Scholaſticæ; homiliam ejus, & hymnos in Aſſumptionis S. Mariæ hymnos tres, in S. Petri hymnos, Vitam S. Dominici, Paſſionem S. Modeſti, & S. Cæſarii: librum de Dialectica. Temporibus vero ejus facta eſt Synodus in urbe Romana adverſus Berengarium diaconum eccleſiæ Andegavenſis, qui inter multa quæ aſtruere nitebatur, dicebat ſacrificium corporis, & Sanguinis Domini figuram eſſe: Cumque ei nullus reſiſtere valeret, idem Albericus evocatur ad Synodum: quo dum veniſſet poſt varia conflictationum genera, cum pars pari non cederet, idem Albericus accepta hebdomadæ unius licentia librum adverſus eundem Diaconum de corpore Domini edidit, SS. Patrum teſtimoniis roboratum, in quo omnes aſſertiones ejus deſtruxit, æternaque oblivioni tradidit. Fecit & verſu ſin vitam S. Scholaſticæ, rythmum in Paſcha, de die Judicii, & de pœnis inferni, rythmum de gaudio paradiſi; epiſtolas quoque quamplurimas ad Petrum Oſtienſem epiſcopum; de die mortis, de Monachis. Compoſuit & alia, quæ in noſtram notitiam non venerunt. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum; ſepultus vero eſt in urbe Romana juxta eccleſiam Sanctorum quatuor Coronatorum.* V. Notæ Mari, in quibus præ aliis advertit vitam S. Dominici Sorani ab Alberico conſcriptam editam fuiſſe die 22. Januarii a Bollando, qui Albericum hunc noſtrum cum Alberico a Septem Fratribus Viſionis illius authore, cujus meminit Petrus diaconus lib. 4. Chronici Caſſ. cap. 66. perperam confundit: cum tamen primus Albericus tempore Deſiderii Abbatis vixerit, interfueritque Synodo Romæ A. 1079. celebratæ, ut mox referam; alter vero Albericus undecim circiter annos natus monachus evaſerit ſub Gerardo A. 1111. inaugurato Abbate Caſſinenſi, atque Petri diaconi tempore vixerit. Mabillonius Annal. To. V. p. 139. hæc de Alberico notatu digna refert; *Poſt Romanam ſynodum anno* 1078., *ut diximus, in feſto Sanctorum omnium habitam in qua Berengarius brevem Fidei ſuæ formulam, ſed inſufficientem ediderat, altera inſequenti anno in quadrageſima, menſe Februario convocata eſt. In hac Bruno monachus e noſtris, poſtea Signienſis epiſcopus, & Albericus diaconus Caſinas contra ipſum Berengarium diſputationem habuere: eiſdemque agentibus factum, ut Berengarius novam duabus aliis explicatiorem fidei formulam ſubſcribere coactus ſit, quam in Gallias reverſus denuo refellit. Si Petro diacono ac monacho Caſſinenſi*[a] *credimus in hac poſteriori ſynodo Romana cum nullus Berengario reſiſtere valeret, Albericus monachus, unius hebdomadæ acceptis induciis, adverſus eundem Berengarium librum edidit SS. Patrum teſtimoniis roboratum, in quo omnes ejus aſſertiones erroneas deſtruxiſſe æternaque oblivioni tradidiſſe dicitur. Hoc* nimis glorianter ac mendaciter *ſcriptum ait Baronius id referens ad concilium Romanum anni MLIX. in quo Berengarius hæreſim ſuam ſponte damnaſſe putavit. Et quidem Petrus nonnunquam res ſuas nimium effert, ut forte hoc loco acciderit; at Synodus illa, cui Albericus vocatus interfuit, non illa quæ prædicto anno ſub Nicolao II. habita eſt, ſed alia poſterior intelligenda Roma itidem celebrata ſub Gregorio VII. in qua inſtitit Albericus, ut formulæ profeſſionis fidei Berengario tum propoſita, vox* ſubſtantialiter *adderetur. Hujus rei teſtem habemus Berengarium ipſum, qui in refutatione noviſſima iſtius formulæ ab ipſomet facta, quam ex veteri codice Gemblacenſi deſcriptam habemus, Albericum acriter, immo petulanter ſugillat, quod vocem illam* ſubſtantialiter *prædictæ formulæ addendam curaviſ-*

[a] Chron. Caſſ. lib. 3. c. 35. & lib. de Vir. Ill.

ſes, contra Sanctos, ut hæreticus ait, Patres, & contra ipſam veritatem. Non *enim* REALITER, *inquit ille*, eorum quiſquam, non SUBSTANTIALITER, quia nec ipſa veritas addendum putavit. Erravit potius, facilius plane erravit Caſinus ille, non monachus, ſed dæmoniacus Albericus, (*hæ ſunt hæretici hominis amænitates*) mentituſque eſt errare me de menſa dominica, niſi cum dicerem, PANIS SACRATUS IN ALTARI EST CORPUS CHRISTI adderem SUBSTANTIALITER. *Ex quibus, aliiſque intelligitur, Albericum contra Berengarium decertaſſe in poſteriori ſynodo Romana anno* 1079. *habita, in qua hæc vox* Subſtantialiter *ultimæ Berengarianæ fidei profeſſioni inſerta eſt. Cæterum an Alberici ſcriptum illud, quod unius hebdomadæ ſpatio contra Berengarium compoſuiſſe dicitur, alicubi extet, nec dum reſcire mihi licuit, certe nec Caſini, nec Florentiæ illud invenimus, tametſi Johannes Baptiſta Marus aſſerit cunctas ejus lucubrationes haberi manu deſcriptas Florentiæ in bibliotheca conventus S. Crucis Fratrum Minorum Conventualium, quam haud indiligenter revolvimus. Hunc Cardinalem diaconum SS. Quatuor Coronatorum a Stephano X. creatum fuiſſe tradunt, ad quorum eccleſiam eum ſepultum fuiſſe teſtatur Petrus Diaconus, qui tamen ejus Cardinalatus diſerte non meminit: &c.*

De Alberico ejuſque lucubrationibus agunt Petrus Diaconus lib. 3. Chronici Caſſinenſis cap. 35., Ricordatus die 4. p. 424., Voſſius lib. 2. de Hiſt. latinis cap 46. aliique plures. Duas ad Albericum epiſtolas dedit S. Petrus Damiani, nempe XX., & XXI. lib. 2., in quibus aliqua ab eodem ſibi propoſita dubia reſolvit.

Arialdus. Arialdi Alberico coævi meminit etiam Petrus Diaconus cit. lib. cap. 22. in hæc verba: *Arialdus Caſſinenſis presbyter ſcripſit eleganti ſermone quoſdam tractatus; fuit autem eo tempore, quo & Albericus, &c.*

Conſtantinus Afer. De Conſtantino Afro hæc ſubdit Petrus cap. 23. *Conſtantinus Africanus ejuſdem cœnobii monachus Philoſophicis ſtudiis pleniſſime eruditus, Orientis, & Occidentis magiſter, novuſque effulgens Hipocrates; de Carthagine, e qua ipſe oriundus erat egrediens, Babyloniam petiit, in qua grammaticam, dialecticam, phyſicam, Geometriam, arithmeticam, mathematicam, aſtronomiam, necromantiam, phyſicamque Chaldeorum, Arabum, Perſarum, Saracenorum pleniſſime edoctus eſt: inde diſcedens, Indiam adiit, corumque ſe ſtudiis erudiendum tradidit: & dum Indorum artes ad plenum edoctus fuiſſet Æthiopiam petiit, ibique rurſus Æthiopicis diſciplinis eruditur. Cumq; affatim eorum ſtudiis repletus fuiſſet, Ægiptum profectus eſt, ibique omnibus Ægiptiorum artibus ad plenum inſtruitur. Completis igitur in ediſcendis hujuſmodi ſtudiis triginta, & novem annorum curriculis, Africam reverſus eſt, quem cum vidiſſent ita ad plenum omnibus gentium ſtudiis eruditum, cogitaverunt occidere eum, quod Conſtantinus agnoſcens clam navem ingreſſus Salernam advenit, ibique ſub ſpecie inopis aliquandiu latuit, deinde a fratre regis Babyloniorum, qui tunc ibidem advenerat, agnitus, ac in magna honorificentia apud Robertum Ducem habitus eſt. Exinde vero Conſtantinus egrediens Caſſinenſe cœnobium petiit, atque a Deſiderio Abbate libentiſſime ſuſceptus, monachus factus eſt. In eodem vero cœnobio poſitus tranſtulit de diverſis gentium linguis libros quampluri- mos, in quibus præcipue ſunt Pantegnum, quod diviſit in libros duodecim, in quo expoſuit quid medicum ſcire oporteat, Practicum in qua poſuit, qualiter Medicus cuſtodiat ſanitatem, & curet infirmitatem quam diviſit in libros duodecim: librum duodecim graduum: Dietam ciborum; librum febrium, quem de Arabica lingua tranſtulit, librum de urina. De interioribus membris. De coitu: Viaticum, quem in ſeptem diviſit partes, primo de morbis in capite naſcentibus; dehinc de morbis faciei: de inſtrumentis: De ſtomachi, & inteſtinorum infirmitatibus; de infirmitatibus epatis, renum, veſicæ, ſplenis & fellis. De his, quæ in genitivis membris naſcuntur: de omnibus quæ in exteriori cute naſcuntur exponens aphoriſmi librum: Tegni, Megategni, Micotegni, Antidotarium: diſputationes Platonis, & Hippocratis in ſententiis. De ſimplici medicamine. De Gynæcia, ideſt de membris, ac corporibus fœminarum: de pulſibus, Prognoſtica de experimentis, gloſſas herbarum, & ſpecierum; Chirurgium; librum de medicamine oculorum. Hic vir quadraginta annis in ediſcendis diverſarum gentium ſtudiis explevit, noviſſime vero Senex, & plenus dierum in Caſino obiit. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum.* De eodem agunt Petrus lib. 3. Chr. Caſſ. 35. Wion lib. V. lign. Vitæ cap. 98. ubi ſubdit: *Ejus autem opera excuſa ſunt Baſileæ Tomis II. A.* 1536. *In quorum primo hæc continentur: De morborum cognitione, & curatione a capite uſque ad pedes lib. 7. De remediorum, & ægritudinum cognitione liber aureus, qui eſt quaſi compendium ſeptem præcedentium: De urinis lib. 1. De ſtomachi affectionibus naturalibus, & præter naturam ad Alphanum Epiſcopum lib. 1. De victus ratione variorum morborum lib. 1. De melancholia lib. 2. De coitu lib. 1. De Animæ, & ſpiritus diſcrimine lib. 1. Epiſtola 1. de Incantationibus: De paſſionibus mulierum, & matricis lib. 1. De chirurgia lib. 1. De gradibus ſimplicium medicamentorum &c. lib. 1. To. 2. hæc ſunt: De humana natura: De Elephantia: De remediis ex animalibus: Viaticum medicinæ lib. 1. Pantechni lib. 12. De communibus medico cognitu neceſſariis locis ad Deſiderium Abbatem, (qui propriæ Theorices ſunt) libri decem excuſi ſunt Baſileæ A. 1539. in folio: Tranſtulit de Græco, & Arabico in latinum Dietas univerſales lib 5. Dietas particulares lib. 3. De ponderibus medicinalibus lib. 1. Aliquot Galeni in Hippocratem libros: Iſaaci librum Hebraicum de Dietis: De Arabico librum de febribus: Diſputationem Platonis, & Hippocratis in ſententiis: Compoſuit etiam expoſitionem Tegni, Megategni, Microtegni antidotarium. Prognoſtica quoque de experimentis: Gloſſum herbarum, & ſpecierum. De medicamine oculorum. Et alia multa quæ nec vidi nec ab aliis prolixitatis evitandæ gratia non recenſentur.* Videatur Mari in notis, ubi potiſſimum hæc ſcribit. *Ejus opera conquiſita magno ſtudio Baſileæ apud Henr. Petri anno* 1536. *in folio excuſa reperiuntur: extare etiam MSS. in Biblioth. S. Germani de Pratis Cod. nu. 439. ſcribit Labbeus in nova Biblioth. MSS. lib. pag. 50. ubi etiam nonnulla in diverſis biblioth. Patavinis memorat V. C I. Thomaſinus epiſcopus Æmonienſis in biblioth.*

Pata-

Patavina. Vid. etiam Ricordatus die IV. p. 390., & Mabillonius Annal. To. V. p. 239. in cujus fine ait: *Ex his nonnullas in noſtra bibliotheca habemus; plerique in Caſſinenſi habentur*.

Adto. Celebris hac ſæculo inter Caſſinates fuit Adto, teſte Petro Diacono. qui cit. lib. cap. 24. hæc de eo ſcribit: *Adto Conſtantini Africani auditor, & Agnetis imperatricis capellanus en, quæ ſupradictus Conſtantinus de diverſis linguis tranſtulerat, cothurnato ſermone in Romanam linguam deſcripſit*: V. Wion lib. 2. lign. Vitæ p. 404.

Pandulphus. De Pandulpho Capuano hæc habet Petrus Diaconus cit. lib. cap. 26. *Pandulfus Capuanus presbyter in Caſino ſub Deſiderio Abbate monachus factus, divina, ſæcularique literatura eruditus ſcripſit ad Petrum Salernitanum Abbatem librum de calculatione; verſus de termino paſcha Hebræorum, de circulo Solari ad concurrentes inveniendos; de cyclo lunari, de feria Paſcha Hebræorum invenienda; ad annos Domini inveniendos: qualiter ſint inveniendæ indictiones; de Luna cujuſque dies invenienda abſque embolismorum contrarietate: quomodo fallunt qui ſe ſcire putant quot horis, vel punctis luna in unaquaque nocte luceat, quibus modis curſus ſolis dividatur, quomodo efficiatur biſſextus: ad ferias Calendarum inveniendas; qualiter, vel unde regulæ ad ferias menſium inveniendas procedant: quomodo regula terminorum Hebræorum ex curſu ſolis inveniatur: ad feriam uniuſcujuſque diei inveniendam, de quatuor temporibus in quibus datarum ſolſtitia veraciter eſſe debeant, ubi æquinoctia veraciter credantur eſſe: quomodo Adventus Domini ſit inveniendus, ut littera hebdomadarum per totum annum memoriter inveniatur: quomodo Chriſtus ſit paſſus in tertio Kalendas Aprilis: quomodo anni ab origine mundi omnes fallunt; qualiter luna quintadecima non poteſt ad illam diem qua facta fuit, pertinere: de Aſſumptione S. Mariæ: de Agnete Imperatrice. Fuit autem temporibus Michaelis, & Alexii Imperatorum*. Marius in notis ſcribit admonitum ſe a Camillo Peregrinio in codice bibliothecæ Caſſ. ſign. nu. 3., quoſdam reperiri hujus Pandulphi mathematicos canones. Agunt de Pandulphi lucubrationibus, Wion lib. 2. p. 445. ligni Vitæ, & Nicodemus in Addit. ad bibliothecam Neap. p. 193.

Landenulphus. De Landenulfo Capuano hæc ſcribit Petrus Diaconus cap. 27. laud. lib. *Landenulphus Capuanus ſub Deſiderio Abbate Monachus factus eſt: ſcripſit ſermone ſimplici librum, qui appellatur . . . . in quo introduxit Dominum, & virginem Mariam, ac ſanctiſſimum Benedictum juſtis, ac peccatoribus loquentes. Fuit eo tempore quo & Alphanus*. Vid. Wion loc. cit. p. 433.

Oderiſius I. De Oderiſio vero primo hæc habet Petrus cit. lib. cap. 28. *Oderiſius primus Caſſinenſis Abbas humilitate ſummus, caſtitate pudicus, ſpirituali lumine præditus verſificatorque mirabilis. Scripſit nonnulla, quæ quia præ manibus habentur; omitto referre*. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum. Vid. Jo. Baptiſta Marius in notis ad hoc Petri caput; qui tamen in eo corrigendus, ut advertit Nicodemus in Additionibus ad bibliothecam Neapolitanam p. 158. cum ait: *Ejus in antiquo lapide mentio fit in eccleſia S. Johannis in Venere*. Maxime quippe Oderiſius hic noſter ab eo differt, qui in lapide recenſetur, cum Oderiſius I. A. 1105. obierit teſte Petro Diacono lib. 4. Chr. Caſſ. cap. 25., & ille, de quo mentio extat in lapide A. 1165. in vivis erat, ut ſuo loco demonſtrabimus, cum de eo agendum erit. Vid. Wion lib. 1. lign. Vit. p. 19. Eam Oderiſius ad Floriacenſes ſcripſit epiſtolam modeſtiæ, ac gravitatis pleniſſimam, quam ex bibliotheca Floriacenſi Johannis a Boſco p. 255. iterum edidit Lauretus in libro de exiſtentia corporis S. Benedicti in eccleſia Caſſinenſi p. 122. Eandem expendit epiſtolam Nuceus contra Mabillonii diſſertationem agens, quæ Sæc. II. P. a. Act. SS. Ordinis S. Benedicti extat.

Benedictus qui & Guaiferius (verba ſunt Petri Diaconi laud. lib. cap. 29.) *Salernitanus ſanctitate, & religione conſpicuus ſuavis eloquio, ingenio magnus, ſermone facundus. Scripſit ad Trojanum epiſcopum Vitam S. Secundini, & cantum ejus; Verſus in laudem pſalterii; de miraculo illius qui ſe ipſum occidit, & per beatum Jacobum vitæ redditus; de converſione quorundam Salernitanorum; de laude S. Martini. In laudem S. Secundini; hymnos de eodem; homiliam de Adventu, Sermones de Nativitate Domini, de Epiphania. de Cœna Domini, de ſeptuageſima, de Ramis palmarum. Paſſionem S. Lucii Papæ. Clarus autem temporibus Alexii, & Henrici Imperatorum, ac Deſiderii Abbatis*. Benedictus. Vid. Marii in Notis, ubi verba refert, quibus lucubrationes hujuſce Benedicti incipiunt. Nicodemus poſtquam ea retulit in Additionibus p. 47., & 48. quæ a nobis hactenus ſunt laudata, addit To. II. Februarii Bollandiani die 11. reperiri: *Aliam Hiſtoriam Inventionis S. Secundini Auctore Guaiferio Monacho Caſinate ex MSS. Cardinalis Baronii*: deindeque hæc narrare proſequitur. *In appendice To. VII. Ital. Sac. p. 1365. extat ejuſdem S. Secundini epiſcopi Ecanæ, quæ nunc Troja vocatur vitam, & verſus in ejuſdem Sancti laudem concinnati a Guaiferio Caſſinenſi monacho cujus meminit Petrus diaconus, ubi de hujus urbis ædificatione plura referuntur ab exemplari biblioth. Caſſinenſis domus hactenus inediti. Floruit Gauferius A. 1060. temporibus Deſiderii Abbatis Caſſinenſis, cujus rogatu ad Stephanum Trojanum epiſcopum vitam, & verſus ſcripſit: Incipit Prologus Domini Guaiferii Monachi Caſſinenſis in hiſtoriam S. Secundini epiſcopi, & confeſſoris ad Stephanum Trojanum epiſcopum*: Vita tamen S. Secundini a Bollando edita nonnihil ab ea differt, quam in lucem protulit Ughellius, qui col. 1372. edidit quoque *Verſus Guaiferii monachi Caſſinenſis in laudem S. Secundini Trojani epiſcopi, ex MS. Langobardo charactere conſcripto biblioth. Caſſinenſis. Item hymnos ejuſdem de eodem, &c.* Utraque tamen, & a Bollando, & ab Ughellio edita ab originali nonnihil differt, atque ubi initio hujuſce Vitæ apud Bollandum legitur: *Et Coepiſcope Sancte*: in originali tantum habetur: *Et Coepiſcope S.* Hymni ab Ughellio editi extant in codice bibliothecæ noſtræ. Mabillonius de Guaiferii operibus agit To. V. Annal. p. 34. & 239., ubi advertit, Guaiferium in prologo Vitæ S. Secundini compellare Stephanum Trojanum epiſcopum hiſce verbis: *De bono dilectionis, & obedientiæ Frater, & Coepiſcope S.* ex quibus conjectare liceat, Guaiferium fuiſſe epiſcopum, qua tamen de re altum apud Petrum ſilentium. In hoc Prologo Guaiferius hiſce verbis Deſiderium laudat: *Quæſiſti a me*

per

Digitized by Google

per Caſſinenſem Abbatem, quem ego cauſa honoris Deſiderium nomino, Virum inter bonorum Antiſtites operum', & Religione laudatum, & moribus comprobatum, ut ſi quid mihi ocii, aut poſſet amicitia ſuadere ad ſcribendum potiſſimum Hiſtoriam Confeſſoris Secundini conferrem &c. Vid. Wion lib. 2. ligni Vitæ p. 421. Voſſius de Hiſtoricis Latinis, aliique.

Leo Oſtienſis, De Leone Marſicano Chronici Caſſinenſis Parente, agendum hic quoque fuiſſet, ni ſatis ſuperque actum de illo in Apologia eſſet. Verba itaque Petri Diaconi cap. 30. laudati libri, licet alias edita, iterum repetam, quo proprio poſitum loco videatur Leonis nomen. *Leo Oſtienſis Epiſcopus, & Bibliothecarius, a pueritia in Caſino oblatus, ſanctitate, & Monaſticis diſciplinis ad plenum imbutus, & in Divinis ſcripturis apprime eruditus, fecit ſermones de Paſcha. De Nativitate. Hiſtoriam Peregrinorum: Hiſtoriam Caſſinenſis Archiſterii diviſam in libros quatuor. Vitam Sancti Mennatis, & alia quamplurima, quæ in noſtram non venere notitiam Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum.*

Vita S. Mennæ a Leone noſtro ſcripta extat in codice Biblioth. Caſſ. ſign. nu. 413., atque incipit: *Vitam, & converſationem egregii Confeſſoris Chriſti Mennatis, nec non & tranſlationem Sanctarum reliquiarum ipſius in Cajatiam de loco illo, in quo vitam ſolitariam egerat Divina diſpoſitione nuper effectam Imperio tuo Reverentiſſime Pater Oderiſi ſcribendam ſuſcepi. Siquidem & ipſe a glorioſo comite Roberto magnis fuerat precaminibus exoratus, ut hujuſce rei negotium alicui ex Caſſinenſis Monaſterii Fratribus dignareris injungere: non quod alibi locorum, & in ipſa quoque curia ſua, acquiret ſcriptores quamplurimos, & ſcientia claros, & facundos eloquentia reperire; ſed ut pote vir Deo Devotus, & auctoritate nominis loci noſtri plurimum fidens ſimplicibus magis, & proximorum edificationi profuturis, quam grandiloquis, & tratinatis, & ſecularem potius philoſophiam redolentibus verbis Eccleſiaſtica dignius judicaret geſta conſcribi. Hoc autem prædictus Comes idcirco tantopere flagitabat quoniam & corpus ejuſdem Sanctiſſimi Confeſſoris ipſemet Deo concedente, nuper promeruerat invenire atque transferre, & ea quæ de hoc ipſo ſancto viro in libris Dialogorum ſuorum Beatus Papa Gregorius ſcripſerat, nimis compendioſa, & quaſi tranſcurſim viderentur eſſe commemorata. Ut autem fideles quique populi ad ejus convenientes ſolemnia haberent, unde ſe eodem die in ejus laudibus feſtivius exercerent, non illa tantum, quæ luculentiſſimo tanti Præſulis ſtilo digeſta fuerant, congeſtis undecumque ſententiis competentibus ampliari, & ſpatiari popoſcerat, ſed & cantus inſuper aliquod, & laudum ſuavium melodias rogaverat, valde devotus inde componi. Igitur imperitus licet, & iners, & liberalium artium parviſſima vix ſcientia aſſecutus, præſumens tamen de authoritate Imperii tui ad id quoque modo exequendum animo impuli, & ad gloriam Dei, ejuſque Beatiſſimi Confeſſoris Mennatis, geſta virtutum ipſius multorum edificationis profutura ſcripturus, ſenſum aptavi; intentionem adhibui, operam dedi, certus exiſtens in narratione virtutum, & gloria Sanctorum Dei, & illis honorem debitum exhiberi, & nobis geſtorum illorum exemplis plurimum utilitatis conferri, ut enim docet Apoſtolus, quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Si cui tamen adificationis fructum lector meus in opuſculo iſto reppererit, Dei ſolius applicet gratiæ: ſi quid vero dignum inibi cenſuerit reprehendere, imperantis primum auctoritate diligentius conſiderata, (quam contemnere minime licuit) venialiter mecum ſtudeat agere, qui non id ficut arrogans impudenſque arripui, verum aliquo modo, quidem exactus ſed humiliter obediens tuis Pater Beatiſſime præceptionibus parui. Nam ego non tantum ſolius obedientiæ, quam tibi ut Patri, ac Domino debeo, mercedem hinc me recepturum confido, verum etiam Divina retributionem gratia ſuperabundanter me conſecuturum meritis tam egregii confeſſoris indubius ſpero.*

Opuſculum quoque Leo Marſicanus edidit de Conſecratione eccleſiæ Caſſinenſis ab Alexandro II. facta, quod in codice biblioth. noſtræ mſ. ſignato nu. 47. extat, atque incipit: *Opera pretium mihi videtur ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qualiter hujus ſancti, & venerabilis cœnobi nova eccleſia, quove tempore, vel a quibus perſonis funditus renovata, conſtructa, & dedicata ſit &c.* Edidit hoc opuſculum Antonius Caracciolus A. 1626. inter antiquos quatuor Chronologos p. 167. ſub nomine Anonymi Caſſinenſis, quamquam ipſe conjectet Petrum Diaconum eſſe auctorem. Solidius tamen Nuceus in notis ad cap. 30. lib. 3. Chronici Caſſinenſis Leoni tribuit. Ricordatus die 4. p. 424. & Wion loc. cit. p. 188. aſſerunt Leonem compoſuiſſe ſermones quoſdam, hiſtoriam peregrinorum, & vitam S. Januarii monachi Caſſinenſis, de quibus nullum apud ſcriptores noſtros indicium, quare fides eſto apud authores. Anno certe 1115. vivebat Leo noſter, cum bullæ Paſchalis II. pro eccleſia, & canonica S. Mariæ in Portu Ravennæ ſubſcripſerit, quæ p. 10. Bullarii Canonicorum Lateranenſium extat.

Alterius quoque Leonis meminit Petrus Diaconus cit. lib. cap. 31. in hæc verba: *Leo S. R. E. Cardinalis diaconus, & Caſſinenſis cœnobii Monachus inſignis ſtudio, ac eloquentia; ſcripſit ex nomine Urbani papæ quamplures epiſtolas, fecit & regiſtrum ejus.* Vid. Mari in notis, ubi advertit Baronium hunc Leonem cum Oſtienſi A. 1088. confundere, quod monet quoque Labbe de ſcriptoribus eccleſiaſticis in addendis & corrigendis p. 357. Pagi A. 1088. nu. 3., & Mabillonius cit. to. p. 570. Leo alter;

De Johanne hæc ait Petrus: *Johannes medicus ſupradicti Conſtantini Africani diſcipulus, & Caſſinenſis monachus vir in phiſica arte diſertiſſimus, ac eruditiſſimus: poſt Conſtantini ſui Magiſtri tranſitum aphoriſmum edidit phiſicis ſatis neceſſariam. Fuit autem ſupradictis Imperatoribus. Obiit autem apud Neapolim, ubi omnes libros Conſtantini ſui Magiſtri reliquit.* Vid. Wion loc. cit. p. 451. Johannes;

De Landenulpho ait Petrus cap. 40. *Landenulphus parvulus in Caſino ſub Deſiderio Abbate B. Benedicto oblatus: ac in divinis ſcripturis pleniſſime doctus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, de renovatione Caſſinenſis cœnobii, ſeu archiſterii, ac regimine Deſiderii verſus mirificos fecit, quos idem Deſiderius Abbas in circuitu capituli, & clauſtri deſcribi præcepit.* Landenulphus;

De Johanne Cajetano, qui poſtea ſummus Ponti- Johannes;

ſex

Digitized by Google

ſex Geláſius II. vocatus fuit, habet Petrus cap. 45. *Gelaſius ſedis apoſtolicæ pontifex parvulus in Caſino ſub Deſiderio Abbate beato Benedicto oblatus, & ab Alberico philoſopho edoctus. Scripſit in eodem cœnobio poſitus paſſionem S. Eraſmi, ſanctæque Anatoliæ: paſſionem quoque S. Cæſarii verſibus adornavit. Factus dehinc S. R. E. Cancellarius deſcripſit regiſtrum Paſchalis PP. II. &c.* Pandulfus Piſanus in ea, quam de Johanne vitam ſcripſit, ſub nomine Gelaſii II. hæc ait: *Tunc Papa* (Urbanus II.) *litteratiſſimus & facundus fratrem Johannem virum utique ſapientem ac providum ſentiens, ordinavit, admovit, ſuumque Cancellarium ex intima deliberatione conſtituit; ut per eloquentiam ſibi a Domino traditam antiqui leporis, & elegantiæ ſtilum in ſede apoſtolica jam pene omnem deperditum ſancto dictante ſpiritu, Johannes Dei gratia reformaret, & ac Leoninum curſum lucida velocitate reduceret.*

Decedente itaque papa de vita hac, ſucceſſit illi Paſchalis, cui Cancellarius ipſe individua ſemper in infinitis adverſitatibus charitate cohæſit, ejuſque ſenectutis baculus in omnibus ac per omnia perduravit.

A quo ſane Pontifice inter alia ſancta quæ fecit, Gregorium de Ciccano, Aldonem de Ferentino, Petrum Piſanum, Griſogonum, & Hugonem Piſanos, Hugonem de Alatro, Creſcentium, atque Domnunum Saxonem de Anagnia Gregorium Gajotanum Scriptores ſuos omnes, ac capellanos presbyteros, ac diaconos Cardinales cum non paucis aliis in iis, & ordinibus minimis fecit certis temporibus promoveri. Romanos omnes clericos, majores, Abbates, & Abbatiſſas ſanctimoniales, & monachos, omneſque inſimul pauperes, & dulcibus confovebat ſermonibus, & neceſſaria corporis ipſis, ac multis aliis de his quæ honeſte acquirere poterat, miniſtrare ſtudebat. Vitam S. Eraſmi epiſcopi Antiocheni edidit Abbas Conſtantinus Cajetanus Romæ A. 1638. ex codice bibliothecæ Caſſinenſis, eamque Mauritio Rogano a Cajeta epiſcopo Fundano, atque judicibus, & conſiliariis urbis Cajetæ nuncupavit. Ejuſdem vitæ meminit Baronius in notis ad martyrologium Romanum die 2. Junii. Vid. Nicodemus in additamentis ad bibliothecam Neapolitanam p. 83. & ſeqq., & Papebrochius ad diem II. Junii, & Appendix a p. 211. ad 219., ubi p. 212. hæc habet: *Ipſe vero Sanctus ob miraculorum, & cultus toto fere orbe chriſtiano frequentiam numeratus inter XV. auxiliatores Sanctos, uti diximus cap. 7. miraculorum S. Georgii XXIII. Aprilis.* Papyrius Maſſo apud Cajetanum hæc de Johanne noſtro, ſeu Gelaſio II. ſcribit: *Tyrius nobilis ſcriptor elogium viri litterati ei tribuit, quia plurimarum rerum cognitione, ſcientiaque inſtructus erat, ut ille olim Gelaſius I. inter doctiſſimos homines poſitus a Caſſiodoro Senatore.* Ordericus Vitalis apud eundem Cajetanum: *Anno ab incarnatione Domini MCXIIX. indictione XI. defuncto Paſchali papa, Johannes Cajetanus Romanorum pontificum antiquus Cancellarius, &c. magiſter, in Gelaſium papam electus eſt.* Pauloque poſt: *Gelaſius papa eruditione litterarum apprime inſtructus fuit, & longa exercitatione, ut pote qui præſulum Apocriſarius fere quadraginta annis extiterat, callait: Hæc Ordericus Vitalis eidem Gelaſio coætaneus.*

VI.

ROMANI PONTIFICES, AC PRINCIPES,

QUI AD INVISENDUM SANCTI

Benedicti Corpus, Caſſinenſe Monaſterium adiere.

Benedictus VIII.

ANno 1022. Benedictus VIII. monaſterium Caſſinenſe adiit, ut refert Leo Oſtienſis lib. 2. Chron. Caſſ. cap. 42., Baronius ad eum annum To. XI. p. 71., & Mabillonius To. IV. Annal. p. 288.

S. Leo IX.

S. Leo IX. tribus cœnobium noſtrum vicibus adiit, ut refert Leo Oſtien. capp. 81. 84. & 87., Baronius A. 1049. p. 163. A. 1050. p. 173., & 1053. p. 188., Pagi A. 1049. nu. 8., & A. 1051. nu. 2.

S. Stephanus IX.

De Stephano IX. hæc ſcribit Leo Oſtien. cap. 97. *Ad hoc tandem monaſterium in feſtivitate S. Andreæ cum non parva Romanorum manu reverſus eſt, & uſque ad feſtivitatem S. Scholaſticæ commoratus, &c.* Baronius ad annum 1057. p. 234. & Pagi ad eum A. nu. 4.

Nicolaus II.

Refert quoque Leo capp. 13., & 14. lib. 3. Nicolai II. ad cœnobium Caſſinenſe adventum, & Baronius A. 1060. p. 273.

Alexander II.

Adventum vero Alexandri II. hiſce verbis narrat Leo cap. 30. *Adienſque* (ſcilicet Deſiderius) *ſummæ ſedis pontificem Alexandrum ad eandem illum dedicationem venire devotiſſime invitavit; quo liberius annuente Ildebrandum quoque archidiaconum ejus cæteroſque Cardinales, ac Romanos epiſcopos deque Urbanis clericis, ac nobilibus plurimos affectu familiariſſimo convocavit, &c. Interfuere itaque tantæ tunc celebritati archiepiſcopi decem &c. epiſcopi autem quatraginta, & tres &c. de Magnatibus autem Richardus Princeps Capuanus cum Jordane filio, & fratre Rainulfo, Giſulfus princeps Salernitanus cum fratribus ſuis, Landulfus quoque princeps Beneventanus, & Sergius Dux Neapolitanus, Sergiuſque Dux Surrentinus &c. Sed & Marſorum Comitum, hac Balvenſium filiorumque Borrelli ingens frequentia. Cæterorum vero potentium, ſeu Nobilium tam noſtratium, quam Normannorum omnium circumquaque terrarum, vel nomina, vel numerum innumerum nulla prorſus fuit poſſibilitas, vel conſilium recenſendi.* Vid. Baronius A. 1071. p. 393., & Pagi ad eum annum nu. 20. Iterum cœnobium noſtrum adiiſſe Alexandrum refert Petrus Diaconus lib. tertio Chron. Caſſi. cap. 36., & Baronius A. 1073. p. 417.

S. Gregorius VII.

S. Gregorii VII. adventum refert idem Petrus in cap. 36., & Baronius A. 1073. p. 430., & cap. 53. lib. 3. iterum illum adveniſſe narrat hiſce verbis: *Dux* (ſcilicet Robertus Guiſcardus) *confeſtim cum exercitu ad arcem S. Angeli properans, pontificemque inde abſtrahens, Romam ſine mora egreſſus papam Gregorium ad hoc monaſterium uſque deduxit, quem Apoſtolicum noſter Abbas uſque ad ipſius exitum cum epiſcopis, & Cardinalibus, qui eum ſecuti fuerant, ſuſtentavit.* Vid. Baronius A. 1084. p. 578. & Pagi ad eum annum nu. 7.

S. Victor III.

Deſiderium Abbatem cum pontificatum accipere renueret Caſſinum adiiſſe, ibique cum multis

Car-

Cardinalibus, & epiſcopis per plures menſes commoratum refert Petrus cap. 67., & Baronius an. 1086. p. 582.; & cap. 68. refert poſt acceptam pontificiam dignitatem Caſſinum adiiſſe, indeque Romam concedentem, ubi pontifex conſecraretur, iterum cœnobium noſtrum repetiiſſe, principibus Salerni, & Capuæ comitibus. Eadem narrat Baronius A. 1087. p. 596., & Pagi ad eum annum nu. 2. Iterum Caſſinum rediit Victor pluribus Cardinalibus, & epiſcopis comitatus, teſte Petro Diacono cap. 72., ac deinde menſe Auguſto Beneventum conceſſit concilium celebraturus. Vid. Baronius A. 1087. p. 597. In eo vero concilio cum æger eſſe cœpiſſet, Caſſinum cum Cardinalibus, & epiſcopis redux paulo poſt ſancte obiit, eodem Petro teſte cap. 73. Baronio A. 1087. p. 599., & Pagio ibidem nu. 7.

Urbanus II.

Urbani II. adventum refert Petrus lib. IV. Chr. Caſſ. cap. 5., & cap. 7. iterum rediiſſe teſtatur. Vid. Baronius ad A. 1088. p. 605., & 606., ubi privilegium refert ab Urbano II. monaſterio Bantino conceſſum, quo teſtatur pontifex ſe, dum Caſſini verſaretur, rogatum a Rogerio Calabriæ & Apuliæ duce, & Boemundo Tarenti principe ejus fratre, qui coram illum convenerant, ut ejuſdem cœnobii eccleſiam conſecraret. V. etiam Pagi A. 1088. nu. 4. & A. 1089. nu. 3.

Otto,

Plures quoque principes Caſſinenſe cœnobium adiere; & quidem Othonis III. adventum, ibidemque per aliquot dies moram referunt Leo Oſtien. lib. 2. cap. 22., Baronius A. 1096. Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium p. 43. Mabillonius To. IV. Annal. p. 117.

Pandulphus.

Pandulphus Beneventanus princeps Caſſinum quoque adiit teſte Leone cap. 29.

S. Henricus.

S. Henrici imperatoris adventum, & moram per aliquot dies referunt Leo Oſtien. cap. 42. Baronius A. 1022. p. 71. Pagius ibid. nu. 4. Mabillonius Annal. To. 4. p. 288., ut fuſius ſupra diximus.

Pandulphus Capuanus.

Pandulphi principis Capuani adventum referunt Leo Oſtienſis cap. 51., & Mabillonius p. 590. atque iterum adveniſſe ſcribit Leo cap. 58.

Conradus II.

Conradi II. imperatoris adventum cum uxore Giſla & nuru Cunilde filia Canuti regis Angliæ referunt Leo cap. 65. Baronius an. 1038. p. 130. Mabillonius p. 419. Pagius nu. 3., ut fuſius alibi dictum.

Henricus III.

De Henrico vero III. hæc refert Leo cap. 80. *Poſt hæc ſumpto exercitu Imperator ad hoc monaſterium venit, & cum omni honore receptus a fratribus, planetam purpuream optimam auro, & gemmis ornatam ſuper altare cum altero pallio optimo poſuit, in capitulo vero auri libras aliquot Fratribus obtulit, ſeque illis devotiſſime commendans, Capuam abiit:* Eadem habet Baronius A. 1047. p. 153., & Mabillonius p. 482.

Richardus Capuanus.

Et de Richardo Capuano principe lib. 3. cap. 16. hæc ſcribit Leo: *Non multo poſt venit ad hoc Monaſterium, recipitur honorifice nimis cum proceſſione ſolempni; placent omnia valde, rogatus a ſenioribus de loci tutela devotiſſime promittit, ſe totius monaſterii contra omnes, quos poſſet fideliſſimum de cætero defenſorem, Campaniam deinde profectus totam ferme intra tres menſes adquirit.*

Berardus Marſicanus.

Adventum Berardi Marſicani comitis, ejuſque donationes, cœnobio noſtro factas refert Leo cap. 19. prope finem.

Agnes Imperatrix.

Adventum atque moram imperatricis Agnetis refert Leo cap. 32. hiſce verbis: *Nec Imperatricis quoque Agnetis dignum videtur religioſam tacere devotionem, quæ velut altera regina Saba Salomonis alterius, & alterius templi magno videndi deſiderio ducta, ex ultimis huc Germaniæ finibus adventavit, ac per medium ferme iſtic anni ſpatium commorans, multo majora ſede his, quæ ſuper hoc loco auditu perceperat, tam ſecundum Deum, quam ſecundum ſæculum videre gaudebat, & aſſerebat merito cenſens, & locum, & Patrem, & Fratres per totum orbem ſui Ordinis hominibus celebriores habendos.* Eadem narrant Baronius A. 1073. p. 422. Mabillonius Annal. To. V. p. 34. Fuit Agnes Henrici III. uxor parenſque Henrici IV. imperatorum, ſummæ religionis, & pietatis fœmina, teſte S. Petro Damiani in epiſtolis 5. & 6. lib 7. ad eam ſcriptis, & Baronio A. 1062. p. 320., & ſeqq. Pagi A. 1077. nu. 56., & Mabillonio p. 10. & 113.

Robertus, Richardus, & Sigelgaita.

Refert Petrus Diac. cap. 45. adventum Ruberti Guiſcardi Calabriæ ducis, & Richardi principis Capuæ; cap. 53. iterum ad nos veniſſe Rubertum teſtatur, ac demum cap. 58. tres illum vicibus nos adiiſſe ſcribit, ubi refert etiam poſt Ruberti mortem, Sigelgaitam uxorem Caſſinum conceſſiſſe. Vid. Baronius A. 1084. p. 578. & A. 1085. p. 590. Pagi ad A. 1084. nu. 7., & Mabillonius Annal. To. V. p. 214.

Plures Chriſtiani Principes.

Capitulo XI. lib. 4. magnam illam totoque Orbe celeberrimam chriſtianorum expeditionem refert Petrus Diaconus, quæ ad Hieroſolymas liberandas hortante cum primis, & promovente Urbano II. inſtituta eſt. Antequam vero transfretarent pluresе magnatibus cœnobium noſtrum adiere, ut hiſce verbis refert Petrus: *Anno autem dominicæ incarnationis 1095. indictione III. pridie nonas Aprilis 4. feria poſt octavas Paſcha, a quarta ferme vigilia noctis, uſque in crepuſculum ſtellæ innumerabiles de cœlo verſus occidentalem plagam, utique terrarum cadere viſa ſunt. Eodem tempore innumerabilis, & ineſtimabilis multitudinis Occidentalium gentium facta eſt motio omnibus certe retroactis ſeculis inaudita, & admirabilis, cum profecto tot ſimul gentes, tot principes, tam ſubito, tam unanimiter, tamque conſtanter, abſque hominis nullius imperio conſpiraviſſe nemo qui legerit, nemo qui vel audierit aliquando, vel viderit alicubi valeat reperiri. Unde non ſine cœleſti nutu, ac diſpoſitione divina id geri, vel etiam incipi potuiſſe nemo qui poſſit ambigere, de quorum omnium magnis, & multiplicibus geſtis, ſumma duntaxat, & excellentia quæque breviter, & compendioſe opuſculo iſti decrevi inſerere; quoniam quidem nec mei propoſiti eſt per ordinem univerſa litteris tradere, & certe tot ſunt, & talia, quæ prudentis cujuslibet non parva exigant otia, & prolixi, ac ſpecialis voluminis opera. Fertur autem, commotionem hanc apud Gallias occaſione quorumdam pœnitentium principum accepiſſe. Qui videlicet propterea quod de innumeris ſceleribus digne apud ſuos pœnitere nequibant, & quod ſine armis, ut pote ſeculares, inter notos converſari vehementer erubeſcebant, authoritate, atque conſilio. S. memoriæ papæ Urbani prudentis plane, & vere apoſtolici viri, qui tunc temporis pro negotiis*

eccle-

Digitized by Google

eccleſia partes illas adjerat Ultramarinum iter ad ſepulchrum Domini a Saracenis eripiendum in pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum ſuorum illis injunctum, fide promptiſſima ſe arripere ſpoponderunt, certi, & indubii redditi, quod quicquid adverſi, quicquid periculi, quicquid denique incomodi illis contingeret, loco pœnitentiæ a Domino recipiendum; ut tamen ſe a præteritis nequitiis continerent; paulatim igitur ab uno ad alterum, & a provinciis ad provincias verbo hujuſmodi volitante, incredibile eſt, ad quantam multitudinem brevi tempore conſpiratio ipſa pervenerit. Ad indicium autem evidens, ac ſpeciale hujus expeditionis communis conſilio, in veſtibus ſuis a dextera ſcapulas ſignum S. Crucis undecumque facere aſſuere, & ſimul altis vocibus DEUS LOVOLT, DEUS LOVOLT, DEUS LOVOLT, per totum iter decrevere frequentius inclamare, & revera divina jam voluntatis erat, & hoc ipſum clementiſſima ſimul, & omnipotentiſſima jam illa ſua miſeratione diſpoſuerunt, ut & Chriſtianos illarum partium ex tanto jam tempore ſub jugo, & ludibriis Saracenorum degentes a dominio illorum erueret, & Sancta illa loca ſalutiferæ nativitati, paſſioni, ac ſepulturæ ejus dicata, quæ ab impiis, per tot annorum curricula propter iniquitates noſtras, & patrum noſtrorum occulto ſuo judicio invadi ac profanari permiſerat, ipſamque S. civitatem Hieruſalem a noſtris recuperari ſua pietate concederet, atque ad ea viſitanda, & adorandam univerſos per orbem fideles ſine periculo aliquo properantes miſericorditer exaudiret. Factis igitur tribus turmis ex omni illa, quæ ad id jam conſenſerat, multitudine, una pars eorum cum duce Gotfrido, & ejus fratre Balduino, & cum comite Balduino de monte ſimul, & cum quodam Petro Heremita, quem ſequebatur ingens turba Alemanorum Ungariam ingreſſi per viam, quam olim rex Carolus ſtatuerat, abiere Conſtantinopolim, ubi jam illos Lombardorum, ac Langobardorum maxima multitudo prævenerat. Pars vero alia cum Raymundo comite S. Ægidii, & cum epiſcopo Podienſi per Sclavoniam perrexit. Tertia autem pars per antiquam ſtratam Romam venit cum Roberto ſcilicet comite Flandrenſi, & Roberto comite Normannia, & Hugone, qui vocatus eſt Magnus, & Guilielmo Marchiſii filio cum aliis pluribus, qui videlicet omnes per noſtrum Caſſinenſe monaſterium tranſeuntes, & Benedicto patri, ac fratribus ſe plurimum commendantes, Barium profecti ſunt. Interea Boamundus filius bonæ memoriæ ducis Roberti cognomento. Viſcardi, qui primo cum Patre de hinc per ſe multa cum Conſtantinopolitano imperatore ejuſque exercitibus prælia jam dudum proſpero geſſerat cum eſſet in expeditione, una cum patruo ſuo comite Rogerio in partes Campaniæ, & hæc omnia per ordinem ad aures perveniſſent ipſius, mox ad ejuſmodi ſervitium ſubeundum cælitus animatus, pannum ſericum ſibi protinus afferri præcipiens, totum in fruſta diviſit, & tam ſibi quam & omnibus ſuis, & pluribus aliis ob id negotium ad ſe confluentibus ſuis, ſicut alios feciſſe audierat, cruces inde in veſtibus fecit, & ſimul omnes DEUS LOVOLT inclamare magnis vocibus juſſit. Qua fama exciti omnes Rogerii milites, tam multi ad hujuſcemodi confœderationem ſubito confluxerunt, ut paucis ſibi relictis prædictus comes meſtus ad Siciliam remeaverit. Mox Boamundus ad ſua regreſſus ad præfatum iter aggrediendum ſe præparavit. Perexerunt autem cum eo capitanei hi, Tancredus Marchiſii filius, Robbertus filius Girardi, Richardus de Principatu, & Rainulfus frater ejus, Robbertus de Anſa, Hermannus de cannis, Robbertus de Surda Valle, Robbertus filius Troſteni, Unfridus filius Rao, Richardus filius comitis Rainulfi, Goffridus Comes de Ruſcilione, & epiſcopus, & Girardus frater ejus, epiſcopus de Ariano, Boellus Carnotenſis, Alberedus de Caniano, & Joffridus de Monte Scajoſo, & plures alii quorum ad preſens non reminiſcimur; Cum vero transfretaſſent, venerunt ad Velonam, ibique ſociati ſunt eis Flandrenſis comes, & comes de Normannia, & aliis plures, qui cum illis tranſierant, &c.

Meminere expeditionis hujus ſcriptores plurimi, ac potiſſimum illi Hanoviæ A. 1611. editi cura, ac ſtudio Jacobi Bongarſi ſub Titulo: *Geſta Dei per Francos*: quibus addenda hiſtoria ex cod. 300. bibliothecæ Caſſinenſis edita in Muſæo Italico To. I. p. 113., & ſeqq. cujus authorem eſſe credimus Gregorium monachum Caſſinenſem Terracinenſem epiſcopum, ut infra dicendum. Hoc Petri capite utitur Baronius ad A. 1095. p. 666., & Mabillonius Annal. To. V. p. 360. ubi hæc ait. *Facta ex omnibus, qui ad trecenta millia convenerant, tres turmæ: una duce Godefrido Bulonio, & fratre ejus Balduino, ac Balduino comite Montenſi, cum Petro Heremita ſuperius laudato, qui præcipuus illius expeditionis incentor fuerat per Ungheriam in urbem Conſtantinopolim inſtituit: altera cum Raymundo Comite S. Ægidii, & Podienſi epiſcopo per Sclavoniam; tertia pars cum Roberto comite Flandriæ, & altero Roberto Nortmanniæ comite, nec non Hugone Magno Philippi regis fratre per Italiam: cujus turmæ omnes Caſſinenſe monaſterium ubi ſe S. Benedicto ac fratribus plurimum commendarunt, indeque Barium adiiſſe memorantur.* Morinus quoque de Sacramento Pœnitentiæ lib. 10. cap. 19. p. 766. n. 7. habet: *Sed nullus author mihi lectus eſt, qui expreſſius, & diſtinctius occaſione iſtius decreti, illius effectum, & pontificis concilium in eo ſtatuendo explicaverit, quam Leo* (legendus *Petrus*) *Caſſinenſis illis temporibus proximus, quique ab iis, qui interfuerant didiciſſe poterat. Ita illius originem, & occaſionem deſcribit lib. 4. cap. 11. Chron. Caſſinenſis: Fertur iſta commotio apud Gallias, &c.* Poſtque relata Petri verba, ſubdit: *Hinc facile colligere potes, quam ſevere tum temporis, hoc eſt finiente ſæculo undecimo, & incipiente duodecimo a Populo Chriſtiano exacta fuerint pœnitentia canonica, cum ut eas vitarent & eundem tamen fructum perciperent, tam arduum opus, & plenum periculorum, & moleſtiarum tanto affectu, & impetu ſuſciperent:* quod authoritate S. Bernardi & aliorum ejus ævi ſcriptorum confirmat.

Digitized by Google

VII.

MONACHI CASSINENSES HOC SÆCULO

AD DIGNITATES EVECTI.

Romani Pontifices.

Federicus alias Stephanus IX.

FEdericus a Lotharingia ex Abbate Caſſinenſi, & Cardinali electus Romanus pontifex die 2. Auguſti A. 1057. Stephani IX. nomen aſſumpſit, atque inſequenti anno Florentiæ obiit 4. Kal. Aprilis. Alibi de hoc pontifice actum. Præter vero Scriptores alibi laudatos, vid. vita apud Ciacconium cum additionibus Oldoini to. 1. S. Petrus Damiani lib. V. epiſt. 19. hæc de illo habet: *Teleſphorus denique Apoſtolicus ex anachoritis fuiſſe comprobatur: Dionyſius etiam, & Adeodatus, ac Stephanus nuper defunctus ex monachis fuiſſe leguntur, qui tamen apoſtolicam ſedem glorioſiſſime gubernarunt.*

Deſiderius alias Victor III.

Deſiderius Caſſinenſis Abbas, & Cardinalis, Invitus, atque reluctans electus eſt pontifex a. 1086. eamque dignitatem precibus tandem eccleſiæ fractus, non niſi anno 1087. dominica Palmarum 12. Kalend. Aprilis in concilio Capuano accepit. Eodem anno obiit XVI. Kal. Octobris in cœnobio Caſſinenſi, poſtquam primum epiſcopum Ravellenſis eccleſiæ, quam S. apoſtolicæ ſedi immediate ſubiectam eſſe voluit, elegiſſet Pappicium monachum Benedictinum, ut refert Ughellius To. 1. Ital. Sac. in epiſcopis Ravelli. De Victore III. alibi fuſe actum. Vid. ejus vita apud Ciacconium cum additionibus Oldoini.

S. R. E. CARDINALES.

Maynardus.

Maynardus nobiliſſimo inter Campanos genere ortus, creatus eſt S. R. E. Cardinalis ſive a Leone IX. teſte Panvinio, & Wione loc. cit. p. 180., ſive ab Alexandro II., qui epiſcopum quoque Silvæ Candidæ eum creaverit, ut alii ſcribunt. Veriſimilius tamen crediderim a S. Leone IX. inauguratum, qui cum illum una cum Deſiderio, & Stephano Cardinalibus ad unionem eccleſiæ Græcæ cum Latina procurandam miſerit, quod vir eſſet ſuo tempore doctiſſimus, probabile ſatis eſt Cardinalem Cardinalibus copulaſſe; ab Alexandro quoque II. legatus Mediolanum eſt miſſus cum Johanne Cardinali, ut graſſantia ſimoniæ, atque incontinentiæ vitia apud clericos compeſcerent, quod variis decretis ſunt executi, quæ refert Baronius an. 1067. Sub eodem pontifice bibliothecarii, ac vicecancellarii S. R. E. munus obiit, cum privilegio ab Alexandro II. Gerardo Canonico Piſano conceſſo, quod refert Ughellius To. 3. Ital. Sac. p. 259. in hæc verba ſubſcribat: *Datum Lucæ per manus Mainardi S. eccleſiæ Silvæ candidæ Cardinalis apoſtolicæ ſedis bibliothecharii, anno dominicæ incarnationis* 1063. *indictione prima.* Quod, & Cardinalis Raſponus in deſcriptione baſilicæ Lateranenſis aſſeruit hiſce verbis: *Maynardus Capuanus monachus Caſinas, vice Humberti S. E. Sylvæ candidæ epiſcopi apoſtolicæ Sedis bibliothecarii munus geſſit ſub Nicolao II. an.* 1060. *Poſt Humberti obitum, & in regimine epiſcopatus eidem ſucceſſit ſub Alexandro II. ab anno* 1063. *uſque ad annum* 1066. *ex privilegiis eccleſiarum Piſanæ, & Florentinæ.* Et Ughellius To. 5. Ital. Sac. in epiſcopis Silvæ Candidæ ſic ſcribit: *Maynardus Campanus montis Caſini monachus ex presbytero Cardinali Sylvæ candidæ epiſcopus, & Cardinalis adlectus eſt poſt exceſſum Humberti ab Alexandro II. ſummo pontifice, illique Vaticana bibliotheca commiſſa. Fuit Maynardus genere nobiliſſimus, doctrinaque præclarus, cujus opera prudentiaque plures ſummi pontifices graviſſimis in rebus frequentiſſime uſi ſunt &c.* Vid. Ciacconius cum additionibus Oldoini in deſcriptione Cardinalium, quos Leo IX. creavit nu. 16. Leo Oſtien. lib. 3. capp. 9. & 10. Baronius A. 1058. & 1067. Pagius hoc anno, & Mabillonius Annal. To. V. p. 62.

Federicus.

Federicus Lotharingus, qui Romanus deinde pontifex ſub nomine Stephani IX. evaſit, creatus eſt S. R. E. Cardinalis a Victore II. A. 1057. Vid. Leo Oſtien. coævus author lib. 2. cap. 96. Chr. Caſſ. Baronius, & Pagius ad eum A. Mabillonius Annal. To. 4. p. 575. aliiq; plures. De hoc alibi actum.

Petrus Alberinus.

De Petro Alberino hæc ſcribit Oldoinus in Cardinalibus a Stephano IX. creatis nu. 6. *Petrus Alberinus Monachus Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti vir doctiſſimus a Stephano X. (dicto IX.) creatus eſt presbyter Cardinalis, teſte Ciacconio; Ferdinandus tamen Ughellus To. I. Ital. Sac. col.* 398. *nu.* 32. *hunc ſub Paſchali II. Romano pontifice vixiſſe ſcribit &c.* Ughellius cit. to. & col. de Luca Alberino agens ſcribit majores ſuos imitatum fuiſſe: *in quibus præ cæteris ſub Paſchali II. enituit Petrus Alberinus monachus Caſſinenſis poſtea Cardinalis &c.*

Albericus.

Idem Ciacconius, aut ejus adnotator Oldoinus nu. 7. ſubdit: *Albericus Monachus Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti S. R. E. diaconus Cardinalis a Stephano X. renunciatus eſt, hunc Panvinius numerat inter Cardinales ab Alexandro II. creatos; & Ciacconius eundem tum ſub Stephano X. tum ſub Alexandro II. quaſi duo eſſent Alberici Diaconi Cardinales nominat, cum revera unus fuerit renunciatus, ut diximus Diaconus Cardinalis a Stephano X. vir illius temporis doctus eſt habitus, ut complura ejus opuſcula demonſtrant, quorum præcipua ſunt &c.* & Wion cit. loc. p. 185. habet: *Panvinius in Epitome in fol. a Stephano Papa IX. creatum dicit: in epitome autem in quarto ab Alexandro Papa II. Nos priorem ſequimur opinionem, quod hanc ejus etiam promotionem ad Stephanum retulerint Petrus Bugianus diario, ſive colloquio* 4. *hiſt. mon. & Scipio Mazella in deſcriptione Regni Neapolitani &c.* De hoc alibi actum.

Stephanus.

De Stephano Cardinali agit S. Petrus Damiani in epiſtola prima lib. 6. edit. Rom. A. 1606. quam integram edimus, quod plura contineat ad Caſſinenſium laudem ſpectantia:

Sanctis Fratribus in Caſini Montis cœleſti ſchola degentibus, Petrus peccator monachus ſervitutem.

Obſervatio ſextæ feriæ, dilectiſſimi, cui veſtra ſancta devotio dedicavit, & jejunii Salvatoris inediam, & apoſtolicorum verberum diſciplinam, quot hominum multitudines ad exemplum ſalutis attraxerit, & tamquam novella Divinæ plantationis oliva in exuberantium germinum propagines pullulaverit, nota;

teſtes

Digitized by Google

teſtes ſunt non modo monaſteria veſtra, hoc eſt quæ ſuorum gaudet imitari veſtigia magiſtrorum, ſed & multitudines urbium, atque villarum, quæ ſe communiter ingerentes, atque lætantes idipſum plauſabiliter arripiunt inſtitutum. Adeo ut plerique præ devotionis ardore concepto niſi quantocius hujus obſervantiæ ſuſcipiant regulam non levem ſe reputent propriæ ſalutis perferre jacturam: nullatenus ambigentes, quia dum die crucis per corporalem alimentorum ſe continentiam mactant, paſſionem redemptoris in veritate communicant: atque ad dominicæ reſurrectionis gloriam ſe pervenire non inaniter credunt; dum Chriſto in cruce pendente, ipſi quoque ſua carnis illecebras per abnegatæ refectionis patibulum crucifigunt.

Tim. 2. Rom. 6. *Hinc eſt quod ait Apoſtolus:* Si compatimur, & conregnabimus; ſi commorimur & convivemus. *Et iterum:* Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus: *& paulo poſt.* Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus, quia ſimul etiam vivemus cum ipſo &c. *Porro cum in initio ſalutaris hujus obſervantiæ unuſquiſque veſtrum & diſciplinam nudus acciperet, & nuditatis ignominiam non timeret; quis vos poſtmodum faſcinavit, & Chriſti paſſionem, quæ mundi decus, & ſalus eſt hominum erubeſcere docuit? Abſit autem ut vobis Dominis videlicet meis illud inferre præſumam, quod Galatis Apoſtolus ait:* Sic, inquit, ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſumemini: *Illud tamen audacter dicam, quod* Galat. 3.

2. Cor. 11. *Corinthiis exprobrans, dicit:* quia libenter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes: Suſtinetis enim, ſi quis vos in ſervitutem redigit, ſi quis devorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem cedit. *Quæ nimirum omnia ad doctrinam perverſa dogmatizantium pertinere, quis ambigat?*

Gen. 3. *Porro autem ſicut dixit Deus ad Adam:* Quis enim indicavit tibi quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo tibi præceperam, ne comederes, comediſti? *Ita vobis non immerito valeat cum jurgio ſeveritatis intendi: Quis ad hoc vos induxit, ut crucis Chriſti portare contumeliam timeretis, niſi quia verba cujuſpiam male ſuadentis audiſtis? Hinc eſt etiam quod a me ſollicite perquiſiti, quod erat in cauſa, ſimpliciter mihi reſpondiſtis: quia videlicet piæ memoriæ Stephanus Cardinalis hoc inſugillando deriſit, ac velut indignam rem conſpuens, & execrando deſpiciens, ne ulterius fieret, penitus interdixit. Nec mirum cum Apoſtolus dicat:* Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt: His autem, qui ſalvi fiunt, ideſt nobis, virtus Dei eſt. 1. Cor. 1.

Dominum plane Stephanum cum credam per Chriſti gratiam nonnullis floruiſſe virtutibus, morbo tamen elationis laboraſſe, prout fervor juventutis impelleret dicebatur: Et forte juſto Dei omnipotentis exigente judicio, factum eſt, ut propter hujus verbis piaculum obitum incurreret repentinum. Brevi quippe temporis ſpatio, poſt quam hæc vobis verba locutus eſt, accepit antidotum: Feſtivitate vero B. Scholaſticæ virginis invitante quaſi vegetus, & jam incolumis ad nocturnum ſurrexit officium; eodemque die prior ipſe, deinde germanus ejus junior repente defuncti, atque altera die pariter ſunt ſepulti; Et credi forſitan digne poteſt, hoc divina fuiſſe moderatione diſpoſitum, ut venerabilis ille Frater in ejus potiſſimum virginis die judicium improviſæ mortis incurreret, contra cujus monaſterium incauti Sermonis arrogantiam protuliſſet; quatenus ob hanc culpam animam illius læſio nulla contingeret, pro qua momentaneæ mortis pœnam caro ejus tam ſubito corruens pertuliſſet, ſæpe namque ſic divinæ juſtitiæ miſericordia permiſceretur, ut in hac vita peccator dignam perpetrati ſceleris recipiat vicem; quatenus illic æternæ damnationis fugiat ultionem, & hic cum finiendi ſupplicii pœna percellat, ut illic ultionem, quæ nunquam finitur evadat.

De hoc quoque Stephano locutum S. Petrum Damiani in epiſtola 9. ad Nicolaum II. crediderim eum ſcribit: *Hoc nimirum ita litteris tradidi, ut ſervus Dei domnus Stephanus qui veſtris aſſiſtit aſpectibus intimavit:* & in fine epiſtolæ decimæ ad Alexandrum II. cum habet: *Stephanum quoque quem inter primos in mente geſtamus amicos &c.* Epiſtolas quartam, quintam & ſextam lib. 2. ad Cardinales Bonifacium, & Stephanum, & ad Cardinales Hildebrandum Archidiaconum, & Stephanum ſcribit vir ſanctus, qui in epiſtola 14. habet: *Hanc itaque ſpem meam illud etiam roborat, quod mihi vir religioſus & prudens ante quintum fere diem Stephanus apoſtolicæ ſedis Cardinalis presbyter intimavit &c.* V. Mabillonius Annal. To. 4. p. 560. Panvinius in Epitome, & Wion loc. cit. p. 180. aſſerunt a Stephano IX. creatum fuiſſe Cardinalem.

Deſiderius Caſſinenſis Abbas a Nicolao II. creatus eſt Cardinalis, teſte Leone Oſtienſi ſcriptore coævo libri tertii Chr. Caſſ. cap. 13. in hæc verba: Deſiderius.
Mandat deinde ad hoc monaſterium, quatinus domnus Abbas ſibi in Marchiam proficiſcenti quamcitius poteſt occurrat, videlicet, ut proximo Martii menſis jejunio, & presbyteri gradum, & Cardinalatus pariter officium recipere debeat. Dominica igitur prima quadrageſimæ paratis omnibus neceſſariis iter arripiens apud Farfenſe monaſterium apoſtolico ſe conjunxit, ubi nimis ab eo amicabiliter honorificeque receptus Auximum ſimul cum ipſo profectus eſt. Ibidem itaque ſecundo quadrageſimæ Sabbato, quod tunc pridie Nonis Martii evenit Cardinalis presbyter ab eodem Apoſtolico ordinatus, & ſequente dominica Abbatiæ conſecrationem adeptus privilegium ab eo ſatis honorificum juxta conſuetudinem prædeceſſorum ſuorum recepit, quo inſuper ad Cardinalatus videlicet ejus dignitatem, & honorificentiam patris Sanctiſſimi Benedicti, per totam Campaniam, & Principatum, Apuliam quoque, atque Calabriam ab ipſo fluvio Piſcaria, ſicut fluit in mare, vicem ſuam idem Apoſtolicus illi conceſſit, poſt hæc accepta licentia remeandi, Romam veniens proxima dominica mediantis quadrageſimæ apud eccleſiam B. Petri Miſſam ſolemniter celebravit, atque Romanorum turba innumera comitatus ad titulum S. Cæciliæ tranſtiberim maxima cum laude deductus, ſicque ad hoc Monaſterium in B. Benedicti eſt feſtivitate verſus: Et Baronius ad A. 1059. de Leone noſtro habet: *Hæc autem quomodo ſe habuerint, ex Leone Oſtienſi ejus temporis ſcriptore integerrimo ſunt petenda &c.* Nil itaque mirum, ſi Baronius Leoni fere ſemper plurimum in narrandis rebus deferat, & potiſſimum anno 1059. p. 251., ubi ſubdit: *Sic igitur imitatus prædeceſſorem, qui creavit ipſum Petrum Damiani Cardinalem Oſtienſem ipſe virum, qui omnium conſenſu optimus omnium habebatur, ſententia quoque prædeceſſoris plurimum commendatus erat, Deſiderium Caſſinenſem Abbatem mox creat presby-*

terum Cardinalem. Sed quomodo id ſe habuerit, ab eodem Leone, qui res ab ipſo geſtas ab infantia eſt proſecutus ſic accipe. &c. Ex luculentiſſimis Leonis noſtri verbis ſatis conſtat, deceptos Ciacconium, & Wionem, qui Dauferium dictum poſtea Deſiderium creatum aſſerunt Cardinalem diaconum a Stephano IX., & presbyterum a Nicolao II. Vid. Mabill. Annal. To. IV. p. 585., & Nuceus in Notis ad capp. 7. & 13., ubi evidenter quoque demonſtrat, nunquam Deſiderium celeberrimi monaſterii Cavenſis monachum fuiſſe.

Oderiſius. Oderiſius filius Oderiſii Marſorum Comitis monaſterii Caſſinenſis præpoſitus creatus eſt Cardinalis diaconus a Nicolao II. Vid. Leo Oſtien. Baron. A. 1060., Wion p. 184. Mabillon. Annal. To. V. p. 538. Ciacconius in Card. Nicolai II. nu. 6. Hic autem advertas & Abbatem Caſſinenſem Deſiderium, & præpoſitum eodem tempore Cardinales fuiſſe.

Aldemarius. De Aldemario hæc habet Leo lib. tertio Chronici Caſſ. cap. 26. De monachis Caſſinenſibus ab Alexandro II. ad eccleſiaſticas dignitates promotis agens: *Aldemarium quoque felicis memoriæ Capuanæ civitatis prudentiſſimum, ac nobilem clericum, & Richardi principis olim notarium, qui meus in converſione magiſter extiterat, quique in Abbatem fratribus in Sardiniam miſſis, dudum fuerat ordinatus, poſtquam reverſus ad monaſterium eſt in eccleſia S. Laurentii, quæ appellatur foris muros, Cardinalem ſimul, & Abbatem ſacravit:* Vid. Baron. A. 1066. Wion p. 166. Mabillon. To. IV. p. 682. Ciacconius nu. 16., ubi tamen perperam hunc Aldemarium cum S. Aldemario plurium cœnobiorum fundatore confundit.

Theodinus. Eodem in capite hæc ſcribit Leo noſter: *Sed cum prædictus Apoſtolicus* (Alexander II.) *magna admodum circa hoc monaſterium devotionis exiſteret, ſuggerente pariter, & inſtigante Hildebrando Archidiacono, ſi quos ex hac domo Fratres a domno Abbate adquirere poterat, vel ſuo lateri ad eccleſiaſticum miniſterium ſociabat, vel certe in epiſcopos, ſive abbates honorifice promovebat. Todinum igitur Berardi Marſorum Comitis filium Romam ad ſe adcerſitum in Lateranenſi patriarchio Levitam conſtituit:* Vid. Baron. A. 1060. Wion loc. cit. Ciacconius nu. 27. inter Cardinales Alexandri II. Mabillonius loc. cit. Elegantem ad Theodinum elegiam cecinit Alphanus, quæ, ut advertit Nuceus, in Cod. 280. Biblioth. noſtræ extat, atque incipit.

Fert Theodine tuum quiddam venerabile nomen
Septima ſi fuerit littera juncta ſibi;

Nam ſi Theodinus augeatur ſeptima littera, hoc eſt g. fit Theodignus; quid autem venerabilius, quam Deo dignum nomen? Theos enim Deus eſt. In quo Alphanus imitari viſus eſt Auſonium ad Theonem.

Petrus. Petri quoque Cardinalis eodem in capite meminit Leo noſter hiſce verbis; *& Petrus, qui dicebatur Atenulfi Patris agnomine de nobilibus Capuanis, qui poſtmodum Romæ factus eſt Cardinalis, ad Abbatiam S. Benedicti de Salerno, cujus jam ſupra fecimus mentionem, rogatu Salernitani principis eſt tranſmiſſus.* Vid. Baronius, qui corrupto tamen Chronici Caſſinenſis Exemplari utitur: Ciacconius, & Mabillonius loc. cit.

Leo. Leo ab Urbano II. creatus eſt Cardinalis, teſte Petro Diacono de Script. Caſſ. cap. 31. ubi ait quoque: *Scripſit ex nomine Urbani papæ quam plures epiſtolas fecit & regiſtrum ejus.* De hoc alibi actum. Vid. Wion p. 89. ubi tamen a Paſchali II. creatum ait, quemadmodum perperam ait etiam Pagi in hæc verba: *Petrus Diaconus cap. 31. dicit, Paſchali II. Diaconus Cardinalis creatus eſt:* cum id tamen Petrus non aſſerat. Vid. etiam Ciacconius inter Cardinales Urbani II. nu. 33.

Leo Oſtienſis. An Leo Marſicanus epiſcopus Oſtienſis celebris Chronici Caſſin. compilator, de quo alibi fuſius actum, Cardinalis creatus fuerit ab Urbano II., an a Paſchali II., lis adhuc eſt inter Scriptores. Ciacconius, & Oldoinus inter Cardinales a Paſchali II. creatos recenſent nu. 1.

Johannes Cajetanus. Urbanus certe ſecundus Cardinalem inauguravit Johannem Cajetanum monachum Caſſinatem, ut hiſce verbis refert Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 7. *Sequenti tempore ſupradictus papa Urbanus iterum ad has partes deveniens Johannem Cajetanum loci hujus a pueritia monachum, diaconum in Lateranenſi patriarchio ordinavit.* Pandulfus Piſanus Cardinalis, atque Johannis noſtri, poſtquam ſub Gelaſii II. nomine Romanus pontifex evaſit, familiaris, hæc in ejus vita ſcribit: *Tunc Papa litteratiſſimus, & facundus fratrem Johannem virum utique ſapientem, ac providum ſentiens, ordinavit, admovit, ſuumque Cancellarium ex intima deliberatione conſtituit; ut per eloquentiam ſibi a Domino traditam, antiqui leporis, & elegantiæ ſtylum in ſede apoſtolica jam pene omnem deperditum, ſancto dictante ſpiritu Johannes Dei gratia reformaret, ac Leoninum curſum lucida velocitate reduceret.*

Decedente itaque Papa de Vita hac, ſucceſſit illi Paſchalis, cui Cancellarius ipſe individua ſemper in infinitis adverſitatibus charitate cohæſit, ejuſque ſenectutis baculus in omnibus, ac per omnia perduravit.

Cancellarii munus Johannes noſter ſub Urbano II. obiit, ut ex pluribus in Bullario Cluniacenſi bullis conſtat, & potiſſimum ex illa Hugoni conceſſa, in qua ita ſubſcribit: *Datum Romæ per manus Johannis diaconi S. R. E. Proſignatoris domni Urbani II. papæ Kalendis Novembris indictione XI. anno dominicæ incarnationis 1088. pontificatus vero ejuſdem domini Urbani papæ primo*; atque ex illa Bernardo archiepiſcopo Toletano conceſſa, qua eccleſiam Toletanam Hiſpaniæ primatem conſtituit, quamque edidit Baronius To. XI. A. 1088. p. 607. in ea enim hoc modo ſubſcribit. *Datum Anagnii per manus Johannis diaconi S. R. E. & Præſignatoris D. Urbani II. papæ, Id. Octobris, anno dominicæ incarnationis 1088. indictione II. anno pontificatus domini Urbani primo.* Plura quoque in archivo noſtro extant Urbani II. privilegia, quibus Johannes ſubſcribit ut pote Cancellarius. Quod munus obiiſſe quoque ſub Paſchali II. conſtat ex pluribus diplomatibus in archivo Caſſinenſi aſſervatis, aliiſque in Bullariis Caſſinenſi, & Cluniacenſi editis, atque in Italia Sacr. Bibliothecarius etiam S. R. E. a Paſchali II. a. 1105. anno VI. Pontificatus ſui factus eſt, ut ex ejus privi-

legiis

Digitized by Google

legiis ab hoc an. ad an. 1116. liquet, quarum Datas, ut vocant, refert Ciampinus de Bibliothecariis S. R. E. a p. 59. ad 69. Cum vero Johannes omnibus Urbani II. privilegiis ſubſcripſerit, nondum bibliothecarius, veriſſimum eſſe deducitur, quod Ciampinus ait p. 7. in hæc verba. *Munus autem diplomata ſubſcribendi, non ſolum Bibliothecariis a ſummis pontificibus demandatum fuit, verum etiam aliis Officialibus &c.* Diaconiam S. Mariæ in Coſmedin ſibi a Paſchali II. attributam latifundiis auxit, inſtauravitque, ut refert Pandulphus Piſanus in vita huſce verbis: *Diaconiam Romæ quam S. Mariam in Coſmedin vulgariter nuncupant ſibi Cardinali diacono a domno Papa Paſchali commiſſam in auro, vel argento, in libris, ſeu paramentis in domibus innumeris in fundis, atque caſalibus in religione præcipue in quantum Roma patitur ſuper omnes alias inalcaverit requirenti ſagaciter luce clarius elucescet.* Rugerius de Oveden coævus auctor hæc apud Cajetanum in commentariis ad Gelaſii II. Vitam p. 42. ait: *Hic in monaſterio montis Caſini ab infantia monachus eſt nutritus, & adultus in monaſterio venerabilium apoſtolorum Deſiderii, Urbani, & Paſchalis aſſiduus fuerat cancellarii officio functus.* Vid. Mabillonius Annal. To. V. p. 249. Ciacconius Johannem nu. 59. inter Cardinales Urbani II. collocat, cum primus ab eo creatus fuerit. De hoc Cardinali ſæculo ſequenti agendum, quo Pontifex evaſit.

ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI.

Alphanus. Alphanus inter Salernitanos nobilis, Patriæ ſuæ archiepiſcopus inauguratus eſt a Stephano IX. A. 1058., teſte Leone Marſicano Lib. II. Chron. Caſſ. cap. 98. Baronio initio A. 1088., Ughellio Ital. Sacr. To. VII.

Geraldus. *Alexander II.* verba ſunt Leonis Oſtien. lib. III. cap. 26. *Geraldum etiam doctiſſimum per omnia clericum Theutonicum genere in archiepiſcopum eccleſiæ Sipontinæ præfecit.* Eadem narrat Baronius initio anni 1066. Ughell. To. VII, in archiepiſcopis Sipontinis nu. 3., ubi oſtendit Geraldum hunc noſtrum miſſum a Gregorio VII. fuiſſe legatum apoſtolicum apud Dalmatinos, ubi ſynodum habuit provincialem, in qua plura ſtatuit eccleſiæ utiliſſima. At de ſynodis in Dalmatia a Geraldo congregatis, aliiſque recte ab eo geſtis aget propediem vir eruditiſſimus amicus noſter Philippus Receputi e Societate Jeſu in Hiſtoria ſacra Illyrici, quam adornat.

Angelus. Angeli incertæ ſedis epiſcopi meminit Leo Oſtienſis lib. III. Chron. Caſſ. cap. 34. ubi aſſerit, eccleſiam S. Angeli Vallisregiæ dedicaſſe.

Martynus. Idem Leo de Nicolao II. lib. III. cap. 13. agens, narrat, depoſitum ab eo fuiſſe ob varia ſcelera Angelum Aquinatem epiſcopum, in ejuſque locum, *domnum Martynum Florentinum genere religioſum plane, atque prudentem de hujus loci Prioribus monachum epiſcopum conſecraſſe &c.* Vid. Baronius A. 1060., & Ughellius To. I. Ital. Sac. in epiſcopis Aquini nu. 8.

Petrus. Nicolaus etiam II. Petrum Ravennatem monachum Caſſinenſem inauguravit epiſcopum Venafri, & Æſerniæ, quo tempore copulatæ hæ duo eccleſiæ erant. Vid. Leo Oſtienſis cap. cit., Baronius A. cit. Ughell. To. VI. in deſcriptione epiſcoporum Æſerniæ nu. 11.

Ambroſius. De Ambroſio Terracinenſi epiſcopo ab Alexandro II. inaugurato hæc ſcribit Leo Oſtien. lib. 3. cap. 26. *Sed & Ambroſium Mediolanenſem prudentem nihilominus, & eruditum non mediocriter hominem in Terracinenſi eccleſia epiſcopum ordinavit:* Vid. Baronius A. 1066., & Ughellius in deſcriptione epiſcoporum Terracinæ nu. 17.

Milo. Eodem in capite narrat Leo, Alexandrum II. inauguraſſe Sueſſanum epiſcopum Milonem cœnobii noſtri S. Benedicti apud Capuam præpoſitum. Vid. Baronius Anno cit., & Ughellius in deſcriptione epiſcoporum Sueſſæ nu. 12.

Amatus. Amati incertæ ſedis epiſcopi meminit Petrus Diaconus lib. 3. Chron. Caſſ. cap. 35., & lib. de viris Ill. Caſſ. cap. 20.

Transmundus. *Deſiderius Caſſinenſis Abbas Tremitenſem inſulam ingreſſus,* (verba ſunt Leonis Oſtien. lib. III. cap. 27.) *Tranſmundum inibi filium Oderiſii Marſorum Comitis, nimis honorifice ordinat in Abbatem. Egregiæ ſane tunc indolis adoleſcentem, prudentia, & litteris non puerum valentem, honeſtis quoque moribus hoc in loco a puero inſtitutum.* Hic Abbas deinde Caſaurienſis factus, epiſcopus demum Valvenſis evaſit. Vid. Leo Oſtienſis ibidem, & Ughellius To. I. in deſcriptione epiſcoporum Valvæ nu. 13. &c.

Landus. Landi Aquinatenſis epiſcopi hoc modo meminit Ughell. in Epiſcopis Aquini nu. 10. *Landus monachus Caſſinen. ejus reperitur obitus VI. Idus Novembris in antiquo Menologio Caſſinenſi.*

Johannes. Aſſerit quoque Ughellius in Tom. I. nu. 15. col. 1363. novæ editionis A. 1717. Johannem Caſſinenſem monachum A. 1071. electum fuiſſe epiſcopum Valvenſem. De eo in Chronico S. Bartholomæi de Carpineto apud eundem Ughellium hæc leguntur. *Sed de Fratribus monaſterii, cum non eſſet quiſquam ad regimen eccleſiæ ſufficiens, qui poſſet illud a tanta inopia relevare, elegerunt quemdam monachum Caſſinenſem præpoſitum eccleſiæ ſeptem Fratrum de Aprutio, virum prudentem religione, & vita probabili notum, nomine Johannem. Qui juxta morem ſublimatus in ſede cœpit ad reſtaurationem eccleſiæ diligenter laborare. Verum eo tempore monaſterium S. Clementis, quia paſtore vacabat, & Fratres ipſius monaſterii, ſcientes hujus Abbatis prudentiam, & vitam commendabilem petierunt ipſum in Abbatem S. Clementis, & quoniam enixius clamaverunt, ſecuta eſt eorum clamoris exauditio; transfertur ad ipſam Abbatiam, & ei præponitur Abbas poſt decem annos, & menſes totidem, quibus huic Monaſterio præfuerat, qui pro morum honeſtate, & ſapientiæ prærogativa poſtea in epiſcopatum S. Pelini meruit ſublimari, & dimittens Abbatiam tenuit epiſcopatum quidem pauco tempore duobus vid. annis, menſibus quinque, & viginti quatuor diebus in regimine Abbatiæ ſancti Clementis, quam epiſcopatum S. Pelini, & in S. Pelino octavo Id. Auguſti meruit tumulari.*

Rainaldus. A. 1090. Rainaldus inauguratus eſt epiſcopus Cajetanus teſte Leone Oſtienſi in opuſculo de dedicatione eccleſiæ Caſſinenſis, cum de conſecratione eccleſiæ S. Martini intra cœnobium Caſſinenſe ſitæ agens hæc habet: *Illud autem quod ad dexteram ipſius baſilicæ* (ſcilicet S. Martini) *ſitum eſt in honore*

S. Eraſmi martyris conſecravit domnus Raynaldus epiſcopus Cajetanus, qui ipſo anno ex hoc noſtro monaſterio eidem eccleſiæ datus fuerat epiſcopus &c. Vid. Ughell. To. I. in deſcriptione Epiſcop. Cajetæ nu. 17. & Petrus Diaconus lib. IV. Chr. Caſſinen. cap. 7. & 8.

Johannes. Johannis Sorani epiſcopi meminit Oſtien. lib. 3. cap. 34. de eccleſia S. Martini a Deſiderio ædificata agens in hæc verba: *Hanc ubi cooperante Domino, prout optaverat, conſummavit beati Bartholomæi apoſtoli baſilicam cum Fratrum univerſo conventu tertio Non. Januarias a Johanne hujus ante cœnobii Monacho, poſt Sorano epiſcopo fecit ſolempniter dedicari &c.* Vid. Ughellius in deſcriptione epiſcop. Soræ nu. 8. Tom. I. Ital. Sac.

Benedictus. Benedictus in Sardinia epiſcopus hoc ſæculo creatus eſt teſte Petro Diacono lib. IV. Chr. Caſſinenſis cap. 7. De hoc alibi actum cum de Sanctis hujuſce Sæculi.

VIII.

COENOBIA A MONACHIS CASSINATIBUS HOC SÆCULO VI. CONSTRUCTA, Vel illis donata.

NIl certe magis probam Monachorum Caſſinenſium vitam, ſi quid aliud commendat, quam cœnobia, vel ab illis conſtructa, vel illis donata. Indicio quippe ſunt evidentiſſimo, ſummo illos in pretio a fidelibus habitos, qui tot illis monaſteria commendarent; haud tamen hic eccleſias, ac latifundia a principibus, privatiſque Viris cœnobio noſtro data recenſebimus, ne lectorum otio abutamur, qui apud Leonem Oſtienſem legere ea poterunt.

Cœnobiũ S. Nicolai apud fluviũ Truentum. Leo Oſtienſis lib. II. Chron. Caſſ. cap. 26. Transmundi donationem cœnobio noſtro factam hiſce verbis refert: *Sed, & Tranſmundus Clericus dives, ac nobilis de Aprutio cujus jam ſupra meminimus eccleſiam S. Nicolai, quæ conſtructa eſt juxta fluvium Trutinum loco Sumuſiano vocabulo rebus ſuis ditatam monaſterium eſſe conſtituit idque per ſuæ oblationis cartulam ſub hujus cœnobii jure contradidit.* Extat hæc Donatio Tranſmundi in veteri regeſto Petri Diaconi p. 111. a t. num. 247. atque incipit:

In Dei Nomine. Ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſima quarta, & menſe December per indiccione tertia. Ideo conſtans Tranſmundus clericus filius quondam Giſoni, doclaro enim, quia ſtatutum eſt in Langobardorum legem in edicti paginas continet, ut quicquid homo pro anima ſua judicaverit, vel diſpoſuerit ſtabile debeat permanere.

Propterea ego jamdictus Tranſmundus recogitantes me de Dei omnipotentis miſericordiam pro redemcione animarum noſtrarum, patris mei, & Matris mee, & fratruum meorum, Conii, & Giſelverti concedi in ipſa eccleſia, qua edificata eſt in honore S. Nicolai in territorio Aprucienſe in locum, qui nominatur Sumuſiano vocabula ab ipſam aquam vivam ad proprietatem poſſidendum, id eſt de rebus proprietatis mea in Territorio Aprutienſe in caſalibus, & locis, qui vocatur Sumuſiano, & in caſale, & adipſi Selquaſtripeorum loca, & vocabula, qua eſt Terra, & vinea culta, & inculta adunata per menſura modiorum quingenti, & habet finis de capite, & uno latere ſine ribo, de pede ſine fluvio trotino cum aqua ſua, de alio latere ſine terra, qua mihi remanſit, & conſortibus meis, ſimulque concedo ego jamdictus Tranſmundus in ipſa predicta eccleſia S. Nicolai ad proprietatem poſſidendum duo molina ad edificandum in ipſa inſula, qua juxta fluvio trotino, qui vocatur ad ipſo curſo aldencſca licientiam, & poteſtatem habeant ipſe prapoſitus, vel cateri Monachi, qui pro tempore ordinati fuerint in ipſa ſupradicta eccleſia S. Nicolai ubicumque eis opportunum fuerit in ipſa jamdicta inſula, ſine rivo de Toraviana quomodo currit in fluvio trotino, & ſine rivo lutuſo, quomodo decurrit in fluvio trotino duo molina iterum edificare, & aqua prondere, & formam cabare, & amnem argumentum qualiter ad Molina pertinet facere, & deſtructe fuerint ipſa molina iterum edificata, & redificata ſimiliter, & concedo ego jamdictus Tranſmundus in ipſa jamdicta eccleſia de aliis rebus meis in loco, qui dicitur Feſtiniano, qui eſt terra, & vinea, culta, & inculta adunata pro menſura modiorum ducenti, & eſt infra fines, ſine ipſa via ſalaria, qua pergit ad Sancto Laurentius ad ipſa murta, & ſine ipſo rivo, qui currit inter Salaria, & Feſtiniano, & ſine Bariano, & ſine ipſa rigatine, qua currit inter Feſtiniano, & cagita ipſa ſupraſcripta terra qualiter ſupraſcriptum eſt, cum ipſa eccleſia S. Savini, qua ibidem in Feſtiniano edificata eſt cum cellis, & dotis, & ornamentis ſimiliter in locum, qui dicitur Abeono terra per menſura modiorum centum, & habet finis capu, & pede, & uno latu ſine terra, qua mihi remanſit, & de conſortibus meis, de alio latere ſine rivo luoſo, quam & concedo ego jamdictus Traſmundus in ipſa jamdicta eccleſia, & de aliis rebus meis in loco, qui dicitur Paterno, & in Curviana, & in Gualto, & in Guandoczolo, qua eſt terra, & vinea culta, & inculta per ſingula petia exadunata per menſura inſimul faciunt modiorum centum, & habet finis ſine ipſa quomoda pergit da Calendini ad terra alo., & ſine ipſa via, qua pergit da fonte de Bertule ad S. Petro, & ſine rivo Porculo, & in locum, qui dicitur Colle terra, & vinea culta, & inculta per menſura modiorum centum, & habet finis, ſine via ſalaria, qua pergit a Ceſeriano, & ſina ipſa valle, que eſt inter fonte lano, & Colle, & eſt ſine rivo de Ortali, & ſine Dalmatini, & in locu qui dicitur Tubciano, & in valle, & in Bergiliano per eorum vocis, & vocabulis, qua eſt terra, & vinea, & terra culta, & inculta per ſingule petia exadunata, per menſura modiorum ſexaginta, & eſt infra finis, ſine fluvio Muſeranio cum aqua ſua, & fluvio Trotino cum aqua ſua, & ſine rivo de Coriandano, & ſine ipſo ſpoletino ſupraſcripta res per ipſa ſupraſcripta finis cum ipſa eccleſia S. Maria, que ibidem in ſupraſcripto Tubciano edificata eſt cum cellis, & Dotis, & ornamenta, & oratoria, & cum terris, & vineis, pomis, & arboribus, & cum omnia ipſa ſupraſcripta res ſuper ſe, vel intra ſe habentem in integrum, ſimulque concedo ego ſupraſcriptus Tranſmundus in ipſa jam dicta eccleſia S. Nicolai ad propietatem poſſidendum uno Molina ad edificandum in ipſa inſula, qua eſt ſubtus ipſe eccleſia S. Maria, & eſt juxta fluvio miſeranio, & juſta fluvio

Digitized by Google

vio trotino in ipſa jamdicta inſula ubicumque opportunum fuerit, ſine ipſa via, qua pergit da ipſa calcaria, quo modo pergit in fluvio trotino, & ſine ipſa via ſalaria, que pergit da S. Maria ad Uruana licentiam, & poteſtatem habeant ipſe prapoſitus, vel cateri Monachi, qui pro tempore ordinati fuerint in ipſa jamdicta inſula uno Molino edificare, & aqua prendere, & forma cavare, & omne argumentum, qualiter ad molinum pertinet facere, & ſi deſtructa fuerint ipſo Molino iterum adificare, & reedificare ſimiliter, excepto ego ſupraſcriptus Traſmundus in ſupraſcripto Tubciano de ipſa res, qua mihi obedit da Adamnio terra modiorum quinque, quo in ipſa jamdicta eccleſia S. Nicolas non concedo, & ſi amplius fuerit da ipſa res, qua mihi obvenit da ſupraſcripto Adamnio modo infra ipſi finis, qui in ipſa cartula continet, quod mihi fecit ſupraſcriptus Adamnio nihil exinde nulla fecit reſervationem, neque exceptuationem, ſed in integrum ſic concedo ego jamdictus Traſmundus in ipſa jamdicta eccleſia S. Nicolai ad proprietatem poſſidendum, excepto quod ſuperius exceptavit, ipſa ſupraſcripta rebus tota inſimul faciunt modiorum mille ſexaginta, ipſa ſupraſcripta rebus per ipſa nominate finis, ſicut ſupra legitur cum caſis, terris, & vineis, pomis, & arboribus, ſalectis, cannetis, campis, & Silvis, aquis & uſuſaquarum, & cum ipſe predicte molina, cum aquis, & curſibus ſuis, & cum ipſa jamdicta Eccleſia S. Sabini, qua ibidem in Feſtiniano adificata eſt, & cum ipſa jam dicta eccleſia S. Maria, qua ibidem in Tubciano edificata eſt, & cum omnia ipſa ſupraſcripta rebus ſuper ſe, vel intra ſe habentem inintegrum ſic concedo ego jamdictus Tranſmundus in ipſa jam dicta eccleſia S. Nicolai ad proprietatem poſſidendum, quam ego Armelda filia ejuſdem Ugoni comes, qua ſum conjux ſupraſcripto Tranſmundo unaque per Comiatu, & conſenciementem mihi ſupraſcripto Tranſmundus, qui eſt viro meo, & ego jamdicto Tranſmundus comiatum dedit, & conſenciens ſum, qua ſupradicta Armelda conjugi mea, & ego jamdicta Armelda per comitatum, & conſenſum de ſupraſcripto viro meo recogitantes me de Dei omnipotentis miſericordia pro redempcione anima mea concedo in ipſa pradicta eccleſia S. Nicolai ad proprietate poſſidendum omnia ipſa quarta porcione de ipſi ſupraſcripti rebus, quod ipſe jam dicto viro meo in ipſa jam dicta eccleſia confirmavit omnia, ſicut, in ipſum meum Morgincap continet cum omnia ſuper, vel infra ſe habentem inintegrum. Sic concedo ego jamdicta Armelda per conſenſum ſupraſcripto viro meo in ipſa pradicta eccleſia S. Nicolai ad proprietatem poſſidendum, concedimus eciam in ipſa eccleſia uno ſervo noſtro nomine Petrulo cum Uxore ſua nomine Giſula ab ſerviendum in ipſa eccleſia. Statuimus eciam pro redempcione animarum noſtrarum, ut ipſa ſupraſcripta eccleſia S. Nicolai cum omnibus ſupraſcriptis pertinencis ſuis in poteſtate Monaſteris S. Benedicti poſitus in caſtro Caſino deveniat ea vero racione, atque amore offerimus pradictas eccleſias monaſterio S. Benedicti, ut nullus Abbas, neque Prapoſitus, neque ab aliqua ſummiſſa perſona de ipſa pradicta eccleſia aliquid preſumere, aut ſubtrahere audeat, ut ſecuri, & quieti ipſi Fratres, qui in eodem monaſterio ſunt Domino devotiſſime deſervire poſſint, & ſi ipſos ſupraſcriptos Abbates, vel poſteriſque ſucceſſores ſui vel dep. ordinati Monachi ſuis, vel aliqua ſubmiſſa perſona de ipſis ſupraſcriptis rebus, quod nos concedimus in ipſo ſupraſcripto monaſterio S. Benedicti, vel aliis rebus, qua in ipſa ſupraſcripta eccleſia S. Nicolas aliquis dei inſpirante ibi tribuerit aliter temptare praſumpſerit, niſi quod ſuperius ſcriptum eſt, tali vero tinore concedimus, ut amplius non ſit in poteſtate de ipſo ſupraſcripto monaſterio S. Benedicti, vel in poteſtate Abbatis, vel de praordinatis ſuis, ſes tantummodo ſit in poteſtati prapoſiti, vel praordinati illius eccleſia S. Nicolai. Repromittimus, & obligavimus nos ſupraſcripti jugalibus Tranſmundus, & Armelda, noſtriſque heredibus ad ipſa jam dicta eccleſia S. Nicolai, & ad ipſum prapoſitum, vel Monachi, qui pro tempore fuerint praordinati ibidem, ut ipſa ſupraſcripta noſtra conceſſione ſtare, & defendere, debeant ab omnes homines, & ſi a qualibes hominem antiſtare, non potuerint, aut noluerint, aut ſi ſupraſcripti jugalibus Traſmundus, & Armelda, vel noſtris heredibus de omnia iſta ſupraſcripta rebus, vel de ipſo ſupraſcripto ſervo, & de ipſa ſupraſcripta Ancilla, aliquid exinde tollere, aut minuare, vel in irrito facere quaſierins, ut componamus nos ſupraſcripti jugalibus, aut noſtris heredibus, cui ex noſtris culpa claruerit in ipſa eccleſia S. Nicolai, ad adipſi cuſtodes, qui pro tempore fuerius praordinati pena mancoſi aurei quatuor milia, & cartula iſta conceſſionis, qualiter prelegitur taliter omniumque tempore firma extavile permaneat ſecundum edicti tinorem. Volumus tamen, atque conſentimus, ut qualiſcumque prepoſitus ordinatus fuerit in ipſa eccleſia S. Nicolai ſecundum regulam S. Benedicti, vel cateri fratres ſi ei neceſſe fuerint, ut habeant poteſtatem, ſcriptionem, vel commutationem faciendi. Nunc igitur conjuro, atque conteſtor ego ſupraſcripto Tranſmundus omnes homines ſecundum chriſtianam legem vivere profitentes per nomen terribile tremenda Trinitatis, & per omnes angelos, & apoſtolos Chriſti, atque cuncta agmina ſanctorum ullus Sancti mee obbationi, quam ſancto Nicolao devote obtulit ſit moleſtus. Si quis vero diabolica ſtimulante avaricia aliquid ſubtrahere, vel minuare, aut deſtruere quaſierint ſit ſegregatus a conſorcio omnium ſanctorum, & cum diabolo eterna malediccionem dampnatus, quem vero hanc cartula conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Tranſmundus, & Armelda jugalibus ſcripſit Ego Joanni notari die iſtius menſis per indiccione ſupraſcripta in Aprutio feliciter ✠ Signum manum Tranſmundi clericus, qui hanc cartula ſcribere rogavis propter infirmitatem corporis ſcribere non potuit ✠ Signum manu Armelda, qua per comiatum, & conſenſum de ſupraſcripto viro ſuo ſcribere rogavit ſignum crucis fecit. ✠ Giſo rogatus a ſupraſcripto manu miſi. ✠ Ego Guarneri Judice rogatus a ſupraſcripti manu miſi. ✠ Ego Aczo rogatus a ſupraſcripto manu miſi.

Anno 1150. Raynaldus Abbas Caſſinenſis præpoſito S. Nicolai conceſſit, ut Abbas deinceps vocaretur, quibuſdam tamen conditionibus, quæ in hoc diplomate continentur, cujus autographum in archivo noſtro extat, & ex quo liquet, ſolitos haud fuiſſe Caſſinates cœnobiis ſibi ſubjectis Abbatiæ titulum tribuere.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo, viceſimo quinquageſimo. *anno reguante domino noſtro Rozzerio rege, menſe Madio indiccione terciadecima. Quoniam certum*

eſt, & in veritate conſiſtit, & multis, & legitimis racionibus comprobatum eſt, eccleſiam S. Nicolai de Truntino juris, & proprietatis Caſſinenſis eccleſiæ eſſe, idcirco nos Raynaldus dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas cum tota congregatione nobis commiſſa, eam veluti propriam, & Caſſinenſi monaſterio ſubditam manutenere, & in religione augmentare decrevimus. Quod deo annuente per nos, & Fratres noſtros, & fecimus, & facere parati ſumus. Et quia prædicta eccleſia familia, grave, & indignum viſum fuerat, ut rector ejuſdem eccleſiæ propoſitus vocaretur, petitum eſt a nobis interventu quorumdam fratrum ipſius præfatæ eccleſiæ, quatenus iſdem S. Nicolai rector non propoſitus, ſed Abbas & noſtra conceſſione nominaretur, & fieret. Quod quia nobis incongruum, & quaſi novum apparuit, tum quia antiqua inſtrumenta Caſſinenſis eccleſiæ, quæ de prænominata eccleſia S. Nicolay habebat, eum præpoſitum nominabant, tum quia contra conſuetudinem Caſſinenſis eccleſiæ videbatur peticioni eorum reſpondere diſtulimus. Habito tamen interea cum Fratribus conſilio peticioni eorum aſſenſum præbuimus concedentes ut prior prædicta eccleſia Abbas vocaretur, partim quia Caſſinenſi eccleſiæ non eſtat inutile, & eccleſia illi expedire videtur: partim quia frequentes priorum mutationes eccleſiis ſolent eſſe dampnoſa, eo tamen tenore, & condicione eccleſiæ illi hanc dignitatem conceſſimus, ut Abbas ſupraſcriptæ eccleſiæ ſit fidelis, & obediens, & ſerviens racionabiliter Abbatibus Caſſinenſibus, & monaſterio. Et ut in morte Abbatis ipſius eccleſiæ ibi electionem non faciant, ſed ad Caſſinenſe monaſterium veniant, & ab Abbate, qui ibi pro tempore fuerit, & a congregatione Abbatem eidem eccleſiæ petant, & quem ipſi dare voluerint in Abbatem recipiant. Qui vero Abbas ordinatus fuerit ſit fidelis hobediens, & ſerviens Caſſinenſi monaſterio, & eidem Abbati, ut patri, qui non removebitur quandiu vixerit, & eccleſiæ utilis fuerit, niſi Abbati Caſſinenſi infidelis, vel inobodiens extiterit, aut ei ſervire noluerit rationabiliter tamen vel perſonam ſuam male tractaverit, aut bona eccleſiæ dilapidaverit. Quaſi fecerit, & a Caſſinenſi Abbate, & congregatione vocatus fuerit, in conſpectu eorum apud Caſſinenſe monaſterium præſentetur, & ibi cauſa diſcuſſa racionabiliter terminetur. Et ſi obnoxius inventus fuerit, ſit in beneplacito Caſſinenſis Abbatis, vel reſtituere eum, vel deponere. Si autem depoſitus fuerit, alius ſecundum voluntatem Caſſinenſis monaſterii, & Abbatis, qui pro tempore fuerit prædicto tenore, & condicionibus ſubrogetur, & hoc quocieſcumque vel Abbas illius eccleſiæ moritur, vel deponitur, vel alio translatus fuerit ſervetur, & taliter nos Raynaldus dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas una cum conſenſu, & voluntate congregacionis, nobiſcum habendo Mazolinum judicem, & advocatum hujus noſtri monaſterii hanc conceſſionis cartulam fecimus, & tibi Leonardo curiæ notario ſcribere juſſimus. Actum in monte Caſino. ✠ Ego qui ſupra Raynaldus dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas ſignum crucis feci. ✠ Ego Fr. Otto Decanus Sacerdos, & Monachus ✠ Ego Fr. Barcholomeus Sacerdos, & Monachus ſubſcripſi. ✠ Ego Fr. Leonas Monachus.

Conceſſio ut Præpoſitus S. Nicolai vocetur, Abbas.

Orta A. 1148. lis jam fuerat inter epiſcopum Teramenſem, atque Caſſinates quoad juriſdictionem in hoc S. Nicolai cœnobio obeundam, quæ Caſſinatibus adjudicata eſt hac ſententia, quam integram damus, quod plura ad hiſtoriam, & modum judicandi illorum temporum pertinentia contineat.

Ex originali in Archivo.

In nomine dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos Juſtitiari domini Regis, Boamundus Comes, Oderiſius de Palliaria, Comes, Robertus de Aprusio, Comes Richardus lurgis . . Brevem recordationem facimus, qualiter longa controverſia, quæ acta fuerat inter eccleſiam Apruſinam, & monaſterium Caſſinenſe per judicium ſit ſententia diffinita in preſentia ſiquidem noſtra & aliorum, qui judices annexi cum convocatis ad idipſum diffiniendum Benedictus Maklicdrio, & Siginolfo Valvenſi, ſeu etiam domino PETRO Aliphano epiſcopis, & domino Goffrido Teatino electo, dominus epiſcopus Aprutinus cum clericis, & advocatis ſuis hanc querelam, & clamorem depoſuit, quod Abbas, & monaſterium Caſſinenſe eum rejecerat de poſſeſſione monaſterii S. Nicholai de Trutino cum cellis, & pertinentiis ſuis, quod per triginta, & eo amplius annos nomine eccleſiæ ſibi commiſſa ſe poſſediſſe dicebat, & inde optulit ſe habere teſtes ſufficientes ſecundum judicium curia & alias rationes. Ad quod D. Abbas a parte ſupradicti Caſſinenſis monaſterii de communi conſilio reſpondit, & juri, & rationi contrarium eſſe, quod a parte epiſcopi dicebatur, cum pars monaſterii Caſſinenſis prædictum monaſterium S. Nicholaii a centum, & pluribus annis integre & in ſolidum poſſedit, & nunc habere teſtes, & rationes ſcriptas, & non ſcriptas. Hoc audito delegati a nobis judices prænominati epiſcopi Teatinus electus, Comes Berardus Teatinus & alii complures clerici, atque laici diu, multumque inter ſe quæ dicta fuerint examinantes, tamdem de conſilio redeuntes dixerunt, longum eſſe utramque partem teſtibus, & Sacramentis de poſſeſſionis allegatione fatigari, cum potius de proprietate eſſet agendum. Unde toti curiæ placuit, ut D. Abbas Caſſinenſis ſe a poſſeſſione præfati Monaſterii ſequeſtraret, & eadem poſſeſſio in manu Juſtitiariorum quatenus apud ſequeſtrum collata eſt, ea videlicet condicione, ut ſi . . . . in preſenti fuiſſet curia per diffinitivam ſententiam terminata, ei daretur poſſeſſio, cui ſententia diffinitiva faveret. Sin autem res ſicut tertius . . . . . . nudius fuerat, ita uſque ad domini regis audientiam ſervaretur, utrique ergo parti injunctum eſt, ut de proprietate præfati monaſterii, ſi quas haberent allegationes, rationes ſcriptas, & non ſcriptas . . . . qui aderant audientia recitarent. Præfatus itaque epiſcopus per ſe, & per advocatos ſuos proprie utraque . . . . vendicare conatus eſt, tum quia monaſterium in ſua parochia conſtructum erat, nec jure ſua ſuorum prædeceſſorum conceſſione aliena potuit juriſdictioni ſubmicti, tum quia præfatum Monaſterium confirmatione Romanorum pontificum de jure poſſidebat, & inde protulit privilegia bonæ memoriæ Paſchalis, Honori, Caliſti, & Lucii, quibus coram noſtra præſentia recitatis, & ad interrogationem noſtram, ſi qua . . . . . . haberent oſtendent, reſpondentibus illis habuimus quidem, ſed direptione conſumpta ſunt, tamdem pars D. Abbatis de jure ſuum eſſe alligavit, ad quod probandum prius oſtendit cartulam publicam formam habentem teſtibus roboratam, quæ continebatur, quod

Juriſdictio Cœnobii Caſ. in monaſterio S. Nicolai.

ſuu- .

fundator, & dotator praphati Monaſterii optulit idem cum dote ſua monaſterio Caſſinenſi, pro redemptione animæ ſue, & ſuorum; cenſumque, & penſionem eo nomine prephato Monaſterio annualiter perſolvendam conſtituit: aliam deinceps cartulam oſtendit, qua Petrus quondam Aprusinus epiſcopus monaſterio S. Nicholaii predium ſui patrimonii optulit, & inter cetera . . . . offerri eadem cartula praphatum monaſterium, cui res offerrebatur eſſe in ſubjectione monaſterii Caſſinenſis, quarundem cartulam eſſe publica forma, & teſtium auctoritate ſubnixa eſt hodie etiam & dicta privilegia Romanorum pontificum non tantum a Caliſto, & ceteris prenominatis, ſed etiam a multis aliis retro Sanctis Pontificibus in quibus omnibus, quæ & legere, & recitare longum erat, eccleſia S. Nicholaii cum Cellis, & pertinentiis ſuis poſſeſſio ſolempniter fuerat confirmata. Quibus omnibus utrinque diu, multumque . . . . venerabiles, epiſcopi Benedictus Marſicanus & Sicinolfus Valvenſis, cum aliis, qui ſecum aderant clericis, ac laicis in ſententiam, & Judicium diffinitivamque tulerunt, & ſecundum ea, quæ propoſita ſunt perpetuum ſilentium epiſcopo Aprutino, vel ſubceſſoribus ejus de præfata cauſa, & proprietate monaſterii S. Nicholaii cum cellis, & pertinentiis ſuis omnibus jamphatis, ut neque ipſe neque ſubceſſores ſui deinceps audeant quamlibet monaſterio Caſſinenſi controverſiam inferre, & totum praphatum Monaſterium, cum omnibus pertinentiis ſuis monaſterio Caſſinenſi in proprietate libere deinceps adjudicatum eſt. Nos ergo ſecundum judicium te Abbatem Caſſinenſem de proprietate, & poſſeſſione ſupradicti monaſterii inveſtivimus, & ſecundum pacem regiam imperpetuum poſſidendam decrevimus, & taliter te quidem Magiſter Traſtaine actis comprehendere. Te vero Pandulfe domni Cancellarii notarie ſcribere rogavimus. Actum anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo quatrageſimo octavo, menſe Aprilis, die vigeſima ſecunda, indictione undecima apud Piſcariam feliciter. ✠ Ego Siccnolfus Valvenſis Epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Ganfridus Theatinus Electus SS. ✠ Ego Juſtinus quondam Magiſter SS. ✠ Ego Albertus Judex Farfenſis SS. ✠ Ego Magiſter Rogerius Canuſine & Melfienſis Eccleſia Canonicus SS. ✠ Ego Comes Raho Pinnenſis SS. ✠ Ego Berardus Comes Teatinus SS. ✠ Ego Rubertus Comes Aprutinus Domni Regis Juſtitiarius SS. ✠ Ego Oderiſius de Pallaria Domni Regis Juſtitiarius SS.

De Sigenulfo ab a. 1144. ad 1168. epiſcopo Valvæ & Sulmonæ agit Ughellius To. I. Ital. Sac. in deſcriptione epiſcoporum Valvenſis, & Sulmonenſis nu. 23. Petri Aliphani Epiſcopi non meminit Ughellius To. VIII. ait enim nu. 2. ab. A. 1061. ad 1079. deſiderari ejus urbis epiſcopos. Ex hoc vero a nobis allato monumento unus ſuppletur, quemadmodum alter ex inſtrumento S. Mariæ in Cinglia, quo Dodo Monachus poſſeſſiones aliquas a quibuſdam Pratenſibus repetiit. Illud vero ſic incipit: *In nomine domini anno incarnationis ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo, menſe Auguſto, octava indictione. Cauſarum diffinitiones, ac litium determinationes ſcriptis comprehendere, ne memoriæ auferantur, non eſt amittendum, ſed potius perficiendum. Igitur a me Dodone Monacho, atque Propoſito, ac cuſtode eccleſiæ S. Mariæ de loco Cingla memoratorium factum eſt, ex hoc, quod in præſentia domini Rodberti Aliſienſis epiſcopi, ubi aderat Johannes Aliſianus judex, & Raynaldus filius quondam Oddoni cognomento de Buſcione, & alii plures viri &c.* Definit hiſce verbis: *Scripſi ego Joannes notarius, & interfui. Actu Aliſia loco Prata ✠ Ego qui ſupra Rodbertus epiſcopus. Ego qui ſupra Johannes judex.* Duos alios hujus urbis epiſcopos, Paulum, & Vitum ab Ughellio omiſſos, alibi recenſebimus. Gofridi electi Theatini epiſcopi ne meminit quidem Ughellius, vel quod brevi admodum vixerit, vel quod epiſcopatus poſſeſſionem non inierit. Orto vero inter cœnobium Caſſinenſe, illudque S. Nicolai diſſidio, res a Pontifice Theodino Portuenſi epiſcopo, & Henrico Albanenſi commiſſa eſt, qui hanc tulere ſententiam. † *In nomine Dei eterni anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo, octogeſimo quarto, indictione ſecunda, menſe Januario, quartodecimo die ejuſdem menſis. Cum in præſentia domini Papæ controverſia inter Caſſinenſe monaſterium, & eccleſiam S. Nicolai de Trutino mota fuiſſet, cumque dominus Papa venerabilibus epiſcopis Theodino Portuenſi, & Henrico Albanenſi eandem controverſiam commiſiſſet decidendam, vel amicabiliter componendam, auditis in eorum præſentia allegationibus utriuſque partis eis mediantibus, ad talem concordiam Abbas noſter Gualterius cum eccleſia Caſſinenſi devenit, q. mortuo Abbate S. Nycolai, conventus S. Nycolai liberam habeat eligendi facultatem dum tamen ſemper eligat aliquem ſibi in Abbatem de monaſterio Caſſinenſi, & factam electionem Abbati Caſſinenſi repreſentent. Item Abbas cum conventu S. Nycolai recognoſcet monaſterium S. Nicolai de Trutino ſubiectum eſſe monaſterio Caſſinenſi, & faciet profeſſionem Caſſinenſis eccleſia tamquam Monachus. Idem Abbas S. Nycolai jurabit quod poſſeſſiones ipſius eccleſia non inpignorabit, neque alienabit, & de novo non infeudabit, neque locabit ſine conſenſu Caſſinenſis Abbatis, & Capituli S. Nicolai. Item Abbas S. Nycolai habebit ordinationem, & correptionem in monaſterio S. Nycolai ſicut Abbas in monaſterio ſuo, & ſi ipſe noluerit, vel non potuerit corrigere, Abbas Caſſinenſis corriget. Ipſius quoque Abbatis, cum expedierit, correptio, ad Caſſinenſem Abbatem pertinebit, & Abbates, qui per tempora fuerint Abbas Caſſinenſis, ſine juſta, & canonica cauſa non removebit. Quam concordiam nos conventus S. Nycolai, una cum Abbate noſtro Gualterio firmam, & ratam habemus, & per hoc publicum Inſtrumentum profitemur, & recognoſcimus monaſterium S. Nycolai de Trutino ſubiectum eſſe Caſſinenſi monaſterio. Unde obligamus nos, & poſteros noſtros, & partem noſtri monaſterii, ſub pœna decem librarum auri puriſſimi prædictam concordiam firmiter obſervare. Si vero aliquando contra hanc concordiam nos, vel poſteri noſtri venire temptaverimus, prædictam pœnam eccleſia Caſſinenſi, eccleſiam S. Nicolai componere obligamus, & pœna ſoluta hac concordia firma, & illibata ſemper permaneat, & taliter nos conventus S. Nicolai una cum Abbate noſtro Gualterio, qualiter nobis congruum fuit, fecimus, & te Mauricium publicum notarium S. Flaviani hanc cartam ſcribere rogavimus. Actum in monaſterio S. Nycolai. † Ego Walt. Abbas S. Nycolai de Trutino ſignum manu feci. † Ego Frater Giſo S. Nyc. Decanus. † Ego Fr.*

Epiſcopi Aliphani quatuor, quorum mentionē non facit Ughellius.

nec meminit Gofridi electi Theatini.

Conus

Conus Monachus ſubſcripſi. † Ego Fr. Aſto Monachus ſubſcripſi. † Ego Pr. Mathæus Monachus ſubſcripſi. Ego Pr. Rogerius Monachus ſubſcripſi. † Ego Pr. David Monachus ſubſcripſi. † Ego Pr. Riccardus Monachus ſubſcripſi. † Ego Pr. Berardus monachus. † Ego Pr. Guido Monachus. † Ego Fr. Petrus Monachus. † Ego Fr. Raynaldus Monachus. † Ego Fr. Aſto Monachus. † Ego Fr. Georgius Monachus, † Ego Pr. Giſo Monachus. De Theodino agit Ughellius in epiſcopis Portuenſibus nu. 30. ubi ait ab A. 1133. ad 1153. hanc eccleſiam ab eo gubernatam. De Henrico vero agit inter epiſcopos Albanenſes nu. 36. atque aſſerit, eccleſiam illam ab eo gubernatam ab. A. 1179. ad 1188.

Vix credibile eſſet, quot cœnobium iſtud S. Nicolai bona, latifundiaque poſſideret, niſi illa Clemens III. in bulla, quam propterea edimus, recenſeret, ex quo conſtat, magnum olim fuiſſe hoc cœnobium, magnaque ſanctitate floruiſſe, qua moti fideles, tot illi bona, caſtra, & cætera obtulerint.


. . . . Die Sabbati viceſima quinta menſis Junii quintedecima . . . . Dei gratia . . . . principatus Capuæ provincia Forcalquerii, ac Pedimontis Comite regnorum ejuſdem anno nono feliciter Amen. Nos Matheus . . . . judex dicti monaſterii in eodem caſtro Barbacatii, & . . . . . Berardi de Baſſiano publicus dicti caſtri Baſſiani notarius; preſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod tam in preſensia noſtri, quam teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum literatorum, & illi teratorum, veniens coram nobis predictis judice, & notario, & teſtibus religioſus, & honeſtus vir Frater Oddo reverendus humilis Abbas monaſterii S. Nicolai in Trotino Apruſina diœceſis nomine, & parte dicti monaſterii ejuſque conventui oſtendit, & preſentavit nobis quoddam privilegium domini papæ Clementis III. bullatum cum bulla plumbea pendente, cum filis ſiricis rubeis, & zallis de ſeta in qua bulla plumbea ab una parte erant ſeultura duorum capitum Pauli, & Petri, & continentur hac littera in eadem bulla S P A, S. P E. cum una cruce in medio, & in alia parte continentur hac littera C L E M E N S P A P A III. Quod privilegium erat in omnibus, & per omnia continentia ſubſequentis: Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati S. Nicolai in Trotino, ejuſque Fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum; Quoties nobis . . . . Religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur animo nos decenti libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eopropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, preſcriptum monaſterium S. Nicolay quod ad jus ſeu proviſionem Caſſinenſis monaſterii pertinet ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus; in primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui in ipſo monaſterio ſecundum Dei timorem, & S. Benedicti regulam adque inſtitutionem pradicti monaſterii Caſſinenſis inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter oſſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis: eccleſiam S. Martini juxta ipſum Monaſterium, eccleſiam S. Jacobi, Turrem de Summoſano cum eccleſia S. Maria, Tenimentum in Gardeto, & Laterneto, caſale de Toczano cum eccleſia S. Maria, caſtellum de Cerreto cum eccleſia S. Angeli, caſtellum de Nepoczano cum eccleſia S. Martini, eccleſiam S. Salvatoris in Ruſticiliane, eccleſiam S. Silveſtri, eccleſiam S. Scholaſtica, eccleſiam S. Maria in Camerone, eccleſiam S. Maria de Bienza, tenimentum in Arteſano, & in puczatello, tenimentum juxta Salanellum cum uno molendino in arenarie, tenimentum terra mille modiorum, tenimentum in Velleri, & in Allano portionem Gerardi de Totonis Frum. de caſtello Velleri cum eccleſia S. Angeli intus etiam in ipſo caſtello, & per diverſa loca terra modia mille, Pojum de Feſtagnano cum eccleſia S. Savini, Pojum de Varano, cum eccleſia S. Juvenalis, eccleſiam S. Petri ad Allianum, eccleſiam S. Andrea, eccleſiam S. Felicis ad Tullianum, cum pertinentiis ſuis, in Calduczo, eccleſiam S. Salvatoris cum caſale ſuo, Pojum de Spoltino cum pertinentiis ſuis, Pojum de Botunto cum eccleſia S. Petri, & omnibus pertinentiis ſuis, & unum ſedium Molendini . . . . . . inſulam de Ficu, tenimentum in Arn . . . . collem de Aſcutula, cum duobus Molendinis caſalem de Aven . . . . tenimentum in pla . . . . & in Sportellis, tenimentum in Paczano, & in plano de Mortula, terram duo milia modiorum, tenimentum in Paragano, & in Monte aureo, tenimentum in Sorbellis, & in Grecane, tenimentum in Cerritulo, & in Fontejano, tenimentum in Nepoczano, in Vivo de Naretulo, & Moſerano in Aprutio, Quartam partem de Colle rotundo, quartam partem de frundarolo & duodecim manſiones hominum, cum eccleſia S. Angeli ad Saldinum, & eccleſiam S. Salvatoris, & S. Crucis ad Scilianum, tenimentum de Oſerano centum modia terra in roccha de Cameliano eccleſiam ad cellas, & eccleſiam S. Petri; & tenimentum per diverſa loca modiorum mille, caſtellum de Montino cum pertinentiis ſuis, curtem de Cabiano cum eccleſia S. Nicolai, & omnibus pertinentiis ſuis, caſtellum de Oregnano cum introitu, & exoitu ſuo, eccleſiam S. Maria, & eccleſiam S. Petri cum pertinentiis ſuis de Paczano, & in campo Nerino, & Fageto modiorum mille, tenimentum in Paterno, & Ancarano, caſtellum de Carruſa, & eccleſiam S. Angeli cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Martini in Barano cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Donati in Campo nerino, eccleſiam S. Martini in Galegnano cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Flaviani in Torano cum pertinentiis ſuis, in Colondelle eccleſiam S. Salvatoris, & duodecim Manſiones hominum in pertinentiis caſtelli de Coſenulis, eccleſiam S. Martini cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Johannis de ad Gavanne cum pertinentiis ſuis. In ejuſdem pertinentiis eccleſiam S. Felicitatis cum Curte ſua, tenimentum ad Pat. tenimentum in Ripa alta, eccleſiam S. Benedicti de Cabiano cum pertinentiis ſuis, caſtellum Montorii ad mare cum eccleſia S. Salvatoris, in Tortoreto Pojum Oddonis, cum eccleſia S. Liberatoris, Pojum de Foreman. cum eccleſia S. Angeli, Pojum de Taſ-

ſello

Digitized by Google

ſello cum pertinentiis ſuis, & cum uno molendino in Bibrata, tenimentum de Laciano cum eccleſia S. Pardi, tenimentum in Ponczano cum litore maris in piſcatione ſua. In tentorium Tor . . . . & pertinentiis ſuis donationes Tranſmundi Comitis . . . . cum eccleſia s. Crucis, caſtellum de Monticulo cum eccleſia s. Pauli, eccleſiam s. Vitalis cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Stefani ad Ceſule, eccleſiam s. Gervaſii, eccleſiam s. Laurentii cum caſtello de Pateno, eccleſiam s. Angeli in Cucero, eccleſiam s. Laurentii ad Menianum cum tenimentis ſuis, eccleſiam s. Maria in Romeliano cum pertinentiis ſuis, Caſtellum de Caſa Donnica cum duobus molendinis, Curtem de Antojano in integrum cum eccleſia s. Crucis, eccleſia s. Petri ad Opacum cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Flatiani, eccleſiam s. Johannis in caſtello de Ripa, eccleſiam s. Johannis ad Bacclianum, cum caſtellis, & pertinentiis de Cacziano, diverſa tenimenta in territorio de Podio, eccleſiam s. Victoria, eccleſiam s. Egidii, & s. Ruſtici cum pertinentiis ſuis, caſtellum de Faraone, cum pertinentiis ſuis; in comitatu Pinnehen. in territorio de Baſſano tenimentum quoddam cum uno molendino in fluvio de Maone eccleſiam s. Johannis de Gaminaro cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Maria ſuper ipſam eccleſiam s. Johannis, eccleſiam s. Crucis de Scafeniano, Pojum s. Angeli de Camarda cum eccleſia s. Angeli, & s. Savini, & terra per diverſa loca modiorum duo milia, curtem de Ceſeriano cum tenimentis ſuis, eccleſiam s. Petri ad colle altum cum uno molendino, eccleſiam s. Maria ad Eubillos, curtem in Albeto cum tenimentis ſuis, tenimentum in Ceſellejano, in Fluvio Magone, & rivo de Temerino, eccleſiam s. Caſſiani, cum curte, & omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Petri, & s. Crucis de Monte, eccleſiam s. Agnetis, eccleſiam s. Johannis, eccleſiam s. Andrea de Colle greco cum cellis, & pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Salvatoris de Caſtellis cum caſtello ſuo, eccleſiam s. Martini in loco, qui dicitur ad Ceſelian. & Paczanum, eccleſiam s. Martini in Campo de Jove, eccleſiam s. Petri in loco qui dicitur Plano de Moriano, eccleſiam s. Martini in loco, qui dicitur Valdareſco, & in rivo Eumſo, & s. Mauro, & ſion Nereca juxta fluvio fiae, caſtellum de Geneſtrule, cum eccleſia s. Nicolai, Pojum de Peczano, cum terris de Rocero modiorum tria milia, eccleſiam s. Victorini, s. Salvatoris, & s. Silveſtri, eccleſiam s. Maria in loco qui dicitur Geneſtrule, eccleſiam s. Salvatorit in Biſero cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Crucis in Cerreto, eccleſiam s. Martini in Soleniaunm Inſula de Marnarolo cum tenimentis ſuis, eccleſiam s. Maria de Caſaleneja cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Donati . . . . cum pertinentiis ſuis. In Termulis eccleſiam s. Pauli de . . . . de Attico; tenimentum de Petaczato cum aqua, & piſcatione maris, eccleſiam s. Georgii de Montecello in territorio Eſculano, Curtem de Marule cum eccleſia s. Salvatoris ad locum qui dicitur Ablcto, & tenimentum per menſura ducentorum modiorum, curtem de Tolleman. cum tenimentis ſuis, eccleſiam s. Savini cum pertinentiis ſuis in loco qui dicitur Friſian. eccleſiam s. Vincentii cum pertinentiis ſuis, & uno molendino in flumicello, caſtellum de Peczano, cum eccleſia s. Salvatoris, Pojum de Petra Capellata, cum eccleſia s. Petri, eccleſiam s. Archangeli in Poppleto cum terris duomilia modiorum, caſtellum de Ancarano cum eccleſia s. Maria, & terris modiorum, caſtellum de Ancarano cum eccleſia s. Maria, & terris modiorum mille in Marchia eccleſiam s. Benedicti in Salbuceto juxta fluvium Tiſinum, eccleſiam s. Paratiada cum caſale ſuo, eccleſiam s. Maria in Silvis, cum pertinentiis ſuis; in Ajello eccleſiam s. Crucis, eccleſiam s. Apollinaris, eccleſiam s. Valentini, eccleſiam s. Petri in Cerreto, eccleſiam s. Quirici juxta fluvium Menocclc, eccleſiam s. Petri in Lamentian. cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Maria in libiano, eccleſiam s. Bartholomei in campo Fullonis cum pertinentiis ſuis; Sane novalium veſtrorumque propriis manibus, aut Sumptibus colitis, ſive de mentionatis . . . . exigere, vel extorquere præſumat, liceat quoque vobis clericos . . . . liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & eos aſque contradictione aliqua retinere; cum autem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis, clauſis januis excluſis, interdictis, & excommunicatis non pulſatis campanis ſubpreſſa voce divina officia celebrare. Probibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profexionem fas ſit niſi artioris religionis obtentu, ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum cautione, nullus audeat retinere. Interdicimus etiam, ne vos, vel eccleſiarum veſtrarum Seculares perſona veſſationibus, vel exactionibus aliquibus inquetare, aut in vos, vel in ipſarum eccleſiarum exerceant, poteſtatem . . . . & inquietiñ. aux. religionis propoſitum, quod ſumpſiſtis divinis poſſitis obſequiis imminere. Seppulturam . . . . ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extrema voluntati qui ſe illic ſeppeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtae. Decrevimus ergo nulli omnino hominum fas ſit præfatum Monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuslibet veſſationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione præter uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolica auctoritate, & prædicti monaſterii Caſſinenſis debita hobedientia, & reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens contra temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatiſfactione correſſeris, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena ſiat atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat, cunctis autem . . . . . ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus, & fructum bona actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego





Ego Clemens catholice eccleſie epiſ.

✠ *Ego Johannes tituli S. Marchi Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Laborans Cardinalis Presbyter Sanctæ Mariæ Tranſtyberim tituli Caliſti SS.*

† *Ego Pandulfus Presbyter Cardinalis Baſilicæ duodecim Apoſtolorum ſubſcripſi.*

† *Ego Jacobus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmidon ſubſſ.*

. . . . *SS. Coſmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis Subſſ.*

. . . . *Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis ſubſſ.*

† *Ego Iohannes Sancti* . . . . *Cardinalis ſubſſ.* . . .

† *Ego Bernardus S. Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis ſubſſ. Datum Laterani per manum Moyſi S. R. E. Subdiaconi vicem agentis Cancellarii ſecundo idus Decembris indictione ſeptima, anno incarnationis dominicæ MCLXXXVIII. pontificatus vero domini Clementis papæ III. anno primo. De quibus omnibus dictus Fr. Oddo venerabilis Abbas dicti monaſterii S. Nicolai in Trotino Aprutinæ diœceſis nomine, & pro parte dicti monaſterii, &* . . . . *Conventus dicti monaſterii, & dompnus Jacobus Clementis præpoſitus eccleſiæ S. Caſſiani de Inſula, cui dicta eccleſia S. Caſſiani eſt nobis, & dicto monaſterio noſtro immediate ſubjecta, rogaverunt nos exinde nos qui ſupra judicem, & notarium, & infraſcriptos teſtes, ut formam dicti privilegii papalis in publicum tranſumptum reducere curaremus, quia dictum privilegium papale originale ad manus dicti præpoſiti habere* . . . . *quia extra dictum monaſterium dictum originale papale privilegium eſſe non poterat in ejuſdem monaſterii præjudicium, atque dampnum* . . . . *de puncto ad punctum, & de do verbo ad verbum, nil dictione aliqua, ſillaba vel puncto non mutatum ad cautelam dicti præpoſiti* . . . . *qualicumque perſona, ex quacumque* . . . . *vel cauſa, non poſſit dicta eccleſia aliquod præjudicium* . . . . *deperire non poſſent de eccleſia S. Caſſiani* . . . . *cum pertinentiis ſuis, ut* . . . . *papali eſſet nominatum, & ea omnia, & ſingula in publicam formam* . . . . : . *prædictorum judicis, & teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego* . . . . *de Baſſano regia auctoritate conſtitutus omnibus prædictis præſens, & exiſtens, ut ſupra legitur, & quia* . . . . *rogatus interfui, publicari, manu propria ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi. Actum ibidem anno* . . . . *indictione prætitulatis conſentientes in nos tamquam in eorum Notarium eſſe cum ſcirent ex certa eorum conſcientia eorum notarium* . . . . *loco † Signi Notarii* . . . .

de Barbacacio qui ſupra judex prædictis omnibus rogatus interfui, & hoc ſignum feci. † *Ego Thomaſius Caſtroveteri qui ſupra teſtis prædicta teſtor, & hoc ſignum feci.* †

Ego . . . . . *Mich. de Curcumello qui ſupra teſtis prædicta teſtor, & hoc ſignum feci* †

Ego Johannes de Deutallevis de Barbacatio qui ſupra teſtis prædicta teſtor, & ſignum feci. †

Ego Anſ. . . . . . *de Morecon. qui ſupra teſtis predicta teſtor, & ſignum feci.* †

Ego . . . . *Ray. de Morecon. qui ſupra teſtis prædicta teſtor & ſignum feci.* †

Ego Savinus Vitalis de . . . . *de Valle Caſtellana qui ſupra teſtis prædicta teſtor, & ſignum feci.* †

Ego Johannes de Aſſeano qui ſupra teſtis prædicta teſtor & ſignum feci. †

Ego Johannes de S. . . . .

Pojum, cujus hic ſæpe mentio eſt, oppidum, ſeu caſtellum ſignificat, ut ex libro conſtat, cui Titulus: *Nuova ſituatione de pagamenti Fiſcali &c. delle Provincie del Regno di Napoli, data alla luce in Napoli nel* 1670. nam in deſcriptione Aprutii ultra p. 99. & ſeqq. plura hoc nomine appellantur oppida e. g. *Pojo Viano*, *Pojo Poponiſco*, *Pojo S. Giovanni*, & ſimilia.

Cujus regimen Monacho Caſſinati commendabatur.

Hanc certe Abbatiam Caſſinenſis Abbas alicui e Monachis ſuis demandabat, quod ultimo factum A. 1408. die 7. Maii in regeſto Henrici Abbatis p. 363. reperio in hoc diplomate.

Henricus Thomacellus &c. Dilecto nobis in Chriſto Filio Fratre Johanni de Valle de Fande monacho noſtro Caſſinenſi, nec non Abbati Abbatiæ noſtræ S. Nicolai Trontini Teramen. diœceſis membri ejuſdem noſtri monaſterii Caſſinenſis nobis, & dicto noſtro monaſterio Caſſinenſi immediate, plenoque jure ſpectanti &c. Cum itaque Abbatia dicta noſtra eccleſia S. Nicolai Trontini, cui cura imminet animarum ſolita per Caſſinenſes monachos gubernari, & per nos ac prædeceſſores noſtros conferri, ac in monaſticum beneficium aſſignari &c. dictam Abbatiam S. Nicolai &c. cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus membris juriſdictionibus, & pertinentiis, ac de-

penden-

pendentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus uſque ad noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium beneplacitum &c. providemus &c. Quocirca curam, regimen, & adminiſtrationem dicta Abbatia, Fratrum, & Conventus ejuſdem, caſtrorum, villarum, & bonorum ſuorum, ac membrorum ejus tibi plenarie committentes: &c. Eodem in cap. refert Leo Theudi donationem hiſce verbis: *Et* Farthenon S. Johannis de Scorſone. *Theuto filius Teutonis de eodem Aprutio optulit huic monaſterio eccleſiam S. Johannis in loco, qui dicitur Scorſone, quam videlicet ipſe propriis rebus ditatam Sanctimonialium monaſterium fecerat:* Theuti donatio extat in reg. Petri Diaconi nu. 249. p. 113., & ſeqq. atque incipit: *In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinto, menſe Auguſti per indiccione tercia. Ideo conſtat nos Theuto filii quondam Teutoni, declaro enim quia ſtatutum eſt in Longobardorum lege in edicti paginescontinet, ut quicquid homo pro anima ſua judicaverit, vel diſpoſuerit, ſtabilem debeat permanere. Propterea ego jamdicto Teuto recogitantes me de Dei omnipotentis miſericordia, pro redemptione anime mea, & conjugi mea, & filiis meis concedo in ipſa eccleſia, qua edificata eſt in honore S. Johannis Baptiſta in territoriam Aprucienſe in locum, qui vocatur Scurzioni, & proprietatem poſſidendum, ideſt de rebus proprictatis mea, qua mihi a meo conquiſitam habeo in ſuprascripto Aprucio, ideſt in ipſo jam dicto loco de Scurzioni, qui eſt terra, & vinea culta, & inculta adunata pro menſura modioram quinquaginta, & habet finis capu fine via, pede fine fluvio Beczolanum cum aqua ſua, & uſus aquarum, de uno lato fine ria de Marnaria, quomodo currit in fluvio beczola, alio latu fine terra, qua mihi remanſit, concedo ego jam dicto Teuto in ipſa jam dicta eccleſia S. Johannis, ad proprietatem poſſidendum uno molino ad edificandum in ipſo jam dicto fluvio beczola, & poteſtatem habeant ipſe Monache, qui pro tempore ordinata fuerint in ipſa ſuprascripta eccleſia S. Johannes ubicumque eis oportanam in ipſo jam dicto fluvio Beczola Petra mala, & fine rivo de Marnaria, uno molino edificare, & aquam prendere, & forma cavare, & argumentum, qualiter ad molinum pertinet facere, & ſi deſtractum fuerit ipſum molinum iterum edificare, & redificare ipſe ſuprascripte rebus per ipſe nominate finis ſicut ſupra legitur cunctas is terris, & vineis, pomis, & arboribus, ſalectis, cannetis, campis, & Silvis, aquis, & viis aquarum, & cum omnia ipſa ſuprascripta res ſuper ſe, vel infra ſe abentes in integrum ſic concedo ego jam dictus Teuto in ipſa jamdicta eccleſia S. Johannis ad proprietatem poſſidendum, quam ego Ingeltruda filia quondam Ardengi comis filia Teutoni, atque per comiatum, & conſenciente mihi ſuprascripto Teuto viro meo, & ego jamdicto Teuto comiatam dedic, & conſenciens ſum tuu ſupradicta Ingeltrudo conjuge mea, & ego jam dicta Ingeltruda per comiatum, & conſenſum de ſuprascripto viro meo recogitanses me de Dei omnipotentis miſericordia pro redempcione anima mea concedo in ipſa jam dicta Eccleſia Sancti Johanni ad proprietatem poſſidendum omnia ipſa quarta porcione de ipſi ſuprascripti rebus, quod ipſo jam dicto viro meo in ipſam dicta eccleſia confirmavi cum omnia ſuper ſe, vel infra ſe habentes in integram, & ſic ſtatuimus offerre & ſubicerentur a ſuprascripta eccleſia S. Johanni cum omnia ſuprascripte rebus in monaſterio, atque ſub patrocinio S. Benedicti, pro redempcione animarum noſtrarum, ut S. Benedictus ſit nobis adjutor apud dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ea vero racione, atque tinore offerimus predictas res S. monaſterio, ut nullus Abbas neque Propoſitus, neque aliquis ex Monachis neque ab eis aliquam ſummiſſam perſona neque inducta, aut deinde de omnia ſuprascripta rebus, neque de ipſa pradicta eccleſia aliquid tollere, aut ſubtrahere, neque minuare, neque propoſita ſine voluntate Monache ibi domino, adque S. Johannes ſerviencium ordinare neque de omnibus ipſis ſuprascriptis rebus aliquam ſcripcionem, neque commutacionem facere neque aliquod preſumere niſi quod tantummodo ſtatuimus, adque ordinavimus at ipſa praordinata, vel cætera ſorores, qua ordinata fuerint in ipſa eccleſia S. Johannis domino ad ſerviendum ſemper, abſque omni moleſtia obſequium Deo faciant, repromittimus, & obligavimus nos ſuprascripti Jugalibus Teuto, & Ingeltruda noſtriſque heredibus, ad ipſam jamdicta eccleſia S. Johannis, & ad ipſa propoſito, vel Monache, que pro tempore fuerit preordinate ibidem, ut ipſa ſuprascripta noſtroram concesſione ſtare, & defendere debemus, ab omnes homines, & ſi aliqualibet homines antiſtare non potuerint aut noluerint aut ſi nos SS. jugalibus Teuto, & Ingeltruda noſtris heredibus de omnia ipſi ſuprascripti rebus aliquid exinde tollere, aut minuare, vel irritam facere queſierint, ut componamus nos ſuprascripti jugalibus, aut noſtris heredibus, cui ex noſtris culpa claruerit in ipſa eccleſia S. Johannis aut ad ipſe Monache, qui pro tempore fuerint ordinate pœna mancoſi auri mille, & cartula conceſſionis qualiter prelegitur, omniamque tempore firma, & ſtabile permaneat ſecundum edicti tinore volumus, atque conſentimus, ut qualecumque Propoſita ordinata fuerit in ipſa eccleſia S. Johanni ſecundum regulam S. Benedicti, vel cætera Monache ſi neceſſe fuerit, at habeant poteſtatem ſcripcionem, vel commutacionem faciendi, nunc igitur conjuro, atque conteſtor ego ſuprascripto Teuto omnes homines ſecundum Chriſtianam legem* Regula S. Benedicti. *bivere profitentes per nomen terribile tremenda Trinitatis, & per omnes angelos, & apoſtolos Chriſti adque agmina ſanctoram, ut nullus iſti mea oblacioni, quam S. Johanne devote obtuli ſit moleſtus. Si quis vero diabolica ſtimulante avaricia aliquid ſubtrahere, vel minuare aut deſtraere queſierit, ſit ſegregatus a conſortio omnium ſanctorum, & cum diabolo eterna malediccione dampnatus, quem vero hac cartula conceſſionis rogatus a ſuprascripta jugalibus Teuto & Ingeltruda ſcripſit ego Tuſo notarius & judice dies iſtius menſis indiccione ſuprascripta. Actum in Aprucio feliciter. Teuto in haccarta a me facta SS. Signum manu ſuprascripta Ingeltruda, qui ac cartula ut ſupra ſcribere rogaverunt, & nam illoram ſignum crucis fecerunt. Sifrido rogatus a ſuprascripti a me ſubſcripſi. Remenolſo rogatus ſubſcripſi, Petrus rogatus ſubſcripſi.*

Cœnobium iſtud in monte ſolitario conſtructum ſeptem mille paſſibus a caſtellis diſtabat, atque mille a villis. Plures habebat ſubditos, ejuſque Abbatiſſa a monialibus electa ab Abbate Caſſinenſi confirmabatur, cujus viſitationi, correctioni, & dominio ſuberat. Ex ſolitario vero hoc monaſterio ad illud S. Annæ, quod illius quoque membrum erat intra Teramenſem urbem translatæ

fuere

fuere Sanctimoniales, ac demum ad monaſterium S. Johannis ejuſdem urbis. Quod a. circiter 1530. evenit voluntate Abbatis Caſſinenſis, ut ex literis conſtat Cardinalis Guidiccioni A. 1542, quæ ita ſe habent: *Bartholomeus miſeratione divina tituli S.*

Ex originali in Archivo.

Ceſarii S. R. E. presbyter Cardinalis Guidiccionus nuncupatus eccleſiæ Aprutinæ perpetuus Adminiſtrator a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus. Dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſæ & conventui monaſterii Monialium S. Johannis de Teramo ordinis S. Benedicti noſtræ Aprutinæ civitatis ſalutem in domino ſempiternam. Ex parte veſtra nobis nuper expoſitum fuit, quod alias poſtquam bonæ memoriæ Franciſco Chieregatto tunc epiſcopo Aprutino pro parte Abbatis, & monachorum Monaſterii montis Caſini ordinis S. Benedicti tunc Monaſterii monialium S. Johannis a Scorcioni de Montanea dicti ordinis, & noſtræ Aprutinen. diœceſis ſuperioribus expoſitum fuiſſet, quod Abbatiſſa, & moniales dicti monaſterii S. Johannis a Scorcioni de Montanea honeſtatis laxatis habenis, &

Renunciatio Sanctimonialium S. Joannis facta a Caſſinatibus Epiſcopo Aprutino.

monachali modeſtia, ſexuſque verecundia impudenter abjectis extra monaſterium per domos ſecularium diſcurrerent, & frequenter intra monaſterium perſonas ſuſpectas admitterent in illius cui ſpontanea voluntate virginitatem devoverunt gravem offenſam, obprobrium, & ſcandalum plurimorum, cumque Abbas propter loci diſtantiam, & varias occupationes, quibus aſſidue premitur, non poſſet ipſum monaſterium perſonaliter viſitare, & reformare, ac illius curiæ inſiſtere, præfato Franciſco epiſcopo, cum reſervatione tamen ſoliti cenſus annui eiſdem Abbati, & monachis debiti commiſerunt, & felicis recordationis Clemens PP. ſeptimus ipſas Abbatiſſam, & Moniales eidem Franciſco, & pro tempore exiſtenti epiſcopo Aprutinen. tanquam earum ſuperiori ſubjecit, & ſubmiſit earum, & aliis præmiſſa eidem Franciſco, & pro tempore exiſtenti epiſcopo Aprutinen. commitendo, qui quidem Franciſcus epiſcopus ſcandalis prædictis obviare deſiderans, & præfatas Abbatiſſam, & Moniales de Montanea ad meliorem vitam reducere cupiens, illas ad monaſterium S. Annæ Aprutinæ, dicti ordinis habitus, & profeſſionis medio, & auxilio dominorum de regimine nuncupatorum ejuſdem Aprutinæ civitatis vi, & cum magna difficultate adire, & inibi vitam ſanctam, & religioſam ducendam redegit, & reduxit, quibus quidem Abbatiſſa, & Monialibus S. Johannis ad Scorcioni de Montanea monaſterio S. Annæ membro dicti monaſterii S. Johannis a Scorcioni de Montanea reductis, quod egre ferentibus, & ſemper ad dictum monaſterium de Montanea cauſa priſtinæ vitæ ducendæ tanquam ad vomitum redire volentibus, & declamantibus præfatus Franciſcus epiſcopus, & tunc Vicerex provinciæ Aprutinen. ac domini de regimine prædicti turrim monaſterii de Montanea quod ut præmiſſis ſcandalis obviaretur, & iter præcluderetur, ruinare, & deſtruere curarunt prout deſtruxerunt, & Abbatiſſam, ac moniales monaſterii de Montanea, quod ad monaſterium S. Johannis de Teramo habitus, & profeſſionis dicti ordinis noſtræ Aprutinæ reduxerunt, tranſtulerunt, & reduxerunt, ac formaverunt, & ſecundo loco dictum monaſterium S. Johannis a Scorcioni de Montanea eidem monaſterio S. Johannis de Teramo literis, ſeu inſtrumento deſuper minime confectis, vel expeditis unierunt, annexuerunt, & incorporaverunt, in quo a ſeptem vel octo annis citra, ſeu in circa vos laudabiliter Deo optime famulando permanſiſtis, & de preſenti permanetis, & melioris vitæ frugem de cætero afferre intenditis. &c.

Eandem itaque unionem confirmat. Hactenus cœnobium iſtud monaſterio noſtro annuum canonem in recognitionem directi dominii ſolvit. De Franciſco Chrigatto viro doctiſſimo, atque Cardinali Guidiccione Lucenſi, agit Ughellius in epiſcopis Aprutinis nu. 50., & 51. De hoc cœnobio agit Lubin p. 361.

Paucis ab hinc annis hæc Abbati noſtro a monachis monaſterii S. Crucis in Calvo monte narratio miſſa eſt, quam eorum verbis referimus, ut fides ſit penes authores: *In Polonia monaſterium S.* S. Crucis in Calvo monte.

Crucis in Calvo diœceſis Cracovien. Boleslaus dictus Eſtabri rex primus coronatus, ad inſtantiam S. Emerici, qui erat filius S. Stephani Hungarorum regis, extruxit, & fundavit in anno domini 1006., ad quod monaſterium a principio Monachi duodecim de monaſterio Caſſinenſi miſſi fuerunt, quos idem rex ab Abbate Caſſinenſi, miſſis legatis, impetravit; & per aliquot centenna annorum in locum decedentium, alii, atque alii monachi de dicto monaſterio Caſſinenſi mittebantur in Poloniam, aliqui etiam ex Polonia revertebantur in Italiam, ſicque illud Monaſterium in Polonia erat membrum monaſterii Caſſinen. Et hinc fortiſſime creditur, quod omnia jura, erectiones, fundationes, & privilegia per revertentes monachos deferebantur ad dictum monaſterium Caſſinenſe pro conſervatione. Quoniam vero ad præſens pro defenſione contra certos ſuos adverſarios hujuſmodi juribus fundationibus, & privilegiis illud monaſterium plurimum indiget, ideo petit, ut in archivo præfati ſacri monaſterii quærantur, ſive in libris antiquis, ſive in membranis, atque inter alia privilegia, quæ ibi aſſervantur etiam, imo præcipue ipſius ſacri monaſterii; & ſi forte invenientur, aut ſaltem eorum aliqua nota, & memoria, ut in forma authentica extrahantur, plurimum enim ex illis relevaretur monaſterium illud in Polonia. Similiter etiam in bibliotheca ejuſdem ſacri monaſterii in libris antiquis, aut aliis quibuſcumque, ut videatur, & quæratur aliqua memoria, an extet ſuprafcripti monaſterii S. Crucis in Calvo Monte fundati, & erecti, ac ſupradictorum jurium, & privilegiorum; quod ſi vero aliquod horum inveniatur, ut deſcribatur, & ſi fieri poteſt per notarium ſacræ ſedis apoſtolicæ in forma authentica, ut extrahatur. Idem certe ſentiebat ejuſdem cœnobii Abbas, qui A. . . . . inter alia hæc Abbati Caſſinenſi ſcripſit: *Quod reliquum eſt, me, & Fratres meos in hoc clivo vivificæ Crucis Deo ſub regula divi Patris militantes gratiæ, amori, ac patrocinio illuſtriſſimæ, & reverendiſſimæ dominationis veſtræ, & ſanctiſſimi cœtus Caſſinenſis addico, a quibus enim originem nobis ſtetiſſe gloriamur merita Comitiorum generalium Venetiis ad S. Gregorium celebratorum decretum voluit nobis eſſe communia, quorum denique privilegia liberalitate Pii IV. nobis ſunt communicata, eorum amores, ac benevolentiam pia præſumptione ambire non erubeſcimus.* Cœnobium iſtud modo caput eſt Congregationis Benedictino: Polonicæ, quam bulla ſua a. 1709. die 22. Maii erexit ſanctiſſimæ memoriæ Pontifex Clemens XI.

Per

S. Benedicti apud Sueſſam. *Per idem tempus*, (ſcilicet pontifice Benedicto VIII. verba ſunt Leonis Oſtienſis lib. 2. cap. 17.), *adificatum eſt monaſterium S. Benedicti apud Sueſſam foris portam, qua dicitur Ermemari a domino Johanne Sacerdote, & monacho, ubi prafatus Abbas* (ſcilicet Johannes III.) *conceſſit omnes curtes, & terras hujus monaſterii, qua ſunt intra Comitatum pradicta civitatis, loco Oronica, & curtes de lota Alfani, nec non & curtes de loco Lauriana. Ita dumtaxat, ut per ſingulos annos, ex eadem curte Lauriana perſolveretur nobis cenſus modii fabarum centum*. Ex lib. IV. cap. 54., & 91. luculentiſſime conſtat, cœnobium iſtud Caſſinatibus ſubjectum fuiſſe. Porro ab anno 1393. Monachis deſtitutum erat, cum illud eo anno Petrus de Tartaris Caſſinenſis Abbas, ut ex ejus regeſto I. p.III. a t. liquet, D. Joannutio Bonadei presbytero ſæculari concedat. Vid. Lubin p. 377. Villa Lauriana hactenus a cœnobio noſtro poſſidetur.

S. Benedicti de Ripa mala. Monaſterii S. Benedicti de Ripa mala in comitatu Termulenſi meminit Leo Oſtienſis capp. 31., & 51., atque Lubin p. 388.

S. Valentini in Cominenſi. Cœnobii S. Valentini idem Leo ibidem meminit hiſce verbis: *De quibus vid. jam pridem poſt patris mortem Pandulfus Capuanus princeps frater ſuus eidem Abbati praceptum fecerat, nec non & de monaſterio S. Valentini in eodem territorio Cominenſi, cum univerſis rebus, ac pertinentiis ipſius, quod videlicet Monaſterium ex plurimo jam tempore a Saracenis deſtructum, non multo ante reſtauraverat Pontius quidam filius Allonis de Comitatu Marſorum, qui cum agnoviſſet illud huic monaſterio antiquitus pertinuiſſe, ita ut erat reſtauratum, pro Dei amore, in jus, & poteſtatem hujus loci ex integro remiſit*. Donationem hanc integram dabimus in diſſertatione I. In regeſto III. Cardinalis Johannis Aragonii p. 281. adnotatur. *Eccleſia S. Valentini in territorio Rocca Malacucchiara*. Marcus Antonius Palombo V. I. D. apud Taulerum in Memoriis Hiſtoricis Atinæ p. 323., & 324. teſtatur, cœnobium iſtud in Atinate ſitum, ejuſque rudera hactenus conſpici: *In agro Rocca Malla Coclealis, prope molendinum S. Valentini*. Vid. Lubin p. 399., qui perperam exiſtimat, hoc monaſterium in Marſicano comitatu fuiſſe, cum Cominenſis comitatus idem modo ſit, atque Ducatus Albeti.

S. Nazarii apud Atinam. De monaſterio S. Nazarii apud Atinam hæc ſcribit Leo cap. 32. de Athenulpho Abbate agens: *Reſtauravit praterea in territorio civitatis Atina monaſterium S. Nazarii martyris, quod antiquitus huic noſtro cœnobio pertinuerat &c.* Et cap. 51. *Eodem vero temporo Pandulphus princeps ad hoc monaſterium veniens, praceptum fecit S. Benedicto de monaſterio S. Nazarii, quod ſitum eſt in territorio civitatis Atina, cui etiam loco praceptum confirmationis de omnibus pertinentiis ejus ad opus hujus noſtri cœnobii fecit, locumque ad molendinum faciendum conceſſit*. Extat hoc Palduphi præceptum in regeſto Petri Diaconi p. 125. nu. 276.

In nomine domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti dei eterni, Pandulfus, & Pandolfus filius ejuſdem, divina ordinante providencia gentis Langobardorum principes. Cum principalis Excellentia peticione dilecti ſui clementer favet, ubicumque Deo inſpirante eccleſiarum omnipotentis domini loca congruo adjumento extallere curamus principatus noſtri ſtatum, noſtraque vita longanimitatem nos amplificare non dubitamus. Dum quadam die domini nos inſpirante clemencia, ire ad S. Benedicti cœnobium ſitum in caſtro Caſino, cepimus infra nos agere, quid in ſancto loco noſtra concederetur clemencia ob ſalute, & anima noſtra remedium tunc quondam noſtri parentes Petrus Caſertanenſis Comes, & filii quondam Landoni Comes, nec non, & Audoaldus Atinenſis Comes, & filii quondam Petri Comitis, noſtra ceperunt intimare Excellencia, eſſe eccleſiam S. Nazarii infra Cominenſem Comitatum in territorio Atino ſita prope fluvium, qui dicitur Melfe, qua olim deſtructa extitit, & cariſſimus, atque dilectiſſimus noſter Germanus domnus Atenulfus bona memoria venerabilis Abbas pradicti cœnobii & ipſe reſtaurator eccleſiarum, reedificare fecerat eandem eccleſiam, eo quod antiquitus de ſaculo extitit monaſterio, unde recordati ſumus amorem dilecti germani, & tanti patris, qui domino pracipiente, ante modicos annos obiit per ejus anima, quamquam, & pro noſtra ſalute, noſtrorumque liberorum per interventum ſupradictorum parentum noſtrorum, atque dilectorum fidelium, hoc noſtrum roboreum praceptum perpetualiter ad abendum concedimus, & confirmamus noſtris, & futuris temporibus in eodem pranominato ſancto cœnobio pradictam eccleſiam S. Nazarii cum omnibus ſuis pertinentibus & racionibus, ſuper hac autem concedimus, & confirmamus in eodem venerabili loco S. Nazarii in ripis, & terris de pradicto fluvio, qui dicitur Melfe facere cluſuras, & edificare Molinum, ubi ad partem jam fati monaſterii congruum fuerit, & omne edificium, & omnem utilitatem ad eundem Molinum, & ad eundem locum pertinentes. Hac autem omnia ut ſupra leguntur cum ſuis finis, & racionibus conceſſimus, atque confirmabimus in ſupradicto cœnobio Sanctiſſimi confeſſoris domni Benedicti ad poſſeſſionem ſuam, ſuiſque Abbatibus, atque Rectoribus ſemper exiſtendum. Pracipientes itaque jubemus, ut nullus Comes, Vicecomes, Sculdaſio, Caſtaldio, nullaque qualibet noſtri principatus magna, vel parva perſona de prafato monaſterio de cunctis rebus, qua ſuperius leguntur diſveſtire, inquietare, moleſtare, vel per alia quelibet placita fatigare ſine legali judicio audeat, vel praſumat, ſiquis autem temerario auſu hujus noſtri pralati paginam violaverit aut infringere voluerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, modietatem ſacro noſtro palacio & medietatem in prafato S. noſtro Monaſterio, & hac noſtra conceſſio, atque confirmatio de quibus continet firma permaneat in perpetuum, quot ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur hoc praceptum . . . . . . noſtra largitionis propria manu confirmantes ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus. Signum Domni Paldulfi excellentiſſimi principis. Locus † Signi. Alfredus clericus, & ſcriba ex juſſione pradicta glorioſa poteſtatis ſcripſi; data pridie idus Aprilis anno ſeptimo decimo principatus domni Pandulfi, & anno tertio decimo principatus Pandulfi ejus filii glorioſi principibus indictione quintadecima. Actum in civitate Capuana. Ex hoc præcepto quidam Paldulfi conſanguinei innoteſcunt, atque Athenulfus Abbas ejus frater reſtaurator eccleſiarum ibidem dicitur. Huic cœnobio parebant eccleſiæ S. Mariæ de Limata, S. Angeli in Petra maſculina, S. Martini de colle Argitii, S. Salvatoris de Vicalbo, S. Bene-

dicti de Poſta, S. Mariæ de Jennaro de Gallinario, S. Silveſtri, S. Marci, S. Martini, & S. Luciæ in Arpino. Gubernandum committebatur monacho uſque ad initium Sextidecimi ſæculi, quo neſcio, qua de cauſa concedi cœpit ab Abbatibus Caſſinenſibus clericis ſæcularibus, qui hactenus, in recognitionem directi dominii cœnobio noſtro annuum canonem perſolvunt. Vid. Tauleri p. 276., & Lubin p. 247.

Vallis lucis.

Vallis lucis monaſterium inſtauravit etiam Athenulphus teſte Leone Oſtienſi ibidem hiſce verbis: *Eccleſiam S. Angeli, quam olim Giſulfus Abbas in Valle luci conſtruxerat, jam vetuſtam reſtaurans, titulo addito amplians, atque depingens, poſſeſſionibus non paucis adauxit, & diverſas ibi ad Monachorum utilitates officinas inſtituens, noſtratium Monaſterium eſſe conſtituit, quod eatenus Græcorum extiterat.* De hoc cœnobio actum cum de diſciplina monaſtica ſæculi quinti. Supereſt eccleſia S. Angeli, in qua ſingulis feſtis diebus miſſa a presbytero ad id deputato celebratur, Sacramentaque colonis circumcirca degentibus miniſtrantur. Uſque ad initium ſæculi quintidecimi Monachi ibidem degebant, nam Henricus Thomacellus Abbas, ut ex ejus regeſto I. p. 37. a t. conſtat, die 31. Martii 1397. Præpoſitum illius cœnobii conſtituit Benedictum monachum Caſſinatem in hæc verba: *Præpoſituram ipſius monaſterii S. Angeli de Vallelucis, cum omnibus, & ſingulis juribus, & pertinentiis uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum tibi conferimus &c. regimen, curam, & adminiſtrationem dicti monaſterii S. Angeli, monachorum, conventus, converſorum, caſtrorum, caſalium, poſſeſſionum &c. plenarie committentes &c. regendi, gubernandi, & inferius: nec non monachis converſis, & oblatis, & aliis ſubditis dictæ eccleſiæ ſtrictius injungentes, quatenus tibi tanquam vero præfatæ eccleſiæ præpoſito, & rectori in licitis & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obedire &c.* Ultimus quod ſciam, cœnobii hujus Præpoſitus fuit Thomas ab Ungharia a Priore, ſubpriore, & Monachis Caſſinatibus, vacante Abbatiali ſede, electus die prima Februarii A. 1442., cujus pietas hiſce verbis in dato hanc ob rem diplomate commendatur: *Sana Religio, ſobria vita, ſine mora obedientia veraque obſervantia monaſtica regulæ, ac cætera probabilia virtutum merita, quibus perſona tua longo jam tempore crebra experientia, & continua converſatione cognoſcimus, inducunt nos pariter, & hortantur, ut te noſtro beneficio proſequentes gratioſe adminiſtrationi eccleſiæ præponamus, ubi ſaluti tibi, cæteriſque, recte agenda vita exemplo eſſe poſſis. Cum itaque dicta Propoſitura S. Angeli de Valle Lucis nuper vacaverit, & ad præſens vacet per obitum fratris Michaelis de Atino Caſſinenſis Monachi &c. de dicta eccleſia S. Angeli, quæ membrum noſtri monaſterii Caſſinenſis exiſtit, tenore præſentium Præpoſitum facimus, &c.*

Huic cœnobio Adenulfus Abbas bona confirmavit a Raynaldo Abbate illi conceſſa, aliaque plura addidit hoc diplomate. † *In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno Incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo quintodecimo menſe Aprilis, quinto decimo die ejuſdem menſis indictione III. Profitemur nos Adenulfus dei gratia Caſſinenſis Abbas, quod olim ex ordinatione bonæ memoriæ . . . . Abbatis Rainaldi prædeceſſoris noſtri in eccleſia S. Angeli de Valle luci conſtitutum fuit, ut Monachi ejuſdem loci haberent pro Juſtitiis ſuis . . veſtimentorum, & calceamentorum mortuaria, quæ ad eandem eccleſiam devenirent, & redditus poſſeſſionum eccleſiæ S. Nicolai & Cannapinas de be . . . . catoria cum molendino, & clauſuram ſub eccleſia S. Heliæ. Cum autem ex malitia temporis ſuccedentis præſcripti redditus, & fructus ſupradictarum rerum . . . . ut vobis, qui hodie ſub religionis habitu eidem eccleſiæ deſervitis, prædictis Juſtitiis veſtris non ſufficiant, & ideo pro defectibus . . . . exteriores curas excire, intermiſſis divinis obſequiis compellamini, volentes nos animarum veſtrarum ſaluti, & corporum quieti paterna ſicut tenemur . . . . dine providere, ea, quæ a præfato antoceſſore noſtro, ut ſupra ſcriptum eſt anteceſſoribus veſtris pro præfatis Juſtitiis conceſſa ſunt vobis, & poſteris veſtris ejuſdem eccleſiæ mon . . . . . auctoritate noſtra confirmamus, & de benivolentia, & proviſione noſtra ſpeciali addimus vobis pro eiſdem Juſtitiis pratum ſupraſcriptæ eccleſiæ S. Angeli . . . . prope ſtartias de berdario. Statuentes, ut nulli liceat ſupraſcriptos redditus, & res alias ſupraſcriptis juſtitiis veſtris a ſupraſcripto prædeceſſore noſtro, & a nobis . . . . tas in alios uſus transferre ſet integra ſemper, & inminuta conſerventur vobis, & poſteris veſtris ad præſcriptos uſus perpetuo profutura. Ad cujus firmitatem, & perpetuam memoriam hoc exinde publicum inſtrumentum manu magiſtri Riccardi noſtri, & civitatis S. . . . . publici Notarii conſici juſſimus, noſtra & Fratrum noſtrorum ſubſcriptione roboratum. † Ego qui ſupra Adenulfus Dei gratia Caſſinenſis Abbas. † Ego Fr. Vitalis vice Decanus. † Ego Fr. Johannes Caſ. Sacerdos, & Monachus &c.*

Abbas Caſſinenſis confirmat bona, & alia plura donavit monaſterio S. Angeli.

Plures huic cœnobio eccleſiæ parebant: *In primis eccleſia S. Mariæ de Majoribus ſita in territorio Caſtri S. Eliæ cum parochia ſua, juxta quam eccleſiam ſunt duæ domus, in quibus moratur Monachus cum omnibus terris, poſſeſſionibus ſuis olivetis, & Mortilletis: eccleſia S. Mariæ de Caſalicenſi ſita in eodem territorio, cum omnibus terris, & poſſeſſionibus ſuis: eccleſia S. Bartholomæi ſita in eodem territorio, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis: eccleſia S. Honuphrii ſita in eodem territorio, cum Molendino, Valcatorio, & poſſeſſionibus ſuis: cappella S. Mariæ ſita, ubi dicitur Palommaria: eccleſia S. Nicolai ſita in eodem territorio cum omnibus terris, & poſſeſſionibus ſuis: eccleſia Annunciatæ ſita in eodem territorio, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis: eccleſia S. Valentini ſita in territorio Roccha Malacoclaria, quæ facit anno quolibet pro cenſu libras duas de cera: eccleſia S. Mariæ Magdalenæ ſita in finibus Roccha Mala Coclearia cum omnibus terris, & poſſeſſionibus ſuis: eccleſia S. Crucis in pede Cliæ cum fornace, & aliis ſuis terris, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis: eccleſia S. Pauli, quæ ſita eſt inter caſtrum S. Donati, & caſtrum ſeptem Fratrum eſt de Demanio monaſterii Vallislucis, quæ eccleſia S. Pauli ſubditam habet ſub ſuo dominio eccleſiam S. Georgii prope caſtrum ſeptem Fratrum, & tenetur dare pro annuo cenſu annis ſingulis monaſterio Vallislucis tarenos quinque; eccleſia S. Quirici in Marſi in*

Orta-

Digitized by Google

Ortuchio pertinet ad monaſterium Vallisluсis, debet dare eidem monaſterio in feſto S. Michaelis de menſe Maii sencas centum in longitudine unius palmi per tencam, & in feſto S. Michaelis de menſe ſeptembris dare coppas tres de anticulis Monachis monaſterii Vallislucis, & quando vacat Rectore, debet conferri per Præpoſitum monaſterii eccleſia S. Angeli Vallislucis. Deſcribuntur verbis mox allatis hæ eccleſiæ in inventario ejuſdem cœnobii ſub Præpoſito Hieronymo, facto a notario Antonio Nigro de S. Elia die 2. Januarii A. 1411., in quo bona, libri, ſupellectiles tunc ab eccleſia illa poſſeſſa recenſentur.

S. Benedicti de Baniolo.

Monaſterium quoque S. Benedicti de Baniolo Caſſinatibus hoc ſæculo donatum eſt, ut hiſce verbis narrat Leo Oſtienſis lib. II. cap. 32. *Nec non & monaſterium S. Benedicti, & eccleſia S. Luciæ apud Caſtrum Baniolum, loco qui dicitur Molinum vetulum, & eccleſia S. Mariæ de Cruce cum maximis earum rebus, ac pertinentiis.* Hujuſce donationis autographum extat in archivo noſtro, atque ita ſe habet.

In nomine domini Noſtri Jeſu Chriſti. Quarto anno principatus domni Paldolfi, & tercio decimo anno principatus domni Paldolfi filio domni Landolfi quondam principum ambo fratres, & primo anno principatus domni Paldolfi glorioſi filio ſupraſcripti domni Paldolfi magnis principibus menſe januario, tertia indictione. Ideo nos Petrus humilis Abbas, qui ſum nativus de civitate Tenarnienſe, & Paulus ſimiliter indigne vocitatus Abbas, qui fui nativo de ducato Spoliſino. Declaramus nos habere conquiſitis rebus in finibus caſtro Baniolo, unde nos profitemur habere de ſingulis rebus cartulis roboratis. Nunc vero, annuente deo, pro mercede, & redempcione animæ noſtræ quam & de cuncta noſtra congregacione, vivis, & defunctis, nec non & pro animabus Berardi comitis, & Mariæ bonæ recordacionis comitiſſæ uxori ejus, & Fermoſi, & illorum heredibus, & omnibus illorum, qui pro ſuis animabus nobis de ſuis rebus, quæ inferius declaramus, dederunt, vel offeruerunt in noſtro monaſterio, ut hic, & apud eternum dominum requiem, & miſericordiam invenire valeamus. Per hanc Cartulam offercionis offernimus in monaſterio SS. Benedicti, cujus domus conſtructa eſſe videtur in monte caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt; & nunc auxiliante deo domnus Atenolfus venerabilis Abbas regimen tenere videtur. Hoc eſt prima pecia de terra eſſe videtur non longe a ſupraſcripto Caſtro Vaniolo, in loco ubi dicitur Molino vetulo. In quo, adjuvante deo a novo fundamente conſtruximus eccleſiam in honore S. Benedicti, & alia in honore S. Luciæ Virginis, & in ipſo præphato loco congregavimus Fratres ad conſervandam regulam patris noſtri Benedicti, in quo

Regula S. Benedicti.

loco ſponte nos omnes repromiſimus ſervituros juxta preceptum ipſius regulæ, quæ habet finis a primo latere ipſa prædicta terra ſicut incipit ab ipſa via antica, quæ eſt a capite de ipſa lama majore, & directum vadit in ipſa Serra de prædicte monte, qui dicitur Clavici, & deſcendente per ipſa Serra, & vadit in ipſa Aquaviba, & deſcendente per eandem aquam uſque in Fluvio Trinio, & deſcendente per eodem fluvio uſque in aquam quæ dicitur Freſelona, & aſcendente per eadem aqua Freſelona uſque in Lama majore; & inde vadit directum, uſque ad montem de ipſo loco, & inde vadit per Serram montis uſque in loco, qui dicitur Portella; & deſcendente per eadem Portella uſque in Maccle de Sile. Et quomodo deſcendit per eadem Maccle, uſque in via Iſernienſe, & quomodo vadit per ipſa via, uſque ad priores fines; & duæ alia pecia de terra, ubi vinea poſita ſunt, & terra vacua propinqua ipſa aqua, quæ Putida clamatur, & habet finis a primo capite Petra poſita, & habet exinde paſſus nonaginta, & ſeptem &c. Quam & offerimus in eodem S. cœnobio S. Benedicti de monte Caſtro Caſino ipſas ſcripciones per quem nobis pertinuit prædictis terris, pro defenſione prædicti monaſterii, ejuſque Abbatibus, atque Rectoribus. Ideo vero ſicut diximus prædictis terriſcum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua, & cum viis ſuis intrandi, & exiendi totum, & integrum in eodem monaſterio offerimus. Unde nec nobis, nec a noſtris ſucceſſoribus nec alicuilibet homini nullam exinde reſervavimus, nec diximus remanere, ſed totum & integrum cum ipſis ſcripcionibus in eodem S. monaſterio offeruimus ad ſemper habendum. Unde taliter obligamus nos qui ſupra Petrus humilis Abbas, & Paulus Abbas in par. prædicto monaſterio, vel ad ejus Abbatibus atque Rectoribus tali tinore, ut ſi amodo, & qualiſcumque adveniente tempore hanc cartam offercionis per quamcumque ingenium dirumpere, aut removere queſierimus, vel ſi hoc ſcriptum in quavis parte refutare temptaverimus, & omnia ſupraſcripta non compleverimus, ad partem prædicti monaſterii, centum libras auri optimi pœna nos qui ſupra Petrus, & Paulus Abbatibus prædicti monaſterii, & de ejus Abbatibus, atque Rectoribus componere, & dare obligamus, & hac cartula ſemper firma, & ſtabilem permaneat in perpetuum, & taliter nos qui ſupra Petrus, & Paulus humilis Abbatibus pro redempcione animæ noſtræ, & nec non & de cunctorum Fratrum vivis, & defunctis, quam & pro illis ſupraſcriptis, & aliis, & eorum heredibus, qui nobis, & in ſancto noſtro cœnobio de rebus ſuis dederunt facimus, &c. (Cætera in hoc Diplomate deſiderantur.)

† *Ego Petrus Abbas manus mea Scripſi.*
† *Ego Paulus exiguus Abbas manus meas Scripſi.*
† *Signum manu noſtra Imundi Judici.*
† *Ego Johannes Arcuzza.*
† *Ego Indolfus Comes.*

Pluribus cœnobium iſtud nominibus dicebatur, nempe *de Bagnolo*, quod in ejus nominis oppido, modo diruto ſitum erat, *Molendini veteris*, quod via, in qua erat poſitum, hoc nomine diceretur, & *de Jumente albo*, ut hactenus dicitur. Extat in territorio Civitæ novæ diœceſis Triventinæ. Per plura ſæcula in hoc cœnobio Monachi ſub Præpoſito, ſeu Abbate vixere, ut ex pluribus authenticis ſcripturis conſtat. A. 1189. hanc pro cœnobio iſto ſententiam protulit Comes Moliſii: *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo octogeſimo nono, menſe ſeptemb. indict. octava. Regnante domno noſtro W. Invictiſſimo rege anno vigeſimo tertio ejuſdem. Dum nos Rogg. dei, & regia gratia de Moliſio Comes apud Venafrum Curiam regeremus ad augmentandam juſtitiam, & malitiam reſecandam una cum Johanne Magiſtro judice noſtræ curiæ, & aliis Sapientibus, & illuſtribus viris in preſentia noſtra, & aliorum Baronum, & ſapientum prædictorum. Abbas Robbertus monaſterii S. Benedicti de jumento albo pro parte ejuſdem monaſterii in manu judicis Johannis antedi-*

Sententia pro monaſterio S. Benedicti contra dominos Civitæ novæ.

&i dedit, et aſſignavit quemdam libellum continentem ita. Proponit Abbas Robertus S. Benedicti de jumento albo, & agit contra Theodinum, Raynaldum & Nicolaum de Rivo nigro Dominos Civita nova qui ſine voluntate, & conſenſu prædicti Abbatis, & aliorum Fratrum monaſterii memorati fecerunt fractas ad capiendum ſilveſtria animalia non reddentes dicto monaſterio quarterium ſicut mox eſt, & juſtitia de contrata in Silva, quæ vocatur Vitagoſa, quæ talibus finibus terminatur. A prima parte eſt dictum monaſterium, & deſcoudit uſque ad flumen Trinii deſcendit uſquo ad aliud flumen, quod vocatur Friſcilonus, & per illud flumen Friſcilonis aſcendit uſque ad vallonem de Rota, & per illum vallonem de Rota aſcendit ſuperius uſque ad Serram Caſtuni, & ab ipſa Serra Caſtuni pervenit in via, quæ venit a S. Johanne Rotolfi, & per ipſam viam aſcendit ſuperius uſque in via quæ venit a caſtro Friſcilonis, & per ipſam viam deſcendit uſque ad monaſterium ubi eſt primus finis in præjudicium dicti monaſterii, & gravamen, quare petit curia dictus Abbas, ut Theodinus Raynaldus, & Nicolaus prædicti a tanta importunitate, & malitia debeant reſilire, & ipſi ſecundum jura puniri, ſalvis omnibus juris rationibus, & exceptionibus prædicti monaſterii, uſque ad diffinitivam ſententiam. Nicolaus do rivo nigro litem conteſtanto tam pro ſe, quam pro prædicto Raynaldo, & Theodino antedictis dominis Civita nova ſicut nobis in preſentia noſtra de procuratione ejus conſtitit contra libellum dicti Abbatis in curia noſtra aſſignatum reſpondit, quod prædicta Silva ſicut in libello continetur fuerant, & erant jure monaſterii nominati, ſed dicebat quod paſcua armenttorum eccleſia prædicta, & animalium Civita nova Silvarum erant communia, & ideo dicebat dictus Nicolaus tam pro ſe, quam pro antedictis dominis quod non dicto monaſterio ſicut extranei quarterium reddere tenebantur, Ad hac dictus Abbat dicobat, & affirmabat, quod in Silvis dicti monaſterii aliquis Dominus Civita nova aliquo tempore ſine voluntate ejuſdem monaſteris fractas, & mandras non fecit, nec facere conſuevit, ſed ſæpe ſæpius monaſterii licentia impetrata, venatores tam Civita nova, quam aliarum terrarum de dictis Silvis monaſterio præfato quarterium reddiderunt. Nos dantes terminum præfixum ſub peremptor. ut debeant hac omnia approbari: Abbas tam per privilegia, quam per teſtes ſe optulit omnia probaturum, qui Abbas & Procurator in dato eis termino in noſtra præſentia comparuerunt. Nos videntes, & conſiderantes privilegia, & dicta teſtium pro parte monaſterii, & etiam probationes, & allegationes procuratoris, tam pro ſe quam pro aliis Dominus Civita nova, habito conſilio proborum virorum dictum monaſterium ab injuſtitia, & importunitate, & malitia prædictorum Dominorum ſententialiter duximus abſolvendum, & dictos Dominos ad interceſſe, & expenſas quas monaſterium fecerat, reddere ſententialiter teneantur, imponentes eis pœnam romanatorum centum, ut in dictis Silvis de cetero ſine voluntate monaſterii nominati non audeant moleſtiam facere, vel venari. Quod Ego Robbertus de Carpinone Domini Comitis Notarius ſcripſi feliciter. † Ego qui ſupra Roggerius Dei, & Reg. gratia de Moliſ. Comes propria manu ſignum Crucis feci. † Ego Johannes Judex. † Ego Paldus Pinzon. propria manu ſignum Crucis feci. † Ego Randiſius Milecti propria manu ſignum Crucis feci. † Ego Nicolaus de ſpelunca propria manu ſignum crucis feci.

Anno 1280. Jacobus Triventinus epiſcopus juſſit, ut homines Caſalis S. Stephani, qui ſepulturam ſibi non elegiſſent, in cœmeterio monaſterii S. Benedicti humarentur, ut hoc monumento conſtat.

In Dei nomine Amen. Milleſimo ducenteſimo octuageſimo anno ab ipſius incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti menſe Junii, octava indictionis, regnante domino noſtro Carulo dei gratia invictiſſimo rege, Hieruſalem, Sicilia, Ducatus Apulia, principatus Capua, principatus Achaya Andegavia principatus Folchalquerii, & Tornodor. Comite; regnorum ejus anno quarto, Hieruſalem, Sicilia vero quintodecimo feliciter Amen. Pontificatus domini Nicolai Papa tertii anno tertio. Coram nobis domno Jacobo dei gratia epiſcopo Treventino authoritate ordinaria inter religioſos viros Abbatem, & conventum monaſterii S. Benedicti de Jumento albo, & Abbatem ſecularis eccleſia S. Stephani. Treventin. diœceſis cauſa tractata extitit, & in hunc modum libellus oblatus proponitur. Frater Robbertus Abbas monaſterii S. Benedicti de Jumento albo pro parte ipſius monaſterii contra diaconum Robbertum rectorem eccleſia S. Stephani de Civitate nova, dicens, quod cum corpora hominum mortuorum prædicti caſtri Civita nova, & caſalium ejus deferri debeant, & conſueverant deferri per longiſſimum tempus ex antiqua conſuetudine ad cimiterium prædicti Monaſterii, & ipſa corpora mortuorum hominum prædictorum debeant, & conſueverint in ſepulchris cimiterii prædicti monaſteris nunc prædictus Diaconus Robbertus pro parte dicta eccleſia tua prohibet, & impedimentum præſtat ne corpora mortuorum hominum caſalis prædicti S. Stephani ad prædicti monaſterii cemiterium inferantur in ipſius monaſterii præjudicium manifeſtum. Unde cum dictum caſale S. Stephani ſit de territorio prædicti caſtri Civita nova, & ſit caſale ipſius caſtri, & corpora mortuorum hominum ipſius caſali ſimiliter conſueverunt ad cimiterium prædicti monaſterii deportari, & in dicto cimiterio ſepeliri petit dictus Abbas pro parte prædicti monaſterii corpora mortuorum hominum prædicti caſalis S. Stephani ad cimiterium prædicti monaſterii ſicut moris eſt, & hactenus fieri conſuevit deferri & de cætero in ſepulchris civitatis prædicti monaſterii ſepeliri, & petit prædictum diaconum Robbertum probiberi no de cætero impediat vel impedimentum præſtet prædicta eccleſia S. Benedicti quod corpora mortuorum hominum prædicti caſalis S. Stephani ad cimiterium prædicti monaſterii deferantur ſalvo jure &c. lite vero ſuper eodem libello legitime conteſtata, ac a partibus juramento de calumpnia præſtita, ut eſt moris, factiſque propoſitionibus, & reſponſionibus ad eaſdem, ac & oblatis articulis & receptis teſtibus, & etiam puplicatis acteſtationibus partes multaties audivimus, quod in noſtra preſentia allegarunt. Nos itaque viſis probationibus, & juribus utrinſque partis & ipſis diligenter diſcuſſis, ac auditis allegationibus, quas partes in cauſa hujuſmodi proponere voluerunt, ac partes in cauſa concludentibus, & ſententiam cum inſtantia poſtulationibus diem præfiximus in cauſa prædicta ad ſententiam audiendam, adveniente quoque die, & partibus preſent. coram nobis habito prædictorum conſilio, aſſidentibus nobis archidiacono, & archipresbytero Treventino coram dictorum Robberto puplico noſtro eccleſia

Tre-

Digitized by Google

Treveatino Notario, & aliis quampluribus prudentibus, & diſcretis viris Diaconum Roggerium Canonicum Triventinum Procuratorem ejuſdem Abbatis eccleſia S. Stephani conſtitutum ab eo poſt litem conteſtatam & ipſum Abbatem in ſcriptis ſententialiter condempnamus quod ipſe libere permictat, & non impediat corpora defunctorum Caſal. ipſius eccleſiæ cum decedunt, portari ad ſepeliendum in cimiterio monaſterii ſupradicti ſalva juſtitia eidem eccleſia, a qua corpora aſſumuntur. Si vero homines, & mulieres prædicti caſalis in ſua ultima voluntate velint, & eligant in aliqua eccleſia magis Religioſa ſepeliri, vel ex juſta, & evidenti cauſa corpora hujuſmodi tumulanda apportari non poterint ad monaſterium ſupranotatam, libere eligant, ibique ſepeliantur juſta canonicas ſantiones, & monaſteriam ipſum medietatem dimiſſorum omnium ab ipſis recipiat ſicut haſtenus recepit, & recipere conſuevit, & recipit ab eccleſiis Civita nova, in cujus caſali eccleſia præfata conſiſtit, præcipimus, & ſub pœna excommunicationis Abbati ejuſdem eccleſia S. Stephani & ſucceſſoribus ejus, q. ipſe homines ipſius caſalis cum decedunt, dicto vel facto, non impediat, quominus prædicti homines libere ſepulturam eligant in monaſterio ſupradicto, & pro ſua voluntate admictat mortuariorum in monaſterio nominato. Si vero ipſe contrarium fecerit, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat, & ne de præmiſſis aliqua impoſterum dubietas boriatur, rogata prædicti Abbatis dicti monaſterii, & conventus ejuſdem prædicta omnia pro cautela dicti Abbatis, & dicti monaſterii per manus dicti notarii redigi fecimus in preſens puplicum inſtrumentum ſigillo noſtro pendenti munitum, ſignis, & ſubſcriptionibus prædicti notarii, & prædictorum teſtium pleniſſime roboratum. Quod ego prænominatus Robbertas paplicus dicti domni epiſcopi eccleſia Treventia. notarius, qui prædictis interfui de mandato dicti domni epiſcopi, & rogatu præfati Abbatis ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi. Actum in dicta Civitate Treventi, anno, menſe, & indictione prætitulatis: (locus † Signi) ✠ *Ego Roggerius Archidiaconus Trevent. teſtis interfui, & Signum Crucis feci. Ego Andreas Archipresbyter Trevent. teſtis ſum hujus rei.* ✠ *Ego Diaconus Bartholomeus Canonicus Treventinus teſtis interfui, & ſignum Crucis feci.* ✠ *Ego domnus Roggerius Canonicus Treventinus hujus rei teſtis ſum, & ſignum Crucis feci.* ✠ *Ego dopnus Johannes de Guido Canonicus Treventinus his omnibus interfui, & me ſubſcripſi.* Anno deinde 1332. Præpoſitus, ſeu Abbas cœnobii S. Benedicti hanc contra Archipresbyterum S. Silveſtri Civitæ novæ quoad eaſdem controverſias obtinuit ſententiam a Johanne epiſcopo Triventino.

In Dei nomine Amen. Anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo treceenteſimo triceſimo ſecundo die viceſimo quarto Decembr prima indictionis, pontificatus domni Johannis papa viceſimi ſecundi anno ſeptimo decimo apud Triventam. Nos Johannes dei gratia Treventinus epiſcopus, judex, arbiter, arbitrator, & amicabilis compoſitor, cognitor, & deffinitor de queſtione, & litigiis cauſa infraſcriptæ coram nobis, & curia noſtra in judicio olim mota, & agitata inter venerabilem, & religioſum virum fratrem Thomaſium Abbatem monaſterii S. Benedicti de Jumento albo, & fratrem Jacobum magiſtri Petri, fratrem Robertum, fratrem Jacobum, fratrem Thomam, fratrem Odoriſiam & conventum ejuſdem nomine ipſorum, & ejuſdem monaſterii ex una parte, & diſcretum virum presbyteram Albertum archipresbyterum eccleſia S. Silveſtri, ac dompnam Jacobum, dompnum Rogerium, dompnum Raonem, dompnum Nicolaum, dompnum Johannem, & Capitulum ejuſdem, nomine, & pro parte ipſorum, & prædicta eccleſia de caſtro Civita nova Treventia. diœceſis ex altera ſuper eo videlicet; quod prædictus Abbas nomine, & pro parte ſui, & dicti conventus, & dicti monaſterii allegabat, & petebat ab eodem archipresbytero, & capitulo ſuo, & dicta eccleſia S. Silveſtri, q. corpora hominum, & mulierum dicti caſtri Civita nova erant ſolita ſepeliri in cimiterio ejuſdem monaſterii. Item dicebat, & allegabat, & petebat, quod tam prædeceſſores prædicti archipresbyteri, qui pro tempore fuerunt aſque nunc qm. ipſe. Archipresbyter, & prædictum Capitulum debebant, & tenebantur venire ad aſſociandum corpora dictorum defunctorum indutis ſerpelliceis cum proceſſione quando apportabantur ad ſepeliendum ad cimiterium ejuſdem dicti Monaſterii ex conſuetudine preſcripta, antiquata, & approbata. Item ad probandum prædicta inducebat ad probationem ſuam, & dicti monaſterii certa privilegia papalia, & alia documenta. Item dicebat, & allegabat, quod caſtrum prædictum Civitanova, & eccleſia prad. S. Silveſtri erat poſita, & ſita in territorio dicti monaſterii, certam privilegium donationis exinde oſtendendo. Item quod prædicta eccleſia S. Silveſtri caruit, & caret cimiterio, & per conſequens jus ſepeliendi non habet concludendo quod compellere deberemus præfatum Archipresbyteram, & Capitulum a dicta moleſtatione ceſſando, & q. prædicta facerent in futurum, præfatus Archipresbyter nomine, & pro parte ſui, & dicti Capituli, & eccleſia S. Silveſtri dicebat, & allegabat in contrarium coram nobis q. licet conſuetum ſit ab antico quod corpora prædictorum defunctorum debeant, & ſit conſuetum ſepeliri in cimiterio dicti monaſterii placet eis dummodo

de dicto caſtro apud dictum monaſterium eligat ſepulturam, ſet ſi quis de dicto caſtro eligat ſepulturam apud præfatam eccleſiam S. Silveſtri petit, quod apud ipſam ſepeliatur. Item allegabant, quod non tenebantur aſſociare dicta corpora induti ſerpelliciis cum proceſſione; quando apportabantur ad cimiterium dicti monaſterii, quia ipſe, & clerici de capitulo ſuo erant liberi, & non ſervi. Ob hoc itaque interveniente tractata quorumdam bonorum virorum de caſtro prædicto præfatas Abbas ac Monachi ſupradicti, una cum voluntate prædicti conventus ex una parte, & præfatas Archipresbyter cum voluntate dicti capituli ſui ex altera, bona eorum voluntate gratuita de prædictis omnibus, & ſingulis litigiis, controverſiis, & queſtionibus motis prius coram nobis & curia noſtra in nos, tanquam in arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compoſitorem commiſerunt, retinendo juriſdictionem ordinariam in prædictis, & prædictus Abbas nomine ut ſupra, & dicti monaſterii ſui, & ipſe Archipresbyter nomine ut ſupra & ſui, & eccleſia ſua prædicta debent producere, & aſſignare ſi volebant inſtramenta, privilegia, litteras ſigillatas, allegationes, & omnia jura exinde ſi qua habent in ſcriptis ante feſtum Nativitatis Domini primo venturam in manu noſtra abſque aliqua requiſitione, & receptis exinde dictis cautelis, & habitis, prout ipſe

Digitized by Google

partes nobis aſſignabunt, deberemus uti conſilio aliquorum ſapientum, ſeu alicujus, ſi volumus, ipſoque conſilio habito deberemus ante feſtum prædictum nativitatis domini dictam queſtionem, & compromiſſum per nos ſuſceptum de plano ſine ordine judiciario diffinire, & decidere, terminare horeteaat, & vel in ſcriptis, dictis partibus preſentibus, vel abſentibus, die feriata, vel non feriata, quam pronuntiationem promiſerunt prædicta partes fideliter obſervare, obligantes ſe ſub certa pœna, & jurantes ad ſancta dei evangelia contra noſtram pronuntiationem, & deciſionem nunquam venire contra, prout hac & alia in inſtrumento prædicti compromiſſi, confecti per manus notarii Hugonis de Trevento publici ejuſdem caſtri notarii plenius continetur. Receptiſque, & viſis allegationibus nobis aſſignatis, ac viſis, & receptis privilegiis, inſtramentis. cautelis coram nobis preſentatis per Abbatem ſupradictum, infra terminum prædictum preſixum, habito itaque ſuper prædictis, & quolibet prædictorum conſilio ſapientum, & nobiſcum plena deliberatione per ea q. vidimus & cognovimus ab experto, declaramus, ſtatuimus, & diffinimus quod corpora hominum, & mulierum morientium dicti caſtri Civita nova debent ſepeliri, & apportari ad cimiterium monaſterii prænominati ad ſepeliendam quia ſic eſt obſervatum ab eo tempore, cujus contrarium memoria hominum non exiſtit, & alias ſic fuit ſententialiter pronuntiatum per bona memorie dominum Jacobum epiſcopum Triventinum predeceſſorem noſtrum. Item ſtatuimus, & pronunciamus, quod medietas judicii morientium de dicto caſtro ſepelientur in cimiterio ſupradicto debeant eſſe prædicti Archipresbyteri, & capituli, ſeu eccleſia S. Silveſtri. Reliqua medietas monaſterii ſupradicti hac modificatione & equitate ſubjungenda, q. pueri minores ſeptennio de eodem Caſtro morientes, ſi volunt parentes eorum, vel quicumque alii, ſicut tempore yemali decedentes cum pluvia inundant, & non poſſunt homines ipſius caſtri ad dictum monaſterium ad ſociandum dictum funus accedere ſine difficultate, quod poſſint ſepeliri juxta dictam eccleſiam S. Silveſtri, petita licentia ab Abbate monaſterii ſupradicti ſi eſt in ipſo monaſterio, & ſi non eſt, a conventu ejuſdem medietate dicti judicii decidentiam eidem monaſterio ſemper ſervata. Item quod Archipresbyter ſupradictus, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit & prænominatum capitulum S. Silveſtri, ſeu major pars ipſius, dummodo q. clerici de ipſo capitulo ſint preſentes in dicto caſtro, quando quis, ſea aliqua de eodem caſtro moritur q. debeant aſſociare corpus defuncti prædicti, dum portatur ad ſepeliendum ad cimiterium ſupradictum induti clericaliter cum proceſſione dicendo, & faciendo divinum officium conſuetum, pro decedentibus niſi fuerint juſto alio impedimento detenti cum ſepelire mortuos ſit de operibus caritatis, quia talis conſuetudo ſic eſt obtenta, & habita ab eo tempore cujus contrarium memoria hominum non exiſtit, prout legitime conſtat, nam licet obligationes tempore aquirantur tamen hujuſmodi ſervitia brevi tempore aquiruntur, ut jura dicant. Item pronuntiamus, ſtatuimus & diffinimus quod dicta eccleſia S. Silveſtri caruit, & caret cimiterio proprio, prout nobis tamquam arbitro, & ordinario legitime conſtat. Quare dictis partibus coram nobis legitime citatis ad audiendum ſententiam, & deciſionem dicta cauſa, prout nobis infraſcripto notario conſtat legitime. Unde primo dei nomine invocato habita quoque, & plena deliberatione, & ſapientum conſilio per ea que vidimus & cognovimus per publica documenta, privilegia, & cautelas nobis oſtenſa, & producta a parte dicti monaſterii, & per allegationes nobis oſtenſas, cum a parte eccleſia S. Silveſtri nil. fuit poſitum, ſeu allegatum, vel datum nobis in ſcriptis propter quod intentio prædicti Archipresbyteri, & Clericorum ejuſdem eccleſia, & ipſa eccleſia relevetur, ſtatuimus, & ordinamus, condampnamus, & diffinimus, ut ſupra omni via, Jure, & modo, quibus melius poſſumus, & debemus, ſententialiter, & in his ſcriptis hanc noſtram ſententiam proferentes habentes pro ſcriba nobiſcum diſcretum virum Notarium Hugonem de Trevento publicum regia authoritate Notarium ad preſentem proceſſum conſcribendum, ſi quis autem prædictarum partium contra prædictam noſtram ſententiam injuſte venire tentaverit, ſive ſit dictus Abbas, ſeu Monachus de prædicto monaſterio, ſive præfatus archipresbiter, vel aliquis clericus dicta eccleſia S. Silveſtri ex nunc, prout ex tunc, in eorum ordinarius excommunicationis ſententiam proferimus in his ſcriptis. Lecta, & recitata fuit hac præſens ſententia ante Palatium domini epiſcopi ſupradicti in civitate Treventi anno, menſe, die, loco, indictione, & pontificata prædictis præſentibus Abbate dicti monaſterii, fratre Jacobo magiſtri Petri, fratre Roberto, fr. Jacobo, Jo: Roberti, fr. Thomaſio, & fr. Oderiſio monachis monaſterii S. Benedicti de Jumento albo, ac preſentibus dompno Raono, & dompno Nicolao clericis eccleſie S. Silveſtri de Civita nova in contumacia dompni Alberti archipresbyteri dicta eccleſie S. Silveſtri, & aliorum clericorum ejuſdem eccleſia S. Silveſtri non comparentium in preſentia judicis Jacobi Joannis Burrelli Annalis civitatis Treventi, judicis, Abbati Johannis archidiaconi Triventini, dompni Petri Rogerii, dompni Roberti Johannis presbyteri, canonici Triventini Abbatis Bartholomei, Abbat. monaſterii S. Maria in Salceto, dompni Johannis Archipresbyteri Caſtellucii Petrovallan. Abbat. Riccardi archipresbyteri Friſiloni teſtium ad hac ſpecialiter vocatorum, & me prædicto notario Hugone, qui preſentem ſententiam, & omnia acta preſentis Judicii propria manu ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi, quam ſententiam ad majorem cautelam præfatus dominus epiſcopus Treventinus mandavit, & fecit ſuo pendenti pontificali ſigillo muniri. (Locus † Sigui Notarii)

De hiſce epiſcopis non agit Ughellius in Appendice ad To. II. Ital. Sac. col. 1075., ubi nu. 12. ait, Lucam epiſcopum A. 1266. ſede ſua pulſum, Manfredi violentia, qui alium ſuffecerit ignoti nominis, & nu. 13. electum eſſe ait ejus urbis episcopum Natimbenen. A. 1134. Idem habet Lucenti To. I. Ital. Sac., col. 1952. in epiſcopis Triventinis, nu. 14., & 15. Eam quidem ſexaginta octo annorum lacunam ſupplendam eſſe crediderim duobus hiſce epiſcopis Jacobo, & Johanne, ut ex ſcripturis recenſitis conſtat, quæ authenticæ in archivo noſtro reperiuntur. Poſtquam hæc exſcripſeramus, incidimus in noviſſimam Ital. Sac. editionem Venetam A. 1717. concinnatam, in qua To. I., dum agitur de epiſcopis Triventinis, nu. 15. mentio Jacobi fit, a quo A. 1295. cum decem aliis epiſcopis indulgentiæ quædam pro eccleſia S. Philippi Oppidi Cellæ conceſſæ ſunt. Et nu. 16. recenſetur Epiſcopus

ſcopus Natimbene A. 1334. electus a Johanne XXII. Sæculo tandem ſextodecimo Caſſinenſis Abbas monaſterium S. Benedicti de Bantolo Caſſinenſi cœnobio aggregavit cum bonis omnibus, vigore privilegiorum Innocentii VII., Leonis X., & Pauli III. quodque beneficium monaſticum, & membrum cœnobii noſtri eſſet. Imo cum Julius Cæſar Mariconda Triventinus epiſcopus ab hoc S. Benedicti ſuppreſſo cœnobiolo ſubſidium peteret pro novo ſeminario a ſe erecto, & ſubſidium caritativum, velletque pœnam ab iis exigere, qui beneficium iſtud poſſiderent, quod ſynodo a ſe indictæ non interfuerit, Caſſinates S. Congregationem Concilii Tridentini interpretem adiere, quæ poſtquam beneficia omnia Caſſinenſi cœnobio adnexa epiſcoporum juriſdictione prorſus exempta luculentiſſime demonſtratum eſt, atque injuria Triventinum epiſcopum illius beneficii fructus apud ſequeſtrem poſuiſſe, haſce ad epiſcopum literas dedit: *Nos Robertus Tituli S. Alexii S. R. E. presbyter cardinalis Ubaldinus fidem facimus, & atteſtamur, in libris litterarum Sac. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum extare litteras ad epiſcopum Triventinum, ſub die prima Decembris 1582. infraſcripti tenoris. Mirati ſunt Cardinales, ad quos pertinet Sacri Tridentini Concilii interpretatio, cum ea, quæ libello his litteris adjuncto explicantur, intellexerunt, ſcilicet, non eam te rationem habuiſſe litterarum illuſtriſſimi Cardinalis Caraſa, quam debebas in re præſertim juri, & æquitati tantopere conſentanea, ſequeſtrumque illud prætextu contributionis ſeminarii, & ſubſidii charitativi, & pœna ob non comparitionem in Synodo, ſuper fructibus ſimplicis beneficii monaſterio Caſſinenſi uniti appoſitum non ſubſtuliſſe, ſicut eiſdem litteris monebaris. Itaque Cardinales nunc tibi, & ſerio injungi voluerunt, ut omnino ſequeſtrum amoveas, fructuſque illos liberes, neque monachis hac de cauſa moleſtus ſis. Ita igitur amplitudo tua faciet, & bene in domino valebis. In quorum fidem has noſtras litteras, quibus propria manu ſubſcripſimus, fieri, ac ſigilli noſtri impreſſione communiri juſſimus. Datum Romæ die XII I. Februarii M D C X X I I. R. Card. Ubaldinus.* Locus † Sigilli. Paruit ſtatim epiſcopus, ut inſtrumento conſtat ſtipulato a notario Johanne Benedicto de Rubertis Sangermanenſi die 22. Decembris 1582. Laudatiſſimum hunc epiſcopum, cujus meminit Ughellius loc. cit. col. 1332. nu. 30. in rebus præclare gerendis examuſſim imitatur vir doctiſſimus, ac candidiſſimus Alphaous Mariconda ejus conſanguineus Monachus congregationis noſtræ epiſcopus Triventinus renunciatus. Honorifica de Mariconda noſtro extat mentio in Italiæ Sac. noviſſime To. X. col. 346. nu. 42. Huic cœnobio adnexæ ſunt eccleſiæ S. Jacobi apud civitatem veterem in comitatu Moliſii, S. Luciæ, Annunciatæ, & S. Brigidæ in territorio Civitatis novæ, S. Angeli, prope cœnobium ipsum, S. Martini in Caſa Kalenda, quæ a Badata uxore Henrici Domini ejus oppidi donata monachis eſſet a. 1271. die 12. Februarii, ut ex inſtrumento conſtat ſtipulato a notario Johanne de Calcabottaccio. Inter alia bona poſſidet cœnobium iſtud S. Benedicti montem Tormoſum, cujus partem dum Abbas ibi eſſet Angelus, dono illi dedit Nicolaus ab Iſernia miles magnæ reginalis curiæ magiſter Rationalis, & dominus dimidiæ partis oppidi Speluncæ, ut inſtrumento conſtat ſtipulato a notario Oddone de Thomaſiis a caſtro Petroſo a. 1377. die 8. Februarii. Aliam montis partem dono dedit Gualterius de Monte partis cujuſdam ejuſdem oppidi Dominus, ut ex inſtrumento ſtipulato a notario Antonio judicis Petri de Friſulo die 5. Junii 1378.

S. Benedicti in Marſico.

De cœnobio S. Benedicti in Marſico hæc habet Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 34. *Erat tunc prædictus Azzo Præpoſitus monaſterii S. Benedicti in page Marſorum, quod videlicet monaſterium eo tempore tam cellis, quam fundis, ac prædiis, atque colonis diverſis per Marſiam locis copioſis ditatus erat. De quibus hic aliquanta perſtringimus, cella S. Benedicti in Oretino, cum modiis terræ quingentis. S. Gregorius in Pentoma cum modiis mille, S. Maria in Hyllara, cum modiis trecentis. Vicenda in Avezzano modiorum centum, in Caſtello Veneris loco, qui dicitur caſale ab ipſo Monte, uſque in aquam. Ex alio latere aqua Veneris ad caſalem Adelardi modii X X. In loco, qui dicitur Calabrettum modii mille. Hæreditas Guelſonis ibidem; ſimiliter modii mille in valle, quæ dicitur Aquirana a S. Quintiano, uſque in Aquiranum modii mille plus minus, & cætera multa, & maxima, quæ longum ſcribere judicavimus.* Pluribus hoc monaſterium nominibus appellatur, nempe, *in Venere*, quod prope villam Veneris ſit poſitum: *Civitatis*, quod via in qua ſitum eſt, Civitas dicitur: *Morronis*: quod ejus eccleſia non longe a loco ſic appellato diſtet, prope lacum Fucinum. Monachi ad quintumdecimum, & ſeſqui ſæculum in eo habitarunt; nam Angelus Caſſinenſis epiſcopus circa annum 1360. pro monacho ejus cœnobii accepit Angelum de Corbario, cui etiam rectoriam S. Blaſii eidem cœnobio ſubjectam contulit, ut ex ejus regeſto conſtat p. 18. a t. in quo hæc leguntur: *Angelus &c. religioſo viro Fratri Angelo de Corbario monacho eccleſiæ noſtræ S. Benedicti de Civitate Marſiæ, ac rectori eccleſiæ noſtræ S. Blaſii de Letio Marſicanæ diœceſis ſalutem in domino. Mutationibus ſubjacent voluntates humanæ, ſecundum diverſas temporum conditiones, & varias caſuum qualitates, ſed laudabile eſt, ſi quamvis varietur temporum, & caſuum qualitas ad bonum, eadem, & integra ſit voluntas. Sane veridica informatione didicimus, quod tu ſub regula B. Benedicti exiſtens monachus monaſterii S. Laurentii foris muros urbis, non vitio levitatis, ſed cauſa ſpecialis devotionis deſideras inde transferri ad dictam eccleſiam noſtram S. Benedicti, ubi in eadem regula B. Benedicti cupis domino famulari. Nos itaque de religionis zelo honeſtate vitæ, ac morum, & virtutibus tuis fide digno teſtimonio informati, & conſtito nobis plenarie de licentia per te petita, & obtenta a venerabili patre domino Fratre Andrea Abbate monaſterii S. Laurentii ſupradicti, te inſtituimus, & recipimus in monachum eccleſiæ S. Benedicti prædictæ; mandantes tenore præſentium omnibus, & ſingulis Monachis dictæ eccleſiæ S. Benedicti, quod te in Monachum ipſius recipiant, & in eorum monachum & Confratrem, cum omnibus, & ſingulis pertinentiis ad monachatum prædictum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis. Inſuper de abbundanti gratia, quam merita tuæ probitatis expoſcunt, te inſtituimus in rectorem dictæ eccleſiæ noſtræ S. Blaſii ſolita per monachum dictæ eccleſiæ*

S. Be-

Digitized by Google

S. Benedicti, Capellæ ſubjecta eccleſiæ S. Benedicti præfati, & illam tibi, cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis conferimus, & de ſpeciali gratia providemus &c. Inveſtientes &c. committentes Fr. Jacobo Monacho dicta eccleſia S. Benedicti &c. in cujus &c. Conſtat id etiam ex Diplomate anni 1377. Petri Abbatis in ejus regeſto I. p. 102. Abbas Henricus Thomacelli A. 1401. Præpoſituram ejuſdem cœnobii demandavit Fr. Nicolao Theutonico, ut ex ejuſdem Abbatis regeſto primo p. 255. Anno 1454. vacante Abbatia Caſſinenſi, in Præpoſitum ejuſdem cœnobii elegere Prior, ſubprior, monachi Caſſinates Remigium a Cajeta, ut ex litteris ex regeſto conventus p. 72. a t. Johannes demum Aragonius fiduciarius Abbas cœnobii Caſſinenſis die 27. Septembris, a. 1478. in Præpoſitum S. Benedicti elegit clericum ſæcularem Nicolaum Jacobum de Curcumello, quo ex tempore beneficium perpetuum, ac Sæculare evaſit, quamquam hactenus beneficiati cenſum annuum Caſſinatibus in ſignum directi domini perſolvunt, juxta textum in cap. 2., & S. de cenſibus. In hac Præpoſitura Abbates Caſſinenſes juriſdictionem omnem exercuere, imo Viſitatores quoque deputarunt ad A. 1549., ut ex pluribus ſcripturis in archivo noſtro aſſervatis. Dum hujus cœnobii Præpoſitus eſſet D. Bernardinus Silverius Piccolomineus epiſcopus Teramenſis A. 1544. aſſeruit, non omnia illius cœnobii ſupereſſe bona a pluribus uſurpata. Sacrum certe monaſterium Caſſinenſe poteſtatem conferendi beneficii S. Blaſii de Licio ſibi vindicaverat, quod ejuſdem Præpoſituræ membrum erat. Quare annalis cenſus ab epiſcopo perſolvendus redactus eſt ad novem ducatos, treſque tarenos, ut ex inſtrumento ſtipulato a Johanne Thoma Coppola a Celano die 24. Septembris a. 1544. Hunc cenſum deinceps perſolvere Præpoſiti, ac eum primus Aſcanius Silverius Piccolomineus, ut ex inſtrumento die 27. Septembris A. 1560. ſtipulato a notario Cæſare Martuccio, in quo hæc verba ſunt adnotanda. *Conſtitutus Reverend. D. Aſcanius Silverius de Piccolominibus dicta Terræ Celani Abbas, ſeu Præpoſitus Abbatia S. Benedicti Marſicana diœceſis, Collationis ſacri monaſterii Caſſinenſis &c.* Julius Cæſar Bagnolus eundem quoque cenſum Caſſinatibus perſolvit, ut ex inſtrumento ſtipulato die 12. Martii anno 1613. a Rinaldo Buratti diœceſis Firmanæ curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ notario. Ex quibus monumentis conſtat, ſubditam ſemper Caſſinatibus fuiſſe præpoſituram illam. V. Lubin p. 206.

S. Mariæ in Canneto. Monaſterium etiam S. Mariæ in Canneto poſſidebant hoc ſæculo Caſſinates, ut hiſce Leonis verbis cap. 43. *Fecit* (ſcilicet Henricus Imperator) *& aliud praeceptum de univerſis ubique terrarum hujus loci poſſeſſionibus juxta tenorem videlicet Imperatorum anteceſſorum ſuorum per quod etiam præceptum monaſterium S. Mariæ in Canneto in finibus Termulenſis imperiali auctoritate in hoc monaſterio confirmavit.*

Privilegium iſtud in Diſſertat. I. dabimus.

S. Benedicti in Clia. Fundationem cœnobii S. Benedicti in Clia hiſce verbis deſcribit Leo noſter cap. 49. *Hic idem domnus Adam in Monte proximo, qui Caira adjacet Clia vocabulo, cellam in honore S. Benedicti conſtruxit, nec non & in Cominenſi territorio juxta Melfam fluvium eccleſiam S. Nazarii presbytero quodam, cui jure hæreditario pertinebat ſibi concedente ad uſus, & neceſſitates obedientiæ ſuæ adquiſivit, eaſque nonnullis terrarum poſſeſſionibus emptis, diverſiſque eccleſiaſticis ornamentis, atque codicibus ſufficienter ditavit.* Incoluere cœnobium iſtud Monachi ad Sæculum decimum quintum, ut ex pluribus monumentis archivi noſtri conſtat, & potiſſimum quod anno 1353. die 4. Aprilis Petrus Balaguerius Archipreſbyter S. Germani, & Vicarius Generalis Caſſinenſis epiſcopi Præpoſituram illam contulit Petro Vetulo ab Atino Monacho Caſſinenſi, atque in litteris ea de re, hæc ad rem noſtram leguntur: *Petrus Balaguerius perpetuus Vicarius S. Germani de S. Germano. R. in Chriſto patris, & domni, domni Guillelmi permiſſione divina epiſcopi Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, venerabili, & religioſo viro Fratri Petro Vetulo de Atino Monacho Caſſinenſi, ac Propoſito monaſterii S. Benedicti de Clia eccleſiæ Caſſinenſi immediate ſubiecti ſalutem in Domino &c. Propoſituram prædicti monaſterii S. Benedicti de Clia ad proviſionem, collationem, inſtitutionem, & deſtitutionem dicti domini epiſcopi pleno jure ſpectantem &c. tibi gratioſe conferimus, et de illa etiam providemus, Teque Propoſitum dicta Propoſituræ tenore præſentium ordinamus &c. Inveſtientes te per noſtrum birrettum præſentialiter de eadem. Mandamus nihilominus monachis, & univerſis, & ſingulis Vaſallis ſubditis, reddentibus &c. ut tibi vel Procuratori tuo per te de omnibus, & ſingulis in conſuetis, & debitis reſpondeant, pareant, & intendant. Et ut poſſeſſionem præfatæ Propoſituræ, ac jurium, & Marco Papa pertinentiarum ipſius liberius, & facilius aſſequaris, tenore præſentium committimus, & mandamus Religioſis viris Fratribus Petro de Anneſſa, & Monachis dicta Propoſituræ, vel eorum alteri, ut te, vel Procuratorem tuum, tuo nomine, in corporalem poſſeſſionem dictæ Propoſituræ inducant, & defendant, inductum &c. Datum in Sancto Petro in monaſterio Anno Domini 1353. menſe Aprilis, die quarto ejuſdem menſis, ſexta Indictionis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & domini Innocentii PP. VI. Anno I.* Inſerta huic Diplomati eſt facultas a Guillelmo epiſcopo Avenione commorante Petro Balaguerio conceſſa, ut beneficia quælibet regularia, ac ſæcularia conferret. A. 1370. die 30. Decembris F. Loffredus ab Atino monachus Caſſinas, & Præpoſitus S. Benedicti in Clia quædam hujus cœnobii bona in emphyteuſim concedit Monachorum conſenſu Nicolao Petro de Richardo a Belmonte, ut ex inſtrumento a notario Nicolao Mandi ab Atino rogato, cui ipſe cum aliquot e ſuis monachis ſubſcribit. Petrus de Tartaris Præpoſitum hujus cœnobii conſtituit Angelum ab Atino, atque patentes hac de litteræ extant in regeſto I. ejuſdem Petri p. 301. Ejuſdem tenoris eſt diploma Henrici Thomacelli, Riſtaino de Plumbariola datum, in quo hæc quoque leguntur ex ejuſdem Henrici regeſto p. 83. *Mandantes omnibus & ſingulis monachis, oblatis; Converſis, ſubditis, laboratoribus, affictatoribus, &c. ſibi &c. in omnibus effectualiter obediant, pareant, & intendant tamquam nobis &c.* Ejuſdem tenoris eſt diploma, quo Prior, ſub Prior, & Monachi Caſſinates Præpoſitum eligunt die 27. Novem-

vembris anno 1441. F. Jacobum ab Atino, in quo verba illa leguntur: *Mandamus inſuper omnibus, & ſingulis Monachis converſis, oblatis, & ſubditis noſtris Parochianis, Vaſſalis, laboratoribus, penſionariis &c. quatenus tibi vero, & legitimo Propoſito, & Rectori memoratæ Præpoſituræ tuis juſtis monitionibus, & mandatis, tamquam noſtris pareant efficaciter, & intendant &c.* Ex regeſto conventus p. 34. initio Sæculi XVI. unitum menſæ cœnobii Caſſinenſis eſt hoc monaſterium vigore privilegiorum Innocentii VII., & Leonis X.

S. Mariæ. Donationem monaſterii S. Mariæ hiſce verbis refert Leo Marſicanus cap. 57. *Tunc temporis Abbatiſſa quædam Raimburga nomine de Civitate Firmana obtulit in hoc monaſterio monaſterium ſuum vocabulo Sancta Maria loco Lovarino, & eccleſiam S. Johannis de Garzania, & Caſtellum de Barbulano, cum eccleſia S. Mariæ, & S. Blaſii cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorundem locorum.* Donationem hanc anno 1032. in Diſſ. I. dabimus. Vid. Lubin p. 135.

Donationem etiam monaſterii S. Nazarii hiſce S. Nazarii. verbis refert Leo noſter cap. 66. *Hoc tempore Nantarus quidam ſacerdos, & monachus de Venafro obtulit in hoc monaſterio eccleſiam S. Nazarii, quam idem nuper a fundamentis conſtruxerat in ipſo Colliculo de Peperozzu ſuper rivum de centeſimo. In qua videlicet eccleſia cum nonnullos Fratres ad dei ſervitium aggregaſſet, & codices aliquot, nec non & ornamenta eccleſiaſtica cum non parvis terrarum poſſeſſionibus inibi adquiſiſſet, eorum omnium conſenſu eandem eccleſiam cum omnibus omnino pertinentiis ejus huic cœnobio contulit.* Extat hæc donatio in regeſto Petri Diaconi nu. 383. p. 167., ex quo hic damus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti dei eterni, viceſimo ſecundo anno principatu Salerni domni Guaimarii, & ſecundo ejuſdem principatu Capuæ menſe Octuber octaba indiction. Ideoque ego Nantarus ſacerdos, & Monachus filius cujuſd. Saniperti nativus, & habitator civitate Venafer quia deo juvante a novo fundamento conſtruxi ecclosiam in honore Sanctorum Martirum Nazarii, & Celſi in ipſo Collicello de Peperozo ſuper Rivum de centeſimo a parte ſeptentrionis, in qua vero eccleſia congregavimus Fratres monachos, & ordinavimus ibidem priorem Fratrem Johannem nepotem noſtrum. Non poſt multum vero tempus advenit ibi quidam Monachus nomine Stephanus, & ipſe Sacerdos, qui dum ibidem aliquantum tempus demoraretur placuit ſupraſcripto Johanni nepoti noſtro, quam & aliis fratribus Monachis, ut conſtituerent illum Priorem ſuper ſe. Cum autem nobis inſinuaſſent, & nobis placuiſſet, ordinavimus illum Priorem in ſupraſcripto loco cœnobio S. Nazarii, & Celſi. Nunc autem inſpirante Deo placuit omnibus nobis ut offeramus illud in monaſterio Sancti Benedicti de monte Caſtro Caſſino; cumque taliter inter nos ſtatuiſſemus omnes unanimes convenit. Ideoque nos hii ſumus prenominati Nantari Johannes, & Stephanus ſacerdoti, & monachi divina inſpiracione compulſi propter mercedem, & ſalvacionem animæ noſtræ, quam & pro mercede animæ illorum, & ſalutem qui ibidem aliquid de rebus ſuis dederunt, aut daturi ſunt noſtra ſpontanea voluntate per hanc cartulam offerimus in præfato monaſterio S. Benedicti, qui ſitus eſt in Monte caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt; & in quo nunc domnus Richerius venerabilis Abbas praeſſe videtur, ideſt inclita ipſa eccleſia S. Nazarii, & Celſi ſimulque cum omnibus terris, & vineis, & caſis, quæ in predicto loco Poperozo nobis eſſe videtur, ſive per ſcripcionibus, vel per aliis oracionibus, ubique, ſeu & in cuncto comitatu Venafro eſſe videtur nobis, & ad eandem eccleſiam pertinentes eſſe videtur, ſimulque offerimus in præfata eccleſia S. Benedicti omnibus ſcripcionibus, & munimina, vel racionibus, quæ nobis, & ad eadem eccleſia pertinere eſſe videtur, tam de terris cultis, & incultis, campis, & ſilvis, cum viis, & aquis, & andstis ſui, vel caſis, & hortis, de intro civitate, vel foris omnibus, ſicut in ipſis ſcripcionibus continetur. In eo vero ordine, ut quandocumque neceſſe fuerit cum qualibet homo exine cauſaro, vel finem facere, poteſtatem, & licentiam habeatis tam domnus venerabilis prædictus Abbas quam & qualibet monachus de prædicta congregacione vice noſtra oſtendere, & relegere in judicio, & omnem finem facere cum quibus neceſſe fuerit. Ea ſcilicet racione quatinus ut amodo, & dum nos qui ſupra Johannes, & Stephanus Sacerdos, & monachus vixerimus, ſi nobis aptum fuerit habitare per juſſionem, & voluntatem domni Abbatis de Monte caſtro Caſino regulariter ibi habitemus. Hac autem omnia, quæ ſupra in præfato monaſterio S. Benedicti offerimus firmiter ad habendum, & poſſidendum offerimus, & nihil nobis exinde reſervabimus, nec dicimus remanere, ſed totum, & integrum ſemper permaneat in poteſtate ejuſdem monaſterii, ejuſque Abbatibus, & rectoribus, & obbligamus nos qui ſupra Natarus Johannes, & Stephanus ſacerdotes, & monachi in præfato monaſterio S. Benedicti ejuſque Abbatibus, & rectores ſupraſcripta noſtra offercione defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus. Si autem ipſos defendere voluerimus, vel ſi hanc offercionem dirumpere voluerimus regulariter diſtringere, & judicare nos vobis committimus ad judicandum veſtraque poteſtati. Hac autem cartula, de quibus continet firmam, & ſtabilem permaneat ſemper. Et taliter nobis ſicut actum, & congruum fui fecimus, & te Senioritte Notarius ſcribere rogavimus, & manu propria noſtra ſubſcripſimus. Ego qui ſupra Nantari Sacerdos, & Monachus. Ego qui ſupra Johannes Sacerdos & Monachus. Ego qui ſupra Stephanus Sacerdos, & Monachus. Hoc quoque monaſterium Sæculo XVI. vigore privilegiorum Innocentii VII., Leonis X., & Pauli III. cum bonis omnibus menſæ cœnobii noſtri unitum eſt.

Eodem in capite Leo noſter refert donationem S. Nicolai, & S. Sabini. monaſteriorum S. Nicolai, & S. Sabini hiſce verbis: *Johannes etiam Comes, qui cognominatus eſt ſcintus, per cartam oblationis contulit B. Benedicto monaſterium S. Nicolai, quod ſitum eſt in pertinentia Pontiſcurvi in Pedemontis, qui dicitur S. Leucii, prope caſtellum Pica, nec non & aliam eccleſiam S. Mariæ, quæ non longe a prædicto monaſterio ſita eſt, cum omnibus ex integro rebus, & poſſeſſionibus, ac pertinentiis earundem eccleſiarum. Fecit etiam cum ſupradicto Abbate commutationem confirmans in hoc loco monaſterium S. Sabini, quod adjacet Rupi prefati montis S. Leuci cum univerſis pertinentiis, ac rebus ipſius.* Hujuſce donationis autographum in archivo noſtro extat, atque ita ſe habet: *In nomine*

do-

domini noſtri Jeſu Chriſti triceſimo primo anno principatus domni Paldolſi, & quarto anno principatus domni Landolſi ejus filius glorioſi principibus menſis Octuber, tercia indiccione; Ideoque ego domno Johanne Comes filius quoddam bona memoria domni Landolſi Comiti divina inſpiracione compulſus ſum hunanimiter cum Alſarana Comitiſſa uxor mea propter mercedem, & ſalbacionem anima noſtra, quam & anima ſupraſcripti domni Landolſi Comiti, & anima domna Gemma qua fuit genitricem meam, & omnibus conſanguinitatibus meis, ut hic, & aput eternum dominum de peccatis noſtris requiem, & miſericordiam inbenire baleamus, declaro me habere hunum monaſterium nomine S. Nicolaum, ubi congregacio Monachorum vidi dicitur eſſe, & una eccleſia, qua eſt edificata in honore S. Dei genetricis Maria propinqua ſubter ſupraſcriptum monaſterium, quem habeo in actu Ponticurbu in pede de mons, qui nominatur S. Leucium, & cum omni pertinencia ſua offero concedo, & trado per iſtum ordinem in almificum monaſterium S. Benedicti, quod eſt edificatum in cacumen de mons, qui nominatur Caſinum, quod mihi aptum, & congruum eſt expontanea boluntas offero, & concedo hoc modo, & omnem futurum tempus in ſupraſcriptum monaſterium S. Benedicti. Hac autem ſupraſcripta mea offerſione ſicut ſuperius legitur quam pro ſalbacione anima mea offero, quam & pro anima ſupraſcripti defuncti, nec mihi, nec uxori mea, tamen unanimiter cum ipſa hoc feci, & nec aredibus meis, nec alicuilibet homini nulla exinde reſerbabi, vel dicore manere poteſtatem, & pro ſupraſcripta mea offerſione ſicut ſupra vero diximus, & iterum vero dicimus, S. Nicolaum cum ſua pertinencia, & ſupraſcripta Sancta Maria ſimiliter cum ſua pertinencia modo manifeſtus ſum ego domno Johanne Comes, quia pro redimendum peccata mea, et peccata domna Alſarana, qua eſt uxor mea, quam et pro peccata ſupraſcriptorum genitor, et genitricem meam, et pro omnium conſanguinitatibus meis, hoc bero facio, et ſit libera, et abſoluta predicta mea offerſione in ſupraſcriptum monaſterium S. Benedicti abſque omni contrarietate cujuſcumque, et cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua de ſupraſcripta mea offerſione, et cum omnia ibique intra habentes ſubter, vel ſuper, et cum bia ſua ad pertinentem predicta mea offerſione ibidem intrandi, et exiendi, quomodo ſupra repperimus cuncta, et integra offero concedo, et trado pro ſupraſcripto ordine in ſupraſcriptum monaſterium S. Benedicti ad poſſeſſionem rectori ejuſdem S. Benedicti, et obligo me ego qui ſupra domno Johanne Comes, et meis heredibus ad rectori ejus monaſterii, & ad eorum ſucceſſoribus de ſupraſcripta mea offerſione defendere, et anteſtare amodo, et ſemper ab omnes homines, et ab omnique parte. Si autem ipſas defendere non potuimus de colludio legibus ad dei evangelium jurare obligo, et inſuper reſtaurare ferquidum, et cum tali vero edificii. Nam ſi me ego qui ſupra domno Johanne Comes vel meis heredibus hanc ſupraſcripta mea offerſione aliquando per qualecumque ingenium, vel humanum arbitrium dirrumpere, aut remobere queſierimus, componi obligo me, et meos heredes in predictum monaſterium S. Benedicti libra centum denariorum. Et quicumque de ac mea offercione in eo modo, qua ſuperius legitur, diminuare, vel ſubtrahere, aut contrarietatem agere voluerit, aut vim facere queſierit in qualibet modis hujus mundi argumento, vel ingenio non ſit illi licere in hac bita exinde pœnitenciam agere, vel remiſſione peccatorum ſuorum in hoc mundo recipore neque per Sacerdotem, neque per epiſcopos, neque per nulla catholica perſona Deum timentes, ſed dapnacione habeat tam hi, qui de predicta mea offerſione diminuaberit, quam & omnes, qui conſenciunt, vel conſiliant cum Anna, & Caypha, & cum Poncio Pilato, & cum Juda, & cum omni dampnatos habeant porcionem, & maledictus ſit a tricenti decem, & octo patres ſanctos, & ab apoſtolos, & ab evangeliſtas, & ab omnes ſanctos, hac ſanctus Dei & inſuper miſericordiam dei non imbeniat. Et taliter ego qui ſupra domno Johanne Comes unanimiter cum Domna Alſarana uxor mea ſicut nobis aptum, & congruum fui, & qualiter pro redemcione anima noſtra, quam & anima ſupraſcripti domni Landolſi, qui fuit genitor meus, & anima domna Gemma, qua fuit genitricem meam, & omnibus conſanguinitatibus meis ita fecimus, & tibi Pandolfus diaconus, & Notarius ſcribere juſſimus in actu Ponticurbu in caſtello, qui nominatur Pika. ✠ Ego Ermanno Judex. ✠ Ego Giſolſo. S. Nicolai eccleſiam conſecravit Victor III. A. 1087. coram pluribus Cardinalibus, & epiſcopis, teſte Petro Diacono Chron. Caſſ. lib. III., cap. 72. Vid. idem cap. 25. 43. 53. 85. 94. Lib. IV. Chron. Caſſ. Circa hoc monaſterium pagus deinde ædificatus eſt appellatus S. Nicolai Lupica, in quo cœnobium Caſſinenſe juriſdictionem temporalem, ac ſpiritualem exercebat, ut ex inquiſitione juſſu Bernardi Abbatis facta A. 1273. quæ ita ſe habet, ex ejuſdem Abbatis Regeſto II. p. 59. a t. & ſeqq.

Conſecratio eccleſiæ S. Nicolai facta a Pontifice.

Inquiſitio facta in caſali S. Nicolai de Lupica ſuper juribus, redditibus, & ſervitiis debitis ab ipſa univerſitate, & hominibus ejuſdem univerſitatis monaſterio Caſſinenſi, & officiis, ac membris ejus. In primis inventum eſt, quod univerſi habitatores caſalis predicti de poſſeſſionibus ſuis, & omnes illi, qui in Territorio ejus terras habent, de grano, ordeo, mileo, grano, farro, fabis, & reliquis ſeminibus. vid. de undecim partibus duas partes nomine terratici ex integro Theſaurario Caſſinenſi ſolvere, & reddere tenentur, niſi forte aliqui a preſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores caſalis predicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem de olivis ex integro tertiam partem tantum predicto Theſaurario ſolvere, ac reddere tenentur, & ipſam terciam partem eorum expenſis deferre tenentur ad ſupradictum monaſterium S. Nicolai de Lupica, & ponere in vegetibus ejuſdem, & tunc illis pro qualibet cannata muſti, quam reddunt, dari debet panicellus unus, niſi forte aliqui a preſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores caſalis predicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem, de olivis ex integro ſeptimam partem Theſaurario predicto reddere, ac ſolvere tenentur. Niſi forte aliqui a preſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores caſalis predicti, & omnes habentes terras in territorio ejuſdem, qui ex ſpeciali privilegio repeſiuntur liberi, & immunes, ut ſpirituales filii, & ſubiecti de univerſis ſeminibus, & vino, & oleo, integram decimam partem monaſterio Caſſinenſi ut matrici eccleſiæ reddere, ac ſolvere tenentur;

Atque

Atque in Inquiſitioue in oppido Pontiſcurvi A. 1371. facta juſſu Abbatis Andreæ, quæ in ejus regeſto p. 81. a t. & ſeqq. reperitur, hæc leguntur. *Caſale S. Nicolai de Lupico &c. cum juribus, & pertinentiis ſuis ſpirituulibus, & temporalibus, &c.*

Præpoſiti hujus monaſterii in regeſto Viſitationum, quæ A. 1370. ſunt factæ, mentio eſt p. 9. & 28. a t. Pagus tamen hic differt ab oppido Pici non longe diſſito, de quo agitur lib. IV. capp. 82., & 91. Chronici Caſſinenſis. Plures huic cœnobio donatiunes ſunt factæ, quarum autographa in archivo noſtro aſſervantur, ex iiſque quarumdam dumtaxat initia proferemus, quo tempus, ac principum nomina, ſub quibus factæ ſunt, conſtent. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Trigeſimo ſecundo anno principatus domni Puldolfi, & quinto anno principatus domni Landolfi ejus filius glorioſi principibus menſe Novembris, quinta inditione. Idcoque nos ſumus Johannes, & Petrus germanis fratribus filiis qud. & generi quod. Saſſi, qui ſumus habitatoris in Actu Ponticurbu in caſtello, qui nominatur P I K A &c. Per hanc videlicet cartam judicamus, atque offerimus in eccleſia, & monaſterio S. Nicolai quod ſitus eſſe bidetur infra finibus Comitatu Ponticurbio in pede de mons S. Leucii, unde, deo auxiliante domnus Riſherius benerabilis Abbas de Mons, qui dicitur Caſino, praeſt, & in eadem pradictu eccleſia, & monaſterio S. Nicolay rectorem ud regendum id commiſſum eſt pro ſupraſcripto domno Abbas Benedictus Monachus . . . . hoc eſt una pecia de terru noſtra cum binea poſita & ulia pecia de terra vacuu &c., & tibi Pandolfus diaconus, & notarius ſcribere rogabimus in Actu Ponticurbi in ſupruſcripto caſtello de Pika. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti duodecimo anno principatus domini Landolfi glorioſi principi menſe Junius, undecima indiccione. Ideoque nos bi ſumus Johannes filius quod. Landoni, qui ſum natibus de territorio S. Benedicti, & modo ſum commorante in Actu civitati Pontecurbo, loco caſtello, quod vocutur Picu, & Maria, qua ſum dei nutu uxor eidem Johanna, divina inſpiracione compulſus &c. per hanc quoque cartum offerimus nos pariter in eccleſia S. Nicolai que eſt monaſterio ſubiectum cœnobium Sanctiſſimi Benedicti ex Caſtro Caſino, ſita jam dictu eccleſia, & Monaſterio infra fines ſupruſcriptu civitati Pontecurbo in pede de mons, qui vocatur S. Leucii ad ipſe Corbarie, unde nunc rector eſt domnus Guidone &c. hoc eſt omnibus terris, & bineis, & caſis noſtris mobiles, vel immobiles, quantumcumque viſi ſumus habere in pradicto caſtro Pica, & quod in antea conquirere potuerimus cunctis diebus vita noſtra ad poſſeſſionem ejuſdem monaſterii, & ud ejus rectoribus, atque cuſtodibus, & te Petrus presbyter, & notarius ſcribere rogubimus in Actu ſupruſcripta cibitate Pontecurbu. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti tercio anno principatus domni Riccardi, & tercio anno principatus domni Jordani ejus filius glorioſi principibus menſe Junius duodecima indiccione. Idcoque ego Landolfus presbyter, qui ſum natibus de civitate Pontecurbo, & modo ſum habitator in caſtello, quod vocatur Piku, & filii quod. Maraldi Beuufrani, divina inſpiratione compulſus pro mercede, & ſalvacione animu mea &c. Per hanc videlicet cartam offero, & concedo in monaſterio S. Benedicti, quod eſt dedicatus in mons, qui vocutur Caſinu, & in cella ejus, qua eſt in actu pradicti comitatus Pontecurbo in eccleſia almifici Nicolai in ipſu Caſtellone qua dicitur S. Maria in pede de monte S. Leucii, hoc eſt tota, & inclita omnia mea pars, qua mihi legibus, ex herediate paterna, vel materna ſupſtancia pradicto actu ideſt pars eccleſiu S. Martini . . . . in ipſe paſtina ſupru pradicta civitas cum omnia ſua pertinencia & terris, vineis, & caſis &c. eu racione, quatenus amodo, & ſemper jam dicto monaſterio & ejus Rectoribus firmiter habeant & poſſideant &c., & Te Johanes presbyter, & notarius ſcribere rogavi Actu Pontecurbu in ſupraſcripto Caſtello de Pika. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Ab incarnacione ejuſdem domini noſtri anno milleſimo ſexageſimo quinto, & octabo anno principutus domni Richardi, & domni Jordani ejus filii glorioſis principibus menſe Februarius quarta indiccione. Ideoque ego Benedictus monachus, & propoſitus de eccleſia S. Nicolai dedicata quu eſt in ipſu Caſtellu vetere, qua anteu vocabatur caſtello de S. Maria ad ipſe Corbare qua eſt in pede de mons qui vocatur S. Leucii infra finis Comitatus Pontecurbu in qua nunc domno Deſiderio benerabilis Abbas pruest, ſicus mihi aptum & congruum eſt, & ſpontanea mea voluntas cum licere & abſolucione ſupraſcripti domni Deſiderii Abbati meo, in cujus almitutis me ſubjacere video, & una mecum habendo per Abocutorem Johanne generum Amati presbyteri hubitator de caſtello de Pika per conveniencia ordinem ſicut edictus gentis Langobardorum continet ante preſencia Guidi judici, & aliorum bonorum hominum in commutacionem dedit, & tradidi tibi domne Johanne Scinte Comes filii quod. bona memoria domni Landolfi Comiti de civitate Pontecurbu, hoc eſt duo petiole de terris pradicte eccleſie noſtra, qua ſunt cum vinea poſite &c. & pro ſupraſcripta mea commutacione manifeſtus ſum ego qui ſupra Benedictus monachus, & propoſitus, quia pro remelioracione ſupruſcripte noſtra eccleſiu ad invicem recepi a te qui ſupru domne Johanne Comes dua pecia de terris tuis, que habuiſti ab ipſe noſtru eccleſia per finis & menſuris, quomodo cartu mea continet, & quem tu ſcribere juſſiſti, & roborata a ſupraſcripto Judice, ante cujus preſentia hac conveniencia fecimus, &c. & tibi Johannes presbyter, & notarius ſcribere rogavi. Actu Pontecurbu in SS. caſtello de Piku.*

Deſcribit ibidem Leo donationem monaſterii S. Euſtachii in hæc verba: *Adelferius quoque Comes de Beneventano principatu fecit beato Benedicto cartam oblationis de monaſterio S. Euſtaſii, quod nuncupatur de Pantaſia conſtructum prope caſtellum S. Juliani, cum quatuor eccleſiis ſibi ſubjectis, & cum univerſis rebus, ac pertinentiis ipſius.* Adelferii donatio ita ſe habet. *In nomine domini. Anno triceſimo octavo principatus domni Puldolfi glorioſi principi, & duodecimo anno principatus domni Landolfi filio ejus, menſe Auguſti ſecundu indictionis. Ego Adelferi, qui fuit Comes, quam & ego, mulier nomine Adeleida Comitiſſa genitrice eidem Adelferi Comitis, quamquam & ego mulier nomine Adeltrudu Comitiſſa, qua ſum ſociatu in conjugio predicti Adelferi Comitis, declaramus nos habere unum monaſterium vocabulum S. Euſtaſii, qui eſt conſtructum in proprio territorio noſtro, propinquo ipſo caſtello noſtro, qui dicitur S. Julinno. Nunc autem congruum eſt nobis offerre illum pro animu noſtra, & pro animu da genitore noſtro in cœnobio S. Benedicti, qui ſitum*

S. Euſtachii.

Ex originali in Archivo.

Donatio monaſterii S. Euſtachii.

eſſe

Digitized by Google

eſſe dinoſcitur caſtro Caſino, ubi nunc deo auxiliante Domno Ericherius Abbas praeſſe videtur, cum celle, & caſe, quod videtur eſſe juxta eadem eccleſiam cum clauſtra, & edificia ſua, cum vinea, & territorie, & cum omni ſubſtancia, & cum omnes beſtis, & habere prædicti monaſterii, & cum omni ornatu, & ordine ipſius monaſterii, & regimen cum omnia, & in omnibus quantum, quantoque retinet ipſo prædicto monaſterio a quacumque parte, & dominant rectores prædicti monaſterii cum omni pertinencia ſua, & cum ipſa cella vocabulum S. Felici, qui olim vocabatur vocabulum SS. Philippi, & Jacobi propinquo prædicte noſtro caſtello S. Juliano juxta viam Larinenſe, & ipſa cella vocabulum S. Benedicti qua constructa eſt in loco, ubi dicitur caſale proximo ipſo caſtello, qui nominatur ipſo binifero, & ipſa cella, qua nominatur S. Paulo, qui edificata eſt in proprio territorio noſtro juxta ipſa Tona, & cum ipſa eccleſia noſtra deſtructa vocabulum S. Helena, que eſt propinquo prædicta cella S. Pauli, hac prædicta cella ſubdita prædicti monaſteriis S. Euſtaſis cum rebus ſuis, atque cum omni ſubſtancia ſua quomodocumque, aut qualitercumque pertinet ad ipſe jam dicte celle, qualiter earum pertinent. eſſe videtur a quacumque parte qualiter dominaverunt rectores prædicti monaſterii S. Euſtaſii cum caſe, quod habet intus prædicto noſtro caſtello de ipſo benifero, & in caſtello S. Juliani, tam intus, quam foris rebus, quod habet in finibus de prædicta caſtella prædicti monaſterii S. Euſtaſii, aut ubicumque infra tota pertinencia, & dominio terra noſtra habet, & dominaciones, qua habet de ipſis liberis hominibus, qui ſunt infra terra, & pertinencia noſtra. Quappr. ego qui ſum Adelferi Comes, quamquam & nos præfata mulieres Adeleita, & Adeltruda, una cum conſenſu, et voluntate de ex prædicto Mundoalt noſtrum, quam & conſencientibus nobis parentibus noſtris per hoc quoque videlicet ſcriptum ante preſentiam Mannoni judici, et de alus bonis hominibus fidelibus noſtris, juxta lege pro anima noſtra, et pro anima genitoris noſtri, et viri mei prædicta Adeleita Comitiſſa offerimus in præphato cœnobio, qui ſitum eſſe dinoſcitur caſtro Caſino, ipſo jam dicto noſtro monaſterio vocabulum S. Euſtaſii cum celle, et caſe, juxta eccleſiam cum clauſtra, et omni edificia ſua, cum vinea, et territorie ſue, atque omni pertinencia ſua, atque cum omni ſubſtancia ſua, et cum omni ornatu, et ordine prædicti monaſterii, et omni regimen ſuum, et cum omnes beſtias, et ſubſtancias eidem monaſterii, et cum omnes res quomodo tenunt, & dominant rectoribus prædicti monaſteris a quacumque parte, quomodocumque, qualitercumque, & cum omnia, qua prædicto noſtro monaſterio, & ſuis rectoribus tenunt, & dominant ab intus, & foris prædicta noſtra caſtella, & omnia, & in omnibus, quod prædicto noſtro monaſterio vocabulum S. Euſtaſii, & ſuis rectoribus tenunt infra tota pertinencia noſtra terra, & quodcumque habet ubicumque cum jamdictis hominibus prædicti monaſteris, & cum ipſe jam dicte celle ſubdite prædicti noſtri monaſterii vocabulum S. Euſtaſii cum ordine, & regimen ſuum, atque cum omnes res, & pertinencia earum undecumque, aut qualitercumque retinent, & dominant prædicto monaſterio noſtro vocabulum S. Euſtaſii, & ſuis rectoribus omnia in omnibus offerimus in præfato cœnobio vocabulum S. Benedicti, qui ſitum eſſe videtur caſtro Caſino pro redempcione animarum noſtrarum, & pro rede[illegible] anima genitori, & viri mei prædicta Ad[illegible] de ex prædicta noſtra offercione, nec [illegible] Comiti, & Adeleita, & Adeltruda [illegible], neque heredibus noſtris, neque ulli hom[illegible] null[illegible] exinde reſervavimus porcionem requirendi, ſed hac omnia ſuperius ſcripta tradimus, & offer[illegible] in prædicto cœnobio S. Benedicti, cum viis, & anditis ſuis & cum omni pertinencia, cum ſcripcionibus, & offercionibus, eccleſiis, & monaſteriis ea racione, ut amodo, & ſemper hac offercio in prædicto monaſterio firma permaneat, quod ſi nos de prædicta offercione cauſare, contendere, & retornare, aut diminuere queſierimus, obligamus nos, noſtroſque heredes componere monaſterio Caſſinenſi mille libras ex auri puriſſimi & hac offercio primum robur optineat. Si quis hanc noſtram offercionem violare præſumpſerit ſit excommunicatus a ſanguine domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſit cum Juda traditore, & in inferno inferiori crucientur, & cum Dathan & Abiron deſcendant in infernum viventes, & cum Arrio heretico incendatur. Et hanc cartulam offercionis ſcripſi ego Johannes notarius rogatus a ſupraſcripto Adelferi Comite, & a ſupraſcripte comitiſſe præfate Adeleita, & Adeltruda S. in præd. monaſterio S. Euſtaſio feliciter.

✠ Ego Magno judice. ✠ Ego Adelferius Comes.
✠ Ego Raffrit Comes. ✠ Ego Medelfrit Comes.

Pluribus cœnobium iſtud oneribus exemit Adenulfus A. 1266., ut hoc inſtrumento conſtat. In nomine domini anno dominica incarnationis 1266. regnante domino noſtro Karolo Dei gratia mag. rege Sicilia &c. regni ejus anno primo, menſe ſeptembris, indictione nona. Qui omnes homines ante tribunal eterni judicis de his qua comiſerunt, & geſſerunt reddituri ſunt integram rationem recepturi de commiſſis, ſive bonum, ſive malum. Ideoque nos Adenulfus de ſtipite, domna Thomaſia uxor ejus Floreſia filia ipſorum, & Rogerius frater ejus in preſencia judicis Baſannigotti, & notarii Bartholomei de Toro, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum pro redemptione anima noſtra, parentum, & heredum noſtrorum, & ut meritis, & patrociniis pretioſorum videlicet Martiris Euſtaſii, & Benedicti confeſſoris in eorum judicio non dampnemus, bona noſtra, & gratuita voluntate damus, concedimus, tradimus, renuntiamus, quietamus, & tacitum dimittimus in perpetuum, omne jus, omnem partem, omne redditum, omne ſervitium tam perſonale, quam reale, & omnem conditionem quamcumque, & quacumque nos, vel anteceſſores noſtri receperunt, exegerunt, & habuerunt per ſe, vel per alios, de jure, vel de facto de hominibus, & aliquibus caſal. S. Crucis, & ab eadem eccleſia, & caſal. & pertinentiis eorundem tibi dopno Sebaſtiano monacho, & procuratore monaſterii S. Euſtaſii de Pantaſia ſubditi, & anneſſi monaſterio Caſſinenſi tibi pro parte, & vice ejuſdem monaſteris ad utendum, tenendum, & fruendum ipſum caſal. & eccleſiam cum omnibus juribus, rationibus, redditibus, ſervitiis perſonalibus, & realibus quibuſcumque, & undecumque nobis, et noſtris heredibus de jure, et de facto, et conſuetudine pertinentibus, et faciendum omnia, qua parti ejuſdem monaſterii placuerit, ſine noſtra, et heredum noſtrorum moleſtia, et contradictione, unde obligamus, nos, et heredes noſtros tibi pro parte, et nomine ejuſ-

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

ejuſdem monaſterii contra iſtam noſtram donationem, traditionem, conceſſionem, renuntiationem, et quietationem tempore aliquo non venire, quod ſi nos et haredes noſtri contra hujuſmodi donationem, traditionem, conceſſionem, renuntiationem venire temptaverimus, vel aliquod de dicto Caſali moleſtaverimus, vel offenderimus, vel hujuſmodi cartam, in qualibet parte refuſare, retornare, ſeu removere temptaverimus, et omnia qua pralegantur nomine pœna tibi pro parte ejuſdem monaſterii viginti libras auri puri tibi pro parte ipſius monaſterii nos, et noſtros heredes componere obligamus. Hac carta nihilominus de his, qua continet, firma, et ſtabilis permaneat ſemper, praterea damus, et concedimus tibi pro parte ejuſdem Monaſterii liberam facultatem, ut animalia ejuſdem monaſterii, hominum, caſalis, et eccleſia S. Crucis ejuſdem monaſterii paſcant libere, et paſcua recipiant, et omnis pradictorum monaſterii, eccleſia, et Caſalis vadant, et redeant, et habilitates recipiant de omnibus terris noſtris, et ſpecialiter de territorio Civitella homines caſalis pradicti, et animalia eorum, obligantes nos, et heredes noſtros pradictam donationem, et conceſſionem de paſcendis animalibus in terris pradictis ſine fida in perpetuum tibi pro parte ejuſdem monaſterii, et hominum caſalis pradicti inviolabiliter obſervare ſub pœna pradicta, et de hiis omnibus adimplendis, qua perleguntur fidejuxores nos, et heredes noſtros poſuimus per continentiam, unde ſi neceſſo fuerit ad pignorandum obligamus nos, et noſtros heredes tibi pro parte dicti monaſterii et Prepoſitis, qui pro tempore erunt ibidem, vel cui hac carta pro parte dicti Monaſterii de rebus noſtris, et haredum noſtrorum pignorari licitis, et inlicitis uſque ad legem, q. ego notarius Bartholomeus de mandato pradictorum dominorum, et dominarum, et judice Baſaningott. qui pradictis omnibus interfui, et meo conſueto ſigno ſignavi Actum in caſtro Monachi Leonis feliciter. (Locus Signi ✠ Notarii) Ego Adenolfus de Stipite ſignum crucis feci. ✠ Ego domna Thomaſia uxor Adenulfi ſignum crucis feci. ✠ Ego Floreſia filia Adenulfi de Stipite ſignum crucis feci. ✠ Ego Rogerius de Stipite ſignum crucis feci. ✠ Ego Judex Baſaningottus ſignum crucis feci. ✠ Ego Robbertus filius Manerii Miles ſignum feci ✠ Ego Johannes de Leone miles ſignum crucis feci. ✠ Ego Robbertus Archipresbyter beniſri ſignum feci. ✠ Ego Robertus miles ſignum crucis feci. Per plura Sęcula Caſſinates cœnobium iſtud gubernarunt, ut pluribus monumentis conſtat, quæ inter recenſendum eſt Angeli epiſcopi Caſſinatis diploma, quo Fratrem Jacobum de Peſculis præpoſitum hujus monaſterii creat, ut ex ejus regeſto p. 35., atque illud Petri de Tartaris in ejus primo regeſto p. 174. quod ſic incipit: *Fr. Petrus etc. Dilecto in Chriſto filio noſtro Fratri Nicolao de Morreno noſtro Monacho Caſſinenſi,. prepoſitoque noſtrarum eccleſiarum S. Heuſtaſii de Ficarola, et S. Maria de Caſali plano noſtro monaſterio dependentium ſalutem in domino etc. Cum itaque dicta eccleſia S. Heuſtaſii de Ficarola, et S. Maria de Caſali plano nobis, et Caſſinenſi Monaſterio immediate ſubiecta ſolita per Caſſinenſem Monachum gubernari ex eo vacet ad preſens quas Frater Chriſtophorus de S. Germano Monachus Caſſinenſis dictarum eccleſiarum propoſitus canonice poſſidebat, nuper ex certa noſtra ſcientia pracedentibus demeritis dicti Fratris Chriſtophori ipſum ad clauſtrum revocavimus etc. Nos vero volentes tibi pramiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, propoſitum dictarum eccleſiarum S. Heuſtachi de Ficarola, et S. Maria de Caſali plano cum omnibus, et ſingulis juribus, et pertinentiis ſuis tibi conferimus, et de illis etiam providemus, facientes te Propoſitum dictarum eccleſiarum uſque ad noſtrum beneplacitum, et mandatum, inveſtientes te in noſtri preſentia conſtitutum per pacis oſculum de eiſdem. Quo circa dilectis in Chriſto venerabili in Chriſto Patri Fratri Nicolao Abbati monaſterii S. Maria de Ssata, et honeſto viro Archipresbytero S. Maria de Morrono, etc. beneficia, et Cappellas ſibi ſubiectas vacantia, vel vacatura conferendi, de quibus tantummodo poteſtatem reſervantes, ſubtrahimus tenore preſentium facultatem &c. Data in noſtro Sac. monaſterio Caſſinenſi die octava menſis Januarii quarta indictionis 1381. Pontificatus SS. in Chriſto patris, et D. noſtri D. Urbani divina providentia Papa VI. anno III.*

Anno 1433. poſſeſſionem hujuſce Prępoſiturę, ut pote Procurator Pyrrhi Thomacelli Abbatis Caſſinenſis iniit F. Philippus Monachus Caſſinenſis, ut inſtrumento conſtat die 10. Julii ejus anni facto a Donato Bartholomæi Antonii a Venifro, quod oppidum eſt provinciæ Capitanatæ. V. Lubin p. 178. Hanc poſtmodum Præpoſituram clericis ſæcularibus Abbates Caſſinenſes tradidere cum onere ſolvendi in recognitione ſupremi dominii canonem. Illum hactenus diligentiſſime more ſuo perſolvit Cardinalis Galeatius Mareſcottus, qui præpoſituram hanc, atque illas S. Angeli Trojæ, & S. Benedicti in Aſculo, de quibus infra; poſſidet imo ut id quoque perſpectum eſſet poſteris, in inſtrumento locationis D. Salvatoris del Jacono a Troja factæ die 17. Decembris recenſendum juſſit penes acta D. Vincentii Stafferini ab Urſanea notarii apoſtolici. Cum haſce præpoſituras fiduciario jure poſſideret Januarius de Regina filius Comitis Macchiæ, atque cenſum annuum perſolvere renueret, expeditæ fuere ab eccleſiaſticis Romanis magiſtratibus literæ, quibus Caſſinatium jus aſſerebatur, ſolutaque proinde ſunt a Comitiſſa Macchiæ Carrafa pro tranſactis jam cenſibus ducatos centum duodecim, & ſeſqui, ut ex ſumma ſub ejuſdem Comitiſſæ nomine in *Banco* Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapolis die 24. Settembris 1599. Vocatur hoc cœnobium S. Euſtachii Pantaſiæ ſeu Ficarolæ, ſitumque eſt in oppido S. Juliani diœceſis Larinenſis. In inquiſitione juſſu Caroli Principis Salerni, & Honoris S. Angeli, atque vicarii generalis Caroli I. Andegavenſis patris ſui facta circa bona, quæ in ſerra Capriola eccleſiæ, & Rugerius Celani dux poſſiderent, hæc inter alia jurati teſtes depouu: *Abbas monaſterii montis Caſini hodie tenet, et poſſidet in ſerra Capriola tenimentum unum terrarum Burgenſaticarum in Flumar. Fortori, quod tenimentum eſt de una parte ad aliam tam per latus, quam per longum miliar duo.* Apographum authenticum hujuſce inquiſitionis juſſu Regis extractum anno 1456. a regio archivi cuſtode Bernardo de Raymo extat in archivo noſtro.

De cœnobio S. Benedicti apud Idruntum agit Leo noſter cap. 73. hiſce verbis: *Corbo quidam Apprutienſis obtulit Monaſterio B. Benedicti, quod ſitum eſt in eodem Comitatu juxta fluvium Trontu, et* S. Benedicti apud fluvii Trentum.

huic cœnobio ſubjacet, totam portionem ſuam de caſtello, quod dicitur Fanum, & de monte Domnelli cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis earundem portionum ſuarum, quod ſunt modia terrarum tria milia. Hanc Corbi donationem dabimus in Diſſertatione I. Vid. Lubin p. 18. ubi tamen fallitur, cum monaſterium iſtud Caſſinatibus a Corbo datum ſcribit.

S. Marini. Plures a Marino Trajectenſi Comite factas cœnobio noſtro donationes refert Leo cap. 98. quas inter recenſet monaſterium S. Marini hiſce verbis: *Nec non & monaſterium S. Marini quod in pertinentia ejuſdem Fractenſis oppidi ſitum eſt, cum univerſis omnino ſubſtantiis, ac pertinentiis ejus*. Marini Comitis donationem referemus in Diſſertatione I., eamque refert etiam Mabillonius in append. Annal. To. IV. p. 747. Plures huic monaſterio etiam antequam Caſſinatibus cederet, donationes ſunt factæ, ex quibus duas hic tantum edere operæ pretium duximus: *In nomine domini dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, temporibus domni Marini, & domni Hederado, & domni Pandolfu, & domni Dauferi domini gratia fratribus nepotibus, & Comitibus, menſe Novembris indiccione tercia Trajectu. Ideoque nos Dauferius gratia dei Comes ſupradicta civitatis Dibina inſpiracione compuſſus ſum de Dei omnipotentis miſericordia ſeu pro mercede, ac redencionis anima Comitis Landoni noſtri genitoris, & pro anima Berardi germani fratris noſtri, & pro anima genitricis mea, & pro anima mea unde requiem inbenire balcamus aput altiſſimum dominum de noſtra conpunta peccata de preterita, & de preſencia, quam & de futura. Conſtat me hab hodierna die, & omne phuturum tempus dodamus, donamus, tradidimus, atque offerimus in pradicto monaſterio limina bocabulo S. Marini, & vobis quoque Giczus Abbas de pradicto monaſterio & . . . . Congregacionis, quam at veſtris poſteris ſucceſſoribus ideſt donabimus, & offerimus in ipſo monaſterio hoc modia biginti poſita in pradicto loco ſilba Saba cum has finis ex omni parto, & has menſuris, & paſſus publ. coherens primo latere &c. Ego Sicardo diaconus, & notarius in ſupraſcripta civitate, & caſtri hujus complebi, & roborabi in menſe, & indiccione ſupraſcripta tercia*.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quadrageſimo quarto anno comitatus domni Marini, & ſeptimo anno comitatus domni Dauferi, & domni Landoni dei gracia Cio, & nepotibus atque comitibus menſe madio tercia indiccione Trijectu. Ideoque nos Fuſco filius cujuſdam Leoni diaconi bone memoria, & Maria ambobus jugalibus habitatoribus de caſtro Fracta. Conſtat nos ab hodierna die, & in omne futurum tempus &c. tradimus, atque tranſcribere facimus tibi B. Marine & eccleſia tua ſancta, qua ſita eſſe videtur in loco Coriano, in qua videtur eſſe rector Gizzo venerabilis Abbas bendidimus tibi octo modia de terra, & unum modium quod ibi offerſimus pro anima noſtra, qua ſunt poſita in ſupraſcripto loco Coriano &c. Ego Benignus presbyter, & notarius ſupraſcripta civitatis, aſtante, & morante per unum diem in ſupraſcripta eccleſia hanc cartulam complebi, & abſolbi in menſe, & indiccione ſupraſcripta tercia. Hujuſce cœnobii mentio eſt in regeſto II. Bernardi Abbatis p. 129. a t. & in regeſto Andreæ Abbatis p. 96. a t. ubi eccleſiæ omnes, quæ in oppido Fractarum monaſterio noſtro ſubjectæ eſſent, recenſentur hiſce verbis: *Eccleſia pertinentes monaſterio Caſſinenſi exiſtentes in caſtro Fractarum, ejuſque territoriis, in primis videlicet monaſterium S. Marini, eccleſia S. Petri in Caſali, eccleſia S. Thoma in Caſali, medietas S. Eſdra ad capud Maci, medietas S. Maria de Gurgalonga*: (Summa nunc veneratione hæc eccleſia a fidelibus colitur, ac plures quotidie miſſæ a capellanis quibuſdam celebrantur, qui feſtis etiam aliquibus diebus ſolemnem miſſam atque divinum officium decantant. Extat quoque in ea eccleſia hoſpitium pro expoſitis, quæ magno numero ibi, ſummaque pietate aluntur. *Medietas S. Maria de Patritiis. Item eccleſia S. Angeli de Fractis debet reddere, & praſtare monaſterio Caſſinenſi omni anno in feſto Reſurrectionis domini noſtri panes quatuor, & in feſto Nativitatis ejuſdem tantundem. Item eccleſia S. Maria de Caſtello, eccleſia omnium Sanctorum, eccleſia S. Thoma, eccleſia S. Maria de Caſali debent reddere, & praſtare monaſterio Caſſinenſi integram medietatem omnium oblationum provenientium eiſdem eccleſiis, in feſtivitatibus ſcilicet nativitatis domini, & Reſurrectionis ejuſdem, & ſimiliter eccleſia S. Petri de Caſali*. A. 1455., cum Præpoſitus hujuſce cœnobii F. Remigius a Cajeta plurimum a clerico Trajectenſi Andrea Caruſo vexaretur, Nicolai V. pontificis opem imploravit, cujus juſſu cum hujuſce rei examen Antonio Litterenſi epiſcopo fuiſſet demandatum, pluribus peractis, citatis, auditiſque ſæpe partibus, hæc ab eo ſententia lata eſt: *Eundem Andream excommunicatum denunciamus, & declaramus eſſe, & fore decernentes, &c. Datum in S. Germano in domibus noſtra ſolita reſidentia ſub appenſione noſtri rotundi ſigilli, quo in talibus utimur, ſub anno domini milleſimo quatricenteſimo quinquageſimo ſecundo, pontificatus vero domini noſtri papa pradicti anno quinto. Et ego Antonius Toppetta de S. Germano publicus abbatiali, & imperiali autoritate notarius, ex regia authoritate mihi conceſſa poſſendi dictum officium notariatus uti per totum regnum Sicilia citra Farum pradictis omnibus pro actorum magiſtro dicti domini epiſcopi, & commiſſarii, nam interfuimus, &c.* Hæc vero ex bulla Nicolai V. verba ſunt adnotanda: *Conqueſtus eſt nobis Remigius Propoſitus monaſterii S. Marini Gajetam per Propoſitum ſoliti gubernari ordinis S. Benedicti &c.* Data hæc bulla eſt *A. 1451. III. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno V*. Vid. Lubin p. 148.

Eccleſia S. Mariæ Fractarũ vulgo del Piano.

Cœnobium S. Nicolai Ciconiæ, quod uno, & ſexſqui lapide a monaſterio Caſſinenſi diſtat in Valle a qua cognomentum ſumſit, primum nominatum reperi in bulla Victoris II. A. 1057. data, ubi hæc leguntur: *Cella Albaneta, Ciconia &c.* Incoluere hoc cœnobium SS. Guinizzo, & Januarius ejus diſcipulus, ut refert Victor III. lib. I. Dialogorum cap. 20., & ſeqq. atque Petrus Diaconus in fine eorum Vitæ hæc habet: *Sepultus vero eſt* (S. Guinizzo) *in eccleſia S. confeſſoris Chriſti Nicolai in loculo plumbeo ad dexteram partem altaris in loco, qui dicitur Cyconia, in quo & S. Januarius diſcipulus ejus defunctus una cum Magiſtro ſuo poſitus eſt, ad quorum Chriſtus merita declaranda mira in diem uſque hodiernum patrare non ceſſat*.

S. Nicolai de Ciconia.

Hu-

Hujuſce cœnobii ſpecialis mentio eſt in bulla Lucii III. data XVIII. Kalendas Januarii 1184. pro Abbate, & Monachis cœnobii S. Matthæi ſervorum Dei, quam ſequenti ſæculo edemus in deſcriptione ejuſdem cœnobii. In ea vero hæc ad rem noſtram leguntur: *Juſtitiam panis, & vini quam de veteri conceſſione haſtenus obſervata diebus ſingulis a Caſſinenſi monaſterio, & eam, quam ab eccleſia S. Mariæ de Albaneta, & S. Nicolai de Ciconia recipitis &c.* Eadem verba extant in bulla Clementis III. data III. Kal. Junii A. 1189., & in privilegio Roffri di Abbatis Caſſinenſis dato Kal. Decembris A. 1188. pro cœnobio S. Matthæi, quæ monumenta in hujuſce cœnobii deſcriptione dabimus.

In dotatione xenodochii extra portam Rapidi apud S. Germanum facta a Bernardo Abbate, & Monachis Caſſinatibus A. 1273. hæc ad rem noſtram leguntur: *Ceterum Veſtiarium, Infirmarium, Cellarium, Camerarium eccleſiæ S. Benedicti de Ceſamo, S. Petri, & S. Pauli de Foreſta, S. Mariæ de Albaneta, S. Angeli de Valleluce, S. Benedicti de Clia, S. Nicolai de Ciconia cum pertinentiis ſuis de omnibus ſupraſcriptis, de quibus nos prædictus Abbas decimam, vel duodecimam ſolvere tenemur, integram duodecimam dare, ac ſolvere teneantur &c.* In Inquiſitione etiam juſſu Bernardi facta in oppidis Pediſmontis, & villæ, quæ in ejus regeſto II. p. 82., & ſequentibus extat, hæc leguntur: *Territoriis tamen monaſterii S. Angeli de Tortunola, & monaſterii S. Nicolai de Ciconia dumtaxat exceptis, de quibus terraticum eiſdem monaſteriis ex antiquata conſuetudine, & lege debetur.* Hujus quoque cœnobii mentio eſt in eodem regeſto p. 128. a t. & p. 130. a t. & in regeſto Andreæ Abbatis p. 93. & ſeqq. deſcribuntur hujus cœnobii bona, quorum pars aliqua recenſetur in tertio regeſto Johannis Aragonii p. 114., & ſeqq. Cœnobium iſtud ad tempora uſque Urbani VI. perduraſſe conjicimus ex membrana, quæ in capſula, ubi corpora SS. Guinizonis, & Janoarii extabant, poſita, hæc verba referebat. *Reliquiæ SS. Guinizonis, & Januarii a S. Nicolao de Ciconia ad monaſterium Caſſinenſe translata tempore Urbani Sexti:* Ut juramento teſtatur D. Antonius a Neapoli archiviſta Caſſinenſis, qui bis diverſis temporibus hæc verba legerat. Hoc deinde cœnobium officio decanatus unitum eſſe voluit Thomas Abbas, ut alibi dicemus.

S. Mariæ in Caleno. Donationem monaſterii S. Mariæ in Caleno hiſce verbis refert Leo lib. III. cap. 13. *Melfiam Apuliæ Urbem perrexit:* (ſcilicet Nicolaus ſecundus) *ubi tunc idem Apoſtolicus Concilium celebrare diſpoſuerat, in qua etiam Synodo dum Richardus Capuanus princeps cum aliis quampluribus interfuiſſet, a ſupradicto papa Nicolao ammonitus præceptum fecit beato Benedicto de monaſterio ſanctæ Mariæ in Calena cum pertinentiis ſuis.* Donationem Richardi A. 1059. referemus in Diſſert. I. Die 20. Januarii A. 1441. vacante Abbatia Caſſinenſi, Prior, atque Monachi Caſſinates, ut cœnobia omnia, eccleſias &c. ſibi ſubjectas viſitarent, diplomate ſuo, quod in regeſto Conventus p. 13., & ſeqq. extat, onus impoſuere Marino a Pruſſia & Johanni Baptiſtæ Ariminenſi monachis Caſſinatibus. In eo vero diplomate inter alias eccleſias recenſetur eccleſia S. Mariæ de Calena de

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Beſti, ſeu Reſti, quæ urbs eſt in provincia Capitanatæ.

S. Benedicti apud Salernum. Monaſterii S. Benedicti apud Salernum meminit Leo Oſtienſis libro II. cap. 69. de Baſilio Abbate agens hiſce verbis: *Interea apud Salernum defuncto Præpoſito monaſterii S. Benedicti huic Caſſinenſi cœnobio ſubditi Guaimarius eundem Baſilium accerſiri fecit, ipſamque illi cellam noſtram regendam commiſit:* Et lib. 3. cap. 8. habet: *Non multo poſt igitur a Giſulfo principe Alphanus expoſtulatus, primo apud Salernum in monaſterio S. Benedicti Abbas effectus, dehinc ejuſdem civitatis archiepiſcopatum indeptus eſt.* Et lib. 3. cap. 14. clarius de hoc cœnobio agit Leo cum ait: *Tunc temporis Giſulfus Salernitanus princeps Deſiderio ſuper hoc conquerenti reddidit huic Sancto loco cellam S. Benedicti de Salerno, quam a jure noſtri cœnobii Salernitanorum externa violentia ſubtraxerat. Sed cum exinde ſubducto Abbate, Præpoſitum ibi juxta morem cellarum noſtrarum conſtituiſſet, Salernitani nimis hoc indigne ferentes eidem principi inſtare cœperunt, ut monaſterium illud ordinatum, ſicut antea fuerat, eſſe permitteret. Coactus itaque princeps illorum rogatu monaſterium S. Laurentii intra civitatem Salernitanam conſtructum ſibi jure hereditario pertinentem in hoc Monaſterio ex integro optulit, nec tamen reſtitutionem, quam antea de ſupradicta Cella fecerat, irritam fecerat.* Pauloque poſt ſubdit: *Tandem igitur* (loquitur de diplomatibus a Romualdo præfati Monaſterii patrono furto ablatis . . . . .) *inter cæteras quattuor numero magna oblationis edicta invenit, quæ videlicet clare ſatis, ac plenitor continebant, qualiter idem monaſterium a principio huic noſtro cœnobio traditum a principibus, ac ſubditum fuerit.* De hoc eodem cœnobio agit Petrus Diaconus cap. 38. lib. 3. hiſce verbis: *Tunc temporis in monaſterio B. patris Benedicti, quod intra Salernitanæ Urbis mœnia conſtructum eſt, et huic Caſſinenſi cœnobio ab ipſo ſuæ conſtructionis exordio ſubditum, ſatis inſigne miraculum contigit, ex ipſius namque monaſterii familia vorax hominum lupus parvulum puerulum clandeſtinus impetiit, rapuit, et abiit, poſtquam transfixa dolore mater inclamans, ait: adjuro te beſtia per Beatum Benedictum, cujus ſervus eſt, ne filium meum ulterius feras, ſed eum ſub omni celeritate dimittas, quo lupus audito hunc quidem, quem ferebat operto protinus ore depoſuit: in alium vero puerum repentinus inſiluit, eumque ſubito deſecans truncum cadaveris ſprevit, præciſumque caput mordicus confixum in ſuas latebras concitus exportavit.* Hoc miracolum iiſdem verbis refert S. Petrus Damiani lib. VI. Epiſtola XXII. ad Abbates, & Monachos ad Damianum nepotem, cum ait: *Nam & tunc aderat cum multa dulcedine recolendus, et religioſæ converſationis honeſtate conſpicuus Petrus Abbas monaſterii, quod B. Benedicti titulo decoratum in Salernitana floret urbe conſtructum, qui mihi narravit, quia vorax hominum lupus parvulum de familia monaſterii ſui puerulum clandeſtinus impetiit etc.* Ex quibos verbis colligas S. Petrum ex Abbate hujus cœnobii epiſcopum Anagninum fuiſſe renunciatum. De hoc inter Sanctos hujus ſæculi actum. Monaſterium iſtud Caſſinatibus confirmant Hugo, & Lotharius Italiæ reges anno 942. Conradus imperator A. 1038., aliique imperatores, & Romani pontifices, quos inter Nicolaus II. A. 1059.

T 2 Amiſſum

Digitized by Google

Amiſſum deinde, neſcio qua de cauſa, cœnobium iſtud Caſſinates iterum recuperarunt A. 1195. ope Henrici VI. imperatoris, utriuſque Siciliæ regis, ut ex ejus diplomate, quod in diſſertatione prima dabimus. Cœnobium iſtud modo Olivetani poſſident. Vid. Lancellott. in Hiſt. Olivetan. cap. 67. pag. 351., & Lubin p. 352., ubi tamen fallitur, cum Angelarium cœnobii hujus A. 993. reſtauratorem cum Angelario Abbate Caſſinenſi confundit, atque Ughellium tamquam aſſerti ſui authorem laudat.

S. Laurentii apud Salernum. Cœnobio S. Laurentii in civitate Salerni quædam Aquæ portio conceſſa eſt, qua viridaria ſua irrigaret hoc diplomate. Ex originali in Archivo. *In nomine domini triceſimo nono anno principatus domni noſtri Giſolfi glorioſi principis, menſe Julius, quintadecima indictione. Clarefacimus nos Truppoaldus, & Maghenolfus Monachus germani filii quond. Truppoaldi, & Truppoaldus, qui Ferrandus vocor, & Grimoaldus qui Doſilo vocor germani, filii cuidam Rodoaldi, & Romoaldus, qui Maraldus vocor, & Ralgardus, qui Dunnandus vocor, & Radulfus germani filii quond. Lupeni, & Grimoaldus, & Ciarus presbyter, & Dauferi, et Alfanus, et Jaquintus germani filii qu. Alfani, et Truppoaldus, et Rigale germani filii Rodoaldi, qui Dunnellus vocabab, et Majo, qui Amatus clamatur filius Radoaldi, et Radoaldus, et Johannes germani filii qu. Petri, qui omnibus ſupraſcriptis pertinentem eſt res in locum, qui dicitur ad capu de bulle, a ſuper canali propinquo hanc Salernitanam civitatem juxta ribus Fattini ex jure parentum noſtrorum. Modo tum benit ad nos domnus Nicodomus domini miſericordia Abbas Monaſterii S.* nota. *Laurentii, quod ſupradictus domnus Giſulfus glorioſus princeps a nobo fundamine conſtruxit in plagis de monte dintus predicta civitate Salerno, et dixit nobis, ut pro firma ſcriptione confirmaremus in ipſo Monaſterio, quatinus liceret ipſum domnus Nicodomus, et ſuis ſucceſſoribus in predicta rebus fodore, et curſus ad aqua facere, et aqua levare, et mittere. Interea nos omnes ſupraſcripti unanimiter pariter conſenſum per hanc cartam pro Chriſti, et Salvatore noſtro miſericordia quam et per ſalbationis anima noſtra obtulimus Deo, et in predicto Monaſterio quatinus ipſe domnus Nicodomus, et ſuis ſucceſſoribus, et pars predicti monaſterii poteſtatem haberent omni tempore in eadem rebus fodere, et curſus ad aqua facere, et aqua levare, et portare ubi voluerit, quantum inde neceſſarium fuerit ad pars eidem monaſterium, et hominibus, que ibi miſerit ad ſecuriter, et firmiter in amodo, et ſemper tu, tuiſque ſucceſſoribus, et pars eidem monaſterio illud habendum, et faciendum omnia quod voluerint abſq; omni contrarietate, vel requiſitione noſtra, vel de noſtris heredibus, aut cuiquam hominibus de qua obligamus nos ſupradicti Truppoaldus, Maghenolfus, Truppoal. Grimoal. Maraldus, Dunnandus, Radolfus, Grimoaldus, Ciarus presbyter, Dauferi, Alfani, Jaquintus, Truppoaldus, Rigale, et noſtris heredibus amodo, et ſemper antiſtandum, et defendendum tibi tuique ſucceſſoribus et at pars ipſius monaſterii predicta noſtra offertione a pars uxoribus noſtris, et da omnibus hominibus, qui pro noſtra parte, vel pro parte uxoribus noſtris vobis inde emiſerit quodcumque cauſatio ſi autem ſicut dictum eſt, taliter illud ad partem ejuſdem monaſterii non defenſaverimus, aut ſi nos, noſtroſque heredes quomodocumque per qualecumque rationem queſierimus illud, vel deinde de poteſtate ipſius monaſterii tollere, aut commutare, aut ſi quodcumque cauſatio inde propoſuerimus ante omnia queſtio, et cauſatio noſtra modis omnibus ſit exinde tacita, et bacua, et componere obligamus nos omnes ſupradicti et noſtris heredibus tibi domni Nicodomi Abbati, et ad tui ſucceſſoribus et ad pars predicti monaſterii quinquaginta auri ſolidi conſtant. et per ſupradicta hordine ſicut dictum eſt illud defenſemus da aliis hominibus non queratis nos inde auctorem habere ſed in omnibus vice noſtra poteſtatem habeatis vos veſtroſque ſucceſſores cum qualem hominem et racionem inde habere potueritis inde cauſare, et exigere, et omnia agere, et fine facere, qualiter vultis, et per vos ipſis ſtatis inde auctores, et defenſores, et taliter uno tinore ſcribere rogavimus te Gadodus Notarius. Actu Salerno. ✠ Ego qui ſupra Truppoaldus. Ego Majo. Ego Ciarus presbyter: Ego qui ſupra Romoaldus. Ego Grimoaldus. Ego Dauferus. Ego Azelgardus.*

Giſulphus II. cœnobii hujus fundator cum patre Guaimario IV. imperavit ab A. 1042. ad 1052., ac deinde ſolus ad 1072. quo anno principatu dejectus eſt a Duce Roberto Guiſcardo. Pluribus deinde annis vixit, ut fuſius oſtendit Peregrinus in Genealogia Principum Langobardorum Salerni, atque A. 1086., & 1087. Principis adhuc Salernitani nomen retinebat, ut ex lib. 3. Chr. Caſſ. capp. 66. & 68. colligitur. In pluribus archivi noſtri monumentis, hujuſce cœnobii fit mentio. Aliqua dumtaxat hic delibabimus, ex quibus quouſque Caſſinatibus ſubditum illud fuerit, conſtabit. *In nomine domini dei eterni, et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab incarnacione ejus milleſimo duceenteſimo quadrageſimo ſecundo, & vigeſimo ſecundo anno imperii domini noſtri Federici glorioſiſſimi Romanorum imperatoris ſemper auguſti, & Sicilie regis . . . . ante me Matthaum judicem, preſentibus Ceſario, qui dicitur Coppola clerico hujus Salernitani archiepiſcopii, & Petrono per ſalm. qui dicitur Romanus, & teſtibus ſubſcriptis ad hac ſpecialiter rogatis, & Rogerius, qui dicitur Viſſidus per quondam Marii. Conjunctus eſt cum Fr. Jobele monacho Caſſinenſi, monacho, ac priore monaſterii S. martyris Laurentii, quod conſtructum eſt intra hanc Salernitanam civitatem de Plano montis, quod cum omnibus rebus ſuis ipſi Caſſinenſi monaſterio pertinet, ac ſubiectum eſt, in quo dominus Stephanus Dei gratia venerabilis, ac religioſus Abbas praeſt, ipſe tamen Prior pro parte ſupraſcripti monaſterii S. Laurentii, & quoniam ipſi Rogerio placuit, ſponte per con. per hoc ſcriptum manifeſtavit, & pertinere dixit ipſi monaſterio S. Laurentii integram terram vacuam laboratoriam cum aliquantis arboribus olivarum, qua eſt foris hanc Salernitanam civitatem a ſuper, & prope viam ſtratam, qua Roccenſis dicitur ſubtus, & prope eccleſiam S. Dimitrii, qua a parte meridie terre cum orto ipſius Monaſterii S. Laurentii conjunctam eſſe dicitur, cum omnibus &c. Qua omnia ego Matthaus publicus Salerni Notarius, qui rogatus interfui ſcripſi, & meo ſigno ſignavi. In nomine domini dei eterni et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus 1336. & viceſimo octavo anno regni domni noſtri Robberti dei gratia Hieruſalem, & Sicilia glorioſiſſimi regis, Ducatus* Ex originali in Archivo.

tus

Digitized by Google

tus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis illuſtriſſimi Comitis die ſeptimo menſis madii, quarta indictionis Salerni, & in locis ſubſcriptis &c. Preſenti ſcripto publice notum facimus, & teſtamur quod eodem die in noſtri preſentia religioſus vir Frater Nicolaus de alto S. Mariæ monachus monaſterii Caſſinenſis. Procurator &c. Conventus Monaſterii ſuprad. &c. legitime conſtitutus extitit, ac etiam ordinatus ad ſubſcripta, & a-hic Fr. Nicolaus præfatus per Rdum. in Chriſto patrem & dominum dominum Fr. Raymundum, dei, & apoſtolicæ ſedis gratia venerabilem Caſſinenſem epiſcopum. Qui Fr. Nicolaus authoritate & poteſtate ei per eundem dominum epiſcopum, nomine ſuo, & ſui Monaſterii & conventum ejuſdem attributa volens ea, quæ ei per eundem dominum epiſcopum, & dictum conventum, ut ſupra mandata extiterant, & commiſſa debita executioni mandare eodem die, & in noſtri preſentia nobiles viros dominum Thomaſium Roggerii militem natum Viri nobilis domini Johannis militis, qui ſimiliter Roggerii dicitur preſentem, & nomine, & vice dicti domini Johannis ejus patris recipientem, & dominum Thomaſium Commote militem natum viri nobilis domini Jacobi militis, qui ſimiliter Commota dictus eſt cives Salernitani preſentem; & pro ſe, & ſuis heredibus recipientem de bonis ſubſcriptis ſtabilibus pertinentibus ad eccleſias S. Laverii, & S. Laurentii Caſſinenſi monaſterio ſupradicto immediate ſubjectas per ipſos dominum Johannem, & dominum Thomaſium ex una parte & dictum dominum epiſcopum pro ſe, & dicto ſuo Monaſterio, & conventu monaſterii prælibati inter eos ad invicem permutatis ſecundum formam, & tenorem Inſtrumentorum ſuper hoc inter eos initorum &c. ex poteſtate, & authoritate prædicta in corporalem poſſeſſionem infraſcriptorum omnium bonorum jurium, & pertinentiarum ipſorum ſuo, & quo ſupra nomine & Monaſterii prælibati poſuit &c. In primis integra terra cum arboribus fructiferis, et arboribus pinearum et de loco Grustule foris Salernum et ab aliis partibus rebus domini Matthæi de Platomone conjuncta eſt. Item integra terra cum arboribus vitatis, et arboribus fructiferis exiſtentes in Vermano foris Salernum, quæ ab una parte rebus heredum q. domini Alexandri et domni Richardi Maczageror. etc. Item integra terra cum vinea, arboribus fructiferis, et arboribus aranciorum etc. de loco Cerogiaro foris Salernum, etc. et ab alia parte rebus heredum dicti quond. Johannis de Porta militis junioris, etc. (Alia deſcribuntur bona) unde ad futuram memoriam etc. factum eſt exinde preſens publicum inſtrumentum per manus mei prædicti notarii Pauli, ſigno meo ſolito ſignatum etc. Eodem anno die 8. Maii idem Notarius inſtrumentum ſtipulavit, quo Frater Nicolaus aliorum quorumdam bonorum poſſeſſionem tribuit iiſdem nobilibus Salernitanis. Sed cum ii pecuniam de qua convenerant ſolvere renuiſſent, a. 1347. ad magnam curiam Vicariæ provocarunt Caſſinates, ut hoc inſtrumento conſtat, ex quo aliqua ad hiſtoriam pertinentia innoteſcunt. In nomine domini Dei eterni, et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo tricenteſima quadrageſimo ſeptimo, et quinto anno regnante domine noſtra Johanne dei gratia Jeruſalem, et Siciliæ glorioſiſſime regina, Ducatus Apuliæ, et Principatus Capuæ, Provinciæ, et Forchalquerii, ac Pedimontis illuſtriſſime Comitiſſe die primo menſis Auguſti quinta decima indiccionis Salerni, præſenti ſcripto publice notificamus, et teſtamur q. nobilis vir dominus Petrus Munutulus de Neapoli miles reginalis Straticotus Salerni, ejuſq; diſtrictus, oſtendit nobis quaſdam litteras excellentis domini domni Bertrandi de Baucio montis Scavioti, et Andriae Comitis, Berra Domini, et regni Siciliæ Magiſtri Juſtitiarii ſigillatas ſigillo dictæ magnæ Curiæ, quo ipſa magna Curia ad preſens utitur eidem Straticoto directas, quas vidimus &c. & erant per omnia continentia ſubſequentis, Bertrandus de Baucio Montis Scavioſi, & Andriæ Comes, Berra dominus, & Reginalis magiſter Juſtitiarius. Nobili viro domno Petro Menutulo de Neapoli militi Reginali Straticoti civitatis Salerni amico ſuo ſalutem & dilectionem ſinceram olim legitime, & peremptorie de mandato noſtro, citatus fuit dominus Johannes de Rogerio de Salerno miles, ut incerto, & peremptorio termino ſibi dato in magna Curia compareret reſponſurus in judicium religioſo viro Fratri Petro de S. Germano monacho, & reparatori eccleſiæ Caſſinenſis, ac propoſito eccleſiarum SS. Laurentii, & Laverii de Salerno dictæ Caſſinenſi eccleſiæ ſubjectarum nomine, & pro parte dictarum eccleſiarum, ac procuratori venerabilis domini domini Guillelmi epiſcopi Caſſinenſis jurium, fructuum, & redditunm officium reparatoris Caſſinenſis procuratorie nomine, & pro parte ipſius &c. ipſum in eadem curia convenire volenti ſuper eo videlicet, quod ſicut pro parte dicti Fratris Petri fuit in curia ipſa expoſitum, olim quondam dominus Raymundus epiſcopus Caſſinenſis, pro ſe, & nomine, & pro parte capituli, & eccleſiæ Caſſinenſis, ac quondam Frater Nicolaus de alto S. Maria, olim Propoſitum dictarum eccleſiarum SS. Laurentii, & Laverii ipſius exponentes, & prædicti domni Guillelmi ipſius præceſſoris conſiderantes dictarum eccleſiarum conditionem velle facero meliorem, dederunt, & tradiderunt domno Tomaſio Cemiti, & dicto domno Joanni de Rogerio militibus de Salerno præſentibus, & recipientibus nonnulla bona, poſſeſſiones, & jura ad eccleſias ipſas legitime pertinentia ſita in locis, & territoriis &c. Salerni, Nuceriæ, & Cavæ, et Caſtro Giſoni Salernitanæ diœceſis, et proinde dicti dominus Johannes, et dominus Thomas per ſollepnem, et legitimam ſtipulationem promiſerunt, et convenerunt dictis epiſcopo, et Propoſito preſentibus prædeceſſoribus exponentis prædicti, et predicti domni Guillelmi epiſcopi, nomine, et pro parte prædictarum eccleſiarum, et ſucceſſorum eorundum legitime ſtipulantibus emere, ſeu emi facere de eorum propria pecunia tanta bona ſtabilia in territoriis infraſcriptis videlicet civitate Neapolis, Averſæ, Capuæ, ſeu Sueſſe, in quibus territoriis dicta eccleſia melius, et commodius gaudere poterint ad electionem, ſeu requiſitionem prædictorum præceſſorum, ſeu ſucceſſorum, vel alterius eorundem valentia annuatim bona ipſa abſque aliquali induſtria, expenſa, ſeu laborerio uncias auri quatraginta, et donec prædicta bona invenerentur emenda per præfatos dominum Thomam, et dominum Joannem, ſeu homines eorum venalia indictis territoriis, ſeu altero eorundem, et merentur per eos, ut eſt dictum prædicti dominus Thomas, dictus dominus Joannes promiſerunt, et convenerunt dictis præceſſoribus, et cuilibet ipſorum, et eorum

ſucceſſoribus, et cuilibet eorum dare, et ſolvere Propoſito dictarum eccleſiarum, nomine, et pro parte earundem eccleſiarum anno quolibet in feſto omnium ſanctorum uncias auri quatraginta, quilibet ſcilicet ipſorum uncias auri viginti ſublato cujuslibet dilationis, et exceptionis obſtaculo obligantes ſe propterea dictus domnus Thomas, et domnus Johannes heredes, et bona eorum omnia ſtabilia, et mobilia, ſeſeque moventia habita, et habenda etc. ac contra non veniendo ſub pœna unciarum auri quingentarum medietate ſcilicet ipſius pœna regia curia, vel alteri curia in qua reclamatio fuerit, ſi ſecus autem fuerit applicanda, et reliqua medietate ejuſdem pœna dictis predeceſſoribus, et ſucceſſoribus eorundem nomine, et pro parte dictarum eccleſiarum, et ipſis eccleſiis; ſi ſecus autem fuerit applicanda &c. Nos, et judices dicta curia ad terciam partem bonorum ſuorum mobilium condepnavit fiſci comodis applicanda decernentes nihilominus eundem fratrem Petrum Prapoſitum pradictarum eccleſiarum SS. Laurentii, et Laverii nomine, et pro parte earundem eccleſiarum etc. ponendos fore in poſſeſſione reliquorum bonorum mobilium, & ſtabilium contumacis pradicti uſque ad ſummam, ſeu valorem pradictarum unciarum auri ſexaginta, quas ſolvere, ut pradicitur, dictus contumax ceſſavit pro dicto debito declarato per pradictum publicum inſtrumentum &c. nec non in poſſeſſionem eorundem reliquorum bonorum mobilium, & ſtabilium contumacis pradicti uſque ad ſummam, ſeu valorem unciarum auri centum vigintiquinque dimidium contumacia contingentium pro medietate pœnu pradictu declarata per pradictum publicum inſtrumentum in dicta curia, propterea praſentato cauſa rei ſervando recuperabiliter videlicet infra annum donec dictus contumax tedio affectus in eadem curia compareat eidem exponenti ſuper pramiſſis in judicio reſponſurus, prout in actis dicta curia continetur &c. data Neapoli anno domini milleſimo centeſimo quatrageſimo ſeptimo die viceſimo octava menſis Julii, quinta decima indictionis, &c. Henricus Abbas Præpoſitum cœnobii SS. Laurentii, & Laverii elegit Angelum de Raimo monachum Caſſinenſem, & Abbatem celeberrimi Lerinenſis cœnobii, uti ex litteris in ejus regeſto primo p. 61. a t., & ſeqq., eoque ad Caſſinenſe cœnobium revocato, in ejus deinde locum ſuffecit Maurum Monachum Caſſinatem, ut ex litteris in eodem regeſto p. 31. a t. Anno demum 1650. die 27. Julii penes acta notarii Petri Antonii de Griſi a Neapoli præpoſituram hanc ejuſque bona, aſſentiente Romano pontifice, Caſſinates vendidere monaſterio Cavenſi, atque pecuniam inde reportatam in meliorem uſum, magiſque frugiferum tranſtulere.

Quatuordecim collata Monaſteria.

Quatuordecim monaſteria tempore Deſiderii Abbatis ab A. 1058. ad 1071. cœnobio noſtro donata hiſce verbis enumerat Leo Oſtienſis cap. 19. *Monaſterium S. Maria de Collis in territorio Carſeolano, monaſterium S. Benedicti de Orbeto loco Paſcuſano &c. monaſterium S. Marci de Carpinone loco Aquaſonula, monaſterium S. Dimitrii intra civitatem Neapolim in regione Albinenſe, monaſter. S. Euſimia in Marchia territorio Teatino cum trecentis modiis terra &c. monaſterium S. Angeli de Algido territorio Tuſculano & monaſterium S. Agatha, ſubtus civitatem Tuſculanam & monaſterium, quod dicitur in S. Jeruſalem territorio Tuſculano; monaſterium S. Angeli in Peſclu territorio Veliternenſi. Has omnes Gregorius Conſul Romanorum beato Benedicto obtulit juxta tenorem, qua in oblationis cartula continetur &c. Monaſterium S. Petri de Lacu territorio Balvenſi. Monaſterium quoque S. Petri de Burgano in finibus Luceria, Monaſterium S. Petri de Avellana apud Sangrum cum univerſis omnino pertinentiis, & poſſeſſionibus ipſarum omnium. Per eos dies Berardus Marſorum Comes ad hoc monaſterium veniens, per cartam reddidit beato Benedicto monaſterium S. Mariu de Lucu, ſimul cum rocca, qua ſuper ipſum monaſterium conſtructa erat, & cum omnibus villanis, qui ibi reſidebant, & cum univerſis omnino per totam Marſiam pertinentiis ejus.* Codex vero B. hæc ultra jamfata habet: *Berardus Marſorum Comes de monaſterio S. Maria in valle Marculena in hoc loco oblationem faciens, ſimul eam huc cum filio ſuo Todino egregia indolis adoleſcente jam pridem apud monaſterium Reatinum converſo tranſmiſit. Idem quoque poſtmodum ad hoc monaſterium venienſ. &c.*

Monaſterii S. Mariæ de Cellis fundatio hiſce verbis deſcribitur ab eodem Leone lib. 2. cap. 23. *Per idem tempus Rainaldus Comes Marſorum fecit Monaſterium de eccleſia S. Muria, qua dicitur in Collis territorio Carſeolano idque in circuitu non parvis poſſeſſionibus ditans, Caſtellum etiam quod nunc Celle vocatur, tunc autem caſtellum S. Angeli nuncupabatur cum omnibus ejus pertinentiis in eodem monaſterio confirmavit. Petrus quoque presbyter quidam de civitate Tiburtina, in eodem monaſterio de eccleſia S. Paſtoris cum omnibus ejus pertinentiis juxta eandem civitatem ſita, cartulam oblationis cum omnibus ſuis parentibus fecit.* Modo hoc oppidum Celera, ſeu Celle dicitur in Comitatu Taleacotii provinciæ Aprutii ultra. Donationem hujus eccleſiæ, atque oppidi Cellæ a Comite Rainaldo cœnobio noſtro factam in Diſſ. I. dabimus. Ejuſdem vero eccleſiæ, atque cœnobii donatio Caſſinatibus facta a Comite Sigenulfo extat in veteri regeſto Petri Diaconi nu. 458. p. 199. quæ ita ſe habet. *In nomine domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt milleſimo ſexageſimo, & diem, & menſe December per indiccionem terciadecima. Ideo conſtat me Siginolfus Comes filius q. Berardi Comitis, & nos ſumus habitatori in caſtellu S. Angeli Carſulano territorio, conſiderans de dei omnipotentis miſericordia pro ſalute, & remedium anima mea, parentumque meorum, & ut illum beatam vocem merear audire. Venite Benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum ab origine mundi, propterea do, & concedo ad ipſum monaſterium S. Benedicti, quod ſitum eſt in caſtro Caſino monaſterium S. Maria, quod eſt poſitum in loco, ubi Celle vocatur in Carſulana territorio, & eſt cum finis a pede fluminis cum aqua, a ſecundo latere Petra naturalis, & pergit ad alia petra naturalis in cacumine collis, & pergit per ipſum foſſatum ad montem quod deaplu vocatur, & pergit cum ipſo pratu ad pontem lapideum, & reverti per ipſum flumen in prioris finis, ſecus jam pradict. finis cum introitu & exitu ſuo, cum omnia infra ſe vel ſuper ſe, habentes cum liberis, & ornamenta de ipſu eccleſia cum mobile, vel inmobilis, & eſt alia eccleſia S. Maria, qua vocatur S. Paſtore in territorio Tibertino cum omnem ſuam pertinentiam, cum vineis, &*

S. Mariæ de Cellis.

Donatio Sigenulfi Comitis.

ali-

olibetis, & aliis arboribus, & cum mobiles, vel inmobiles, vel quantum ad ipſa eccleſia pertinet, vel pertinere debent in integrum dono, & offero in ipſum ſanctum, & ſupraſcriptum monaſterium ſanctiſſimi Benedicti omnia ſicut ſuperius legitur, ad habendum, tenendum, vel ad poſſidendum, omnique tempore, in tali autem timore repromitte, & obligo me ego ſupraſcriptus Sigenolfu, vel meis heredibus adipſum ſanctum monaſterium S. Benedicti, vel ad ejus rectoribus, quod ſi aliquoque tempore infringere, vel corrumpere, ſeu minuare aut retollere preſumpſerimus in conſimile loco dupla, & melioratu reſtaurare promittimus ſub eſtimacione qualis in illa die adparuerit quando exinde cauſare cum ſtipulacione ſubaexa, & ac chartula offercionis, ſeu donacionis firma, & ſtabilis permaneat, & ſi ego ſupraſcriptu Sigenolfu, vel meis heredibus, aut qualiſcumque potens, vel impotens, qui contra ac cartula donacionis, ſeu offercionis invaſire, ſeu minuare, vel contrariare preſumpſerint habeat partem cum, Anna, & Caypha & cum Juda in inferno, & ſit ſub anathema Maranathan, ideſt pereat in adventum domini, quam & per rogum de ſupraſcriptu ſcripſit ego Rainaldus Judicem, & Notarius; Actum eſt in Carſoli, menſe, & indictione ſupraſcripta feliciter. ✠ Signum manu Siginolfi Comitis qui ac cartula fieri rogavi. ✠ Signum manum Berardi Judicis rogatus, & eſt teſtum. Signum manum Burreli. Signum manum Benedicti. Signum manum Mainardi. Ego qui ſupra Rainaldus judex, & notarius complevi, & ſubſcripſi.

Hoc cœnobium incoluere monachi, uſque ad medium ſæculum quintumdecimum, ut ex pluribus in archivo noſtro monumentis conſtat, quæ modo omnia referre & operoſum eſſet, & nimium. Quædam hic dumtaxat indigitaiſe ſufficiat. Et quidem in Polyptico hujuſce cœnobii A. 1400. die 15. Auguſti facto a Fr. Petro de Hungaria præſentibus notariis Andrea, & Franciſco, aliiſque duobus probis viris adnotatur. *Item Evangeliſtarium de nocte &c. Hæc ſunt bona, & ſtabilia eccleſiæ S. Mariæ de Cellis. In primis habet monaſterium hortum unum pro oneribus neceſſariis pro uſibus Fratrum. Item Feudum Mariæ Johannis de Collibus debet dare in feſto Paſcha, & S. Mariæ de Auguſte bucilatas duas ad menſuram Fratrum &c. Item Feudum Andreæ Philippi debet dare in feſto Paſchæ Reſurrectionis, & S. Mariæ de Auguſto bucilatos duos per feſtum, qui debent eſſe panes quinque per bucilatum ad menſuram Monachorum &c. Item feudum Florianæ debet dare annuatim in feſto Reſurrectionis, & S. Mariæ de Auguſto, & Natalis domini Bucilatos duos ad menſuram Monachorum, ſeptem panes pro bucilata. Item feudum Rubri Sambuci debet dare in ſingulis feſtis ſupradictis quolibet feſto duos bucilatos pro quolibet, ſex panes ad menſuram Monachorum &c.* Et in alio ſimili ſtipulato ab Antonio Angelutio Jannettæ de Cellis notario apoſtolico die 4. Maii A. 1402. hæc leguntur: *Preſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod Fr. Petrus Hungharus monachus Caſſinenſis, ac Vicarius eccleſiæ prælibatæ ipſius monaſterii Conventus, vid. Fr. Ciccus Propoſitus monaſteris predicti, Fr. Johannes de Iſſonia, Fr. Johannes de Roma, & Fr. Martinus de Cellis monachi ipſius monaſterii ad ſonum campanellæ in ipſa eccleſia, ut moris eſt, aſſerentes ipſi Fratri Vicario qui aſſeruit, quod receperat in mandatis a venerabili patre Henrico Abbate Caſſinenſi, quod præfatus Vicarius deberet facere inventarium de bonis ſtabilibus, & de bonis eccleſiæ prælibatæ per publicum inſtrumentum. Unde prædictus Vicarius aſſerens, ſe velle obedire mandatis dicti domni Abbatis, tam debite, quam reverenter, aſſeruit, & declaravit una cum dictis Monachis, & volens præfatus Vicarius bona pertitulariter dicti monaſterii ſcire, vocavit, & rogavit tres teſtes idoneos de Caſtro prædicto, qui ſciunt omnia bona dicti monaſteris &c.* Ex quibus aliiſque, quæ omiſimus, colligitur, plures ibi fuiſſe Monachos. Henricus Abbas die 27. Auguſti anno 1401. Vicarium ejuſdem monaſterii conſtituit F. Petrum Hungarum, ut ex literis conſtat in ejus regeſto 1., p. 259. a t. Anno 1442. Prior, Subprior, ac monachi Caſſinates vacante Abbatiali ſede Præpoſitum ejuſdem cœnobii elegere fratrem Thaddæum Monachum Caſſinenſem, ut ex literis authographis in archivo, & mortuo Fratri Thaddæo Benedictum de Inſula Rugia ſuffecerunt hiſce litteris, quæ in regeſto Conventus p. 57. extant: *Prior, Subprior, & Conventus Sac. Monaſterii Caſſinenſis &c. Dilecto nobis in Chriſto Fratri noſtro Fr. Benedicto de Inſula. Rugia Monacho Caſſinenſi expreſſe profeſſo, & propoſito S. Mariæ de Cellis ſalutem in domino ſempiternam. Sana religio, ſobria vita, obſervantia ſine mora, veraque obſervantia monaſticæ regulæ, ac cætera tuarum virtutum merita, quibus perſonam tuam longo jam tempore crebra experientia, & continua converſatione cognovimus redimitam, inducunt, & exſcitant nos &c. ut de noſtro beneficio proſequentes gratioſæ adminiſtrationi eccleſiæ præponamus, ubi ſaluti tibi, cæteriſque recta agenda vita exemplo eſſe poſſis. Cum itaque dicta Propoſitura S. Mariæ de Cellis vacaverit, & ad preſens vacet per obitum qm. Fratris noſtri Fratris Thadæi de Francia Fratris noſtri in Chriſto dilecti, Monachi Caſſinenſis, & ultimi Propoſiti prænominatæ propoſituræ & cujus quidem collatio, & proviſio, ac omnimoda diſpoſitio ordinario jure ad Abbatem dignoſcitur pertinere Caſſinenſem, nunc autem ad nos &c. nos igitur volentes & præfatam propoſituram S. Mariæ de Cellis, cum eccleſiis, capellis, membris, granciis, juribus, bonis & in ſpiritualibus, & temporalibus damus, & conferimus &c. mandamus inſuper omnibus, & ſingulis Monachis converſis, oblatis, & ſubditis noſtris parrochianis, vaſſallis laboratoribus, penſionariis, &c. quatenus tibi vero, & legitimo propoſito, & rectori memoratæ propoſituræ tuis juſtis monitionibus, & mandatis tanquam noſtris pareant efficaciter, & intendant &c. Datum in Sacro monaſterio Caſſinenſi ad diem quintamdecimam Septembris A. Domini 1442. &c.*

Cum autem ejus cœnobii regimen abdicaſſet Fr. Benedictus, Prior, Subprior, & Monachi Caſſinates A. 1454. Præpoſitum elegere Fr. Philippum a Sicilia monachum Caſſinatem, ut ex literis in eodem regeſto p. 71. in quibus verba illa leguntur: *Mandamus inſuper omnibus, et ſingulis monachis, converſis, oblatis, et ſubditis noſtris parochianis, vaſſallis etc.* Ab eo anno presbyteris ſæcularibus Præpoſitura hæc commendari cœpit, atque ejuſdem eccleſiæ beneficiatus cenſum quotannis in ſignum immediati plenique Juris, quod directum dominium appellant, perſolvit a vetuſtiſſimo tempore cœnobio noſtro, quem cum per aliquod tem-

pus

pus Antonius de Buccino pendere renuiſſet, ab Auditore cameræ apoſtolicæ die 10. Martii 1556. excommunicationi ſubjectus eſt per acta Joannis Barcinni curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ notarii. Qua ſententia permotus, Canonem deinceps exacte perſolvit. Quo autem jure nobiliſſima familia Columna jus ſibi, ut pote comes Taleacotii ad hanc Præpoſituram præſentandi vindicet, haud plane intelligo, cum, ut ex hactenus dictis conſtat, neque illam dotaverit, neque fundaverit, aut in totum, aut pro parte. Nec etiam ſatis intelligo, cur eandem Præpoſituram epiſcopus Marſicanus menſæ canonicorum oppidi Collæ univerit, cum illa beneficium eſſet regulare, & manuale a cœnobio Caſſinenſi dependens, ut ſæculo XVII. demonſtrabimus, cum ſermo recurret de Præpoſitura S. Martini apud Albetum. Litem hac de re Caſſinates in Sacra Romana Rota contra epiſcopum, Canonicos, & Columnenſes excitarunt. Æquiores Caſſinatibus fuerant prædeceſſores epiſcopi, nam cum in eccleſia S. Mariæ omnes mortui oppidi S. Petri de Podio humarentur receptiſſimo more, cumque huic conſuetudini obſiſtere tentaſſet ejus oppidi Archipreſbyter, Præpoſitus ad Thomam epiſcopum Marſicanum provocavit, a quo Archipresbyteri auſus hac ſententia compreſſi ſunt A. 1219. qua conſtat ejus prædeceſſores Benedictum, & Ignitium eandem cauſam Monachis adjudicaſſe.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini Amen. Nos Thomas dei gratia Marſicanus epiſcopus preſentibus declaramus, quod cum ſepe nobis fuerit querela deportata per propoſitum, & conventum S. Maria de Cellis contra Archipreſbyterum Ber. S. Petri de Podio, quod idem Archipresbyter contra conſuetudinem de novo conſtruere ceperit in eccleſia ſua cimiterium, & ibi mortuos ſepelire in prajudicium, & gravamen monaſterii memorati unde petebat ut ipſum Archipreſbyterum faceremus ab hujuſmodi moleſtatione ceſſare. Cum idem Archipresbyter per nos monitus pradicta diceret ad ſuam eccleſiam pertinere. Tandem ad multam inſtantiam Monachorum diem ſuper pramiſſis & aliis partibus prefiximus ad agendum, ut inter eos judicium declararet quod variis aſſertionibus partium in dubium ducebatur. Conſtitutis itaque partibus in praſentia noſtra ſtatuta die presbyter Johannes monachus procurator monaſterii S. Maria de cellis contra Archipreſbyterum S. Petri de Podio per advocatum ſuum in jure propoſuit, quod cum omnes homines de Podio tam de jure quam de conſuetudine approbata ſepeliri debeant aput Eccleſiam S. Maria & de ipſis omnes obventiones, qua ſecuntur mortuos, tam in mortuariis quam oblationibus, ſeptimis anniverſariis, ac aliis honeſtis conſuetudinibus percepiſſet Ber. Archipresbyter Podii a quatuor annis propria temeritate ductus, quoſdam homines dicti caſtri in ſua eccleſia ſepelivit, ac ibidem cimiterium de novo conſtruens, mortuaria, & oblationes, qua provenerant ex mortuis ſibi ſubtraxit. Quare petebat eccleſia ſua corpora defunctorum cum omnibus proventibus per nos debere reſtitui, & cimiterium in ipſius eccleſia S. Maria prajudicium conſtructum penitus reſerari. Addens, quod cum tempore domni epiſcopi Benedicti domnus Johannes de Marano, qui tunc erat archipresbyter eccleſia S. Petri quoſdam homines dicti caſtri in eccleſia ſua ſepeliſſet, ac ipſum coram eodem epiſcopo pradeceſſore noſtro Frater Gentilis Prapoſitus S. Maria conveniſſet. Idem epiſcopus cognitis cauſa meritis cauſam diffinivit, adjudicans eccleſia de cellis quidquid pro ſepultura illorum recipere debuiſſet, & mediante domno Ber. de Cellis de boluntate dicti epiſcopi inter ipſas eccleſias conſentientibus partibus ſub pena centum ſoldorum denariorum, propterea talis concordia formata eſt, quod ab illa die, & deinceps nullus de caſtro Podii ſepeliretur in eccleſia S. Petri, niſi aeris intemperies, vel incurſus hoſtium impediret, ut defuncti corpus ad eccleſiam S. Maria deferri non poſſet, & tunc ſi eſſet de voluntate Monachorum, apud eccleſiam S. Petri ſepeliretur. Addidit etiam, quod per eandem convenientiam cimiterium dicta eccleſia deſtructum eſt & omnia oſſa defunctorum per Monachos ad eccleſiam S. Maria delata. Praterea cum ſuper hac eodem tempore domni Ing. epiſcopi Archipresbyter S. Petri preſumeret attemptare, idem epiſcopus de meritis cauſa cognoſcens, ſententiam domni Benedicti epiſcopi nec non & compoſitionem factam per domnum Ber. de Cellis confirmavit ipſam ſententiam, ſicut apparebat in ſcriptis ſuis, interferens litteras, quas ſigillo proprio munivit. Unde petebat a nobis, ut ſicut diffinitum fuerat a predeceſſoribus noſtris bona memoria domno Benedicto, & domno Ignitio Marſicanis epiſcopis, & nos ſimili modo per noſtras litteras declarare deberemus reſtituentes ſibi corpora defunctorum cum omni proventu ſubtracto, inhibentes Archipresbytero, & clericis de Podio, ne aliquos de cetero praſumerent in ſua eccleſia tumulare, & promittens idem procurator ſingula propoſita teſtibus demonſtrare, & ipſum inſtrumentum quod eis fecerat domnus Ignitius epiſcopus praſentatum, aſſerens quod ſi dubitarent de ipſa ſingula, qua continebant teſtibus idoneis demonſtrabit, allegabat ad hec longam, & continuam detemptionem . .s. parti debent prajudicium generare, petebat etiam, quod omnes mulieres parientes dicti caſtri tempore ſue purgationis conſueverint cum oblationibus ad eccleſiam S. Maria accedere, & de conſuetudine approbata, ipſe Archipresbyter non patitur eas accedere, quod cum ab hac deberemus infeſtatione cohibere, & hanc conſuetudinem volebat teſtibus approbare. Item petebat, ut homines dicti caſtri faceremus ad eccleſiam S. Maria cum oblationibus accedere in feſto videlicet S. Crucis, S. Stephani, Aſſumptione domina noſtra, ſecunda feria poſt reſurrectionem Domini ſicut fuerat de conſuetudine approbata. Ad hac pars adverſa per advocatum ſuum reſpondit quod homines de Podio liberam habebant ſepulturam, ut qui vellent aput eccleſiam S. Maria ſepeliri, aut eccleſiam S. Petri nemine impediente de ſe poterat ordinare, & a quadraginta annis eccleſia S. Petri fuerat in hac poſſeſſione continua, ſicut per teſtes idoneos poterat demonſtrare, aſſerens inſtrumentum domini Ignitii nullius eſſe momenti, cum de inſtrumento ſui pradeceſſoris faceret mentionem, & ipſum de quo fiebat mentio non appareret, de mulieribus parturientibus, & de ſollempnibus diebus reſpondit, quod liberum erat mulieribus eccleſiam ſibi eligere, quam intrarent, & hominibus in diebus ſollempnibus, & nominatis ad eccleſiam accedere, nullo cogente, & hoc olim obtinuit ſicut parati erant teſtibus declarare. Nos autem auditis petitionibus, & reſponſionibus partium, previdimus probationes ipſarum ſicut oblata fuerant admittendas. Receptis itaque utriſque teſtibus, & diligenter examinatis, corum

Mortui debent ſepeliri in eccleſia S. Mariæ & alia jura ejuſdem.

Benedictus Epiſcopus Marſicanus.

corum depoſitiones fecimus publicari, & cum ſuper eiſdem fuiſſet diutius diſputatum per teſtes monaſteriis evidenter nobis apparuit, quod de ſepultura hominum de Podio coram domno Benedicto Marſorum epiſcopo fuerat litigatum, & per eum ſententialiter diffinitum, quod homines de Podio debeant apud eccleſiam S. Mariæ ſepeliri, & quæ ſibi ſubtracta fuerant omnino reſtitui ad ipſum etiam plene probatum extitit de ſententia domni Ingnitii Epiſcopi, qui ſententiam epiſcopi Benedicti confirmavit, & per ſcripturam ſuam renovavit, ſicut ex impreſſione ſigilli prædicti, depoſitione teſtium, & pœnæ adjectionem manifeſtiſſime declaratur, itidem etiam de concordia inter memoratas eccleſias habita, & cimiterio clauſo, & oſſibus defunctorum delatis ad monaſterium per Monachos, & poſſeſſione continua, & de primo ingreſſu parturientium in eccleſia S. Mariæ, & prænominatis diebus ſollempnibus, ſicut fuerat in jure petitum per advocatum S. Mariæ, tam per teſtes ipſius monaſterii, quam per quoſdam teſtes alterius partis plene nobis extitit declaratum. Unde cum poſt multas allegationes partium utrumque jam eſſet concluſum, & ſuas allegationes nobis utraque partium obtuliſſet in ſcriptis, datis induciis ad conſideranda cauſarum merita, cum de ſepeliendis hominibus de Podio apud eccleſiam S. Mariæ, & canonica portione omnium proventuum, qui ſequuntur mortuos, tam per ſententiam domni Benedicti epiſcopi, & demum per confirmationem domni Ingnitii epiſcopi, & renovationem ejus, ſicut per ſuas litteras apparebat, & hoc ipſum dicta teſtium declarabant. Cumque etiam de compoſitione ſuper iis habita per dominum Berardum de Cellis, auctoritate diœceſiani epiſcopi, & partium voluntate, nec non de cimiterio clauſo, & diruto, & oſſibus mortuorum inde delatis per Monachos ad eccleſiam S. Mariæ, & pœnæ adiectionem per teſtes, & inſtrumentum domni Ingnitii epiſcopi conſtitiſſet, cum per teſtes adverſæ partis in contrarium nichil directe probetur. Habito Fratrum noſtrorum conſilio aliorumque prudentum, proceſſum & deffinitiones prædeceſſorum noſtrorum domni epiſcopi Benedicti, & domni epiſcopi Ingnitii ſuper præmiſſis habitis, nec non & concordiam inter ipſas eccleſias per dominum Berardum de Cellis de partium voluntate factam, cum adjectione pœnæ & diutius obſervatam, ſicut per inſtrumentum domni Ingnitii, & teſtes apparebat. Sententialiter confirmamus, & ut in perpetuum obſervari debeant diffinimus. Statuentes, ut cimiterio in eccleſia S. Petri penitus reſerato, de cætero nullus in ipſa eccleſia S. Petri de hominibus Podii ſepeliatur, niſi aſperitas temporis, vel hoſtium incurſus impediant acceſſum ad eccleſiam S. Mariæ, ſicut in inſtrumento domni Ingnitii epiſcopi continetur. De pœna vero centum Soldorum in quo probatum eſt, Archipresbyterum de Podio incidiſſe, nobis reſervamus, juxta noſtrum beneplacitum diſponendum, nec obſtat, quod per alteram partem in inſtrumentum opponitur, cum ipſum ſigilli munimine roboratum expreſſe totum proceſſum epiſcopi Ben., & compoſitionem ſub die, & conſule in ſe contineat, & teſtium ſubſcriptionem. Cum etiam cuncta, quæ in eo ſunt teſtium aſſertione pandantur. De mulieribus parturientibus, & de Sollempnibus nominatis, ita diffinimus, ut cum ſit probatum, quod a quinquaginta annis mulieres de Podio poſt purificationem ſuam primo conſueverint cum oblationibus ingredi eccleſiam S. Mariæ quod neminem impedirent de cætero debeat obtinere. De ſollempnibus nominatis ſtatuimus, ut tunc homines de Podio viſitent Dominam noſtram, cum per hoc jus alterius non lædatur, & honeſta conſuetudo ſervetur. Actum eſt hoc in eccleſia S. Sabinæ, anni Domini ſunt M.CCXIX. quintodecimo Kal. Januarii per indictionem VII. in preſentia Fratrum meorum, videlicet Rainaldi presbyteri, Probati diaconi, Thomæ Ruberti presbyteri, Philippi Subdiaconi. ✠ Ego Thomas dei gratia Marſicanus epiſcopus propria manu ſubſcripſi, & ſigillum meum appoſui. Ego Johannes ſicte juſſione domni Marſicani epiſcopi hanc chartam propria manu ſcripſi Amen.

Epiſcopi Marſicani. De hiſce Epiſcopis Benedicto, Ingnitio, & Thoma agit Ughellius in deſcriptione epiſcoporum Marſicanorum col. 904. nu. 13. & 14. & col. 907. nu. 16. Thomam recenſet, & nu. 17. Ingiamum, quem ego Ingnitium eſſe crediderim. Phœbonius in Catalogo epiſcoporum Marſicanorum nu. 15., & 17. duos Benedictos recenſet; nu. 19. Thomam quem mortuum ait A. 1192. nu. 20. Ingiamum, & nu. 21. Johannem circa A. 1230. At ego crediderim, inter Ingiamum, & Johannem collocandum Thomam authorem laudatæ ſententiæ, cui, & epiſcopis Teatino, Pinnenſi, & Aprutino, Gregorius IX. A. 1227. Epiſtolas illas ſcripſerit, in quibus cauſſæ continebantur, ob quas diris Federicum ſecundum imperatorem devoverat. Extant hæ epiſtolæ apud Rainaldum A. 1227. nu. 30. p. 375. Ladislaus rex ad Henricum Abbatem litteras has dedit, qua rogat, ut abſque canone, ſeu penſione Præpoſituram hanc S. Mariæ clerico Philippo de Marerio fiduciario jure committeret ex regeſto Communi p. 108. *Venerabilis Pater conſiliarie & fidelis dilecte. Inducentibus nos meritis conſtantiæ, devotionis, & fides viri nobilis Johannis de Marenio Cambellani, & fidelis noſtri dilecti, gratiſque, placidis, utilibus, & acceptis ſervitiis, per eum nobis hactenus fideliter præſtitis, & impenſis ſignanter circa acquiſitionem & reductionem ad noſtram hobedientiam terrarum, & locorum Comitatus Tagliacotii in quibus ſumptus varios ſubiit, & labores, queve vobis præſtare cotidie non deſiſtit, quæ ad ejus, & ſuorum benignam proſecutionem merito nos inducunt Philippo Jacobo de Marerio clerico dicti Johannis filio, noſtroque fideli dilecto, de Præpoſitura eccleſiæ S. Mariæ de Cellis, quæ ad Monaſterium Caſſinen., & ad collationem Abbatum dicti monaſterii ſpectare dinoſcitur, promiſimus in commendam facere providere, certique reddimur, quod veſtra Paternitas promiſſionem noſtram nolet pro honore noſtro eſſe vacuam ſive nullam. Ideoque Paternitatem ipſam veſtram requirimus, & hortamur quatenus eidem Philippo Jacobo, jamdictam præpoſituram ipſius eccleſiæ S. Mariæ de Cellis cum juribus, fructibus, redditibus, & pertinentiis ſuis omnibus velitis ob noſtram reverenciam abſque alicujus ſolutione cenſus in commendam donec vixerit conferre, & concedere ſibique de hujuſmodi collatione fieri facere, & tradere veſtras patentes litteras, ad cautelam ut ipſi veſtræ Paternitati propterea ſpecialiter teneamur. Datum in Caſtro noſtro novo Neapolis ſub noſtro parvo ſigillo die tertio Novembris ſeptima indictionis. Ladislaus Rex manu propria.* Aliamque hanc epiſtolam ſcripſit ad epiſcopum Marſicanum, quæ in cit. regeſto

Digitized by Google

geſto p. 160. extat. *Ladiſlaus Dei gratia Ungharia, Jeruſalem, & Siciliæ rex &c. reverendo Patri . . epiſcopo Marſicano conſiliario noſtro nec non Erario, deputato per noſtram curiam in terris, & locis olim Comitatus Tallacotii, ac Comitatus Albæ preſentibus, & futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Expoſito noviter pro parte religioſi viri Fratris Petri Hungari viſitatoris, & prepoſiti pro parte ſacri monaſterii Caſſinenſis, eccleſiarum S. Mariæ de Luco, S. Mariæ de Cellis, & S. Coſmæ de Tallacotio ordinis S. Benedicti ſitarum in partibus Marezia de provincia Aprutii, ultra flumen Piſcariæ oratoris & fidelis noſtri dilecti. Quod enim vir Magnificus . . Comes Celani Magiſter Juſtitiarius regni noſtri Siciliæ Collateralis Conſiliarius, & fidelis noſter dilectus ex poteſtate ſibi tradita, vel conceſſa percipiendi, & recolligendi, ſeu percipi, & recolligi faciendi a te prædicto epiſcopo, ac tua dioceſi in ſubſidium ducatorum ducentorum ſolvendorum, & ſolvi promiſſorum per dictum Comitem ratione dicti epiſcopatus pro decima debita per te prædictum epiſcopum, & dyoceſanos ſubmiſſos dicto epiſcopatui Marſicanæ, tu prædictus epiſcopus, & tu etiam præſens Erarius Monachos, & Moniales monaſteriorum dictarum eccleſiarum, quia ſolutione dictarum decimarum ſunt, & eſſe debent exempti ad ſolutionem decimarum ipſarum compellitis contra debitum rationis, & ſuper hoc pro parte dicti Fratris Petri, ſui, ac dictorum Monachorum, & Monialium nomine, ad nos habito cum devotione recurſu; Nos conſiderantes quod eccleſia Caſſinenſis, quæ caput eſſe dinoſcitur omnium Monaſteriorum prædictorum tenetur, & gubernatur ad præſens nomine, & pro parte noſtræ majeſtatis, ipſiuſque eccleſiæ jura, fructus, & redditus per manus noſtre curiæ recolliguntur & percipiuntur, propter quod ipſa Caſſinenſis eccleſia tenetur ſolvere pro omnibus ſuffraganeis, & membris ſuis decimam ſupradictam. His igitur, & aliis conſiderationibus digne moti volumus, & fidelitati veſtræ de certa noſtra ſcientia harum ſerie mandamus expreſſe, quatenus tam preſentes epiſcope Marzien., & Erarie, quam ſucceſſive futuri dicta monaſteria, ſeu monachos, & moniales illorum in ſubventione prædicta taxare, vel moleſtare nullatenus preſumatis revocaturi ſtatim & irritum quicquid per vos, ſeu alium vel alios veſtrum contra, & adverſus dicta monaſteria, ſeu Monachos, & Moniales attemptatum eſſet, ſeu fieri, vel attemptari propterea contingeret in poſterum contra preſentium ſeriem, & tenorem, & contrarium non faciatis, ſicut habetis gratiam noſtram caram, & indignationem noſtram cupitis evitare, preſentes autem litteras poſt oportunam inſpectionem earum pro cautela reſtitui volumus preſentanti præmiſſo modo efficaciter in antea valituras. Quibus obſiſtere nolumus quod ſigillata non ſint magno noſtro pendenti ſigillo, nec datum prothonotarii regni noſtri Siciliæ, vel ejus Locumtenentis continetur in eis, cum ipſas ſigillatas parvo tantum noſtro ſigillo, tanti vigoris decernimus exiſtere, quanti ſi eſſent prædictis, & aliis ſollempnitatibus debitis juxta ritum noſtræ curiæ roboratæ, dicto ritu, ac Edicto dudum per nos facto de non admittendis, litteris, ſeu Cedulis præfato tantum noſtro parvo ſigillo munitis nullatenus obſtituris. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis ſub eodem parvo noſtro ſigillo die viceſimo ſeptembris ſeptima Indictionis. Ladiſlaus rex manu propria.*

Adverte, Ladiſlaum regem jure conceſſionis ſibi a Bonifacio IX. pontifice factæ hujuſmodi ex eccleſiaſticis redditibus exegiſſe decimas. Verum de his prolixior nobis ſermo redibit in ſæpius memorata Diſſertatione ad A. 1399. Vid. Phœbonius lib. III. Hiſtoriæ Marſorum p. 203. qui tamen fallitur, cum ait S. Romualdum cum ſuis Heremitis incoluiſſe oppidum prius dictum S. Angeli, deinde Cellæ; cumque ſubdit: *Illucque rediiſſe poſt abdicationem Claſſenſis monaſterii, & miraculis illuſtraſſe ex S. Petro Damiano Baronius refert tom. X. Anno CMXCVI. nu. 37.*

Emendatus Phœbonius.

Cum his igitur omnibus ſuperius nominatis Romualdus ad Piretum, ubi diu habitaverat rediit, ibique & aliis multis Fratribus aggregatis, & per cellulas ſingulas conſtitutis tanto fervore dominicæ converſationis rigorem in ſe, & in aliis tenuit, ut illorum vita omnibus, ad quos fama eorum pervenire poterat, mirabilis haberetur.

Piretum notius oppidum ponit, cum nondum fama creverat caſtelli S. Angeli, quod ab habitatione Monachorum a Cellis nomen retinuit.

Erat illis (quæ mox extat) *quo ex inſtituto feſtis diebus ad divina celebranda conveniebant, eccleſia parum a caſtello longe in honorem pariter dei genitricis erecta, in qua poſtquam Camalduenſes loca reliquerant, Rainaldus Marſorum Comes monaſterium Caſſinentium patrum, dotavit, & familiis etiam ditatum ædificavit. Leo in Chron. lib. 2. cap. 23.* Errorem hauſiſſe crediderim, quod Baronius Oppidum Perevam recenſens, ponit in margine Piretum pro Pereo; quamobrem cenſuit Phœbonius de oppido Pireto in Comitatu Tallacotii locutum. Nunquam certe oppidum hoc incoluit S. Romualdus, ut ex hiſce S. Petri Damiani verbis in ejus vita cap. 21. liquet: *Alio quoque tempore in inſula quæ Pereum dicitur habitavit: quæ videlicet inſula a Ravenna urbe duodecim fere millibus diſtat:* & cap. 26. ait: *Romualdus ad Pereum* (non Piretum) *ubi dudum habitaverat rediit*; aliaque omnia ſubdit, quæ a Phœbonio laudantur, uſque ad illa *Mirabilis haberetur*: Ac demum cap. 30. ait: *Dum moraretur autem Romualdus adhuc in Pereo, Imperator Otto monaſterium ibi ad honorem S. Adelberti, eo ſuggerente conſtruxit, cui contigua Claſſenſis cœnobii prædia contulit.* Vid. Erudititiſſimus Grandi in II. Diſſert. Camaldulenſi p. 109., & 110. Macchiarelli pluribus in locis Apolog. Rumualdinarum, & in compendio Vitæ S. Romualdi illis præpoſito, atque Mabillonius To. IV. Annal. p. 99. 142. & 146.

S. Romualdus nunquam incoluit in oppido Pireti Comitatus Tagliacotii.

Extant in regeſto Petri Diaconi p. 201. nu. 464. & 465. donationes monaſterii S. Benedicti de Orbeto in Paſcuſano, quæ ita ſe habent. *In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti ab incarnacione domini milleſimo ſexageſimo primo, & dies menſe Julius, indictione quartadecima. Ideo conſtat me inſimul Joannes, & Uga germani fratribus filii qm. Petri, & Azzo filius qm. Azzoni de territorio Marſicano habitaturi ſunt modo in Valle de Orbetu in Civitella, qui vocatur Pretarolo, propria, & ſpontanea noſtra voluntate, & propter nomen domini, & remedium ſalutis animæ noſtræ; & animæ de parentis noſtris, ut nobis dominus de peccatis noſtris dimittere, & minuare digneris, eterno ſeculo, & in eterno judicio, propterea dedimus, & tradimus, &*

S. Benedicti de Orbeto.

offer-

Digitized by Google

offerſimus, & judicavimus in ipſum monaſterium S. Benedicti, quod eſt poſitum in monte, qui Caſinus dicitur, hoc eſt ipſa noſtra diviſione de ipſum monaſterium S. Benedicti, quod eſt poſitum in ſuprafcripta valle de Urbetu in loco, ubi Paſcuſanu vocatur, cum omnia adjacenciis, & pertinenciis, quantum in ſuprafcripta ſorte pertinet, vel pertinere debet cum libris, & ornamentis, & campanis, & paratis, & eſt ipſa rebus, qua ad ipſum monaſterium ad ipſe noſtre ſorti pertinet infra finis ſine ipſu ribu Geczoni, & ſine furca, qua dicitur de Carnaru, & ſine ipſu caſtellu, qui dicitur Meta, & ſine Quinzanu, & ſine Serra de Fima, & ſine flumen infra iſte ſuprafcripte finis, quantumcumque in ſuprafcripte ſortis noſtra de ſuprafcripto monaſterio pertinet, vel pertinere debet, necnon & quomodo hodie tenere videtur, & in antea legaliter, vel juſte aquirere potuerit totam & integram in ſuprafcriptum monaſterium dedimus, & tradimus, & offerſimus, & judicavimus ad habendum tenendum, & domni Deſiderii nutu Dei Abbat, qui modo ipſum ſuprafcriptum monaſterium regimen tenet, vel ad ſuos ſucceſſores, omnique tempore poſſidendum quomodo ſuperius legitur, in talis autem tinore hoc repromittimus, & obligamus nos ſuprafcripti Joannes, & Ugo, & Azzo, vel noſtris heredibus, quod ſi de ipſa noſtra ſorte de ipſum ſuprafcriptum Monaſterium quomodo ſuprafcriptum eſt aliquoque tempore ad poſſendaria facere voluerimus, aut ſi nos exinde cauſare, aut retollere, ſeu minuare per qualibet ingenium reſtaurare promittimus & obbligamus ſub eſtimaciones, qualis in illa die invenitur, quando exinde cauſare videtur, & ſi quis per aſtuciam ſacrilegus, aut temerarius de ipſo monaſterio S. Benedicti retollere vel minuare aut contrariare per qualibet ingenium cum flamma ſulfurea arſurus, & quam per rogum de ſuprafcripti ſcripſi Ego Johannes judex, & Notarius. Actum in Marſi menſe, & Indiccione ſuprafcripta feliciter. ✠ Signum manu Johannis, qui hanc cartulam ſcribere rogabit. Ego Aczo, & Ugo, qui hanc cartulam ſcribere rogavimus. Ego Rainardus. Ego Petrus. Ego Abbuinus.

Altera ita ſe habet.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti tercio anno principatus domni Richardi, & Jordani filii ejus glorioſis principis menſe Septembris, terciadecima indiccione. Ideoque ego Ugo filii qm. Petri, qui ſum habitator in Marſorum provincias in Orbetu in loco, qui Petrarola vocatur, divina inſpiracione compulſus propter mercedem, & redempcionem anima mea, ut hic, & apud eternum dominum de peccatis noſtris requiem invenire valeamus, bona, & ſpontanea etenim mea voluntate per hanc cartulam offero in monaſterium S. Benedicti quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino, ubi nunc Deo tuente domno Deſiderio venerabilis Abbas praeſſe videtur. Hoc eſt totam, & integram meam porcionem, qua mihi eſt pertinentes ſecundum meis racionibus de una eccleſia vocabulo S. Benedicti, qua eſt congregacio de virorum Monachorum, & eſt conſtructa in loco, qui Paſcuſanu vocatur, una cum terris, & vineis, & caſis, & aliis eccleſiis pertinentes ejuſdem monaſterii de mobiles, & immobiles de omnia, & in omnibus undecumque michi pertinet, vel pertinentes fuerit, una cum viis, & aquis, & anditis ſuis, & cum ſopis, & limitibus, & cum pertinenciis ſuis, & cum omnia inferiora, & ſuperiora ſua, cunctum, & integrum offerui in ſuprafcripto monaſterio S. Benedicti a die preſenti, & ſemper in eo ordine, & racione, ut quandocumque neceſſe fuerit cum qualibet homo exinde cauſare facere poteſtatem. & licenciam habeatis, tam domno Deſiderio Venerabilis Abbas, quam & noſtris ſucceſſoribus, ſeu & qualibet Monachi de pradicta congregacione B. Benedicti vice mea oſtendere, & relegere in judicio, & omnem finem facere, cum quibus neceſſe fuerit. Hac omnia autem ſupradicta qualiter ſuperius legitur in prafato monaſterio S. Benedicti offerui ad ſemper habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, qua a pradicto monaſterio placuerit, & ad ejus rectores. Et nulla pars exinde mihi reſervavi, nec ad meis heredibus, nec alicui homini, unde pro taliter obligo me ego qui ſuprafcripto Ugo, & meos heredes in prafato monaſterio S. Benedicti, ejuſque Abbatibus, atque rectoribus hanc chartulam offercionis, de quibus continet defendere, & antiſtare amodo, & ſemper ab hominibus, ab omnique partibus. Si autem ego qui ſupra Ugo, & meos heredes ipſos defendere, & anteſtare noluerimus, vel ſi hanc chartulam offercionis dirrumpere, aut removere queſierimus, & omnia ſuprafcripta non compleverimus, quingentos ſolidos vizanteos aureos pena me, & meos heredes in ſuprafcripto monaſterio S. Benedicti, & ejus Abbatibus, atque rectoribus componere, & dare obligamus. Et hac cartula offercionis, de quibus continet firma, & ſtabile permaneat ſemper; Et taliter ego qui ſupra Ugo pro mercede, & redempcione Anima mea hec omnia ſuprafcripta feci, & te Johannes notarius ſcribere rogavi. Actu ſancti Benedicti loco S. Germano. ✠ Ego Ugo hanc chartam a me facta. Ego Mainfredus Judex. Ego Johannes. Ego Caſtabile. Ego Johannes Notarius complevi, & reddidi.

Præpoſitus hujuſce cœnobii conſtitutus eſt ab Angelo della Poſta Epiſcopo Caſſinenſi, ac deinde a Capitulo Caſſinenſi, eodemque in munere confirmatur ab Angelo Urſino epiſcopo Fr. Marcus Monachus Caſſinenſis ea lege, ut Prælector ſodalibus ſuis Monachis eſſet. Extant patentes hæ litteræ in regeſto prædictorum epiſcoporum p. 13. & in regeſto Communi p. 117. a t. quæ ita ſe habent. *Angelus &c. Religioſo viro Fratri Marco de Albeto Monacho Caſſinenſi, Propoſito eccleſia noſtra S. Martini de Albeto ac rector eccleſiarum noſtrarum SS. Nicolai de Valle Sorana, & Benedicti de Paſcuſano Sorana diœceſis ſalutem in Domino. Expoſuiſti nobis quod olim Fr. Angelus epiſcopus Caſin. predeceſſor noſter propoſituram tibi contulit ſupradictam, q. q. per Vicedecanum Monachos, & capitulum eccleſia Caſſinenſis tibi pro ſtudio retinendo per te in monaſterio Caſſinenſi Monachis ſtudere volentibus prafatas ſanctorum Nicolai, & Benedicti eccleſias contulerunt, ſubjungens, qd. ex Propoſitura pradicta dimidiam unciam in carlenis argenti ſexaginta pro uncia computatis ex pacto inter ipſum Capitulum & te habito annuatim ſolvere tenebaris q. q. per quinque annis XV. die menſe Madii tunc XIV. indictionis inceptis, & ſucceſſive ut ſequitur finiendis prafato capitulo penſionem ſolveras ſupradictam prout in privilegiis, & apodixa inde factis, & nobis oſtenſis vidimus contineri, adjiciens etiam, quod Propoſitura fructibus, & reddisibus Monacatus Caſſinenſis quo fungeris non eſt ſolitum nec debite derogari. Nos autem quibus propoſitum eſt bonos gratioſe, ac benigue*

gne tractare volentes propter tua ſingularis virtutis induſtriam, de qua fidem ſumpſimus oculatam perſonam tuam favore proſequi gratioſo, ut donum, & talentum ſcientia tibi a Deo traditum quod multiplicare laudabiliter ſatagis, & ſtudioſe conaris pariat tibi ſpeciale comodum, ſicut communem aliis affert fructum, tenore preſentium tibi ipſas gratias, & collationes ſub eadem penſione dimidie uncie annuatim pro Propoſitura prædicta ſolvenda roboramus, & etiam renovamus omni modo, via, jure, & forma quibus melius poſſumus, & debemus, & de illis te per noſtrum anulum perſonaliter inveſtimus, ita ut uſque ad alios quinque annos prædictum quinquennium immediate ſequentes, præpoſituram præfatam, & eccleſias prælibatas SS. Nicolai, & Benedicti proſtudio qd. in ipſo monaſterio Caſſinenſi ſtudere volentes Monachis facere tenearis toto tempore ſupradicto valeas licite retinere, fructuſque omnes, & redditus, ac proventus quoſcunque, ſicut unus ex aliis Monachis reſident. eccleſia Caſſinenſis recipere & habere in. cujus &c. Annuum cenſum cœnobio noſtro perſolvebat hic præpoſitus, ut conſtat ex regeſto II. Bernardi p. 129., & 131. V. Lubin p. 265.

S. Marci Aquæfonulæ. Donatio quoque monaſterii S. Marci Aquæfonulæ extat in eodem Petri regeſto p. 209. nu. 493. atque ita ſe habet. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ab incarnatione domini MLXIV. anno, menſe Octobris tercia indiccione. Ideoque ego Bernardus Comes filius cujuſdam bonæ memoriæ Laidolfi Comitis ex civitate Eſernia divina inſpiracione compulſus de dei omnipotentis miſericordia propter mercedem, & ſalvacionem animæ meæ, ut & hic, & apud eternum judicem de peccatis meis requiem, & indulgenciam invenire valeamus, per hanc quoque videlicet cartam declaro me habere monaſterio meo, cum omnibus ſuis rebus, quem a nobo fundamento conſtruximus in finibus ejuſdem Comitatus Eſernienſe, in locum, qui nuncupatur Carpenone ad aquafonula vocatur bocabulo S. Marci apoſtoli, & evangeliſta. Unde congruum habeo illam pro anima mea dare domni Deſiderii Abbatis de S. Benedicto de Caſini montis, cum omnibus pertinencia, & coherencia ipſius locis. Idcirco ego jamdictus Bernardus Comes, & filio ejus Bernardus pater, & filius unanimiter pariterque conſenſum, bona etenim noſtra boluntate pro animabus noſtris, quam & pro redempcione Animæ noſtri genitoris, & noſtra due filiorum, & duo filii mei, qui interfecti ſunt, & ali. de noſtra prole per hanc cartam pro animabus noſtris dedimus, & tradimus tibi jam dictus domnus Deſiderius abbas, hoc eſt inclito jam dicto monaſterio S. Marci ad poteſtatem veſtram, & de veſtris ſucceſſoribus, & ad pars jam dicti cœnobii faciendi juxta legem, quem, vobis placuerit per has fines, prima parte Peſclo corvorum, & deſcendente per Serra de territorio de Magcla Guodani, & directo vadit ad alium collem, quæ aqua currit ad Orientem, & Occidentem, & directe vadit per ipſam ſerram & vadit ad ipſum Mons, qui Tumba nuncupatur, de ſecunda namque parte habet fine ipſa Tumba de Terre S. Angeli, & deſcendit directe in rivuli Tvernali, & directe curris in ripe de pede de ipſe Campetelle, & directe vadit per ipſa rabe, & torrente uſque ad aqua fonula de territorio de Carpenone, & directe vadit per via, quæ vadit da pede de caſtello vetere ad S. Romanum, & directe vadit per ipſa via, & pergit ad ipſa fons q. nuncupatur cornale, & directe deſcendit per ipſum rivulum Tvernale, & curris in ipſo fluvio juxta Gurguadum, & de tercia namque parte habet fine ipſius fluminis, qui Dexana pergit, & vadit recte per ipſius flumen, & molinum, & ſalieris uſque ad caput de ipſum ſertum, & ipſum rivulum Tvernales, quæ eſt in territorio de ipſa Fara, & de Carpenona, & cum aſcenderit per ipſum rivulum, & vadit per pede de Guaſtu, & directe ſalieris in balle Janara in cacumine ipſum mont, de quarta namque pars per ipſius monaſterii habet fino territoria de Freſclone, & pergit ad ipſa fons, quæ dicitur Oppleta, & deſcendit ad ipſum Peſclo Corvaru, qui eſt priores fines. Has autem jamdicto monaſterio cum jamdictis rebus de quibus continet per jamdictos fines, & ali. eccleſia in loco qui Ripa urſa dicitur, eccleſia S. Clementi, & eccleſia ſanctus Elias, eccleſia S. Maria quod modo habet, & in ante parare, aut conquirere potuerat; in Carpenona eccleſia S. Victorini, eccleſia S. Petri, eccleſia S. Reſtituta quod modo habet, & qualitercumque parare aut conquirere potuerat, una cum jamdicta eccleſia, & cœnobii, & arboribus, & aquis, & curſus eadem aquarum, & cum omnia intra habentibus ſubter, & ſuper, & cum vie ſue intrandi, & exiendi eundo, & integro jamdicto loco pro animabus noſtris dedimus, & tradimus tibi ſupraſcripti domni Deſiderii Abbati ad poteſtatem tuam, & de veſtris ſucceſſoribus ad habendum, & poſſidendum, & fruendum, clericos & Monachos ibidem ordinandi, faciendi juxta legem quod cum vobis placuerit. Et obligamus nos, qui ſupraſcripta Bernardus Comes, & Bernardus filius meus, & noſtris heredibus vobis ſupraſcripti domni Deſiderii Abbas, & veſtris ſucceſſoribus, & rectoribus ejuſdem monaſterii, & pars jam dicti veſtri cœnobii eadem noſtra dacio, atque tradicio defendere & anteſtare ſemper da nos, & da heredibus noſtris, & da omnibus hominibus ab omnique parte. Si autem ipſas vobis defendere, & anteſtare non potuerimus, ut diximus primis vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & ad partem jamdicti noſtri cœnobii de calludio anſem legibus ſi a vos pulſati fuerimus ad dei evangelia jurare obligamus. Et inſuper reddamus cum talis edificiis qualis in illa die invenitur eſſe in ſimili loco reſtaurare, & reddere vobis obligamus, & ſi non defenſaverimus vobis, ſicut ſupradiximus, G. libras auri pœna ſe unus quiſque de nobis, & de noſtris heredibus vobis jamdictus domnus Deſiderius Abbas, & a veſtris ſucceſſoribus componere, & dare obligamus, & omnia ſupraſcripta vobis compleamus, & hanc carta de qribus continet, firma, & ſtabilis permaneat. Et te Hieronimus clericus, & notarius ſcribere rogavimus in civitate Eſernia. Ego Abbas Deſiderius cum congregatione S. Benedicti. Et Petrus epiſcopus Iſernienſis, & Ambroſius epiſcopus Tarracinenſe anathematizamus per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, qui hanc cartam dirrumpere aut removere voluerit damnatus ſit in die Judicii. Ego Landolfus judex. Ego Aldo Sergi. Ego Leo. Ego Guazza. Ego Cuſo. Ego Berardus Onnchene.*

A. 1269. Bernardus Abbas eleemoſynæ ergo conceſſit Æmiliæ ſanctimoniali parthenonis S. Mariæ apud Æſerniam decem grani cumulos annuatim, quorum quinque a cœnobio S. Crucis Peſclarum, quinque alii a cœnobio S. Marci penderentur. Extat hæc conceſſio in regeſto primo Bernardi p. 63.

at.

Digitized by Google

a t. eſtque hujuſcemodi. *Anno domini 1269. menſe Auguſto indictione duodecima nos Bernardus dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas attendentes fidem, & devotionem, & merita tua Tmila Monialis eccleſia S. Maria de Yſernia, & filia Magiſtri Angeloni de S. Germano &c. Intuitu etiam pietatis, & miſericordia, quam Caſſinenſis eccleſia in devotos fideles, & pauperes monaſterium Caſſinenſe ſemper exercuit, de pura noſtra gratia, & unanimi voluntato de ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo Magiſtrum Brunum archidiaconum S. Germani judicem, & advocatum Caſſinenſem, concedimus tibi ſupraſcripta Tmilla moniali dicta eccleſia S. Maria de Yſernia, ut annuatim in vita tua percipias, & habeas de fructibus & proventibus eccleſia noſtra S. Crucis de Peſclis tumulos de grano quinque, & totidem thumulos de grano de fructibus, & proventibus eccleſia noſtra S. Marci de Corpenone &c.*

Caſſinenſis eccleſia liberalis erga pauperes ac ſuos fideles.

Prępoſitum hujus cœnobii A. 1478. die 11. Decembris conſtituit Johannes Aragonius Abbas Johannem Baptiſtam Cicinellum nobilem Neapolitanum, ut hiſce litteris conſtat ex ejus regeſto primo pag. 93. *Johannes miſeratione divina &c. Magnifico viro Johanni Baptiſta Cicinello Neapolitano regio paterno Commiſſario, fideli & nobis ſincere dilecto ſalutem in domino ſempiternam. Nobilitas generis, & virtutum tuarum merita, ac grata, grandia, & accepta ſervitia per genitorem tuum regia paterna Majeſtati praſtita & impenſa &c. nos excitant &c. Cum itaque inter alia membra noſtra monaſterii Caſſinenſis, eccleſia S. Marci de Aqua Sonula &c. ſit membrum immediatè ſubiectum dicto noſtro Monaſterio, & Grancia de menſa ejuſdem, & genitor tuus dum in humanis agebat, & ſucceſſive poſt ejus obitum tu Johannes Baptiſta tenuiſti dictam eccleſiam &c.* Cenſum quotannis Caſſinatibus perſolvebat hoc monaſterium, ut ex regeſto II. Bernardi p. 129. Aſſentiente demum apoſtolica ſede, bona cœnobii iſtius ineunte Sæculo XVI. vendidere Caſſinates domno Johanni Baptiſtæ Cicinello tunc oppidi Carpinonis Domino. Vid. Ciarlante lib. 3. p. 262., & Lubin. p. 84.

S. Demetrii.

Ultimus cœnobii S. Demetrii apud Neapolim ex Monacho Caſſinenſi præpoſitus fuit D. Beſſarion ab Avinione, ut ex hiſce litteris die 29. Januarii A. 1523. datis conſtat. *Johannes Baptiſta do Angelis de Neapoli, dei & apoſtolica ſedis gratia Abbas ſecularis, & collegiata eccleſia S. Benedicti de Capua, ac monaſterii Caſſinenſis ejuſdem R. Abbatis vicarius generalis, etiam cum poteſtate conferendi grancias, & quecumque beneficia ſpectantes & ſpectantia ad dictum ſac. monaſterium Caſinenſe &c. venerabili, & religioſo viro D. Beſſarioni de Avignone monacho Caſſinenſi procuratori dicti monaſterii Caſſinenſi ſalutem &c. Cum itaque, ſicut accepimus, vacaverit, & vacat ad praſens monaſterium S. Demetrii civitatis Neapolis, quod conventu caret ejuſdem Ordinis S. Benedicti Abbatia nuncupata grancia, & annexa dicti monaſterii Caſſinenſis per mortem R. D. Annibalis Januarii de Neapoli ultimi, & immediati illius commendatarii, & poſſeſſoris, cujus collatio, & omnimoda diſpoſitio ad Abbatem monaſterii Caſſinenſis pro tempore exiſtentem pleno jure pertinet &c. pradictum monaſterium cum ejus annexis, ac juribus ſuis omnibus ut ſupra vacans authoritate noſtri vicariatus officii, ac poteſtate nobis attributa, ut ſupra tibi prafato Beſſarioni conferimus & aſſignamus, ac providemus de eodem. Teque coram nobis conſtiento in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi dicti monaſterii jurium, & pertinentiarum pradictarum per annuli noſtri tuo digito impoſitionem inducimus, & inveſtimus de eodem. Praſtito per te in manibus noſtris, quod dicto Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus in monaſterio Caſſinenſi fidelis, & obediens eris, ac S. Matris eccleſia, & dicti Abbatis pro tempore exiſtentis debitis parebis mandatis, dictoque monaſterio laudabiliter deſervies, & deſervire facies, ac illius onera incumbentia debite ſupportabis &c.* Anno 1478. die 10. Decembris Johannes Aragonius Abbas præpoſitum conſtituerat clericum Staſium de Veza Neapolitanum, ut ex literis in ejuſdem regeſto I. p. 94. a t. liquet. A. 1496. Præpoſitus eſt conſtitutus Franciſcus Cimino de Neapoli prothonotarius apoſtolicus a Vincio Canonico Salernitano vicario generali in temporalibus, & ſpiritualibus Joannis Medicei Abbatis Caſſinenſis, atque anno inſequenti die 24. Julii ab ejuſdem Abbatis vicario generali Carolo Orpheo de Medicis, Præpoſitus electus eſt clericus Joannes Thomas domni Antonii de Januario Neapolitanus. Cui deinde Paulus de Octavianis ab Aretio vicarius item generalis ejuſdem Abbatis die 10. Novembris 1499. facultatem tribuit concedendi in emphyteuſim domos quaſdam cum horto pone eccleſiam illam ſitas Benigno de Franciſco de Egidiis. Vid. regeſtum primum Johannis de Medicis pp. 259. 389. & 508.

Fuſius hæc minutiora, referre libuit, quo conſtaret hallucinatum Cæſarem Engenium, cum in Neapoli Sacra p. 255. ait: *Da chi, & a che tempo ſia ſtata fabricata, e dotata queſta Chieſa a noi ſin hora è incerto, e ſol queſto diremo, che quivi fu il monaſterio de Monaci dell' Ordine di S. Benedetto, a quali fu conceduto da Gregorio Conſole de Romani l' anno del Signore 1062., come ſi legge nella Cronica Caſſinenſe, ſiche anche per molte Scritture di queſta Chieſa chiaramente appare l' antico Monaſterio contenea tutte quelle caſe ne i Banchi nuovi, che di preſente ſono disfatte. Dopo i Padri la dieder a' Monaci di S. Baſilio, i quali nel 1187. ne furono privi da Gregorio IX. Sommo Pontefice di Santa memoria. E che ſia antichiſſima Chieſa, e vi ſia ſtato il Monaſterio, ſi chiariſce molto bene dall' Inſcrittione del marmo, che ſta nel mezzo di queſta Chieſa in cui ſi legge.*

Corrigitur Engenius.

Hic jacet corpus Benerabilis Viri Fratris Angeli Melia

Abbatis Monaſterii Sancti Demetrii, qui obiit Anno

Domini 1362. die 8. Decembris I. Indictionis.

Eundem in errorem incidit Carolus Celanus in *Notitia Neapolitana* Die IV. p. 29. cum ait: *Siegue appreſſo la Chieſa di S. Demetrio, Chieſa un tempo col monaſterio de Monaci Benedettini. Fu conceſſa poi da Benedettini a Monaci di S. Baſilio, & eſſendono ſtati queſti privati nell' A. 1187. fu data in Commenda, e per ultimo dal Commendatore fu conceduto l' uſo della Chieſa coll' abitazioni che v'erano, alli Padri Somaſchi, che al preſente la mantengono. Il Monaſterio di queſta Chieſa ſtava dove al preſente vedeſi nobilmente fabricata la Caſa degli Orſini, hora del Conſigliero Antonio de Ponte Duca di Caſamaſſima.*

Item & Carolus Celanus.

Anno certe 1187. pontifex erat Gregorius VIII.

neque lib. III. Chronici Caſſin. cap. 19. memorat Leo, a quo cœnobium S. Demetrii Monachis Caſſinatibus conceſſum fuerit, aut quo anno; ſed ait dumtaxat, cœnobium iſtud cum aliis a ſe recenſitis donatum Caſſinatibus fuiſſe ab A. 1058. ad 1071. Rem conficit privilegium Clementis III. *datum Laterani per manum Moyſi S. R. E. Subdiaconi vicem agentis Cancellarii, undecimo Kal. Decembris indictione ſeptima anno incarnationis dominica* 1188. *Pontificatus vero domni Clementis PP. III. anno primo*; ubi inter alia cœnobii noſtri bona hæc numerantur: *S. Agatha in Averſa, S. Cæcilia, et S. Dimitrii in Neapoli*. Eademque habet Innocentius III. A. 1208., & Honorius III. A. 1216., ut alios mittam Pontifices Vid. Lubin p. 249.

S. Cæciliæ. De eccleſia S. Cæciliæ apud Neapolim, cujus meminere laudati pontifices in ſuis diplomatibus, hæc ait Leo Oſtienſis lib. I. cap. 56. *Huic Abbati* (Adelperto) *Johannes Conſul, et Dux Neapolitanorum ſuo præcepto confirmavit atque conceſſit eccleſiam S. Cæciliæ intra Neapolim ſitam in platea, quæ cognominatur Palmarum, antiquitus huic noſtro monaſterio pertinentem, cum univerſis omnino pertinentiis ejus &c.* Vid. Engenius cit. loco p. 367. Ad annum uſque 1606. ſacrum cœnobium Caſſinenſe beneficium S. Cæciliæ in aliquem contulit; atque in diplomatibus ea de re aſſeritur, ſitam eccleſiam hanc fuiſſe in palatio doctoris Thomæ Stene; atque in diplomate pro D. Joanne Franciſco de Torres canonico archiepiſcopalis eccleſiæ Tranenſis ſita dicitur in domibus olim Thomæ Stene, nunc Joſeph Pacifici, & Thomæ de Santolo in via dicta *de Panettieri*. An hæc eccleſia eadem ſit cum illa, de qua ſupra egimus, quæque in platea dicta *delle Palme*, modo extat, mihi certe incompertum.

S. Euphemiæ. Inter alia a S. Adelmario Abbate conſtructa cœnobia, illud S. Euphemiæ apud Pharam recenſetur in ejus vita hiſce verbis: *Hinc tamen ad alium vir dei directus eſt locum, ubi S. Euphemia conſtruxit monaſterium, Abbatiſque, omnibus ſupplicantibus ſuſcepit gradum*. Hoc deinde cœnobium anno 1063. Caſſinatibus donatum eſt a Dodone, ut ex ejus donatione conſtat in regeſto Petri Diaconi p. 198. nu. 455. quæ ita ſe habet.

In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo ſexageſimo tercio, & dies menſe Jan. per indice. XV. Ideo conſtat me Dodo fili qd. Albeni, bona mea expontanea voluntate ſeu, & pro mercede, & remediam adque ſalvacionem anima mea, & pro redemcione anima Albeni qui fuit genitori mee, & pro redemcione anima Franca genitrice mea, & pro redemcione anima Teoderada qui fuit mulier mea, & pro redemcione anima Benedicti filio meo quando de hoc ſaculo migratus eſt, & migraturus ſum ut ipſe dominus noſter Jeſus Chriſtus veniam, & indulgenciam donet de peccatis noſtris, & in æterna vita a domino Deo mercedem merar accipere, & merear audire vocem domini; Venite benedicti patris mei percipite regnum . . . . *Propterea perhanc cartulam ſic judico, & concedo in ipſo monaſterio q. edificatum eſt in honore S. Benedicti in monte Caſino hoc eſt do res mea, que mihi in hereditatem advenit in ipſa pertinencia de ipſa inſula quia eſt ſuper fluvio Fauro, & eſt ipſa eccleſia S. Eufemia, qua hedificata eſt ſuper ipſa aqua biba, & eſt ipſa eccleſia S. Eufemia ſic cum omnibus ornamenteis ſuis, & rebus, & molendinis, & terra mea, que habet fines terra Temmari, & de conſortibus ſuis & terra Maſſarelli, & de conſortibus ſuis da pede fine terra Treſidii, & de conſortibus ſuis de uno latere fine Ficario, & de alio latere fine terra Treſidii, & de conſ. ſuis, & eſt infra iſte fines & infra iſta menſura ſicut ſuperius legitur faciunt modiorum trecenti, & ſi amplius fuerint infra iſte fines, & infra iſta menſura per ſingule pecie ſic, quomodo ipſo rogo factum fuerit nullam reſervacionem, nec exceptuacionem requirendi nec meis nec ad meis heredibus, & prædicte pecie de terra infra finis cum vineis pomis arboribus ſuis cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe, & ſuper ſe habentur, in integrum, & in omnibus per hanc cartulam ſic judico, & concedo in ipſo monaſterio ad habendum, & poſſidendum, & faciet de ea quecumque volueritis ſine omnia calumnia, & per Launegildum nihil alium querimus niſi ſancte oracione deipſi ſacerdotes, & monachi qui ibidem habitare videtur, & hoc repromitto obligo me ego ſupraſcripto Dodo, vel meis heredibus, ut ſi ipſa res & ipſa eccleſia quod pro anima mea, & pro anima Albeni, & pro anima Franca, & pro anima Teoderada, & pro anima Benedicti judicali da omnes homines anteſtare, & defendere debeamus ad ipſo meos, & ſi non potuerimus defendere aut noluerimus ad ipſo monaſterio, aut ſi ego ſupraſcriptus Dodo, vel meis heredibus in contra ipſo Monaſterio, aut contra cartulam aliqua cauſacione de ipſa res mittere queſierimus, aut de ipſa eccleſia, aut ſi exinde aliquid retollere vel minuare, aut mutare, ſeu foras eicere preſumſerimus per quodlibet ingenio, vel occaſionem de alia propria mea res dupla, & meliorata reſtituamus ad ipſo monaſterio ibidem in ipſum locum ſub eſtimationem, & ſi nos, vel meis heredibus aut qualemcumque homine ipſa res & ipſa eccleſia retollere voluerit ad ipſo monaſterio. In primis in ira dei incurrat, & ab ea participe cum Anna, & Cayfa, & cum Juda, qui Dominum tradidit partem habeant, & ipſo monaſterio, ipſa eccleſia, & ipſa res firmiter aſque teneat in perpetuum, quem vero hanc cartula judicacionis, ſeu conceſſionis rogatus a ſupra Dodo ſcripſi ego Indolfo judic., & notarius Actum in Teate feliciter. Ego qui ſupra Dodo. Ego Ildeprandus, Ego Albeni, Ego Raynaldus*. Per plura Sæcula cœnobium iſtud incoluere Monachi, atque A. 1275. die 17. Auguſti Bernardus Abbas ejus Præpoſitum confirmavit hoc diplomate, ut in ejus regeſto I. p. 234. *Bernardus dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas Kariſſimis in Chriſto Fratribus Conventui, & univerſis clericis, & Vaſſallis monaſterii S. Eufemia de Fara filiorum Petri ad monaſterium Caſſinenſe pertinentis Salutem, & benedictionem. Dudum prædicto monaſterio S. Euphemia Propoſito vacante vos prædictos conventus Fratrem Stephanum Monachum concorditer in Propoſitum elegiſtis, ſed quia nos pro negotiis apoſtolica ſedis ad partes Romania deſtinati tunc abſentes eramus Rev. patri Domino Ayglerio divina providentia Neapolitano archiepiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus noſtro Vicario eandem electionem, & te Electum preſentaſtis petentes eam humiliter confirmari. Idem vero dominus Archiepiſcopus diſtulit electionem confirmare prædictam, quouſque preſentes eſſemus confirmationem ipſam perſona noſtra nobis in hac parte deferens reſervando. Idem vero Frater Stephanus ſtatutus fuit interim per* Ayglerius Neapolitanus Archiepiſcopus Vicarius generalis Bernardi Abbatis.

ipſum

Digitized by Google

ipſum dominum Archiepiſcopum Procurator, qui quando commode potuit poſt adventum noſtrum nobis feſtinavit preſentare. Nos autem electionem examinantes prædictam de Fratrum noſtrorum conſilio ipſam approbantes gratioſe confirmamus, eundem Fratrem Stephanum præficientes in Propoſitum monaſterii memorati curam ipſius monaſterii eidem in ſpiritualibus, & temporalibus committentes, mandando eundem per religioſum virum Fr. Jacobum Abbatem S. Matthæi de Servis dei prout moris eſt, in talibus inſtallari, quocirca vobis præcipiendo mandamus, quatenus eidem ſicut paſtori, & propoſito veſtro in Spiritualibus, & temporalibus a nobis ſtatuta obediatis, & intendatis, ita quod obedientia veſtra poſſit merito commendari. Nos enim ſententias quas idem propoſitus rite tulerit in rebelles ratas habebimus, & firmas, & faciemus auctore domino inviolabiliter obſervari. Datum in monaſterio Caſſinenſi in anno Domini 1275. menſe Auguſti decima ſeptima die ejuſdem menſis tertia indictionis. Eidem cœnobio anno 1344. Neapoleon Urſinus Comes Manupellæ ejuſque uxor medietatem decimarum molendinorum apud Pharam confirmarunt, ut hiſce literis conſtat: *Neapoleo de Filiis Urſi, & Maria de Suliaco conjuges nobilibus providis, & diſcretis viris Camerariis, Magiſtris Maxariis, Cabellotis, Credenzeriis, ſeu Procuratoribus molendinorum noſtrorum & officialibus aliis caſtri Fara Filiorum Petri, preſentibus ſcilicet & futuris devotis, & fidelibus noſtris ſalutem, & dilectionem ſinceram. Condigna quidem, & ſaluberrima cauſa inducimur, & movemur, ut ſpiritualium jura, & commoda, quæ ſub quocumque preſide ſunt ubilibet protegenda defectu cujuslibet tempore noſtri dominii in nullo depereant ſeu lædantur, ſed crebris dominationis noſtræ oportunis, & juſtis ſuffulta præſidiis potius augeri contingat. Cum itaque fidedignorum relatibus pluriomorum indubie noſtra conſcientia pateſiat quod noſtri predeceſſores quibus in comitatu, & Baronia terrarum noſtrarum, Divina gratia miniſtrante, hereditario jure ſuccedimus, digna quadam, ac devota religioſorum loca fundantes, & conſtruentes antiquitus intra Baroniam prædictam ducti contemplatione divina providu, & ſubſtentatione locorum ipſorum, ac perſonarum pro tempore degentium in eiſdem in locis pluribus Comitatus ejuſdem nonnullis bonis ſtabilibus, & juribus aliis, ex meris demaniis, & bonis eorum pro ipſorum Animarum ſalute eadem monaſteria pie, ac miſericorditer dotaverunt, & ſingulariter venerabile monaſterium S. Euphemiæ ſitum in territorio Fara predicta inter alia donaſſe comperimus annuatim medietatem decimarum omnium fructuum molendinorum noſtrorum caſtri Fare prædicta, quamve ipſum monaſterium ſeu procuratores ipſius a longevis, & continuatis temporibus a dictis noſtris prædeceſſoribus, vel eorum officialibus invenimus recepiſſe, cum itaque ipſorum prædeceſſorum noſtrorum in hiis ſequi veſtigia, & noſtrum in hac parte debitum ſubire volentes, ne in exhibitione decimarum hujuſmodi nequitiis, vel forſan officialium dubiis (quod abſit) dictum monaſterium contingeret defraudari, quod pati nollemus, & merito vobis præſentibus, & aliis ſucceſſive futuris ſub obtentu noſtræ gratiæ damus tenore preſentium expreſſius in mandatis, ut tam pro preſenti anno tertiadecima indictionis, quam pro annis ſingulis ſequentibus ſucceſſive ad requiſitionem venerabilis viri Fr. Bartholomæi propoſiti dicti monaſterii, & conventus ejuſdem, vel eorum procuratoris, & aliorum ſuorum in eodem monaſterio ſucceſſorum nullo alio proinde expectato mandato medietatem decimarum, & fructuum provenientium ex noſtris molendinis jam dictis annuatim, & debitis temporibus, ſicut fructus ipſi pro curia noſtra percipiuntur, auctoritate preſentium exhibere, & ſolvere infallibiliter, ac integre procuretis eiſdem ſicut pœnam prædictam cupitis evitare. Mandato, & ordinatione aliis executione preſentium forte factis, & faciendis, contrariis non obſtantibus quoquo modo, preſentes autem litteras poſt oportunam inſpectionem earum reſtitui volumus preſentanti, ſibi perpetuo valituras. In cujus rei teſtimonium, & dictorum monaſterii Præpoſiti, & conventus ejuſdem certitudinem, & cautelam dictas noſtras litteras patentes exinde fieri, & ſigillorum noſtrorum appenſione juſſimus communiri. Datum in caſtro noſtro Manupelli ſub pendentibus noſtris ſigillis anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto, die vigeſimo octavo menſis Octubris indictione prædicta, Regnorum regina Johanna anno ſecundo. Nos Napoleo ſupradictus ad perpetuam roboris firmitatem propria manu ſubſcripſi.* A. 1366. polypticon bonorum mobilium, atque immobilium hujus cœnobii factum eſt, indeque conſtat vixiſſe in eo Monachos obſervantiæ regularis amantiſſimos, qui interdiu, noctuque in dei laudibus vacarent. Plures quoque ei ſubiectæ eccleſiæ numerantur. Quædam inde excerpemus quæ ad rem noſtram faciunt. *In dei nomine Amen Anno a nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto regnante ſereniſſima domina, domina noſtra Johanna regina dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ, ducatus Apuleæ, principatus Capuæ, provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa regnorum vero ejus anno viceſimo quarto feliciter Amen. Die viceſimo menſis Decembris quinta indictionis apud monaſterium S. Euphemiæ, juxta Faram Filiorum Petri in Sala domni Præpoſiti ejuſdem monaſterii, in qua comeditur. Nos Butius Tadei de Fara prædicta annalis illitteratus judex dicta Fara. Maſius Jordani de caſtro Pomaris reginali auctoritate publicus ubilibet per regnum Siciliæ notarius, & teſtes ſubſcripti litterati, & illitterati &c. teſtamur, quod prædicta die, ad requiſitionem venerabilis viri fratris Franciſci de Pelegra præpoſiti monaſterii ſupradicti Monachorum, & conventus dicti Monaſterii ad ſuam preſentiam acceſſimus &c. in noſtri præſentia fecerunt inventarium infraſcriptum. In primis videlicet dixerunt prædicti Præpoſitus, Monachi, & Conventus, ſubſcriptas reliquias in altaribus eccleſiæ dicti monaſterii permanere, videlicet de veſtimento beatæ Mariæ Virginis, de ligno domini, de lapide Seppulchri domini, de corio beati Bartholomei, de S. Siro, de S. Pamphilo, & multarum aliarum reliquiarum ſanctorum, & ſanctarum Dei dictis altaribus ſiſtentium; item dixerunt habere crucem argenteam unam, calices argenteos duos, calices alios hereos duos deauratos, & de piltro duos, thuribulum hereum unum, planetam unam de ſeta &c. Item libros tres pro altaribus, homelias quatuor, antiphonaria duo, & quamplures alios libros ad totum divinum officium pertinentes, nocturnum, & diurnum &c.* Deſcribuntur alia bona mobilia, & ſtabilia. Et infra. *Decimas certarum*

Donatio Neapoleonis Urſini. Ex originali in Archivo.

Monachi S. Euphemiæ regularis diſciplinæ obſervantiſſimi.

Reliquiæ ſanctorũ.

Libri pro celebrando officio nocturno ac diurno.

terrarum, & vinearum in territorio Preturi &c. Et poſt pauca. *Item molenina duo in flumine Fori, moleninum unum indiviſum cum Andrea domino Caſa Cantidella in flumine Fori, aliud moleninum indiviſum cum Janutio Maſii de Guardia Grelis in rigo ſicco; Item medietatem decimarum de moleninis domni Comitis Manupelli ſitis juxta caſtrum Fara domos tres in caſtro Praturii, dominium ſpirituale in caſtro Fara Filiorum Petri, quod caſtrum modicum habitatur. Item habent quaſdam petias terrarum in pertinentiis dicta Fara, qua debent facere decimas, & terragium dicto monaſterio indiviſas cum Monachis ſeu Conventu dicti monaſterii, & tam iſte, quam plures alia ſunt qua debent prafato monaſterio annuatim facere certos redditus, ſive cenſus. Item habent eccleſiam S. Antonii juxta Faram indiviſam cum dictis Monachis monaſterii pralibati, alia eccleſia, qua pertinent ad dictum monaſterium ſunt iſta videlicet. Eccleſia S. Salvatoris de Fara Filiorum Petri, eccleſia S. Maria de Terra pradicta, eccleſia S. Michaelis, S. Nicolai, S. Petri, S. Maria de Paganico, S. Donati, S. Mauritii, & eccleſia S. Thomaſii poſita in territorii dicta Fara, eccleſia S. Victorini ſita in territorio Caſalis Comitis, & eccleſia S. Maria Magdalena de Preturo. Item alia eccleſia, qua pertinent ad Monachos dicti monaſterii, ut dixerunt, videlicet eccleſia S. Crucis, & eccleſia S. Laurentii &c.* Et poſt alia ſtabilia. *Item Feudum Gentilis de Colle Dominico debet decimare monaſterio predicto S. Euphemia &c.* Anno 1390. die 8. Aprilis Monachi S. Euphemiæ Præpoſitum cœnobii ſui elegere Nicolaum de Rocca Moriſii priorem monaſterii S. Spiritus Majellæ, cujus confirmationem ab Abbate Caſſinenſi Petro de Tartaris petiere, ut conſtat inſtrumento facto a notario Angelo Andrea de Laurentio a Guardia Grelis, in quo hæc adnotanda: *Idcirco pradicti Fratres, & monachi ejuſdem monaſterii ad tractandum de futura ſubſtitutione paſtoris in capitulo conveniſſent ut ſupra, & cum ſollemni devotione celebrarunt miſſam ſpiritus Sancti, & poſtea in parte morantes, & orantibus eis, ſpiritus Sancti gratiam invocantes, ut poſſint, & valeant in bono ſtatu ipſius monaſterii in temporalibus, & ſpiritualibus de paſtore futuro idoneo eis eligere, pramiſſo venerabili ſigno S. Crucis, & gratia ſpiritus S. conſpirati, mox de oratione ſurgentes ipſe Frater Benedictus primus in ordine, ipſe Frater Gerardus ſecundus in ordine &c. conſiderata prudentia, honeſtate, moribus, & vita Fratris Nicolai de Rocca Moriſii Ordinis S. Spiritus, & prioris Monaſterii S. ſpiritus de Majella in ipſum Fratrem Nicolaum unanimiter conſentientes, & invocato nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ipſum nominaverunt, & elegerunt nominando in paſtorum, & propoſitum Monaſterii antedicti electionem ipſam mox coram nobis publicantes & ad honorem dei, & virginis glorioſa laudem facientes, & te Deum laudamus cantantes &c.* Cumque Nicolaus Monachus Cœleſtinus eſſet, hæc in litteris confirmationis verba poſuit Petrus Abbas: *Quocirca dilectis in Chriſto Filiis prapoſito, & decano noſtri monaſterii S. Liberatoris de Majella ſubditis noſtris, & ipſorum alteri committimus, & mandamus quatenus te in Monachum Caſſinenſem recipientes in cujuſcumque propoſiti manibus profexionem facias &c. In cujus Propoſiti S. Liberatoris manibus ſolitum noſtro nomine preſtes juramentum &c.*

Juriſdictio ſpiritualis.

Eccleſiæ Cœnobii S. Euphemiæ.

Orationes factæ pro electione Præpoſiti.

Confirmatio Præpoſiti.

Datum in noſtro monaſterio Caſſinenſi ſub noſtri pontificalis ſigilli appenſione munitas, & ſubſcriptione propria manus die decimo menſis Maii XIII. indictionis 1390. &c. Obiter hic tamen adnotandum, neceſſarium non fuiſſe, ut profeſſionem iterum emitteret Nicolaus, nam Cœleſtini ſic appellati, quod a S. Petro de Marono, deinde Cœleſtino Romano pontifice fuerint inſtituti, ſub regula S. Benedicti militant æque ac Caſſinates. Vid. Caramuel To. I. Theol. Regul. edition. Lugd. A. 1655. p. 159., & ſeqq. art. 9. ubi præter rationum momenta, plura adducit vetera, recentioraque exempla quorundam Ciſtercienſium, qui monaſteriis Benedictinorum nigrorum præfuerint, & viciſſim; quod de ſe ipſo etiam, quamquam inter Ciſtercienſes regularem profeſſionem emiſerat, teſtatur; nam Viennæ, & Pragæ Benedictinis nigris præfuit. Subdit deinde: *In qua promotione nulla alia ſollemnitas fuit obſervata, quam ut ille authoritate Ceſarea introduceretur, & acceptatus a religioſis, a ſingulis obedientiam promiſſam acceptaret, &c.* Meminiſſe certe debuerat Petrus ad nihil aliud ſe fuiſſe a Gregorio XI. cum ex priore S. Mariæ novæ congregationis Montis Oliveti, Abbas S. Laurentii extra muros, quod tunc cœnobium Benedictinorum nigrorum erat, adactum, quam ut album habitum in nigrum commutaret, ut alibi fuſius dicemus. Fortaſſe profeſſionis nomine nuda promiſſio ſervandi ritus Caſſinenſium exprimitur a Petro. A. 1411. Præpoſitum ejuſdem cœnobii loco memorati Nicolai præmortui elegere Monachi F. Benedictum a Prætore, quo in munere confirmatus eſt ab Andrea Abbate S. Mariæ de Ferraria ordinis Ciſtercienſis vicario generali Henrici Thomacelli Abbatis Caſſinenſis, ut ex autographo hac de re diplomate ejuſdem Andreæ expedito die 11. Julii A. 1420. Præpoſitus electus eſt a Monachis Frater Gerardus Cerino a Fara ejuſdem cœnobii monachus, eumque confirmavit Pyrrhus Thomacellus, ut ex inſtrumento ſtipulatu eodem anno die 25. Auguſti a notario Marino Cerii Nicolai de Guardia Grelis. A. 1509. Præpoſitum hujuſce cenobii D. Gratianus a Mediolano Caſſinenſis Abbas conſtituit D. Columbanum a Genua Monachum Caſſinatem, atque a. 1521. die 23. Februarii D. Ludovicus a Mediolano Caſſinenſis Abbas Præpoſitum ejuſdem monaſterii conſtituit D. Maurum. Unitum demum hoc cœnobium fuit monaſterio Caſſinenſi, cui ſuberat vi privilegiorum, quæ alibi recenſuimus.

Monaſteria S. Angeli in Peſclu in territorio Velliterno, S. Angeli de Alcido, S. Agathæ, S. Crucis in Jeruſalem, cum eorum eccleſiis, S. Petri in Plegi, S. Felicitatis, S. Luciæ, S. Antonini, Sanctiſſimæ Trinitatis, S. Mariæ ad Vineas, quæ omnes in Tuſculano ſita erant, memorat Petrus Diaconus lib. III. Chr. Caſſ. cap. 61. Donationes harum eccleſiarum nobis factæ a Gregorio Romano Conſule, ab Octaviano, & Petro item Conſule extant in regeſto Petri Diaconi pagg. 191. 192. 193. & 223. numm. 443. 444. 445. 446. 447., & 559. atque ita ſe habent. *In nomine domini dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno deo propicio pontificatus domni Alexandri ſummi pontificis, & univerſalis ſecundi papa in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli tercio, indiccione ſecunda, menſe Januarii, die triceſima.*

Plura a Cœnobia.

*ſima. Legitur in dictis Sanctorum, non ſatis deo
eſſe carum quod illi dant homines cum illud uti non
poſſunt, ſed hoc magis ei carum eſt, cum illis datur,
quod a ſanis poſſeſſoribus poſſidetur, & non legitime
mereantur vitam eternam, licet nequeat poſſideri ni-
ſi poſt decoſſum, qui non prius quam decidant ſponta-
neum pro ea tribuunt precium, & qua poſſunt dari in
redemcionem a viventibus peccatorum, aut vis, aut
nunquam fient poſt obitum, niſi qualeſcumque conſo-
laciones vivorum, cujus rei pavore ductus ego Gre-
gorius illuſtris domus Gregoris Conſulis viri clariſſimi
Alberici quondam filius ab hac preſente die, nullo
cogente, neque contradicente, nec eciam iſſa con-
ſciencia in cogitacione remordente, ſed voluntate pro-
pria, ac ſpontanea dono, cedo, trado, atque pro
meis peccatis, meorumque parentum irrevocabiliter
offero tibi electe dei, & confeſſor Chriſti Benedicte,
& per te in perpetuum niſi ad utilitatem cœnobii tui,
quod ſitum eſt in cacumine montis, qui vocatur Caſ-
ſinus, ubi nunc requieſcunt tua ſancta corporis mem-
bra, exiſtente domno Deſiderio deo amabilis vene-
rabilis, & ſollertum per apoſtolica precepcionis Ab-
bate. Simulque eciam ad perpetuum uſum & utilita-
tem cœnobii te digne Dei Benedicte in tuo monaſterio
per ſecula ſervientibus, ideſt eccleſiam unam dedica-
tam ad honorem beati archangeli Michaelis cum om-
ni decore, & pulchritudine ejus cum libris, & para-
mentis, cum vineis, & Terris, cum domibus, &
cellis cum veterinis, & ortuis, cum montibus, &
collibus, cum aquis, & molendinis, cum arboribus
fructuoſis, & infructuoſis diverſis generis, & cum
omnia, & in omnibus ſibi pertinentem poſitam juxta
meo caſtro, quod dicitur Algido, nec non & confiſus
valde de ſingulare juvamine tuo, quem credo inceſſa-
biliter deum orare, ut animam meam poſſim ſalvam
facere per remiſſionem peccatorum meorum, ut præ-
fatus ſum Genitor, & Patruus meus ben. pp. dono
eidem cœnobio tuo novem uncias principales, quod eſt
tres, & groſſos partes de alia eccleſia conſacratam ad
honorem S. Agathe virginis, cum omni mea ſorte or-
naturis cum omnium utilitatum eccleſiarum, cum
domibus, & porticalibus, cum vineis & ortuis, cum
campis, & ſcoropetis, cum terris ſementaticiis, &
paſcuis, cum aquimolis, molendinis, cum cripeis,
& arenariis, & ſilvis caſtaneatis, & aliis, cum
arboribus fructiferis generis diverſis, & omnibus
adjacenciis earum conſtiunta ſubtus civit. mea Tuſcu-
lanenſi juris cujuſcumque qualiter modocumque, vel
undecumque mihi competunt taliter eam tibi, & ſer-
vitoribus tuis, vel cunctis, qui in tuo ſancto monaſte-
rio degeturi ſunt ad perpetuum jus pro ſalute Anima
mea, & præfatorum parentorum meorum dono, con-
cedo, trado, & offero eo modo, ut nullus Abbas,
nullus Yconomus, nullus rector, vel nullis ſervitorum
suorum, vel nulli unquam hominis cujuſcumque officii
cujuſcumque Dignitatis, cujuſcumque quidem ſexu,
aut etatis, liceat ea, que ſupraſcripta ſunt vendere,
commutare vel quocumque alienare; ſed ſi, quod
deus avertat, quandocumque, vel quomodocumque
aliquo contractum ex eis fuerit per hanc offerſionem
ſit quodcumque repertum fuerit tempore vacuum,
& inutilem, & ſit mihi, meiſque heredibus, nec
non & univerſis conſanguineis, ſive & omni cogna-
cione, & parentela, ac affinitate mea libera poteſtas
ſupraſcripta omnia ad tuam proprietatem vindican-
di, & ad tuum perpetuum jus, & jamdicti ſervito-*

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Donatio eccleſiæ S. Michaelis Archangeli cum multis bonis.

Et S. Agathæ.

*ribus tuis revocandi, ut nunquam a me, neque ab
heredibus meis neque ab aliqua perſona amare ve-
niens, quam a me ſubmiſſa aliquam exinde habeas
eu, quam ſervitores tui queſtionem, aut calumniam,
ſed ſtare me una cum heredibus meis, & defendere
eam tibi, tuiſque ſervitoribus ab omni homine, & in
omni loco, omnique tempore repromitto. Si vero,
quod abſit, contra hanc, quam ſponte fieri rogavi,
agere præſumpſero, & quæque ſupraſcripta videntur
non obſervavero, aut ego quam poſt deceſſum meum
aliquis cujuſcumque ſexus, vel etatis, niſi reſipuerit
ante omnem litis inicium perſolvamus viginti auri
optimi libras, quarum medietas unam ſacro Latera-
nenſi palacio deveniat, medietatem autem alteram
ad utilitatem ſervorum tuorum conſiſtat, denique
quod tibi conceſſi nullo modo deperire volo; huic offer-
ſioni hanc anathema interpono. Quicumque adver-
ſus hanc venerit, & eam infringere conaverit vel quæ
conceſſa ſunt a domo tua alienaverit, vitam iſtam
cum omni miſeria peragat, ſit ei cibus omnis faſti-
dium, ſomnus illuſio Demonum cum Herodo ſcatu-
rias vermibus, cum Juda ſit ſuſpenſus ad laqueum,
cum Anna, & Caipha deducatur ad tartarum ibi
ſemper manſurus, & ſemper arſurus, ſemperque
cum diabolo regnaturus, qui vero cuſtos, & obſerva-
tor ſupraſcriptarum ad tuam proprietatem, & per-
petuam utilitatem, & extiterit, viam hanc felici-
ter peragat, illamque cum deo, & ſanctis ejus ſine
fine poſſideam, cartulaque hac contra omnes adver-
ſancium voluntates perpetuo valeat, & numquam
valere deficiat. Quam ſcribendam rogavi Boni ſcri-
narium ſancta Romana eccleſia in menſe, & indic-
cione ſupraſcripta ſecunda. Ego Gregorius. Ego
Gaudencius Cardinalis presbyter Tituli S. Anaſtaſie
interfui. Signum Joho. Citto ſtrenuiſſimo viro filio
Sergio Caſalis eſt in hanc cartulam offercionis teſtis ro-
gatus. Signum Octabiani nobiliſſimi viri filis domni
Romani, qui in hac donacionis cartula fuit rogatus
teſtis. Signum Saxo Umengi Filio Bonnnem de Do-
minicum. Signum Ubaldo fili Gregori, qui vocatur
de Ubaldo. Signum Bononem Sartorem Filio An-
drea. Signum Hefilitto adulterino Johannis de Ama-
to teſtis. Ego Boni Scriniarius Sancta Romana ec-
cleſia ſum ſcriptor hujus cartula facta complevi, &
abſolvi.*

*In nomine dei Salvatoris noſtri Jeſu. Anno deo
propicio pontificatus domni Alexandri ſecundi papa
Anno ejus ſeptimo, indiccione ſexta, menſe Februa-
rio, die ſeptima octava. Ego Gregorius domni Gre-
gorii de Alberico Romanorum Senatoris quondam fi-
lius a preſenti die dono, cedo, trado, & irrevoca-
biliter largior. Simulque offero propria, ſpontanea-
que mea voluntate tibi domno meo Chriſti Confeſſoris
Benedicto, tuoque ſacratiſſimo monaſterio, qui eſt
in monte qui nuncupatur Caſino, in quo eſt domnus
Deſiderius Abbas religioſo, & venerabili. Nec non
Cardinalis, cateriſque tuis ſervitoribus Monachis,
quia ibidem nunc ſunt, & in antea intraturi ſunt in
perpetuum. Pro omnipotentis dei amore, & reme-
dium anima mea, & ſupraſcripti domni Gregorii
bona memoria genitoris mei, meorumque parentum,
ut aliquantulum indulgenciam ex noſtris delictis per
veſtram intervencionem accipiamus a piiſſimo domno
Jeſu Chriſto ideſt integra medietatem de tota eccleſia,
qua eſt in honore ſancta dei genitricis, atque Virginis
Maria, qua vocatur ex vineis. In territorio Tu-*

Donatio eccleſiæ S. Mariæ de Vineis cum bonis ſuis.

ſculanenſe cum integra medietate de Caſis, nec non ortis, atque vineis, & terris, & pratis, moliſque, & de ſilvis, & de omnibus aliis rebus mobilibus, & immobilibus, quantum modo prephata eccleſia habet, & in antea aqmirere potuerit per quemcumque ingenium. Hanc autem a die preſenti donacionis cartulam per conſenſum domni Johannis Epiſcopi Lavicanenſis eccleſia, & ſupradicta omnia tibi tuoque præfato monaſterio, & tuis ſervitoribus contradidi, ut cum benedictione omnipotentis dei ſupraſcriptam eccleſiam cum ſuis ſupraſcriptis omnibus bonis detineant, & poſſideant ſervitores tui in perpetuum. Ut nunquam a me, meiſque heredibus, & ſucceſſoribus, aut a me ſummiſſa perſona magna, parvaque contra te tuoſque ſervitores qualibet movere queſtionem, aut calumniam, ſed defendere promitto ego, & meis Heredibus, & ſucceſſoribus eam tibi tuoque monaſterio, & ſervitoribus ejus ab omni homine, omni tempore gratis, ut hac omnia adimplere polliceor. Si quis vero contra hanc cartulam per quemcumque modum agere, aut cauſare, vel litigare preſumpſerit, tunc ſciat ſe anathematis vinculo innodatum eſſe, atque cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti particeps ejus efficiatur, inſuperque exiſtat tibi, tuiſque ſervitoribus compoſiturus decem libras debono auro, & poſt ſolutam pœnam maneat hanc cartulam in ſua nihilominus firmitate, quam ſcribendam rogavi Johannem Scriniarium in menſe, & indiccione ſupraſcripta ſexta. Signum manum ſupraſcripti Gregorii, qui hanc offercionis cart. rogavit. Albericus de Petro de Leone cice, Stephanus de Oddo Jannucceto de Toſcolana, Ruſticus de Johanne riccuto. Johannes de Romano ad ſancta Julia. Ego Jo. Scriniarius ſancta Romana eccleſia complevi, & abſolvi. Alexander vero hoc nomine ſecundus Pontifex renunciatus eſt die prima Octobris anni 1061., ut oſtendit Pagius præfato anno, num. I., & ſeqq. quare labente Septembrio menſe, anni 1068. pontificatus ejuſdem is erat annus VII. indictione VI. Nulla de Joanne noſtro mentio apud Ughellium To. X. ubi Epiſcopos Labicanos recenſet de Epiſcopatibus antiquatis col. 119. & 120. Hic vero ſecundus eſt a Petro Epiſcopo Labicano, & Cardinali.

In nomine domini dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno deo propicio pontificatus domni Alexandri ſummi Pontificis, & univerſalis ſecundi papa in ſacratiſſima ſede beati Petri apoſtoli tercio. Indiccione ſecunda, menſe Madio die 24. Quod Deo, & Sanctis ejus concedit ar poſt hanc vitam in celi palacio invenitur, cum autem per temporalia aquiruntur eterna. Cur. pigeat hominem offerre, eam Deo propter quae perpetuam conſequatur vitam. Quod ego Octabianus illuſtriſſimus vir Alberici Conſulis qm. filius, hac dio pro culparum mearum abſolucione meaque anima remedio, parentumque meorum tam patris, quam matris, cæterorumque mihi conſanguineorum perpetuo animarum mercedem, dono, concedo, trado, & irevocabiliter largior. Simulque offero ex propria mea ſubſtancia, non contradicente a nullo, neque cogente ab aliquo, ſed mens pura, & amodo volenti tibi dei electe confeſſor Chriſti Benedicte, & per te imperpetuum in uſum, & utilitatem cœnobii tui quod ſitum eſt in cacumine montis, qui vocatur Caſinus, ubi nunc tua ſancta requieſcunt corporis membra, exiſtente ibidem domno Deſiderio deo amabilis Cardinalis ſancta apoſtolica ſedis prudentem, & ſollertum per Apoſtolicam preceptionis Abbatem ſimulque etiam ad perpetuum uſum, & utilitatem cenobitarum ejus ibidem per ſecula ſervientibus, ideſt tres magnas principales uncias quod quartam, & groſſas partes de eccleſia una mea dedicata in honore Agatha virginis, cum omni mea ſorte, & ornatu ejus cum omnium utilitatum eccleſiarum ejus, cum domibus, & porticalibus, cum vineis, & ortis, cum campis, & Scoropetis, cum terris ſementariciis, & paſcuis, cum aquiſmolis, moleudinis cum criptis, & arenariis, & ſilvis, caſtanetis, & aliis, cum arboribus pomiferis generis diverſis, cum omnibus earum pertinenciis conſtituta ſubtus civitate mea Tuſculanenſis. Nec non & confiſus valde de ſingulari juvamine, tuo, quem credo inceſſabiliter exorare, ut animam meam poſſim ſalvam facere dono eidem cœnobio tuo alia tres uncia principales, quod eſt, ut dixi, quartam, & integram, & groſſas partes de alia eccleſia ad honorem S. Michaelis Archangelis conſecrata cum omni decore, & pulchritudine ejus cum libris, & paramentis, cum vineis, & terris, cum domibus, & cellis, cum veterinis, & ortuis, cum montibus, & collibus, cum aquis, & molendinis cum omnibus arboribus fructuoſis, & infructuoſis diverſis generis, & cum omnia, & in omnibus ſibi pertinentem poſita juxta caſtrum meum, qui dicitur Alcido Juris cujuſcumque, qualiter, quomodocumque, vel undecumque mihi competunt, taliter ea tibi, & ſervitoribus tuis ad perpetuum jus pro ſalute anima mea dono, concedo, trado, & offero eo modo, ut nullus Abbas, nullus Yconomus, nullus rector, vel nulli ſervitorum tuorum, atque nulli unquam homini cujuſcumque officii, cujuſcumque dignitatis, cujuſcumque quidem ſexu, aut etatis liceat ea, qua ſuperſcripta ſunt vendere, vel quomodocumque alienare, ſed ſi, quod deus avertat, quandocumque, vel quomodocumque aliqua contractu ex eit patratum fuerit per hanc offercionis ſit quocumque repertum fuerit tempore vacuum, & inutilem, & ſit mihi meiſque heredibus, nec non & univerſis conſanguineis, ſive & omni cognacioni, & parentela, atque affinitate mea libera poteſtas ſupraſcripta omnia ad tuam proprietatem vindicandi, & ad tuum perpetuum Jus revocandi. Ut nunquam a me, neque ab heredibus meis, neque ab aliqua perſona tam a ſe veniens, quam a me ſummiſſus aliquam exinde habeas tam tu, quam ſucceſſores tui queſtionem, aut calumniam, ſed anteſtare me una cum heredibus meis, & defendere ea tibi, tuiſque ſucceſſoribus ab omni homine, & in omni loco, omnique tempore promitto. Si vero, quod abſit, contra hanc, quam ſponte fieri rogavit agere praſumpſero, & ea, qua ſupraſcripta videntur non obſervavero, tam ego, quam poſt diſceſſum meum aliquis cujuſque ſexus, vel ætatis homo, niſi reſipuerit, ſciat ſe ab authoritate domini noſtri Jeſu Chriſti, & veſtra congregacionis excommunicationis anathematis vinculo innodatum, & a regno dei alienum, & cum diabolo, ejuſque atrociſſimis pompis, aut cum Juda traditore domini eterno igne concremandum, ſimulque in voragine Tartareoque chaos emergendum, cum impiis quoque defecturus, quin pocius inferat tuis ſervitoribus decem puriſſimi auri libras, & quod repetit vincero nequeant, ſed hac offercionis cartula in fine perduret in ſecula ſeculorum, quam ſcribendam rogavi Boni ſcriniarium ſancta Romana eccleſia, in menſe, & indictione ſupraſcripta ſecunda.

Signum

Conceſſio eccleſia S. Agatia facta ab Octaviano Coulule

Et S. Michaelis Archangeli cum multis bonis.

Signum domini Octabiani illuſtriſſimi Alberici filius, qui hanc cartulam fieri rogavit, Ruſtico Campanario rogatas ab eo teſtes. Georgio Ubo. frater ejus teſtes. Joheans qui vocatur caſu degeturus in Algido teſtes Baniſati do domno Octabiano teſtis. Gregorius de Domnus presbiter Dominicas teſtis Berardo, qui vocatur de Saxa teſtis. Petrum qui dicitur Fiolarum teſtis. Ego Boni Scriniarius ſancta Romana eccleſia ſum ſcriptor hujus cart. facta, complevi, & abſolvi.

Petrus ſenator, & Conſul donat eccleſiam SS. Trinitatis cum bonis ſuis

In nomine patris, & & filii, & Spiritus Sancti. Anno quinto pontificatus domni Alexandri ſecundi papa indictione quarta menſe December, die viceſima ſexta ſalubris, & ſine dubitacione conſilii. Ita ut unumquemque de ſuis rebus, illa pocius debet lucra ſervari, quem ad ſalutem anima mea pertinere dinoſcitur. Ut cum ab hac luce ſubtracti fuerint perpetue vita poſſint munere gratulari. Quapropter conſtat nos domnus Petrus excellentiſſimus vir Conſul, & Dux, atque omnium Romanorum Senator; domnus Albericus bona memoria olim filius, atque domnus Gregorius, nec non domnus Ottonem dilecti filii mei, & valde amabilis, hac die preclaro animo, ſpecioſa mente donamus, cedimus, tradimus, & inrevocabiliter largimur, ſimulque offerimus ex propria noſtra ſubſtancia propria, ſpontanea noſtra voluntate Vobis quidem Chriſte Redemptor Mundi, & ſpecialis ſancto ejus Confeſſor, & levita Ben. qui ſpes, & refugium noſtrum eſſe confidimus. In cujus honore, & nomine dedicatum & conſecratum eſt venerabile monaſterium quod ſitum eſt in monte, qui appellatur caſtro Caſino, ubi deo auxiliante alma monachorum presbyterorum, ac ſervorum Dei eſt aggregata collegio. In quo ſpiritualem, & Venerabilem patrem domnus Deſiderio religioſiſſimum Monachum, & humilliмum Abbatem, atque mitiſſimum Cardinalem de baſilica beati Petri apoſtoli quin ſpector, & rector eſſe videtur & per eum namque in cunctis aliis fratribus eorumque ſucceſſoribus in uſum, & ſalarium in ſuprascripto monaſterio permanentibus in perpetuum pro domino noſtro, tuoque beatiſſime Benedicte amore, & redemcione anima noſtra, noſtrorumque parentorum, ut valeamus de noſtris criminibus, & peccatis apud clemenciam veſtram accipere indulgenciam ſuffragande itaque ſacras, & aſſiduas oraciones, quas ſuprascriptus cunctumque fratrum aſſidue offerunt a vobis imperciamus ſubſidium, ut in contemplativa vita ſenciamus remedium. Quapropter devotiſſime concedimus, & offerimus ad utilitatem, & ſubſtentacionem cunctumque fratrum, & juſſa per omnia confirmamus. Ideſt eccleſia una integram ad honorem, & nomine de Patris & filii, & Spiritus ſancti, quod eſt vera Trinitas, & domina noſtra cariſſima genitrix ſemperque virgo Maria, & de beato apoſtolo Thomas, & de alii vocabulis dedicata, & conſecrata, et venerabilem eccleſiam cum paramentis, et cum omnia, que ad opus dei, & ſacrificium offerre opus, & neceſſaria ſunt, ſive argenteis, aut aliis, cum pannamentis & ſiricibus ornamentis, & cum omni ornatus ſive de intus eccleſia, & de foris, & cum libris matutinalis, & miſſalis quem ad opus, & miniſterium dei eſſe videntur, cum omni offerta dacioni ſua, qua a Chriſtianis viris favente deo ibidem oblata, & conceſſa fuerint, tam virorum, quam & mortuorum cum caſis, & cellis ibidem habentibus, atque de intus caſtello Tuſculanenſis, & edificiis, & parietinis antiquis, & novellis circa ſe, & infra ſe, & clauſtra ſua cum ortuis, & vineis vovarice, ſive mannarice, cum omni illorum pertinentia cuas terra in circuitu ejus ad utilitatem ipſius, atque caſalis, & terris ſementariciis, campis, pratis, paſcuis cultam, vel incultam, vacuum, & plenam, montibus, & collibus, appendicibus, cimitilus ſuis planis, & planiciis, Salectis arboribus pomiferis fructiferis, vel infructiferis diverſis generis orte, ſcoropetis, puteis, fontibus, rivis, aque peremnis cum ſuis porcionis de Aquimolis, cum beſtiis, animalibus quadrupedum, qua pecudum numerum ſit, qua gregati paſcuntur, ſive hiſ quem proprie paſchi dicuntur, cum vaſis fictilis, & ligneis de univerſis generis cooperati, & facti capitulis ferreis, plumbis, ereis, ad qualem utilitatem facti ſunt, cum omnibus introitora & exitora ſua, & cum omnia, & quanta ad dicta eccleſia pertinere, & adjacere dignoſcitur, ſive ibidem, & in aliis locis, & vocabulis ubicumque legem & racionem competit, vel competere poterit, ſicuti nobis pertinet, & noſtris detinnimus manibus, excepto videlicet una eccleſia nomine Sancto Andrea cum omnia ſua pertinencia, & adjacencia poſita juxta via Lavicanenſis, quem nos extra miſimus conſtituta noſtro territorio Tuſculanenſi, in loco, ubi dicitur Jeruſalem, ſive aliis nuncupacionibus, quem omnia pluris, & proprietas, & cella ſuprascriptus veſtri Monaſterii eſſe conſtituimus in perpetuum, quem ipſa quidem cella ad utilitatem, & requiem, et oſpicium, et omnia utilitatem, et cauſis neceſſariis veſtros ſervitoribus eiſdem partibus neceſſe eſſe conſpicimus. In eoque eis ſubvenimus, et impendimus ut apud clemenciam domini noſtri in illa beatitudine requiem, et gloriam nos collocatus, quia ipſe in evangelio dixit: date, et dabitur vobis, et iterum petite et accipietis, querite, et invenientis: pulſate, et aperietur vobis. Inde a preſenti etenim die cum veſtra gratia, et benedictione veſtroſque adherente tucio ſervitores veſtri Monaſterii habeant, teneant, poſſideant utendi, fruendi, poſſidendi, et in ſuto monaſterio ſemper permanendi, et nunquam ſit aliquem ex veſtris ſervitoribus, vel Abbas, ſeu Iconomus aut aliqua perſona hominum vendere, atque alienare vel alia jura, ſive dominio transferre, atque alienare preſumas, et nullum edificium in his locis audeas facere, quem nos, vel noſtros territorio ledere, vel contendere, aut litigare debeant. Sed ſi qu s fecerint hac omnia, que anteponimus ſtatim hac cartula inanis, et vacua remaneam ſemper in veſtro monaſterio ad utilitatem ejus ſineteнus permaneat pro quibus nunquam a nos neque ab heredibus noſtris, aut a nos ſubmiſſa perſona aliquam aliquando habebitis queſtionem aut calumnia, ſed ſi opus intervenerit ſtare nos una cum heredibus noſtris, et defendere promittimus ab omni inſurgenti perſona eratis. Hac omnia, que hanc preſenti donacionis cartula ſeriem actus eloquitur inviolabiliter confirmare, atque adimplere promittimus. Nam quod abſimus ſi quoquo tempore nos, vel heredibus noſtris contra vobis beſtriſque ſervitoribus, aut contra hanc cartulam quam ſponte fieri rogavimus agere, aut cauſare, vel litigare ſive minuare preſumpſerimus, aut aliquam ſubtrahere voluerimus nos, vel heredibus noſtris quolibet modis, quod ſenſum humanum intelligere, vel capere poterat, tunc maledictio veſtra non ſolum nos incurrat, ſed quam qui-

Digitized by Google

quicumque violator hujus charta extiterit, & cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti, ac cum omnibus impiis, qui dixerunt domino deo: recede a nobis ſciencia viarum tuarum, nolumus, & cum Dathan, & Abiron, & ſicuti vivi abſorti ſunt illi ita us ſorbeatur in profundis gurgitibus, & ſempiternalibus flammis atrociter demergatur arſurus. Inſuper compoſituri exiſtamus vobis veſtriſque ſervitoribus, & auri optimi quattuor libre, & ſolutam penam, hanc cartulam in ſua permaneat firmitate. Quam etenim rogavimus, ut ſcribere Johannem. Scriniarius ſancta Romana eccleſia in Menſe, & indiccione ſupraſcripta quarta. ✠ Signum manus ſupraſcriptus Domnus Petrus, qui propriis manibus feci. Ego Gregorius. Signum manus ſupraſcriptus domnus Ottonem, qui propriis manibus feci. Ego Amato judex vir magnus teſtis. Barone vir magnus teſtis. Guelto vir magnus judex teſtis. Gregorius. Johannes. Amato vir magnus judex de Caſtello de Iacolonia. Fiſti teſtis. Ego Johannes Scriniarius ſancta Romana eccleſia firmavi, & ſcripſi, & poſt teſtium complevi, & abſolvi.

Cœnobiũ S. Mariæ.

Monaſterium in integrum in honore ſancta dei genitricis Maria, & S. Crucis quia in Jeruſalem cum omni ornatu ſuo, ſeu domibus, & cellis, nec non hortis, & olivetis atque vineis circa ſe habentem, vel cum omnibus ſibi pertinentem prope territorio Tuſculanenſe in jam dicto loco quia Jeruſalem, & intra has fines. A primo latu via publica, & a ſecundo latu paſtinis antiquis, ſicuti pergit in limite, & pentoma, qui mittit in rigo, & a tercio latu rigo, & a quarto latu limite, qui dicitur de S. Angelo, & veniet in via, & deinde remeante in parte, & redit per limite uſque in via publica, nec non vinee pecie duo in integrum qui pertinet in fundum quondam caſtello arciſio, cum omnibus ſibi pertinentibus. A finis vero ejus a primo latu Jo. de Theofilatu, & a ſecundo latu Dominico qm. Bonopane, & a tercio latu Benedicti Scutella, & a quarto latere tenentes noſtras donaciones Juris noſtri dominii. Hunc autem Monaſterium optulit Benedictus papa octavus, & Albericus Comes ſacri palatii frater ejus. Eccleſia vero de S. Angelo in Algido hec ſunt. S. Petrus in Plegi, S. Petrus in Algido, S. Felicitatis, & S. Lucia ibidem

In nomine domini anno pontificatus domini Gregorii papa indictione prima menſe ſeptembris die vigeſima quarta. Quoniam nihil tamen conveniens eſt naturale qui oa ei quam voluntate domni volentis rem ſuam in aliena poteſtatem transferri ſtatum habet. Conſtat me Petrum domni Gregorii nobiliſſimi Romanorum pia memoria filium a die preſenti ſpontanea bona mea voluntate, pura mente, gratis donaſſe, & obtuliſſe per manum presbyteri Georgi religioſi, prapoſiti monaſterii S. Agatha, quod ponitur in territorio Toſculanenſis tibi beato Benedicto montis Caſino Patri noſtri in uſum & ſalarium ſervorum Dei ibidem commanencium ad perpetuam hereditatem ideſt eccleſia una vocabulo S. Antonini ſitam in territorio montis Porculi cum libris, & paramentis, domibus, terris, & vineis, & omnibus ſuis pertinentiis, ubi in preſenciarum ſibi lege, & racione competit, vel jure competere ſolebat, vel amodo aquiri potuerit, & ſcrip. intus Montis Porculi pro remuneracione vita eterna, & redempcione patris, matriſque mea, caterorumque meorum parentum, qualiter a preſenti die poteſtatem habeatis intrandi, poſſidendi quoque modo volueritis, & obligo me, meoſque heredes, hanc donacionem pia intencione facta contra omnes inſurgentes omni tempore gratis defendere promitto, quod ſi quolibet modo, ea ut ſuperius notata ſunt non obſervaveris, promitto, me, meoſque heredes tibi beato Benedicto quatuor libras auri pena nomine dare promitto, & ſoluta pena, hac donacio firma permaneat. Quam ſcribendam rogavimus, Raynerium primi Scriniarium ſancta Romana eccleſia in menſe, & indictione ſupraſcripta. Signum manum Petri Gregorii filium rogatore hujus teſtis. Landolfus filius Caſari. Luardus, Landinus, Carbone Raynerio ſcriniario qui ſupra ſcripſi, complevi, & abſolvi. Plurimum temporis haſce eccleſias a Caſſinatibus fuiſſe poſſeſſas oſtendunt diplomata Paſchalis II. Calliſti II., aliorumque, ac demum Innocentii III.

Ecclesiæ S. Antonini donatio.

Monaſterii S. Petri de Lacu, & Heremitarum donationem hiſce verbis deſcribit Petrus Diaconus cap. 39. *Theodinus quoque, & Oderiſius, atque Bernardus Balvenſes comites non multo poſt, & ipſi quoque Monaſterium Sancti Petri, quod ſitum eſt in valle de Lacu, & aliud monaſterium Heremitarum in loco qui dicitur Pratum Cardoſum, qua nimirum et ipſa nihilominus a beato Dominico ante non plures annos fundata extiterant, pari modo in hoc monaſterio obtulerunt, cum quinque ſcilicet adjacentibus lacubus cum eccleſiis, et colonis, et cum omnibus omnino pertinentiis, ac poſſeſſionibus eorum tam in eodem Comitatu Balvenſi, quam in Marſicano, et Teatino.* Donationem hanc A. 1067. factam in Diſſertatione I. dabimus. In vita S. Dominici Abbatis ab Alberico Cardinali deſcripta hiſce verbis illorum cœnobiorum fundatio recenſetur: *A nonnullis enim repertus ibidem, agnituſque eſt, atque per eos in Prato Cardoſo occultari Dominicum Beraldo, Theodino, Randiſio terra Comitibus intimatum, qui impigri ſanctum domini adeuntes, obnixe eum, & inſtantiſſime ſtuduerunt pracari, ut quod in locis nonnullis aliis ab eo factum edidicerant in Valvenſi non pigritaretur territorio facere, conſtruere videlicet habitaculum abrenuntiantibus ſeculo, deoque, ſub diſtrictionis diſciplina monaſtica famulari decernentibus aptum. Conſtruxit igitur prafatorum ibi ope comitum loco ſatis congruo Monaſterium, quod dicitur S. Petri de Lacu, cui nimirum in loco inter largitiones cæteras uberes quinque lacus pradicti Comites conceſſione perpetua legali ſcriptione firmarunt &c.* Per plura Secula cœnobium hoc ſub Caſſinatium ditione perſeveraſſe, in eoque extitiſſe Monachos ex mox adducendis monumentis conſtat. Nam epiſcopus Angelus circa A. 1358. Præpoſitum huiuſce cœnobii conſtituit F. Antonium de Sangro monachum Caſſinenſem, ut ex patentibus literis p. 12. a t. regeſti ejuſdem epiſcopi, in quibus hæc ad rem noſtram leguntur: *Subtracta tibi per nos poteſtate Monachos recipiendi, & vendendi, alienandi, ſeu permutandi de Rebus, poſſeſſionibus, & bonis dicti monaſterii ſine noſtra &c. & quod bona, & jura dicti monaſterii pro poſſe augumentes, & non diminues ſed recuperes, & conſerves, & procures in illo ſecundum deum, & B. Benedicti regulam, & inſtituta regula ſupradicta vivere, & ipſam regulam devote, reverenter, & humiliter obſervare, & facere obſervari per Monachos monaſterii pralibati ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum reverentia obedientia, & mandato &c.* A. 1377. die 21.

S. Petri de Lacu, & Heremitarum.

Mar-

Martii Præpoſitum conſtituit Petrus de Tartaris Fr. Odoriſium a Scamno Monachum Caſſinatem, atque in patentibus literis, quæ in ejus regeſto p. 101. extant hæc verba leguntur: *Mandamus Monachis, Oblatis, Converſis, ſubditis, laboratoribus, Parrochianis, Vaſſallis, aſſictatoribus &c. ipſius monaſterii S. Petri, quatenus tibi, tamquam vero ipſius monaſterii S. Petri prepoſito, & rectori obediant efficaciter, pareant, & intendant &c. conferendi, aut collandi cappellas, eccleſias aut beneficia eidem monaſterio S. Petri ſubjecta, tibi etiam per preſentes ſubtrahimus facultatem, ipſarum que collationes, & proviſiones nobis etiam reſervamus etc.* A. 1405. Henricus Thomacellus Abbas Præpoſitum conſtituit Fr. Johannem a Neapoli, atque in patentibus litteris, quæ p. 313. ejus regeſti extant, hæc verba habentur: *Henricus Thomacellus &c. Dilecto in Chriſto Filio noſtro Fratri Johanni de Neapoli Monacho noſtro Caſſinenſi, ac prepoſito noſtra propoſitura S. Petri de lacu &c. cum itaque propoſitura eccleſie S. Petri de lacu ſolita per Caſſinenſes Monachos gubernari, ac per nos, & predeceſſores noſtros in Monaſticum beneficium aſſignari vacet ad preſens &c. dictam prepoſituralem eccleſiam S. Petri & in ſpiritualibus, & temporalibus tibi uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium beneplacitum, & mandatum tibi prefato Fratri Johanni conferimus, &c. nec non Monachis, oblatis, idiotis, vaſſallis & aliis ſubditis dicte eccleſie ſtrictius injungentes, quatenus tibi tamquam vero dicte eccleſie Prepoſito in omnibus licitis & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obbedire. Tu autem fidelitatis, & obedientie preſtitiſti in forma ad ſancta dei evangelia juramentum, ac etiam promiſiſti nobis dictam Prepoſituram ejuſque membra vaſſallos, & bona in ſpiritualibus, & temporalibus quantum cum deo poteris regere, & fideliter gubernare, & penſionem ſeu cenſum annuatim nobis debitum debitis, & conſuetis temporibus nobis, ſeu Theſaurario noſtro Caſſinenſi ſine diminutione aliqua aſſignare &c.* A. 1442. die 31. Martii Præpoſitum elegere Prior, Subprior, & Monachi Caſſinates F. Cyprianum de Bardis Monachum Caſſinenſem, ut ex patentibus litteris in regeſto Conventus p. 54. ubi hæc leguntur: *Tibique Prepoſituram ipſam cum eccleſiis capellis, membris, granciis, juribus &c. cum plenitudine juris canonici in ſpiritualibus, & temporalibus damus, & conferimus et mandamus inſuper omnibus, et ſingulis Monachis, converſis, oblatis, et ſubditis noſtris, parrochianis, vaſſallis etc. quatenus tibi vero, et legitimo Prepoſito, et rectori memorata prepoſitura tuis juſtis monitionibus, et mandatis tamquam noſtris pareant, efficaciter, et intendant etc.* Iidemque elegere Fr. Andream de Raguſio die 13. Februarii A. 1454. Ultimus hujus cœnobii Præpoſitus, qui monachus eſſet, fuit Fr. Maurus, a quo die 19. Aprilis 1470. liber Rationum hujuſce monaſterii confectus eſt, ubi hæc inter alia leguntur: *Item pungo aver comparate alla Feria de onne ſanto a Caſtello di Sangro per mano di Paolo di Villa Chiana, et de lu Cellerario di monte Caſino una canna de panno per lu Scappolaro per prezzo de uno ducato d'oro; e più comparai in eodem per mano de li ſupradetti per la camiſcia, et le caice de panno Canna una e mezza per prezzo di carlini otto la canna. E pungo, che comparai da Cola Groſſo de panno Carfagio per la tonica moneta de argento carlini unici.* Denari de ſpiſi per Sancto Petro: *Item pagai at Anverſa per raſe, et volle per le Porte de lo Monaſterio carlini due etc. Item pagai per le volle, che foro meſe nella cappella de Sancto Dominicho celle tre etc.* nota. Quiſquilias hujuſcemodi adnotandas eſſe duximus, quo conſtaret illius temporis monachos panno viliſſimo indutos, atque in eccleſia S. Petri ſacellum extitiſſe in honorem S. Dominici ejuſdem cœnobii fundatoris ſacrum. Ab immemorabili cœnobium iſtud Caſſinatibus in ſignum ſubiectionis cenſum perſolvebat, a quo onere aliquot ab hinc annis defecit. Unitæ huic monaſterio cum bonis ſuis omnibus erant eccleſiæ S. Mariæ de Villa, S. Luciæ in territorio caſtri S. Blaſii de Bugnara, S. Crucis apud Sulmonam, S. Luciæ, & S. Petri de Interaquis, quod oppidum eſt Aprutii citra, diœceſis Sulmonenſis, S. Johannis Preza prope Rajanum erga Cucullum, S. Sebaſtiani in oppido ejuſdem nominis in provincia Aprutii ultra, S. Mariæ in Fomenga apud Ortonam Marſorum, quod oppidum eſt Aprutii citra, S. Victoriæ in territorio Vici diœceſis Marſicanæ in Aprutio ultra, S. Juvenalis in oppido Pectorani Aprutii citra, quod modo quoque nobiliſſimæ Cantelmæ genti ſubeſt, quemadmodum & A. 1474. nam in electione ad hoc beneficium recenſetur: *Magnifica domina Biancia de Varano, et magnificus domnus Homphrius Cantelmus miles ejus filius, miles, et novi domini dicta terra Pectorani.* Eidem cœnobio ſuberat eccleſia S. Johannis in Campo in territorio Oppidi Cuculli Aprutii ultra, quæ a duobus ejuſdem cœnobii Monachis gubernabatur, teſte Petro Abbate, in hiſce literis die 22. Auguſti A. 1392. datis ex ejus regeſto p. 310. *Fr. Petrus etc. Dilectis in Chriſto Filiis noſtris Fr. Vincentio, et Fratri Marino de Anverſa Valvenſis diœcoſis Monachis monaſterii noſtri S. Petri de lacu Ordinis S. Benedicti monaſterio Caſſinenſi immediate plenoque jure ſubjecti Rectoribus eccleſia S. Johannis in Campo ſubjecta prefato monaſterio S. Petri ſolita per duos Profeſſos Monachos monaſterii S. Petri, ut dicitur, gubernari, et in eccleſiaſticum beneficium curatum conferri, ſalutem in domino etc. Cum itaque dicta eccleſia S. Johannis ſolita, ut predicitur, per Monachos S. Petri gubernari ex eo vacet ad preſens, quam quondam Fr. Andreas, et Fr. Bartholomeus de Anverſa Monachi dicti monaſterii S. Petri dum viverent canonice obtinebant, ſicut domino placuit, diem eorum clauſerunt extremum. Nos vero volentes etc. Rectoriam, et gubernationem dicta eccleſia cum omnibus juribus, et pertinentiis ſuis etc. conferimus etc. quocirca dilecto in Chriſto filio fratri Angelo de Caſali de Bugnaria Monacho dicti monaſterii S. Petri ſubdito noſtro, precipimus etc. quatenus vos etc. in corporalem poſſeſſionem dicta eccleſia ac jurium, et pertinentiarum ipſius inducant etc.* Anverſæ oppidum eſt Aprutii citra. Eidem parebat eccleſia S. Mariæ in Peſcaria, quam A. 1457. die 17. Decembris eidem monaſterio S. Petri, cujus membrum erat, renunciavit D. Oliverius de Capua Abbas eccleſiæ S. Hieruſalem Piſcariæ medio procuratore ſuo D. Pyrrho Summo Archipreſbytero S. Germani, ut ex inſtrumento ſtipulato a notario imperiali Nicolao Perrone SanGermanenſi, in quo hæc adnotanda. *Aſſeruit, et declaravit,*

Eccleſiæ Cœnobii S. Petri.

quod

quod ad ipſius notitiam devenit, quod eccleſia S. Maria de Piſcaria, quam tenuit qm. D. Marinus de Piſcaria, qua ad preſens per ipſius mortem vacare dignoſcitur, qua eccleſia S. Maria uſque nunc retenta, & poſſeſſa eſt tamquam membrum dicta S. Jeruſalem, et nunc aſſeruit conſtare ſibi per publica inſtrumenta, et privilegia authentica monaſterii Caſſinenſis, et Sancti Petri de Lacu dictam eccleſiam S. Maria ſpectare, et pertinere ad Rdum. domnum Cardinalem Patriarcham Commendatarium monaſterii Caſſinenſis tamquam membrum venerabilis monaſterii S. Petri de Lacu membri monaſterii Caſſinenſis, unde ipſe procuratorio nomine quo ſupra volens exonerare, et ſalvam facere conſcientiam ſuam, et dicti ſui principalis et ſponte et perpetuo remiſit omne Jus, omnemque actionem etc. ac Juriſdictionem, quam forte ipſe nomine quo ſupra, ſeu dicta eccleſia S. Hieruſalem haberet in dicta eccleſia S. Maria de Piſcaria D. Mano Perrone de S. Germano Viſitatori, Vicario, et procuratori dicti Rmi. Domini ibidem preſenti ſtipulanti et recipienti pradicta omnia nomine, et pro parte dicti Rmi. domini, Monaſterii Caſſinenſis, et S. Petri de Lacu etc. S. Petri monaſterium in ſolitario loco poſitum uno vix lapide diſtabat a Villa Lacus in Aprutio citra, quæ illi quoque ſubdita erat. Perſeveravit hoc Monaſterium ad annum 1523, quamquam Monachis deſtitutum. Vid. Ciarlante in Memor. hiſt. Samnii lib. 3. p. 252. Mabillon. To. 4. Annal. p. . . & Lubin p. .

S. Petri de Burgano, Donationem monaſterii S. Petri de Burgano in territorio Nuceriæ refert Petrus Diaconus in ſuo regeſto p. 212. a ter. nu. 504., atque ita ſe habet. *In nomine domini noſtri, quarto anno imperii domni Alexii imperatori Sanctiſſimi noſtri menſe Novembr. quinta indiccione. Ego Einrico gratia dei inclito Comes, et Guillelmo fratri meo, et Theodelgardus epiſcopus, et Adelferi Magnifico judice, et aliis bonis hominibus, qui hic ſubter conſcripti ſunt pro remedio, et ſalvacione animarum domno Rubberto patro noſtro, et domno Riccardo germano noſtro, qui defuncti ſunt, et pro nos qui, deo adjuvante, vivi, et ſani ſamus, qualiter premia vita adipiſci mereamur, offerimus, et tradidimus in monaſterio S. Benedicti in monte Caſino, ubi domno Deſiderius Abbas regimen tenere videtur, una eccleſia vocabulo S. Petri, qua dedicata eſt in vtu ipſo Vulgano ils loco, qui dicitur banco in proprio territorio Lucerina tradimus, et offerimus ipſa jamdictu eccleſia cum omnibus pertinenciis ſuis quod modo videtur habere et in antea aquirore potueritis, et de aliis terro concedimus vos ad laborandum, & ad veſtris homines quanto laborare potueritis ad ſempiternaliter habendum, et poſſidendum, et faciendum exinde quem amodo tibi domno Deſiderio Abbati, et tuis ſucceſſoribus placuerit ſine contradictione noſtra, et de noſtris heredibus requiſicionis, et ſi iſta ſupraſcripta eccleſia quomodo ſuperius legitur de virtute, de ſupradicto Monaſterii S. B. tollere, vel minuare voluerimus ſine veſtra voluntate ſit a Deo Celi anathematis vinculo innodatus perditis, et alienatis. Et quicumque adjutor Deo, et S. Benedicti ſteterit ſit abſolutus ab omni nexu peccatis. Quem te Adelferi notarius hanc cartulam offercionis ſcribere rogavimus, qui et una nobiſcum interfuiſti. Actum in civitate Lucerina indicc. feliciter. Ego Teudelgaraus epiſcopus. Urſo archipresbyter. Signum propria manus Einrici Comitis. Ugo Denlia. Adelferi judex. Petrus.* Quantum ad hoc cœnobium nil amplius invenire potuimus. De laudato Teudelgardo epiſcopo Lucerino alte ſilet Ughellius, ubi de Epiſcopis Lucerinis agit To. 8.

Monaſterium quoque S. Petri de Avellana fundavit S. Dominicus Abbas Soranus, teſte Alberico S. Petri de Avellano. Cardinali, & monacho Caſſinenſi in ejus vita paulo poſt ejuſdem obitum ſcripta, cum ait: *Praterea rogatus a Burello Majore in ſangro quoque conſtruxit cœnobium quod ab enormi arbore Avellana, qua juxta olim conſtiterat, S. Petri de Avellana nuncupationem accepit, idque Burrellus ſatis liberali terrarum muneratione ditavit.*

Iſtud vero cœnobium Borrellus A. 1026. dotavit atq; conſtruxit, in eoque Petrum Abbatem conſtituit, ut hoc Inſtrumento conſtat.

In nomine domini dei & Salbatori noſtri Jeſu Chri- Ex originali in Archivo. *ſti. Ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt mille bieeſimo ſeſto, & dies Menſ. September per indictione ſeptima. Ideo conſtat me Oderiſi qui ſuper nomine Borrellum bocutur Abitator in territorio de Sangru in ipſum caſtellum Comitale odiernu die, propria, & expontanea meam, & bona boluntate. Declaro enim quia cum quadam die pro egritudine tacito illectulo meo jacere, cogitare cepi intra memetiſſo, qualiter in peccatis conceptus & natus, & qualiter ab infunciam die, noctuque per oris adque momentis innumerabilia peccata commiſi, & qualiter in illo terrebiliter judicium, & qualiter ab illo equiſſimo Judice unuſquiſque recipero ſecundum opera ſua, & rurſus cogitare cepi qualiter impii, et peccatores, qui ic peccata ſua nec legunt; in illa pabeda pena perpetua cum diabolo damnabuntur, & qualiter juſti, & electi in illa eterna beatitudine cum domino gloriabuntur, & ſubito reſpexit in me Dibina pietas, & compuntus eſt cor meum cum tremore & exſultacione cordis mei cepis anſiare querere conſilium ad ſacerdotibus, & religioſi presbyteri, qualiter innumerabilia peccata meu redimere potuiſſet, & ira eternis judicis, & pena perpetua ebadere potuiſſet, & accepit conſilium ab eis excepto ſi ſeculum renunciaſſet, nullus alius inter elemoſinarum birtutum, quia ſi de rebus propriis ſubſtanciis monaſterius conſtruxiſſet ibidem cetum monachorum famulancium deo coadunaſſet, & ibidem ſecundum Regula, & normam B. Benedicti laude deo reſultete, & bota perſolbant, & omni tempore pro animabus noſtris inceſcanter ex ore ac conſilium ab eis libenter, & ardentiſſimo animum accepit, & cepis querere intra memetiſſum ubi actum locum inbenire potuiſſet, & ſubito deo concedentem inbenimus locum in Sangrum bocabulo ad ipſa fonte de Obellana inbenimus ibidem* Fundatio, & dotatio Cœnobii S. Petri sub Regula S. Benedicti. *eccleſia B. Petri Apoſtoli & tradedimus ea in manum Petri benerabilis ſacerdos, & monachus, & inde eum Abbas conſtituimus, ut ibidem monaſterium conſtruſiſſet, & cetum monachorum famuli dei ibidem coadunaſſet, et conceſſimus ad locis ipſius neceſſaria ſuper elementum, ut Chriſtique ſervorum in ipſum Monaſterio ſine indigenti ſervituri adbetancium perennem ſupſidium propria ereditate, qua eſt ad ipſa Fonte de Obellana, et eſt infinito per finis, et bocabula prima fine eſt ipſum Serrone de Serra de perum da ipſe lacetoria, et quomodo deſcendi per ipſum Serne, et badit directum in ipſu Forcella, qua eſt in pede de monte Millulum, et quomodo deſcendit ad ipſa*

For-

Digitized by Google

Forcella, & beni in ribo Franculi, & exſit de ipſo ribo, & badit in ipſam Salza Johann. magiſtri & benit in bia Regori, & quomodo deſcendit ad ipſum colle Falaxcoſum, & quomodo per ipſa bia da ipſum colle deſcendit in ribo Franculi, & quomodo ipſo ribo decurrit in flubio de Sangrum, & quomodo aſcendit per ipſum flumen ad ipſum foſſatum dallumabiete, & aſcendi per ipſum foſſatum ad ipſam lama, & per ipſa lama aſcendit in ipſum peſſuletum, et per ipſum peſſuletum aſcendit in ipſum colle, et per ipſum colle reberti in priore fine, et ſunt collecte ipſe ſupradicte rebus infra deſinnate finis ad juſta menſura pld. modiarum quinque milia, et quantumcumque plus amplius inbentus fuerit de ipſe ſupradicte rebus infra ipſe ſupradicte finis, omnia in ipſa mea oſſerciono mea permanead, et eſt alia petia de terra, ubi eſt edificata eccleſia beata S. Maria dei genitricis, et ipſam terram eſt permenſurata ad juſta menſura per longum de ambolatora dd. tricenti quadraginta, es per lstn a capo, et a pede dd. centum ſeptuaginta abe finis ex omni parte terram, qua mibi remanſit, et tene capo in pede de ipſo colle petroſum, et ipſe ſupradicta rebus infra pradicte finis cum terris, et bineis, cum pomis, et arboribus cum omnia, et in omnibus quantum infra ipſe ſupradicte finis do ipſe ſupradicte rebus inbenitur in integrum confirmabimus ipſe rebus pranominate, et ipſam eccleſia S. Maria quomodo ſuperius legitur per cartula offercionis, ſeu conceſſionis ipſius jam dicto Petris ſacerdos, et monachus, et ad ejus ſubceſſoribus in ſempiternu perpetuum perenniter manſarum, in ea bidelices racione, ſicut domnus Liprandus Rex in edicto Langobardorum inſtituit ſi quilibet Lagobardus, ut caſum humanes fragilitatis egrotaberit, quamquam illectulo jacead poteſtatem abeat dum bivit, et rectum loqui poto, eſt pro anima ſua judicare, vel diſponere do rebus ſuis qd. aut qualiter voluerit, et qd. Judicaberit ſtabilo debead permanere, ec quia domnus Carulus imperatos in ſuo capitulo inſtituit, ſi quis Lagobardus ſtatum umana fragilitatis recogitans, pro ſaluse anima ſua de rebus ſuis cartula donacionis cuilibet facere boluerit, opſolute faciad unuſquiſque de rebus ſuis qd. velit, et noberit ec omnia ſicut ſuperius legitur ſecundum lege donavimus, et concedimus ſupradicti Petri presbiteri, et monachus, et ad poſteuſque ſupceſſoribus ejus in ſempiternum pro ſalute, et redempcione anima mea ut nobis dominus Jeſus Chriſtus beniam de peccatis meis retribuere digneris, et ad ſuam S. Graciam me rebocare, et cum beneris die ille futurum Judicii mercedem a domino percipere in ea bidelice racione conceſſimus pradicti Petri presbyteri, et monachus, et ejuſque ſupceſſoribus ipſum jam dictum benerabilem locum, et pradicte rebus, ut babeat, et poſſideant, et fruant jure queto, ac pacifico ab odierna die in antea i, qui preſente ſunt, quam illi, qui benturi ſunt famuli Chriſti aſque ulla contrarietate, vel minoracione noſtra, vel de eredes noſtra, ſeu et genu eredumque noſtrorum in ſempiternum, ut non ſit ſupditus .... neque ſup epiſcopus, neque ſupditus monaſteriis, neque ulla perſone, niſi ſoli Patri, et Filii, et ſpiritu Sancti, cui omnia ſupgeſta ſunt, ut nullus alius ibi dominetur, vel Judicetur, niſi nos, vel genus noſtra perſolbant ipſo jamdicto Petri presbiter, et Monachus, et ejuſque ſupceſſoribus bob., ſeu et ad noſtra genus legitima Maſculini per omne tempus oraciones pro anime noſtre, et ſemper ſup noſtro regimine, et de genus noſtra ſin in illorum, qui pro dei amore, et redemcione anima ſua, et pro noſtro amore, qui ec conceſſio noſtra juſte ac relioſe conſervaberis, quam propter eredes noſtra, vel genum eredumque noſtrorum diſtricte teſtamus, et terrebiliter adjuramus per ipſa Trinitas, et una mageſtas, et per omnis Coris Angelorum, adque virtutes cœlorum, et omni patriarchas, et profetas, et omnes Apoſtoli, et Martirex, et confeſſores, adque virgines, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Dei qui ei placuerunt ab initio mundi, ut ipſum locum, abitatoreſque ipſius cum univerſis rebus reſpicientibus ad ipſum mobilibus, et immobilibus ſup veſtra virtute ſint ad defenſionem abeatis curam de ipſum locum, et abitatoreſque ipſius cum univerſis rebus reſpicientibus ſicut de proprie veſtre domus et ipſa jam dictam conceſſionem ſicut ſupra ſcriptum eſt defendatis, et antiſtatis ab omnes omines, et ſi forte reclamaberint ad quodcumque querella perbeneris pro dei ſummi amore, & omnes illis juſticiam adimplere non differas cuiquam, ſet omni tempore ſicut ſupra conceſſimus, & ſemper . . . . non nulla contra lege violencia de minoracione, vel ſubtractacione ſeu invaſionem ei debere facere praſumant nec amplius cenſum, vel ſervicium imponere praſumamus, niſi ut ſupra dei amore, & redemcione anima noſtra, vel parentes noſtrorum conceſſimus, & quando Abbas de ipſum predictum monaſterium migraverit licentiam abeat ipſa congregatione Abbatem inter ſe elligere de ſe ipſi quale melius fuerint, qui ſecundum Deus, & ſecundum regula Petri erit eorum peticcione adimplead. Si quis aut cujus noſtra conceſſionis ſacrilegum aut Tirannus auſus fuerit contra ad conceſſionem, canſ iccionem, vel minora cionem, ſeu moleſtaccione, vel inbaſiore facere preſumpſerit tam de noſtra progenia, vel qualecumque perſona ſi ad ſe in tremendi juſti judici in eſſaminis canſa condennatus adque propter hoc in iram ſumma, & individua Trinitatis, & incurrat, & deſcendat ſuper eum omne maledictione ſicut ſuper diabolo, & abead partem, & cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti, & cum Anna, & Caifa in eternum incendium arſura ad concremandum uſque in ſempiternum, inſuper promitto, & obligo ego qui ſuper Oderiſi, qui ſuper nomine Borrellu clamavitur me, & meis eredibus, adque omnes genus mea tibi jam dicti Petri presbyteri, & Monachus, & ad omne ſupceſſores veſtros qd. ſi omnia, qua ſuperius, vel inferius in eadem cartula continere bidetur non fecerimus, & non obſervaberimus, & non compleberimus, vel ſi exinde aliquid minuare, vel tollere queſierimus, vel ſi an cartula de quibus continet refutare temptaberimus tum ille qui talia agere preſumſerit componere, & dare obligamus, oc eſt aurum otimum monete libres centum tivi predicti Petri presbyteri vel ſupceſſoribus veſtris, vel in Sacro cœnobio ad ſemper abendum, & an cartula afferſionis, qua pro redemcionem Anima noſtra fecimus firma, & eſtabile permanea ſemper, & taliter ego qui ſupra Oderiſi pro remedium anima noſtra deo auſiliantem fecimus, & te boni Judice, & not. ſcribere rogabimus. Actum in Sangrum menſe Indictione ſupradicta feliciter. ✠ Signum manum ſupradicti Oderiſi, qui an cartula conceſſionis, & oferrſionis ſcribere rogabit. ✠ Ego Johannes. Ego Silveſter Judice rogatus. ✠ Signum manu Prandoni rogatus a te ſupradictum Oderiſi.

Dum

Dum adhuc Abbas hujus cœnobii Petrus eſſet A. 1046. Tranſimundus Comes filius Otthonis Comitis eidem bona quædam dono dedit pro remedio animæ ſuæ, Attonis, & Giſlæ parentum ſuorum, Mariæ uxoris, & Attonis Fratris, ut ex donatione eodem anno, menſe Junio facta Teate, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

Eodem anno 1046. Deodatus conceſſit eidem cœnobio medietatem eccleſiæ S. Amati cum aliis bonis, ut ex inſtrumento conſervato in noſtro archivo, quod hic exſcribimus.

Ex originali in Archivo.

† . . . . *anno milleſimo quadrageſimo ſeſto, & regnante domnus Einricus gratia dei imperatore Anguſto . . . . menſe Jannarius per indictionem quarta decima. Ideo conſtat me Deodatus filius, quond. Ricardi . . . . peccata ſua redimere neglegunt in illa pena perpetua cum diabulo damnabuntur . . . . & juſti, & electi Dei, in illa eterna beatitudine cum domino glorialuntur & ſubito reſpexit me divina pietas & compunctum eſt cor meum cum tremore exſtruatione cordis cepi anxie querere conſilio ſacerdotis, & religioſi viri, quomodo peccata mea redimere potuiſſem, & iram eterni Judici evadere potuiſſem . . . . nullus alius melius inter elemoſinarum virtutum quam ſi de rebus proprietatis me in monaſterio concediſſe. & per cartula deligaſſe, & quia domnus Liuprandus Rex in ſuo capitulare inſtitui ſi quis Langobardus . . . . Statum humane fragilitatis . . . . aut in ſinodochia donaverit firma, & ſtabile permaneat, & in alio ſuo capitulare . . . . ut qui in loca ſanctorum, aut in ſinodochia de res ſuas donaverit ſtabilior debeat permanere, & pro quia domnus Carolus Imperator in ſuo capitulare inſtituit, ſi quis Langobardus de humane ſtatu fragilitatis recogitat pro ſalute anime ſue de rebus ſuis in loca ſanctorum, aut in Sinodochia donare voluerit . . . . quiſque do rebus ſuis . . . . & videlic. racione. Ego ſupraſcriptus Deodato dono, trado, atque concedo de rebus proprietatis mee pro anima mea in Monaſterio S. Petri qui ſitum eſt . . . . . . in territorio de Sangro, & ad ipſa font: de Vellana, ubi a preſenti tempore Petrus venerabilis Abbas regimen tenere eſſe . . . . . . ipſa res mea in territorio teatino . . . . . medietatem de una mea Eccleſia, qua edificata eſt in onore S. Amati infra pertinentia de ipſo caſtello de Arci juxta mare, & per . . . . de ipſa eccleſia, & infra pertinentia de ipſo Caſtello . . . . per menſura modiorum quindecim per locis, & vocabulis per ipſe finis quomodo ipſa menſura continet, & cum . . . . . amplius ipſa ſupraſcripta medietate de ipſa Eccleſia cum . . . . . . , & libris, & ornamenta eccleſiarum, cum cellis, & dotis, & libris, & ornamenta eccleſiarum, quantum ad ipſa ſupraſcripta Eccleſia pertinet, vel pertinere ſicut ſupra legitur, ſic dono, trado, & concedo ego ſupraſcripto Deodato in ipſo monaſterio S. Petri, & tibi Petri venerabilis Abbas, vel a poſteris ſucceſſoribus tuis in ſempiternum ad abendum, vel poſſidendum, & faciatis de ipſa ſupraſcripta medietate de ipſa Eccleſia, & de ipſe ſupraſcripte rebus, quod volueritis, & vobis oportum fuerit, & ſicut de alie proprie rebus Ipſius Sancti uri. monaſterii, ſine omne calumnia. Si quis vero . . . . minoractione, aut invaſione facere preſumſeret, aut diſturbare queſierit ſi ad ſe in tremendi juſti judici examine . . . . atque pro ancini . . . . incurrat & deſcendat ſuper eum paternam maledictionem, & habeat parte cum Juda traditore, qui ab Apoſtolico agmine ſegregatus eſt, & cum ipiis, & Sacrilegis ſequeſtratus pars illius ſit in ſtagnum ignis ardentis . . . . ſic promitto, & obligo me ego ſupraſcripto Deodato de meis haredibus ad ipſo ſupraſcripto ſancto monaſterio, & tibi Petri venerabilis Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis, quod ſi, & omnia, quod ſuperius ſcriptum eſt non obſervaverimus, aut non adimpleverimus, aut ſi exinde aliquit retolle vel minnare queſierimus quolibet ingenio, aut occaſione . . . . componam ego ſupraſcripto Deodato vel meis eredibus ad ipſo ſancto monaſterio S. Petri, & tibi Petri venerabilis Abbas, tuiſque ſucceſſoribus . . . . . aurum libre centum, & cartula iſta conceſſionis, ſeu tradicionis, qualiter ſuperius legitur taliter omni . . . . . . firmam, & ſtabilem permaneat . . . . anc cartulam conceſſionis, ſeu traditionis . . . . ſupraſcripto Deodato ſcripſit . . . . Actum in Teate feliciter . . . .*

Anno 1053. Atto Comes huic cœnobio eccleſiam S. Comicii dono dedit hoc diplomate, cujus autographum in archivo noſtro extat.

† *In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinquageſimo tertio, & die Menſe December per indictione ſexta imperante domno Enrico gratia dei divina providentia imperanter Auguſto anni imperii ejus deo propicio octabo. Ideo conſta me Attu Comens filio qd. de Tattuni Comens declaro enim quia cum quadam die cogitare cepit qualiter impii, & peccatores, qui peccata ſua redimere neglegunt in illa paveraa pœna perpetua cum diabolo danabuntur, & qualiter juſti, & electi dei in illa eterna beatitudine cum domino glorinbuntur, & ſubito reſpexit me Dibina pietas, ſet compunctum eſt cor meum cum tremore, & exſtuatione cordis, cœpi anxie querere conſilio ſacerdoti, & religioſi viri, quomodo peccata mea redimere potuiſſem, & ira eterni Judicis evadere potuiſſem, & conſilio accepto, nullus melius inter elemoſinarum virtutum, quas ſi de rebus proprietatis mea in Monaſterio concediſſem, & per cartulam delegaſſem, & quia domnus Liuprandus rex in ſuo capitulo ſic affixi, ſi quis Langobardus habes ſtatum humana fragilitatis egrotaberit, quamquam in lectulo rejacet, dum vivit, & recte loqui, poteſtatem habeat de rebus ſuis pro anima ſua judicandi, vel diſpenſandi, & quidquid judicaverit, vel diſpenſaverit de rebus ſui pro anima ſua, ſtabili ordine debeat permanere, & in alio ſuo capitulo ſic affixit, aut qui in loca ſanctorum, aut in xenodochia de res ſua donaberit, firma, & ſtabile permaneat, & quia domnus Carolus imperator in ſuo capitulare inſtituit; Si quis Langobardus recogitat pro ſalute Anime ſua de res ſua in loca ſanctorum, aut in ſinodochin donaverit, abſolute faciat unuſquiſque de rebus ſuis quid velint, & noverint,*

rint, modo vero in ea videlicet ratione ego ſupraſcripto Ačto Comes dono, & concedo de rebus proprietatis mea, qui mihi ſupraſcripto in ereditate obbenit ex quodam ſupraſcripto Ačto jenitore meo in monaſterio beati S. Petri, qui ſitum eſt in territorio de Sangro in ipſa fonte de Obellana in pertinentia de monte Meliuli, ubi nunc preſenti tempore praordinatus eſt Johannes benerabilis Abbas regimen tenere videtur, & pro anima mea, & pro anima Attoni, qui fuit genitore meo, meo, & pro anima Giſle genitrice mea, & pro anima Gaitelgrima qua eſt uxor mea, & eſt ipſe res mea in territorio Teatino infra ipſa pertinentia de ipſo caſtello de S. Comicio: In primis ipſa eccleſia, qua adificata eſt in onore beati Comicii ad ipſum caſtellum S. Comicii ipſa ſupraſcripta eccleſia cum ducenti modia de terra ſita in circuitam ipſius eccleſia, quod modo ad ipſa ſupraſcripta eccleſia pertinere videtur, & per ſingula loca, vel vocabula, & eſt finis: a capo fine vertice montis, & de uno lato fine pertinentia de Cereſolo, a pede fine fluvio de Sangro cum omnia ipſa medietate de ipſo Molino, qui ividem edificatum eſt cum aqua, & formis, & panſa, & cum ſediolis ſuis molini, & cum omnia firmamentum, vel edificia ſua, & cum introita, & exoita ſua, & de alio late fine pertinentia de ipſo caſtello de Arke infra iſte prenominate finis per ſingule petie de Terre, & vinea, ut adimpleantur ducenti modia de terra ipſa ſupraſcripta eccleſia, & eſt ipſa ſupraſcripta eccleſia cum cellis, & dotis, & libris, & oratoria, vel ornamenta eccleſiarum, & cum omnia edeficia ſua, cum terris & vineit, cum pomis, & arboribus ſuis fručtiferis, vel infručtiferis ſuis, & cum omnia quantum ad ipſa eccleſia pertinet, vel pertinere videtur, & qua ibi afferuntur, vel conceduntur in integrum, & in omnibus per anc cartulam ut ſupra legitur, ſic dono, adque concedo ego ſupraſcripto Atto Comes in ipſo ſupraſcripto monaſterio beati S. Petri, & tibi Johannes benerabilis Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis in ſempiterno ſecalo ad tenendum vel poſſidendum, & faciatis de ipſa ſupraſcripta eccleſia, & de ipſe ſupraſcripte rebus omnia quod, volueritis, & vobis oport. fuerit ſine alicujuſque contradičtione, aſque omne calumnia; ſi quis vero ujus noſtra conceſſionis minoratione, ſeu invaſione facere preſumſerit, vel diſturbare queſierit, ſciat ſe in tremendi Juſti Judici examine cauſa nobiſcum . . . . . . turus, atque pro anc in ira ſumma individua Trinitati incurrat, & deſcendat ſuper eum paternam ✠ Suam ✠ Maledičtione & habeat parte cum Juda traditore, qui ab Apoſtolicos agmine ſegregatus eſt, & cum impiis, & ſacrilegis ſoqueſtatus . . . . Stagnum ignis ardentis, & ſulfuris, & inſuper repromitto, & obligo mo Ego ſupraſcripto Atto Comes, vel meis . . . . poſteriſque ſucceſſoribus, quod ſi ac omnia, qua ſuperius ſcriptum eſt non obſerbaberimus . . . . ſi exinde aliquid retollere, vel minuare praſumpſerimus, aut contra anc cartula . . . . pro quolibet ingenium aut occanſione, ut componat . . . . Supraſcripto Monaſterio, & tibi Johannes benerabilis Abbas, vel . . . . libre ducenti, & cartula iſta conceſſionis . . . . i omnique tempore ſemper firma, & ſtabile permaneat . . . . dičtionis rogatus a te ſupraſcriptu Attu Comes . . . . in Teate feliciter.

Borrellus, atque Oderiſius filii Borrelli majoris eccleſiam S. Marię Nucis eidem monaſterio conceſſere diplomate quod incipit. *In nomine Domini viceſimo, ſexto anno principatus domni Paldolfi glorioſi principis, & ſeptimo anno principatus domni Landolfi magnif. princip. ejus menſe Julius quarta indiccione. Ego Borrella, & Oderiſi filii quoddam Borrelli declaramus nobis pertinentem havere rebus infra finibus de Anglone in loco ubi S. Maria dedicata eſt, qua bocata da ipſa noce, quod nobis congruum eſt venundare. Exinde noſtra congruitate perficienda. Quapropter nos qui ſupra ideo dum nobis congruum eſſe bidetur, bonam etenim noſtra boluntatem, & per firmam ſtabilitatem intereſſe Johannes Judice, & ſupraſcripto teſtes. Per hanc quoque bidelice cartulam venundedi, & tradimus tibi Petrus Abbas in ipſſa caſa S. Petri ipſſa ſupra jamdic. rebus, cum ipſſa eccleſia dedicata, & cum omnia ſua ſupiacencia pro redencione anima noſtra ut ic apud eterne dominum requie invenire valeamus, & pro peccatis noſtriſq; nobis conceſſi ſumus, & conceſſimus ipſſa rebus cum eccleſia dedicata, & cum omnia ſua ſupiacencia q; nos dedimus, & tradimus tibi Petrus in ipſſa Caſa S. Petris da Obellana habet finis talis, a capite Serra de ipſa cibitas, & direčtam deſcendi in ipſſa portas &c. Infra hac vero finis nec nobis, nec quouſtad axoris noſtra, nec cuicumque alteri abendum nulla exinde reſervabi porciono requirendum, ſet tota, & integra infra ſap. jamdic. finis una cum inferius, & ſuperius cum via, & andito ſuo, adque cum omnia ſua pertinencia, & tenenciam tibi eidem Petrus Abbas dedimus ipſa ſupra jam dičta in caſa S. Petri & ſuis ſucceſſoribus ad avendum, & poſſidendum; unde pro hanc noſtra tradiccione recipiatis miſericordia ad dominum, & da Petrus apoſtolus, & oracione veſtra, & ſuis ſuſceſſoris, & racione, ut amodo, & ſemper ſecuriter aveatis inde faciendum omnia quod volueritis ſine contradiccione noſtra, & de noſtriſque heredibus, & ſine cujuſcumqae requiſicione, de quibus obligamus nos, & noſtriſque heredibus bobis jam dičtis, & veſtriſque heredibus amodo, & ſemper eadem noſtra tradicionem, vel ut praelegitur in integrum nos bobis omnibus, ab omnique partibus antiſtamus, & defendimus, quod ſi defendere noluerimus, aut non potueri, aut ſi nos ipſſis ex eadem noſtra tradiccione cauſaverimus, vel qualitercumque retornare, aut removere queſieriemus, in ira dei incurramus, & in excommunicacion. permaneamas cum omnibus crucifixoribus domini; Et poſt a dupla, & remeliorata ſupra jamdičta, & copr. cum de cauſis & cleſ. q. d. ſubtrafferit bobis in eodem loco parte dare obligamus centum libras auri mun. de colludio autem ſi ad bos pulſati fuerimus ad dei evangelia legibus bobis ſatisfaciamus quia taliter te Johannes judice, & not. ſcrivere rogabimus in caſtro Anglone feliciter. ✠ Ego Johannes judex qui ſupra judice. ✠ Ego qui ſapra Lupo Gaſtaldius.* A. 1062. eccleſiam S. Manni conceſſit Berardus Comes hoc diplomate, cujus autographum in archivo noſtro extat. *In nomine domini dei, & ſalvatori noſtri Jheſu Chriſti, ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti anni ſunt milleſimo ſeſſageſimo ſecundo,*

Ex originali in Archivo.

Donatio Eccleſiæ S. Mariæ.

& dies menſe Februario per indictione quintadecima. Quamobrem Ego in dei nomine conſtat Berardus Comite filium qd. Aberardi Comitis abitator eſt ia Varentino vona, & expontanea, & propria mea bona boluntatem, quam, & pro ſalutem animæ mea & anima de pater meus, & de fratres meus Ladolfus, & animam Rogata aſſorem mea, ut dominus noſtre Jeſa Chriſtu abeat aobis indulgentiam, & miſericordiam & pietatem de peccatis noſtris & ut mereans in diem judicii audire boce domiai cum elotis dicentes: Bonite benedicti patris mei percipite rennum qdo. bobis paratum eſt ab origine mundi. Propterea dono, & trado adque concedo in ipſa monaſterium S. Petri, & Johannes Sacerdos, & Abbas de ipſa monaſterium, qui ſitum eſt ipſa monaſterium in territorio Sangrotano, in locam ubi Obellaaa dicitur, hoc eſt ipſa eccleſia S. Manni cum biginti modioli de terra mea, qua ſita eſt ipſa eccleſia S. Mani in territorio Marſicano ia locum, ubi Peteline bocatur, cam atrin & cellis, terris, & vineis, & libris, & paramenta, & ornamenta eccleſiarum, & cum omnia adjacencia, uel pertinencia earum, & cum bigiati modioli ad iſa Eccleſia menſurati manibus ad birga publica de terra, cum ipſa ſapraſcripta eccleſia dono, & trado, & concedo inn iſum monaſterin S. Petri & tibi ſupraſcripto Abbas, & teneati bos, & beſtri ſamceſſoribus de ipſum moneſterium, nam nol adici homini aliquando nullam dominicium abeat, niſi ego Berardus Comes, & meis heredibus in noſtra defecionem ſtces ipſa eccleſia ſemper, & ipſum monaſterium teneat, & poſſedeat ipſa terra, & ipſa eccleſia uſqae in perpetuam pro anima noſtra inn amore Chriſti, & oc repromiſto, & obligo me Berardus Comite, vel mois heredibas ad iſum monaſterin, & ad tibi ſapraſcripto Johannes Abbas, & ad tuis ſumceſſoribus ſi aliqdo. que tempore de ipſa ſupraſcripta mea donationes qdo. modo ſuperius legimr, ſi aliqdo. qae tempore retollere, ſeu minaare vel contrariare per qualecumqae ingenium preſapſerimus, vel ſi a omnos homines antiſtare, & defendere non boluerius, aut non potuerius inicin pena vobis companere promitto de auro mado ſolidos centum ad iſum ſupraſcripta monaſteriam, & aſui rectoribus, & an cartula iſta omniqae tempore firma, & exſtabilem permaneat inn iſum monaſteriam, uſque in perpetuam pro anima noſtra in amore Chriſti Milonoratio ſcribere rogabius Actu in Marſi meaſe indictione ſapraſcripta feliciter. ✠ Signum manum Berardus Comes qui hanc cartala fieris rogabi Comiti. ✠ Signum manum Johannis rogatus a teſto. ✠ Signum manum Ildeci rogatus a teſto. ✠ Signum manum Litoni rogatus a teſto

Conceſſio Eccleſiæ S. Manni.

Anno tandem 1069. cœnobium S. Petri de Avellana Caſſinatibus dono dedit Borrellus junior, teſte Petro Diacono lib. III. Chron. Caſſ. cap. 39. & Borrelli ipſius diplomate, quod in Diſſert. I. dabimus. A. 1181. menſe Decembri Matthæus cognomento a Carceribus Dominus oppidi carcerum prope Peſculum Conſtantii renunciavit Petro Abbati Caſſinenſi jura, quæ ſibi competere poſſent, quantum ad eccleſiam S. Angeli de Pedelongo ſitam in oppido carcerum, quæ monaſterio S. Petri de Avellana ſuberat cum ſuis Vaſſallis. Inſtrumentum hac de re in Diſſert. I. dabimus. Eodem anno 1181. concordia inter Dominos Capræcottæ & Præpoſitum S. Petri de Avellana inita eſt quantum ad fines pagorum Valliſſurdæ, & Revellionis, quæ eidem cœnobio ſuberant. Cum vero in ea Præpoſitus Valliſſurdæ, ideſt Eccleſiæ S. Nicolai receuſeatur, atq; clarius in ſequenti explicetur, dum dicitur Cœnobium inibi fuiſſe, ideo ejus initium referemus, quod ita ſe habet.

Ex originali in Archivo.

In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti anni ſunt milleſimo obtuageſimo tertium, & die Menſe Februarium per indictione ſectima. Ideo coſta me Vulterius filium quide Borreli, qui modo eſt abitatore in teritorium Berbentanum in caſtro de Anglone bona eſt ſpontanea, & mea bona boluntate per conſenſum, & boluntate ſapraſcripti Borrelli genitore meum proſimore domini noſtri Jheſa Chriſti, & redentione, & obſolutione anime mee, & de genitore, & de genitrices mea, qaot Deus, & dominus noſtra Jheſu Chriſta faciad de peccatis noſtri idimictere, & minnare dineris, & facianos perbenire ad illam boce deſirabille quando dice benite benedictis patris mei percipite renum quo ut bobis preparatumm eſt ab origine mandi, & porta paradiſi introire aos jubea. Propterea dono, & trado, & jadico, & concedo, & offero innilſa eccleſia Beati Sancti Nicolai, qui eſt qui ſita in teritorium de Anglone inneremo domini noſtri Jheſa Chriſti, ubi capite de berrino bocatur, & a bos Johannes ſacerdos, & Monacho, qui eſt remita a populum, qui modo eſt prior, & a tui ſubceſoribus, oc eſt in primis una eccleſia qui eſt qai ſita in onore S. Petri, & quinquaginta modiola de sera, & anplilius, & unum molinum cum ripis, & ripibus, & cum . . . . . et ſun ipſe rebus infra fine de ipſe teritorium de Anglone, cum introita, et exſoita ſua, et en omnia quantam infra ſe, vel ſupra ſe abease quantum ad iſa eccleſia pertinet, pertine, vel pertinere debet, et a perdicti modiola inn itegrum, unde as manu mea, nec ab eredibus mei, aec au ulla queqnam omiae de predicte rebus nulla exſinde feci reſerbatione, que ex ſebtuatione ſet quicumque de rebus ſai per meu conſenſa de meis omnibus dare bolueris in predicta eccleſia S. Nicolai, et a bos qui do eſt Prior, vel a tui ſucceſſoribus inn ac cartula firmo, et oc repromicto, et obligo me ego ſapraſcriptam Vualterius, vel meis eredes in iſa ſapraſcripta eccleſia, et a bos praditum cuſtode, vel a tui ſubceſoribus ſi aliquoqae tenporea poſeadaria facere boluerimus, vel ſi nos retollere, vel minnare, aut in qualibet canſatione mictere boluerimus, vel ſi nos ab ono omine antiſtare, vel defendere non boluerimus, aut aon potuerimus defendere initium pena obligata componere promicto de auro mundo munitatis libore centum, et poſtea inn ira Dei incurra, et noa abea parte in reſurrectione Juſtorum, ſet cam Juda, qai ab apoſtolico amine ſegregatum, et izais, et ſulforis ardentibus, et aa cartulla iſta firma, et eſtabille permanea uſque in ſepiternum, quiqa in loca ſantorum, vel in ſinadochia quocumque ſe judicaberi omo de rebus ſui pro anima ſua ſtabile debet permaaere, quia nec dius nec Launagildu impedire debet, qaia ſic leſeſt, et innedicti ſit contine pagina quomodo ſupraſcriptum me eſt, quam et per rogam de ſupraſcripti Welterii ac cartulla ſtriſi ego qui ſaper Benedictum jadice, et aotharius Actam in Sangram indictione ſupraſcripta feliciter.

Conceſſio Eccleſiæ S. Petri.

✠ Sigaam maaam Welterius, qai an cartulla conceſſionis ſcribere rogabit.

✠ Signum manum Ruſtico rogatum ac teſtum.

✠ Si-

✠ Signum manum Sengoriti rogatu ac teſtum.
✠ Signum manum Johannis rogatum ac teſtum.
Ego qui ſupra Benedictum judice, & notharius complebi & finibis etc.

Ex originali in Archivo.

In dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti anni ſunt milleſimo nonogeſimo ſecundo, et dies menſe Junii per indictionis decima. Ideo coſta me Carboni filius quidem Foſconi, qui eſt abitatore in caſtro de Anglone, bona expontanea etenim mea boluntate, pro firma ſtabilitate, pro timore domini noſtri Jheſu Chriſti, et redenctione anima mea et de mea conjunge, et de filii mei nos pervenire ad illam bocem deſideravilem, quando dice Benite benedicti patris mei percipite rengnum quod vobit preparatu me eſt an origine mundi, et porta paradiſi introire nos jubeas; probterea dono, et trado et judico, et concedo, et offero eccleſia Beatus Bilaſſius martire, qui eſt in territorium de Anglone in locum, qui dicitur abitatio Marſicanu, in monte bertice, trado, et judico in eccleſia beati Nicolai, qua eſt ſita in territorio de Anglone in loco, qui dicitur montem Caprarum, ubi remitorium bocatur, et abbas Abbas Deodatus, vel ad tuis ſucceſſoribus, et ſunt mea rebus proprietatis, q. ego abeo iſtum territorium de Anglone ſimul una cum omibus ſuis pertincucis eidem eccleſia pertinere, aut amodo et cunctis diebus vite mea jam dictam eccleſia cum omnibus, et pertinentiis de ea eccleſia poteſtate modo ego tenere et dominare, et in eodem eccleſia officium facere, et Miſſa canere ſicut uſque modo conſuetum fuit facere jam pradic. finis pergunt cum introita, et iſoita ſua, et cum omnia quantu infra ſe, vel ſupra ſe abente in integrum aſmanum mea, nec ab eredibus meis nec ad nulla quequam omine de pradicte rebus nulla exinde feci reſerbationem, & ſi pradicte rebus, & de eorum finis aliqua intentio ſurrexerit per praba perſona: Carolus res ſic judicabit, ut per bonis ominibus circum manentibus inquirantur, & reſtituantur ibi ſicut olim fuit, & hoc repromicto, & obligo ego iſtum Carbone, & meis eredibus ad iſta eccleſia, & a bos pradictum Cuſtode, vel ad tui ſubceſſoribus, ſi aliquo temporea preſendaria facere praſumſerimus, vel ſi nos retollere vel minuare ad in qualibet canſatione mittere boluerimus, vel ſi nos ab omni homine antiſtare, vel defendere noluerimus, aut non potuerimus defendere iniqum obbligata componere promitti de aro mundo libre centum, & poſtea ira Dei incurra, & non ab ea parte in reſurrectione Juſtorum, & cum Juda ſchariochie qui. Dominum tradidit, & cum Anna, & Caifas, & ſit ſuper eum Maledictio a Maranatha, & invifet in ſulforis ardentibus, & cartula iſta firma, & ſtavile permaneat uſque in ſempiternum in loca ſanctorum, vel in ſinodochio quocumque judicaberit omo de rebut ſuis pro animo ſua fecis; quia ſic les eſt inn Edictis ſic contine pagine quomodo ſupraſcripsum eſt, quam & per rogum de ſupraſcriptum Carbono anc cartula ſcripſi ego qui ſuper Lopo judice, & notarius. Actum in Caſtro Anglone feliciter Singun manu Loponi judice rogatu a teſtum. Singnum manu Carvoni, qui ac cartula conceſſionis ſcribere rogabimus. Singuum manum Aczarellum rogatus a teſtum. Singnum manum Ruſticu rogatus a teſtum. Singnum Amico rogatus a teſtum.

Conceſſio Eccleſiæ S. Blaſii.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo ſexageſimo nono. Menſe Februarii. indictione tertia. anno vero domini Willelmi glorioſiſſimi regis quarto. Quia juſtitias, ac rationes eccleſiarum diligere, & manutenere debemus, maxime ſervare jura monaſterii Beatiſſimi patris noſtri Benedicti; nos Riccardus dei, & regia gratia de Moliſio Comes, & domni regis familiaris dum plenam curiam in Yſernia . . . . .
. . . . in curia factas ad . . . . .
. . . . reſidentibus itaque nobiſcum domino Roberto epiſcopo Bojani, & domno Raynaldo epiſcopo Yſernienſi, & domno Raone epiſcopo Treventano, & juſtitiariis, & baronibus noſtris ex decreto ſanctiſſima regia curia, & probatione aperta per breve, quod oſtenſum eſt in curia plena, quod continebat, & apte dicebat, domnum glorioſiſſimum regem noſtrum Roggerium eccleſiam S. Laurentii in Anglone, & eccleſiam S. Nicolai in Valleſurda ab omni ſeculari conditione liberaſſe, & quietaſſe, & Gualterius Buddon. in manu regia renunciaſſe, & dominum regem Roggerium Mayner. de Palena, & Odoni de Pectorano illuſtribus Baronibus eas ad defendendum comiſiſſe, & liberas, & francas reddidiſſe eas beato Benedicto, & S. Petro de Avellana. Gualterius Buddon., & fratres ejus Odo, & Tancredus pro ſe, & patre ſuo Raone renunciaverunt, & quietaverunt ſub pœna perſonarum, & rerum ſuarum, qua per dominum regem fuerat poſita in brevi Monaſterio, & in manu domni Mauri Venerabilis hoſpital., & Caſinen. rectoris renuntiaverunt, & liberas, & quietas reddidere ab omni condicione ſeculari Eccleſias pradictas S. Laurentii, & S. Nycolai, & omnia tenimenta, & poſſeſſiones earum. Ad fines vero, vel finayta diſtinguenda inter eccleſias prephatas, & caſale de jamdictis Budoniſiis in curia S. Benedicti ire Robbertum de Rocca, & Unfr. de Salceto Barones noſtros in medietate quadrageſima curia conſtituit. cujus renuntiationis cartam tibi Gaffrido notario noſtro ſcribere pracipimus. Actum Yſernia in plena Curia. ✠ Ego Riccardus dei gratia de Moliſio Comes, & domni regis familiaris. ✠ Ego Robbertus dei gratia epiſcopus Bujan. ✠ Ego Raynaldus dei gratia Yſernienſis epiſcopus. ✠ Ego Rao dei gratia Epiſcopus treven. ✠ Ego Riccardus de Molin. ✠ Ego Robbertus de Sancto Agapito. ✠ Ego Vufredus de Salceto. ✠ Ego Rampinus judex.

In hoc ſcripto, cujus autographum, quod in noſtro extat archivo, errore illorum temporum notariis ſatis familiari, nec anno convenit Guilielmi II., neque indictioni, non habetur dumtaxat mentio eccleſiarum S. Nicolai, & S. Laurentii terræ Agnonis, ſed aſſeritur etiam Rogerium regem ab omni laica conditione feciſſe immunes, atque inſuper, in mandatis dediſſe Baronibus Palenæ, & Pectorani, ut data occaſione tuerentur illas. Nobis autem veri videtur ſimile Riccardum hunc Moliſinum Comitem non alium eſſe a Riccardo de Mandra Guilielmi I., ut loquuntur, Comeſtabili, & a Guilielmo II. peramanter habito, de quo in ſermonibus de ſeptem Neapolitani regni officiis, ac præſertim in illo de ſummis rei bellicæ præfectis fol. 19., & ſequentibus prolixe agit Tutinus.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo, centeſimo octogeſimo primo, & ſextodecimo, anno regni domini noſtri ſecundi Guilielmi dei gratia Magnifici regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ menſe Junii indi-

indictionis quartedecimæ, cum eſſet controverſia inter fratrem Roffridum ven. Propoſitum S. Petri de Avellana, et Dominos de Capracotta de tenimentis, et Fynaitis caſalium S. Petri Valliſſurda ſcilicet, et Revellionis coram me Johanne Magiſtro judice hujus Capuæ civitatis ad talem concordiam devenerunt, quod Domini de Capracotta, Tangredus videlicet, et Raynaldus nepos ejus pro ſe, et . . . . fratre ipſius Tangredi convenerunt libere dimittere ipſi eccleſiæ quandam peciem terra de Valleſurda, quam profeſſi ſunt ſe habere in pignore pro quinque ſolidis, videlicet cum primum Propoſitus Valliſſurda ipſos quinque ſoldos, vel equivalens ejus ſolverit de reſiduo . . . . . . tenimento ejuſdem Vallis ſurda, ita ſtatutum eſt, ut quantum juraverit Fr. Salathiel Monachus per animam ſuam de eo ſcilicet, quod ſcierit, de eo vero, quod neſciverit, quantum juraverint tres alii legales homines de Valleſurda, quod a quadraginta ſex annis uſque nunc ipſi Domini, vel eorum homines occupaſſent libere dimittant eccleſia ſancti Nicolay de Valle ſurda. Eccleſiam hanc S. Nicolai de Valleſurda monaſterio S. Petri dono dederat anno 1040. Gualterius filius Borrelli ſenioris, ut ex ejus donatione liquet. Secundus Guillelmi regis annus in hoc inſtrumento recenſitus optime quadrat; nam Guillelmus I. ejus parens obiit A. 1166. die 15. Maii, eique ſucceſſit Guillelmus II. filius, ut referunt Anonymus Caſſinenſis hoc anno, Chronographus Foſſæ novæ Johannes de Ceccano apud Ughellium To. X. Italiæ Sac. noviſſimæ editionis Venetæ apud Sebaſtianum Coletum A. 1722. p. 5. Anedoctorum, eruditiſſimus noſter Michael de Giudice in deſcriptione templi, & monaſterii Montis Regalis in tabula Chronologica Hiſtoriæ Siculæ p. 23. Pagi eodem anno nu. 9., ubi tamen fallitur, cum ait Anonymum Caſſinenſem aſſerere, obiiſſe Guillelmum decima quarta die menſis Maii. Anonymus quippe habet: decimaquinta: Quare menſe Junio a. 1181. annus decimus ſextus Guillelmi II. cœperat. Ex mox edenda vero conceſſione dignoſcitur, quam ardens fuerit erga Monachos S. Petri de Avellana Roffridi Abbatis Caſſinenſis ſtudium, cum pro illorum veſtibus fructus Vallis ſurdæ aſſignaverit. *In Nomine domini noſtri Jeſu Chri-*
Ex originali in Archivo. *ſti anno incarnationis ejus milleximo centeſimo octogeſimo octavo viceſimo . . . . . regni domni noſtri Willelmi ſecundi glorioſiſſimi regis menſe Auguſti vigeſimo nono die ejuſdem menſis indictione ſexta. Roffridus Abbas. Dilectis in Chriſto Filiis monachis eccleſiæ S. Petri de Avellana tam preſentibus, quam futuris in perpetuum: Cum in domo domini cum . . . . . grave nimis ſit, & emendatione dignum, quod in Monaſterio veſtro Fratres per obedientias conſtituti affluenter habeant vita neceſſaria; . . . . degentes egeſtate laborent, cum ex ordine charitatis, & regulam jure primum ſit eorum habenda ratio, qui poſtpoſita ſollicitudine temporalium meliori gerunt, ita ſe in contemplatione divinorum conferentes, ut corporis cura neglecta ſolis animarum profectibus intendant. Cum itaque dilecti in domino non ſint vobis pro neceſſariis indumentis in præſcripto monaſterio ſufficientes redditus conſtituti, dignum duximus ex injuncto nobis prælationis officio vobis in hac parte conſulere, multam ex hoc ſperantes in oculis divinæ majeſtatis gratiam promereri, quia & patris implemus officium, & animas veſtras, a Deo e domino, lucramur, eas ab exteris curis revocantes. Propterea de Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Bartholomeum judicem, & advocatum Caſſinenſem, concedimus vobis in perpetuum redditus annuos de herbatico glandatico, & dato hominum Valliſſurdæ caſalis S. Nicolai eccleſia quæ cella eſt ipſius monaſterii S. Petri, ut ſingulis annis in perpetuum recipiatis, & habeatis eos pro ſupplendo indumentorum veſtrorum defectu, ſtatuentes, & ſub pena excommunicationis diſtrictius inhibentes . , ... ne . . . unquam Præpoſitus memorati veſtri monaſterii, vel jam dicta cellæ S. Nicolai, ſeu cuique alii de ejuſdem redditibus quidquid aliud ſtatuere, vel . . . . . contra communem veſtram voluntatem convertere, ſed omni tempore veſtris proficiant uſibus, ad quos eos paternæ ſollicitudinis, & affectionis noſtræ gratia deputavit. Ut autem hæc noſtra conſtitutio firma vobis, & poſteris veſtris, & illibata conſervetur, eam preſentis inſtrumenti publici munimine duximus roborandam . . . . Riccardo monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani publico notario ſcribere juſſimus. Actum in eadem civitate S. Germani. Locus † Signi. † Ego qui ſupra Roffridus dei gratia Caſſinenſis Abbas † Ego Frater Mattheus Decanus &c.* In inſtrumento A. 1294. facto, quod litem continet inter homines Vallis Surdæ, & Monachos S. Petri de Avellana initam pro redditibus ab his hominibus ſolvendis, quodq; in Diſſertatione prima dabimus, hæc leguntur: *Et ſuper quibuſdam aliis gravaminibus, quæ præfati homines Vallis ſurdæ aſſerebant ſe pati etc. per Præpoſitos, ſeu Monachos commorantes in eccleſia dicta Vallis ſurdæ.* Ex quibus liquet Monachos per ea tempora in eccleſia S. Nicolai Valliſſurdæ degiſſe. Ex mox vero adducendis antiquitatis monumentis, S. Petri de Avellana monaſterium a Monachis inhabitatum fuiſſe ad medietatem uſque quintidecimi ſæculi conſtabit. Angelus Epiſcopus Præpoſitum hujuſce monaſterii elegit F. Bernardum Paſtorem Monachum Caſſinenſem ex hiſce litteris in ejus regeſto p. 13. a t. *Angelus &c. Religioſo viro Fratri Bernardo Paſtori Monaco Caſſinenſi propoſito monaſterii noſtri S. Petri de Avellana &c. Inſtituimus in propoſitum, & rectorem dicti monaſterii &c. uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum, juribus, ac juriſdictionibus noſtris, & eccleſiæ Caſſinenſis, tam in te ſecundum beati patris noſtri Benedicti regulam, quam in ipſo Monaſterio, ſemper ſalvis. Recepto a te propterea fidelitatis, & obedientiæ debito, & ſolito juramento, videlicet quod tu in noſtri preſentia conſtitutus recognoſcens ipſum monaſterium S. Petri de Avellana ad noſtram, & Caſſinenſis eccleſiæ inſtitutionem, proviſionem, collationem, diſpoſitionem, & deſtitutionem libere immediate, ac jure plenario pertinere &c. Monachos ibi non facies ſine noſtra licentia ſpeciali, & nos enim tibi ſubtrahimus poteſtatem &c. mandantes, tenore præſentium Monachis, & vaſſallis dicti monaſterii ſub pœna excommunicationis, quod te reverenter, & benigne recipiant, & devote, tibique obediant &c.* A. 1377. die 17. Auguſti Decanum hujuſce monaſterii S. Petri de Avellana elegit Petrus Abbas Fratrem Amicum a caſtello Sangri Monachum Caſſinatem, ut ex patentibus litteris in ejus regeſto p. 119. in quibus hæc leguntur: *Mandantes*

dantes

dantes quoque dilectis in Chriſto Filiis ſcilicet Propoſito, & Monachis præfati noſtri monaſterii S. Petri quatenus te ad hujuſmodi officium Decaniæ recipiant, & admittant, necnon dictis monachis expreſſius injungentes, quatenus inclitis, & honeſtis tibi intra mœnia clauſtralia ejuſdem Monaſterii pareant efficaciter more ſolito, & intendant &c. Anno 1397. die 27. Februarii Henricus Abbas Præpoſitum elegit Fr. Henricum Virgilii de Tocco Monachum Caſſinenſem, ut ex litteris in ejus regeſto I. p. 29. & A. 1400. die 20. Aprilis F. Johannutium de Teramo Aprutii ex literis in cit. regeſto p. 188. in quibus hæc leguntur: *Cum itaque Propoſitura dicti noſtri monaſterii S. Petri de Avellana dependens a noſtro monaſterio Caſſinenſi ſolita per Caſſinenſes Monachos gubernari, ac per Abbates prædeceſſores noſtros conferri, & in Monaſticum beneficium aſſignari, indeque per Abbates præfatos ſolo nutu amoveri &c. Propoſituram dicti monaſterii S. Petri &c. ſic vacantem cum plenitudine juris canonici, ac cum omnibus juribus, membris, juriſdictionibus &c. ſuis in ſpiritualibus & temporalibus, uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum, & mandatum tibi conferimus &c. Quocirca curam, regimen, & adminiſtrationem dicti monaſterii Fratrum, & conventus ejuſdem caſtrorum, Villarum, vaſſallorum, & bonorum ſuorum ac membrorum ejus tibi plenarie committentes, regendi, gubernandi &c. necnon dilectis in Chriſto Decano Monachis, & conventui, converſis, oblatis idiotis, & vaſſallis, & aliis ſibi ſubjectis ſtrictius injungentes, quatenus tibi tamquam vero dictæ propoſituræ propoſito, & rectori tamquam nobis in licitis, & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obedire &c.* A. 1440. die 11. Octobris Prior, ſubprior, & Monachi Caſſinenſes Præpoſitum hujuſce monaſterii elegere Fratrem Benedictum de Alemannia Monachum Caſſinenſem; & A. 1441. die 13. Januarii F. Marcum a Fulgineo Monachum Caſſinenſem, ut ex regeſto conventus pagg. 51., & 15. Cum autem poſt obitum Johannis Aragonii Innocentius VIII. præpoſituram hanc Jacobo Scaglione ab Averſa ad ejus vitam contulerit, hic eam iterum cœnobio noſtro reſtituit, cujus menſæ ſpeciali bulla data 26. Martii a. 1511. Julius II. eandem iterum univit, ut hiſce verbis liquet: *Julius episcopus ſervus ſervorum dei &c. Dudum ſiquidem felicis recordationis Innocentius PP. VIII. prædeceſſor noſter ex certis cauſis tunc expreſſis præpoſituram S. Petri de Avellana monaſterii Caſſinenſis &c. perpetuo unitam, & de menſa dicti monaſterii exiſtentem a dicto monaſterio per obitum bonæ memoriæ Johannis tituli S. Sabinæ Presbyteri Cardinalis de Aragonia nuncupati &c. ad vitam dilecti filii Jacobi Scaglioni clerici Averſanen. ſeparavit, & ab eodem monaſterio diſmembravit illam per ſeparationem, & diſmembrationem hujuſmodi tunc vacantem eidem Jacobo per eum, quoad viveret, tenendam, regendam &c. commendavit, quod cedente, vel decedente dicto Jacobo, ſive propoſituram prædictam alias quomodolibet dimittente, præpoſitura ipſa in priſtinum ſtatum reverteretur eo ipſo &c. Cum autem præfatus Jacobus commendæ ejuſmodi per dilectum Filium Nicolaum de Fatio &c. procuratorem ſuum &c. in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſerit, noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, & ſicut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Abbatis, &. conventus dicti monaſterii petitio continebat, &c. eorundem Abbatis, & conventus in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus quod unio, annexio, & incorporatio olim de præpoſitura monaſterio hujuſmodi facta, valeat, plenamque roboris firmitatem obtineat, & ois ſuffragentur, &c. Ipſamque propoſituram in priſtinum ejus ſtatum, in quo tempore ſeparationis, & diſmembrationis hujuſmodi erat, reſtitutam, repoſitam fore etiam decernimus, ac pro potiori cautela illam eidem monaſterio etiam de novo perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, itaquod liceat Abbati, & conventui præfatis per ſe, vel alium corporalem dictæ propoſituræ poſſeſſionem de novo propria authoritate libere aprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, ac monaſterii, & prepoſituræ hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere &c.* Hujus bullæ vi poſſeſſionem præpoſituræ S. Petri de Avellana, atque oppidi ejuſdem nominis Caſſinatium nomine iniit D. Fabianus a Mantua Cellerarius, ut ex inſtrumento facto a notario apoſtolico, & regio Johanne Martucio Sangermanenſi. Hactenus oppidum hoc pacifice poſſident Caſſinates, in eoque juriſdictionem ſpiritualem, & laicalem exercent, nempe civilem, mixtam, & criminalem, proque animarum cura presbyterum eligunt, qui ad nutum amoveri poteſt. Ad hoc monaſterium pertinebat eccleſia S. Mariæ Peſculi Conſtantii, ut conſtat ex reſtitutione a. 1185. a Matthæo Domino oppidi Carcerum, ex renunciatione ejuſdem eccleſiæ ab Abbate Petro de Mirabella canonico Sulmonenſi a. 1298. atque ex locatione bonorum, & fructuum ejuſdem eccleſiæ a præpoſito S. Petri de Avellana approbante Petro de Tartaris Abbate Caſſinenſi factis. Tria hæc monumenta alibi integra dabimus, quo conſtet eccleſiam S. Mariæ Peſculi Conſtantii propriam, unitamque fuiſſe cœnobio S. Petri de Avellana, atque adeo Caſſinenſi. Eccleſia hæc S. Mariæ Peſculi Conſtantii a vetuſto jam tempore collegiata eſt, cujus cultui complures presbyteri inſerviunt, qui quotidie officia divina magno decore, ac devotione celebrant; pluraque in ea ſacella extant opulenta, potiſſimum SS. Sacramenti, quæ plures ad miſſas celebrandas elemoſynas erogant.

Ex originali in Archivo.

Hujus eccleſiæ caput & Parochus eſt presbyter ſub rectoris titulo ad nutum Abbatis Caſſinenſis, qui omnimodam in eo oppido juriſdictionem ſpiritualem exercet. Oppidum hoc in Aprutio citra ſitum ſatis celebre eſt ob cleri, civiumque frequentiam, quorum aliqui Barones ſunt, atque divitias, viarum, domorumque amplitudinem, & ſtructuram, omniumque generum artifices, medicos, pharmacopolas, & V. J. D. Ad S. Petri cœnobium ſpectabant quoque eccleſiæ S. Angeli de Francoliſio, S. Luciæ in territorio Mori, S. Angeli de Pedelongo ſita in oppido Carcerum modo habitatoribus deſtituto, ut ex pluribus in archivo noſtro monumentis conſtat. Quæ inter legimus examinatos a. 1622. quoſdam Peſculi Conſtantii oppidanos, eoſque inter Rocchum Alexandri centum viginti annos natum, qui ad unum teſtati ſunt, oppidum Carceris ſemper diœceſis Caſſinenſis fuiſſe, idque ab anteceſſoribus ſuis conſtanter dictum audiviſſe. Hiſce accenſenda eccleſia paro-

ohialis S. Blaſii in pago ejuſdem nominis in territorio oppidi Montis Medii, modo diruti, ut ex hoc diplomate A. 1367. facto conſtat.

Nos Frater Bartholomeus decanus monaſterii S. Ex originali in Archivo. *Petri de Avellana tunc vicem præpoſiti gerens in dicta eccleſia S. Petri. Per has præſentes noſtras patentes litteras notam facimus univerſis, & ſingulis tam preſentibus, quam futuris, q. die quintodecimo Julii ſexta indictionis recepimus in mandatis ab Abbate Martiano tunc Abbate monaſterii Caſſinenſis, q. nullus Monachus cujuſcumque præheminentiæ dignitatis, eſſet deberet retinere eccleſiam curatam ſuo nomine vel alieno, ſub privationis officii, et beneficii, et excommunicationis pena, quam incurrere voluit ipſo facto ſi contra fecerit in futurum ad dictam occaſionem motus afflatus Decanus, ac Monachi, ſeu conventus unanimiter congregarunt, et prædictam inhibitionem, ſeu privationem factam per eundem Abbatem oſtendentes eis, dicentes: deliberemus quicquid ſuper prædicto mandato ſit faciendum. Qui quidem Decanus una cum Monachis, totoque conventu dictæ eccleſia S. Petri præhabito tractatu in communi deliberaverunt, et ordinarunt, quod idem Decanus cum fratre Johanne de Quinciguerra vice omnium deberet eccleſiam S. Obblaſii ſitam in pertinentiis Montis de Medio, et diœceſis Triventina providere. Cum habeat curam animarum, nec erat ibidem, qui miniſtraret in divinis officiis, et alia ſacramenta ibidem habitantibus conferre quoties opus erit: conſiderantes, ne impoſterum eſſet ſuarum animarum præjudicium, nec poſſeat in aliquo in futurum reprehendi, commiſere deliberato conſilio præmiſſo tractatu in communi ut ſequitur. Volentes prædicti id, quod erat eis commiſſum nomine eccleſia S. Petri, ac totius conventus fideliter et legitime tractare, ad locum caſalis S. Obblaſii acceſſer. convocantes habitantes ibidem in eandem eccleſiam ad habendum tractatum, et colloquium de futuro rectore, ut moris erat. Volentes eandem* Electio Parochi in oppido montis de Medio. *eccleſiam de futuro rectore providere, ad inſtantiam hominum dictæ terræ D. Petrum Benedicti de Fornlo eligere in rectorem perpetuum dicta eccleſia S. Obblaſii, qui ibidem valeat perpetuo miniſtrare in divinis, et in eis ſacramenta conferre, quoties fuerit opportunum. Conſiderantes prius, et ante omnia de perſona eligenda, quia erat dignus moribus ſcientia, et ætatis tanquam benemerito pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, nomine quibus ſupra in prædicta eccleſia S. Obblaſii præmiſſis ſollemnitatibus, quæ in talibus requiruntur de certa noſtra ſcientia, ac totius conventus damus, donamus, atque concedimus prædicto D. Petro præſenti, et recipienti eandem eccleſiam S. Obblaſii, ut eam regat, manuteneat, et gubernet, tanquam verus, et legitimus paſtor, ponendo animam pro ovibus ſuis. Inveſtientes eundem D. Petrum per quemdam cultellum preſentialiter de eiſdem beneficio per clavium traditionem poſſeſſionem cum corporalem induximus. Dantes, et concedentes nomine, et pro parte quibus ſupra liberam licentiam, & poteſtatem plenariam habendi, uſufruendi, et poſſidendi dictam eccleſiam cum omnibus juribus, et pertinentiis ſuis, ſine alicujus contradictione, vel moleſtia; promittentes nihilominus nomine præpoſiti, ac totius conventus, noſtrorumque ſucceſſorum in prædicta eccleſia S. Petri, & pro prædicta eccleſia per ſtipulationem legitimam, & ſolempnem prædicto D. Petro ſtipulanti prædictas noſtras electionem, donationem, conceſſionem, ratificationem, & acceptationem prædicta eccleſia, & prædicta, & infra omnia, & ſingula ratas, & firmas habere, & tenere, efficaciter adimplere, ac omni ſempore inviolabiliter obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire per nos, atque conventum aliqua ratione, vel cauſa, de jure, vel de facto faremur, juribus ſemper prædicta eccleſia S. Petri in omnibus, & per omnia, & cujuslibet alterius ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium, futuram memoriam, & tam noſtrorum præpoſiti, & conventus certitudinem quam prædicti D. Petri cautelam perpetuam, preſentes noſtras patentes litteras ſibi exinde fieri fecimus noſtro ſigillo impreſſione munitas. Datum apud monaſterium S. Petri de Avellana Ordinis S. Benedicti, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die ſexto decimo Julii, prædicta indictionis ſexta Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & domini noſtri domini Urbani divina providentia Papa quinti Anno 7.*

Et in epiſtola a. 1580. ab Archipresbytero Vaſti Girardi ſcripta ad D. Andream Sueſſanum cellerarium Caſſinenſem hæc leguntur: *Conſiderando il detto di mio padre, e d'altri antichi, li diſſi, (cioè al Signor Proſpero Carraſa) che locò in detto Feudo* (di Monte di mezzo) *c'era anco un caſale diſtrutto de S. Blaſio, che delli noſtri antichi dicevano eſſer di Monte Caſino, e coſi a tempo del P. D. Geronimo Natale, li detti tal luce &c.* Ejuſdem cœnobii juris erat eccleſia S. Laurentii apud Agnonem, ut ex pluribus Archivi noſtri monumentis conſtat, potiſſimum ex hoc, unde apparet quoque medietatem eccleſiæ S. Marci ejuſdem urbis Agnonis ad monaſterium S. Petri de Avellana pertinuiſſe; pluraque inde hiſtorica facta, & modus judicandi dignoſcuntur. † *In Dei omnipotentis nomine ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt milleſimo centeſimo, quadrageſimo quarto, indiccione octava, concurrent. VI. epacta XXV., XI. Kal. Decembris die III. Feria, qua dicitur Martis. Ego Fr. Machabeus Caſſinenſis Monachus, & præpoſitus monaſterii S. Petri de Avellana. Ad futurorum memoriam conſervandum declaro, quod cum Fratre Alberico Decano Avellanenſis Monaſterii, & cum Fratre Adenulfo de Liora, qui tunc temporis gerebat regimen eccleſia S. Laurentii de Anglone, apud Triventum perreximus, & fuimus ibi ad placitum de medietate eccleſie S. Marci in Anglone, cum ſuis pertinentibus juſtitiis, quæ noſtris juris eſſe debebat, ſed perdideramus eam. Unde coram comite, et Juſtitiario Ug. de Moliſi, et Barones Marmonſ, et Julianum de caſtro Piniani, et Maynorium de Palene, et Mathaeum de Pettorann, et aliis multis hominibus ſic fuit cauſa finita, et poſtquam fuit facta querela a parte noſtra coram electo Triventina ſedis domno Robberto, et quibuſdam canonicis ejuſdem epiſcopatus, fuit ita judicatum ei per curiam domini regis, et nos recepimus medietatem ipſius eccleſia S. Marci cum ſuis juſtitiis in noſtris manibus, et per inveſtituram caria conſervata in omnibus racione, et honore, atque porcione Triventini epiſcopi, et ipſe Comes Ugo viva voce precep. Maynerio de Paleaz, et coram omnibus ſupradictis, ut ipſe Maynerius ſic nobis pro S. Petro conſervaret medietatem eccleſia S. Marci, et redderet ſicut continet carta Gualterii filii Burrelli, qui hanc dederat S. Nicolao, et ita factum eſt. Nam poſtea reverſi ad caſtrum*

An-

Digitized by Google

Anglonis ſimul cum Archygeronta Roggerio, qui etiam nobiſcum affuerat apud Triventum, & octavo Kal. Decembris ſexta feria die veneris prædictus Maynerius, & Mattheus ex præcepto, & judicio regalis curiæ, & Comitis Ug. reddiderunt nobis medietatem ipſam de eadem eccleſia S. Marci, ſicut ſupra dictum eſt, in preſencia militum plurimorum, ideſt Gentilis, Senebaldi, & Leone, Mayneris, Jaczarelli, Ruſtico Raynaldi, Galgami burr. Randiſius Judex, & alii plures boni homines ſimul, & cum Will. fil. Burrelli. Nos denique qui ſupra Machabeum propoſit. cum Fratribus monaſterii S. Petri per rogum de ſupradictis Maynerio, & Mattheo, & Willelmo, & aliorum militum fecimus per donationem ad ipſos pro anima Burrelli filii Gualterii, & pro animabus ipſorum met de ipſo foris facto. Idem de ablecione eccleſia S. Marci, quæ per eos forte contigerit ipſi repromiſerunt ſe ſemper obſervaturos monaſterio S. Petri, & defenſuturos omnibus modis quibuſcumque poſſent, & ſuos heredes. Die itaque Kal. Decembris, ſcilicet VI. feria, venit prædictus Archygeronta Anglonenſis Roggerius ad prædictum monaſterium S. Petri de Avellana, & in capitulo, atque conventu omnium Fratrum ſua ſponte fecit fidelitatem monaſterio S. Petri, & ipſius eccleſia propoſiti Caſ. ſicut in hac carta continetur, & nos poſtea donavimus eidem inveſtituram de ipſa medietate eccleſia S. Marci in conſpectu omnium, ut ex illo die, & deinceps quo tempore adviveret ſine fraude eſſet rector, & major de ipſa medietate eccleſiæ S. Marci, quæ nobis pro racione ovenient cum ſuis pertinentiis ad ſerviendum Deo, & S. Petro fideliter. Hoc eſt Sacramentum, quo ſe obligavit Archigeronta Angl. Rogg. Quando ſua ſponte fecit fidelitatem eccleſia S. Petri de medietate eccleſiæ S. Marci, quæ noſtra erat, & nos illi commiſimus. Ab hac hora in antea ego Rogg. archigeronta Anglonenſis juro, & ero directus fidelis Deo, & huic S. Petro de Avellana de medietate veſtra eccleſia S. Marci, quod non ero in facto, neque in conſilio, ut fieri debeat, vel perfici poſſit, ut iſtud monaſterium S. Petri Avellana unquam ſit, vel eſſe poſſit in perdito, nec in damnietate de ipſa medietate eccleſiæ S. Marci, nec de ſuis juſtitiis, quæ per rationem per curiam regalem vobis exinde reddita ſunt. Et hæc omnia ſic juro, & conſervabo dum vixero ad te Dominum Machabeum Præpoſitum S. Petri de Avellana, & ad tuos ſucceſſores, ſine fraude, & ad iſtum Monaſterium S. Petri, & ſine omni malo ingenio, vel toto meo poſſe, & ſcire. Sic deus me adjuvet, & hæc ſancta dei evangelia. Hugonis Moliſii Comitis regnique Juſtitiarii non meminit Camillus Tutinus, cum de magiſtris Juſticiariis regni Neapolitani agit; illum tamen recenſet Ciarlante lib. IV. memor. Hiſtor. Samnii p. 287., & ſequenti. Neque Roberti Electi Triventini meminit Ughellius in deſcriptione Epiſcoporum Triventi. Illum inter Epiſcopus Raonem, & Joannem reponendum crediderim. Hoc monumentum ejus generis eſt, de quibus erudite agit Mabillon. Sæculo IV. p. 1. Actuum SS. Ord. S. Benedicti p. 761., & ſeqq. Virtute demum privilegiorum Innocentii, Leonis &c. eccleſia hæc cum bonis ſuis omnibus unita eſt menſæ cœnobii Caſſinenſis circa medietatem ſæculi XVI., cumque Julius Ceſar Mariconda epiſcopus Triventinus impoſitiones quaſdam in eccleſiam hanc S. Laurentii pro

Hugo Comes Moliſii, ac Regni Juſtitiarius.

Robertus Triventinus Epiſcopus.

ſeminario apud Agnonem a ſe conſtituto decreviſſet, cœnobium Caſſinenſe ad cardinalem Vaſtavillanum Diaconum S. Angeli in Foro Piſcium, & Camerarium S. R. E. provocavit, privilegiaque ſua oſtendit, potiſſimum illud Pii V. anno 1570. datum, quod incipit: *Decet, & expedit opportune providere &c.* in quo vetatur, ne duodecim Congregationum cœnobia pro ſeminariis erectis, aut erigendis cenſum ullum perſolverent, idque illorum jus a Camera Apoſtolica defendi debere. Quare Cardinalis Camerarius juſſu Gregorii XIII. ſuique muneris authoritate fretus præcepit epiſcopo, ne id amplius tentaret, quod ex ejus monitorio conſtat A. 1584. die 29. Novembris expedito pœnes acta Nicolai Campagno. Eccleſiam hanc Præpoſitus Monachus regebat, ut plurimis monumentis conſtat potiſſimum ex inventario S. Petri de Avellana facto A. 1271. Vid. Lubin p. 36. Ciarlante p. 254. lib. III., & Mabillonius Annal. To. IV. p. 365. ubi tamen labitur in recenſendo anno donationis, & donationis hujus cœnobii Caſſinatibus factæ, cumque confundit, quo etiam in loco ceſpitat Ciarlante S. Dominicum Abbatem hujus, aliorumque cœnobiorum fundatorem, cum S. Dominico Loricato, quem ſummis laudibus extollit S. Petrus Damiani pluribus in epiſtolis, quas inter in XIX. lib. I. hæc ſcribit ad Alexandrum II. A. 1061. electum Pontificem: *Vir itaque Dei Dominicus pater, & dominus meus ante annum defunctus eſt &c.* Et in fine Epiſtolæ: *Obiit autem beatus Dominicus pridie Idus Octobris.* Cur vero Loricatus ſit dictus, hiſce verbis explicat. *Hic denique a tribus jam circiter annorum luſtris loryca ferrea veſtitur ad carnem, duobus autem ferreis circulis in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur.* Ex hac itaque epiſtola quantum S. Dominicus Loricatus a S. Dominico Abbate, de quo agimus, quique A. 1031. die 22. Januarii teſte Alberico in ejus Vita, & Leone Oſtienſi lib. II. cap. 61. obiit, differat, ſatis apparet. Viderat hoc quidem diſcrimen idem Mabillonius cit. loc. p. 366. cum ait: *Non confundendus Dominicus Soranus cum Dominico Loricato & Petro Damiani laudato, quod notare haud neceſſarium foret, niſi magni viri in hunc errorem impegiſſent*: ut mirandum ſit p. 434. ſubdiſſe de S. Amico agens: *Qui tunc in monaſterio S. Petri de Avellana, quod S. Dominicus Loricatus extruxerat, poſtea Caſſinatibus conceſſum demorabatur &c.* Qua quidem in re animadvertas velim memoriæ defectu fieri, ut celeberrimi Auctores, ea interdum ſcriptis conſignent, quæ licet falſa, ignorantiæ tamen argumenta jure aſſeri nequeunt.

Beneficia unita cœnobio Caſinati non tenentur ſolvere ſubſidium Charitativū neque pro erectione Seminarii.

Emendātur Mabillonius & Ciarlante.

De monaſterio S. Mariæ de Luco agit Leo lib. II. cap. 7., atque ait, monaſterium hoc donatum a Comitiſſa Doda circa anoum 930. Gualterio preſbytero, & Monacho, a quo deinde cœnobio Caſſinenſi conceſſum ſit, ac demum ab Aligerno Abbate in emphyteuſim cum bonis ſuis omnibus datum Rainaldo Marſorum Comiti circa A. 955. Vigintiduas poſtmodum eccleſias hoc cœnobium acquiſivit. Reſtitutionem hujuſce cœnobii a Berardo Marſorum Comite A. 1070. nobis factam referemus in Diſſ. I., ubi plura etiam monumenta laudanda ſunt ad hoc monaſterium, eique ſubjectum oppidum Luci pertinentia, potiſſimum A. 1222., & 1412. Iterum Gentilis Comes A. 1089. Caſſinatibus

S. Mariæ de Luco.

tibus

tibus hoc cœnobium cum eccleſia S. Nicolai, aliiſque dedit, ut refert Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſ. cap. 6. hiſce verbis: *Tunc temporis Gentilis filius Ralduini Comitis, una cum Tranſmundo Nepote ſuo obtulere beato Benedicto monaſterium S. Mariæ in Luco cum omnibus ſuis mobilibus, & immobilibus, & eccleſiam S. Nycolai in valle Sorana, S. Stephani in Rivo vivo; S. Reſtitutæ, & S. Mariæ in Morrei, & S. Maria in Collelongu, cum omnibus pertinentiis illarum.* Extat hæc donatio in regeſto Petri Diaconi p. 228. a t. nu. 540. atque ita ſe habet. *Anno Dominica incarnationis milleſimo octuageſimo nono, indictione duodecima, die Kal. Majarum.*

Donatio monaſterii S. Mariæ.

Nos quidem Gentilis filius qm. Baldoini Comes, & Tranſmundus quidem Comitis nepotes, atque Altruda ſupraſcripti Tranſmundi Noverca clarefacimus, quod divina inſpirante clemencia, bona, & ſpontanea mea voluntate pro mercede animarum noſtrarum in redempcione omnium peccatorum noſtrorum, & parentum noſtrorum loco Valle Sorana q. cum aliis caſtris villis, & Vicliſ. Deo auxiliante noſtri juris eſt, optulimus in S. Benedicto Caſſinenſis monaſterio, ubi nunc domno Oderiſius Abbas Chriſti opitulante clemencia regimen tenere videtur, S. Maria monaſterium, quod eſt in loco, qui dicitur lucu cum omnibus ſuis mobilibus, & immobilibus rebus, & eorum pertinenciis cum omnibus hominibus ſibi pertinenciis, & S. Nicolai eccleſiam, quæ eſt vicina præfato caſtro Valleſorana. Similiter cum omnibus ſuis pertinenciis mobilibus, & immobilibus ante præſenciam Ben. Algiſi civitatis Soranæ judicis per inveſtituram factam a nobis in manibus domni Dodonis, & domni Georgii ejuſdem Caſſinen. monaſterii venerabilium Monachorum, atque Johannis levita, & primicerii eccleſia S. Germani præſente domno Roffrido eccleſiæ Soranæ epiſcopo, cum tribus clericis ſuis, ſcilicet Majobove, & Petro Vicalvenſe, atque Johanne Mato presbyteris ſimiliter præſentibus noſtris conſanguineis, & fidelibus, videlicet Theodino, & Gentili qm. Carboni Filio, & Franco, & Johannem qm. Anſoni filio, nec non & præſente domno Poncio ven. viſa Monacho, & domno Johanne Alzeri coram his omnibus, & aliis pluribus dedimus, & tradimus jamdicta monaſteria cum omnibus intro, vel foras ſe habentibus per jamdictam inveſtituram in S. Benedicto ſito in monte caſtro Caſino ad perpetue habendum, poſſidendum, fruendum, ordinandum, quomodo, vel qualiter domno Oderiſio venerabili Abbati, qui nunc eidem præeſt monaſterio, ejuſque ſucceſſoribus placuerit, & obligamus nos omnes ſimul, & noſtros heredes etiam ego Tranſmundus nominatim pro memet, & vice Fratrum meorum, ſcilicet Adenalfi, Pandulfi, atque Valdini, qui infra etatem ſunt, & eorum heredum, ut ſemper iſtius offercionis, & conceſſionis ſimus legaliter defenſores, & adjutores contra omnes partes, & homines, qui erga noſtram offerſionem diminuare aliquomodo temptaverint. Similiter, & ſi nos, vel noſtri heredes hoc ſcriptum aliquando refutare, vel dirrumpere aliquomodo queſierimus, & omnia ſupraſcripta, & promiſſa non adimpleverimus, obligamus nos, noſtroſque heredes, compoſituros in Caſſinenſi cœnobio mille bizanteos aureos, & ſoluta pæna, omnia ſupraſcripta adimplere, unde & hæc cartula firma, & ſtabilis permaneat ſemper. Qualiter aptum vobis, & congruum fuit taliter te Benedicte civitatis Soranæ notario ſcribere rogavimus. † Signum manus ſupraſcripti Gentilis qui hanc cartulam ſcribere rogavit † Signum manus ſupraſcripti Tranſmundi, qui hanc cartulam ſcribere rog. † Signum manus ſupraſcripti Berardi, qui hanc cartulam ſcribere rog. Ego Raynaldus Transberti rog. a ſtiſ. Signum crucis feci, Ego Bonus homo filius Tobaldi rog. a ſtiſ. Signum crucis feci, Ego Maynardus filius Rabbaldi a ſtiſ. Signum crucis feci, tam & ego Benedictus notarius ſcripſi, & complevi: De Roffrido Sorano Epiſcopo agit Ughellius To. I. Ital. Sacræ de Epiſcopis Soranis nu. 9., & Anonymus Caſſinenſis ſeu verius Leo Oſtienſis in libello de conſecratione eccleſiæ Caſſinenſis apud Caracciolum p. 174., in quo inter alios epiſcopos A. 1090. conſecrationi eccleſiæ S. Martini præſentes recenſet Roffridum, quod teſtatur etiam Petrus Diaconus lib. IV. cap. 8. Donatio quatuor aliarum eccleſiarum ab eodem Gentili, ejuſque nepotibus A. 1089. facta extat in eodem regeſto p. 229. nu. 541. quam hic exſcribimus. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnacione ejuſdem milleſimo octogeſimo nono, menſe Majo, indictione decima. Ego Gentilis Filius qm. Valduini Comitis una cum duobus nepotibus meis Tranſmundo, & Berardo, atque Altruda ſupraſcripti Tranſmundi noverca habitatores in civitate Valeſorana divina inſpiracione compuncti, bona, & ſpontanea noſtra voluntate pro redempcione animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum concedimus, atque offerimus in monaſterio S. Dei genitricis, & Virginis Mariæ, quod eſſe videtur in territorio Marſicano in loco, qui dicitur Lucu, quæ eſt cella S. Benedicti de Monte caſtri Caſini cujus regimen vir reverendiſſimus domnus Oderiſius Abbas habere videtur, hoc eſt quatuor eccleſias.*

Eccleſiæ SS. Stephani, Reſtitutæ, & S. Mariæ oblatæ monaſterio S. Mariæ.

Prima eccleſia vocabulo S. Stephani martiris, quæ eſſe videtur in territorio de caſtro Rio vivo, & alia eccleſia vocabulo S. Reſtitutæ, quæ videtur eſſe ſub caſtro Morreo, una cum alia eccleſia S. Mariæ, quæ de rebus ejuſdem S. Reſtitutæ in eodem caſtro Morrei noviter eſt conſtructa. Alia vero eccleſia vocabulo S. Mariæ, quæ eſſe videtur ſub caſtro, qui collis longus dicitur, cum omnibus eorum rebus, vel pertinenciis mobilibus, & immobilibus, & quomodo antiquitus Oderiſius, & Berardus Comites Parentes noſtri in prædicto monaſterio S. Mariæ per cartulam offercionis offertas habuerunt. Sic nos offerimus, & tradimus in prædicto monaſterio S. Mariæ de Lucu, quæ eſt cella ſupraſcripti S. Benedicti caſtri Caſini, & ad domnum Oderiſium, & ad ejus rectores atque cuſtodes ad habendum, & poſſidendum, & faciendum inde quicquid eis placuerit. Et oblig. nos omnes ſimul, & noſtros heredes etiam ego Tranſmundus nominatim pro memet, & vice Fratrum meorum ſcilicet Adenulfi, Pandulfi, atque Valduini, qui infra etatem ſunt, & eorum heredum, ut ſemper iſtius offercionis, & conceſſionis ſimus legaliter defenſores, & adjuvatores contra omnes partes, & homines, qui hanc noſtram offerſionem diminuare aliquo modo temptaverint, ſimiliter & ſi nos, vel noſtris heredes hoc ſcriptum aliquando refutare, vel dirrumpere aliquo modo queſierimus, & omnia ſupraſcripta, & promiſſa non adimpleverimus, obligamus nos, noſtroſque heredes compoſituros in ſancto monaſterio S. Mariæ de Lucu, & ſupraſcripto Abbati, & ſucceſſoribus ejus mille bizanteos aureos, & ſoluta pœna omnia

ſupra-

ſupraſcripta adimplere, hac oblacionis cartula in omnibus firma, et ſtabili in perpetuum permanente. Que ut verius credatur nobis rogantibus ſcripta eſt per manu Tl. notario, et ydoneorum teſtium, qui affuerunt roborata nominibus. Actn in al. loco. Aliquid fortaſſe juris in hoc S. Mariæ cœnobium habere contendebat Gentilis Comes, quod monaſterio Caſſinenſi ceſſit. Ad uſque medietatem ſæculi XV. Monachi cœnobium iſtud S. Mariæ incoluerunt, ut ex pluribus monumentis conſtat, & potiſſimum ex hoc Henrici Thomacelli Abbatis diplomate A. 1400. die 5. Septembris facto ex ejuſdem regeſto p. 202. *Henricus Thomacellus etc. Dilecto nobis in Chriſto Filio Fratri Bernardo de Sicilia Monacho noſtro Caſſinenſi, nec non propoſito monaſterii eccleſia S. Maria de Luco etc. Salutem in Domino etc. Cum itaque Propoſitura dicti monaſterii, ſeu eccleſia S. Maria ſoluta per Caſſinenſem Monachum gubernari, et per Abbates pradeceſſores noſtros conferri in monaſticum beneficium aſſignari, indeque pradictos Propoſitos per dictos pradeceſſores noſtros ſolo nutu amoveri, quum dilectus in Chriſto Filius Fr. Nicolaus de S. Angelo in judicio Monachus dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis propoſitus ipſius prapoſitura canonice obtinebat, ex eo vacet ad preſens, et vacare noſcatur per expreſſam de dicto Fratre Nicolao revocationem ad clauſtrum ipſius noſtri monaſterii per nos factam: Nos vero volentes etc. propoſituram ipſius eccleſia S. Maria cum omnibus et ſingulis juribus ſuis, et pertinentiis uſque ad noſtrum beneplacitum, et mandatum preſentium tenore tibi conferimus, et de illa etiam providemus inveſtientes te in noſtri preſentia conſtitutum per annuli noſtri traditionem preſentialiter de eadem curam, regimen, et adminiſtrationem dicti monaſterii S. Maria, Monachorum, conventus, converſorum, caſtrorum, caſalium, poſſeſſionum, membrorum, bonorum, et jurium ejus tibi plenarie committentes regendi, gubernandi & beneficia, & cappellas ab ipſo Monaſterio dependentes atque vacantes, vel vacaturas conferendi interdicimus facultatem, quarum collationes nobis, & noſtris ſucceſſoribus penitus reſervamus &c. nec non Monachis, converſis, oblatis, & aliis ſubditis quibuſcumque dicta eccleſia ſtrictius injungentes, quatenus tibi, tamquam vero prafata eccleſia propoſito, & rectori in licitis, & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obbedire. Promiſiſti vero dictam eccleſiam, ejuſque membra in ſpiritualibus, temporalibus, quantum cum Deo poteris utiliter regere, atque gubernare, &c.* A. 1406. die prima Januarii idem Abbas memorato F. Bernardo juſſit, ut monaſterium Caſſinenſe repeteret, ipſique in prapoſitura ſuffecit F. Johannem a Neapoli Monachum Caſſinatem, ut ex ejuſdem literis in cit. regeſto p. 131. A. 1446. Præpoſitum hujus eccleſiæ conſtituit Antonius Carrafa Abbas fratrem Johannem Baptiſtam Monachum Caſſinenſem, ut ex ejuſdem regeſto p. 13. a t., ubi hæc quoque verba leguntur. *Mandantes propterea omnibus, & ſingulis Monachis, converſis, idiotis, & omnibus aliis, & ſingulis ſubditis ipſius prapoſitura &c. quatenus tibi, tamquam vero, & canonico Propoſito propoſitura jam dicta in omnibus ad dictam propoſituram ſpectantibus, & pertinentibus quovis modo de conſuetudine, vel de jure pareant obediant & intendant, tamquam nobis &c.* Poteſtatem beneficia ex eadem eccleſia S. Mariæ dependentia conferendi ſibi reſervat. A. 1454. die 1. Februarii Prior, Subprior, & Monachi Caſſinates amoto memorato Johanne Baptiſta ab Arimino in ejus locum ſuffecere F. Gentilem a S. Sebaſtiano Monachum Caſſinatem, ut ex regeſto Conventus p. 76. ubi hæc verba extant, ex quibus liquet Monachos adhuc ibi degiſſe. *Mandamus inſuper omnibus & ſingulis Monachis, converſis, oblatis, parrochianis, vaſſallis laboratoribus, penſionariis, cenſuariis dicta propoſitura, & aliis quibuſcumque ad quos hujuſmodi negotium ſpectat & pertinet in virtute Sancta obedientia, & ſub excommunicationis pena, quatenus tibi vero Propoſito, & rectori memorata propoſitura, ac tuis juſtis monitionibus, & mandatis tamquam noſtris pareant efficaciter, & intendant, ad curam, regimen, & adminiſtrationem ſupradicta propoſitura ſe benigne admittendo. &c.* Poſt hunc Gentilem Abbates noſtri præpoſituram hanc in presbyteros, ut vocant, ſæculares transferre cœperunt. Eccleſia hæc S. Mariæ parochialis erat, cumque in eo Luci oppido populus adeo crevisset, ut unus Præpoſitus pro Sacramentorum adminiſtratione ſatis non eſſet, inſtante eodem populo Abbas D. Angelus Sangrinus, ac Monachi Caſſinates ad ſonum Campanæ in eccleſia S. Annæ intra cœnobium poſita, ubi tunc ad graviora quæque negotia peragenda congregari mos erat, adunati, Abbatem eccleſię S. Marię luci, ac quinq; Canonicos conſtituerunt, qui divina officia celebrarent, miniſtrarentq; populo ſacramenta. Aſſenſum huic determinationi præbuit D. Marcus Antonius Columna Luci Dominus, cui jus præſentandi Præpoſitum competebat, ea lege, ut jus ſibi ſex illus beneficiatos præſentandi remaneret, ut ex monumento aſſervato in noſtro archivo conſtat. Quomodo vero Columnenſes juſpatronatus in hac eccleſia, quæ libere cœnobio noſtro donata fuit a Comitibus Berardo, & Gentili, cujuſq; Præpoſitos tum Monachos tum ſæculares libere ſemper elegerint Abbates Caſſinenſes, haud facile divinaverim. Abbas certe Chryſoſtomus die 23. Octobris A. 1534. mortuo Cardinali de Val Præpoſitum ejus eccleſiæ conſtituit Alexandrum de Ripa; D. Hieronymus Abbas die 13. Septembris 1542. Antonium D. Johannis de Pileo, ob liberam D. Alexandri de Ripa in ſuis manibus renunciationem; D. Innocentius a Nuvaria Abbas die 25. Aprilis A. 1553. ob liberam memorati Antonii renunciationem eodem modo factam, Magiſtrum Fr. Angelum de Frachettinis a Jannazzano ex ordine S. Auguſtini. Neque tamen in horum Abbatum diplomatibus aliqua de Columnenſium præſentatione, & jure patronatus mentio. Quod abſque ullius præjudicio dictum eſto. Idem quoque Fr. Angelus præpoſituram ſibi commiſſam in manus Abbatis Monachorum Caſſinenſium renunciavit, a quibus hoc decretum prodiit: *Quibus omnibus per dictum ſacrum Conventum bene perceptis, matureque diſcuſſis &c. Hinc eſt quod dicti R. Abbas, Prior Capitulum, & conventus unanimes communiq; conſenſu, & voto, nemineq; eorum diſcrepante, ſponte, benigneque, decrevit, ordinavit, & conſtituit eorum ordinaria poteſtate &c. quod in dicta eccleſia S. Maria de Luco ordinentur, creentur, & deputentur unus Prapoſitus, cum quinque canonicis, qui ſint, et eſſe debeant obligati, prout virtute preſentium ex nunc,*

prout

prout ex tunc obligantur ad debitam animarum curam ejuſdem eccleſia, neceſſarium divinum cultum & ſervitium Sacramentorum praſtationes, divina Officia, horaſque canonicas, ac omnia alia ſervitia neceſſaria, ac quomodolibet oportuna. Qui prapoſitus pracipuam curam habeat adminiſtrandi ſacramenta, et alias res eccleſiaſticas ſaluti animarum profuturas, correctionem, caſtigationem in eoſdem canonicos habeat, et habere debeat cum poteſtate percipiendi, ac mandandi omnia, qua circa eccleſia cultum, et ſervitia in divinis et curam animarum ſpectant, et pertinent, et quod prepoſitura pradicta, et beneficium cum omnibus, et ſingulis ſtabilibus, poſſeſſionibus, terris, vineis, canapinis, redditibus, decimis, et aliis pertinentiis ſuis ad prapoſituram ipſam ſpectantibus, et qua forſan in futuro ipſi eccleſia ſpectare poterunt, dividatur inter prafatum Prapoſitum, et quinque canonicos eligendos in ſex partibus cum dimidia. Ita quod una pars cum dimidia ſit et eſſe debeat Prapoſiti eligendi, ejuſque ſucceſſorum in futurum. Reliquarum vero partium pars una pro quolibet Canonico, et ſucceſſoribus in futurum, reſervatis tamen ex bonis d. prapoſitura, et beneficii pro menſa, ſubventione, et reparatione eccleſia pradicta, cenſibus, domorum, concedimentis etc. ſalvo ſemper, et reſervato jure, et actione preſentandi tam in dicta prapoſitura, quam in dictis Canonicatibus in perpetuum in futurum illmo. domno Marco Antonio Columna, ſuiſque heredibus, et ſucceſſoribus ut ſupra etc. nec non reſervato in perpetuum dicto ſacro monaſterio Caſſinenſi jure confirmandi, et inſtituendi, ac bullas expediendi, preſentandis per dictum illuſtriſſimum domnum, ſuoſque heredes, & ſucceſſores, ac etiam annua penſione ſolita ducatorum aureorum duodecim de camera, ac decimis decem tencarum aſportandarum in Caſſinum annuatim ad libitum, et voluntatem Prepoſiti, et Canonicorum creandorum etc. ſalva, et illeſa ſemper manente ordinaria poteſtate et juriſdictione ſpirituali d. Sacro monaſterio Caſſinenſi, etc. Extat hoc decretum in inſtrum. die 6. Octobris A. 1565. ſtipolato a notario Cæſare Martuccio Sangermanenſi, cui inſertus eſt conſenſus ioemoratus Marci Antonii Columnæ Taleacotii Ducis, & Luci Domini. Primus hujus eccleſiæ poſtquam collegiata evaſit, Abbas conſtitutus eſt D. Petrus de Vincentiis. Alii deinde Abbates Caſſinenſes eadem beneficia pręſentatis conferre non deſtitere, quouſq; Marſicanus epiſcopus illud ſibi jus vendicavit Romanæ Rotæ ſententia, quæ patronorum noſtrorum oſcitantia, ne dicam ignorantia, illi feliciter ceſſit, & in rem judicatam tranſiit. Adeo nempe verum nil videre judices, ubi patroni haud præferunt facem. Sed in re, quæ revocari haud poteſt, querelæ omittendæ. Res ita ſe habuit. Cum eccleſia S. Mariæ aliquantulum ab oppido Luci diſtaret, Abbas, & Canonici proprio, populique commodo conſulentes ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacrameotum in eccleſia S. Johannis ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ membrum, quæ intra oppidum ſita erat, tranſtulere, ibique divina omnia exercebant, paucis admodum vicibus eccleſiam S. Mariæ inviſentes. Arrepta hinc occaſione epiſcopus Marſicanus, juriſdictionem in beneficiatos ipſos exercere cepit, motaque in tribunali R. C. Apoſtolicæ lite, quod ad juriſdictionem in eccleſia S. Mariæ, cui adnexa erat eccleſia S. Joannis ejuſque beneficiatos, & populum Luci, quam omnimodam ſpiritualem hactenus exercuerant Abbates Caſſinenſes, locumtenens die 4. Julii 1561. contra D. Nicolaum de Virgiliis epiſcopum Marſicanum jus Caſſinatibus vindicavit. Verum inſtituta iterum lite in Rota Romana tempore D. Matthæi de Colle epiſcopi Marſicani cœnobii noſtri patroni translationem eccleſiæ S. Mariæ in illam S. Johannis, aut legitimam earumdem eccleſiarum unionem, haud recte demonſtrarunt, quod tamen facile admodum fuiſſet, cum beneficia illa ſemper ab Abbate Caſſinenſi data fuerint, bonaque præbendarum eſſent eccleſiæ S. Mariæ, non S. Johannis, cui ne ulna quidem terræ ſuberat. Quæ omnibus Luci habitatoribus compertiſſima erant. Omniom tamen maxime cœptis noſtris offecit Auditorum S. Rotæ præjudicium, quo cenſebant teſtes pro juribus noſtris examinatos inveriſimilia deponere. En verba deciſionis coram Comitulo die 20. Maii 1588. *deponunt inveriſimilia, cum adminiſtratio Sacramenti Confirmationis competat ſolis epiſcopis, C. Manus, de Conſecratione diſt. 5., c. quanto de conſuetud. Conc. Trident. can. 3. de confirmat. ſeſſ. 7.* Magna certe facilitate oſtendere poterant propugnatores noſtri Abbatem Caſſinenſem a vetuſtiſſimis temporibus, quibos hominum memoria haud refragaretur, adminiſtraſſe ſubditis ſuis confirmationis Sacramentum. Virtute quoque privilegiorum, quæ illi Romani pontifices conceſſerant, quibus ſuffragium ferebat decretum, ac declaratio S. congregationis concilii Tridentini interpretis teſte Sixto V. in bulla quæ incipit: *Benignitas Apoſtolica Sedis conſueta*: Data Romæ apud S. Petrum anno 1589. X. Kal. Martii, qua & decretum Sac. Congregationis, aliaſqoe prærogativas Abbati Caſſinenſi confirmat. Hanc alibi integram dabimus. Alia in rem noſtram afferre poterant, quæ conſulto omittimus, com, ut habet vulgus, poſt factum nullum conſilium. Verbo, triumphavit de Caſſinatibos epiſcopus Marſicanus A. 1588. die 3. Julii. De Nicolao, & Matthæo epiſcopis agit Ughellius To. I. in epiſcopis Marſicanis nu. 41., & 43. Phœbonius in catalogo epiſcoporum Marſican. 50., & 52. A vetuſtiſſimo tempore eccleſia S. Mariæ quotannis cenſum monaſterio noſtro in ſignum immediati Juris perſolvit, cumque aliquando ejus beneficiati illum perſolvere renuiſſent, decreto Auditoris Cameræ apoſtolicæ anno MDLC. die 6. Februarii coacti ſunt. Suberant huic eccleſiæ illæ S. Laurentii in villa Vici pertinentiarum Avezzani, S. Patris pertinentiarum Pennæ in diœceſi Marſicana, S. Mariæ Collis longi parochialis cum ſex Canonicis, S. Angeli de Peſcucanali, S. Agnetis de Capiſtrellu, S. Stephani apud Roccam vivi, S. Angeli, S. Leonardi, S. Sebaſtiani, S. Mariæ de Paſterano in caſtro Tranſaquarum. Quæ omnia ex pluribus Archivi noſtri monumentis conſtant, potiſſimum ex Inventario ſolemniter facto a notario Alexandro Jordano de Colle longo. Coofirmat hactenus a nobis dicta V. C. Mutius Phœbonius Abbas eccleſiæ Traſaquenſis, atque vicarius generalis diœceſis Marſicanæ, cui compertiſſima eſſe debebant, hiſce verbis lib. III. Hiſt. Marſicanæ p. 139., & ſeqq. cum agit de oppido Pennæ: *Alterum poſt Chriſtum natum ſaculum ſteтiſſe, et ante nonum excidiſſe ex eo deducimus, quod illius Territorium*

torium

Digitized by Google

Chron. lib. 2. cap. 7. torum in alterius domini uſibus ceſſit, ſiquidem Doda Marſorum Comitiſſa anno domini DCCCCXXX. eccleſiam S. Mariæ de Luco quæ intra ambitum Pennæ erat, & junctaoſtio, quod vulgo adhuc dicitur la Porta vecchia, cum ſexcentum terræ modiis Caſſinenſi cœnobio obtulit, & poſt annos fere XX. in Rainaldi Comitis ex Aligerni Abbatis conceſſione in dominium rediit, nec ante illius excidium Marſorum Comites agro potiti ſunt, aperteque ex hoc ſuis cladibus ad interitum deductum ante præfatum ſeculum non obſcure demonſtratur. Sicque lacus violentia ceſſit, ſoloque adæquatum manet, ut in plano recedentibus undis rudera, domorumque veſtigia in ſicco littore videantur; vixque præfata eccleſia in radice Montis poſita cum illa S. Eraſmi, & S. Vincentii, quæ & ſemidiruta aſpiciuntur, effluxum inundantium aquarum, ruinamque effugerunt, reliqua adhuc lacus poſſidet. Unde poſtmodum illuſtriſſima Caſſinenſium familia templum prope (quod polito lapide tribus fornicibus diſtinctum commodum dei famulantibus ſe exhibueras habitaculum monaſterium haud ignobile erexerunt, & cum ſanctimonia faſtigium religio ipſa præoccupare feſtinaret, vitaque ſanctitate, & virtutum ſplendore, Sacrarumque ſcientiarum cognitione in eccleſia dei patres ipſi prælucerent, ex fidelium profuſa largitate magna temporalium rerum copia eccleſiæ ipſi acceſſio facta fuit, & qui ſacro cœnobio Præpoſitus præficiebatur, viginti duarum eccleſiarum adminiſtrationem nanciſcebatur, ut fuſe Leo Oſtienſis in Chronic. lib. 2. cap. 7. Quam poſtea ditione, & rerum temporalium copia ditatam cum iterato Comites reciperent, Berardus & ipſe Marſorum Comes cum Sacrum Caſſinenſium monaſterium peteret, divo Benedicto reſtituit cujus donationis, reſtitutioniſque diploma ex eccleſia ipſa deſumptum hic reddimus. Integram refert donationem Caſſinatibus factam a Comite Berardo deindeque ſubdit p. 141. Et ſi iſtius donationis firmitate inconcuſſum, Caſſinenſium jus ſtabilitum videretur, brevi temporis curriculo tranſacto, in manus Comitum ſive vendicatum, ſive violentia ablatum rediit, quare Gentilis Balduccini filius, & Berardi Nepos una cum Tranſmundo nepote ſuo illud ipſum nuper cum omnibus mobilibus, immobilibuſque denuo nuper

Leo in Chron. lib. 4 cap. 6. obtulit, reſtituitque anno fere MLXXXVIII. ex quo abſque contradictione in plena, liberaque Monachorum juriſdictione pervenit, permanſitque multorum ſummorum Pontificum, nempe Paſchalis II. Caliſti II. Alexandri III. Innocentii III. Clementis IV., Urbani II., Clementis III., Urbani V. Honorii III., Bonifacii IX. Sixti IV., Anaſtaſii IV. Bullis confirmatum, & in tabulis æneis valvæ majoris ipſius patriarchæ Caſſinenſis eccleſiæ inter ea, quæ de ſacris illius cœnobiis juriſdictione erant ſculptum, ſignatumque in tertia columna notatur. Obruta jam aquis Penna, incolæ, quibus ſerpentum concervata multitudo montana inhabitare prohibebat, ſparſim, vicatim in plano, quem Avezzanenſes colunt ſedem fixerunt, reliquum ad Orientem pene deſolatum relictum Monachis, in quorum dominium tranſiverat. Qui, ut ex deſpecto, ſed frugifero ſolo emolumenta caperent, ſerere in animo fuit, ruſticos qui glebas verterent conducentes, & ne ſubdio vileſcerent, parum longe a monaſterio domunculas primum, deinde turrim, ut eis præſidio eſſet, extruxerunt, & facta in dies ex advenientium numero adjectione mœnibus etiam in oppidi formam cinxerunt, quod lucum, ſive ab ejecto prope Luco, ſive ex lucidis aquis appellarunt, in quo temporalia, & ſpiritualia pleno jure exercebant. Et Abbas Baronis titulo utebatur, unde Comites iterum patribus ditionis quæſtionem indixerunt, tuti, quod ſi ager eccleſiæ addictus eſſet, territorium tamen in inveſtitura conceſſum haud ſine regis beneplacito ab infeudato evelli poſſe, affirmabant, unde Federicus II. imperator qui jura Caſſinenſium peculiari favore anno MCCXXII. munierat apertis literis favorabili chirographo luci, Caſalem illus ſpectare declaravit, & omnibus, ne jura poſſeſſioneſque monaſterii infringerent, indixit, quod & peculiari privilegio Lotharius III. cum Caſſinum petiiſſet, generali jurium confirmatione multo ante annum ſcilicet MCXXX.* ſtabiliverat. * 1137. Ea fere ambitio Marſorum epiſcopis etiam animum ſollicitabat, unde cum ſpiritualia eo in oppido exercere tentaſſent, Anaſtaſii PP. IV. ſententia ſunt ſilere coacti, & cum iterato inſurgerent, Joannes XXII. a juriſdictione epiſcopali inhabitantes exemptos declaravit. Sicque multorum ſæculorum ordine revoluto, cum omnimoda ſpiritualis, temporaliſque ditionis facultate in ſacri Caſſinenſis cœnobii libera diſpoſitione permanſit, & per eccleſiæ Præpoſitum, & Vicarium utraque jura exercebantur, ut autentico ſcripto confectionis inventarii per D. Maurum Theotonicum de Colonia Agrippina Præpoſitum dictæ eccleſiæ, ſeria narratione docetur, anno MCCCCXII. die 9. Novembris, quod in archivio conſervatur, in quo homines luci, & ligii ſe ſacri monaſterii profitentur, & quotannis in recognitionem dominii Abbati ducatos aureos duodecim obnoxios ſoluturos, & pro quacumque fundorum venditione laudemium in decimam partem pretii antiquata conſuetudine teſtantur, multaque alia jura juriſdictionalia in eodem ſatis cartuloſo inſtrumento; quod inutile eſſet referre, continentur. At cum inhabitantes per longam agri poſſeſſionem non amplius fundo aſcripti, colonique dici poſſent, cum per decuriones regi, gubernarique cœpiſſent, qui ex regis beneplacito regalia in his terris jura obtinuerant, oppidum a Monachis vendicarunt, & ab excellentiſſimis Columnenſium familiæ Principibus, ex Ferdinandi regni II. hujus regis inveſtitura ab A. MCCCCXCVII. feliciter poſſidetur, quorum ſedula providentia, cum incolentium numerus in dies augeri, & animarum cura per Præpoſitos negligi ſatis videret, in collegiatam erigi, præpoſituræ agros, redditusque in quinque Canonicos, & Abbatem dividi curarunt, ſicque ex excellentiſſimi Marci Antonii conſenſu reverendiſſimus Caſſinenſium Abbas, Monachorumque Conventus decretali proviſione ſtabilivit anno MDLXV. Haud vero congrue ex ſeparata ab incolatu eccleſia ſacramenta miniſtrari, cum homines ipſi poſtea proſpicerent, aliam intra ſepta, utrique Johanni ſacrarunt, nec illam, quæ Matrix eſt deſpiciunt, ſed ſedula veneratione, & colunt, & debito, continuoque obſequio venerantur, licet ab jam dicta, Sacramenta ob populi, clerique commoditatem recipiantur. Sed fatiſcentes in his partibus res Monachorum hujus etiam eccleſiæ ſtatum una ſecum traxerunt. Unde cum Matthæus Colles, Marſorum epiſcopus patribus quæſtionem moviſſet, & coadjuvantibus illius temporis terræ habitatoribus, cum non bene cum Caſſinenſi Abbate ex indulgentia nuperrime

ipſo-


ipſorum ſaculari Abbati impertita ſentirent, ſacra Romana Rota Auditorio coram Orano poſſeſſorii ſtabilitatem reportarunt, illaque ad ſucceſſores epiſcopos, qui diœceſana lege Lucenſes recognoſcant tranſtulit. Vid. Lubin p. 194. qui tamen cœnobium iſtud cum illo S. Mariæ in Valle Marculana Caſſinatibos a Berardo quoque donatum confundit, & Mabillonius To. IV. p. 13. Regolares Capuccini ope Abbatum Caſſinenſium A. 1582. in oppidum Luci invecti fuere.

Emendatur Lubin.

S. Crucis in Jeruſalem.

Donationem cœnobii S. Crucis in Jeruſalem hiſce verbis refert Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 81. *Quo etiam tempore idem Apoſtolicus* (ſcilicet Leo) *Monaſterium S. Jeruſalem, quod Suxorianum appellatur intra Romanam urbem ſitum præfato Abbati cum omnibus pertinentiis ſuis contradidit, & privilegium exinde illi faciens ſacrationem tantummodo ſibi Abbatis ejuſdem loci quam tamen Caſſinenſis Abbas eligeret reſervavit.* Vid. Baronius A. 1049. Mabillonius Annal. To. IV. p. 42., & 501. Lubin. p. 133. Panvinius in deſcriptione ſeptem eccleſiarum urbis lingua Italica p. 272. editionis Romanæ A. 1570. apud hæredes Antonii Bladi, & Severanos in memoriis Sacris ſeptem eccleſiarum Urbis p. 622. Privilegium, quo S. Leo IX. cœnobium hoc Caſſinatibus attribuit, integrum edidit Lucentius in Italia Sacra T. I. p. 652. a nobis illi cum omnibus ad Caſſinenſem epiſcopatum ſpectantibus traditum, in quo cum plura menda irrepſerint, iterum dare operæ pretium credidimus. *Leo Epiſcopus ſervus ſervorum dei Richerio Abbati monaſterii S. Benedicti, quod ponitur in monte Caſino tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in domino ſalutem. Credita ſpeculationis impellimur cura etiam ardore Chriſtianæ religionis, & ſtudio divini cultus promovemur pro venerabilium locorum percogitare ſtabilitatem, atque deo ſervientium ſecuritatem: ut hoc provemente pro labore, & anima Chriſto dicata, quæ ſe illis diebus vitæ ſuæ ſervituras decreverunt perſeverent imperturbate. Necnon & illa maneant finetenus firma, quæ a chriſtianis in Dei laude contrectata ſunt, quia igitur conſtat monaſterium Jeruſalem, quod etiam dicitur S. Crucis jam elapſo tempore a congregatione Monachorum Dei tali loco competente vacaſſe & ſollicito nullo præpoſito in eo, aut Monachis habitantibus traditum. Permoti proinde compaſſione tanti piaculi, ac compulſi dolore, apoſtolica auctoritate providimus Monaſterio tibi commiſſo idem monaſterium ſociare, quatenus a præſenti ſecunda indictione, atque in perpetuum a te, tuiſque ſucceſſoribus cum ſibi omnibus in integro ſubjacentibus diſponatur, atque cum dei timore regatur, & veſtro conjunctum ſubſiſtat monaſterio, ita ut in eodem venerabili loco domino deo noſtro laudes exſolvere debeatis. Nullam vos rationem exinde, vel ei pertinentibus niſi ſoli deo, ac noſtræ auctoritati ſolvendam ſtatuimus. Fabrica etiam, ſeu luminariorum concinnatio indifferenter vobis ſine dubio procurantibus efficiatur. Nulla proinde in exolvendis deo laudibus, vel in luminariis concinnandis mora proveniat ſed devota ſinceritate peragere feſtinate, ne per incauta deſidia culpam judicii vos futuri metus concutiat. Potius elaborare ſtudete, ut divina placetur veſtro conatu clementia, poſſitque movere hoc, quod a nobis juſta deliberatione decretum eſt futuris inconvulſe, perpetuiſque temporibus. Conſecratio tamen Abbatis loci ipſius a vobis ſecundum deum electi ſemper expectetur a noſtra apoſtolica ſede, ſub cujus exiſtit jure. Numerus autem Monachorum ibidem deo ſerviturorum tantus ſemper exiſtat, quantus ſecundum loci poſſe ſufficiat, quam duodecim, qui etiam ſecundum ipſu poſſe habeant victum, & veſtitum, ut nulla in perpetuum divini ſervitii negligentia ſit, hoc enim ad augumentum & incrementum ejuſdem eccleſiæ fecimus, ut ex abundantia veſtri monaſterii ejus paupertas ſuppleatur, & tam nobis, quam vobis, veſtriſque ſucceſſoribus merces eterna reddatur.*

Diploma S. Leonis IX.



Modo cœnobium iſtud incolunt Monachi Ciſtercienſes provinciæ Langobardæ, plureſque inſignes in ejus eccleſia ſervantur hactenus reliquiæ, magna SS. Crucis pars cum titolo, clavus, duæ Spinæ; de quibus videndi memorati ſcriptores. Donationem hujuſce cœnobii hoc loco retulimus, quod illud cum mox recenſendo monaſterio fuit permutatum. Rem ſic narrat Petrus Diaconus lib. III. cap. 36. *Fecit præterea idem SS. Pontifex* (Alexander II.) *patri Deſiderio privilegium de monaſterio S. Mariæ in Palladio cum attinentiis ſuit recipiens ab eo eccleſiam S. Jeruſalem, quam Leo papa reverentiſſimus ſicut ſupra taxavimus, Richerio Abbati noſtro tradiderat.* Vid. ibidem Petrus lib. IV. cap. 81. Panvinius, & Severanus cit. loco, Baronius A. 1073. p. 417. Lubin p. 340. Cajetanus in Commentariis ad Vitam Gelaſii II. p. 59., & 138. qui aſſerunt memoratam eccleſiam SS. Sebaſtiano, & Zotico martyribus fuiſſe quoque dicatam, ſitamque fuiſſe contra viridarium eccleſiæ S. Mariæ novæ erga amphitheatrum, ubi Martyrium ſubierit S. Sebaſtianus. Aſſerit præterea Cajetanus reædificatam in S. Sebaſtiani honorem a fundamentis eccleſiam ab Urbano VIII. ad implorandam ejuſdem opem contra graſſantem eo tempore in Italia peſtem, qoam non ſemel præſentiſſimam expertos Italos teſtantor ſacræ hiſtoriæ. In hoc cœnobio electus eſt Romanus pontifex Gelaſius II. teſte Pandulpho Piſano in ejus vita.

S. Mariæ in Palladio.

Petrus Diaconus lib. III. cap. 37. refert donationem eccleſiæ S. Angeli ad Arcum Dianæ, ſeu ad Formam a Riccardo Capuano principe Caſſinatibus factam hiſce verbis: *Per idem tempus Riccardus*

S. Angeli ad Formam.

Digitized by Google

dus princeps per preceptum obtulit beato Benedicto eccleſiam S. Angeli, quæ nuncupatur ad Formas, de qua ſuperius, tempore ſcilicet Baldoini Abbatis, qualiter nobis a Marino papa conceſſa ſit plenius ſcripſimus. Sed quia Capuanus archiepiſcopus illam eo tempore retinebat, præfatus princeps cupiens ibidem facere monaſterium, ante ſeptem circiter annos cum eo concambiavit, data pro ipſa alia eccleſia vocabulo S. Johannis de Landepaldi, quæ tunc temporis palatio pertinebat, cum ornamentis, & libris non paucis, & univerſis rebus, ac pertinentiis ejus. Recepit autem ab eodem archiepiſcopo prædictam eccleſiam S. Angeli cum tribus aliis eccleſiis jam vetuſtate conſumptis, ideſt S. Salvatoris, S. Johannis, & S. Hylarii, & cum omnibus abicumque ad eaſdem eccleſias pertinentibus ſexaginta auri librarum pœna appoſita, ſi aliquando vel ipſe archiepiſcopus, vel aliquis ſucceſſorum id removere voluiſſet. Quo facto conceſſit in eodem loco eccleſiam S. Angeli de Olaldiſi intra Capuam cum omnibus pertinentiis ſuis, nec non & quicquid palatio pertinebat in toto Sarzano cum univerſis ibi habitantibus villanis, & omnia quæ ibi pertinuerunt Gregorio Comiti palatii, & Petro filio Deſeri in loco Sancto Heraſmo. Cum omnibus itaque his, & cum univerſis pertinentiis ſuis, ſimul & cum cartula commutationis quam a prædicto archiepiſcopo exinde receperat, in hoc Caſſinenſi cœnobio prædictam eccleſiam optulit. Et quoniam locus idem valde amœnus, & ſatis aptus monaſterio erat, rogavit humiliter Deſiderium, ut pro amore ſuo ſpecialiter inde ſtuderet, quod & fecit de monaſterio Albaneta integram omnium mobilium medietatem accipiens, & cum medietate etiam ejuſdem loci Monachorum illuc tranſmittens, cæpitque Deſiderius illud ædificare ex integro tam ſpecioſe, tam ſpatioſe quemadmodum hodie cernitur, ubi etiam intra breve tempus quadraginta, & eo amplius Monachos regulariter victuros aggregavit. Permutatio ab Archiepiſcopo Ildebrando, & Richardo facta extat in veteri regeſto S. Angeli ad Formam p. 17., & ſeqq. ubi minio expreſſa effigies Ildebrandi archiepiſcopali habitu, & pallio induti, quibuſdam aſſiſtentibus presbyteris, unoque diacono, ejuſque capitis aliorumque corona ſimilis eſt illi, quam modo geſtant Fratres Ordinis minorum Obſervantium S. Franciſci. Vid. *Zoccolanti*. Depicta quoque ibi eſt Richardi principis imago duas in manibus eccleſias geſtantis, ac quibuſdam hominibus ſtipati. Eam hic totam exſcribimus.

Permutatio inter Archiepiſcopū Capuanum & Riccardū Principē.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnacione ejus milleſimo ſexageſimo quinto, & octavo anno principatus domni Richardi, & domni Jordanis filii ejus glorioſis principibus, & tercio anno Ducatus eorum glorioſorum principum Gaeta, menſe December, quarta indiccione. Ideoque nos Ildeprandus domini gratia Archiepiſcopus archiepiſcopatui ſanctorum protomartiris Stefani & Agatha, hujus S. Capuana ſedis, declaramus quia ſupradictus Richardus glorioſus princeps divina inſpiracione compulſus pro mercede, & redempcionis animæ ſuæ, vult conſtruere, & edificare cœnobium, & deſiderat invenire remotum locum ubi monaſterium edificandum eſſet, venit ad nos querens a nobis ut commutacionem facere de eccleſia pertinens ſuprаſcripti noſtri archiepiſcopatui vocabulo S. Michaelis Archangeli, quæ dicebatur antiquitus Arcn Diana, & modo dicitur ad formam, & integre tribus eccleſia ſubiecta, & pertinentes ad ipſa eccleſia S. Michaelis Archangeli, una ex ſe e vocabulo S. Johannis conſtructa juxta ipſa eccleſia S. Michaelis, alia vero ibique ſimiliter eſt vocabulo S. Salvatori; tertia namque ſurſum in Monte eſſe videtur, ibique propinqua vocabulo S. Hilarii, & terris cultis, & incultis, & montibus pertinentes ad ipſa eccleſia S. Michaelis Archangeli; quæ tota ipſe prænominata eccleſia vetuſtate conſumpta ſunt. Et ſupradicti glorioſi principis eſt pertinens ſui palacii una eccleſia vocabulo Sancti Joannis, quæ dicitur de Landepaldi, quæ eſſe videtur intus hanc Capuanam civitatem, quæ nobis pro parte ſupraſcripti noſtri Archiepiſcopatui in commutatione dare voleret cum rebus pertinentibus ad ipſam eccleſiam S. Johannis, & dum utriuſque partium congruerentur ſecundum canonicam inſtitucionem, velut eciam ſtatutum regum legis authoritate, una cum conſenſu ſacerdotum, levitarum, atque Clericorum ſupraſcripsi noſtri archiepiſcopatui pro cauſa melioracionis agnoſcendum ſi res meliorata eſſet quæ pro parte ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatus recepturi eramus de illa, quæ pro parte ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui daturi eramus. Accerſitus noſtrum Miſſum bonum opinionem deum timente nomine Marium presbyterum, & Cardinalem ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui. Et ipſe princeps a ſua parte direxit miſſum ſuum Johannem judicem, & Auloaldum judicem, quibus abiere ipſe miſſo, & ipſi judices, & ita egerunt, & reverſi ſunt, & nunciaverunt ſupradicto glorioſo principi, & nobis, ut cum ſumma diligencia conſpexiſſent, atque conſideraſſent ipſos, quæ pro parte ſupradicti noſtri archiepiſcopatui recepturi eramus de ipſos, quæ pro parte ſupradicti noſtri archiepiſcopatui daturi eramus. Sed res meliorata eorum multo melius, & ex omnibus eſſe comparuerit illud, quæ a prædicto glorioſo principe recipere debebamus de illud quæ ei daturi eramus. Quapropter ut commutacionem iſtam ſecundum legem firmiter fieret per omnia convocavimus inter nobis ipſi judices, & ſubſcriptos idoneos homines. Igitur nos prænominatus Ildeprandus dei gratia archiepiſcopus ſicut nobis aptum, & congruum eſt, bona noſtra voluntate una cum conſenſu Sacerdotum levitarum, atque clericorum ſupradicti noſtri archiepiſcopatui, & erga nobiſcum habendo ſupraſcriptum Auloaldum judicem abocatorem ſupradicti noſtri archiepiſcopatui per hanc cartulam commutacione ipſa inter nos ſecundum legem fecimus, & dedimus, & tradidimus vobis qui ſupra Richardi glorioſi principi hoc eſt integra prædicta eccleſia S. Michaelis Archangeli, cum integre ipſe tribus eccleſia, & integris omnibus territoriis cultis, & incultis, & montibus pro quovis modo ad ipſa eccleſia S. Michaelis Archangeli pertinentes invenitur, una cum omnibus inferius, & ſuperius ibi habentibus atque cum univerſis ſuis pertinenciis, & ablacenciis & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi ad poſſeſſionem veſtram qui ſupra Riccardi glorioſi principi, & de veſtris heredibus, ſea cui ipſos per vos datum paruerit, & de ejus heredibus, vel cui hac cartula in manu paruerit, ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ vobis placent. Unde de ea omnia ſupraſcripta, quæ vobis ſuperius in commutacione dedimus, & tradidimus qualiter diximus nobis, nec ad ſucceſſores noſtros, nec ad partem ſupradicti noſtri archiepiſcopatui, nec alicuilibet exinde nullam re-

ſervavimus, ſed cunctum, & integrum ipſos vobis in commutacione dedimus, & tradidimus ſicut ſupradiximus. Et per hac vos qui ſupra Riccardus glorioſus princeps præſenti per cartulam in commutacione ſecundum legem, dediſti, & tradidiſti nobis, qui ſuperius Ildeprandi domini gratia Archiepiſcopi pro parte ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui, hoc eſt integra prædicta veſtra eccleſia vocata S. Johannis, qui dicitur de Landelpaldi cum prædictis rebus ideſt terra, & præſa poſita juxta ipſam eccleſiam S. Joannis quæ conſtructa eſſe videtur intro his dicta civitate Capuæ & rebus mobilibus omnibus, qua ſunt ornamentis ejuſdem eccleſiæ S. Johanni & integris omnibus curtis, & terris de fora ſupradicta dicta Capuanu civitate per quovis modum ad ipſa eccleſia S. Joannis pertinentes invenitur pertinens ipſos ſui palatii, una cum omnibus inferioribus, & ſuperioribus ibi habentibus, atque cum univerſis ſuis pertinenciis, & adjacenciis, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi, ſimul cum omnibus ſcripcionibus, & muniminis ab ipſa eccleſia S. Joanni pertinentes inde, continentes, & pertinentes cum omnia continentia, quæ exinde contianas ad poſſeſſionem noſtram qui ſuper Ildeprandi archiepiſcopi, & de ſucceſſoribus noſtris, & ad parte ſupradicti noſtri archiepiſcopatui vel cui ipſa noſtra carta in mana parueris ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, quæ nobis, vel eis placent. Rebus vero mobilibus ipſis ornamentis hi ſunt. Scrineum cum reliquia unum, Buſſide cum reliquia unum. Scrineum oſſatum unum, Planete ſerice dua, amictum cum liſta deaurata unum, orali ſerici duo; planeta caſtanea una; ammictum cum liſta oriola una; oralo ad aca unum, planeta linea cum faſciolum unum; manipulum unum, camiſam unum, calici argentei duo; patena de argentum una, calicem de ſtagneo & patena, circitorium cum liſta deaurata cum albe unum, & circitoria ſerica tria, coopertoria ſerica quatuor, coopertorium cum liſta deauratum unum, & alia coopertoria ſerica quatuor; facitergium ad acu unum, lena ſerica una; ſanæ ſerica dua, & alii panni ſerici tribus; pelliciæ ſerica tria; pallia de ſerica quatuor; curtinella ad acu una; thuribula de argento dua; cruce de argento una, & alia minores cruces de argento tres. Nadillis unu cum gemme dua; altare Piczolum de ebore unum, & biaricium alium unum; Chriſtalbim unum; cortina linea majori dua, & piczola dua; liber Comite majore unum, & minori duo, omelia Gregoriale una, & alia vetuſta una, & quadrageſimala una; paſſionaria dua; epiaticum unum; prophetarum unum; regum unum; hiſtoriale unum, & quaterni de hiſtoria Ruth, Parabola Salamonis unum; actum Apoſtolorum unum; epiſtola Pauli una; dialogo uno; liber Epiphanii unum; antiphonarium de nocte unum, & de die duo; himnarium unum; ambroſianum unum; manuale Franciſcu unum; gloſe una. Unde de ea ſupraſcripta, qua vos nobis, ut ſupra, in commutacione dediſti, & tradidiſti, vobis nec alicuilibet exinde nullam reſervaſti, ſed cunctum, & integrum ipſos vos nobis ut ſupra in commutacione dediſti, & tradidiſti in omni racione, & ordine, ſicut in noſtra cartula commutacionis continet, qua vos nobis exinde firmaſti, quæ ſcripta eſt per Carponium notarium roborata per ipſu, qui ſuper, et Anloaldo judices, & per alii teſtes, ea racione, quatenus amodo, & ſemper nos qui ſuper Riccardus glorioſus princeps, & veſtros hæredes, ſeu cui ipſos per vos datum paruerit, & ad ejus hæredes; vel cui hæc cartula in manu paruerit firmiter habeatis, & poſſideatis integra ſupraſcripta, qua nos vobis ſuperius in commutacione dedimus, & tradidimus, & faciatis exinde omnia, qua vobis, vel eis placet, & obligamus nos qui ſuper Hildeprandus domini gratia archiepiſcopus nos, & ſucceſſores noſtros, & parte ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui vobis ſupranominati Riccardi glorioſi principi & ad veſtris heredibus, ſeu cui ipſos per vos datum parueris, & ad ejus hæredibus, vel cui cartula iſta in manu paruerit integra ea omnia ſupraſcripta, qua nos vobis, ut ſupra, in commutacione dedimus, & tradidimus, defendere, & anteſtare modo, & ſemper ab omnibus hominibus, ab omnique partibus. Et quando volueritis licentiam, & poteſtatem habeatis vos vobis, vel illi ſibi exinde auctores, & defenſores eſſe vicibus noſtris cum iſta commutacionis cartula, & cum aliis veſtris, vel eis in noſtris racionibus quomodo, vel qualiter melius potueritis, & volueritis, veſtra, vel eis ſint poteſtatis, & quando volueritis defendamus vobis, vel eis ipſos ſicut ſupra obligavimus. Si autem nos qui ſupra Hildeprandus domini gratia archiepiſcopus, vel ſucceſſores noſtros, aut parte ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui hanc cartam commutacionis de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium removeri quæſierimus, vel ſi non fecerimus, & non compleverimus, vobis, vel eis ea omnia per ipſum ordine qualiter ſuperius leguntur ſexaginta libras auri bonum puriſſimum pœna nos, vel ſucceſſores noſtros, componere obligamus, vobis, qui ſupra Riccardi glorioſi principi, vel ad veſtris heredibus ſeu cui ipſos per vos datum paruerit, & hæc carta commutacionis de quibus continet, qualiter ſecundum legem ſtare poterit firma permaneat, & taliter nos qui ſuper Hildeprandus archiepiſcopus, una cum conſenſu Sacerdotum, & Levitarum, atque Clericorum ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui, et erga nobiſcum habendo jam dicto Advocatore ſupraſcripti noſtri archiepiſcopatui, qualiter nobis congruum fuit ſecundum legem fecimus, et te qui ſuper Corponium notarium, qui interfuiſti ſcribere rogavimus. Capua. Ego qui ſuper Ildeprandus archiepiſcopus. Ego Johannes archidiaconus. Ego Petrus presbyter, et Primicerius. Ego Urſo presbyter. Ego Borrardus presbyter, et Abbas. Ego qui ſuper Marius presbyter. Ego Sikenolfus diaconus. Ego qui ſuper Joannes judex. Ego qui ſuper Anloaldus judex. Ego Auxentius.

Permutationem hanc refert, & approbat S. Rota Romana coram Bourlemont, Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. & ſeqq. eadem de re Deciſionibus coram Matthæo 17. Julii 1686., & coram Urſino 6. Aprilis 1693. Vid. Michael Monachus in Sanctuario Capuano p. 449. Donationes Richardi, aliorumque principum ad eccleſiam S. Angeli ad Formam pertinentes dabimus in Diſſ. I. Refert Petrus Diaconus cap. 42. Canonicos Capuæ conqueſtos apud Gregorium VII., ea in Urbe tunc commorantem permutationem hanc nimis juribus eccleſiæ ſuæ infenſam. Verum re attente examinata hoc pro Caſſinatibos decretum protulit Gregorius ex regeſto Petri Diaconi folio 21. num. 32. Sententiã S. Gregorii VII. pro cœnobio Caſſinenſi,

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto in Chriſto Fratri Deſiderio Abbati Montis Caſini ſuiſque

que

quæ ſucceſſoribus. Ea, quæ ante nos eorum diffinitionis finem percipiunt, neceſſarium, & utile videtur, ut ad memoriam futurorum non ſolum litteris intimare verum etiam auctoritate ſedis Apoſtolicæ munire debeamus. Cum enim Capuæ eſſemus, clerici illius civitatis conqueſti ſunt dicentes: eccleſiam S. Angeli, quæ olim fuerat juris Capuanæ eccleſiæ in jus monaſterii S. Benedicti injuſto concambio tranſiſſe. Quam nimirum querimoniam indiſcuſſam ire non permittentes, per diſcretos, & veraces viros diligenter inquiſivimus, utrum concambium quod pro eadem eccleſia datum fuerat ſufficere videretur. Qui videlicet viri illud quod eis injunximus ſtudioſe perquirentes, probaverunt, quod pro concambio datum fuerat videlicet eccleſiam S. Johannis infra Capuanam civitatem ſitam plus poſſeſſionis, & ornamenti habuiſſe. Hoc etiam Erbeus tunc archiepiſcopus ejuſdem civitatis re indubitanter cognoviſſe teſtatus eſt. Unde teſtimonio competenti promota, litis omni dubietate ſublata cenſuimus tam archiepiſcopum, quam Capuanos clericos imperpetuum ab hac queſtione quieſcere, & de jam dicto concambio nullam deinceps litem promovere. Unde juxta Fraternitatis tuæ poſtulacionem præſenti Privilegio firmum hoc, & imperpetuum ſtabile judicantes, decernimus ut in prædicto loco S. Angeli Religio Monachorum ſub cura, & regimine Abbatis montis Caſini omnipotenti deo deſerviat. Cui nimirum eccleſiæ hujuſmodi privilegium indulgemus, concedimus, atque firmamus, ſtatuentes nullum Imperatorum, regum, principum, antiſtitum, nullum quacumque dignitate præditum, vel quemquam alium audere de his, quæ eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt vel in futurum deo miſerante collata fuerint ſub cujuslibet cauſæ, occaſionis, vel ſpecie minuere, vel auferre, ſive ſuis uſibus applicare, vel aliis quaſi piis de cauſis pro ſua avaricia excuſacione concedere, ſed cuncta, quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit aut à quoquam ab eis, qui intus officio, locoque ſuccurrerint perenni tempore illibata & ſine inquietudine aliqua volumus poſſideri, eorum quidem uſibus, pro quorum ſubſtentatione gubernationeque conceſſa ſunt modis omnibus profutura. Hæc igitur omnia, quæ hujus præcepti, decretique noſtri pagina continet in perpetuum reſervanda decernimus. Si quis vero Imperatorum, regum, principum, ſacerdotum, clericorum, judicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens contra eam temerario auſu venire temptaverit amonitus ſemel, & iterum uſque tercio per convenientes inducias, ſi non reſipuerint, atque prædictæ eccleſiæ non ſatisfecerint poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi ea, quæ ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna penitencia inlicita acta defleverint a ſacratiſſimo corpore, & Sanguine domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus ſit, atq; in extremo examine diſtrictione ultioni ſubjaceat. Cunctis autem in eidem loco juſte obſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterna pacis inveniant. Miſerationes tuæ Domine ſuper omnia opera tua. Datum Romæ ſeptimo Idus Decembris per manus Petri Sanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac bibliothecarii. Anno V I. Pontificatus domini Gregorii ſeptimi papæ indictione I I. Vid. Camillus *Suppl. Hiſt. Caſſin.* Peregrinius, ubi hæc ad rem noſtram ait p. 58. in ſerie Abbatum Caſſinenſium in Deſiderio: *Quo ſimul anno Kal. Junii, indictione I. Gregorius Capuæ adſtitit, ut ex ipſius Epiſt. I. prædicti lib. 6. aperitur, nempe ni fallor cum principe tunc agens Jordano de comprimendo Duce Roberto Guiſcardo bonorum Romanæ eccleſiæ invaſore, in quem eodem tempore etiam conjuraverunt plurimi ejus Comites; nam dicto anno* 1078. *Jordani pater Richardus & ipſe pontifici olim infenſus ab excommunicatione ſolutus, deceſſerat* 8. *Idus Aprilis quinta feria in Cœna domini. Petrus vero poſt deſcriptam Romanam Synodum ſtatim de Clericis, & Monachis invicem altercantibus verba fecit, nempe tempus non mota, ſed deciſa litis attendens, quæ definita videtur in eadem Synodo; extat enim in ipſius Petri regiſtro p.* 21. *Gregorii V I I. Privilegium, datum Romæ anno V I. ſui Pontificatus,* 7. *Idus Decembris Indictione* 2., *quo cenſuit præfatus Apoſtolicus (verbis etiam dicam Petri) tam Archiepiſcopum, quam & Capuanos Clericos in perpetuum ab illa queſtione quieſcere, &c.* Vid. etiam Michael Monachus Sanct. Capuan. p. 356., & Pagi ad A. 1078. nu. 10., ubi demonſtrat, Gregorium hoc anno Beneventum adiiſſe ad pacem cum Duce Roberto Guiſcardo ſanciendam. Ex quo liquet, Capuæ quoque fuiſſe quo tranſeundum eſt, cum petitur Beneventum. Ad ſæculum uſque quintum decimum Monachi Caſſinenſes cœnobium hoc S. Angeli incoluere, ut ex pluribus monumentis conſtat, quorum hic aliqua dumtaxat proferemus. A. 1377. die 4. Aprilis Petrus de Tartaris Abbas Præpoſitum hujus monaſterii conſtituit Fr. Antonium Monachum Caſſinenſem, ut hiſce literis conſtat ex ejuſdem regeſto I. p. 105. *F. Petrus de Tartaris &c. Dilecto nobis in Chriſto Fr. Antonio Pannucchelli de Sicilia Monacho noſtri monaſterii Caſſinenſis, & Prepoſito noſtri monaſterii S. Angeli in Formis in Capua nobis, & dicto noſtro monaſterio immediate ſubiecti ſalutem in Domino. De fide, diligentia etc. tuis plenam in domino fiduciam obtinentes, ſperanteſque indubie, quod monaſterium, & eccleſia prælibata S. Angeli, cui cura imminet animarum in ſpiritualibus, & temporalibus digna debeat ſuſcipere incrementa præfatum monaſterium S. Angeli in Formis, quod vacat ad preſens &c. per obitum dilecti nobis in Chriſto religioſi viri Fratris Bartholomæi de Caſtanea de Sicilia Monachi Caſſinenſis, ac ultimi, & immediati Propoſiti monaſterii eccleſiæ S. Angeli prælibati cum juribus, cellis, membris, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus, ac cum plenitudine juris canonici tibi pleno jure conferimus, & de illis etiam providemus, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Monaſterii S. Angeli, uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum. & mandatum tibi plenarie committentes &c. Mandantes dilectis nobis in Chriſto Monachis, oblatis, converſis, ſubditis, laboratoribus, parrochianis, vaſſallis &c. ipſius monaſteris S. Angeli, quatenus tibi, tamquam vero ipſius monaſterii Propoſito, & Rectori obediant efficaciter, pareant, & intendant &c. poteſtatem conferendi, aut collandi cappellas, eccleſias, ſeu beneficia eidem monaſterio S. Angeli ſubjectas, & ſubjecta tibi etiam per præſentes ſubtrahimus facultatem, ipſarumque collationes, proviſiones, nobis etiam reſervamus &c.* Anno 1378, die 26. Novembris idem Abbas, revocato Fr. Antonio Pannucchelli Præpoſitum ſuffecit

Fr. Antonium de Celano, ut ex literis in cit. regeſto p. 148. a t. in quibus hæc leguntur: *Curam, regimen, & adminiſtrationem d. monaſterii, fratrum, & conventus &c. gubernandi, manutenendi &c. nec non dilectis in Chriſto Monachis, & Conventui d. monaſterii S. Angeli Clericis, & vaſſallis ejuſdem ſtrictius injungentes, quatenus tibi, tamquam vero, & Canonice dicti monaſterii Propoſito, & rectori, tamquam nobis in licitis, & honeſtis, tibi devote, & reverenter ſtudeant obedire &c.* Anno 1379. die 6. Julii, revocato Antonio, Fr. Marcum ab Atina Præpoſitum conſtituit Petrus Abbas, ut ex eodem regeſto p. 167. A. 1377. Idem Abbas ad hoc cœnobium, atque illud S. Benedicti in urbe Capua viſitandum deſtinavit Gregorium ab Hiſpania, & Franciſcum a Sicilia Monachos Caſſinenſes, cum omnimoda ad id neceſſaria poteſtate, ut ex literis in cit. regeſto p. 526. a t. in quibus hæc præ aliis leguntur: *In primis circa perſonam Fratris Guilielmi Præpoſiti ſi bene, & laudabiliter gubernavit ipſum monaſterium, ſeu Propoſituram in Monachis, cultu divino, in regula, in poſſeſſionibus, & in adminiſtratione tam temporalium, quam ſpiritualium &c. Item quot Monachi ſunt ad preſens in ipſa propoſitura, ſeu monaſterio, & quot Monachi erant quando ipſe fuit factus propoſitus &c. Item quomodo ſervatur, & fit officium in ipſo Monaſterio, ſeu propoſitura, & ſi de nocte fit officium, & cantatur Matutinum, & de die Miſſa, & alia divina officia &c. Item quomodo coluntur, & gubernantur poſſeſſiones ipſius monaſterii, ſeu præpoſituræ. Item ſi aliqua poſſeſſiones, molendina, vaxalli, domus, paſcua ipſius monaſterii ſeu præpoſituræ ſunt alienata, & quomodo, pro qua cauſa, & pro quanto. Item ſi Præpoſitus modernus, quando fuit aſſumptus in Præpoſitum, fecit inventarium de bonis eccleſiæ prædictæ, tam immobilibus, quam mobilibus. Item quod oſtendatur nobis tam ipſum inventarium antiquum quam modernum, &c.* Ex quibus interrogationibus liquet, quemlibet novum Præpoſitum Inventarium confeciſſe bonorum cœnobii curæ ſuæ demandati. Viſitatores eorundem cœnobiorum, atque aliorum conſtituti ſunt A. 1441. die 20. Januarii Marinus a Pruſſia, & Joannes Baptiſta ab Arimino Monachi Caſſinates a Priore, Subpriore, & monachis monaſterii Caſſinenſis, ut ex regeſto Conventus p. 13. a t. & ſeqq. Ad totum uſque ſæculum XVI. cœnobium hoc viſitarunt Abbates Caſſinenſes, ut ex publicis hac de re inſtrumentis in archivo noſtro aſſervatis conſtat. Annuum cenſum hactenus Præpoſitus hujuſce eccleſiæ monaſterio noſtro perſolvit in ſignum immediatæ ſubiectionis, eoque beneficio modo fruitur Cardinalis Joſeph Renatus Imperialis. Monaſterio S. Angeli ſuberat hoſpitalis domus, in qua infirmi curabantur, pro cujus recta adminiſtratione Raynaldus Caſſinenſis Abbas hujuſcemodi conſtitutiones edidit p. 107. a t. Regeſti S. Angeli ad Formam. *Nos dei gratia Raynaldus Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas conſiderantes quod opus Elimoſinæ omnibus eccleſiis, maxime monaſteriis conveniat, præcepimus bonæ memoriæ Fratri noſtro Petro Rufo monaſterii S. Angeli de Formis præpoſito,*

Ordinationes pro Hoſpitali cœnobii S. Angeli.

ut in oſpitali ejuſdem eccleſiæ de rebus ipſius eccleſiæ pro expenſis pauperum aliquid concederet, quod & fecit, quatuor etenim menſibus anteqnam humanis rebus excederet, quatuor millia tarenorum pro emendis poſſeſſionibus in oſpitali præfati monaſterii dereliquid. Ex quibus videlicet tarenis viginti modii de terra in vico de Milonis, & viginti alii ſunt in Acerata, & quinque in Curte do Lerayimo, & quinque in vineam domnicam . . . . eandem vineam Domnicam, & alii duo juxta . . . . & ſeptem modii, & dimidium, advenerunt ſtudio quorumdam Fratrum empti fuere. Ex quibus eciam tarenis medium molendinum comparatum eſt. Cum autem quadam vice nos ad jam dictum monaſterium veniremus rogatu Fratris Johannis ejuſdem Monaſterii præpoſiti, & omnium Fratrum, conceſſimus, ut quicquid unquam Abbatum Caſſinenſium ſucceſſorum meorum, vel Præpoſitorum ipſius eccleſiæ, & quorumlibet hominum donacionibus ad uſum pauperum in jam dicto hoſpitali conceſſum fuerit, ratum, & illibatum permaneat, & nulli unquam hominum ex omnibus, quæ in præfato Hoſpitali modo ſunt, & in futuro eſſe poterint, liceat aliqua occaſione aliquid ſubtrahere, vel diminuere ſed firma, & ſine omni leſione, omnia quæ in oſpitali fuerint, ſemper permaneant, & nos ad majorem confirmacionem ex parte dei omnipotentis, & beatæ Mariæ ſemper virginis, & beati Michaelis Arcangeli, & ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti, nec non & omnium Fratrum noſtrorum autoritate omnes, qui Olivetum, & quecumque bona ipſius oſpitalis ſubtrahere voluerint, excommunicacionis vinculo innodamus. † Ego qui ſupra Rainaldus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas. † Ego Fr. Gregorius Præpoſitus Valleluci. † Ego Fr. Petrus Sacerdos, & monachus. † Ego Fr. Johannes Prepoſitus Sancti Benedicti Capuan. † Ego Fr. Simeon Diaconus, & Monachus ſcriptorque. † Ego Fr. Landulfus Sacerdos Monachus. † Ego Fr. Adenulfus Diaconus, & Monachus, & Decanus. Facultatem idem Abbas conceſſit Monachis S. Angeli, ut miſſas aliquas pro anima memorati Fr. Petri Rufi celebrarent ob magna in idem cœnobium ejus merita. Ea vero ita ſe habet ex eodem regeſto p. 108. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnacione ejus milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto, quintodecimo anno, regnante domino noſtro Roggerio rege, menſe December indict. octava. Dum quadam die domnus Raynaldus dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas veniſſet ad monaſterium S. Angeli ad Formas. Ego Fr. Petrus Rufus Præpoſitus præfati Monaſterii S. Angeli*

Miſſa pro anima F. Petri Rufi.

per juſſionem, & licenciam jam dicti domni Raynaldi Caſſinenſis Abbatis, Conceſſi, dedi, & tradidi triginta modios terrarum ſacrario; eidem monaſterio S. Angeli, ſicut habetur in cartis, quas . . . . eidem ſacrario tradideram, hoc videlicet tenore . . . . fructibus vel lucro earum terrarum, quibuſque Kalendis Fratribus ſupraſcripti monaſterii S. Angeli refeccio præparetur. Reliquum vero, quod ſuperfuerit in Clibanum, & ceram ad obſequium præfati Sacrarii expendatur, ſalvo tamen eo, quod eidem ſacrario debebatur, & promiſerunt Fratres ejuſdem monaſterii S. Angeli ex auctoritate prædicti domini Raynaldi Caſſinenſis Abbatis ſe omnibus Kalendis miſſas celebraturos pro peccatis meis dum vixero. Poſt mortem vero meam ſimiliter celebraturos Miſſas pro defunctis. Unde tam dictus domnus Raynaldus dei gratia Caſſinenſis Abbas cum tota Congregacione excommunicavit, ut ſi aliquando

per

Digitized by Google

per quodlibet ingenium, vel humanam aſtuciam aliquis prædictas terras a ſupraſcripto fatrario ſecundum jamdictam tenorem ſubtrahere voluerit, & qui prædictam conſtitucionem removere queſierit. † Ego qui ſupra Raynaldus dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas. † Ego qui ſupra Fr. Petrus Rufus Præpoſitus ſignum crucis feci. † Ego Fr. Richardus Sacerdos, & Monachus, & Decanus. † Ego Fr. Landulfus Sacerdos, & Monachus, Sacriſta hujus Monaſterii. Pium etiam quoddam pro mortuis decretum a Stephano cœnobii S. Angeli Præpoſito factum confirmavit Raynaldus Abbas hiſce litteris, ex eodem regeſto p. 72. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo centeſimo quinquageſimo nono indictione ſeptima. Dum quadam die nos Raynaldus dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas apud S. Angelum in Formis moraremus, & cum ejuſdem cœnobii Fratribus conſederemus, retulerunt ipſi Fratres, quod eorum Propoſitus Stephanus nomine, quamdam ordinacionem fecerat de quibuſdam peciis de terra, quas ſupradictus Propoſitus tempore ſui Præpoſitatus aquiſierat, & de nonnullis aliis terris, qua congregacioni antea ab hominibus defunctis pro ſuis anniverſariis faciendis data fueraat, & de quodam molendino. Ordinacio autem ſic acta fuerat, ſcilicet ut ſingulis annis refugium, quod de illis terris exierit, & de ſupradicto Moleadino in anniverſariis, qua in eorum regula ſcripta ſunt expendaatur. Quicquid autem reſiduum fuerit in miſericordiis Fratrum dividatur, quod illis referentibus, & nobis audientibus, placuit nobis & ſicut ipſe prædictus dilectus Fr. noſter Stephanus Præpoſitus ordinarat conceſſimus, confirmavimus, ac ſtabilivimus, ut quicumque jam dictam ordinationem violare temptaverit excommunicationi ſubjaceat niſi congrua ſatisfaccione emendaverit. ✠ Ego qui ſupra Raynaldus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas ſignum Crucis feci. ✠ Ego Fr. Moyſes Diaconus, & Monachus. ✠ Ego Fr. Bernardus Sacerdos, & Monachus. Huic cœnobio ſuberant eccleſiæ S. Benedicti, vulgo Piczoli, S. Petri de Scafato, S. Angeli ad Olaldiſcum, S. Rufi & S. Martini, quæ tres parochiales ſunt urbis Capuæ, S. Benedicti in finibus terræ Canciæ in loco dicto Dalſiana; quam cœnobio S. Angeli dono dedit A. 1097. Hugo Comes Moliſii, cujus donationis partem alibi referremus. Jus in hac eccleſia habebat quoque Grimoaldus Comes Palatii principis Ruberti, ut hoc diplomate conſtat.

Anniverſaria pro Defunctis.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnacione ejus milleſimo centeſimo quartodecimo, & octavo anno principatus domni Robberti glorioſi principis, menſe Magio indiccione ſeptima. Ego Grimoaldus Comes palacii filius qm. bonæ memoriæ Grimoaldi Commitis palacii: Sicut mihi aptum, & congruum eſt, bona mea voluntate, pro amore dei omnipotentis, qui eſt omnium bonorum operum amator, atque retributor, quam & pro mercede, & redempcione animæ meæ, & animarum qm. prædicti mei genitoris, & genitricis meæ, & qm. Johannis germani mei, & aliorum omnium fidelium defunctorum, per hanc cartulam in preſencia Majoris judicis Capuanæ civitatis, & Johannis, & Biviani judicum Comitatum Caſtelli Maris, & aliis teſtis, alieno, ideſt do, & trado, atque offero tibi videlicet domne Maynarde presbyter dei gratia Monache, atque Propoſite eccleſiæ Monaſterii S. Angeli, qui dicitur in Formis tibi enim pro parte, & vice prædicti monaſterii. Hoc eſt integram omnem partem, & pertinenciam meam unius eccleſiæ vocabulo S. Benedicti, qua conſtructa eſt infra fines terræ Canciæ in pertinencia prædicti Comitatus Caſtelli maris ſcilicet in loco, qui dicitur Dalſiana, & omnem partem, & pertinenciam meam unius peciæ terræ, in qua prædicta eccleſia S. Benedicti conſtructa eſſe videtur, & omnem partem, & pertinenciam meam de integris quatuor peciis terræ, quæ videtur eſſe infra prædicta fines terræ Canciæ, non multum longe a loco, qui dicitur Arnone. Nec non per hanc itaque cartulam alienacionis, atque oblacionis poteſtatem habeas tu, & ſucceſſores tui, & Monachi ſupraſcripti monaſterii habere luntres duos, & homines ſufficientes ad prædictos luntres ad piſcandum in aqua Maris, & vena, & Vulturni fluminis in quantum eſt pertinencia prædicti Comitatus Caſtelli maris, & poteſtatem habeatis habere boves, & baccas, equos, & equas indomitos, & domitos, & porcos ad paſcendam ubi volueritis infra fines prædicti Comitatus Caſtelli maris juſta racione, ſcilicet in pratis, paſcuis, ſilvis, atque paludibus, excepto in fureſta, qua dicitur de Caczoli, abſque omni contrarietate, & moleſtacione a me, vel a meis heredibus, tibi, vel ſucceſſoribus tuis, aut Monachis prædicti monaſterii illata. Et nec mihi, nec meis heredibus exinde aquaticum, aut herbaticum, ſeu eſcaticum dare debeatis. Quia hæc omnia prædicta pro amore Dei omnipotentis, qui eſt omnium bonorum operum amator, atque retributor. Quam & pro mercede, & redempcione animæ meæ, & animarum quondam prædicti mei genitoris, & genitricis meæ, & quondam prædicti Joannis germani mei, & aliorum omnium fidelium defunctorum ipſi venerabili, ac ſanctiſſimo monaſterio S. Angeli feci. Et prædicta pecia terræ, quæ videtur eſſe in prædicto loco Dalſiana, in qua prædicta eccleſia S. Benedicti conſtructa eſſe videtur, habet hos fines. Ab uno latere eſt finis ripulus ab alio latere eſt finis ſilva, quæ dicitur Peneta, habet per ſingula ipſa latera in longum paſſus quingentos quadraginta. Ab uno capite eſt finis terra quorumdam Capuanorum, & finis terra, quam ego communiter poſſideo cum parte publica. Habet inde per traverſum paſſus trecentos. Ab alio capite eſt finis terra quam ego ſimiliter poſſideo communiter cum prædicta parte publica, & inde per traverſum habet paſſus ducentos quinquaginta ad menſuram de paſſ. Landoni ſeniori Caſtaldei menſuratum. Et prima ex ipſis peciis de terris, quæ videtur eſſe non longe a prædicto loco Arnone, ut dixi, dicitur ad portum Petri Caballari, & habet hos finis. Uno latere eſt finis terra eccleſiæ S. Pauli conſtructa in Capuana civitate. Alio latere eſt finis terra, qua olim fuit Johannis, & Laydulfi Malanocte, quam nunc reſidet Pandulfus Laydulfus a parte publica. Uno capite a parte Orientis eſt finis terra, quam ego ſimiliter poſſideo communiter cum prædicta parte publica, & qualiter revolvens contra partem occidentis eſt finis ipſa terra, quam ego poſſideo cum prædicta parte publica, & deinde vadit directe contra partem meridiei eſt finis eadem terra quam ego ſimiliter poſſideo cum prædicta parte publica. Alio capite a parte Occidentis eſt finis via publica. Secunda pecia ibi prope habet finem. Uno latere eſt finis terra, quæ fuit jamdicti Johannis, & Laydulfi Malanocte, quam

Pag. 23. a t Regeſti S. Angeli ad Formas.

nunc tenet prædictus Pandulfus a parte publica. Alio latere eſt finis terra prædicti monaſterii, Uno capite eſt finis via publica, alio capite eſt finis fluvius Vulturnus. Terciapecia de terra dicitur ad ceſa S. Angeli habet hos fines. Ab uorba latere eſt finis terra jam dicti monaſterii. Uno capite eſt finis prædictus fluvius Vulturnus. Alio capite eſt finis terra, quæ fuit de hominibus qui dicebantur boccamuzzi. Quarta pecia de terra dicitur ad Cazzoliſi, habet hos fines. Uno latere eſt finis terra, quæ modo tenent Johannes Martini, & Johannes Gamboſi. Alio latere eſt finis terra, quæ fuit Pandulfi Ruffi. Uno capite eſt finis via publica. Alio capite eſt finis terra prædicti monaſterii. Cunctam, & integram omnem partem, & pertinenciam meam prædicta eccleſia S. Benedicti, & de prædic. pecias terra, in qua ipſa eccleſia conſtructa eſſe videtur, & omnem partem, & pertinenciam meam de prædictis quattuor peciis terra, una cum inferius & ſuperius ibi habentibus, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exeundi, atque cum omnibus aliis ſuis pertinenciis, ego qui ſupra Grimoaldus Comes palacii tibi qui ſupra domne Maynarde preſbyter dei gratia Monache, & propoſite pro parte, & vice ſupraſcripti monaſterii, illud alicanvi, & dedi, & tradidi, atque obtuli ad poſſeſſionem, & proprietatem ejuſdem monaſterii, & de ejus cuſtodum, atque rectorum, vel cui hac cartula in manu paruerit ad habendum, & poſſidendum illud firmiter amodo, & ſemper, & faciendum exinde ſecundum legem omnia, quæ vobis, vel eis placuerint. Et obligo ego qui ſupra Grimoaldus Comes palacii me, & meos heredes tibi præphate domne Præpoſite, & ſucceſſoribus tuis, cuſtodibus, atque Rectoribus prædicti venerabilis, ac ſanctiſſimi monaſterii, vel cui hæc cartula pro parte jamdicti monaſterii in manu paruerit. Integram prædictam omnem partem, & pertinenciam meam ſupraſcripta eccleſia S. Benedicti, & prædic. peci. terra, in qua prædicta eccleſia conſtructa eſt, & omnem partem, & pertinenciam meam de prædictis quattuor peciis terra, ut dixi, defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, ab omnibuſque partibus, & quando volueritis licenciam, & poteſtatem habeatis vos vobis, vel illi ſibi exinde eſſe actores, & defenſores vice mea, & meorum heredum cum iſta oblatione, atque alienatione cart. & cum aliis noſtris, & veſtris, vel eorum racionibus, quomodo, vel qualiter melius potueritis, & volueritis, & quicquid exinde facere potueritis, & volueritis ſecundum legem, veſtra, vel eorum ſit poteſtatis, & quando volueritis defendamus vobis, vel eis illud, ſicut ſuper obligavi. Si autem ego qui ſupra Grimoaldus Comes palacii, vel mei heredes non fecerimus, & non compleverimus vobis, vel eis omnia per ipſum ordinem, qualiter ſuperius legitur, vel ſi hanc cartulam oblacionis, atque alienationis de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere, vel removere quæſierimus. Contum viginti aureos ſolidos aureos bonos pena me, & meos heredes vobis, vel eis componere obligavi, & omnia ſupraſcripta vobis, vel eis per compleamus, & hac cartula oblacionis, atque alienacionis de quibus continet firma permaneat ſemper. Et ad complendam hæc omnia ſupraſcripta ego, & mei heredes tibi jam dicte domne Mainarde presbyter dei gratia Monache, atque propoſite, & ſucceſſoribus tuis, cuſtodibus, atque rectoribus ipſius venerabilis monaſterii S. Angeli, vel cui hac cartula pro parte jam dicti monaſterii in manu paruerit, ut ſupra leguntur, ſicut inter nos convenit, In præſencia prædicti Majonis judicis jamdicta Capuana Civitatis, & prædictorum Johannis, & Breviani judicum prædicti Comitatus Caſtelli maris, & aliis teſtis, voluntarie mea guadiam tibi pro parte prædicti monaſterii exinde dedi, & fidejuſſorem tibi inde poſui per conven. me ipſum. Unde ſi neceſſe fuerit ad pignerandum obliga me ego qui ſupra Grimoaldus Comes palacii per me ipſum Fidejuſſorem, & meos heredes tibi præfate domne Maynarde presbyter dei gratia monache, atque Propoſite, & ſucceſſoribus tuis, cuſtodibus, atque rectoribus prædicti venerabilis, ac Sancti monaſterii, vel cui hac cartula pro parte prædicti monaſterii in manu paruerit. Nominativi boves, baccas, equos, & jumenta, & porcos noſtros, & alias res noſtras uſque ad legem. Et taliter ego qui ſupra Grimoaldus Comes palacii qualiter mihi congruum fuit pro amore dei omnipotentis, qui eſt omnium bonorum operum amator, atque retributor, quam, & pro mercede, & redempcione anima mea, & animarum qm. prædicti mei genitoris & genitricis mea, & qm. Johannis germani mei, nec non & omnium aliorum fidelium defunctorum, hæc omnia prædicta feci, & te Johannes Notarie qui interfuiſti ſcribere rogavi. Capua. † Ego qui ſupra Majo judex. Ego qui ſupra Johannes judex. Ego qui ſupra Brevianus judex. Ego qui ſupra Grimoaldus.

Eidem ſuberat eccleſia S. Leonis apud Sueſſam, cujus Abbas, ſeu rector erat A. 1281. D. Robertus de Morico Canonicus Sueſſanus. Hic facultate habita a Jacobo de Burgeto monacho Caſſinenſi, & præpoſito S. Angeli terræ portionem ſitam in territorio Sueſſano in loco dicto S. Agathæ conceſſit Goffrido Lambardo capuano Incolæ Sueſſano, ea lege, ut annuum quemdam cenſum perſolveret, ut ex inſtrumento eo anno menſe Aprilis facto conſtat, in quo hæc leguntur. *Quod tu, qui ſupra Goffridus, & tui heredes debeatis terram ipſam tenere amodo, & ſemper, & poſſidere a ſupraſcripta eccleſia S. Leonis, & per ipſam exinde juſtitiam facere, & in curia ipſius rationem recipere omni tempore &c.* Ejuſdem cœnobii juris erant eccleſiæ S. Agathæ apud Averſam, S. Archangeli apud Nuceriam loco dicto Corbaro, S. Nicolai in Villa Arnoni in Territorio Capuano. Quæ omnes eccleſiæ recenſentur in donationibus Diſſert. I. edendis. De cœnobio S. Angeli ad Formam agunt Michael cognomento Monachus in Sanctuario Capuano p. 499., & ſeqq. Camillus Peregrinius p. 250. ubi laudati regeſti meminit, ex eoque profert inſignem libellum Judicati, Mabillonius To. V. Ann. p. 49., & Lubin p. 16.

De monaſterio S. Magni apud Fundos hæc ſcribit Petrus Diaconus cap. 39. *Eodem etiam anno Leo, & Girardus Fundani Conſules optulerunt B. Patri Benedicto monaſterium S. Magni cum omnibus ſibi pertinentibus, et cum quarta parte de ipſa Piſcaria Fundani lacus, et cum eccleſia S. Mariæ juxta amphitheatrum Fundanæ civitatis S. Mauri, et S. Martini ad Terille, et S. Andreæ in Terracina, et S. Nicolai in urbe Romana loco qui dicitur ad Foſſa, cum omnibus pertinentiis ac rebus illarum etc.* Hæc donatio a Gerardo ejuſque uxore Lavinia facta deſcripta eſt in regeſto Petri Diaconi p. 188. a t. nu. 458. in qua tamen Leonis mentio non extat, ut S. Magni apud Fundos.

ſuſpi-

ſuſpicio ſit, deceptum in narratione ſua Petrum. Ea vero ita ſe habet: *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo ſeptuageſimo ſecundo menſe ſeptembris inditione decima. Fundi. Mons antiqua decrevit, et jure regum declarat, ut ſi qualibet conſul eccleſia offerre voluerit, aut concedere, neceſſe eſt ut per documentum carta ligentur, et teſtibus roborari. Deinde ubicumque eadem ſcriptura paruerit teſtibus roborata, tunc in perpetuis temporibus pleniſſimam in ſe contineat roboris firmitatem, et nihil alicui hominum proinde valeat contradicendum.* Donatio Cœnobii S. Magni. *Quoniam quidem Deo dignum, et valde placabile tam in veteri quidem teſtamento, quam et in nove offerre deo, Sanctiſque baſilicis patrimonius jubetur pro requie animarum defunctorum, et proſpo futura, ac beata reſurrectionis. Quapropter credendi fide indubitanter accipitur promereri veniam delictorum, pro quibus hic largitur aliquid hujus mundi tranſeuncium rerum, et pro opibus oblatis terreſtribus proculdubio a domno recepturi ſperamus eternas. Hac ſiquidem et credulitate firmati, et de omnipotentis dei miſericordia confiſi, ſperantes apud illum mercedem recepturus eternam. Nos Girardo dei gratia conſul Fundana civitatis una cum Labinea dilectiſſima conjux mea tam pro redempcione anima noſtra, quamque eciam et pro requie animarum genitorum, ſeu genitricum noſtrarum. Placuit nobis ab hodierna die, et perpetuis temporibus uno ore, et uno conſilio promptiſſima et gratuita noſtra voluntate offerre, et tradere, et perpetualiter tranſcribere in cœnobio tuo Sme Benedicte, quod honorifice, et famoſiſſime ſitum eſt in monte caſtri Caſini in quo tuum ſacratiſſimum corpus humatum eſt, cujus Sancti monaſteris regimini domnus Deſiderius Abbas praeſſe videtur. Id eſt concedimus, atq. offerimus monaſterium S. Magni, quod ſitum eſt in territorio Fundana civitatis in monaſterio B. Benedicti, qui nominatur Caſino, cum quantum modo detinet in ſuam proprietatem ſupraſcripto S. Magno. Et ſicuti ego qui ſupra Girardo tenuit monaſterio B. Magni expleto vero modo uno anno ſic offerimus in eccleſia B. Benedicti, cum terris, vineis, & caſis, & molendinis, mobilibus, vel immobilibus, quod modo retinet ipſo pradicto monaſterio, & de quartam partem unam de ipſa piſcarie. Similiter damus monaſterium B. Mauri cum omnibus ejus pertinentibus. Itemque damus monaſterium B. Martini qui nominatur Tirille cum omnibus pertinentibus ejus. Similiter damus eccleſia B. Andrea, quod ſita eſt intus civitate Terracina cum omnibus ejus pertinentibus; deniq. damus eccleſia B. dei genitricis virginis Marie quod poſita eſt juxta amphiteatrum Fundana civitatis. Itemque damus eccleſiam B. Nicolai quod ſita eſt intus in civitate urbis Roma qui nominatur ad Foſſa, cum omnibus ejus pertinentibus. In eo vero tenore de ipſa eccleſia B. Andrea quod ſita eſt intus Terracina, & de eccleſia B. Nicolai quod ſitum eſt intus Roma ſi quis per antiquitus conſueti faciebat, quando ibidem adſpergabant. Sic ego qui ſupra Girardo, & domno Leo Conſul, & noſtris heredibus ſic faciamus uſque in perpetuum. Ex meo jure in liberam poteſtatem ſupraſcripti cœnobii S. Benedicti tranſmittimus, & ejus rectorum, atque cuſtodum, ac tenendum, & dominandum, & faciendum omnia qua ad utilitatem ejuſdem monaſterii pertinet ſicut ſuperius dictum eſt, uſque in perpetuum, abſque ullam contradictionem noſtram, vel noſtros heredes, ſeu cujuslibet hominis, & neque a nos qui ſupra Girardus cum Labinia conjux, neque a noſtris heredibus, neque nulla ſummiſſa perſona magna, vel parva numquam exinde habeat tui Rectores querela aut calumnia in ſempiternum. Verum quod abſit, & divina avertat potencia, quod ſive nos qui ſupra Girardus, & Labinia, ſive noſtris heredibus, aut quavis perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtram offercionem, ſeu tradicionem, aliquis contraire agere voluerit, vel repugnare temptaverit, ſit anathematizatus a domno, & a trecentis decem, & octo Sanctis patribus, & parte habeat cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti, & in futuro judicio non quieſcat. Inſuper compoſiturus ſubjaceat in ſupraſcripto tuo ſancto cœnobio Caſſinenſis auri obrizzi libro quinquaginta, & poſt ſoluta pena, & anathemate percepta, hac noſtra offercio, & tradicio qualiter ſuperius legitur firma permaneat in perpetuum. † Ego Girardus Conſul hanc cartulam a me factam Signum Crucis feci. Ego Vonerius Judex Scripſi. Ego Amato filio Roffreda ſubſcripſi. Ego Marinus ſubſcripſi. Ego Conſtantinus ſubſcripſi.* Hoc monaſterium idem eſſe cum illo crediderim, quod conſtruxit S. Honoratus, cujus honorifice meminit S. Gregorius M. Dialog. lib. 2. cap. 1., & 2. ubi præ aliis ait: *Atque in eo loco, qui Fundis dicitur monaſterium conſtruxit, in quo ducentorum ferme Monachorum pater extitit, ibique vita illius circumquaque exempla eximia converſationis dedit &c.* Vetuſtatem certe hujuſce cœnobii oſtendit donatio Marini, & Johannis Ducum Cajetæ, & Fundorum, quam mendoſe ab Ughellio in appendice ad Tom. IX., & in editione Veneta To. I. col. 721. num. 9., & a Lancellotto in Hiſtoria Olivetana p. 277. & ſeqq. editam, integritati ſuæ reſtituimus ex autographo in archivo, quod ita ſe habet.

In nomine domini dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti Amen. Menſ. Octuber indiczio octava. Gajeta. Marinus, & Johannes pater, & filius. Noſtris quoque temporibus conſulatus, Ducatuſque anno ſecundo deo propicia ite rectori, ac diſpenſatoribus beati, venerandique cenovii S. Magni, quam, & beati Angeli Michaelis, Johannes venerabilis Abbas, ejuſque poſteris ſucceſſoribus, quotiens illa a nobis tribui ſperantur, que racioni incunctanter conveniunt, hanimos nos decet libenti concedere, & petencium deſideriis congruum impertire ſuffragium, & ut providam legum ſancxit auctoritas, & ut cuncti dedit licenciam, ut ea, que nos, & unuſquiſque ſponte largitur perfecte ſumantur unuſquiſque de legibus firmitatem, nec revocandi Jus habere poteris quicquid de libero confertur arbitrio. Et ideo arbitramur nos Marinus, & Johannes pater, & filius. dominique ſervatores, conſules, & Duces Gaeta, & Fundana civitatis cum cuncta illorum pertinencia. Quia poſtulaſtis a nobis vos qui ſupra Johannes humilis V. V. q. Abbas cenovii, ita ut diximus S. Magni Chriſti confeſſoris quatenus per precepti ſeriem concederemus vobis, veſtriſque poſteris ſucceſſoribus, ideſt quantum perpetualiter debet eſſe jure dominatuque poſſeſſionis commorantes, deoque ibi ſervientes S. jamdicti beati Magni ideſt concludimus circumdatim ex omni latere pro redempcione anima noſtra, & pro populis ibi confugientibus ſalutem incipientes ab ipſis tyczini buffuti, qui ſunt directe de ſuper quomodo deſcendit

Digitized by Google

ſcendit foſſatum intro proclamat ; de raviniano, & miſtis uſque in ipſa forma. Et ſicuti vadit jam dicta ipſa forma per directum, & quomodo directe videtur revolvere da ipſa dicta forma uſque in ipſo ponte lignitium, quod noſtris temporibus, & uſquo hodie vocatur de Romanu de euſtrati, ſicuti directe tenditur reditum in ipſa forma, & da ipſum pontem ligniéium, qui dicitur de Romanu in foſum ſicuti decurrit ipſum flumicellum de ſubtus da ipſo ponte ; uſque in ſilice, & quomodo directe graditur ipſa ſylice, uſque in ipſa via carraria, quomodo aſcendit ipſa via carraria & directe vadit uſque in ipſa Fomana, qui dicitur de S. Marco, & exinde ſiciti directe aſcendit in ſurſum in vertice Montis Archani, quantum ropendigine aqua eſt ſuper nos deſcendentis, & da vertice montis Archani quomodo vadit per verticem montis de S. Mauro, & uſque directe in ipſumquercum pauſatorium, & da ipſum quercum pauſatorium indirectum per vertice montis de S. Agapito, & item per verticem Montis de aquam vivam, & iterum giratim pervenitur directe, & quomodo revolvitur uſque ad ipſi primi, ut diximus ſuperius lycyni buſſuti qui ſunt in prima fine deſuper, ut primitus diximus hac autem quomodo diximus, & quantum continere videtur in hoc volumine precepti in giro, & giro quantum da ipſe fines, & infra eſſe videtur ideſt fluminibus, rivis, aquis, molendinis, fontes, gurgites, locis, humectibus, campis, ſilvis, apendicibus, montibus, vallibus parietinis eccleſiis reconciliata, & inreconciliata, pratis, paſcuis, cultis, & incultis, terris, vineis, ſacionales, & inſacionales, glandarius, arboribus, glandariis, & inglandariis, paludibus, tremulectibus, ſalectibus, & ſallicetis, verzariis, ficulneis, curtis, & ab antiquites habitacionibus puteis adjacentibus liguis pro operibus hominum, & pro cluſuris ſepis, & limitibus cultum, & incultum foreſtis, ligna pro incidendum, & non ad incidendum arboribus pomiferis, & impomiferis turribus, defenſionibus, manſionibus, fabricis nobis, & vetuſte griptis, arenariis tranſitoriis atque perennis omnia ibi ſecus infra iſte fines & intus habentibus, ex omnibus lateribus, & infra uſque in cacumina moncium quantum aqua reverti ſuper vos fuerit cum omnia, & in omnibus ſibi pertinentibus ſubter, vel ſuper, quantum ibidem notum, & naſcere viſum fuerit, quod ibi infra predicte finis pertinem], vel pertinentes fueris integris, & per integrum vobis conceſſimus, & veſtris poſteris ſucceſſoribus uſque in ſempiterunm, emiſſa praeceptione detinendum gubernandum & conſervandum, regendumque pro utilitate ſupraſcripti veſtri cænobii, noſtrique beati Magni Chriſti confeſſoris. Inſuper pro dei amore noſtraque banima remedium, & ſalutem promittimus nos, & noſtri heredes, quam & poſterioribus noſtris ſuccedentibus, vobis qui ſupra Johanni venerabili Abbati, & a noſtris poſteris ſucceſſoribus anteſtare, & defendere ab omnibus hominibus pro eo quod commendati ſumus in veſtris, veſtrarumque ſucceſſorum, quam, & omnium Fratrum oracionibus dei ſubveniente miſericordia inclinatis enim pro veſtris oracionibus, & precibus ſumus ; & infra clauſtra noſtri cordis ea qua arcana habuimus ſemper nunc antem vobis reſeravimus, & omnia vobis patefecimus, quod cupiſtis deo tuente u preſenti octava indiccione, & uſque imperpetuum, hoc quantum, et quomodo ſuperius legitur vobis, veſtriſque poſteris ſucceſſoribus conceſſimus detinendum per hujus ſeriem precepti. Quicumque tam magna, quam & parva perſona, tam nos qui ſuper Marinus, & Johannes, quam & noſtris heredibus, vel quis ex poſteris noſtris ſucceſſoribus, qui vobis qui ſupra Johannes V.V. Abbas, vel ex ſucceſſorum veſtrorum commorantibus in ſupraſcripto cenovio ubi nunc deo auctore deſervitis, hac pagina hujus precepti in amore queſierit, vel de eu, qua continet minuare, aut exforciare volnerit quicumque hac amplecti voluerit habeat malediccionem a deo Patre, & domino Jeſu Chriſto, & ſpiritui Sancto anathema a trecentis decem, & octo Patruum, partemque cum impio Juda traditor domini noſtri Jeſu Chriſti, & nunquam quieſcat in futuro judicio phuturo, donec cum impiis finis judicium pretereat. Inſuper compoſitura ſubjaceat eadomque perſona, qui hoc inquietari voluerit, vel preſumpſerit, tam vobis, quam a veſtris poſteris ſucceſſoribus compoſiturus pene nominis auri libras quinquaginta. Et preſens noſtra jam ſuperius dicta precepti conceſſio firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum quemadmodum impetrarunt a nobis concedere, & facere omnes nobiles, parenteſque Gaeta noſtros. Et nos quidem inclinatis precibus illorum, & veſtris, ſicut aptum, & congruum nobis fuit, ſic illum diſpoſuimus ſcribendum ab Johanne presbytero, & ſeriva civitatis hujus, in menſe, & indictione ſupruſcripta octava inviolabilis ſervandum, atque cuſtodiendum pro juris, dominatuque Sancti Magni regendum. † Ego Marinus Conſul, & Dux Sub. † Ego Johannes Conſul, & Dux Sub. † Ego Maurone teſtis. † Ego Johannes filio Domni Johannis. † Ego Miro filio Maraldi. Ego Johannes presbyter, & Scriva civitatis hujus ſicuti mihi dictatum eſt per juſſionem ſupraſcripti, & Duces compl., & roboravi poſt teſtium roboracione in menſe, & indictione ſupraſcripta octava.

Anno 1176. Richardus Fundanus Comes quidquid a cœnobio S. Magni, ejuſque capellis exigebat, dono conceſſit Petro Abbati Caſſinenſi hoc diplomate. In Nomine Dei Eterni. Anno dominica incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto Donatio Riccardi Fundani Comitis facta Cœnobio S. Magni.
menſe Januarii indictione nona Fundis, regnante invictiſſimo domino noſtro Guillelmo dei gratia ſecundo rege Sicilia Ducatus Apulia & Principatus Capue. Quia omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout quiſque geſſit in corpore, ſive bonum, ſive malum oportet nos attendere diem meſſionis extrema, & ea ſeminare in terris, per qua fructus ſempiterna beatitudinis metere valeamus in Cœlis, & ideo nos Riccardus de Aquila dei, & regia gratia Fundis Comes, & Riccardus filius meus divina inſpiratione compuncti, bona, & ſpontanea noſtra voluntate ob reverentiam beatiſſimi Benedicti, & remiſſionem peccatorum noſtrorum & omnium predeceſſorum noſtrorum offerimus, damus, concedimus, & irrevocabiliter tradimus, & abrenuntiamus in manus veſtras domne Petre dei gratia venerabili Caſſinenſis Abbas in capitulo montis Caſini pro parte, & vice ejuſdem monaſterii B. Benedicti totum, & integrum tenimentum quod dicitur Farnetum, & eſt in territorio Fundi civitatis ſine ulla diminutione, vel condicione ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde quicquid vobis, vel veſtris ſucceſſoribus placuerit. Pracipue cum ipſum farnetum quondam fuerit Caſſinenſis eccleſia, & vix ſine culpa detinetur a nobis. Damus etiam licentiam hominibus noſtris

labo-

Digitized by Google

laborandi ipſum Farnetum nec eos aliquando prohibebimus, vel prohiberi faciemus, aut patiemur ab agricultura ipſius, & volumus, ut fructus ipſius Farneti ad communem victum perveniant Monachorum. Abrenuntiamus etiam omnibus condicionibus, omnibuſque exactionibus juſtis, vel injuſtis, quas in ecclesia S. Magni de Fundo, aut capellis, vel poſſeſſionibus, vel hominibus earum in omni Comitatu Fundano ſive piſcaria habuimus, vel habere potnimus nicil nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in his omnibus aliquid reſervantes. Ita quidem, quod nec nobis nec heredibus noſtris datum aliquod, vel ajutorium, vel operas, vel aliud aliquid liceat ab ipſa Eccleſia, vel a capellis, aut ab hominibus earum, vel in poſſeſſionibus aliquando exigere, vel habere, praedictrm vero temmentum Farneti his finibus concluditur. Ab uno latere habes finem terram de hominibus S. Magni, & ab alio latere finem habes Silicem. Ab alio vero latere habes finem terram ejuſdem eccleſia S. Magni & hominum S. Magni. Et ab alio latere finem habes viam, quæ venit a S. Marco, uſque ad Silicem. Concedimus inſuper monaſterio veſtro ſimiliter quartam partem anguillarum quæ capientur in piſcaria S. Anaſtaſia de Saldu. Unde obligamus nos, & noſtros haredes hanc noſtra oblationis traditionis, conceſſionis, & abrenunciationis cartam defendere, & anſtare amodo, & ſemper vobis, & ſucceſſoribus veſtris, & Caſſinenſi eccleſia ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus. Si autem nos, vel noſtri heredes hanc noſtra oblationis, dationis, traditionis, & remiſſionis cartulam aliquando per quolibet ingenium, vel humanam aſtutiam dirumpere, aut removere queſierimus, & omnia ſupraſcripta vobis, veſtriſque ſucceſſoribus non compleverimus, quinquaginta librarum auri pœnam nos, & noſtros heredes vobis, veſtriſque ſucceſſoribus componere, & dare obligamus, & omnia ſupraſcripta complere, & inſuper hoc ſcriptum de quibus continet firmum, & ſtabile permaneat ſemper, & taliter nos ſupraſcripti pater & filius, qualiter nobis congruum fuit hac omnia ſupraſcripta fecimus, & te Leonem Fundi civitatis notarium hanc cartam ſcribere rogavimus. Actum in Capitulo montis Caſini. † Nos Riccardus de Aquila, dei, & regia gratia Fundi Comes Signum crucis feci. † Ego Riccardus de Aquila filius præfati Comitis Signum crucis feci. † Ego Bartholomaus Ubberti Fundi judex ſubſcripſi. † Ego Germanus Aquaviva Dominus interfui, & Signum crucis feci. † Ego Gualderius Raelis Ambriſa Dominus interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Adenulfus de Spigno interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Joannes de Fundo, Fundi miles interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Betardus filius Adenulſi Joannis Anſonis ſubſcripſi. † Ego Pandulfus Azarellus Pontiſcurvi miles interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Staſius Pontiſcurvi miles interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Leo Fundana civitatis notarius poſt hos ſubſcripſi. † Ego Alferius milex Fundis ſignum crucis feci, & ſubſcripſi. † Ego Leo Dominus Maranola ſignum crucis feci, & ſubſcripſi. † Ego Giffredus Dominus Campelli ſignum crucis feci, & ſubſcripſi.

A. 1172. oborta lis fuerat inter Johannem epiſcopum Fundanum, & Dominicum Abbatem Caſſinenſem, quod epiſcopus juriſdictionem in hanc S. Magni eccleſiam, aliaſque diœceſis ſuæ Caſſinatibus ſubjectas exercere contenderet; quæ tamen, confirmante Alexandro III. Romano pontifice, hoc modo compreſſa eſt. *In nomine dei eterni. Anno dominica incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo regnante glorioſiſſimo domino noſtro Guillelmo ſecundo rege Sicilia Ducatus Apulea, & Principatus Capua menſe Julio die duodecimo, indictione quinta. Quia teſtium atas lubrica ſatis, & labilis veritatis perpetuo non poterat ſuffragari, & ne rebus humanis, exemptis teſtibus, ea, quæ inter litigantes, aut pactis ſupita, aut judiciis diffinita ſunt lites inde denuo paterentur, aut admitterent jurgia recidiva, litterarum inventum eſt ſalutare præſidium. Litterarum igitur uſu memoria fulcitur eternitas, & erit littera tempori coaterna, niſi vel oblitterata fuerit, vel edaci vetuſtate conſumpta. Ut ergo quod geſtum eſt inter Fundanam eccleſiam, & Caſſinenſe cenobium memoriam inſtruat fugitivam referendi litem denuo ſuſpicione longius delegata illud preſenti cirografo publice confecto non immerito duximus committendum. Inde eſt quod dum nos Johannes dei gratia Fundanus epiſcopus adverſus Dominicum dei gratia venerabilem Caſſinenſem Abbatem de quibuſdam eccleſiis, videlicet S. Magni, S. Honuphrii in Campo de Melle. S. Helia in Ambriſo, S. Martini in Terelle apud Dominum Alexandrum ſummum pontificem, & univerſalem papam controverſiam moviſſemus, & eas tamquam in diœceſi noſtra ſitas jure mædificationis vendicare niteremur antequam ſuo lis marte percurreret. Utrique placuit ad eligendos arbitros convolare, ut quicquid eorum eſſet arbitrio, ſive per concordiam, vel libra judicii ponderatum illud firmiter obtineret, & ab eo neutri partium liceret inlicite reſilire. Electis igitur viris illuſtribus domno Rainaldo venerabili epiſcopo Aquinate, domno Guffrido Abbate Foſſa nova, domno Abdone Abbate S. Laurentii de Averſa, & domno Gregorio Abbate Caſamarii, coram eis actione propoſita, lite ſolempniter inſtituta, & tam productione teſtium, quam ex inſtrumentorum lectione pleniter informata, & e contra præfatus Abbas aſtrueret Caſſinenſe monaſterium tamquam capud monaſtica diſciplina & religionis principale gimnaſium de predictis eccleſiis ex largitione principum, & Romanorum pontificum indulgentia privilegiis fore munitum, petitionem noſtram longevitate temporis abſorsam predeceſſorum noſtrorum ſilentio penitus haſpiraſſe. Lite deciſionis gladio imminente propter incertos litis eventus, conſilio utrinſque capituli pari conſenſu, concordi pace nobiſcum habendo* Pandulſum Calamitam in hac cauſa noſtrum advocatum *ad hujuſmodi venimus pactionem videlicet, ut data mihi eccleſia S. Martini in Inſula & alia quadam terra, quæ dicitur limata, & eſt inter flumen S. Magni, & ſilicem & . . . . pariter in noſtris manibus traditam in præfatis eccleſiis quicquid juris, vel cellis earum habuimus nobis modo quolibet pertinentis jam dicto Abbati, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum renunmius nullo jure nobis, ſeu noſtris poſteris reſervato, obligantes nos mutuo pœna mille legalium inferenda quacumque parti partium ſi tranſactionis placitum fuerit attentatum, penaque præſtita tranſactione poſtmodum ſuas vires nihilominus obtinente. Quæ omnia tibi Leoni publico notario communiter ſcribenda mandavimus. Actum in civitate Fundana. † Ego Johannes Fundanus epiſcopus hoc pactum ratum, & firmum habeo. † Ego Abdon Abbas Sancti Laurentii*

de

Digitized by Google

de Averſa. † *Ego Presbyter Johannes Bufus teſtis interfui & ſignum crucis feci.*

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei, dilectis filiis D. Abbati, & Fratribus Caſſinen. ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ea qua judicio, vel tranſactione rationabiliter inter aliquos ſtatuuntur, ne malignitate cujuslibet a ſua valeant firmitate divelli, vel præſumptione temeraria immutari, rata debent, & inconvulſa perſiſtere, & apoſtolico convenit munimine roborari. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus benignius annuentes, tranſactionem, quam venerabilis Frater noſter R. Aquinas epiſcopus, & dilecti filii G. Foſſa nova A. S. Laurentii de Averſa, & G. Caſamarii Abbates inter vos, & venerabilem Foatrem noſtrum Fundanum epiſcopum ſuper eccleſiis S. Magni, S. Honufrii in campo de Melle, & S. Helia in Ambriſo, & S. Martini in Terelle rationabiliter feciſſe noſcuntur, concedentes eidem epiſcopo eccleſiam S. Martini in Yaula, & quamdam terram, qua dicitur Limata, quemadmodum in authentico ſcripto exinde facto continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus, & ut perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur, preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtra confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculani ſecundo idus Septembris. Adeſt ſigillum plumbeum. De Joanne Fundano epiſcopo agit Ughellius to. I. Ital. Sac. col. 723. nu. 15. ultimæ editionis, qua deinceps utemur. De Rainaldo agit idem Ughellius to. cit. in deſcriptione epiſcoporum Aquini nu. 12., & de Gregorio Caſæmarii Abbate ibid. in epiſcopis Verulanis, col. 1397. nu. 18., ubi inſigne quoque privilegium eidem conceſſum ab Alexandro III. legitur. Abdon Abbati Averſano privilegium conceſſit idem pontifex, atque Guillelmus II. Siciliæ rex conceſſit monaſterium S. Laurentii apud Capuam, cum pluribus eccleſiis, bonis, & vaſſallis A. 1172., ut ex diplomate conſtat, quod in archivo ejuſdem cœnobii aſſervatur. Supereſt adhuc apud Fundanos nobilis Gens Calamita. Monachi cœnobium iſtud incoluere ad uſque medium ſæculum XV., ut ex pluribus archivi noſtri monumentis conſtat, quorum aliqua dumtaxat hic delibavimus. Petrus de Tartaris Præpoſitum hujus cœnobii elegit F. Guillelmum Monachum Caſſinenſem, ut hiſce literis conſtat, quæ in ejuſdem Abbatis regeſto p. 195. continentur. *F. Petrus etc. Dilecto nobis in Chriſto religioſo viro Fratri Guglielmo de Marinis de Fundis monacho Caſſinenſi Bachalaureo in decretis propoſito propoſitura eccleſia noſtra S. Manni de Fundis Manualis, ac ſpecialis membri noſtri Caſſinenſis monaſterii, & ab eodem monaſterio dependentis ſalutem in domino &c. Eandem propoſituram Sancti Manni vacantem ad preſens per obitum dilecti in Chriſto qm. Fr. Placidi de Capua Monachi Caſſinenſis dicta eccleſia prapoſiti, qui, ſicut domino placuit, diem ſuum clauſit extremum cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis tibi ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum obedientia pleno jure conferimus &c. curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius eccleſia S. Manni, bonorum, jurium, & juriſdictionum ipſius ſpiritualium, & temporalium uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum, & mandatum tibi liberaliter tenore preſentium committentes &c. mandantes omnibus, & ſingulis Monachis, oblatis, converſis, & perſonis aliis dicta propoſitura S. Manni, ſeu eccleſia memorata, quatenus tibi tamquam vero propoſito &c. obediant efficaciter pareant, & intendant &c. proviſioneſque eccleſiarum, cappellarum, & beneficiorum ejuſdem eccleſia S. Manni ſpectantium immediate nobis, & ſucceſſoribus noſtris tantummodo reſervantes &c. Datum in noſtro monaſterio Caſſinenſi die XVII. menſis Septembris ſecunda indictionis ſub anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo.* Fr. Guillelmo defuncto Henricus Abbas ſuffecit F. Hieronymum a Corneto monachum Caſſinenſem, ut conſtat hiſce literis in ejus Abbatis regeſto p. 193. *Henricus Thomacellus &c. Dilecto nobis in Chriſto religioſo viro Fr. Hieronymo de Corneto Monacho noſtro Caſſinenſi propoſito propoſitura eccleſia noſtra S. Manni de Fundis manualis, ac ſpecialis membri noſtri Caſſinenſis monaſterii, & ab eodem monaſterio dependentis ſalutem in domino &c. Eandem prapoſituram Sancti Manni vacantem ad preſens per obitum in Chriſto dilecti qm. Fr. Guilelmi de Fundis Monachi Caſſinenſis dicta eccleſia prapoſiti &c. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ſibi ſub noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum obedientia pleno jure conferimus &c. mandantes omnibus, & ſingulis Monachis, Oblatis, Converſis, & perſonis aliis dicta prapoſitura S. Manni &c. quatenus tibi tamquam vero prapoſito hujuſmodi prapoſitura obediant efficaciter pareant, & intendant.* Alia deinde omnia ſubduntur, quæ in allatis Petri literis extant, ac deſinunt. *Datum in civitate noſtra S. Germani in noſtro hoſpitio Caſſinenſi. Die vigeſimo Menſis Junii octava indictione ſub anno Domini milleſimo quatricenteſimo etc.* Anno 1408. Præpoſitus hujus monaſterii erat F. Bartholomæus de Bordone a Cajeta, ut inſtrumento conſtat eo anno die 4. Julii ſtipulato a notario Leonardo Thomaſio Pignatario a Fundis, quo locatio quædam hiſce verbis continetur. *In noſtri praſentia conſtituti Rdus. in Chriſto pater, & dominus domnus Dominicus de Aſtallis de Urbe, Dei, & apoſtolica ſedis gratia epiſcopus Fundanus, & Fr. Bartholomaus de Bordone de Gaeta Abbas monaſterii, & conventus eccleſia S. Magni de Fundis &c. vendiderunt &c. Jacobo Roſſetti de civitate Terracina &c. medietatem piſcaria quam prafati venditores aſſerunt habere in piſcaria Fundorum ſita in tenimento Fundorum in loco ubi dicitur lo Fiume della Torre de S. Anaſtaſia, juxta lacum Fundanum, juxta ipſum flumen, juxta Pantanum &c. cum omnibus juribus, foxellis, aquarum curſibus libertatibus, &c.* Bartholomæus Fr. Hieronymo ſubſtitutus fuerat Priori Caſſinenſi facto, ut ex bulla Gregorii XII. conſtat Data *Gajeta IV. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno IV.*, in qua hæc leguntur: *Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Bartholomai petitio continebat, quod olim prapoſitatu S. Magni ejuſdem Ordinis cum S. Honuphrii de Campo mellis, & S. Martini, ac S. Elia in caſtro Ambriſri Fundana diœceſis eccleſiis dictis prapoſitatus membris, ex eo vacante, quod dilectus filius Hieronymus de Corneto Prior dicti Monaſterii olim dictum prapoſitatum cum ejuſmodi membris obtinens, prioratum clauſtralem*

dicti

dicti monaſterii tunc vacantem, auctoritate ordinaria ſibi collatum exitit pacifice aſſecutus, dilecti Filii Henricus Abbas, & conventus dicti monaſterii, cum ad Abbatem ipſius monaſterii pro tempore exiſtentem, & conventum prædictos collatio, & proviſio ejuſdem prepoſitatus de antiqua, & approbata, ac hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertineant eundem prepoſitatum ſic vacantem cum dictis membris præfato Bartholomæo &c. ſupradicta auctoritate contulerunt &c. Præpoſituram ejuſq; membra eidem confirmavit. A. 1440. Viſitatores hujus cœnobii conſtituti ſunt a Priore, ſubpriore, & monachis Caſſinenſibus PP. Romanus a Cajeta, & Benedictus a Francia, hiſce litteris, quæ in regeſto Conventus p. 3. continentur. *Prior et Conventus ſacri Monaſterii Caſſinenſis dilectis in Chriſto Fratribus noſtris Romano de Gajeta, & Benedicto de Francia. Monachis Caſſinenſibus ſalutem in domino, & ſanctæ obedientiæ complementum. Sincera religio, & ſollicitudo veſtra nos inducunt, & excitant, ut vobis explenda committamus negotia, atque ſecure vobiſcum noſtra onera partiamur. Igitur monaſterii, & propoſitura eccleſiæ S. Magni de Fundi, quæ ad noſtrum Caſſinenſe monaſterium immediate, pleno jure noſcitur pertinere, vos, & quemlibet veſtrum in ſolidum viſitatores noſtros, commiſſarios, procuratores, & ſpeciales nuncios tenore præſentium conſtituimus, facimus, & ordinamus. Dantes vobis, & cuilibet veſtrum in ſolidum plenam noſtram, & omnimodam poteſtatem, præmiſſum monaſterium, et eccleſiam S. Magni membra, et grangias ſuas, prepoſitumque, monachos, Ydiotas, et oblatos viſitandi, reformandi, caſtigandi, puniendi inſuper, privandi, et amovendi, excommunicandi, et incarcerandi, prout vobis ſecundum deum, jus, et juſtitiam, atque S. beatiſſimi Patris noſtri Benedicti regulam viſum fuerit expedire etc. Datum in præfato ſacro Caſſinenſi monaſterio XX. Januarii XXXX.* Eodem munere perfuncti ſunt a. 1441. Marinus a Pruſſia, & Johannes Baptiſta ab Atimino, ut ex litteris paulo ante editis. A. 1443. Præpoſitus hujus cœnobii erat F. Johannes Boccapeſee a Fundis, ut ex apocha liquet deſcripta in laudato regeſto p. 22. a t. Hunc ultimum fuiſſe crediderim hujuſce cœnobii Præpoſitum ex Monachis Caſſinatibus, nam Lancellottus cit. lib. p. 280. refert, A. 1492. Commendatarium ejuſdem monaſterii fuiſſe Jordanum Cajetanum Patriarcham Antiochenum Archiepiſcopum Capuæ, a quo Romani pontificis voluntate datum ſit Monachis congregationis Olivetanæ, ea lege, ut quotannis ducatos quindecim cœnobio Caſſinenſi perſolverent die I. Octobris in ſignum juris immediati. Illis quoque donavit eccleſias S. Honuphrii, S. Ægidii, & S. Eliæ de Ambriſio, aliaque bona eidem cœnobio ſubjecta. Huic cœnobio A. 1519. unita eſt a Leone X. Abbatia S. Johannis de Viride, dicta de Roſſelli, ſatis celebris, & illuſtris. Vid. Lancellottus loc. cit., Mabillonius To. I. Annal. p. 7. 39. 143., & 668., Lubin p. 153., Bollandus To. II. Jan. p. 32. Pro eccleſia S. Ægidii hæc concordia inita eſt inter Archipresbyterum, & clericos S. Mariæ, atque Monachos Caſſinenſes. *In nomine domini dei eterni. Anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio indictione prima, menſe Aprilis ſexto die ſtante. Tempore domni Eugenii tertii papa, & regnantibus glorioſiſſimis regibus noſtris Rogerio cum filio ſuo Guilielmo, & ſtrenuiſſimo Comite Riccardo. Pacta, et tranſactiones voluntate contrahentium celebrata legitima auctoritate principes perpetuam auctoritatem habere voluerunt. Ideoque ego Frater Rainaldus Theodini ſacriſta venerabilis Caſſinenſis monaſterii S. Benedicti, una cum Fratre noſtro Adenulfo Propoſito S. Magni, accepto mandato a venerabili Abbate noſtro domno Rainaldo, tranſactionem fecimus cum B. Archipresbytero Fundana civitatis, et Leone Cardinali, aliiſque concloricis eccleſia S. Maria cauſa decidenda litis, et quia controverſia fuerat inter nos, et eos, pro qua jam querimonia diſpoſuerant coram clementiſſimo PP. Eugenio. Dicebant enim eccleſiam S. Egidii, qua eſt poſita ante Portam Fundane civitatis ab Occidente ſcilicet eſſe ſuam, quam aſſeverabant permutaviſſe cum Monachis Fratribus, qui S. Magni, licentia, et voluntate pia memoria Abbatis Segnioritti, pro qua eccleſia dederant terram ad formas dicta civitatis capientem ſex ſiliquales ſeminis tritici, et promiſerant, ſe daturos caſulare unum intus civitatem, et vineale ubi erat. Tunc quia noſtri Fratres ceperunt eccleſiam, et quolibet modo tenebant diverſa pars inſtabat reſtitutioni, querens eccleſiam, cum libris, campana, paratura celebranda miſſa, cum palls altaris, Calice, et turibulo. Unde nos conſultius agentes, et potius patientia, et humilitatis munimine, quam arrogantia, vel alicujus defenſionis armis nos tuentes, tranſactionem fecimus cum diverſa parte, ſic litem decidendo. Nos conceſſimus eos libere recipere omnia, qua videbantur intromiſiſſe ſuper dicta eccleſia S. Egidii, ſive integra, ſive atrita eſſe videantur, qua ſunt in libris, palls, pannis, calice, et turibulo, tabulis pictis, ſperis. Caterum pro ſupradicta terra, qua eſt ad formas, et campana dedimus eis XX. ſol. denariorum Papienſiis Moneta, extincta omnis litis, et querimonia, et actionis petitione. Unde ſi quis abſit, ſupradictus Archipresbiter, vel dicti Clerici S. Maria, aud ſucceſſores eorum litem ſupradicto venerabili Abbati, Monachis, Fratribus, qui ſunt in S. Magno, aud ſucceſſoribus eorum inferre temptaverint, aud pactum diſrumpere, obligaverunt ſe compoſituros nobis pro pena pacti non ſervati centum Sol. Papienſis moneta: ſimiliter et nos ſtipulati ſumus eis eadem pena teneri, ſi ſupradictam pactionem frangere preſumpſerimus. Et hoc ſub preſentia teſtium nobilium virorum domni Berardi de Gualmanno, et domni Adenulfi de Anſo, domni Deodati, domni Rabelis, et Gibrandi, et Johannis Guidonis Vicecomitis, Pandulfi Calamita, et Petri Romani. ✠ Ego Zacharias diaconus Fundana civitatis notarius, poſt hac ſupradicto tempore, dictione, et menſe complevi, et abſolvi.*

Concordia inita inter Caſſinenſes, & Capitulum S. Mariæ Fundorū pro eccleſia S. Ægidii.

De monaſterio S. Honuphrii hæc ait Petrus Diaconus in laudato capite: *Pari modo autem una cum Richardo cognomento de Aquila idem Conſules optulerunt huic loco eccleſiam S. Onufrii cum pertinentiis ſuis. Et quoniam locus idem habilis ad conſtruendum Monaſterium erat, Deſiderius cupiens ibidem facere Monaſterium per Girardum Prepoſitum S. Nicolai in Pica, qui quintus poſt eum hujus cœnobii Abbas effectus eſt, in ſtatu, quo nunc cernitur erexit. etc.* Nil mihi aliud notum, quod ad monaſterium hoc pertineat. Illud Caſſinatibus confirmarunt Lotharius III., & Henricus VI. Imperatores, quo-

S. Honuphrii.

rum

Digitized by Google

rum Diplomata adducemus Diſſert. I.

S. Archangeli. Inter alia bona a Littefrido Conſule Fundano Caſſinatibus conceſſa, eſt portio monaſterii S. Archangeli, ut refert eodem in capite Petrus, illudque laudati Impp. Caſſinatibus confirmarunt. Donationem Littefridi dabimus in Diſſert. I.

S. Benedicti in Bāarola. Eodem in loco refert Petrus Diaconus donationem factam a Johanne de Iſernia hiſce verbis: *Per idem quoque tempus Johannes Hiſermenſis vir nobilis ſimiliter optulit huic Caſſinenſi cœnobio monaſterium S. Benedicti in loco Banlarola cum duabus aliis cellis ipſius, ideſt S. Maria, & S. Lucie, cum univerſis earum pertinentiis*, Refert Johannis Abbatis donationem Petrus Diaconus in regeſto ſuo p. 184. a t. nu. 428. quæ ita ſe habet. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, ab incarnacione ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo ſeptuageſimo ſecundo menſe ſeptembris, undecima indiccione. Ideoque ego Johannes Abbas Furdator cœnobii S. Benedicti de Bagnarola divina inſpiracione compulſus, pro mercede, & ſalvacione anima mea, & omnium Fratrum, qui adjutores, & cooperatores mei fuerunt, ut apud omnipotentem dominum requiem habere valeamus. Per hanc cartulam offero in Caſſinenſi cœnobio predictum monaſterium S. Benedicti de Bangnarola cum omnibus pertinenciis ſuis, ideſt de caſis, & de terris, de vineis, & olibetis, de planis, & de montibus de Silvis, & de pratis, cum omnia inferiora ſua ac ſuperiora ſua. Simul eciam cum eccleſia S. Dei Genitricis, ſemperque virginis Maria, que quondam fuit noſtra Canonica, & modo eſt Cella prefati noſtri Monaſterii. Nec non & eccleſia S. Lucia, que conſtructa eſt juxta locum, qui dicitur Ribum matrice, que & ipſa Cella eſt predicti noſtri monaſterii cum omnibus ſuis pertinenciis, ſeu cum cartulis, & munimina ſive acquiſitis, vel offercionibus, undecumque acquirere potuimus. Hac omnia predicta offero. Ego Johannes Abbas cum omni Congregacione S. Benedicti de Ragnarola in cœnobio S. Benedicti de Monte Caſino, ubi, deo annuente, domnus Deſiderius Abbas praeſſe cognoſcitur, accolis ab omnibus. Hac omnia qualiter ſuperius legitur, una cum peculiis magnis, & parvis, cuncta, & integra ego qui ſupra Johannes Abbas offero in jam dicto cœnobio S. Benedicti de monte Caſino ad poſſeſſionem prefati cœnobii, & ejuſdem Prioribus, Prepoſitis, Rectoribus, atque cuſtodibus, ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, qua ejuſdem Rectoribus placuerit quos domnus Abbas Caſſinenſi Monaſterii direxerit. Et taliter ego qui ſupra Johannes Abbas ſicut mihi aptum, & congruum fuit feci, & te Martinum presbyterum, & notarium ſcribere rogavi. Actu Pontecurbu. Ego qui ſupra Johannes Abbas. Ego Andreas presbyter, & Prepoſitus. Ego Benedictus Monachus, & Cellerarius.*

Donatio monaſterii S. Benedicti. Cella S. Mariæ, & S. Luciæ.

In eodem regeſto p. 184. a t. nu. 429. extat donatio a Goffrido Ridello Conſule, ac Duce Cajetano, & Domino Pontiſcurvi facta Johanni Abbati, a quo deinde ejuſdem Goffridi conſenſu Caſſinatibus ceſſit hoc diplomate.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ab incarnacione ejuſdem domini noſtri anno milleſimo ſeptuageſimo ſecundo. Quam & quintodecimo anno principatu domni Richardi, & domni Jordani ejus filii glorioſiſſimi principibus menſe September, undecima indiccione. Ideoque ego Geffridus Ridellus gracia dei Conſul, & Dux civitatis Cajeta, & dominator civitatis Ponticurbenſe. Declaro me legaliter habere civitatem Ponticurbo jamdict. cum pertinencia, que nunc ei pertinet cum ipſum caſtrum Ribomatrici, que non procul a jamdicto caſtro eſt conſtructum unum monaſterium in loco Bagnarola vocabulo S. Benedicti infra fines de jamdicta civitate, qua ipſum caſtellum, cum jamdicto monaſterio datum habeo a Johanne Iſergniſe fidelem meum ad ejus poteſtatem ſecundum legem faciendique ei, ejuſque heredibus quecumque eorum placuerint. Que nunc ipſum fidelem meum compulſus inſpiracione divina, & ipſum Monaſterium cum omnia ſua pertinencia dare cupiebat in Sancta eccleſia, & monaſterio beati Benedicti, qua ſita eſt in Caſini montis caſtro, ubi deo annuente Abbas nunc eſt domnus Deſiderius, qua cum tali inſpiracione eum contingeret omnia mihi nota fecit, ejuſque voluntate dum cognovi libenti ei licentiam tribui, & adjutorem ei me ipſum ſociavi ipſa offereione faciendi. Idcirco Ego qui ſupra Geffridus Conſul, & Dux quam & ego qui ſupra Johanne Iſargniſe ambobus ſimul pro redempcione animabus noſtris noſtrorumque parentum etiam jugalibus noſtris, ut hic & apud altiſſimo domino de noſtris facinoribus indulgenciam habeamus per hanc quoque cartulam bona etenim noſtra voluntate offerimus in jamdicta ſancta eccleſia, & monaſterio ipſam jamdicta eccleſia, & monaſterio S. Benedicti, qua ſita eſt in ſupraſcripto loco Bagnarola, cum omnia ſua pertinencia, terris, & vineis, & caſis, & rebus mobilibus. Hec antem predicto Monaſterio cum omnia ſua pertinencia nos qui ſupra Geffridus Conſul, & Dux, & Johanne Yſergniſe in ſupraſeripta ſancta eccleſia, & monaſterio offerimus ad poſſeſſionem ejuſdem S. Monaſterii, & de ejus rectoribus, atque cuſtodibus ad habendum, & poſſidendum, & ſecundum regulam S. Benedicti quecumque voluerint faciendum. Unde de integra ipſa jamdicta eccleſia, & monaſterio, que in jamdicto S. monaſterio offerimus, nec nobis qui ſupra Geffridus, & Conſuli, & duci, & Johanni, nec uxoribus noſtris, nec ad noſtris heredibus, nec alicuilibet hominibus, vel partibus exinde nullam reſerbabimus, nec dicimus aliquid nemanere. Excepto ego qui ſupra Johanne Yſergniſe reſerbabi mihi, & ad ipſi tres filii mei, que nunc habere viſus ſum poteſtatem, & dominacionem de jamdicto ſancto monaſterio non vendendi, nec donandi neque diſperdendi, nec in nullis modis alienandi, ſed tantummodo ſalva legem, & juſtitiam eum dominandum vita noſtra, ea racione, ut ipſa jamdicta S. ecclesia, & monaſterio, & ejus rectoribus, & cuſtodibus ſemper firmiter habeamus, & poſſideamus integra hanc noſtra offercionem abſque omni noſtra contrarietate, vel de noſtris heredibus. Et obligamus nos qui ſupra Geffrida Conſul, & Dux, & Johanne, & noſtris heredibus ad pars jamdicta S. eccleſia, & monaſterii, & ad ejus rectoribus, atque cuſtodibus integra hanc noſtram offercionem defendere, & anteſtare ſemper a parte uxoris noſtra, & ab aliis omnibus hominibus, ab omnique partibus. Et quando voluerint ipſi rectores ejuſdem S. eccleſia & monaſterii, & eorum ſucceſſoribus vice noſtra, & de noſtris heredibus, poteſtatem, & licenciam habeant pro pars ſupraſcripta S. eccleſia, & monaſterii fieri auctori, & defenſatori ſam cum iſta noſtra offerſionis cartula, quam & cum aliis eorum vel noſtris racionibus quomodo, vel qualiter melius potuerint, & ſcierint, quia omne vicem, & vigorem cauſandi,

& lo-

& loquendi eorum exinde dedimus, ſicuti nos exinde facere debuimus, vel potuimus, & quicquid exinde facere voluerint aut potuerint pro pars jamdicti S. monaſterii eorum ſint poteſtati. Et quando voluerint ipſi rectores jamdicti S. monaſterii nos, & noſtros heredes ipſos eorum defendimus, ut ſupradictum eſt. Nam ſi nos qui ſupra Geffridus Conſul, & Dux, & Johanne Yſergniſe, vel noſtris heredibus hanc noſtram offercionem aliquando per qualecumque ingenio, vel humana aſtucias dirumpere, aut removere queſierimus. Seu ſi hanc cartam noſtra offercionis in quavis parte refutare, aut inanem facere temptaverimus, vel contraria agere, de quibus continet trecentos ſolidos Vizanteos aureos, pena nos qui ſupra Geffridus Conſul, & Dux, & Johanne Yſerguiſe, & noſtris heredibus ad pars jam dicta S. eccleſia, & monaſterii, & ad ejus rectoribus, atque cuſtodibus componere & dare obligamus, & omnia ſupraſcripta ibidem compleamus, & jamdicta noſtra oſferſione integra ibidem ammittamus ad ſemper. Quicumque autem homo hanc noſtra offercione de jamdicta S. eccleſia, & monaſterio ſubtrahere queſieris ab omnipotente Deo Patre fiat maledictus, & a vivifico filio ejus domino noſtro Jeſu Chriſto fiat condempnatus, & a Spiritu Sancto fiat confuſus in ima terri profunda inferni, ſub anathema fiat, a trecenti decem, & octo patres Sanctos partem habeat cum Juda traditor domini noſtri Jeſu Chriſti compar efficiatur, impiiſſimorum Anna, et Caypha. Et hac carta noſtra offercionis de omnibus, qua continet firma, et ſtabilis permaneat in perpetuum. Et taliter nos qui ſupra Geffridus Conſul, et dux, et Johannes Iſergniſe, ſicut nobis aptum, et congruum fuit omnia ſupraſcripta pro redempcione animarum noſtrarum, noſtrorumque parentum, et noſtrarum jugalibus communiter fecimus. Et te Johannes presbyter, et notarius ſcribere rogabimus in ſupraſcripta civitate Ponticurbo. Ego Litefrida diaconus, et judex. Ego Petrus. Ego Benedictus. Ego qui ſupra Johannes. Illud quidem crediderim Johannem Ducis Ridelli familiarem, Monachum, & Abbatem ejuſdem cœnobii S. Benedicti evaſiſſe, ac proinde duplici hac donatione ditaſſe cœnobium, quarum prima conſenſu, voluntateque Ridelli munifici donatoris, qui forte jus etiam patronatus ſibi retinuit, perfecta eſt; altera cum Monachis, uti Abbas ejuſdem cœnobii, cui plura jam bona comparaverat, ut pluribus donationum inſtrumentis conſtat, quæ, dum ipſe Abbas eſſet, eidem cœnobio acceſſere. Forte vero monaſterium hoc, quod Geffridus Ridello, Johanni Iſernienſi, & paulo poſt uterque Caſſinenſi cœnobio dono dederant, aliud ab illo eſt, quod Johannes Abbas donaverat, atque ideo ibidem loci monaſteria S. Benedicti duo fuerunt, non unum dumtaxat. Memoratæ donationes indictione XI. conſignatæ ſunt, cum tamen eo anno non niſi decima curreret. At nulla indictionum conſtans ratio; nam ſcimus, quaſdam a Kal. Januarii auſpicatas, quaſdam ab octavo Kal. Octobris, atque Conſtantinopolitanam ab Orientis Imperatoribus uſurpatam a Kal. Septembris, quæ forte ab donationum hujuſmodi tabellione uſurpata erat. At de indictionum uſu in prima Diſſertatione fuſius.

Inter alias vero, tempore Johannis Abbatis, huic cœnobio factas donationes, hæc haud contemnenda. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, triceſimo anno principatus domni * Paldofi, et tercio anno principatus domni Landolfi * ejus filius glorioſi principibus, menſe Octobris, tertia Indictione. * Ideoque ego Leo, qui ſum habitator in actu Pontecurvi in caſtello de Ribo matrice, et filius qdd. Saſſi, divina inſpiracione compulſus etc. concedo, et offero omne rebus, et ſupſtanciis meis mobile, et immobile, paterna, et materna ſupſtancia in monaſterio S. Benedicti, q. eſt ſitus in loco, qui dicitur Banlarola, et eſt ſub potencia domni Guidoni Caputi, quem praeſt modo ibidem Abbas domnus Johannes presbyter, et monachus, et magnus Rector, cum fideliſſima congregacione, ideſt caſis intro, vel forat civitatibus, ſeu caſtellis, et cum ſundora ſua, et terris, et cum ipſorum caſis, et curtaneis, ortis, et cunctoque Territorium meum cum arbuſtis ſuis, cum cultum, vel incultum, campis, et ſilbis, pratis, paſcnis, atque paludis, peculiis majoris, et minoris, mobile, vel immobile, omnia, et in omnibus, quantum modo habeo in predicta Actu Ponticurbu, aud in cunctis locis, vel conquirere potero cunctis diebus vita mea, unde de predicta ſubſtancia, et rem, qua offero, et trado in predicto monaſterio, nec mihi qui ſupra Leo, nec ad meos heredes, nec alicuilibet homini nulla exinde reſervavi, vel dico remanere, ſed tantumodo excepto mihi reſervo ipſa rem ſupraſcripta auctuali uſu, ut perfruam ipſam ego qui ſupra Leo cunctis diebus vita mea, et meis haredibus cunctis diebus vita eorum; et ego, et meos heredes ſerbiam ad predicto monaſterio, et ad ejus rectoribus, ſicut decet ſervire homo ad rex ſuum terrenum, uſquequo hoc predicta offercione, atque tradicione in noſtris fruacionibus tenere voluerimus. Si autem ipſas tenere non voluerint meos heredes, do iſta mea fferſiono, qua modo habeo, vel inde conquirere potuero cunctis diebus vita mea ab ipſa hora, qua ex ipſas tenere noluerint, habeant ipſam rem, et ſupſtanciam rectoribus predicti monaſterii, ea racione, quatenus a tempore exitus mei, et exitus de heredibus meis, vel ſervicio ſupraſcripto, et cunctis diebus, et momentis, quo iſto monaſterio S. Benedicti conſtructum, vel edificatum eſſo videntur in loco hoc, et ejus rectoribus firmiter habeant, et poſſideant integra ſupraſcripta mea offerſione, et faciant ex ipſam poſtea omnia, qua voluerint predictus Abbas, vel ejus ſucceſſoribus, tamen predicta mea offerſione, quantum deo placabilis eſt, et in hoc mundo advixero, et meos heredes tenere voluerint, et tenemus, non vendendi, neque donandi, neque alicubi alii dimittere, ſed tantummodo revertat integrum ad predic. monaſterio etc.* Alteri quoque permutationis inſtrumento inter idem monaſterium, & Johannem, Landam, & Mariam ſubſcribit memoratus Johannes Abbas, quod ſic incipit: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, triceſimo tercio anno principatus domni Paldolfi, et ſexto anno principatus domni Landolfi ejus filius glorioſi principibus, menſe Aprilis, ſexta indiccio. Ideoque ego Johannes Abbas de Monaſterio S. Benedicti, qui eſt ſitus infra finibus actu Pontecurbu in loco, qui dicitur Bangnarola, propinquo flumen, qui vocatur Carnellu. Declaro, quia jam dictu noſter monaſterius ditatus donis multis omnipotenti dei ſibi pertinentes, inter quas etiam habet pertinentes ſibi una pecia de terra infra ſupraſcripte finis Pontecurbu, in loco, qui cognominatur rigu faringuli, quem vir*

* V.
* VI.
* circa annum 1030.

quidam Langobardus nomine Johanne filius quoddam . . . . et Landa filia Andrea cum Maria filiam ſuam habitatori in ſupraſcriptu actu in caſtello de ribo matrici vult a nobis pecia de terra ipſa per conveniencia ordinem recipere ad poſſeſſione eorum, et de ipſorum heredibus faciendi exinde omnia, qua eorum placuerint, et commutarent nobis perinde una pecia de terra ſibi pertinentes per finis, et menſuris in loco, qui dicitur colle Donnicu, ut jam dixi, per finis, et menſuris has etc. Quod nobis aptum faciendi eſſe comparuit, et ad fratres noſtros, noſtrique monaſterii, pro remelioracione, et utilia noſtri prædicti monaſterii, et dum utriuſque partibus congrueventur, convocavimus infra nobis Ado judex affiliatus Lidolfi habitator de ſupraſcriptu caſtello, et Ado filio Johanni Alberi, et Abboc. noſtrum, et alios idoneos homines, et ita fecimus. & firmavimus infra nobis hanc conveniencia commutacionis cartula &c. commutovi vobis prædicto Johanni, & Lando, & Maria, hoc eſt integra pecia de terra ipſa pertinentes noſtri Monaſterii, qua eſt, ut dixi, ad ipſu rigu Faringuli, continentes has finis, & menſuris &c. Et obligo ego qui ſupra Johannes domini gratia Abbas me, & ſucceſſores meos, & pars prædicti noſtri monaſterii vobis qui ſupra Johanni, & Lande, & Maria, & ad veſtris heredibus integra ſupraſcripta mea commutacione defendere &c. Et taliter ego qui ſupra Johanne domini gratia Abbas, ſicut mihi aptum, & congruum fuit, omnia ſupraſcripta feci; & ita te Johannes presbyter, & notarius ſcribere rogavi. Actu Pontecurbu, in ſupraſcripta Caſtello. ✠ Ego Joannes inſuper, & benerabilis Abbas ʒʒʒ. ✠ Ego Lando Sacerdos, & Monachus. ✠ Ego Andrea Sacerdos & Monachus.

Comes etiam Johannes huic cœnobio prædium obtulit hoc inſtrumento: In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti tricesimo ſecundo anno principatus domni Paldolfi, & quinto anno principatus domni Landolfi ejus filius glorioſi principibus, menſe Januarius, quinta indiccione. Ideoque Ego Johannes Comes filius bona memaria domni Landolfi, qui fuit Comes, divina inſpiracione compulſus ſum, ſicut mihi dominus inſpirabit, ſpontanea mea boluntate, quam & pro mercede, & redemcione anima mea, & ſupraſcripti genitori mei, per hanc cart. judico, atque offero in eccleſia, & monaſteria S. Benedicti conſtructo in actu Ponticurbu, in ipſu colle, qui dicitur Bannarola, in qua domnus Johannes benerabilis Abbas ibi videtur eſſe, hoc eſt una pecia de terra mea, qua mihi pertinet pro meis racionibus, quem habeo in ſupraſcriptu actu, ſubtus ipſa Olibola in pertinencia de Caſtello de S. Johannes, & habes has finis, eadem pecia de terra da unu latu terra Benedicti, & terra Johanni, & Donati, & terra Maria, inde ſum paſſim centu octuaginta duo &c. & tibi Pandolf. diacon., & notarius ſcribere juſſi in actu Ponticurbu in caſtello, quod vocatur Pika. ✠ Ego Johannes judex. ✠ Ego Giſolfo. Quiſnam vero fuerit Abbatis Johannis parens, hoc venditionis inſtrumento conſtat. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, viceſimo quarto anno principatus Salerni domni Guaimarii glorioſi principi, ac quarto anno principatu ejus Capua menſe December, decima indiccione. Ideoque ego domnus Johannes benerabilis Abbas filius quoddam Dodo, qui ſum habitator in hanctu Ponticurbu, & modo ſum rector, & Abbas in monaſteriu S. Benedicti, q. eſſe bidetur ad ipſa Vaniarola, una ſecum abentem Abbt. Liodolfo qui eſt habitator in prædicto aptu, in caſtellu de Ribu matrici, ſicus mihi aptum, & congruum eſt, bona etenim mea boluntas per hanc cartulam venundedit tibi Petri, qui ſum habitator in prædicto aptu Ponticurbu in ſupraſcripto caſtellus, & filius qdd. Urzi, hoc eſt una pecia de terra mea, qua mihi pertinet pro meis racionibus, quem habeo in predic. aptu Ponticurbu loco ad ipſu aceru, & habes finis eadem pecia de terra unu latu tenet in terra Landi, inde ſunt paſſus quinquaginta octo &c., & pro ſupraſcripta hanc mea vendicione manifeſto ſum ego qui ſupra dom. Johannes benerabilis Abbas cum prodicto Abbt., quia completum habeo apud nos receptum precium a te qui ſupra Petri emptor, hoc eſt uncia una de argentum bonum cineracium in omni deciſione, & racione &c. Et taliter Ego qui ſupra dom. Johanne benerabilis Abbas venditor cum prædict. Abbt. qualiter mihi aptum, & congruum fui, feci, & tibi Criſcencius not. ſcribere rogabimus in prædic. aptu in ſupraſcripto caſtelu. ✠ Ego qui ſupra Joannes Abbas. ✠ Ego Lando Sacerdos, & Monachus, ✠ Ego Andrea Sacerdos, & Monachus. ✠ Ego Ado judex.

Ejuſdem Johannis Abbatis juſſu Andreas ejus cœnobii Monachus obtulit monaſterio Caſſinenſi anno 1063. eccleſiam S. Blaſii cum bonis ſuis omnibus, ut hoc monumento conſtat ex regeſto Petri Diaconi num. 430. p. 185. a. t. In nomine dei Salvatori ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo tercio menſe Aprilis prima indiccione. Ideoque nos qui ſumus Andrea Sacerdos, & Monachus per juſſione domni Johannis Abbati, qui eſſe videtur rector, & gubernator de monaſterio S. Benedicti in loco, qui dicitur Banlarola cum Fratribus noſtris, & poſteriores noſtras & Sico filius quodam Johanne, & aylo, & Johanne ger. filiis quondam Martini, & Jo. quondam Ormo, & Johanne filius Benedicti, & Jo: filius quondam Petri, & Azzo divina inſpiratione compulſi ſumus pro mercede, & ſalvacione anima noſtra, & genitores noſtros, & genitrices noſtras, & alii parentes noſtros ut hic, & in eternum aput altiſſimum dominum Jeſum Chriſtum, qui judicaturus eſt vivos, & mortuos, ut de noſtris facinoribus aliquam indulgenciam invenire valeamus. Per hanc quoque car. offerimus, & concedimus in Monaſterio Sancti Benedicti, qui eſſe videtur in Caſino Montis, unde eſſe videtur rector, & gubernator modo domnus Deſiderius venerabilis Abbas, hoc eſt una eccleſia noſtra vocabulo S. Blaſſii, qua eſt dedicata in ipſa limata ſubt. ipſo caſtello, cum omni pertinencia de ipſa eccleſia, qua ad ipſi pertinet cum muris, & clauſtris, & cellis, & codicibus, & ſex peciole de terra, qua nobis pertinet pro noſtris racionibus &c. alia peciola de terra, qua ego Johanne qui ſupra Burrellu abeo in ipſu colle de ipſi filis Maynaldi ipſa parte, qua mihi pertinet exinde nulla reſervabi, quia ego dedi, & tradidi in eccleſia S. Blaſſii pro anima officia uxor mea. Hac autem prædicta eccleſia, & prædicta terra, qualiter ſuperius legitur de fine in fine indicata, & menſurate ſunt una cum arbores, & cum omnia ibique intus habentibus ſubtus, vel ſuper cum via ſua ibidem intrandi, & exiendi cuncte, & inclite ipſe nos qui ſuper nominati offerimus, & concedimus in monaſterio S. Benedicti, & in poteſtate dom. Deſiderii Abbati, & ſucceſſoribus ejus, faciendi exinde omnia quæcumque in prædicto monaſterio neceſſarium

fuerit

fuerit. Unde nos qui ſupra ſcripti neque noſtris heredibus, nec alicuilibet exinde nullam reſervavimus, nec dicimus remanere, ſed cunćte, & integre ipſe in predicto S. monaſterio offerimus, & concedimus ſicut ſupra legitur, Et obligamus nos qui ſupra Andrea ſacerdos, & Monachus per juſſionem domni Johanni Abbatis cum fratribus noſtris, & poſteriores noſtros, & obligamus nos alii qui ſupra nominati nos, et noſtros heredes in prefato Monaſterio, et ad domno Deſiderio Abbas, quam et ad illorum ſucceſſores hanc noſtra offerſione defendere, & anteſtare, ſemper ab omni hominet, & ab omnique partibus. Si autem ipſe vobit defendere, & anteſtare non potuerimus, ut diximus, primus in predicto S. monaſterio nos qui ſupra nominati de colludio legibus jurare obligamus & reſtaurare ferquedum, ideſt ſimile alia tanta, & talemque rebus, cum tali edificio, & in ſimili loco, qualis in illis diebus invenitur eſſe, quando defendere, et anteſtare non potuerimus. Nam ſi nos qui ſupra Andrea Sacerdos, et Monachus per juſſionem domini Johannis Abbatis, et Fratribus noſtris, et alii qui ſupra nominati nos, et noſtros heredes, vel ſi quis hanc ſupraſcripta noſtra offerſione aliquando per qualibet ingenium, vel humana aſtucias diſrumpere, aut removere queſierimus, aut ſi hanc car. in quavis parte refutare temptaverit de quibus continet ſit anathematizatus a trecentis decem, et octo patres ſancti, et veniad mors ſuper illos, et in die judicii deſcendant in infernum viventes, et habeat parte cum Anna, et Caipha, et cum Juda, qui dominum tradidit. Et hac autem carta offerſionis, de quibus continet firma, et ſtabilis permaneat in perpetuum, et taliter nos qui ſupra nominati per remedium anime noſtra et parentum noſtrorum hoc fecimus, et tibi Petrus presbyter, et notarius ſcribere rogabimus in aptu Ponte Curbo in caſtello de Sancto Jo: Ego Petrus, Ego Lando.

Eccleſia S. Benedicti Caſſinatibus ſubdita.

Eccleſia S. Benedicti juris cœnobii Caſſinenſis fuit ad annum 1584. quo illam commendavit Johanni Baptiſtæ de Luca Archipresbytero S. Germani ob mortem domini Johannis Baptiſtæ Suardi. Extant hac de re Literæ in regeſto tertio Congregationis, aliiſque Abbatum, Epiſcopi Angeli Cardinalis Medicei &c.

S. Eraſmi apud Formias.

Petrus Diaconus cap. 41. refert donationem a Roffrido cœnobio noſtro factam monaſteriorum S. Eraſmi apud Formias, quod modo S. Eraſmi apud Caſtellonum nuncupatur, & S. Petri de Foreſta hiſce verbis: *Sequenti tempore Loffridus cognomento Ridellus Dux Cajetanorum obtulit in hoc loco monaſterium S. Heraſmi de civitate Furmiana, et monaſterium S. Petri de Foreſta in pertinentia Pontiſcurvi cum univerſis poſſeſſionibus ipſorum.* Autographum donationis Roffridi ſervatur in archivo noſtro, illudque exſcribit Petrus Diaconus in regeſto p. 184. nu. 427., ita vero ſe habet.

Donatio Roffridi monaſteriorum S. Eraſmi, & S. Petri.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ab incarnacione ejuſdem domini noſtri annos milleſimo ſeptuageſimo quinto, et octabo decimo anno principatus domni Richardi, et domni Jordani ejus filii glorioſiſſimi principibus menſe Februarii, quartadecima indiccione, ideoque Ego Jeffridus Ridellus Normannus, et dux Gajeta, nec non comes Ponticurbo, divina inſpiracione compulſus per remedium anima mea, ut aput eternum dominum miſericordiam invenire valeam. Per hanc quoque cartulam offero in eccleſia q. eſt monaſterium Sanctiſſimi Benedicti q. conſtructum eſt in monte caſtro Caſino, unde Abbas eſt domnus Deſiderius reverentiſſimus vir, hoc eſt duo monaſteria mea. Ex quibus unum vocabulo S. Heraſmi ſitum eſt in pertinencia predicta civitatis Cajeta in loco, qui dicitur ad molas. Aliud vero vocabulo S. Petri, quod ſitum eſt in pertinencia prephata civitatis Pontiſcurbi, in loco, qui vocatur Foreſta. Hac autem pradicta Monaſteria Ego qui ſupra Jeffridus Ridellus ex integro optuli ſupraſcripto Monaſterio Caſſinenſi cum omnibus pertinentiis ſuis, ideſt terris, & vineis, caſis, ſeu molendinis, & omnibus tam mobilibus, quam immobilibus eorum ad poſſeſſionem predicti Caſſinenſis monaſterii ad faciendum inde quicquid rectoribus ejuſdem S. Monaſterii placuerit. De omni autem hac ſupraſcripta oblacione Ego qui ſupra Jeffridus Ridellus nihil nec mihi, nec meis heredibus, nec alicui hominum aliquid reſervavi, ſed omnia ex integro pradicto Caſſinenſi monaſterio optuli, ut ſupra legitur, & obligo me ego qui ſupra Jeffridus, & meos heredes pradicto venerabili monaſterio, ejuſque rectoribus hanc oblacionem defendere ſemper ab omnibus hominibus, & ab omnibus partibus, & a parte eciam uxoris mea. Si autem non potuerimus hoc pradicto monaſterio defendere, ejuſque Rectoribus, ego, vel meis heredes de colludio legibus jurare obligavi, & reſtaurare in pradicto monaſterio aliam talem, tantamque oblacionem, qualis hac fuerit eo tempore, quo hanc in ſupradicto Monaſterio defendere non valuerimus. Si vero ego qui ſupra Jeffridus, vel mei heredes aliquando qualicumque ingenio, ſeu aſtucia dirumpere, aut removere queſierimus hanc oblacionem, ſicut ex integro ſupraſcriptum eſt, ſeu hanc cartam in qualibet parte refutare, aut inanem facere, aut contraire queſierimus, ſive per nos, ſive per ſummiſſam a nobis perſonam, tunc centum libras auri puriſſimi me, meoſque heredes in pradicto monaſterio obligo componere. Inſuper eciam & hac carta in perpetuum firma, ſtabiliſque permaneat. Hac autem taliter ego qui ſupra Jeffridus ſicut mihi aptam, & congruum viſum eſt pro redemcione anima mea feci. Et te Littefridum notarium ſcribere juſſi in pradicta civitate Ponticurbi. Ego qui ſupra Jeffrida Dux. Ego Landemari Judex. Ego Petrus Judex. Ego Johanne Yſerniense. Ego Adenulfus Comes Aquinenſis. Capite 44. hæc ſcribit Petrus Diaconus: *Praterea Johannes filius Hugonis Comitis patris exemplum ſecutus obtulit, atque firmavit beato Benedicto integram partem ſuam de caſtello Sujo, quod eſt medietas ipſius cum univerſis ad eandem medietatem pertinentibus tam intus quam foris, necnon & integram partem ſuam de ſupradicto monaſterio S. Heraſmi in Furmia &c.* Extat hæc donatio in regeſto Petri Diaconi p. 187. a r. nu. 435.

Donatio Johannis de portione monaſterii S. Eraſmi, & Caſtri Suji.

In nomine domini dei Salvatoris noſtris Jeſu Chriſti Ab Incarnacione domini. Anni milleſimo ſeptuageſimo nono, menſe madio, indiccione ſecunda. Caſtro Sujo. Quam quidem deo dignum, & valde placabile tam in veteri quidem teſtamento, quam & in novo offerre deo, Sanctiſque baſſilicis patrimonium jubetur pro requie animaram defunctorum, & pro ſpe futura, ac beata reſurrectionis. Quapropter credibili fide indubitanter, accipitur promereri veniam delictorum, pro quibus hic largitur aliquid hujus mundi tranſeuncium reram, & pro omnibus oblatis terreſtribus procul dubio a domino re-

cepturi ſperamus eternas. Hac ſiquidem fide, & credulitate firmati, & de omnipotentis dei miſericordia confiſi, ſperantes apud illum mercedem recepturos eternam. Nos denique Johannes filius domini Uguoni comiti, una cum Sikylgrima Comitiſſa dilectiſſima conjux mea, tam pro redempcione anima noſtra, quamque eciam, & pro requie animarum genitorum, ſeu genitricum noſtrarum. Placuit nobis ab hodierna die, & perpetuis temporibus uno tenore, & uno conſilio promtiſſima, & gratuita noſtra voluntate offerre, & tradere, & perpetualiter tranſcribere in cenovio tuo, o ſanctiſſime Benedicte, quod honorifice, & famoſiſſime ſitum eſt in Caſſinenſi caſtro, ubi domnus hac venerabilis Deſiderius Cardinalis, & Abbas ejuſdem monaſterii in preſenti regimen tenet, ideſt totam, & integram noſtram porcionem, quod eſt medietatem de incliso ſupraſcripto caſtello Sujo cum omnibus ſuis pertinenciis ubicumque nobis pertinet, vel pertinentes fuerit, tam de paterno, quam & de materno jure, hoc eſt terris, vineis, planis, pratas, paſcuis, montibus, vallibus, aquiſmolis, caſis, intus, vel foris caſtro cum habitantibus hominibus, & vacuis Sedilibus. Inſuper tradimus, & offerimus tibi o ſanctiſſime Benedicte tota, & integra noſtra porcione de monaſterio S. Eraſmi Martyr Chriſti, q. ſitum, & constructum eſſe videtur in civitate Furmiana, cum omnibus ſuis pertinenciis, atque ſuis vocabulis movilibus, & immovilibus intus, & foris cum omni parata, & ornata ſua, & cum terris, & vineis, & aquiſmolis, & cum omnia, & in omnibus ad ſupraſcriptum Monaſterium pertinet, vel pertinentes fuerit omnia, & in omnibus, ubicumque, vel undecumque nobis pertinent, vel pertinenda eſſe videtur ad genitore, ſeu genitrices noſtra ſeu a jure parentorum noſtrorum qualiter ſuperius diximus, qua nos ab hodie, & in antea nihil reſervamus, neque dicimus reſervare. Toto, & incliso tibi beate Benedicte offerimus, & tradidimus in hac vero tinore, ut amodo, & uſque in ſempiternum in tuo jure, & dominio permaneat, & neque a nos, qui ſupra Johannes Comes, & neque a Sikilgrima Comitiſſa conjux mea, neque a noſtris heredes, neque a nobis nulla ſubmiſſa perſona nunquam exinde habeant tuis Rectores querela, aut calumnia in ſempiternum. Verum, quod abſit, & divina avertat potencia, quod ſive nos qui ſupra, ſive noſtri heredes, aut quævis perſona hominum maga, vel parva contra hanc noſtram offerſionem, ſeu tradicionem aliquid contrarie agere voluerit, vel repugnare temptaverit fiat anathematizatus a domino, & a trecentis decem, & octo Sanctis patribus, & partem habeat cum Juda traditor domini noſtri Jeſu Chriſti, inſuper compoſiturus ſubjaceat eadem perſonam q. hac inquietare praſumpſerit in ſupraſcripto tuo S. cœnobio Caſſinenſi auri puriſſimi libras centum, & poſt ſoluta pena, & anathemate percepta, hac noſtra offerſio, & tradicio qualiter ſuperius legitur firma, & inconvulſa permaneat inperpetuum. Scripta per Juſſiones noſtras a Benedicto presbytero, & notario hujus ſupraſcripto caſtro in menſe, & indiccione ſupraſcripta. Signum manum Johannes filius Ugonis Comiti, qui ſupraſcribere rogavit. Ego qui ſupra Sikelgrima Comitiſſa q. ſcribere pracepi, & manus mea in hac carta crux feci. Ego Martinus Comes rogatus teſtis me ſubſcripſi. Signum manum Johanni Petri Gitcii. Ego Guittoni fili Grimaldi. Ego Johannes judex ſupraſcripto caſtro, qui interfuit. Ego Benedictus immeritis presbyter, & notarius ſupraſcripto caſtro complevi, & abſolvi.

Joannes Comes obtulit partẽ ſua de Cœnobio S. Eraſmi.

Vetuſtatem hujuſce cœnobii alibi pluribus monumentis demonſtrabimus. Ad Sæculum uſque XIV. & amplius Monachos Caſſinates ſub Abbate Regulari ibidem degiſſe, plura ſunt, quæ ſuadent. Cum primis luculenter id exprimunt Statuta urbis Cajetanæ typis edita, in quibus hæc lib. 2. cap. 181. leguntur: *Judices, Conſilium, & Univerſitas hominum civitatis Cajeta ibidem voce praconis, ut pradicitur, congregati de mandato domini Capitanei & parte una, & reverendi patres D. Fr. Johannes papa Abbas monaſterii S. Eraſmi de Caſteglione Cajeta, D. Fr. Petrus Squacquara Abbas monaſterii S. Trinitatis, & D. Fr. Laurentius Gattula Abbas monaſterii S. Angeli Palanzani Cajeta, nomine, & pro parte eorum monaſteriorum venerunt ad ſupraſcriptam conventionem, videlicet, quod dicti domini Abbates de montibus, & ſilveſtribus locis ſpectantibus ad eorum monaſteria deinceps dederunt eidem univerſitati, & conſilio dicta univerſitatis, &c.*

Quouſque Monachi illud incoluerint.

Gregorius XII. Anno 1406. diplomate ſuo *Datum Roma apud S. Petrum II. Kal. Februarii pontificatus noſtri anno primo* præcipit Abbati S. Eraſmi de Caſtellione, executioni demandet litteras ſibi ab Innocentio VII. directas, quibus illi jubebatur, Pontecurvenſes cenſuris quoque, invocatoque brachio ſæculari, ſi opus fuiſſet, ſub obedientia Abbatis & cœnobii Caſſinenſis reduceret. Ea Gregorii bulla ſic incipit: *Gregorius epiſcopus Servus ſervorum dei dilecto Filio . . . Abbati Monaſterii S. Eraſmi de Caſtilione Gajetanen. diœceſis ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. etc.* Paruit Abbas S. Eraſmi, atque anno 1407. die 28. Februarii Mandatum Ladislao regi, archiepiſcopis Capuano, Beneventano, Neapolitano, aliiſque, præcipue vero Pontecurvenſibus direxit, quo excommunicationis interminatione, aliiſque pœnis jubebat, ſub cœnobii Caſſinenſis ditione redirent. In eo mandato, monitorium vocant, ita ſe inſcribit hic Abbas. *Joannes permiſſione divina Abbas monaſterii S. Eraſmi de Caſtellone ordinis S. Benedicti Gaetana diœceſis.* Hæc omnia fuſius legere eſt in inſtrumento ſtipulato a Nicolao Bergall Miſſinenſ. diœceſis notario Apoſtolico, & imperiali. Memorata in Cajetanis ſtatutis duo cœnobia SS. Trinitatis, & S. Angeli vetuſtiſſima ſunt, deque iis alibi. Commendatariis deinde Abbatibus cœnobium hoc S. Eraſmi ceſſit, ut ex Ughellio conſtat, qui To. VI. Italiæ Sacræ Editionis Venetæ col. 585. nu. 25. refert, Johannem Gattulam Cajetanum ex Abbate fiduciario S. Eraſmi epiſcopum Venafranum evaſiſſe A. 1465. VII. Kal. Octobris. Anno demum 1490. cum Commendatarius Abbas eſſet Cardinalis Julianus tituli S. Petri ad vincula cœnobium hoc PP. Congregationis Olivetanæ datum, teſte Lancellotto cit. lib. p. 274., & ſeqq., ubi monumenta etiam quædam refert illi conceſſa a Conrado imperatore A. 1038., ab Innocentio II. anno 1143., a Federico II. A. 1220. &c. Inibi per plura ſæcula veneratæ fuerunt exuviæ S. Eraſmi epiſcopi, & martyris antequam Cajetam transferrentur, ut legere eſt in ejus vita a Gelaſio II. deſcripta apud Conſtantinum Cajetanum in commentariis ad vitam Gelaſii II. p. 157., & in notis ad vitam S. Eraſmi p. 169., apud Ughellium in deſcriptione epiſcoporum Cajetæ To. I. Ital.

Cajetanorũ Patroni munificẽtiſſimi.

Sac.

Digitized by Google

Sac. p. 527., & ſeqq. & T. X. ubi de epiſcopis Formianis col. 98., & ſeqq., alioſque plores. Agunt de hoc cœnobio Mabillonius To. III. Annal. p. 407. Lubin p. 154., & ſeqq. qoi tamen fallitur, cum

Emendatur Lubin. de Formiis, quæ nunc *Mola*, & *Caſtellone* Cajetæ appellantur, agens, ait Gregorium IV. a Formiis ad Cajetanam urbem epiſcopatum tranſtuliſſe. Quem tamen in errorem alii qooque Scriptores impegorunt. Conſtat enim longe antea epiſcopos apud Cajetam conſtitiſſe, nam Gregorius IV. inauguratus eſt pontifex anno 827., & Hadrianus I. A. 788. epiſtola 86. apud Ducheſne To. III. p. 803. ſic ad Carolom Galliæ regem ſcribit: *Simili modo, et Campulſus epiſcopus Gajetanus per ſuas ſeries ea ipſa nobis intimavit*. De hac epiſtola agit Pagius ad eum annum nu. 3. & in alia no. 90. apud eondem Ducheſiuum p. 808., de qua agit Pagius A. 787. nu. 15. ſic eundem Carolum alloquitur Hadrianus. *Campolus epiſcopus civitatis Cajetana per ſuas nobir ſignificavit ſyllabas etc.* Ubi com pontifex Campolom non Formianom, ſed Cajetanum epiſcopum appellet, qois ſtatuat a Gregorio IV. Formianam ſedem Cajetam translatam? Scire quippe debebat Hadrianus tum munere ſuo, tum ob arctam cum Campolo neceſſitudinem, obque Cajetæ vicinitatem, an Cajetanus potius, quam Formianus epiſcopus appellandus eſſet Campolos.

S. Petri de Foreſta Monaſterium. Monaſterium S. Petri de Foreſta antequam Caſſinatibos donatum fuiſſet Greci Monachi incoluere, ut pluribus archivi noſtri monumentis conſtat, atque expreſſe donatione huic cœnobio facta eccleſiæ S. Martini apud Arcem cum bonis ſuis omnibus anno XV. principatus apud Capuam Pandulfi IV., & X. Paldulphi V. ejus filii, ideſt A. Chriſti 1030. in qua legitur, Abbatem tunc ibi fuiſſe Clinum de genere Græcorum, atque in alia eidem cœnobio facta donatione hæc leguntur. *In nemine domini noſtri Jeſu Chriſti viceſimo ſecundo anno principatus domni Paldolphi, & nonodecimo anno principatus domni Paldolfi ejus filis glorioſi principibus menſe Madio 4. indiccione. Ideoque ego D. Johanne Cemet filius qm. bo. mo. D. Laudoni Comitis divina inſpiracione cempulſi ſumus pro mercedem, & ſalvacionem anima Chriſanta uxori mea, ut hic, & aput altiſſimum dominum de peccatis requiem, & miſericordiam invenire valeamus. Concedimus, offerimus in Monaſterio S. Petri apoſtoli, qui ſitus eſt in pertinencia de pradicta civitas in loco ab ipſa Fureſta, unde modo domno Clinu veneravilis Abbas de genere Grecorum exinde rector eſſe videtur, hoc eſt una pecia de terra mea &c.* Anno XXXI. Paldulphi V. Capuæ principis, & Landulphi VI. ejus filii, quorum ille cum parente, & patruo imperare cœpit A. 1020. atque hic cum parente A. 1047. Abbas Clinus huic inſtrumento cum duobus Monachis Græce ſubſcribit. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti triceſimo primo anno principatus domni Paldulfi, & quarto anno principatus domni Landolfi ejus filii glorioſi principibus menſe Februarius, quarta indiccione. Ideoque ege Clinus dei gratia Abbas de monaſterio vocabulo eccleſia S. Petri q. eſt ſitus infra finibus de civitas Pontecurbo in loco ad ipſa Foreſtam declaro quoniam donis dei omnipotentis jam dicta eccleſia, & monaſterio noſtro plures habet ſibi rebus, & ſubſtanciis pertinentes, inter quas eciam habet ſibi pertinentes rebus, & caſas, & mobili, & ſubſtancia infra finibus ſupraſcripta civitatis in loco Ribio Vetellata, qua Joanne Longu, qua fuit habitator de jam dicto loco Ribio Vetellata, & filiquoidam Petri Calbi in ſupraſcripto noſtro monaſterio offerſit ſicut noſtrum ordinem continet. Quem ipſa jamdicta pertinencia, ſicut Johanni Longi pertinuit per conveniencia ordinem ſuſcipere volet a me Johanne diacono do caſtello Terame, & filio qd. Adoni pro pars jam dicta eccleſia, & monaſterii ſecundum legem ad poſſeſſionem ſuam ſuiſque heredibus, & daret ille mihi exinde pro pars eadem eccleſia, & monaſterii pro remelioracionem eidem noſtra monaſterii libres tres, & bonum bobem unum, qua mihi, & ad cateros Fratres veſtros Monachos jamdicti monaſterii tali faciendi optime eſſe comparuit, & dum utrinſjue partibus congruerentur per confirmandam ſecundum legem convocavimus infra nos Stancio judice, & alios idonees homines de ſupraſcripto loco, & una nobiſcum habendo Aleprando, qui eſt Abbocatore noſtrum, & noſtri monaſterii exeque firmavimus infra nobis hac conveniencia. Idcirco ego qui ſupra Clinus Abbas dei gratia predicti monaſterii per hanc cartulam, & per ſupraſcripta conveniencia venundedi tibi ſupraſcripti Johanni diaconi, hoc eſt tota ipſa Caſ. conſtructa cum omni ſua conſtructura, alvibus, vaſa vini, & victualis maxima, & parvula, & tote terra, & vinea, & terra vaciva, qua ſupraſcripti noſtri monaſterii pertinet a parte ſupraſcripti Johanni, qua ſunt omnia, qua ſupraſcripti Johanni pertinuit, infra finibus de ſupraſcripta civitas in loco ſupraſcripto ribio Vetellata, excepto quod reſervavi per pars prefati monaſterii tres peciola de terra ipſa pars ſupraſcripti Johanni de ipſa terra de Arraun, & ipſa parte ſua de ipſa terra da ipſi Surgili, & ipſa terra de ipſu colle, qua eſt infra ipſu vicinatu prope eccleſia S. Martine, omnia vero alia pertinencia, qua ſupraſcripti Johanni pertinuit in ſupraſcripto loco venundedi tibi predic. Johanni diaconi una cum arbores, & cum omnia, ibique intro habentes ſubtus vel ſuper, & cum via ſua ibidem intrandi, & exiendi ego qui ſupra Clinus Abbas tibi, qui ſupra Johanni diaconi venundedi ſupraſcripta pertinencia ad poſſeſſionem tuam, & de tuis heredibus habendi, & poſſidendi, & faciendi exinde omnia quae tibi, & ad tuis heredibus placuerint, unde de integra pertinencia prafati Johanni, nec mihi qui ſupra Abbati, nec ad meis ſucceſſoribus, nec pars prafati noſtri monaſterii ex integra ſupraſcripta pereinencia prafati Johanni nullum nobis reſervavimus, nec alicui cuilibet hominibus, ſet ſole ipſe tres pecia, que ſupranominata ſunt de Arraun, & da ipſi Surgili, & d. ipſius colle, & per ſupraſcripta noſtra conveniencia vendicione manifeſtus ſum, ego qui ſupra Clinus Abbas, quia per pars ſupraſcripta eccleſia, & monaſterii noſtri receptum habeo a te, qui ſupra Johanne diacon. precium completum, ideſt libra tres, & unu bobem bonum in omni deciſione, vel deliberacione ea racione us amodo, & ſemper tu qui ſupra Johanne diacon. & tuos heredes firmiter habeatis, & poſſideatis integra ſupraſcripta noſtra vendicione abſque omni noſtra noſtriſque ſucceſſoribus contrarietate, & obligo ega qui ſupra Clinus Abbas me, & ſucceſſoribus meis, ſeu pars prafati monaſterii tibi, qui ſupra Johanni diaconi, vel ad suis heredibus integra noſtra vendicione defendere, & anteſtare ſemper ab omnes homines, ab omnique partibus. Si autem non potuerimus ipſos vobis defendere & anteſtare, ut diximus primis tibi, tuiſque heredibus nos, & ſucceſſores noſtros, vel pars*


Digitized by Google

ſupraſcripti noſtri monaſterii ad dei evangelia de colludio legibus jurare oblig., & componamus vobis ſupraſcripto precio duplum, & in duplum per appreciatum, quod ſupraſcripta veſtra vendicione apud vos in edificio, aut in labore, aut in quabis parte remelioratum paruerit, nam ſi ego, qui ſupra Clinus Abbas, aut meos ſucceſſores, & pars præfati monaſterii hanc noſtra vendiciono aliquando per qualecumque ingenium, aut humana aſtucias dirumpere, aut removere queſierimus, aut ſi non vobis ſemper defenſaverimus, & non compleverimus vobis omnia, qualiter ſuper legitur, tunc & ſupraſcripta dupla pena me, & meos ſucceſſores ſeu pars præfati monaſterii componere, & dare oblig. tibi qui ſupra Johanni diaconi, & ad tuis heredibus. Es hac carta convenencia vendicionis firma & ſtabilis permaneat ſemper, & taliter ege qui ſupra Clinus dei gratia Abbas ſicut mihi aptum, & congruum fui per ſupraſcripta convenencia, & qualiter porlegitur feci, & tibi Litte-frida notarius ſcribere regavimus in ſupraſcripta civit at Pontecurbo.

Ego Clinus Hegumenus.

Hilarius OEconomus.

Ego Lucas.



✠ *Ege qui ſupra Stancio judex.*
✠ *Ego Alferiu.*

Facile adducor, ut credam, Clinum hunc noſtrum eundam eſſe cum illo, cujus meminit Martyrologium Romanum die 30. Martii hiſce verbis: *Apud Aquinum S. Clinii Confeſſoris*, de quo agit etiam Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, & Bollandiani To. III. Martii ad eum diem, & Mabillonius To. III. Annal. p. 407. Ferrarius itaque ait, Clinum hunc Græcum fuiſſe, atque Monachum Caſſinatem (quod poſtremum haud facile affirmaverimus) factum, Abbatem S. Petri de Foreſta, cœnobii inter Pontem curvum, & Foreſtam, poſiti evaſiſſe, multaque, dum viverer, perpetraſſe miracula. Quæ omnia a monumentis eccleſiæ Aquinatis didiciſſe teſtatur. Eadem habent Bollandiani. Eccleſia S. Clini, vulgo S. Cimi, in territorio Roccæ Guillelmæ ſita, quæ modo integra cum turri campanaria ſupereſt, vetuſtiſſima eſt, longa ſexaginta, lata viginti, & octo palmos, atque ad ejus caput poſt majorem aram abſida viſitur, cum picturis quibuſdam temporis edacitate conſumptis, in qua hæc inſcriptio legitur: *S. Cblino*. Duæ aliæ ibidem extant abſidæ ad prioris latera: ſupra majorem aram lapidi ſculptum eſt ſtemma gentis Villamarinæ cum hiſce literis.

AB. BN. V^L L^A M. NEAP. RS^T AR. Hunc fuiſſe crediderimus Bernardum Villamarinum, qui Abbas, ut vocant, ſæcularis hujus eccleſiæ fuit anno 1506., & ſequentibus. Corpus S. Clini in ſacello matricis, ac collegiatæ eccleſiæ S. Mariæ, & S. Philippo Nerio ſacræ in oppido Roccæ Guillelmæ humatum eſt, ejuſque feſtum ut pote patroni, ibidem die 30. Martii celebratur. In eo ſacello hæc leguntur carmina, in quibus ſanctus ipſe Clinus loquens inducitur.

Segnis cura hominum! qui cum Jove nectare vivo,
Ædibus ambeſis, tempore CLINUS eram;
Sed qui ſtelliferi novit penetralia Cœli,
Hoc duce, vult populo, nunc ſua templa colam.
Hoc Populo, altiſona, cui ſemper in arce Tonantis
Indiges, & Præſtes, & Poli-curis ero.

Abbates quidam S. Clini ſucceſſores Græci quoque fuere, ut de Arſenio conſtat ex donatione huic cœnobio facta anno 1063. ſexto principatus Richardi, & Jordani; de Saba ex donatione facta anno 1066. nono eorundem principum; de Jona ex donatione anno 1071. quintodecimo eorundem principum, menſe Novembri, decimæ indictionis, a Nicolao filio qm. Jannacci de genere Græcorum, & ex alia A. 1072. menſe Julio iiſdem principibus, & indictione. Poſt ſingula hæc inſtrumenta donationis cujuſque compendium Græca lingua exaratum legitur. Bonorum hujus eccleſiæ fructus ab Abbate Caſſinenſi Monachis Caſſinatibus attributi ſunt: *pro pellibus ſtrictis*. Illud ſtatutum ratum habuit Honorius III. hac bulla.

In eo Abbates, & Monachi Græci.

Bonorum ejus proventus Caſſinatibus attributi.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis . . Decano, & conventui Caſſinenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum olim . . . Abbati Caſſinenſi noſtris dederimus litteris in mandatis, ut proventus eccleſia S. Petri de Foreſta L. de monte nigro Caſſinenſi Monacho litterarum ſtudio inſiſtenti conferret, quia idem Abbas nulla excuſatione pretenta mandatum apoſtolicum neglexerat adimplere, nos venerabili fratri noſtro . . . . epiſcopo Sueſſan., & dilecto filio . . . electe Aquinaten. direximus ſcripta noſtra, ut prædictos proventus ipſius eccleſiæ eidem Monacho gratia ſtudii auctoritate noſtra conferrent. Sed licet dictus Abbas vobis antequam emanaſſet mandatum hujuſmodi pro pellibus ſtrictis, ſicut poſtmodum nobis conſtitit eandem eccleſiam contuliſſet, prædictus tamen electus, cui prout aſſerit idem epiſcopus commiſerat vices ſuas, dictos proventus ipſius eccleſiæ fratribus dicti Monachi ejus nomine aſſignavit. Unde cum ſuper hoc queſtione delata nobis ſuper hiis facta fuerit plena fides, nos proceſſum ſupradicti electi penitus irritantes, eandem eccleſiam cum pertinentiis ſuis ſicut juſte, canonice, ac pacifice poſſidetis, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tibure, nonas Maii, pontificatus noſtri anno nono.

Circum hoc cœnobium ſenſim vicus, imo oppidum potius coaluit, quod Abbatis Caſſinenſis ditioni temporali, ac ſpirituali ſuberat, ut ex pluribus monumentis in archivo noſtro aſſervatis liquet, potiſſimum ex inquiſitione A. 1273. a Beroardo Abbate ibidem inſtituta, quæ in ejus regeſto II. p. 54., & ſeqq. exarata eſt, atque incipit: *Inquiſitio facta in caſali S. Petri de Fureſta ſuper* juri-

Oppidum ejuſdem nominis Abbati noſtro ſubjectum.

juribus, reddiribus, & ſervitiis debitis ab ipſa univerſitate, & hominibus ejuſdem Univerſitatis monaſterio Caſſinenſi, & officiis, ac membris ejus. In primis inbentum eſt quod univerſi habitatores caſalis prædicti de poſſeſſionibus ſuis, & omnes illi qui in territorio ipſius terras habent, de grano, ordeo, milee, granofarro, fabis, & reliquis ſeminibus, videlicet de undecim partibus duas nomine terratici ex integro ſacriſtæ Caſſinenſi ſolvere, ac reddere tenentur, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunnes. Item univerſi habitatores caſalis prædicti & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem de vino vinearum, & vino vitum, ſive vites arboribus ſubſtententur, ſive paſſillis, aut ſine alterius ſubſtentamento ſubſiſtant, ex integro tertiam partem tantum ſacriſtæ Caſſinenſi perſolvere, ac reddere tenentur, & ipſam tertiam partem ad eorum expenſas deferre tenentur ad monaſterium S. Petri de Foreſta, & ponere in vegetibus ejuſdem monaſterii, & tunc eis pro qualibet cannata muſti, quam reddunt dari debet panicellus unus, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores caſalis prædicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem, de olivis integram ſeptimam partem ſacriſtæ Caſſinenſi reddere, ac ſolvere tenentur, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores Caſalis prædicti, & omnes habentes terras in ejuſdem territorio, qui ex ſpeciali privilegio reperiuntur liberi, & immunes, ut ſpirituales filii, & ſubiecti, de univerſis ſeminibus, & vino, & oleo integram decimam partem monaſterio Caſſinenſi, ut matrici eccleſiæ reddere, ac ſolvere tenentur. Et poſt alia: Item univerſi habitatores caſalis prædicti de quolibet tenimento quod poſſident in territorio ejuſdem tenentur præſtare annuatim ſacriſtæ Caſſinenſi operas quatraginta octo in demanio curiæ dicti caſalis, niſi forte a præſtatione talium ex ſpeciali privilegio aliqui reperiantur liberi, & immunes vid. quilibet prædictorum poſſeſſorum qui tenentur ad præſtationem prædictarum operarum ſi habet par boum tenetur præſtare operas debitas pro modo poſſeſſionum, quas tenet de ipſo tenimento cum ipſis bubus ad expenſas curiæ. Si vero careat bubus, tenetur præſtare ipſas operas manualiter, videlicet ad cappandum, aut metendum, ſive ad triturandum, vel ad aliquod aliud ſervitium perſonale ad requiſitionem ejuſdem curiæ & ſimiliter ad ejus expenſas. Itaquod præſtationes ipſarum quatraginta octo operarum dividantur, & exigantur, & præſtentur diviſim, videlicet de qualibet ebdomada præſtetur una. Ita tamen ſi ille, qui tenetur ad præſtationem ipſius operæ in Ebdomada in qua ipſam operam præſtare debet per curiam requiratur, ſi vero ſit mulier, quæ tenetur ad præſtationem prædictarum operarum tenetur ire ad purgandum ſegetes dictæ curiæ, vel ad alia ſervitia, quæ conveniunt mulieribus. Item univerſi habitatores caſalis prædicti de quolibet tenimento, quod poſſident in territorio ejuſdem, tenetur præſtare annuatim ſacriſtæ Caſſinenſi infraſcriptas ſalutes, niſi forte a præſtatione talium ex ſpeciali privilegio aliqui reperiantur liberi, & immunes, vid. unam ſpallam porci in Nativitate Domini, qui habet porcum, qui vero caret porco, loco ipſius tenetur præſtare gallinam unam, ſi vero careat gallina, tenetur præſtare unum par de pitiis. Item univerſi habitatores caſalis prædicti, qui non poſſident de prædictis tenimentis, ſeu pheudis, ſed tantum ſedilia, in quibus habent domos, orticellos a ſupradicto ſacriſta, tenentur præſtare, & reddere eidem, videlicet qui habet porcum, in Nativitate Domini lumbum ipſius porci. Si vero careat porco, tenetur præſtare tantum unum bucellatum, & in reſurrectione ejuſdem ova ſex. Mulieres vero viduæ poſſidentes prædicta ſedilia, præter prædictos redditus tenentur ad requiſitionem dicti ſacriſtæ purgare frumentum ſupradicti monaſterii S. Petri. Item territorium ſupradicti caſalis fuit, & eſt totum diviſum in decem, & octo partes, & qualibet ipſarum partium appellatur phendum, ſeu tenimentum, quæ tenimenta poſſidentur, & tenentur ab hominibus ipſius caſalis, ex locatione, & conceſſione monaſterii Caſſinenſis, de quibus tenimentis, ſeu phœudis debentur annuatim ſacriſtæ Caſſinenſi ſervitia, & redditus ſupradicti. De aliis hujuſce inquiſitionis capitibus, quæ ad temporalem juriſdictionem pertinent, in noſtra Diſſertatione agendum. *Item monaſterium S. Petri de Foreſta cum omnibus juribus, territoriis, & pertinentiis ſuis in temporalibus, & ſpiritualibus, & cum eccleſiis infraſcriptis ſpectas ad officium ſacriſtiæ Caſſinenſis, ratione unionis factæ per ſanctam Romanam eccleſiam, & domnum Clementem Papam. In primis videlicet eccleſia S. Mariæ de Valle Piſcibeti in qua habet ſacriſta Caſſinenſis in Nativitate Domini, & reſurrectione ejuſdem medietatem omnium oblationum, & medietatem decimæ de hiis, quæ recipit rector dictæ eccleſiæ, & quando aliquis ſepelitur ibidem debet habere brachia novem de candelis, & de ſuper foſſa partem duplicatam. Et tempore quando fiunt vigiliæ pro mortuis, de pitiis, & aliis, quæ portantur, partem duplicatam. Item eccleſiam S. Thomæ de Valle, in qua habet ſacriſta Caſſin. per omnia ſicut in ſupradicta eccleſia S. Maria. Item eccleſia S. Tambari, in qua habet ſupradictus ſacriſta, ſicut in ſupradicta eccleſia S. Maria. Item eccleſia S. Salvatoris, quæ debet facere prandium anno quolibet ſacriſtæ Caſſinenſi, & ſociis, & famulis ejus. Item eccleſia S. Heraſmi de Jure, quæ debet facere per omnia ſicut eccleſia S. Salvatoris. Item eccleſia S. Martini, quæ debet facere per omnia ſicut eccleſia S. Salvatoris. Item eccleſia S. Stephani. Item eccleſia S. Angeli. Item eccleſia S. Johannis de Pantanis. Item beneficium lucanale delli Laurelli. Item eccleſia S. Benedicti de Vannarola, quæ eſt in territorio S. Johannis de Incarro prope eccleſiam S. Martini de Melfia, in qua debet habere prædictus ſacriſta tarenos octo de almalfi, & duas libras de cera.*

Eccleſiæ ſubjectæ monaſterio S. Petri.

Eccleſiæ ſubjectæ Cœnobio Caſſinati.

Monachi Caſſinates in hoc cœnobio ad ſæculum uſque XV. perſeverarunt, nam Henricus Thomacellus Abbas anno 1397. die 16. Februarii præpoſitum hujus cœnobii elegit F. Chriſtophorum de Plumbariola Monachum Caſſinenſem, ut ex literis in ejus regeſto I. p. 26. a t. quæ ita ſe habent. *Fr. Henricus, &c. Dilecto in Chriſto Filio noſtro Fr. Chriſtophoro de Plumbarolla Monacho Caſſinenſi, nec non Propoſito noſtræ propoſituræ eccleſiæ S. Petri de Foreſta &c. nobis, noſtroque ſacro monaſterio Caſſinenſi immediate, plenoque jure ſpectantis, & pertinentis ſalutem in Domino &c. Cum itaque propoſitura dicta noſtra eccleſiæ S. Petri ſolita per Caſſinenſes Monachos gubernari per nos, & prædeceſſores noſtros conferri, ac in Monaſticum beneficium aſſignari, vacet ad præſens in noſtris, & menſæ noſtræ manibus,*

Quouſq; ibi Monachi?

Digitized by Google

nibus, cujus collatio, & proviſio ad nos anthoritate noſtra ordinaria ſpectare, & pertinere dignoſcitur pleno jure &c. dictam præpoſituralem eccleſiam S. Petri ſic vacantem cum plenitudine juris canonici, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus, uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum, & mandatum tibi conferimus &c. beneficia, & cappellas a dicta eccleſia dependentes vacantia, vel vacatura conferendi, quarum collationes, & proviſiones nobis, & noſtris ſucceſſoribus reſervamus, interdicentes tibi penitus tenore preſentium poteſtatem &c. nec non Monachis, converſis, & oblatis, & aliis ſubditis dictæ eccleſiæ ſtrictius injungentes, quatenus tibi, tamquam vero dictæ eccleſiæ Propoſito, tamquam nobis, in licitis, & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obedire. &c. Anno 1401. die 20. Februarii Henricus Abbas, exautorato Chriſtophoro, Præpoſitum ejuſdem cœnobii conſtituit Fr. Jacobum Brancaccium a Neapoli Monachum Caſſinenſem, ut ex literis in ejus regeſto I. p. 254., in quibus hæc etiam verba leguntur: *Nec non Monachis converſis, & oblatis, ac aliis ſubditis dictæ eccleſiæ ſtrictius injungentes, quatenus tibi, tamquam vero præfatæ eccleſiæ Præpoſito, & rectori in licitis, & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obedire, &c.* Sicque deinceps ad Sæculum uſque XVI. Caſſinenſis Abbas Præpoſitum hujuſce eccleſiæ elegit. Anno 1441. die 20. Januarii Viſitatores hujuſce cœnobii deputati fuere a Priore, & Monachis Caſſinatibus Fr. Marinus a Pruſſia, & Fr. Johannes Baptiſta ab Arimino, ut ex literis, quas ſupra dedimus. Toto XVI. ſæculo, & amplius præpoſitus hujus eccleſiæ quotannis Caſſinatibus cenſum perſolvebat, cumque D. Marcus Antonius Villamarinus detrectaſſet, Caſſinates ad Romanos Magiſtratus provocarunt, quorum ſententiam ut vitaret Marcus Antonius pro fructibus debitis, tranſactionem iniit, pro futuris ſpopondit ſe quotannis quindecim ducatos ſoluturum, ut ex Inſtrumento Neapoli ſtipulato die 14. Octobris A. 1543. a notario Johanne Baptiſta de Valle Neapolitano.


Monaſterium Sancti Petri Imperialis.

Datum Caſſinatibus a Duce Roberto Guiſcardo monaſterium S. Petri Imperialis apud Tarentum refert Petrus Diaconus cap. 44. hiſce verbis: *Dux quoque Robbertus capta Tarento nobiliſſima civitate Apuliæ, optulit beato Benedicto monaſterium ejuſdem civitatis, quod vocatur S. Petrus Imperialis, cum omnibus pertinentiis ſuis, nec non quattuor, & centum familias hominum eidem loco pertinentes. Inſuper etiam totam decimam ſuam frumenti, & ordei, & vini, & olei, & omnium piſcium piſcariarum ſuarum, pœna appoſita quingentarum librarum auri quicumque id removere quæſiſſet.* Meminit etiam hujuſce cœnobii Petrus Diaconus cap. 54. & cap. 10. lib. IV. ubi aſſerit confirmatam hanc Roberti donationem a Boamundo ejus filio Tarenti Domino. Haſce donationes, aliaque ad idem cœnobium pentinentia monumenta in Diſſert. I. dabimus. Meminit hujuſce monaſterii Ughellius in deſcriptione epiſcoporum Tarenti Tom. IX. Ital. Sac. col. 136. nu. 30.

Donationes huic Cœnobio factæ.

Anno 1104. Murihel plures homines, ac bona cœnobio huic obtulit, quæ in hoc diplomate recenſentur.

† *Signum manus ſubſcripta Muribel. † Signum manus ſubſcripti Petronis. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti regis, ac ſalvatoris eterni. Anno ſalutiferæ ejus incarnationis milleſimo centeſimo quarto, menſe Februarii, duodecima indiccione. Ideoque nos Muribel mulier bona memoria domini Gunduini, & Petroni filius meus, qui ſupra fecimus ſignum vivificæ Crucis noſtris manibus inſpirati a Deo pre redemcione anima domini noſtri ſupradicti Gunduini, & pro ſtatu filii mei, & pro ſalute anima noſtra, noſtrorumque parentum, bona noſtra voluntate, nulla nos virtute cogente, ſed promto, atque ilari animo iſte Milius clericus cum ſuo fratre Vaſilio, nomine ſuorumque nepotum videlicet filiorum fratris ſui majoris cum omni ſuarumque ſubſtancia ſtabilia, atque mobilia ſicut ſupradiximus pro ſalute anima noſtra, noſtrorumque omnium obtulimus deo, & S. Petri Imperialis, & tibi venerabili domino Johanni Monachi ejuſdem eccleſiæ Prapoſiti; eademque racione quatinus omni tempore ſerviant deo, & S. Petri prædicti Monaſterii, ſuorumque rectorum omnium, & a noſtra condicione, & poteſtate ab omni humano ſervicio liberi, & abſoluti permaneat omni tempore, & nullum premium ab eis aliquando mundanum queſituri auſi erimus, ſed tantummodo fidelem oracionem. Ob quam rem ſi alio aliquo futuro tempore hanc noſtram offercionem pravaricare, aut infringere præſumſerit, ſive nos, ſive ſummiſſam a nobis perſonam, ſive noſtrorum ſucceſſorum ab eis aliquod humanum ſervicium requirendi erimus. Ille præſumtor iniquitatis q. hoc perpetrare volueris, ſit maledictus a deo Patre, & filio, & Spiritui Sancto, & ſub anathema maranathe omni tempore fiat, & a liminibus ſanctæ matris eccleſiæ ſequeſtratus maneat, & partem cum Juda traditore ſempiternum incendium habeat, & pœna ſolidorum ducentorum ſupradicto monaſterio componat. Et q. hac noſtra oblacio adjuvaberit, & firmiter tenuerit liberet eum dominus a peccatis ſuis. Quam ſcribere rogavimus te Michaelem præsbyterum atque ſacri epiſcopii Tarenti Notarium. † Paganus miles hoc quod ſupereſt firmo.*



† Confirmat ſcriptum judex Nannonius iſtud. † Rainus Senes calcuſhoc quod ſupereſt firmo. † Goffredus miles teſti ſum. Cumque bona quædam ejus cœnobii Ciſtercienſes S. Mariæ de Galeſo uſurpaſſent, Gregorius nonus archiepiſcopis Barenſi, & Tranenſi hoc brevi juſſit, curarent reſtitui Caſſinatibus. *Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum dei venerabilibus Fratribus . . . Baren., & . . . Tranen. archiepiſcopis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum . . . . . Abbatis, & conventus Monaſterii Caſſinenſis recepimus continentem, quod . . . Abbas, & conventus monaſterii S. Mariæ de Galeſo Ciſtercien. Ordinis, Tarentinen. dioceſis quoddam caſale poſſeſſiones, & res alias eccleſiæ S. Petri Imperialis ad eorum monaſterium pleno jure ſpectantis, contra juſtitiam detinent, & reſtituere contradicunt. Ideoque Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus . . . . audiatis cauſam,*

Digitized by Google

ſam, & appellatione remota ſine debito terminetis . . . . quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes * *erant, qui fuerint nominati ſe ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere. Datum Laterani XVI. Kal. Junii. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.* Adeſt ſigillum plumbeum. A. 1241.

* etiam.

Caſſinatibus hac ſententia vindicatum eſt jus eccleſiæ S. Petri Imperialis contra canonicum Blancum contendentem, eam ſibi ab imperatore Federico donatam. *In nomine domini dei eterni, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo menſe Auguſti quartadecima indictionis. Imperante domino noſtro Federico dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper auguſto Jeruſalem, & Sicilia rege imperii ejus anno viceſimo primo, regni Jeruſalem ſeptimo decimo, regni vero Sicilia quadrageſimo quarto feliciter Amen. Præſentis ſcripti ſerie declaramus nos Roffridus de S.Germano, & Petrus de S.Germano magna imperialis Curia judices, & magiſter Johannes de Palmerio domini imperatoris notarius, qui cum inter dominum Stephanum venerabilem Caſſinenſem Abbatem ex una parte & magiſtrum Blancum Canonicum Tarenti cognatum nobilis viri domini Nicolai de Trayna ex altera foret contentio ſuper eccleſia S. Petri Imperialis de Tarento, quam idem Blancus habere ex dono imperialis munificentia contendebat, & dictus Abbas ex adverſo nullum jus ſibi in eadem eccleſia competere, vel competiiſſe contenderet, ſicut erat per Magiſtri Guillelmi de Tocco imperialis aula notarii ſententiam declaratum, tandem in manus noſtras tam dictus Abbas, quam Blancus quaſtionem eandem dederunt decidendam, & terminandam inter eos, ut nobis melius videtur, & ut decretum noſtrum firmitate perpetua niteretur, pars utraque promiſit habere ratum, & firmum ſub pœna quinquaginta unciarum auri quicquid fores, aut qualiter cum ſolempnitate juris, aut ſine per nos in dicta quaſtione proviſum, ita quod ſoluta pœna per partem alteram, qua vellet a noſtro arbitrio reſilire quod a nobis decretum foret, non minus perpetuo ratum haberetur, & firmum. Quo compromiſſo facto ſollempniter, & firmato per pœnam, data nobis etiam poteſtate per partes inter eos amicabiliter decernendi, ſic inter eos providimus, & pronunciavimus faciendum, quod Blancus pradictus reſignet, & reddat in manus ejuſdem domini Abbatis quicquid de facto poſidet, vel de jure, & juri, ſi quod ei poſſet competere in eadem eccleſia denunciaret in totum, privilegia, inſtrumenta, & quacumque alia jura ſuper ipſa eccleſia, vel bonis ejuſdem haberet ſine mora qualibet reſignaret & ſpecialiter, meliorationes omnes, & augmenta omnia, qua per ipſum dicuntur ipſi eccleſia aquiſita, quo arbitrio promulgato ſtatim Blancus pradictus & dictam reſignavit eccleſiam memorata Abbati, & juri ſibi competenti renunciavit in totum, & promiſit ſub pradicta pœna reddere quicquid ipſe, vel alius ejus nomine ad dictam eccleſiam quocumque jure pertinens detineret. Ad cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum inde per manus Petri de Caſerta magna imperialis curia in Juſticiariatu notarii fieri fecimus ſubſcriptionibus noſtris, & ſigno ejuſdem notarii roboratum. Actum in caſtris ante Tibur. anno, menſe, & indictione praſcriptis. Locus † ſigni notarii. † Ego Roffridus de S.Germano magna imperialis curia judex. † Ego qui ſupra Petrus de S. Germano magna imperialis curia judex. Ego Johannes de Palmerio domini Imperatoris notarius.*

Cum plura hujuſce eccleſiæ haud ſpernenda bona, piſcinæ, ſalinæ, & eccleſiæ occupatæ fuiſſent, Fr. Raymundus a S. Germano Monachus Caſſinenſis capellanus, & familiaris Roberti regis, atque Præpoſitus ejuſdem eccleſiæ a rege obtinuit, ut plures pro iis recuperandis daret epiſtolas ad magiſtratus ſuos, & fratrem Philippum Tarenti principem, quæ ita ſe habent. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejuſdem milleſimo treceteſimo viceſimo tertio. Regnante ſereniſſimo domino noſtro Roberto dei gratia Jeruſalem & Sicilia rege, Ducatus Apulia, & Principatus Capua, Provincia, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comite, regnorum ejus anno octavo decimo, dominante quoque in principatu Tarenti excellentiſſimo domino domino Philippo illuſtris clara memoria Jeruſalem, & Sicilia regis filio principe Tarenti, principatus ejus anno triceſimo quarto, menſe martii die viceſimo ſecundo ejuſdem, decima indiccionis. Tarenti, &c. Henricus de Loffrido de Neapoli Miles juſticiarius, & vicarius principatus Tarenti, ac conſiliarius, & familiaris, illuſtris domini principis Tarentini, nobilibus viris domino Symoni de Bello loco militi, & Roffrido domini Roberti capitaneo civitatis Tarenti, vel eorum alteri, dilectis amicis ſuis ſalutem, & dilectionem ſinceram. Scire vos volumus, quod a Sacra regia Majeſtate, & excellentia principali binas recepimus litteras per omnia continentia infraſcripta. Robertus dei gratia Jeruſalem, & Sicilia rex. Henrico Loffredi de Neapoli militi Juſticiario principatus Tarenti familiari, & devoto ſuo gratiam, & bonam voluntatem. Ad religioſum virum Fratrem Raymundum de S.Germano Monachum Caſſinenſem cappellanum, & familiarem noſtrum, qui a diu nobis ſervivit fideliter, & laudabiliter, & ſervire non ceſſat, affectum habentes benivolentia ſpecialis, tibi de certa noſtra ſcientia mandamus expreſſe, quatinus in adepcione poſſeſſionis, nec minus in percepcione fructuum, & reddit
uum certorum bonorum dudum ſibi conceſſorum in civitate Tarenti, ac in ejus pertinenciis ob noſtra reverenciam Majeſtatis eidem Fratri Raymundo, ut prefertur familiari noſtro dilecto expedientibus auxiliis, ac oportunis favoribus ſic aſſiſtas, quod ipſe, vel ejus procurator in pramiſſorum bonorum poſſeſſione adepta, vel adipiſcenda fortaſſis deinde in antea perturbetur nullatenus, nec in aliquo per quoſpiam contra juris ordinem moleſtentur; quinimmo ſic in pramiſſis te geras, quod poſſis de obediencia promptitudine commendari. Datum Neapoli ſub anulo noſtro ſecreto die penultimo Februarii decima indiccionis. Tenor principalium Litterarum. Philippus clara memoria illuſtris Jeruſalem, & Sicilia regis filius, princeps Tarenti. Juſticiario, & Vicario preſenti, & futuro principatus Tarenti devotis ſuis ſalutem, & dileccionem ſinceram. Per illuſtris Jeruſalem, & Sicilia regis cariſſimi Fratris noſtri didicimus litteras nobis directas propterea ſub annlo ſuo ſecreto, quod ad ipſius regis Fratris noſtri requiſicionem, & inſtanciam Vicarii, & conventus Monaſterii Caſſinenſis religioſo viro Fratri Raymundo de S. Germano dilecto cappellano regie, atque noſtro, certerum*

Ejus Bona recuperata.

Raymundus Regis Roberti Capellanus.

torum bonorum, proventus, & redditus in civitate noſtra Tarenti, ſeu in ejus pertinenciis pleno jure ſpectantes ad monaſterium præfatum juſte, & canonice contulerunt. Quare cum Fraternos, familiares ac noſtros, nedum juſtis, ſed gracioſis favoribus dignos merito reputemus, vobis, & veſtrum alteri de certa noſtra ſciencia committimus, & mandamus expreſſe, ut eidem Fratri Raymundo, vel ejus procuratori, in adipiſcendo poſſeſſionem prædictorum bonorum, nec minus in recipiendo dictos proventus, ac redditus, aſſiſtatis expedientibus auxiliis, conſiliis, & favoribus oportunis, ex noſtra parte requiremes, & ſub certa pœna mandantes omnibus, & ſingulis cenſualibus, colonis, & debitoribus quibuſcumque, ut pro dictorum bonorum fructibus perceptis, & percipiendis ſatisfaciant, & reſpondeant dicto Fratri Raymundo, vel ejus procuratori deinde in antea, prout eorum prædeceſſores ab antiquo ſatisfacere, & reſpondere ſunt ſoliti, aliis Monachis miſſis propterea per Abbates, & conventum Monaſterii prædiſtincti. Si quid autem de dictis bonis alienatum inveneritis illicite, vel diſtractum, ſtudeatis ad proprietatem, & jus præfati monaſterii ut juſtum fuerit revocare. In præmiſſis autem taliter vos geratis, quod in hiis nullam negligenciam committentes poſſitis de obediencia promptitudine comendari, & ſicut noſtram gratiam caram habetis, ſic vos reddatis gracioſos, & benivolos erga præfatum fratrem Raymundum ut præfertur Familiarem fraternum & noſtrum, quod cont. juſticiam per quempiam non lędatur. Dat. Neapoli die viceſimo Aprilis nona inditionis. Volentes igitur circa exequutionem prædictarum regalium, ac principalium litterarum procedere tam debite, quam devote licet præfatas regales, & principales litteras in eo, quod opus fuit hucuſque exequi fuerimus, juſtitia mediante. Quia tamen littera ipſa ſecundum diverſitatem ipſorum reiteracionem recipiunt, circa quod ſemper, & formaliter vacare non poſſumus aliis ipſius curia ſervitiis præpediti, executionem earum vobis, & veſtrum cuilibet duximus tam pro parte ſacra regia Majeſtatis, quam principalis excellentia fiducialiter committendam, vobis ex Regia, & principali parte, qua fungimur in hoc caſu expreſſe mandantes, quatenus ſtatim receptis præſentibus forma, verbis, & mente, dictarum regalium, & principalium litterarum per vos diligenter attentis, & per omnia tenaciter obſervatis, ipſas & earum quamlibet in oportunis caſibus ad requiſicionem dicti Fratris Raymundi, vel ejus procuratoris exequamini juxta continenciam earundem vobis in hac parte vices noſtras in omnibus effectualiter committentes, ſic equidem ut de promptitudinis, & devotionis veſtra experta ſollicitudine poſſimus coram ſacra regia Majeſtate, & principali Excellencia non immerito reddere gratas laudeſ. facientes in actu quolibet neceſſario faciendo per vos in execucione dictarum Regalium, & Principalium litterarum fieri publicum inſtrumentum, quod debita ſollempnitate munitum prædicto Fratri Raymundo, vel ejus procuratori tradatis inſtanter per eos ad ipſorum cautelam cum fuerit expediens producendum. Datum Tarenti die viceſimo primo menſis Martii decima Indiccionis &c. Fauſtus haſce epiſtolas eventus ſubſecutus eſt. Nam Frater Raymundus juri ſuo vindicavit bona, piſcinas, ſalinas, & eccleſias S. Blaſii de Avellana, S. Angeli de Blaſco, S. Nicolai de Caſaraczolo, S. Mariæ de Mactrari, & S. Pelagiæ cum eorum bonis omnibus, ut fuſius conſtat inſtrumento ſtipulato A. 1327. XVIII. regni Roberti regis, & triceſimo tertio principatus Tarentini Philippi filii Caroli II. die 7. Octobris a notario Nicolao de centum modiis, cui interfuit Bartholomæus de Magiſtro Raone princeps judex civitatis Tarenti, illique ut teſtes ſubſcripſere Goffridus D. Roberti Capitaneus ejus Urbis, Nicolaus Bonamicius, Nicolaus domini Roberti, Goffridus de Leonardo, Notarius Gentilis magiſtri Bonianni, Notatius Gualterius de Natali, Notarius Andreas Marelati &c. Anno circiter 1357. Angelus epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis adminiſtratorem hujus eccleſiæ conſtituit Fr. Johannem Decanum Caſſinenſem ut ex hiſce litteris in ejus regeſto p. 22. a t. conſtat *Angelus &c. Religioſo viro Fratri Johanni de Alto S. Maria Decano Caſſinenſi Adminiſtratori, & Gubernatori eccleſia noſtra S. Petri Imperialis de Tarento ſalutem in domino. Religionis zelus, honeſtas morum, & alia virtutum merita, quibus te novimus inſignitum, merito nos ducunt, ut tibi onera committamus, & gratiam faciamus. Ea propter ut expenſarum onera, qua tibi incumbunt ex officio Decanatus, cujus fructus ſcias plus ſolito tenues, & exiles poſſis melius ſubportare, tenore preſentium te conſtituimus adminiſtratorem, & gubernatorem dicta eccleſia in ſpiritualibus, & temporalibus, cum omnibus Juribus, fructibus & pertinentiis ſuis & ſolita, & debita penſione uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum. Inveſtientes de adminiſtratione &c.* Anno 1369. Præpoſitus hujus cœnobii erat Johannes a Valleregia Monachus Caſſinenſis, qui eo anno die 21. Decembris exſcribi curavit inventarium bonorum omnium ejus præpoſituræ a notario Leonardo Notatii Andreæ a Sarraciniſco. Anno 1375. Præpoſitus ejus cœnobii erat Fr. Stephanus ab Atina, ut ex regeſto primo Petri Abbatis p. 38. Anno 1399. Præpoſitus creatus eſt F. Johannes a S. Johanne in Calido monachus Caſſinenſis, ut ex inſtrumento quo Abbas Henricus Thomacellus, atque memoratus Johannes ad bonorum omnium ejus cœnobii poſſeſſionem ineundam Procuratores conſtituunt Fr. Tartarum Thomacellum, & Fr. Nicolaum Todiſcum Monachos Caſſinenſes ſtipulato a Notario Robucio de Alexandro de Padulo a Benevento, quod in regeſto I. Henrici Abbatis p. 99. a t. legitur. Cur autem Caſſinates Præpoſituram hanc dereliquerint, legere eſt in inſtrumento quo Antonius Carrafa Caſini Abbas procuratorem, ex ejus regeſto p. 20. a t. ad bonorum ejus ineundam poſſeſſionem elegit Canonicum Tarentinum D. Cęſarium de Algiritio. Nam hæc inibi habentur: *Antonius Carrafa a Neapoli dei, & apoſtolica ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis Romana eccleſia immediate ſubiecti dilecto, & cariſſimo nobis Abbati Ceſario de Algiritio de Tarento Canonico Majoris eccleſia Tarentina ſempiternam ſalutem, &c. Cumque igitur monaſterium Caſſinenſe habeat, teneat, & poſſideat in civitate ipſa Tarentina præpoſituram S. Petri Imperialis, ſolitam, & conſuetam per Caſſinenſes Monachos gubernari, & nunc uſque propter guerrarum turbines, & proximas præteritas tempeſtates per ſeculares poſſexam indebite, & non valeamus in preſenti ad ipſius præpoſitura gubernium aliquem ex noſtris monacis miniſtra-*

Quouſque monachi ibidem manſerint.

Cur inde monachi abierint.

Digitized by Google

niſtralibus habiliter, ſicut convenit deſtinare aliis magis arduis negotiis monaſterii occupati, ne in totum pereat locus ille, & fructus ejus, ſicut eſt ſolitum percipiatur indebite, providimus tibi, de quo teſtimonium accipimus digna laudis gubernationem prepoſitura jamdicta, & honoram ejus committere, & ipſius prepoſitura fructuum perceptionem, atque redditunm, & proventuum ex eadem operantes in domino, quod ea, que tibi preſentialiter committimus, & in futurum duximus committenda fiducialiter, & cum diligentia exequentes; te propterea, de quo plene confidimus, & teſtimonium accepimus digna laudis procuratorem noſtrum, & gubernatorem generalem, actorem, ad manutenendum, gubernandum &c. jam dictam prapoſituram S. Petri, ejuſque membra, grangias, atque bona omnia mobilia, & ſtabilia ubicumq; & in quibuſcumque conſiſtant, & ad ipſam prapoſituram ſpectantia &c. & Datum ex Germano tertia die Julii, decima indictione 1447. Pontificatus SS domini noſtri Nicolai Papa quinti anno primo: Antonius Carrafa Abbas ſubſcripſi manu propria. A. Carbonus.

Fratribus ordinis Prædicatorum hæc Eccleſia data.

Quo anno hæc S. Petri Imperialis eccleſia Fratribus ex ordine Prædicatorum ceſſerit Caſſinatium munificentia, nobis incompertum. Illud certe conſtat anno 1514. die 10. Octobris ſtipulatum a notario Antonello Latercini Tarentino inſtrumentum, quo Dominicanos a longo jam tempore hujus eccleſiæ poſſeſſores ſeſe ad ſolvendum, ut antea quoque ſolverant, quotannis Caſſinatibus pro canone quatuordecim, & ſeſqui carolenos obſtrinxere in ſignum directæ, & immediatæ ſubjectionis. Cumque paucis ab hinc annis diſſidium pro ejuſdem canonis ſolutione inter eoſdem, & Caſſinates obortum fuiſſet, amice tandem conventum, ut impoſterum Dominicani carolenos ſeptem, & ſeſqui Caſſinatibus quotannis perſolverent in ſignum immediati juris, quo in eam S. Petri Imperialis eccleſiam, & conventum nos fruimur. Datum id habuit die 13. Decembris 1707. Sacra Congregatio ad negotia, & Conſultationes epiſcoporum, & regularium, cui hanc ob rem libelli ſupplices exhibiti a nunquam ſatis laudando Fr. Antonino Cloche ejuſdem Ordinis Generali Magiſtro, & ab abbate, ac Monachis Caſſinatibus fuerant, atque decretum hoc executioni demandaretur, juſſum eſt Vicario capitulari Tarentino, qui die 30. Januarii 1708. concordiam approbavit, ut ex inſtrumento hac de re ſtipulato a notario Johanne Maria Cattorio Tarentino die 5. Maii 1708. Bona hujus

Cœnobiū S. Petri vetuſtum.

præpoſituræ S. Petri Imperialis vendiderant Caſſinates ab anno jam 1536. Plura græce edita monumenta pro cœnobio S. Petri extant in archivo noſtro, e quibus unum dumtaxat hic ſententiam anni 1029. ſubnectimus latine verſam, quo conſtet longe antequam Caſſinatibus donaretur cœnobium hoc edificatum fuiſſe.

Religioſiſſimus monachus Bartholomaus manſionis S. Petri Rector. Præſentibus nobis in caſtro Tarenti menſe Novembris, indictione decima conqueſtus eſt, quod territorium ſua manſionis pro magna parte potenti, ac violenta manu Cubuclíſius ille ſibi vindicarit, & non paucos annos poſſederit. Nos autem in judicium venire juſſimus egregium virum Cortis Comitem Cubuclíſii filium, & affirmavit ſe tamquam propriam, non alienam poſſeſſionem poſſidere; Sed Rector ipſe, & cum eo reliqui Monachi aperte illum convincera, oſtendentes territorium ipſum deo dicatum non fuiſſe Cubuclíſii proprium, ſed ad ipſam eccleſiam pertinere demonſtrarunt; Et ſic egregius ipſe Comes perſuaſus, & juſtum id eſſe preſeferens, nihil omnino rationis, quod opponere, aut contradicere poſſit, ſe habere faſſus eſt. Itaque Monachi ipſi locum illum, qui ad eccleſiam ſuam pertineret, receperunt. Appellatur autem locus ipſe muru Vetere. Poſituſque eſt ab Oriente juxta ipſam ſudam, a Boreali vero parte juxta mare parvum: Et propterea preſens hoc ſcriptum conceſſum a nobis eſt ipſi Monachorum manſioni in juſtitia ſua fidem cum ſubſcriptione, & ſigillo noſtro roboratum Menſe Novembris, indictione X. MXXXI: Leo Spakant Aſicretes Judex Langobardorum, & Calabria propria manu: Regiſtretur, ac ſigilletur. Adeſt ſigillum plumbeum.



Donatum hoc ſæculo Caſſinatibus monaſterium S. Salvatoris refert Petrus Diaconus cap. 56. hiſce verbis: *Sequenti vero tempore Theodinus filius Maynerii de Trivento obtulit huic loco monaſterium S. Salvatoris, quod ſitum eſt prope fluvium Treſta, ſimul cum caſtello, quod eidem monaſterio pertinet vocabulo Peſclatura, & duabus aliis eccleſiis ideſt S. Maria de Colle rotundo, & S. Paulus de Petra Corvina cum univerſis earumdem eccleſiarum, mobilibus, & immobilibus.* Hujuſce donationis diploma anno 1084. factum dabimus in Diſſ. I. De hoc cœnobio agit Lubin pag. 392. S. Salvatoris.

Cap. 58. refert Petrus Diaconus plura piiſſimo Duce Roberto Guiſcardo, ejuſque conjuge Sicelgaita fuiſſe data munera Caſſinatibus, quæ inter quatuor cœnobia, nempe ex verbis Petri: *Monaſterium S. Angeli in Troja. S. Nicandri, S. Anaſtaſia in Calabria, S. Nicolai in Sellectane, & Fundicum in Amalfi cum pertinentiis ſuis.* Donationis monaſterii S. Nicandri, & eccleſiarum S. Nicolai de Galliciani, & S. Thomæ, extat autographum in archivo noſtro, quod ita ſe habet.

Monaſteria S. Nicādri, S. Angeli, S. Anaſtaſiæ, & S. Nicolai.

† In nomine ſancta, & individua Trinitatis R. divina favente clementia Dux. Si divinum cultum, & S. eccleſia honorem, atque utilitatem debita reverentia, & ordine digno adtendimus profecto tota devotione circa S. dei eccleſiam diligentiſſimam curam, & ſolacium adhibere debemus, ut tanto nos ſuperna pietas gratius protegat, quanto ferventius ſuam eccleſiam pro viribus exaltare, atque tueri ſatagimus. Idcirco pro amore omnipotentis dei, & domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. ejus genitricis, & virginis Maria & beati Benedicti, & ſalute anima noſtra omniumque parentum noſtrorum, nec non per interven-

tum

Digitized by Google

tum S. dilectæ conjugis noſtræ concedimus, & auctorizamus infirmario monaſterii S. Benedicti de monte Caſino monaſterium S. Nicandri, quod conſtructum eſt in loco, qui pes montis majoris dicitur, & eccleſiam S. Nicolai, quæ de Gallitiani dicitur, & eccleſiam S. Thomæ, quæ conſtructa eſt intra nobis a deo conceſſam Trojanam civitatem cum omnibus eorum pertinentiis mobilibus, vel immobilibus perpetuo habendum. Hæc omnia præfato firmario, & tibi domne Deſideri venerabilis Abbas ita damus, ut ſemper in tua poteſtate habeas, & de his omnibus quod volueris ad militatem prædicti firmarii facias tu, et ſucceſſores tui, ut ab herodibus noſtris, vel a Jurmarchis, ſeu vicecomitibus, aut ab aliquibus actoribus noſtræ republicæ quolibet in tempore, ex hoc quod ipſi firmario tuo, et tibi, tuiſque ſucceſſoribus damus nulla contrarietas inferatur interdicimus, et execramus. Si quis autem firmarii S. Benedicti de Monte Caſino, cui gratia dei praeſunt tibi, ſeu ſucceſſoribus tuis infeſtus extiterit, aut eorum quicquam minuere quolibet modo præſumpſerit ex auctoritate dei omnipotentis, et beatæ ſemperque virginis, et genitricis dei Mariæ, et beati Petri principis apoſtolorum, et beati Benedicti, atque omnium ſanctorum a conſortio fidelium ſegregatus, et anathema maranatha in die adventus domini, quin [illegible] in hoc ſeculo ſciat ſe pro tanta præſumptione compoſiturum auri puriſſimi quinquaginta libras medietatem cameræ noſtræ, & medietatem parti ipſius firmarii & hæc conceſſio ut ſuperius legitur ſemper firma & inconcuſſa permaneat. Teſtamentum itaque hujus noſtræ conceſſionis ſcribere tibi Urſoni noſtro proto notario juſſimus, & pro confirmatione, & corroboratione perpeti ac ſtabilitate precipimus illud bullari noſtri tipparii. Anno dominicæ incarnationis milleſimo octogeſimo menſe octobre indictione quarta. ✠ Ego Johanne Ducali judex. ✠ Ego Petrus fil. Johanne Criſpo. ✠ Ego Landolfo. ✠ Ego Alferi filio Johanne oneſte. ✠ Zoffu Filio Adu.

nota;

Oblatio vero monaſterii S. Angeli, & eccleſiarum S. Bartholomæi, & S. Juſtæ extat in regeſto Petri Diaconi p. 82. a t. nu. 423. De iiſdem monaſteriis agens Petrus lib. IV. cap. 10. hæc ſcribit: *Idem præterea Rogerius Dux eo tempore fecit præceptum beato Benedicto de omnibus, quæ Robbertus Dux pater ejus una cum uxore ſua loco iſti conceſſerant & de monaſterio S. Anaſtaſiæ cum pertinentiis ſuis in territorio Follo Caſtri. Inſuper & decem homines in eodem caſtro, quorum nomina hæc ſunt. Petrus Macri cum familia ſua. Niciforus cum familia ſua, Theodolus Niminis cum familia ſua, Andreas Scelloxelli cum familia ſua, Theodolus cum familia ſua, Marinus Eodorcari, Condomiti, Calazuri, Perechita, Leo Fargadari. Hos omnes cum familiis, & rebus ſuis in hoc S. cœnobio per præceptum aurea bulla bullatum conceſſit, nec non & monaſterium S. Nycolai in Biſiniano, S. Angeli in Troja, S. Nicandri, Caſtellionem, Fundicum in Amalfi, pœna appoſita id removere quærentibus auri puriſſimi libras quingentas.* In memorato quoque Rogerii privilegio quod Diſſ. I. dabimus, hæc de iiſdem cœnobiis leguntur: *Scilicet monaſterium S. Anaſtaſiæ cum omnibus ſuis pertinentiis in territorio Follocaſtri &c. monaſterium S. Nicolai in territorio Biſinianenſi, monaſterium quoque S. Angeli de Troja, & monaſterium S. Nycandri, & Caſtilionem in eodem territorio Trojano, & Fundicum in civitate Amalfitana &c.* Ibidemque aſſerit Rogerius confirmare ſe hæc, aliaque bona cœnobio Caſſinenſi a parentibus ſuis Roberto, & Sicelgaita donata. Eadem confirmavit A. 1114. Guillelmus Calabriæ Dux filius Rugerii teſte Petro Diacono lib. cit. cap. 48. diplomate, quod in Diſſertatione I. dabimus, in quo hæc ad memorata monaſteria pertinentia leguntur: *In primis in Calabria monaſterium S. Anaſtaſiæ in territorio Follonaſtri cum hominibus, & terris, & omnibus ſuis pertinentiis &c. monaſterium quoque S. Nicolai in territorio Biſinianenſi in vico, qui Sillictana dicitur, cum hominibus, & terris, & omnibus ſuis pertinentiis &c. in civitate Troja vel in territorio ejus monaſterium S. Angeli, & eccleſiam S. Thomæ, & eccleſiam S. Bartholomæi quæ eſt ſubtus caſtellum ipſius civitatis, & eccleſiam S. Juſtæ cum omnibus pertinentiis, atque ſubſtantiis earum mobilibus, & immobilibus &c. In territorio etiam ejuſdem civitatis Trojæ monaſterium S. Nicandri, & eccleſiam S. Nicolai quæ dicitur de Galitianis cum hominibus, & cum omnibus earum pertinentiis, atque ſubſtantiis mobilibus, & immobilibus &c.*

Plures monaſterio S. Nicandri factæ donationes, e quibus duas tantum annis 1065., & 1078. factas hic referemus. *Monaſterio ſancti Nicandri Donationes.*

In nomine domini anni milleſimi ſexageſimo quinto ab incarnatione domini noſtri Jheſu Chriſti, & nono anno regnante domno Rubberto ſanctiſſimo Comes, & Dux Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ, menſe ſeptember, tercia indiccione. Ego Johanne filius quoddam Dauferi quam & ego mulier nomine Bella, filia Petri, quæ ſum uxor eodem Johanne, & ſumus habitator, & habitatrice in civitate Troja. Clarefacimus nos qm. communiter havemus olibe in monte qui vocatur Johanne Dauferi, & ſuper vinee, quas vindedimus Petri Mayfridi q. mihi Johanne Dauferi pertinet eodem Olibe per meam paracio., & mihi prædicta Bella exinde pertinet quarta parte de eodem Johanne viro meo præſcriptum meum Morgincaph. Modo namque per inſpiracionem dei omnipotentis compulſi ſumus & memoravimus ea quæ mercedis animæ noſtræ eſt, ut aput altiſſimo domino requiem animarum noſtrarum invenire poſſamus, & manſionem apud eum haccipere queramus pro qua nihil prodeeſt homini ſi totum mundum lucretur, anima ejus detrimentum pacietur, & ſcriptum eſt; menſura qua menſi fueritis remecietur vobis. Proinde deo protegentem atque inſpirantem nos per mercedem, & ſalvacionem animæ noſtræ, & animæ parentum noſtrorum congruum nobis ambo communiter eſt vir, & conjux de eadem prædict. Olibe noſtre afferre, & tradere in monaſterio S. Nicandri, quod fundatum eſt, & dedicatum in Coſta monte majore quinquaginta pedi ex ipſe olibe noſtre cum ipſa terra, ubi poſita ſunt, & Ficora, veluti ipſa terra menſurata eſt. Quapropter nos qui ſupra Johannes Dauferi & Bella vir, & conjux dum nobis congruum eſſe videtur, bona etenim noſtra voluntatis ante Johanne Judice Fratre Lupani presbyteri, & ſubſcriptos teſtes, quam & conſencientem mihi Urſo delli Ziti fratri meo, & Johanne parenti meo, per hanc enim roboream offercionis cartul. offerimus, & tradidimus in jamdicto monaſterio S. Nicandri, & Marciani ipſi jamdicti quinquaginta pedi de Olibe cum terra, ubi poſiti ſumus, & cum ipſe Ficora q. ibi ſunt. Et quibus ipſa terra ubi ſunt

Ex originali in Archivo.

Monaſterium S. Nicandri.

Cœnobii S. Nicandri, & Marciani.

eadem

Digitized by Google

eadem olibe, & ficora eſſe videtur infra hac finis, & menſuras &c. Inter hac vero finis, & menſuras, qua prelegitur ex ipſa terra ubi poſita ſunt ipſa prædicta olibe, & ficora, nec nobis qui ſupra Johanne Dauferi, & Bella vir, & conjux, nec ad noſtris heredibus, nec cuicumque alteri hominum habendam nullam exinde reſervavimus, nec dicimus remanere, ſet una cum inferius & ſuperius cum via, & andita ſua, & cum omnibus ſuis remelioracionibus ipſa prædicta terra cum jamdicta olibe, & ficora, qui ibi ſunt illut offerimus, & tradidimus in jam dicto monaſterio ſancti Nicandri, & Marciani, ubi domno Fortunato Abbas praeſſe videtur in ordine cænobitarum juxta regulam S. Benedicti, cum plurimi Monachi, & Sacerdoti, ut prædicta terra cum jamdicte olibe, & ficora, qua ibi ſunt pro vito eodem Monaſterio tu prædicte domne Abbus, tuiſque ſucceſſoribus illut habeatis tranſactivo nomine ſecuriter exinde omnia faciatis quod volueritis pro opus jamdicto monaſterio ſine noſtra, & de noſtris heredibus contradiccionibus, & ſine omnibus cujuſcumque requiſicionibus præter tantum uſque dum vivus fuero ego jamdicto Johanne Dauferi poteſtatem habeam ego ipſe olibe, & prædicte ficora ipſo frugio colligere, et havere mihi: poſt meumque hobitum ipſa prædicta terra cum jamdicto olibe, et ficora eveniad, et fiad de jam dicto monaſterio, ejuſque rectoribus, abſque noſtri, et de noſtris heredibus, et de cujuſcumque contradiccionibus, quod ſi aliter facere voluerimus, et cauſare vel contendere queſierimus contra jamdicto monaſterio, ejuſque rectoribus, aut ſi illut tollere, vel contraire voluerimus, aut illut ſubtrahere, vel removere queſierimus, aut minuare per quacumque modis, vel ingeniis excepto ipſo frugio dum dixit, dum ego vixero aut ſi ab omnibus hominibus, ab omnique partibus illut antiſtare, et defendere noluerimus cum omnibus ſuis remelioracionibus, obligamus nos vir, et conjux per guadia quam tibi domne Abbus dedi, et mediant. tibi poſui ſupradicto Urſo de Ziti cognato meoque Johanne, ut primis omnes noſtras queſtio, et cauſacio inanis, et vacua fiamus aput jam dicto monaſterio ejuſque rectoribus, et viginti ſolidi ex auro boni nos ad jam dicto monaſterio ejuſque Rectoribus componere deveamus, et per invitis illut ab omnibus hominibus, ab omnique partibus antiſtare, et defendere deveamus pro eadem guadia, et prædic. mediat. ad pignerandum illum, et ſuos heredes, ſicut eodem mediator ſe facere obligavit Quam Te Johannes notarie Franconique Sſ. taliter ſcribere rogavimus. In civitate Troja feliciter. † Ego qui ſupra Johanne judex. † Ego Maifrido Sſ. Adoni.

Cœnobiũ S. Nicandri, & Marciani cum Abbate, & pluribus Sacerdotibus, ac monachis.

Ex originali in Archivo. In Dei nomine anno milleſimo ſeptuageſimo hoctabo ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti, et viceſimo primo anno regnante domno Robberto ſanctiſſimo Comes, et Dux Italia Calabria, et Sicilia menſe Auguſto prima indiccione. Ego Dauferi, qui me vocor Depandi quam et ego mulier nomine Altruda, qua ſum uxor eodem Dauferi, et ſumus habitator, et habitatrice in civitate Troja, et compulſi ſumus dei omnipotentis miſericordia, et cogitavimus in nos medipſis, ut quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, anima ejus detrimentum paciatur, et alibi dicit ſcriptura: in omni opere tuo memorare noviſſima tua, et in eternum non peccaberis, et iterum dicit. menſura quam menſi fueritis remecietur vobis, pro itaque racionem, et per remedium anima noſtra ut aput Altiſſimo domino requiem invenire poſſamus, et manſionem aput eum hacquirere valeamus. Bona etenim noſtra voluntati ante Johanne Ducali judice filii Luponi presbyteri, et de aliis nobiliorum ſubſcriptorum teſtibus, et pro qua domini gracia cum ipſa torte in ſex ſoli. fecimus fine, et pro verbo, et licencia de dom. Guidel. ſtra. de montabo, et de Bernardo bice comes, quam et conſencientem mihi juſta legem Forcio, et Lamberto parentibus meis per hujus textu cartula noſtra offercionis offerimus nos ambo vir, et conjux propria perſonis noſtra, et omnia, et in omnibus cauſis noſtris movile, et ſtavile quod habemus, et quod diebus vita noſtra parare, aut conquidere potuerimus in monaſterio S. Nicandri, et Marciani, qui hedificatum, et dedicatum eſſe videtur in finibus, et pertinenciis jamdicta civitatis Troja in loco ad monte, qui vocatur majore, ubi nunc deo tuente dom. Johanne venerabilis Abbus, et cuſtos prahesse videtur cum plurimi Sacerdoti, et Monachi juſta regula S. Benedicti exceptuamus exinde de eadem noſtra offercio ipſa caſella noſtra, que havemus da fore ex prædicta civitate, et ipſe vinee quod habemus in loco da vinee Petri bugaſſo quod dedimus Fiuggeri, et una de ipſe ambe pecie de terre de campo longo, quale una de ille voluerit Urſo. Aliut namque omni, et in omnibus, et propria perſonis noſtra ſicut diximus dedimus, et tradidimus atque offerimus in prædicto monaſterio S. Nicandri, et Marciani, et vobis jamdic. dom. Johanne venerabilis Abbus, in manum tradidimus per proprietatem jamdicto monaſterio perſoni noſtra, et omnia, et in omnibus tenendum, et habendum abſque contradiccione noſtraque Dauferi, et Altruda vir, et conjux, et de noſtris heredibus, et de cujuſcumque hominibus requiſicionibus præter tantum dum vivi ſumus omnia, et in omnibus debemus tenere, et reſidere, et frudiare, et dominare, et de ipſo frugio, et movile vivere, et veſtire, et calciare, et ſi unum ante alium de nos mortui fuerit, ille, qui vixerit omnia in iſta prædicta racione illut habead, et retinead, et quod abſit ſi nobis neceſſitas veneris defame, et de oppreſſione ſeniori, et aliut facere non poſſumus, ut de noſtrum ſtabile vindere debeamus, ut abſque colludio, et malo ingenio ſubtrahendum illum de virtute, & poteſtate eodem prædicto monaſterio, una cum conſenſu Abbatum, atque rectore eodem monaſterii de noſtrum ſtabile intantum vindere debeamus, ut de ipſa fame, & oppreſſione jam dic. ſeniori eciam, & de debitum ſibi cecidimus evadere valeamus, & quod exinde ex jam dicta noſtra offercione remanſerit ſtabile, & movile, poſt noſtrumque hobitum omnia, & in omnibus fiad, & manead in jam dicto monaſterio, & de domno Johanne Abbas, & de ſuis ſucceſſoribus poteſtati, abſque contradiccione de qualiſcumque noſtros heredes, vel de quocumque hominibus requiſicionibus. Unde & in eadem noſtra offercione ambo vir, & conjux nos obligamus, ut ſi pro quacumque malo ingenio, vel umana ſtucia, nos uſque dum vivi ſumus aut noſtris heredibus quacumque tempore contra jamdicto monaſterio, vel contra vos jamdicto domno Johanne Abbus, ſeu ad tuis ſucceſſoribus cauſare, vel contendere queſierimus volendum perſonis noſtra, aut de rebus, & cauſis noſtris movilibus, & in movilibus ad jam dicto Monaſterio, ejuſque rectoribus tollere ſeu contraire ex certo, ut ſuperius legitur, quod facere debemus, aut ſi ab omnibus hominibus, ab omnique partibus

In monaſterio SS. Nicandri & Marciani erat Abbas, & plures ſacerdotes & monachi.

Digitized by Google

hanc noſtram offercionem velut prælegitur antiſtare, & defendere noluerimus per guadia q. bona noſtra voluntate vobis dom. Johe. dedimus, & mediatore poſuimus Zoffo filio Ardoino Judice pignerandum illum, & ſuis heredibus, ſemper omnes noſtras queſtio, & cauſacio inanis, & vacuis ſiamus, & maneamus apue vos dom. Johanne venerabilis Abbas, & de tuis ſucceſſoribus, & centum ſolidi ex auro boni componero debeamus in prædicto Monaſterio. Quam te Johannes notarie, Franconique fili taliter hac noſtra offorcionis ſcribere rogavimus. In civitate Troja feliciter. † Ego qui ſupra Johanne Ducali judex. † Signum Crucis propria manus Johanne Fuſcarino. † Ego Alferi fili Ardoino. Ex hiſce vero deducitur monaſterium hoc SS. Nicandro, & Marciano dicatum, illudque incoluiſſe Monachos S. Benedicti etiam antequam Caſſinatibus ſubjiceretur. Annus quoque eruitur, quo notarii Robertum Ducem Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ appellare cœperunt, nempe anno 1056., illiſque concinit Lupus Protoſpata in Chronico ad eum annum cum habet: *& Umfreda obiit, & Robertus frater ejus factus eſt Dux &c.* Ad quæ verba hæc ſcribit eruditiſſimus Camillus Peregrinius in caſtigationibus ad Lupum Protoſpatam: *nempe cum Vulgo hujus viri nomen efferretur*, Umfreda: *latine dicebatur*, Umfredus, *quæ varietas etiam in chartulis antiquis inſpicitur, in quibus inſuper tum ipſe, tum Drogo ejus frater, & anteceſſor*, Ducis *titulo, & ſimul* Comitis *inſignitus legitur. Hoc autem noto, ne falſo dici putet, Robertum factum* Ducem *poſt Umfredi mortem, quem Oſtienſis lib. 3. cap. 16.* Ducem *cœpiſſe appellari perhibet poſt captam Rhegium urbem, nam uterque bene; Oſtienſis enim ſolemnem inaugurationem denotavit, de qua etiam Gaufredus Malaterra lib. 1. cap. 36., & Guillelmus Apulus lib. 2. Lupus vero & chartula vulgi conſuetudinem, qua primi Normannorum ductores promiſcue* Comites, Duceſque *dici conſueverunt. Eademque varietate idem Lupus ad an. 1064. Robertum* Comitem *non* Ducem *nuncupavit; fuere enim* Comites *Drogo, aliique ex gentis inſtitutione, de qua Oſtienſis lib. 2. cap. 67.* Duces *autem ex uſurpatione, & ad exemplum Apulienſium, qui ſuos Præfectos dixere quoque duces, unde in hoc Lupi Chronico ad ann. 1042. Argyrus Dux Italiæ.* Adſtipulatur Diploma Canuſinæ eccleſiæ apud Ughellium To. VIII. Ital. Sac. in deſcriptione epiſcoporum Venuſiæ col. 168. nu. 6., quod ſic incipit. *In nomine ſancta, & individua Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, anno ſalutiferæ incarnationis 1053. indictionis 6. Ego Drogo divina providentia Dux, & magiſter Italiæ, Comeſque Normannorum totius Apuliæ, atque Calabriæ.* Ducis Apuliæ, & Calabriæ titulos cum dominio, ſeu inveſtitura Siciliæ Roberto confirmavit Nicolaus II. A. 1059. teſte Leone Oſtienſi ſcriptore coævo, quem ſequuntur Baronius ad annum 1059. p. 268. Pagi ad eundem annum n. 12. aliique ſcriptores omnes veteres, recentioreſque ab hiſce laudati. Nihil tamen eo tempore Siciliæ poſſidebat Robertus, ſed Saracenos inde expellere, quod deinde majori ex parte præſtitit, meditabatur. Hinc in juramentis Nicolao Pontifici ab eodem factis de ſolvendo cenſu, ſervandaque fidelitate hæc leguntur. *Ego Robbertus dei gratia & S. Petri Dux Apuliæ, & Calabriæ, & utroque ſubveniente futurus Siciliæ &c.* Ex tribus hiſce etiam Donationibus monaſterio S. Angeli factis conſtat Duces Apuliæ ſeſe Duces etiam Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ inſcripſiſſe. Quo tamen *Ducis Italiæ* nomine non niſi Ciſtyberinam Italiam, aut ſolam Apuliam deſignatam contendit Peregrinius in cit. caſtigationibus p. 85., & fuſius in caſtigationibus ad Falconem Beneventanum p. 156. & ſeqq. & p. 163., & ſeqq., & advertit etiam p. 157. haud glorioſe uſurpatum titulum Ducis Siciliæ, cum ait: *Sed nec prætercam nulla fallacia a Falcone eſſe proditum, confirmaſſe tunc apud Ceperanum pontificem Paſchalem Duci Guilielmo præter Apuliam, & Calabriam, Siciliam quoque Petro Diac. omiſſam, quam tunc ejus patruus obtinebat Comes Rogerius; nam Guilielmus, ut noſter perhibet ad ann. 1122. nondum medietatem ſuam Palermitanæ civitatis, & Meſſanæ, & totius Calabriæ eidem comiti conceſſerat.* Vid. Pagi ad A. 1117. nu. 3.

In nomine Domini anno milleſimo octogeſimo ſeptimo ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundo anno regnante domno Rogerio Duce Italia, Calabria, & Sicilia, menſe Junio decima indiccione. Ego Herbius de Johex natus Britaniæ qui nunc ſum commorator in civitate Troja pro parte mea femina filia Landulfi diaconi Gizzi, quam ibidem legitimo conjugio accepi. Dum aſſidue mente cogitarem præſenciaiſta, qua nihil fuiſſent mortali homini exiſtencia providi ea, qua ad ſalutem animæ proſunt, malui amplecti iſta, quam illa adipiſci. Nil enim tranſitorium comparabitur permanenti. Nil enim mortale adequabitur viventi, nam & memini illud quod veritas in evangelio eſt affatus, nihil proficuum eſſet animæ lucrum hujus ſeculi unde anima perimitur: ob hoc optuli me, & meas res mobiles, & ſtabiles in eccleſia S. Angeli a pede ejuſdem civitatis ea racione, ut ſi ego obiiſſem antequam mea conjux filia Landulſi, & filium haberemus, aut filiam, omnes res, quæ jure ſunt mea in die obitus mei in tribus porcionibus ſortirentur, de quibus unam ſortem haberet eccleſia S. Angeli, aliam haberet præfata conjux: terciam partem haberet filius, aut filia ſi haberemus: quod ſi filius, vel filia deeſſet nobis, omnes res noſtra, ſicut ſupra diximus, in duobus ſortirentur partibus. Ex quibus una pars ſit præfata eccleſia. Altera ſit conjugi mea præter ſubſtanciam, quam & pater ſuus dederat, qua non ſunt diviſa, ſed omnino fiat ſua, quæ autem ego certavi, ſint diviſa ſicut ſupra diximus, quam vero oblacione, atque tradicionem feci ſancta eccleſia præfata, & in manibus domini Malfridi venerabilis Propoſiti prædicta eccleſia, & in manibus aliorum Fratrum, quin eciam Vadium dedi, & mediatorem poſui me ipſum pignerari me, & meos heredes & omnia mea vobis præfatis Mayfrido Propoſitus, & Fratribus. Coram præſencia Johannis judicis, Franconis filii, & aliorum ſubſcriptorum teſtium. Quod ſi aliquid de his ſupradict. rebus ſubtrahere, vel minuare ego, aut meos heredes vel aliquis ſit culpabilis componere in quadruplum, & hæc mea oblacio ſemper firma permaneat. Et tibi Johannes Notarie diac. Angeli fil. hac ſcribere rogavi. Actum civitatis Troja feliciter. ✠ Ego qui ſupra Johannes ducalis judex Franconis firmavi. ✠ Ego Petrus diaconus & eccleſia S. Baſilii Archipresbyter interfui. ✠ Signum Crucis propria manus Johanne de Emmo. Ex originali in Archivo. Eccleſia S Angeli.

† *In nomine domini noſtri anno divinæ incarnacionis Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo duodecimo, & ſe-* Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

ſecundo anno regnante domno Willelmo Duce Italiæ, Calabriæ, atque Siciliæ, menſe Julii, quinta indiccione. Nos Fratres videlicet Guido, & Malfridus filius cujuſdam Aſcari, & ego Maria uxor Guidonis. Verum, & Ego Alamanna conjux ipſius Malfridi, qui ſumus habitatores civitatis Trojæ. Manifeſtum eſt vobis quoniam habemus quamdam peciam de terra in pertinenciis hujus civitatis in loco S. Juſtæ nobis Fratribus pertinentem ex parte genitoris noſtri, & mihi Mariæ de parte Guidonis viri mei inclita quarta pars pertinet, mihique Alamannæ de porcione Malfridi viri mei inclita quarta porcio legibus pertinere videtur. Quam nobis communiter congruum eſt vendere domno Petro Monacho, & monaſterii S. Angeli de Radingo venerabili Propoſito ad opus ejuſdem

Monaſterium S. Angeli.

monaſterii qui nobis exepc. precium ſe daturum ſtatuit. Quapropter cum aptum, & conveniens noſtræ bonæ voluntati eſſe videtur, verum eciam pro firma ſtabilitate interfuit Johannes Paczus valentiſſimus ducalis judex, & alii ſubſcripti teſtes in quorum præſenciam nos mulieres aliquam violenciam inde pati non diximus ſed ſponte eum conſenſu, & voluntate Robberti filii Mariæ de Archipresbytero, & Maynardi filii Alberti ūbolia parentum noſtrorum, atque ſupradictorum noſtrorum virorum, ſub quorum mundio manemus, nos venditrices eſſe manifeſtavimus. Per hujus itaque cartulæ tradicionem nos qui ſupra viri, & mulieres vendidimus, atque tradidimus eidem Propoſito ad utilitatem ejuſdem cœnobii, convenientibus Landulfo filio Aſtulfi ejuſdem monaſterii advocato, & confratribus ſuis illam peciam de terra, quam diximus, in fine & menſura cujus per circuitum tot paſſus habere videntur, videlicet: in prima parte, a capite ſecus terram ſancti Angeli ſunt paſſus nonaginta tres &c. Omnes vero iſti paſſus ſunt menſurati ad talem paſſum, qui quinque pedum, & ſemis conſtat, & menſura unius pedis ab inicio hujus cartulæ uſque inciſuram lateris deſignatur, & crux ibi facta eſt.

Menſura paſſus civitatis Trojæ.

Infra hos autem fines, & menſuras ſuperius ſcriptas, nec nobis qui ſupra viri, & mulieres nec noſtris heredibus, nec cuilibet homini ex ea aliquid ſervavimus, nec ad opus noſtrum aliquam dicimus remanere porcionem. Sed una cum inferius, & ſuperius cum via, & itinere ſuo, omnibuſque ſuis pertinenciis, & infra ſe habentibus illam terram eidem domno Petro pro parte ejuſdem cœnobii vendidimus, atque tradidimus proprietario jure ad habendam, & poſſidendam, & pro hujus vendicionis, & tradicionis confirmacionem profeſſi ſumus nos ab eo ex ea in precium recepiſſe unum ſol. Rom. cum omni finicione; ea vero racione, ut amodo, & ſemper hanc veſtram vendicionem, & tradicionem cum omni ejus remelioracione habere, & poſſidere eidem monaſterio, & rectoribus ejus liceat ſecuriter, & quicquid inde rectores ipſius cœnobii pro utilitate ejus voluerint, faciant, ſine noſtri noſtrorumque heredum contradiccione, & ſine omni cujuſcumque requiſicione. Unde nos qui ſupra Guido, & Malfridus veri fratres obligamus nos, & nos mulieres obligamus nos per conſenſum ſupradictorum parentum, & virorum noſtrorum, & noſtros obligamus heredes eidem domno Petro venerabili Propoſito ſuiſque poſterioribus per vadium, quod ſibi dedimus, habente ſecum jamdictum Landulfum ſuum advocatum, & mediatores poſuimus præfatum Robbertum Mariæ Citæ, & Maynardum Alberti de ūbolia ad piguerandum illos, & eorum heredes in omnibus rebus eorum ſicuti ſe obligaverunt. Ut hanc noſtram vendicionem, & tradicionem, uti prælegitur, nos ſibi ab omnibus hominibus, omnibuſque perſonis anteſtare, & defendere legibus debeamus: Quod ſi noluerimus, vel ſi nos ipſi quolibet modo cauſaverimus, ſeu ſubtrahere, vel minuere aliquid inde queſierimus, aut ſi iſtam cartulam falſam eſſe dixerimus. Primum autem omnia omnis noſtra queſitio, & cauſacio adverſum prædictum domnum Petrum, vel ſucceſſores ejus inanis, & vacua fiat, & centum ſol. Rom. nos noſtroſque heredes ſibi, ſuiſque poſt ſe venientibus componere obligamus. Inſuper hæc vendicio, & tradicio firma & ſtabilis ſemper conſiſtat ſine omni calumpnia, & hanc Robbertum notarium Argenzoli ſum te cartula ſcribere eſſe rogatum, profitemur in menſe, & ſupradicta Indiccione, Actum civitatis Trojæ feliciter. † Ego qui ſupra Johel Paczus Ducalis Judex. † Hoc ſignum Crucis propriæ manus Landulfi filii Grimaldi Ruſſi eſt. † Hoc ſignum Crucis propriæ manus Landulfi de Leucio eſt.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Anno domini noſtri Jheſu Chriſti anno ejuſdem incarnationis milleſimo centeſimo viceſimo ſecundo, & undecimo anno regnante domno Willelmo Duce Italiæ, Ex originali in Archivo. *Calabriæ, atque Siciliæ, menſe Januarii, quintadecima indiccione. Ego Landulfus filius cujuſdam Johannis de Alberico habitans in civitate Trojæ. Notum facio, quoniam jamdictus genitor meus dum adhuc viveret cum domno Falco Abbate S. Angeli Trojani monaſterii commutationem fecit de terra, quam habebat in pertinentia Trojanæ civitatis in loco S. Juſtæ,* Monaſterium S. Angeli. *in qua nunc eſt puteus, & vineæ plantatæ, & recepit ab eo terram in loco, ubi dicitur caſale Jullolo, quam ego adhuc habeo. Ante tamen quam de commutatione cartulam facerent, Dei ordinatione ambo mortui fuere. Unde poſtea prædicti monaſterii S. Angeli Propoſiti multas paſſi ſunt fatigationes, & maxime domnus Johannes Zitus bonæ memoriæ Propoſitus, qui a domino Ubberto venerabili Trojanæ civitatis epiſcopo qui mortuus eſt, de jam dicta terra S. Juſtæ appellatus in placitum venit,* Ubbertus Trojanus epiſcopus. *egoque ei pro parte prænominati genitoris mei anteſtator, & defenſor fui, & cum ſacramentalibus, per Sacramentum eandem terram ante conſignatam monaſterio S. Angeli pertinere probavi, & ſic per juditium terra in monaſterii juſta poſſeſſione remanſit. Quæ hos habet fines & menſuras. A prima parte juxta terram S. Mariæ tranſeundo viam publicam, & juxta terram S. Angeli habet paſſus octoginta &c. Omnes vero iſti paſſus ſunt menſurati ad paſſum quinque pedum, & ſemiſſ., & menſura pedis eſt quantum eſt a capite hujus cartulæ uſque ubi in latere inciſa eſt, & Crux facta. Nunc tandem domnus Petrus jam dicti monaſterii Propoſitus a me queſivit, ut ſi ego qui ſupra Landulfus me, meoſque hæredes ſibi ſuiſque ſucceſſoribus obligarem, & vadiam darem anteſtandi, & defendendi prædictam terram, de qua Pater meus cum præmemorato Abbate Falco commutationem fecit, & quam ego poſtea monaſterio S. Angeli pertinet per ſacramentum probavi tempore Domini Ubberti epiſcopi, & domni Johannis Ziti Propoſiti, quos ſupra memoravi, ipſe mihi ſaumam unam de frumento præberet. Quod facere mihi utile ſatis, & congruum paruit. Bona itaque mea voluntate coram Johanne Pazzo prudentiſſimo ducali judice, & ſubſcriptis teſtibus. Ego qui ſupra Landulfus me, meoſque obligo heredes tibi prænominato Domno Petro Propoſito, tuiſque ſucceſſo-*

ceſſoribus per vadiam, quam tibi dedi, habenti tecum Landulfum filium Aſtulfi tuum advocatum, & mediatorem poſui Grimaldum filium Johannis de Secelgrimo, & me ipſum ad pignorandum nos noſtroſque heredes in omnibus rebus noſtris, ſicuti nos obligavimus, ut jam dicta terra ſicut prælegitur, cum omni ejus remelioratione ego, vel mei heredes tibi, tuiſque ſucceſſoribus ab omnibus hominibus, omnibuſque perſonis anteſtare, & defendere legibus debeamus. Quod ſi noluerimus, vel ſi nos ipſi modo quolibet cauſaverimus, ſeu ſubtrahere, vel minuere aliquid inde queſierimus, aut ſi iſtam obligationis cartulam falſam eſſe dixerimus, primo omnium omnis noſtra quæſtio, & cauſatio adverſus vos inanis fiat, & vacua, & quinquaginta ſol. roman. nos vobis debeamus componere. Et per omnia inſuper hæc mea obligatio & cartula firma ſemper, ſtabiliſque permaneat. Pro hujus quoque obligationis, & traditionis, confirmationem profeſſus ſum, me a te recepiſſe Sauman unam de frumento cum omni finitione. Et hanc obligationis cartulam te Secundinum Notarium . . . . filium taliter ſcribere rogavi in menſe, & Indictione ſupradicta. Actum civitatis Trojæ feliciter. † Ego qui ſupra Johannes Paczus Ducalis Judex. † Ego Alferius Cervunus. † Ego Landulfus filius Rodingi interfui. † Ego Landulfus Pandulfi filius interfui. † Hoc ſignum Crucis propria manus Mainardi filii Aſtulfi eſt. † Hoc ſignum Crucis propria manus Roberti Maccaronis eſt.

Hinc eruitur, quot pedibus conſtaret paſſus, quo apud Trojam prædia dimetiebantur, & quam longus pes eſſet, nempe quatuordecim Neapolitanas uncias. Alia quoque hinc deducent eruditi.

Ex hoc inſtrumento conſtat anno 1250., atque antea poſſeſſas a Caſſinatibus eccleſias S. Angeli, S. Nicandri, S. Juſtæ, S. Bartholomæi &c.

Ex originali in Archivo.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnacionis ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, imperante vero Domino noſtro domno Federico dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper auguſto anno triceſimo, rege Jeruſalem anno vigeſimo quinto, & rege Siciliæ anno quinquageſimo tercio, die Jovis, vigeſimo menſis Octubris, nona indiccionis, apud Trojam. Nos Palmerius imperialis Trojæ judex, & Rogerius de Gilberto ejuſdem terræ publicus notarius. Preſentis ſcripti ſerie declaramus quod Fr. Benedictus de Luco monachus Monaſterii Caſſinenſis pro parte ipſius monaſterii domno Jacobo de Rigniano de Caſali novo, & judici Scalioni de Jeruſalem de Fogia ſtatutis ſuper cuſtodia Trojæ egregii viri domni Riccardi de Roccha imperiali Juſtitiarii Capitaneo litteras infraptas detulit, quarum continentia per omnia talis erat. Prudentibus viris domno Jacobo de Rigniano de Caſali novo, & judici Scalioni de Fogia ſtatutis ſuper cuſtodia Trojæ amicis ſuis Riccardus de Rocca imperiali Juſtitiarius Capitanatæ ſalutem & amorem ſincerum: Sacras nuper recepimus imperiales litteras in hac forma: Federicus dei gratia &c. Juſtitiario capit. &c. Ad religioſa loca cultibus divinis expoſita benignum ſemper habendo reſpectum, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus occaſione mandati noſtri de exabitatione Trojæ pridem emiſſi ſuper eccleſia S. Angeli de Rodingo, & poſſeſſionibus aliis, quas monaſterium Caſſinenſe in Troja, & pertinentiis ejus hactenus inveneris habuiſſe monachos, ſeu nuncios alios ejuſdem monaſterii non moleſtes, nec paciaris ab aliis moleſtari, ita tamen, quod ſuper procuranda eccleſia, & poſſeſſionibus ipſius, nullus incola, vel oriundus de Troja remanere ibidem de cetero permittatur. Datum apud Venuſiam undecimo Octobris nona indiccionis, cumque prædictum mandatum nos oporteat, ſicut decet, exequi reverenter, & ad id exequendum perſonaliter intendere non poſſimus, aliis ſervitiis imperialibus occupati prudentiæ veſtræ committimus, ex imperiali parte, qua fungimur auctoritate mandantes, quatenus tenore prædicti Imperialis mandati diligenter attento, juxta ipſius continentiam, ſuper eccleſia prædicti S. Angeli de Rodingo, & poſſeſſionibus aliis, quas Monaſterium Caſſinenſe in Troja, & pertinentiis ejus hactenus inveneritis habuiſſe, de quibus vobis plene conſtabit Monachos, ſeu Nuntios alios ejuſdem monaſterii non moleſtetis, nec patiamini ab aliis moleſtari, ita tamen, quod ſicut prædictum mandatum continet ſuper procurandis eccleſia, & poſſeſſionibus ipſis nullum incolam, vel oriundum de Troja remanere ibidem de cætero permittatis facientes fieri publicum inſtrumentum diſtincte continens qualiter vobis conſtiterit de eccleſia, & poſſeſſionibus ſupradictis in eodem inſtrumento plenius diſtinguendo, ut occaſione hujuſmodi non contingat Imperialem curiam ſub involucro defraudare, & factum nobis ad curiam tranſmittatis. Datum Corneti XIII. Octobris, nona indictionis. Volentes igitur dicti domnus Jacobus, & judex Scalionus præſcriptum mandatum prædicti domni Juſtitiarii exequi reverenter coram nobis, & infraſcriptis teſtibus, quos dictus Fr. Benedictus pro parte dicti monaſterii Caſſinenſis ad probandum eccleſiam, & omnes poſſeſſiones, quas dictum Monaſterium legitime habet in Troja, & pertinentiis ejus audiverunt, quorum depoſitiones per omnia tales ſunt, quas de verbo ad verbum in præſenti Inſtrumento duximus exprimendas. Domnus Gulielmus de Troja juratus, & interrogatus dixit, quod vidit Monachos Monaſterii Caſſinenſis pro parte ipſius Monaſterii tenere, & poſſidere pro ſuo eccleſiam S. Angeli de Rodingo ſpatio triginta annorum, & plurium domum u.ca.n juxta domum, quæ fuit Johannis de Ebicza &c. vineas in Fureſta, quarum fines ignorat, & ſeminentum S. Juſtæ, de aliis nihil. Domnus Rogerius Theatinus de Troja juratus, & interrogatus dixit, quod vidit dictos Monachos pro parte dicti monaſterii tenere, & poſſidere ſpatio triginta annorum, & plurium eccleſiam S. Angeli de Rodingo cum ſuburbio riccho, hortum unum juxta ipſam eccleſiam cum una domo, quæ appellatur domus Capituli, &c. eccleſiam S. Bartholomæi, quæ eſt prope caſtrum Trojæ cum terra, in qua eſt fundata ipſa eccleſia, quæ vadit uſque ad terras qm. Abruſii, eccleſiam S. Angeli de Monte Sancto cum terra in qua eſt fundata ipſa eccleſia, quæ vadit uſque ad terras Johannis de Armagno, eccleſiam S. Nicolai de Gallitianis cum terra in qua eſt fundata quæ vadit ab ipſa eccleſia uſque ad viam Trojanam, & vadum Joannis Pip., eccleſiam S. Juſtæ cum terra in qua eſt ipſa eccleſia fundata, quæ iis finibus circumdatur &c. Eccleſiam S. Nicandri cum terra, in qua eſt fundata ipſa eccleſia, quæ iis finibus circumdatur &c. Don. Robertus Archipresbyter S. Johannis de Troja juratus, & interrogatus dixit idem, quod dompnus Rogerius, & addidit de tempore, quod vidit ipſos Monachos tenere, & poſſidere prædicta omnia ſpatio quadraginta annorum,

Eccleſia S. Angeli.

Eccleſia S. Bartholomæi.

Eccleſia S. Angeli.

Eccleſia S. Nicolai.

Eccleſia S. Juſtæ.

&

Digitized by Google

& plurium. Robolootus de Troja juratus, & interrogatus dixit idem, quod domnus Robbertus &c. quia viſum fuit eis dictum Fratrem Benedictum Monachum prædicti monaſterii legitime probaſſe pro parte ipſius Monaſterii, dictum monaſterium ſupradictas eccleſias, & poſſeſſiones in Troja, & pertinentiis ejus ſuper iis eccleſiis, & poſſeſſionibus, quas prædictum monaſterium Caſſinenſe habet in Troja, & ibidem rationabiliter detinuit, ipſum monaſterium non moleſtent, nec permictant a dicti domini Juſtitiarii Officialibus moleſtari, & nullos propterea Monachos, vel confratres in eccleſia ipſa oriundos de Troja, ſicut prædictum mandatum continet moram trahere permictunt. Unde tam ad dicti fratris Benedicti, quam prædicti Monaſterii Caſſinenſis cautelam hoc præſens inſtrumentum exinde fecimus noſtris & teſtium, qui interfuerunt ſubſcriptionibus roboratum, quod ego prædictus Notarius Rogerius ſcripſi, & ſubſignavi, quia rogatus interfui &c. Actum Troja feliciter &c.

Anno 1399. Henricus Thomacellus Abbas Præpoſitum hujus cœnobii, ubi Monachi degebant, conſtituit Fr. Aloyſium Abbatem S. Petri de Calvellis, ut hiſce literis p. 72. a t. regeſti I. ejuſdem Abbatis, & regeſti communis p. 40. conſtat: *Henricus Thomacellus &c. Dilecto nobis in Chriſto Fr. Loyſio de Ayrola Abbati S. Petri de Calvellis ordinis S. Benedicti ſalutem in domino &c. dictam Præpoſituralem eccleſiam S. Angeli nobis, & noſtro monaſterio Caſſinenſi pleno jure ſpectantem, & pertinentem &c. tibi uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum, juxta diſpoſitionem ſacrorum canonum &c. cum juribus, & pertinentiis ſuis concedimus in commendam, amoventes inde quemlibet alium illicitum detemptorem. Curam, regimen, & adminiſtrationem dictæ eccleſiæ, ſeu monaſterii, Monachorum poſſeſſionem, & membrorum ejus tibi plenarie committentes, mandantes dilectis in Chriſto Monachis, converſis, oblatis, ſubditis, parochianis, laboratoribus, extalleriis, penſionariis, cenſuariis, & debitoribus quibuſcumque dicti monaſterii, & eccleſiæ, quatenus hujuſmodi commendatione durante, tibi efficaciter obediant, intendant, & aſſiſtant auxiliis, & favoribus opportunis &c. Beneficia, & Cappellas ab ipſo Monaſterio dependentes conferendi poteſtate penitus interdicta &c.* Anno 1541. die 6. Martii Abbas Ignatius a Janua Præpoſitum hujus eccleſiæ, atque S. Euſtachii de Ficarola ſeu in Pantaſia, & S. Benedicti de Aſculo ſuffecit, ut ex regeſto I. Congregationis, p. 173. clericum V. J. D. Petrum de Groſſis e civitate Caſtellana loco D. Caroli Cioffo Neapolitani præmortui, cui beneficia hæc collata olim a monaſterio Caſſinenſi fuerant. Anno 1558. die 28. Junii, ut ex regeſto II. Congregationis p. 94., D. Ignatius a Neapoli Abbas Præpoſituras haſce D. Aſcanio Albertino epiſcopo Avellinæ commendavit. Hæc modo beneficia cum eccleſia S. Juſtæ poſſidet Cardinalis Galeatius Mareſcottus vir ætate pene centenaria, virtute, atque doctrina ſuſpiciendus, qui cenſum quotannis Monaſterio noſtro in ſignum ſubjectionis perſolvit. Refert D. Maurus Monachus Caſſinas, qui anno 1507. die 8. Martii Foggiam, Trojamque inviſerat, eccleſiam S. Angeli eo tempore Trojanæ ſocietatis Flagellantium Vulgo, *de Battenti*, curæ demandatam, atque eccleſiam S. Nicolai de Galitianis cum bonis ſuis adminiſtraſſe epiſcopum Trojanum, illamque S. Bartholomæi Monachos e Congregatione Montis Virginis, atque circum Præpoſituram S. Nicandri oppidum coaluiſſe in territorio Trojano, in provincia Capitanatæ, quod quingentis octoginta duobus ſocis modo conſtat. Agit de hoc cœnobio Lubin, atque in archivo noſtro plura extant monumenta Græce ſcripta, quæ ad memorata cœnobia pertinent. Hæc inter recenſenda eſt donatio anno primo Conſtantini impetatoris menſe Septembris, undecima indictione facta cœnobio S. Bartholomæi a Benedicto Caſaro Trojano, quæ ſic deſinit: *Ab omnibus hominibus, ab omnique partibus antiſtare, & defendere debeamus una cum omnibus ſuis remelioracionibus ſecundum Langobardorum legem, etiam & ſi de coll. exinde pulſati fuerimus ad dei evangelia legibus inde ſatisfaciamus. Quarote Franco notarius taliter ſcribere rogavimus &c. † Ego qui ſupra Benedictus Judex, & Turmarcha. † Ego Richardo Comes.* An hoc monaſterium idem ſit cum memorata S. Bartholomæi eccleſia nobis incompertum. Imperatorem Conſtantinum hic memoratum credimus eſſe Monomachum, qui imperare cœpit anno 1042., quo menſe Septembri undecima indictio erat. Martinus quoque Trojanus Johannis Deodati filius anno quinto Michaelis Imperatoris indictione ſexta prædium Monaſterio S. Mennæ Martyris dono dat hiſce verbis.

nota.

Suppl. Hiſt. Caſſ.

† *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti quinto anno imperii domni Michaelis ſanctiſſimo Imperatore noſtro Menſe Julio ſexta indiccio. Ego Martino filii Johanni Deodati habitantes intus civitatem Troja, clarefacio quia habeo una pecia de terra vacua in pertinencia de civitate Troja in locum, qui vocatur cannetum erga ipſo rivo, qui dicitur Scabeczuli, qua mihi pertinente per ſucceſſionem juxta legem. Modo vero congruum mihi eſt ipſa pecia de terra vacua offerire pro anima mea, & pro anima de ipſo jamdicta Johanne genitorem meum in ipſo monaſterio in eccleſia B. Mennas martyris, qua edificata eſt in pertinencia de civitate Troja in loco, qui vocatur Scabeczolu, propterea ego qui ſupra Martino, dum mihi congruum eſſe videtur &c.* Nullibi hujuſce monaſterii, quod ſciamus, mentio. Michael Imperator Paphlagonius forte eſt, cujus anno quinto indictio ſexta currebat vulgaris æræ 1038.

Ex originali in Archivo.

Monaſterium ſancti Mennæ.

Inter alia, quibus cœnobium Caſſinenſe ditavit Jordanus princeps, fuit, teſte Petro Diacono cap. 64. Monaſterium S. Agathæ de Averſa, cujus donationem, aliaque plura dabimus in Diſſert. I. Refert deinde idem Petrus lib. 4. cap. 52. litem de hoc cœnobio, concordiamque Caſſinates inter, atque Epiſcopum Averſanum initam, hiſce verbis: *Eodem quoque tempore Robbertus Averſanus epiſcopus preſente Romano Pontifice, promovit litigium contra hoc Monaſterium de eccleſia S. Agathæ in Averſe. Cumque diu inter nos, & illos in Romana curia hac cauſa ſæpius ventilata fuiſſet, ex precepto Romani pontificis, & Cardinalium, quibus grave videbatur totiens eandem cauſam in judicio audire, una cum clericis Averſana eccleſiæ, idem epiſcopus eandem eccleſiam in perpetuum huic noſtro Caſſinenſi cœnobio habendam conceſſit, pœna quinquaginta librarum auri appoſita &c.* Hujuſce concordiæ autographum A. 1113. factum ita ex archivo noſtro ſe habet. *Anno viviſicæ incarnationis*

Monaſterium S. Agathæ apud Averſam.

 MCXIII.

MCXIII. indictione ſeptima Rothbertus gratia dei Averſanus epiſcopus Girardo Abbati, monachiſque S. Benedicti montis Caſini. Pontificalis cura eſt officii cœnobitis, atque religioſis viris neceſſaria ſubminiſtrare, & ut in pace, & quiete vivant providere. Hujus autem officii curam prout poſſum exequi cupiens tam preſentibus, quam futuris, quæ huic ſcedulæ ſubter annexa ſunt notificare curavi. Ego igitur Rothbertus dei gratia Averſanæ eccleſiæ epiſcopus profiteor me habuiſſe litigium, atque controverſiam cum monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſis, ejuſque Abbatibus de eccleſia quadam, quæ eſt conſtructa atque conſecrata in honorem S. Agathes virginis, & martiris in territorio Averſano. Cumque diu inter nos diverſis temporibus in conſpectu Romanæ curiæ hæc cauſa ſæpius ventilata foret, nulluſque certus rei ter minus imponi potuiſſet, propenſiori tandem uſus ac ſaniori conſilio, quoniam non oportet eccleſiaſticos viros diutius inter ſe certamina exhibere, ex præcepto etiam, & auctoritate domini Paſchalis ſecundi papæ, & clericorum Romanæ eccleſiæ quibus grave videbatur tocies eandem cauſam in judicio audire, qui multocies jam nobis præceperant, & exortati fuerant, ut inde ad convencionem veniremus, una cum clericis noſtræ eccleſiæ præfatam eccleſiam S. Agathes cum univerſis pertinenciis ejus jam dicto Monaſterio S. Benedicti Montis Caſſinenſis, & domno Girardo venerabili Abbati ejuſque ſucceſſoribus imperpetuum habere, tenere, ac poſſidere quiete atque ſecure permiſimus, & canonice atque legitime cum eis omni poſtpoſita lite tranſegimus, ut neque a me, neque a ſucceſſoribus meis, neque ab aliqua a nobis ſubmiſſa perſona aliquod litigium vel moleſtiam quocumque tempore paciantur. Et hoc tranſactionis pactum inter nos conſtitutum firmum, atque inviolabile maneat in eternum. Salva tamen conſuetudine quinta feria chriſmalis majoris hebdomadæ, quam duo clerici illius eccleſiæ, noſtræ eccleſiæ exhibere, ex antiqua adminiſtracione debent, ſalvaque canonica reverencia, & obediencia clericorum, ac presbyterorum in eadem eccleſia commorancium, quæ conſuetudo reverencia, atque obediencia, qualiter obſerventur expono. Si, quod abſit, Clerici ejuſdem eccleſiæ contra ordinem ſuum deliquerint, poſtquam canonice a me, vel a ſucceſſoribus meis vocati fuerint, & venire contempſerint, meis, meorumque ſucceſſorum decretis, atque interdictis obediant, quod ſi obedire contempſerint uſque ad dignam ſatisfactionem ſuſpendantur juxta modum culpæ. Quibuſque ego, vel mei ſucceſſores introitum eccleſiæ interdixerimus canonicè ipſi nullo modo recipiant eos. Quod ſi ego, vel quiſquam ex ſucceſſoribus meis adverſus hanc noſtram tranſactionem; ac præbatæ litis deciſionem agere, vel per nos, vel per aliquam a nobis ſubmiſſam perſonam aliquo tempore quoquomodo temptaverimus, & eam infringere per quodlibet ingenium, præcedens, vel ſubſequens quæſierimus, & prænominatam eccleſiam S. Agathes cum omnibus, quæ ad eam pertinent ejuſque juris ſunt, quæ detinent ſecure, ac quiete jam dicto monaſterio B. Benedicti, ejuſque rectoribus habere, & detinere non permiſerimus. Tunc obligo me ego præfatus Rothbertus Averſanus epiſcopus, meoſque ſucceſſores tibi prædicto domno Girardo Abbati monaſterii Caſſinenſis, tuiſque ſucceſſoribus, & ſpondemus, atque promittimus debituros vobis, & eccleſiæ S. Benedicti pœnam auri optimi libras quinquaginta, & poſt ſolutam pœnam, hæc tranſactio firma maneat, & inconcuſſa. Utque hoc convenientiæ tranſactionis pactum firmius maneat ſubſcriptione manus noſtræ, noſtrorumque clericorum, adhibita auctoritate confirmamus, noſtrique ſigilli impreſſione ſignamus. † Ego qui ſupra Rothbertus Averſanus epiſcopus. † Ego Rothbertus archidiaconus conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Tigerius conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Stephanus Abbas, & ſuccentor conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Willelmus canonicus conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Willelmus canonicus, & Britto conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Maraldus Diaconus conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Lucas presbyter, & præceptor conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Laurentius presbyter conſenſi, & ſubſcripſi. † Ego Petrus presbyter conſenſi, & ſubſcripſi. Illa hic adnotanda verba. *In conſpectu Romanæ Curiæ hæc Cauſa ſæpe ventilata foret &c.* quæ in Petri Diaconi etiam textu leguntur, & ex quibus conſtat ante ſæculum Chriſti duodecimum, *Curia Romana* nomenclaturam uſurpatam, contra ac cenſuit eruditiſſimus Baluzius, qui præf. ad To. V. Miſcellaneorum primum nomen illud uſurpatum ait a Geroho præpoſito Reicherſpergenſi in expoſitione ad Pſalmum 64. ſive in libro de corrupto eccleſiæ ſtatu, quem inſcripſit Eugenio III. Romano pontifici, & a Petro venerabili Abbate Cluniacenſi lib. 2. de miraculis cap. 23.

Cōcordia inter Epiſcopū Averſanū, & Abbatē Caſſinatē pro eccleſia S. Agathæ.

Romanæ Curiæ vox primo uſurpata.

Angelus epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis eccleſiæ circa ann. Chriſti 1357. eccleſiæ hujus, quæ parochia erat, curam demandavit Johanni de Filiis Urſi, atque eccleſiæ S. Cæciliæ apud Neapolim, ut ex ejus regeſto p. 12. a t., & Petrus de Tartaris Abbas anno 1386. die 11. Auguſti D. Andream Cappulate ab Averſa eidem eccleſiæ S. Agathæ præfecit, juſſitque Fratri Antonio Decano S. Benedicti apud Capuam, & Fr. Campanello Monacho S. Angeli in Formis, ut ejuſdem eccleſię poſſeſſionem eidem traderent. In Andreę vero pręmortui locum Petrus Abbas anno 1387. die 6. Auguſti ſuffecit Andream de Juliano a Capua, ut ex ejus regeſto p. 242. De hoc cœnobio agit Lubin p. 37.

Eodem in cap. 61. hęc habet Petrus Diaconus. *Berardus etiam Comes filius Berardi Marſorum Comitis eo tempore obtulit B. Benedicto Monaſterium S. Mariæ in Valle Porclanici, & caſtellum Roſcolu cum pertinentiis ſuis &c.* Hanc vero donationem in Diſſert. I. a. 1048. dabimus. Vid. Lubin p. 404.

Monaſterii S. Mariæ in Valle Porclanici.

Ibidem hęc ſcribit Petrus: *Præterea & Nubilo Comes de caſtro Viperâ obtulit huic loco Monaſterium S. Euſtaſii infra eundem caſtrum, & eccleſiam S. Barbati, & S. Eleutherii, & S. Hilarii, atque monaſterium S. Euſtaſii in caſtello Ribza cum omnibus pertinentiis eorum.*

Et S. Euſtaſii in Caſtro Vipera.

Hę donationes diverſis temporibus a Comite Nobilone factę extant in regeſto Petri Diaconi p. 210. a t., & 211. nu. 498. 499., & 500., atque duę primę ita ſe habent. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti MLXX. &c. decima indictione. Ego Nobilone dei gratia Comes clarefacio quia habeo unum Monaſterium, q. conſtructum, & dedicatum eſt in honore dei, & S. Euſtaſii, q. eſt infra finibus de caſtello Vipera, & modo congruum habeo prædicta eccleſia, pro timore Dei, & redempcione animæ meæ de omnibus peccatis meis offerire, & præceptum facere in Mona-*

Donatio monaſterii S. Euſtaſii.

ſterio

ſterio S. Benedicti q. edificatum eſt in monte caſtre Caſine in quo domnus Deſiderius Abbas praeſt bona etenim noſtra voluntate, quam & pro firma ſtabilitate intereſſet Viperano judica, & ſubſcriptis teſtibus, per hanc quoque vidit cartulam damus, atque offerimus in ſupraſcripti monaſterii S. Benedicti monti, Caſini, & tibi domno Deſiderio Abbati offerimus eccleſiam, & monaſterium S. Euſtaſii cum omnia pertinencia ſua & praceptum facio ſicut ſuperius declaramus ipſa eccleſia mea, quod ſupra declaravimus, cum omnia pertinencia ſua, nec mihi, nec cuicumque alteri habendum nullam reſervavi, ſed totam, & integram cum omni pertinencia ſua cum inferius, & ſuperius, & cum vie, & andite ſuo, atque cum omnibus ſuis pertinenciis in ſupraſcripta eccleſia S. Benedicti montis Caſini offerus ad habendum, & ad ejus Rectoribus poſſidendum, ea racione, ut amodo, & ſemper pars ejuſdem eccloſia, & ejus rectoribus jam dictam eccleſiam S. Euſtaſii cum omnibus ſuis pertinenciis integrum habere, & poſſidere debeat, & faciendi inde omnia quod volueritis ſine contradiccione mea, & de meis heredibus, & ſine cujuſcumque requiſicione. Offerimus eciam, atque canſirmamus in ſupraſcripta monaſteria S. Euſtaſii, (Eccleſia S. Mariæ.) *eccleſia S. Maria cum omnibus ſuis pertinencis, & praceptum facio, ſicut ſuperius declaravi ipſa rebus habero pertinente infra ipſo Caſtaldato de ſupradicto caſtello Vipera, & per circuytum ejus dicimus habere fines. Prima fine incipiente ab ipſo collecillo q. eſt in capite de ipſi Scorzati q. eſt in capite de ipſo terre S. Stephani, & quomodo vadit per ipſu Collecillu, & pervenit in limata, & quomodo vadit per capite de ipſa limata, & deſcendet in ipſe Vallone incipiente da ipſo Maragoy, & faliente per ipſa vallone, & pervenit in ipſa fontana, & quomodo vadit per ipſa fontana, & ſaliente per ipſa verragene q. de tempore verni aqua decurrit quomodo vadit per ipſa verragene, & tranſverſa per ipſa Serroncella, & vadit in ipſi Peſcla q. vocatur Caſtellani, & deſcendente per ipſe limate, & pervenit in ipſo vallone q. venit de ipſa fontava S. Euſtaſii, & quomodo vadit per ipſum vallonem, & ſaliente in ipſa via, qua venit da la Rieza, & quomodo vadit per ipſa via, & ferit in ipſa Peſclo, qui eſt in capite de ipſa cluſa, & ſaliente per ipſa Serra, & quomodo vadit per ipſa Serra, & venit in ipſo peſclo q. vocatur Caſtellucza presbyteri Johanni, revolvente capite, & tranſverſa per ipſa Verragene, & venit in ipſo Peſclo, & pervenit in ipſa fontano, & deſcendet per ipſe vallone, & deſcendet per ipſa via publica q. vocatur Benevemana, & quomodo vadit, & deſcendit per ipſa via, & pervenit in ipſe Peſclo de Johanne presbyter qui vocatur acolicucka, & venit in alio Peſclo q. vocatur delli Montanari, & deſcendet per ipſam verragene, & venit in ipſa Calcara, & deſcendet in ipſo vallone, & quomodo deſcendet inde, & venit in pede de ipſi Terratini in ipſa via qua venit da Sancta Petru, & quomodo vadit per ipſa via, & tranſverſa per ipſe lame, & venit in ipſa ſeria de de li abjeti, & traſverſa per ipſo limitone, & per capite de ipſi alperti, & per pedes de ipſi porghe, & tranſverſa per ipſa via, & vadit in ipſa fontana de li Saccu vacante, & deſcendet per ipſa ligagine, & deſcendet in ipſe vallone, & tranſverſa per ipſo vallone, & aſcendet per ipſa maccla, & venit in ipſa via, & aſcendente per ipſa via, & pervenit in ipſo collecillo q. eſt in capite delli Scorzati priores fines. Infra autem hac finis ſicut concluduntur, neque nobis qui ſuper donatori, neque ad heredibus noſtris, neque alteri homini nihil reſervavimus excepruante ipſa Silva que nobis reſervavimus. Hac autem ſupraſcripta eccleſia S. Maria cum omnibus terris, qualiter per finis ſupra declarata ſunt, & cum amnia que ſupraſcripta ſunt dedimus, atque offerimus in eccleſia S. Euſtaſii & tibi Domno Deſiderio Abbati ad faciendum e vinde, qua vobis placuerit, quod ſi aliquando tempore ego qui ſupra Nobilone, aut meos heredes cum pars S. monaſterii S. Benedicti, aut cum ejus rectoribus, per quacumque racione cauſare, aut contendere queſierimus de ſupradicte monaſteria S. Euſtaſii, vel de amnibus, qua ei pertinet volendum in aliquid tollere, vel minuare, ſeu de proprietate ſupradicta eccleſia S. Benedicti, & domnus Deſider. Abbatis, au de ſucceſſoribus ſuis ſubtrahere queſierimus aut ſi qualitercumque removere queſierimus, centum ſolid. Conſtantinop. componere ad partem ſupraſcripta eccleſia S. Benedicti, & tibi domna Deſiderio, tuiſque ſucceſſoribus componere oblig. & in antea omni tempore taciti, & quieti maneamus. Igitur obliga me, & meos heredes ad partem eccleſia ſupraſcripta S. Benedicti, & tibi domno Deſiderio Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Hanc meam offerſionem in integrum amodo, & ſemper ab omnibus hominibus antiſtare, & defendere una cum omnibus ſuis remelioracionibus. Quam te Johannes ſubdiaconus, & Notarius ſcribere rogavi, actum in caſtello vipera feliciter. Ego Viperano judex. Ego Johannes qui ſupra. In nomine Domini Anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXIV., & XXXVII. Anno principatus domni Landolfi principis menſe Octobris XIII. indictione. Ego Nubilone gratia dei Comes, una cum filio meo Riccardo per cartulam offerſionis obtuli in monaſterio S. Benedicti montis Caſini eccleſiam S. Euſtaſii in vipera, cum omnibus ſuis pertinenciis m. v. bona, & ſpontanea noſtra boluntate aſtante ante preſenciam noſtram magiſtra Benedicte, & Viperano judica, & Johanne Davit, & aliis hominibus per hanc quoque cart. trado, atque offero in ſupraſcripta eccleſia S. Euſtaſii, & in monaſteria S. Benedicti Montis Caſini eccleſiam S. Marci, & aliam eccleſiam S. Barbati,* (Donatio eccleſiarum S. Marci, S. Barbati &c.) *cum omnibus pertinenciis earum, & eccleſia S. Hilarii, & eccleſiam S. Eleutherii, cum omnibus pertinenciis earum, intus infra finibus de caſtello vipera cum terris, & omnibus pertinenciis earum, unde nec nobis, nec heredibus noſtris, nec cuicumque alteri exinde reſervavimus ſed totis, & integris cum omnibus ſuis pertinenciis offerimus in pradicta eccleſia S. Euſtaſii, & in monaſterio S. Benedicti, ad habendum, & poſſidendum, & faciendum omnia, qua vobis placuerit, inſuper donavimus pradicta eccleſia S. Eleutherii ipſe terro, qua habuit Johannes presbyter Johanni, tota, & integre ipſe rebus per finis, qualiter ſubtus declaramus. In primis da ipſo gurga de pbr. ſtratico q. eſt in flavio tappino, & aſcendente per ipſa lama Scabecuſoa, & aſcendente per ipſa voragine, qua vocatur aqua falſa, & aſcendente per ipſa terra Johanni Appani, & terra Petri Siconi, & terra Johanni Petri Amiconi, & ipſa vicenda Donnica, & aſcendit in ipſa via publica, q. eſt in capite de eadem terra S. Eleutherii in priores fines. Hac autem ſupraſcripta eccleſia, & terra*

qua-

Digitized by Google

qualiter ſuperius ſcripta ſunt de fine in fine, cum omnia intro habentibus ſuper, & ſuper cum viis, & anditis ſuis, & cum omnibus ſuis pertinenciis tradidi, & offerui in ecclesia S. Eleutherii in omni ad ſemper abendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, qua volueritis, ſine contradiccione mea, vel de meis heredibus, et ſine cujuſcumque contradiccione, vel requiſicione. Inſuper obligamus nos qui ſupra nominati Nobilone, et Riccardus ambo Comites et prædicta ex prædicta noſtra offerſione ad partem prædicta eccleſia per qualiſcumque cauſacione, aut moleſtacione contendere queſierimus, aut aliquid exinde trahere, vel minuere quaſierimus componamus centum ſolid. Conſtant. ad partem prædicta eccleſia. Et iſta donacione, quod nos qui ſupra nominati comites Nobilone, & Riccard. pater, & filius fecimus pro mercede anima noſtra, & parentum noſtrorum firma, & ſtabile permaneat in perpetuum. Igitur obligamus nos, vel omnes quicumque homo de ſupraſcriptis Eccleſiis ſubſtrahere, vel minuare voluerit anathema ſit, & cum Dathan, & Abiron ſint, & cum Juda traditore partem habeant. Inſuper obligamus nos qui ſupra nominati Comites ad partem prædicta eccleſia, & ad ejus Rectoribus hanc noſtram donacione in integrum in omni loco antiſtare, & defendere. Es hanc cartulam offerſionis ſcripſi ego Johannes ſubdiaconus, & Notarius per juſſione ſupraſcriptis comitibus Nobilone & Riccardo, in caſtello Vipera, in menſe, & indicc. ſupraſcripta feliciter. Ego qui ſupra Benedictus judex. Ego Bipero Judex. Ego i. David.

Petrus de Tartaris Abbas anno 1378. die 25. Auguſti Præpoſitum S. Euſtaſii de Ribza conſtituit D. Petrutium Diodatum a Vallerotunda, ut ex ejus regeſto p. 41. a t. De hiſce cœnobiis agit Lubin p. 93., & 323.

S. Benedicti apud Cremam.

Oblationem Caſſinatibus factam monaſterii S. Benedicti apud Cremam refert Petrus Diaconus eodem in capite hiſce verbis: *Heynricus etiam filius Heynrici Comitis de Caſtro Cremonenſi obtulit & ipſe monaſterium S. Benedicti ſitum in pertinentiis ejuſdem caſtri, & eccleſiam S. Ambroſii in caſtro Tira cum omnibus pertinentiis ſuis.* Extat hæc oblatio in regeſto Petri Diaconi p. 197. nu. 454., eſtque hujuſcemodi. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anni ab incarnatione ejus milleſimo nonageſimo ſeptimo, primo die menſe Decembris, indiccione quinta. Monaſterio eccleſia S. Benedicti ſita loco, qui dicitur Monte Caſino. Nos Enricus, & filius qd. Enrici qui vocatur Comes, & Biliſia jugalibus, & filia quod. Rogerii de loco Soreſinas, & abtatores infra caſtro Cremas qui profeſſi ſumus nos ipſi jugalibus ambo ex nac. noſtra lege vivere Langobardorum ipſo namque jugale, & Mundualdo meo mihi conſenciente, & ſubtus confirmante, & juſta legem meam una cum noticia Rainerius Comes hujus Comitatu bergomenſe in ejus preſencia, vel teſtium certam facio profeſſionem, vel manifeſtacionem, quod nullam me pati violenciam a quempiam hominum, nec ab ipſo jugale & mundualdo meo, niſi mea bona, & ſpontanea voluntatem offertores, & donatores ipſius monaſterio præſentibus præſens diximus, quod ſi quis in ſanctis, & ac venerabilibus locis, & ſuis aliquid contulit rebus juſta auctoris vocem in hoc ſeculo centuplum accipiat, & inſuper quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideoque nos qui ſupra Enricus, & Beliſia jugalibus donamus, & offerimus in eadem eccleſia S. Benedicti a preſenti die, pro mercede anima noſtra id ſunt eccleſia, qua eſt edificata in honore S. Benedicti ſita prope caſtra Crema, & ſuper fluvio ſerio, & cum omnibus rebus, qua ad eadem eccleſia pertinet, aut per qualecumque modo eadem eccleſia pertinere evenerit. Qua autem ſupraſcripta eccleſia & cum omnibus rebus, qua ad eadem eccleſia pertinet, vel pertinere debet, una cum acceſſionibus, & ingreſſoras ſeu eum in ſuperioribus, & inferioribus ſuis earum rerum qualiter ut ſupra menſure, & coerencie legitur In In. ab hac die in eadem eccleſia S. Benedicti donamus, & confirmamus faciendum exinde pars ipſius eccleſia a preſenti die proprietario nomine, qua voluerit pro anima noſtra mercede ſine omni noſtra, & eredum noſtrorum contradiccione. Quidem expondimus, atque promittimus noe qui ſuper Enricus & Biliſia ingalibus una cum noſtros heredes pars ipſius eccleſia, aut cui pars prædicta eccleſia dederit ſupraſcripta donacione, & offerſione qualiter ſuperius legitur In In. ab omni homine defenſare, & qui ſi defendere non potuerimus, aut ſi pars prædicta eccleſia exinde aliquid per quovis ingenium ſubtrahere queſierimus tunc induplanius eandem donacionem & offerſione, ut ſupra legitur pars prædicta eccleſia reſtituamus ſicut propterea fuerint melioratis, aut valuerint ſub eſtimacione in conſimilibus locis. Actum in loco, ubi dicitur monaſterio S. Benedicti. Item nos qui ſupra Aricus, & Baſilia jugalibus offertores, & donatores in ſupradicta eccleſia S. Benedicti montis Caſſini a preſenti die de rebus noſtris pro ſalvacione, & mercede anima noſtra, quas abere viſi ſumus in loco q. venibroncello, qua eſt in ipſa rebus pecies quinque de terra aratori, & una prativa, quas inſimul tenentes, & ſunt ipſe rebus, ac ſuper totum pro menſura juſta juges legitime duodecim, coeret ei aſpra, & montes, fluvio, qui dicitur Sario, & ſimiliter donamus, & offerimus in eadem eccleſia illis rebus, qua nobis jugalibus obvenit per ſucceſſionem da Ugo quidam, qui fuit ſervo noſtro in loco, & fundori d. Ecingo, & ipſe Ugo emit da Johanne, qui dicitur da corno, & ſunt ipſis rebus inter ſedim., & vites, & terra aratoria, & una a ſuper totum per menſura juſtas perticas quindecim, & ſimiliter donamus, & offerimus in illo loco, ubi jam dicta eccleſia ordinata eſt, pecia una de terra aratoria & in parte vidata, & ſalecto inſimul tenente per menſura juſta perticas legitimas duodecim, & talibus quatuor coeret ei añe, & martyris S. Alexandri a ſupraſcripto fluvio, qui dicitur Crema, & anc donamus, & offerimus in eadem eccleſia nominatæve cunctis Caſis, & omnibus rebus territoriis illis Juris noſtris, quam habere viſi ſumus nos in loco, et fundo aire, tam infra caſtro, quamque et foris, et noſtra porcionem de cappella una, qua eſt conſecrata in honore S. Ambroſii ſita infra Spoldo de jamdicto caſtro aire ut dictum eſt tam Caſis, et caſtro ſeu cappella cum ſe dominibus, et terris arabilis, et vineis, et pratis paſcuis, ſilvis, ac ſtellareis, ripis, rupinis, ac paludibus cultris, et incultis, diviſis, et indiviſis, molendinis, et piſcacionibus diſtrictis, et toloneis uſibus aquarum, aquarumque ductibus, cum omni jure, ac jacenciis, et pertinentiis earum rerum per locas, et vocabulas ab ipſis rebus pertinentibus de noſtris juris rebus ad jam dicta curte aero omnia et ex omnibus in integrum, et ſi amplius de illis*

rebus

Digitized by Google

rebus qa. de jam dicta cùrte plus inventum fuerit, quam ut ſup. menſura donacionis, & offerſionis inventum fuerit ſit in poteſtate eccleſia. Ab hac die eadem eccleſia S. Benedicti donamus, tradimus, & preſentem donationis, & offerſionis ibidem habendum confirmamus ad faciendum exinde quicquid volueritis, ſine omni noſtro, & eredum noſtrorum contradiccione. Et quidem promittimus una cum noſtros heredes pro parte ipſius eccleſia ab omni homine defenſare, & defendere, & ſi non potuerimus, aut ſi pors pradicta eccleſia exindo aliquid per quovis ingenium ſubtrahere queſierimus, tunc in duplum eandem donacionem, & offerſionem in duplum, & meliaratum reſtituamus. Actum in loco, ubi eadem eccleſia eſt edificata feliciter. Signum manibus iſtorum Arici, & Baſilia jugalibus q. hanc cartulam fieri rogaverunt. Signum Rameri Com., Signum Gmvillelmi Com. Signum Lanfranchi, & Alberti, & Adammi, & Guileczone, & cæteri alii plures de populi rogati teſtes. Ego Enricus judex ſacri palacii. Ego Johannes Notarius ſcripſi, & complevi.
Sub Apoſtolicæ Sedis protectione cœnobium iſtud recepit a. 1123. Callistus II., atque a. 1178. Alexandee III. hiſce bullis, quibus eccleſiæ bonaque ejuſdem numerantur.

Calixtus Epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilecto filio Viviano Prapoſito eccleſia beati Benedicti apud Cremam ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Heinricus ſiquidem comes pergamenſis cum totius populi Cremenſis ſuffragio, & conniventia pro animarum ſuarum ſalute in pradio poſſionis ſuo cellam in honore beati Benedicti edificavit quam Monaſterio Caſſinenſi pro ejuſdem B. Benedicti devotione, & reverentia obtulerunt. Hanc videlicet cellam venerabilis Frater noſter Rogerius tunc Volaterrenſis epiſcopus ejuſdem Heinrici Comitis filius pro patris ſui, & Cremenſis populi deſiderio, & rogatu jomdudum ſub tutelam ſedis apoſtolica, ſicut & catera Caſſinenſis Monaſterii membra ſuſcipi poſtulavit. Nos igitur tam illorum, quam tuis dilecte fili Viviane ejuſdem loci Prapoſite petitionibus annuentes pro ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti reverentia, & filii noſtri Oderiſii Abbatis dilectione, ad cujus curam ex Caſſinenſis cœnobii jure locus idem pertinet, cellam ipſam per decreti preſentis paginam ſub apoſtolica ſedis tutelam, protectionemque ſuſcipimus. Statuimus ergo, ut cella eadem quieta ſemper, & libera in Caſſinenſis monaſterii poſſeſſione & unitate permaneat, nec ulli omnino perſona liceat eam a Caſſinenſis monaſterii jure, dominioque ſubtrahere, aut ſeparare. Quacumque vero pradia, quocumque poſſeſſiones a ſupradicto Comite Heinrico, & a Cremenſibus, vel aliis fidelibus viris eidem loco ad Fratrum ſuſtentationem collata ſunt, vel in futurum largiente domino conferentur, firma vobis in perpetuum quieta, & integra conſerventur. Quo videlicet poſſeſſiones habentur in Cremenſi territorio in Villa Heire, in Rivi-zinga, in Veilate, in Mozanica, in Vauri, & in Joſano, & in Boteliano. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigaro, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Ordinationes Monachorum qui ad ſacros fuerint ordines promovendi, ſeu clericorum Monaſterio pertinentium a quo malueritis catholico accipietis Epiſcopo qui apoſtolica ſedis fultus authoritate poſtulatur, indulgeat. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, honoris, & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Quicumque vero domum ipſam & in ea domino ſervientes fovere, ſuiſque rebus honorare curaverit, omnipotentis dei, & apoſtolorum ejus gratiam conſequatur, Amen, Amen, Amen.



Ego Calixtus Catholica Eccleſia Epiſcopus.




Datum Laterani per manus Hugonis S. Romana eccleſia ſubdiaconi tertio nonas Aprilis indictione prima incarnationis dominica anno M C X X I I I. pontificatus autem Calixti Secundi papa quinto.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica rubei coloris, continens ab uno latere capita SS. Apoſtolorum Pauli, & Petri, ab alio Calixtum Papam ſecundum.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis Simoni Prapoſito S. Benedicti de Crema, ejuſque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Heinricus ſiquidem Comes Bergamen. cum totius populi Cremen. ſuffragio, & conniventia pro animarum ſuarum ſalute in predio poſſeſſionis ſua cellam in honore beati Benedicti edificavit, quam utique cellam de aſſenſu pro-

prediƈti Comitis, & voluntate Cremenſis populi monaſterio Caſſinenſi pro beati Benedicti reverentia, & devotione jam pridem oblatam officii noſtri debitum proſequentes, & annuentes precibus dilecti filii noſtri Petri Caſſinenſis Abbatis ad exemplar felicis memorie predeceſſoris noſtri Calixti Papa ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem cella in preſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, praſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Petri de Rivicenigo cum omnibus poſſeſſionibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Maria de Umbriano cum poſſeſſionibus omnibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Maria de Cremoſiano cum poſſeſſionibus omnibus ad eam pertinentibus. Eccleſiam S. Pancracii cum pertinenciis ſuis. Quicquid juris habetis in eccleſia S. Georgii de Caſaleto; quicquid juris habetis in eccleſia S. Petri de Vailate; & in eadem Villa; quicquid juris habetis in villa qua dicitur Heire. In Joſano. In Boteſano. In Turlino; In Cremen. Territorio, & in aliis locis ubicumque jura veſtra conſiſtunt. Ad hac prædicti predeceſſoris noſtri veſtigiis inherentes apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut cella eadem quieta ſemper, & libera in Caſſinen. monaſteris poſſeſſione, ac unitate permaneat, nec ulli omnino perſona liceat eam a Caſſinen. monaſterii jure, dominioque ſubtrahere, aut ſeparare. Ordinationes quoque monachorum, qui ad Sacros fuerint ordines promovendi, ſeu clericorum monaſterio pertinentium, juxta quod prædictus predeceſſor noſter vobis indulſit, a quo malueritis catholica accipietis epiſcopo, qui apoſtolica ſedis fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Nihilominus etiam libertatem, quam in baptiſmo, & in aliis bona memoria Arnulfus quondam Cremonen. epiſcopus, eccleſia veſtra de Rivicenigo rationabiliter contuliſſe dinoſcitur, & ſcripto authentico roboraſſe ratam manere cenſemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam cellam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva in omnibus apoſtolica ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit ſecundo, terciove commonita niſi ſatisfactione congrua id emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divine ultionis ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.





Ego Alexander Catholica Eccleſia Epiſcopus ſubſcripſi.

† *Ego Cencius Presbyter Cardinalis v. Sancta Cecilia ſubſcripſi.*

† *Ego Arduinus Presbiter Cardinalis vi. S. Crucis Jeruſalem SS.*

† *Ego Jacobus Sancta Maria in Coſmydyn Diaconus Cardinalis SS.*

† *Ego Rainerius Sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis SS.*

† *Ego Gratianus Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſma, & Damiani SS.*

† *Ego Johannes Sancti Angeli Diaconus Cardinalis SS.*

† *Ego Bernardus Sancti Nicholai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis SS.*

Datum Tuſculani per manum Alberti S. Romana eccleſia presbyteri Cardinalis, & Cancellarii III. Kal. Novembris indictionis XI. incarnationis dominica anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, pontificatus vero domni Alexandri Papa tertii anno vigeſimo.

Adeſt ſigillum plumbeum.

Adnotanda vero in Calliſti diplomate verba illa *Venerabilis Frater noſter Roggerius tunc Voliterrenſis Epiſcopus &c.* Nam Ughellius To. I. Italiæ Sacræ col. 1439. nu. 33. oſtendit receptum ab eo Calliſtum II. e Gallia reducem in epiſcopatu ſuo, atque A. 1125. inde ad Piſanum archiepiſcopum tranſiſſe. Quamquam Tom. III. in deſcriptione archiepiſcoporum col. 381. nu. 43. aſſerit electum Archiepiſcopum anno 1123., ſubditque: *In ali-*

quibus

Emendatur Ughellius. *quibus tabulis hujus eccleſia habetur, hunc Rogerium ſedem Piſanam obtinuiſſe anno* 1125. *&c.* Ex mox allatis autem Calliſti verbis liquet illum anno 1123. haud amplius epiſcopum Volaterranum fuiſſe. Egregia Rogerii facinora deſcribit Ughellius eodem in loco. Errorem vero Amanuenſis in textu Petri Diaconi, pro *Cremenſi*, *Cremonenſe* Territorium legitur, & pro *Aira*, *Tira*.

Lis inter Episcopū Placentinum & hujus cœnobii Priorem, & concordia. Suborta inter Placentinum epiſcopum, atque hujus monaſterii Priorem lite pro eccleſia S. Mariæ de Umbriano, quæ parochia erat in Plancentina diœceſi ſita. Ejus deciſio Uberto archiepiſcopo Mediolanenſi ab Hadriano IV. commiſſa eſt, cujus opera hæc inter partes concordia inita.

Ex originali in Archivo. *Obbertus Dei gratia S. Mediolanenſis eccleſia archiepiſcopus venerabilibus Fratribus Ugoni Placentino epiſcopo, & Johanni priori monaſterii S. Benedicti Cremenſis in perpetuum. Venerabilis domini noſtri Papa Adriani mandatum ſuſcepimus ut controverſis, qua inter vos ſuper quibuſdam eccleſiis agitabatur debitum finem imponeremus. Nos vero apoſtolico mandato devote obedientes, ut de cauſa ipſa hinc inde audiremus utramque partem, die ſtatuta ante praſentiam noſtram evocavimus. Cum autem ſecundum ordinem judiciarium procedere vellemus, tu Frater Prior ad ſedem apoſtolicam appellaſti. Poſtea vero tu, & epiſcopus ad concordiam reverſi, vobis placuit, ut controverſiam eccleſia B. Maria de Umbriano potius tranſactione, quam rigore juſticia terminaremus. Quia igitur paci, & tranquillitati magis intendimus quam in dandis ſententiis, ex quibus partes ſape turbantur, delectemur, hanc concordiam inter vos factam ſcribere pracepimus. In primis eccleſia S. Benedicti Cremensis omni anno in feſtivitate S. Martini pro eccleſia S. Maria de Umbriano nomine cenſus decem ſolidos denariorum Mediolanenſium veteris moneta epiſcopo Placentino Placentia perſolvet. Prior pradicti monaſterii ſacerdotem quem in ipſa eccleſia ponere debet, Placentino epiſcopo praſentabit, & curam populi de manu ejuſdem epiſcopi ſi fuerit idoneus ſuſcipiat. Interdicta ipſius epiſcopi inviolabiliter ſervabit. Vocatus ad Synodum niſi fuerit prapeditus canonica prapeditione veniet. Sinodalia ad libitum ſuum, videlicet ſacerdotis honeſte perſolvet. In uno die letaniarum omni anno ad plebem palatii cum letaniis accedet. Ad Capitulum ejuſdem plebis vocatus veniet, penitentias criminalium peccatorum ad epiſcopum Placentinum referet. Epiſcopum Placentinum ſemel in anno cum ſuis in eccleſia S. Maria de Umbriano, aut in eccleſia S. Benedicti de Crema ſi voluerit epiſcopus honeſte in hoſpitio recipiet. Nuntios domini epiſcopi tranſeuntes cum ad ipſum venerint honeſte ſuſcipiet. Poſſeſſiones ipſius eccleſia non opignorabit niſi forte neceſſitate cogente uſque ad tempus decem annorum, ita tamen ad ipſum terminum pignus ſit ſolutum, neque alienabit ſine conſenſu epiſcopi. Si quis autem a Priore pro ipſa eccleſia epiſcopo Placentino infra ſacros ordines praſentatus fuerit, ab ipſo epiſcopo ſacros ordines recipiet. Parrochianos ſuos cum eis conſuluerit in extremis, ut plebem ſuam in memoria habeat, & ei de bonis ſuis pro remedio peccatorum ſuorum relinquat, diligenter commoneat, & ſi in exequiis eorum presbyteri, ſeu clerici fuerint invitandi, eos de ipſa plebe invitet, a proximo autem feſto S. Michaelis uſque ad annum unum prior habebit cartam Abbatis Caſſinenſis hanc concordiam continentem, & ſuo ſigillo roboratam. Facta eſt hac concordia in palatio Mediolanenſi. Anno dominica incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto menſe Auguſti indiccione tercia. ✠ Ego Obertus Archiepiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Hugo Placentinus Epiſcopus. ✠ Ego Presbyter Johannes Bonomellus. SS. Ego Otto Monachus Subdiaconus SS. Ego Guido dictus Sancti Antonini Propoſitus SS. ✠ Ego Bon. Johannes ſubdiaconus ſubſcripſi.*

De Uberto agit Ughellius in deſcriptione Archiepiſcoporum Mediolanenſium To. IV. col. 150. & ſeqq. nu. 86., ubi ait gubernatam ab eo hanc eccleſiam ab anno 1145. ad 1166. circiter. De Hugone agit idem Ughellius To. II. in deſcriptione Epiſcoporum Placentiæ col. 216. & ſeqq. nu. 47., ubi prope finem demonſtrat initam ab eodem ejus eccleſiæ poſſeſſionem A. 1145. die prima Maii, atque mortuum anno 1166.

Anno 1314. Prior hujuſce cœnobii factus eſt a Vice decano, & monachis Caſſinatibus Fr. Albertinus Caſſinenſis monachus, ut hoc inſtrumento conſtat, quod geſta etiam quædam hiſtorica continet.

In nomine domini amen. Anno ejuſdem milleſimo, trecenteſimo quartodecimo induc. XII., die martis, nono menſis Julii in caſtro Crema in monaſterio S. Benedicti in eccleſia dicti monaſterii, & in coro dicta eccleſia, & coram Altare. Venerabilis vir domnus Donyſachus Capitaneus de Rivoltella, Propoſitus majoris eccleſia Crema, volens complacere eccleſia Romana, & ſuis fidelibus per univerſum mundum conſtitutis, & religioſiſſimo, & honeſto viro Fratri Jacobo de Plombarolla vicedecano conventus Monaſteris Caſſinenſis, & conventui dicti monaſterii, cæteriſque rectoribus, & Monacis dicti monaſterii Caſſinenſis, viſis per eum, & inſpectis literis, cartis, & juribus eidem preſentatis per religioſum, & honeſtum virum Fratrem Albertinum natum nobilis viri domni Jacobi de Grindinis Juris Periti de Crema monachum monaſterii Caſſinenſis, ſicut factus, creatus, & ordinatus eſt dictus Frater Albertinus Prapoſitus, & prior, ſeu Prior dicti monaſterii S. Benedicti de Crema, & ſicut commiſſa eſt eidem rectori & adminiſtratori in temporalibus, & ſpiritualibus dicti monaſterii S. Benedicti de Crema, per pradictum Vicedecanum, & per conventum monaſterii Caſſinenſis, prout preſens ordo poſtulat, & requirit, & autoritate commiſſionis ſibi facta ſecundum formam infraſcriptarum litterarum, cujus tenor talis eſt: Venerabili viro domno . . . Propoſito Majoris eccleſia caſtri Cremenſis eos in Chriſto Kariſſimo Frater Jacobus Vicedecanus, & conventus monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & ſinceram in domino caritatem. Cum Fratrem Albertinum latorem preſentis monaſterii noſtri S. Benedicti de Crema ordinaverimus Propoſitum, ſeu Priorem dileccionem veſtram, preſencium tenore atente rogamus, quatenus predictum Fratrem Albertinum in corporalem poſſeſſionem pradicti monaſterii S. Benedicti de Crema pro parte noſtra auctoritate preſencium inducatis, ſcientes quod quicquid favoris, conſilii, & auxilii circha recuperacionem dicti monaſterii eidem Fratri Albertino duxeritis impendendum, nobis ſine dubio facietis, & proinde vobis erimus in perpetuum ad beneplacita forcius obligati. Data in monaſterio Caſſinenſi

Digitized by Google

nenſi die VI. Maii XII. Indiccionis , & quia ſigilli noſtri conventus propter defectum unius clavis præ manibus non abemus , preſentes litteras ſigillo Vicedecani noſtri fecimus ſigillari . Data ut ſupra . Induxit in tenutam , & corporalem poſſeſſionem dictum Fratrem Albertinum Præpoſitum , ſive priorem , ut ſupra de prædicto monaſterio S. Benedicti , & eccleſia , & omnium jurium ſpirituallium , & temporallium ſpectantes , & pertinentes ad dictum monaſterium S. Benedicti quoque jure per cornu Altaris , per funes campanarum , per intratas portarum , & hoſtiorum dicti monaſterii , & per vectes dictarum portarum , & hoſtiorum , & aſſignando ſibi locum , & ſtallum in choro , contradictores per cenſuram eccleſiaſticham compeſcendo , ſervatis in prædictis omnibus ſollempnitatibus , quæ in talibus conſuetum eſt ſervari , & prout Juris ordo poſtulat , & requirit . Interfuerunt teſtes infraſcripti , honeſti , & religioſi viri , & laycis ſilices frater Gaſperinus de Butefacus ſubprior , Frater Girardus de Ferariis lector ambo Ordinis Fratrum , & conventus Prædicatorum de caſtro Crema . Frater Jacobus prælatus . Frater Bonommus camerarius . Frater Aldrigus , domus , & conventus Fratrum humilliatorum de Platamita de Crema , Frater Franciſchus de Guerzinis prælatus domus , & conventus Fratrum humilliatorum de avis de Crema , Frater Rugerus de la Fracta prælatus domus Fratrum de Bagniollo . Prater Jacobus , Frater Gandolfinus Ordinis Ciſtercienſis , Frater Albertus qm. Domini Blave , Guinzoni rector eccleſiæ S. Michaelis de Crema , Frater Jacobus de Placencia Prior , Domus . Conſorzii S. Spritus de Crema . Frater Jacobus de Allamania dicti conſorzii , domnus pbaxauus de laude presbyter eccleſia S. Sepulchri , & qui habitat ad Sanctam civitatem , domnus Orolandus de Coppa presbyter eccleſiæ S. Stephani de Bagnollo , qui habitat in majori eccleſia Cremæ . Domnus Godalmus de S. Baxano presbyter eccleſiæ S. Martini Capromanica . Domnus Petrus Malfallatus Archipresbyter plebis de Ofaningo . Obertinus oriatrus Clericus , & Bñficiullus S. Jacobi de crema ; domnus Joannes de Guinzonibus ; domnus Marchus de Gandinis , domnus Cabrinus capitaneus de rivoltella . Jacobus Tronatus quoddam domni Romiſii tronati . Lanfranchus Petenaqua Jacobus Barbenus , & multi , & multi alii religioſi , & layci noti de Caſtro Cremæ . Et pro ſecundo notario interfuit Maiifredus . Luppus notarius , & pro tercio Notario interfuit Zoaninus Ziriollus notarius , & pro quarto notario interfuit Redolfinus de Inñardis notarius omnes notarii , & publici Cremenſes unde plura .

Locus † Signi . Ego Maifredus Lupus Notarius Palatinus hiis interfui pro ſecundo Notario , & me ſubſcripſi , & meum ſignum appoſui .

Locus † Signi . Ego Redolfinus de Inñardis Notarius Palatinus hiis pro quarto notario . & me ſubſcripſi ff.

Locus † Signi . Ego Zoaninus Ciriolus Notarius Palatinus hiis interfui pro tertio notario , & me ſubſcripſi .

Locus † Signi . Ego Bonommus de Cicchis notarius publicus cremenſis hiis interfui , & rogatus ſcripſi , & meum ſolitum ſignum appoſui .

Anno tandem 1377. Caſſinum adiit Frater Antonius de Alferis , qui a Stephano epiſcopo , & Abbate Caſſinenſi creatus hujus monaſterii Prior , nunquam per triginta & duos annos Caſſinenſi Abbati paruerat , nec cenſum Caſſinenſi cœnobio ſolverat in ſignum immediati juris ; ſeſe itaque Abbati ſuo ſubdidit , promiſitque cenſum quotannis debitum , atque pro tranſacto jam tempore quandam pecuniæ quantitatem ſolvit . En hac de re inſtrumentum ex regeſto I. Petri Abbatis p. 193. & ſeqq. *In nomine domini Amen . Anno domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo , indictione quintadecima , tempore ſanctiſſimi in Chriſto patris , & domini noſtri domni Gregorii divina providentia PP. XI. ejus anno ſeptimo menſe Martii die ultimo &c. Coram Rño in Chriſto patre , & domino domno Petro dei gratia Abbate ſacri monaſterii Caſſinenſis , ac toto univerſali conventu monachorum ipſius monaſterii reſidentium , & inſimul congregatorum in eodem Monaſterio unanimiter , & pari voce ad ſonum campanæ de mandato , & beneplacito ipſius domini Abbatis in loco debito , & conſueto , ut moris eſt , comparuit ibidem coram eis venerabilis , & religioſus vir Frater Antonius de Alferis de Crema prior prioratus monaſterii S. Benedicti de Crema de provincia Lombardia , & membrorum ejuſdem monachus ordinis prælibati , qui oraculo vivæ vocis expoſuit , ſe ab annis triginta duobus , vel citra paulo plus , vel paulo minus citra prædictum Prioratum , & membra ejuſdem , quæ membra ſunt hæc videlicet , eccleſia S. Mariæ de Umbriano , eccleſia S. Petri de Buizengo , Eccleſia S. Mariæ de Cñoxano de Crema , eccleſia S. Petri de Vaylatſ. , eccleſia S. Benedicti de Rumelengo , & poſſeſſiones , bona , res , & jura dicti Monaſterii , & dictarum eccleſiarum fuiſſe canonice aſſecutum , & in eis conſtitutum per qm. bonæ memoriæ domnum Stephanum epiſcopum Caſſinenſem cum plenitudine juris canonici , & omnimoda poteſtate qua cæteræ eccleſiæ Prioratus , & Præpoſitura dicti Monaſteris monachis ipſius ſolitæ ſunt conferri . Quas quidem litteras dicti Prioratus idem Prior , prout ſuo Sacramento firmavis in manibus ejuſdem domni Abbatis confeſſus eſt realiter habuiſſe , & habere in Prioratu , & eccleſia ſupradicta , verum illas timuit ad ipſius domini Abbatis deferre præſentiam propter viarum diſcimina , ac pericula maris , & terræ , quæ aſſeruit in eodem itinere ſuſtinuiſſe , & in eadem ſua expoſitione ſubjungens aſſeruit , quod a tempore quo fuit Prioratum eundem adeptus , nunquam potuit idem Prior Caſſinenſis Monaſterium viſitare , nec dominum Caſſinenſem recognoſcere , nec aliquid cenſus nomine aut tributi exolvere , in ſignum veri , & directi Dominii domino Caſſinenſi , qui fuit pro tempore , nec ipſi domino , qui nunc eſt , prout tenentur eccleſiæ , Prioratus , & Præpoſituræ ipſi Monaſterio annexæ præſtans in recognitionem veri , & directi dominii , & ſoliti ſunt preſtare . Eapropter idem Prior tamquam obedientiæ filius cui ſpecialiter eſt ligatus , & annexus bonam fidem agnoſcens ſua bona grata , & ſpontanea voluntate ad pedes ipſius domini Abbatis in dicto capitulo devote , & humiliter genuflexus , cupiens Deo , & beato Benedicto , cujus regulæ eſt profeſſus , toto corde ſervire , diſcedens a via ſiniſtra , aut forte erroris ex certa ſua ſcientia , & expreſſe ſe ipſum totaliter ſubjecit obedientiæ , & regulæ beati Benedicti , promictenſque , & jurans expreſſe in manibus ipſius domni Abbatis ſtare , parere , juſſionibus , præceptis , & ordinamentis cujuſcumque , ac viſitatoribus , &*

Eccleſiæ ſubjectæ cœnobio S. Benedicti.

corre-

correptoribus dicti domini Abbatis, & ſucceſſorum ejus humiliter, & devote ipſamque eccleſiam, & membra ejus in temporali, & ſpirituali, ac totali dominio ad ipſum dominum Abbatem, & ſucceſſores ſuos abſolute, & libere recognovit dicens, & profitens collationem, & deſtitutionem dictarum eccleſiarum nullo medio ad eundem dominum Abbatem legitime pertinere, prout oculata fide comperuit ſe vidiſſe in regeſtris, & libris antiquis, autenticis Monaſterii ſupradicti dans, ponens, & profitens ſtabilitatem, converſionem morum, obedientiam, juxta regulam præfati Ordinis, & canonicas ſanctiones, quibus omnibus ſic peractis in manibus ipſius Domini Abbatis, ipſius Prioris manibus appoſitis, & firmatis, idem dominus Abbas dictum domnum Antonium tamquam obedientiæ filium ad pacis oſculum in Priorem dicti monaſterii de Crema donec vixerit devote recepit, ac ſibi mandavit expreſſe ſub pœna excommunicationis, quod de cetero prædicta conſervaret, et jura omnia ipſius monaſterii conſervare illeſa etc. et aſſignavit in manibus ipſius domini Abbatis pro cenſu, ſeu redditu jam obmiſſo florenos de auro viginti quinq; diverſorum Cuneorum ponderis generalis, promiſitq; pro eodem cenſu obmiſſo, ut ſupra, hinc ad Kal. Januarii proxime futuras vigintiquinque alios florenos eidem domino Abbati etc. Actum ut ſupra in dicto capitulo poſito in dicto monaſterio, preſentibus ſapientibus viris domno Nicolao de Altavilla de ſora domno Angelo Jacobi de Sublaco juris peritis, Alberto Johannis Griffi de S. Germano compatre Petri de Scurigiis de Crema, et Stephanino Jacobi de martinengo Notario de Crema teſtibus ad prædicta vocatis, habitis, et rogat.

Profeſſio facta a priore.

Eodem in capite refert Petrus Pandulphi Aquini Comitis donationem hiſce verbis: *Pandulfus quoque Aquinenſis Comes eo tempore ſimiliter obtulit in hoc loco monaſterium S. Martini in colle Arcizzi cum pertinentiis ſuis.* Eam donationem exſcripſit Petrus in regeſto ſuo p. 204. nu. 476. Cur vero Petrus Pandulfum appellet Aquini Comitem, cum ipſe in diplomate ſuo ſemet Comitem Cominii dicat, ut Lando ejus parens fuerat, atque Vicalvi habitatorem, nobis incompertum. Landonis meminit privilegium a Leone Atinæ epiſcopo A. 1056. Canonicis, & clericis S. Mariæ conceſſum, quod refert Ughellius To. VI. in deſcriptione epiſcoporum Aquini col. 432. En diplomatis verba: *Convocatis igitur univerſis Clericis una cum domino Lando illuſtriſſimo Comite etc.* atque in ejus fine ita poſt Leonem epiſcopum ſubſcribit: *Ego Lando gratia Dei Comes.* Atina certe in Comitatu Cominii, modo Albeti, erat, ac forte Lando ab Aquini Comitibus ortum duxerat.

Monaſterium ſancti Martini in colle Arcizzi.

Capite 93. conſtructionem, donationemque monaſterii S. Georgii apud Lucam refert Leo Oſtienſis hiſce verbis: *Per hos dies Henricus & Rolandus germani fratres Lucenſis civitatis viri nobiles obtulerunt in hoc monaſterio eccleſiam S. Georgii, quæ intra eandem civitatem in eorum patrimonio ſita eſt prope Peſterulam, quæ dicitur Guirigalt ad monaſterium inibi conſtituendum cum horto, & puteo, & caſis, & cum univerſis tam intus, quam extra non minimis ipſius eccleſiæ rebus, ac pertinentiis. Ad quod videlicet monaſterium conſtituendum, ſive ordinandum tranſmiſſus eſt domnus Johannes genere, atque cognomine Apulus, qui in noſtro hoc monaſterio decanatus officio tempore non modico functus eſt &c.* Atque lib. III. cap. 61. ait idem Petrus: *Hoc tempore Rolandus vir nobilis de civitate Lucenſi obtulit beato Benedicto partem ſuam de monaſterio ſancti Georgii infra eandem civitatem, & partem ſuam de eccleſia S. Mariæ in palatio, & caſtello Alſlexo &, de eccleſia S. Mathei, & S. Maria in Curte Vechia, & S. Nazarii in Burcho* S. Martini, *& S. Martini in eodem Burcho, & quicquid ſibi pertinere videbatur, in Comitatu Lucenſe, Lunenſe, Pinſenſe, Piſtorienſi, Florentinenſi, Volaterrenſi, Populonienſi, & Roſelenſi.* Duas haſce donationes in Diſſertatione I. dabimus. Diu cœnobium hoc Caſſinatibus omnino paruit, eique a Roffrido Abbate conceſſum, ut pro juris immediati ſigno quotannis unicam dumtaxat Panni, vulgo *Saja*, cucullam perſolverent hoc Privilegio. *Roffridus dei gratia tituli SS. Marcellini, & Petri presbyter Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas dilectis in Chriſto filiis R. Propoſito, & Fratribus univerſis S. Georgii de Luca ſalutem, & paternæ benedictionis incrementum. Ex commiſſi noſtræ parvitati cura regiminis, ſola ſuperni gratia largitoris non ſuffragante noſtrorum auxilio meritorum, tales circa eos, quos nobis commiſit providentia divinitatis tenemur exiſtere, quod & paternum beneficium ſentiant, & amorem, & ex hoc accreſcat erga Patrem devotio gratiſſima filiorum. Hinc eſt, quod attendentes devotionis, & fidei puritatem quam nobis perſonaliter exhibuiſtis, & loco, & tempore venerabili noſtro monaſterio, unde lux monaſticæ religionis per almificum patrem Benedictum in toto orbe effulſit jugiter exhibetis, ſtatuimus firmiter adque decernimus, ut annis ſingulis nobis, & noſtris ſucceſſoribus nihil aliud ex debito quam cucullam unam de Saja, aut pretium apud venerabile Caſſinenſe cœnobium faciatis per veſtrum nuntium aſſignari; Si quando vero contingeret nos, aut noſtros ſucceſſores per Luccam tranſire integram nobis & eis volumus a vobis procurationem exhiberi, itaquod ad duas procurationes exhibendas non niſi ex gratia teneamini. Nunciis quoque noſtris euntibus, & redeuntibus victualia miniſtretis, ſi conſtiterit eos pro noſtris, vel eccleſia noſtra negotiis deſtinatos, ſalva per omnia ordinatione veſtri Monaſterii nobis, & monaſterio, cui, auctore domino, præſidemus. Cæterum quia prædeceſſores noſtri conſueverunt hoſpitale ante portas veſtri monaſterii ſitum per ſuos rectores ordinare pariter, & gubernare, liberam ordinationem, & diſpoſitionem Xenodochii prætaxati ſecundum Deum tibi, & tuis ſucceſſoribus duximus concedendam: locus ✠ ſigni. Ranerius Cincini Romani imperii judex, & notarius autenticum illud unde hoc ſumptum eſt, exemplum vidi, & legi bullatum cum bulla plumbea, in qua erat impreſſa, ſeu immiſſa corda accia, & quæ erat immiſſa de ſuper in ipſo privilegio, & quæ bulla plumbea pendet, & pendebat ipſi privilegio, & in qua bulla ab una parte erat ſculpta immago hominis, ſcilicet caput, & vultus, & pectus, & brachia, & manus, una quarum tenet librum, & circumſcriptio dicit. ✠ Sanctus Benedictus, & ab alia parte eſt ſculptura ad modum templi, ſeu eccleſiæ, vel arcis, & circumſcriptio. ✠ Sigillum Caſſinenſis Monaſterii; & illud fideliter exemplavi ex autoritate, & licentia mihi data, atq; conceſſa a domino Henrighetto de Confalonerii Briſciæ illuſtris domini Caroli regis Siciliæ familiari, & conſiliario, atque Vicario in poteſtaria*

Monaſterium S. Georgii apud Lucam.

Xenodochiū pauperum.

Sigillum Abbatis Caſſinenſis plumbeum cum imagine S. Benedicti.

Locana civitatis ; & qua quidem privilegia dictus Vicarius, ſeu Poteſtas locana de verbo ad verbum legi fecit, & ſigilla locana communis appenſione firmari. Simili modo ex auctoritate, & licentia mihi data, atque conceſſa a dominis Nantelmo primiterio, & Paganello de Porcaria Vicariis epiſcopatus Locani de conſilio, & aſſenſu cencanonicorum matricis eccleſia, ut conſtat publice manu Ugolini Notarii, & qua hac quidem privilegia legi ſimiliter audierunt de verbo ad verbum per totum & ad majorem rei evidentiam ſigillo Locani capituli fecerunt ſimiliter roborari. Adſunt in calce membranæ quatuor foramina, ubi erant appenſa præfata doo ſigilla quæ modo deſiderantur. Adnotanda hæc diplomatis verba : *Hoſpitale ante portas veſtri Monaſterii ſitum*, ex quibus quanta fuerit erga pauperes Monachorum ejus cœnobii caritas liquet. Oborta vero controverſia A. 1219. inter Monachos Caſſinates, atque illos S. Georgii, qui Præpoſiti ſibi, contra ac alia cœnobia nobis ſubdita agerent, eligendi jus vindicare conabantur, ita demum ſedata eſt; ut eligerent quidem, ſed monachum ejus cœnobii, aot Caſſinatem, aut Caſſinatibus ſubditum, & quem Caſſinenſis Abbas probaſſet, atque qootannis cenſum Monaſterio noſtro perſolverent; ut ex hiſce Stephani Abbatis literis conſtat.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo nonodecimo regnante domino noſtro Frederice Romanorum rege ſemper auguſto, & glorioſiſſimo rege Sicilia ipſius regni Sicilia anno vigeſimo primo, menſe Januarii, viceſimo ſexto die ejuſdem menſis, indictione ſeptima. Profitemur nos Stephanus dei gratia Caſſinenſis Abbas quia cum eccleſia noſtra S. Georgii de luca, mortuo Prapoſito ejuſdem loci, vacaret, & nos vellemus juxta morem aliarum eccleſiarum noſtrarum Prapoſitum illuc dirigere, venerunt ad nos decanus ipſius eccleſia, & Fr. Maurus, cum quibuſdam aliis, miſſi a capitulo ſuo quaſtionem nobis referentes, quod electio prapoſiti ſui tam de jure communi, quam de inveterata conſuetudine ad capitulum illius eccleſia deberet pertinere. Confirmationem autem electionis, & inſtitutionem electi pertinere ad eccleſiam Caſſinenſem, ſicut ad matrem ſuam, cui regularem in omnibus obedientiam, & ſubjectionem ſe debere profitebantur. Nos autem e contra dicebamus, quod ex generali, & conſueto jure, quod obtinuit eccleſia Caſſinenſis a beati Benedicti tempore, & uſque adhuc noſcitur optinere in omnibus eccleſiis ſibi ſubditis etiam conventualibus liberam habet facultatem prapoſitos inſtituendi ſine ulla electione Capituli eccleſiarum earumdem, addentes quod etiam in praſcripta eccleſia S. Georgii ordinati fuerunt aliquando Prapoſiti, & miſſi de corpore Caſſinenſis eccleſia abſque ulla electione capituli ſui. Cum autem pradicti Nuntii nobis, & conventui noſtro attentius ſupplicarent, tam ex parte Capituli ſui, quam ex parte nobilium civium lucentium qui dicebant pro magno munere accepeaturos honorem ipſius eccleſia S. Georgii, ut facultatem eligendi ſibi Prapoſitum capitulo ejuſdem eccleſia ſine quaſtione, & Judiciario ſtrepitu concederemus, alioquin ſi gratis facere nollemus paratos ſe dicebant ſuper hoc coram arbitris, vel coram domino Papa, vel ejus delegatis, nobiſcum litigare. Nos pro bono pacis, et pro evitandis laboribus, et expenſis tam illius eccleſia, quam noſtris, necnon et pro civium lucentium honore qui eamdem eccleſiam S. Georgii multo affectu, et veneratione proſequuntur; De fratrum noſtrorum conſilio, et aſſenſu conceſſimus dicto Capitulo de catero perpetuo quotiens opus fuerit, eligere ſibi pari voto, et communi conſenſu, ſi fieri poteſt, vel majoris, et ſanioris partis capituli conſenſu in Prapoſitum ſuum, Monachum aliquem idoneum de monachis S. Georgii vel de Monachis Caſſinenſis monaſterii, vel de aliis monaſteriis eccleſia Caſſinenſis pertinentibus, nullum Sacularem clericum, vel laicum admittendo ad electionem faciendam. Perſonam autem ſic electam concedimus adminiſtrare ipſi eccleſia, non tamquam Prapoſitum, ſet tamquam procuratorem uſque ad ſua confirmationis optentum, ita quidem, quod infra quatuor menſes a die ſua electionis ad Monaſterium Caſſinenſe veniat, niſi manifeſte, et evidenti impedimento infra pradictum tempus fuerit prapeditus, quo ceſſante, veniat et confirmationem regularem recepturus, et per Abbatem Caſſinenſem in prapoſitum inſtituendus, vel per capitulum Caſſinenſe, Si eccleſia noſtra paſtore vacaret, aut ſi tunc longinquo abeſſet. Prapoſitus autem ſic inſtitutus ſecundum formam pralatorum, obbedientiam, & ſecuritatem faciet eccleſia Caſſinenſi. Ne autem in futuro ſub pratextu libertatis hujuſmodi, quam prater conſuetudinem aliarum eccleſiarum eccleſia memorata ſpecialiter induximus occaſio in futurum malitioſe poſſit aſſumi, ut eccleſia illa de Juriſdictione Monaſterii Caſſinenſis in aliquo ſubtrahatur, & quia propter multam loci diſtantiam non eſſet facile nobis, & ſucceſſoribus noſtris in neceſſitatibus Caſſinenſis eccleſia, qua frequenter emergunt, auxilium, & ſubſidium ab illa eccleſia requirere, ſicut ab aliis eccleſiis proxime, & in Regno poſitis plerumque percipere conſuevit in neceſſitatibus ſuis eccleſia Caſſinenſis, de conſilio, & aſſenſu Capituli noſtri, & ſupradictorum nuntiorum conſtituimus, ut eadem eccleſia S. Georgii ſingulis annis pro recognitione ſubjectionis ſua annuum cenſum, ſcilicet duarum unciarum auri, & unius Cuculla, de qua continetur in privilegio bona memoria Abbatis Roffridi per nuntium ipſius eccleſia mittere debeat Abbati Caſſinenſi vel ſolvere luce ſi appareret per Abbatem ad hoc nuntius deſtinatus. Preterea legatos, monachos, eccleſia Caſſinenſis, viſitatores, & Nuntios benigne recipietis, & honeſte tractabitis ſecundum facultates, & poſſibilitatem ipſius eccleſia S. Georgii, Ad cautelam igitur pradicti Monaſterii S. Georgii, & perpetuam firmitatem pradicta omnia per manus Philippi Notarii noſtri ſcribere juſſimus, & ſigilli plumbei eccleſia appenſione muniri, & fratrum noſtrorum ſubſcriptorum teſtimonio roborari.

✠ Ego Fr. Stephanus Dei gratia Caſſinenſis Abbas.

✠ Ego Fr. Vitalis Caſſinenſis Decanus ✠ &c.

Seqountur ſubſcriptiones aliorum monachorum.

Prapoſitus ſancti Georgii debet cōfirmari ab Abbate Caſſinate.

Cenſus ſolvendus Cœnobio Caſſinati a monaſterio S. Georgii.

Adeſt Sigillum plumbeum, in cujus ono latere ſculpta eſt media Monachi imago com inſcriptione S. BENEDICTUS; in altero vetus eccleſia Caſſinenſis cum inſcriptione SIGILIUM CASINENSIS MONASTERII. Harum litterarum apographum etiam Ranerius Ceoc' conſcripſit, cumqoe ex ejus ſubſcriptione conſtet, quinam rerum apud Lucenſes potirentur, quænamqoe facultas requireretur, ut apographum conſcriberetur, iterum illam, quamqoam in Roffridi diplomate extat, damus.

Ranerius Cincini Romani imperii judex, & Notarius

Digitized by Google

turius antenticum illud unde hoc ſumptum eſt exemplum vidi, & legi bullatum cum bulla plumbea, in qua erat impreſſa, ſeu immiſſa ſeta gialla, & vermillia, & qua erat immiſſa de ſubter in ipſo privilegio, & qua bulla plumbea pendet, & pendebat ipſi privilegio, & in qua bulla ab una parte erat ſculta imago hominis ſc. caput, & vultus, & pectus, & brachia, & manus, una quarum tenet librum, & circumſcriptio dicit ✠ Sanctus Benedictus, & ab alia parte eſt ſcultura ad modum templi, ſeu ecclesia, vel arcis, & circumſcriptio ✠ Sigillum Caſſinensis Monaſterii, & illud fideliter exemplavi ex auctoritate, & licentia mihi data atque conceſſa a domino Heringhetto de Confaloneriis Briſcia illuſtrit Domini Karuli regis Siciliæ familiari, & consiliario, atque vicario in poteſtaria Lucanensis civitatis, & qua quidem privilegia dictus vicarius ſeu poteſtas Lucan. de verbo ad verbum legi fecit, & sigillo Lucan. communis appensione firmari. Simili modo ex auctoritate, & licentia mihi data, atque conceſſa a dominis Nantelmo Primicerio, & Paganello de Porcaria vicariis epiſcopatus Lucanensis de consilio, et aſſenſu concanonicorum Matricis ecclesia ut conſtat publice manu Ugolini Notarii, et qua quidem privilegia legi similiter audierunt de verbo ad verbum per totum, et ad majorem rei evidentiam sigillo Lucan. capituli fecerunt similiter roborari.

Adſunt in calce membranæ quatuor foramina, ubi erant appenſa præfata duo ſigilla, quæ modo deſiderantur.

Extant in regeſto I. Bernardi Abbatis apographa conceſſionum Roffridi, & Stephani A. 1271. die 29. Septembris ejuſdem Bernardi juſſu facta, ex quibus conſtat aſſervatum adhuc eo anno Autographum Roffridi privilegium, nam hæc ibi leguntur: *Religioſus vir Fr. Laurentius &c. preſentavit nobis duo privilegia, unum quorum erat confectum olim a bona memoria domno Roffrido dei gratia Caſſinenſi Abbate de quadam libertate conceſſa per eundem Abbatem monaſterio S. Georgii Lucenſi bullatum bulla plumbea &c. cum filo ſerico pendenti. &c.* Ex ſubſcriptione iiſdem apographis ſubnexa conſtat Abbatem Caſſinenſem in ditione ſua prothonotarium creaſſe, ut fuſius in Diſſ. I. magnamque adhibitam in exſcribendis privilegiis diligentiam. En ſubſcriptionem ipſam: *Quod preſens inſtrumentum ego præfatus Benedictus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani Notarius mandato prædicti judicis de prædictis authenticis privilegiis tranſumſi, & exemplavi, & meo ſigno ſignavi. Actum in civitate S. Germani. ✠ Ego qui ſupra magiſter Riccardus de Berlengerio judex, & advocatus Caſſinenſis prædicta duo originalia, & authentica privilegia vidi, legi, non cancellata, non abolita, nec abraſa, nec in aliqua ſui parte corrupta, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. Ego Franciſcus de S. Germano protonotarius Caſſinenſis, prædicta duo originalia privilegia vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi.* Iiſdemque verbis quatuor alii Notarii ſubſcribunt.

Protonotarius Ditionis Caſſinenſis.

Anno 1219. XI. Kal. Martii Monachi S. Georgii literis Stephani Abbatis aſſenſum præbuere, eaſque adamuſſim deinceps ſe obſervaturos promiſerunt, ut inſtrumento patet ſtipulato eodem anno, menſe, & die a Notario, & judice imperiali Rolando, cui literæ Stephani inſeruntur, eique ſubſcribunt Martinus præpoſitus, aliique ejus cœnobii Monachi. Hinc anno 1275. die 15. Junii Bernardus Abbas electionem F. Aldebrandi Præpoſiti ejuſdem cœnobii a Monachis factam approbavit, ut ex ejus literis conſtat in cit. regeſto p. 277. in quibus hæc præ aliis leguntur: *Quia tamen bonitatem, ſollicitudinem, & induſtriam ejuſdem dompni Aldebrandi didicimus ab experto per quem adhuc in minori officio conſtitutum ſtatus ejuſdem monaſterii extitit non modicum augmentatus, firmam de ipſo gerentes fiduciam, quod idem monaſterium tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quod hactenus multipliciter collapſum extitit ſuo ſtudio reformationem debitam conſequetur, attendentes etiam concordem præfati conventus, & monachorum ipſius voluntatem, ſuffragia religioſorum Venerabilium pro eodem domno Aldebrando apud nos enixius intercedentium, nec non honorabilis Lucani communis aſſenſus, quod per ſollempnes Ambaſſatores ſuos pro eo ſua nobis porrexit precamina, ut ad poſtulationis confirmationem ipſius inclinari favorabiliter deberemus, de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu poſtulationem de ipſo factam in prepoſitum præfati monaſterii noſtri S. Georgii Lucani admittimus, & ipſam de gratia confirmamus, obedientiam manualem, & fidelitatis juramentum, ut moris eſt, recipientes ab ipſo in noſtro Capitulo Caſſinenſi &c.* Aſſeritur præterea vacaſſe Præpoſituram hanc ob D. Bene renunciationem in manibus Bernardi Abbatis factam. Anno 1287. die 2. Auguſti Abbas Thomas prævio examine ratam habuit electionem ab iiſdem Monachis factam in præpoſitum F. Morectini, ut ex literis in ejus regeſto p. 75. in quibus hæc præ cæteris adnotanda: *Quia electionem eandem de te factam rite invenimus, ac canonice celebratam, & te ſufficientem ad regimen di. monaſterii. Attendentes etiam ſuffragia reverend. in Chriſto patrum, & dominorum, dominorum Cardinalium pro te apud nos intercedentium, & honorabilis Communis Lucani, quod per ambaſiatores, & nuntios ſollempnes pro te ipſo apud nos partes ſuas deprecatorias cum effectu interpoſuit, ſuas nobis litteras dirigendo prædictam electionem de te factam rite, & canonice celebratam, cum Fratribus noſtris deliberato ad plenum nobiſcum habendo Magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem duximus confirmandam, præficientes te in rectorem monaſterii ſupradicti firma concepta fiducia quod monaſterium ipſum in ſpiritualibus, & temporalibus ſalubriter gubernabis, recepta a te manuali obedientia, & fidelitatis debita juramento; dantes univerſis, & ſingulis tam monachis, quam vaſſallis, ſeu reddentibus ejuſdem monaſterii expreſſius in mandatis, ut tibi tamquam ejuſdem loci præpoſito a nobis noviter confirmato devote pareant, & intendant, &c.* Legati a Lucenſi celebri in Italia populo miſſi quanto in pretio, & monachi S. Georgii, & Caſſinates apud eam gentem haberentur, ſatis oſtendunt.

Civitas Lucana mittit legatos ad Abbatem Caſſinat.

Iterum Civitas Lucana ad Abbatem Caſſinatẽ pro confirmatione Cœnobii S. Georgii.

Anno 1275. die 16. Junii Bernardus Abbas cenſum a monaſterio Lucenſi Caſſinatibus perſolvi ſolitum recepit, ut ex apocha in ejus regeſto I. p. 188. Quem Thomas etiam Abbas recepit A. 1287. die 6. Martii, ut ex apocha in ejus regeſto I. p. 44. a t. Succeſſoribus Abbatibus ibidem cenſus perſolutus. Anno 1375. hujus cœnobii Præpoſitus limina S. Benedicti adiit, atque Petro Abbati obedientiam profeſſus eſt, ut ex ejuſdem Abbatis regeſto

I. p. 40. à t. ubi hæc leguntur; *Die decimaoctava Auguſti, tertiadecima indictionis in Roma in domibus propriæ habitationis domni Petri de Tartaris, domni Abbatis Caſſinenſis, coram eodem domno comparuit venerabilis vir Domnus Fr. Petrus de Faringeſis præpoſitus conventualis Præpoſituræ S. Georgii de Lucca Ordinis S. Benedicti aſſerens ſe ab olim fuiſſe citatum in dicto monaſterio ab eodem domno Abbate. Et quia pro tunc erat abſens a dicto monaſterio, excuſavit ſe, ſi citius non venit, quia ipſo noviter rediente ad dictam propoſituram, & notificato ſibi de dicta citatione, ſubito viam arripuit ad veniendum ad mandata ipſius domini Caſſinenſis tamquam ejus domini, & ſuperioris, recognoſcens ipſum in verum ſuperiorem, & dominum, & etiam monaſterium Caſſinenſe poſt dominum noſtrum Papam paratus eidem, & dicto ſuo monaſterio Caſſinenſi in omnibus, & per omnia obedire, preſente Fratre Bartholomeo de Sycilia, Fratre Valentino de Urbe, & Fratre Antonio de Piſcina monachis dicti monaſterii Caſſinenſis, domno Rogerio de Caſtro Sangri decretorum doctore, & vicario Cicco domini Fuki de Urbe, & me Notario, & coram Nicolao promiſit ſolvere totum, & quicquid tenetur Monaſterio Caſſinenſi ratione penſionis, vel aliter qualitercumque & venire ad capitulum, & conſtitutiones obſervare, & juravit ad S. dei evangelia, & domnus abſolvit eum ab omni excommunicationis ſententia quam temere incurriſſe. Hec humiliter implorante preſentibus ſupraſcriptis.* Hujus cœnobii, ejuſque fundationis meminit Victor III. lib. 1. Dial. p. 15., Baronius A. 1070. Mabillonius Par. II. Sæc. VI. Actuum SS. Ordinis S. Benedicti p. 620. Bollandus in SS. prætermiſſis die 22. Februarii, Lubin. p. 193., qui tamen labitur, cum ait ædificari cœptum *tempore Anſelmi epiſcopi, qui ſedere cœpit anno* 1073. Nam eo anno Anſelmus II. Mantuanus, ac Monachus S. Benedicti epiſcopus Lucenſis erat, atque cœnobium ædificatum eſt ſub Anſelmo primo Mediolanenſi ex gente Ballagia, qui pontifex deinde anno 1061. factus Alexandri II. nomen adſcivit. Hic dum epiſcopus Lucenſis eſſet, hauſta aqua, qua Johannes noſter manus poſt celebratam miſſam laverat, febre liberatus eſt; ut ipſemet teſtis fuit Deſiderio Caſſinenſi Abbati, qui prodigium hoc in Dialogis ſuis loc. cit. refert; indeque accepit Leo Oſtien. lib. cit. cap. 93., & ex eo Baronius cit. anno, aliique plures.

Emendatur Lubin.

S. Crucis apud Iſerniam.

Apud Iſerniam etiam cœnobium S. Crucis Caſſinatibus donatum hiſce verbis teſtatur Petrus Diaconus cap. 12. *Rodulfus etiam de Moliſio Bovianenſis Comes cartam fecit huic loco de monaſterio S. Crucis in Iſernia, nec non de caſtello, qui vocatur Balneus cum caſis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſilvis, eccleſiis, et univerſis pertinentiis, tam intus, quam foris appoſita pœna centum quinquaginta librarum auri accipiens ab eodem Abbate libras centum.* Eam oblationem in Diſſet. I. dabimus. A. 1364. F. Johannes a Valleregia Monachus Caſſinenſis, & Præpoſitus S. Crucis Monachorum ejuſdem cœnobii conſenſu prædium quoddam in emphyteuſim conceſſit aliquibus Peſclarum incolis, ut ex inſtrumento eodem anno ſtipulato die 26. Semptembris a Notario Nicolao Petri ex eodem oppido. Anno 1386. die 6. Maii Petrus Abbas Præpoſitum hujus cœnobii elegit Fr. Matthæum, ut ex litteris p. 71. à t. in ejuſdem Abbatis regeſto I., quæ ſic incipiunt: *Frater Petrus &c. Dilecto nobis in Chriſto Fratri Mattheo de civitate Averſana Monacho Caſſinenſi prepoſito monaſterii, ſeu eccleſia S. Crucis Peſcharum &c. ſalutem in domino &c. prefatum monaſterium, ſeu eccleſiam S. Crucis, quod vacat ad preſens per ſpecialem, & expreſſam revocationem ad clauſtrum dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis per nos factam, de, & ex perſona dilecti nobis in Chriſto religioſi viri Fr. Vincentii de Averſa Monachi clauſtralis predicti noſtri Monaſterii olim ultimi, & immediati prepoſiti Monaſterii, ſeu eccleſia S. Crucis &c. cum juribus, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus, ac cum plenitudine juris Canonici tibi conferimus, & de illa etiam providemus, adminiſtrationem jurium ipſius monaſterii, ſeu eccleſia S. Crucis predicta uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum, et mandatum tibi plenarie committentes etc. Mandantes omnibus, et ſingulis Monachis, oblatis, converſis, ſubditis, vaſſallis laboratoribus etc. ipſius Monaſterii &c. quatenus tibi, tamquam vero ipſius monaſterii, ſeu eccleſia Prepoſito, et rectori obediant efficaciter pareant, et intendant etc.* Anno 1438. Prior, ſub Prior, & Monachi Caſſinenſes Præpoſitum ejuſdem monaſterii, atque S. Marci Aquæſonulæ confirmarunt Fr. Remigium a Cajeta monachum Caſſinenſem, ut ex litteris in regeſto Conventus p. 56. in quibus hæc etiam leguntur: *Mandamus inſuper omnibus et ſingulis Monachis converſis, oblatis, et ſubditis noſtris, parochianis, vaſſallis etc. quatenus tibi vero, et legitimo Prepoſito, et rectori memoratarum prepoſiturarum ſuis juſtis monitionibus, et mandatis tamquam noſtris pareant efficaciter, et intendant etc.* Circum hoc cœnobium ſeorſim oppidum crevit Peſclarum ad Iſerniam deinde appellatum, quod duobus vix lapidibus ab ea urbe diſtat. In hoc oppido olim Caſſinates ſpiritualem, temporalemque juriſdictionem exercebant. Hanc A. 1525. Marco Faſcitello ab Iſernia vendidere: illa anno *1699.* probante apoſtolica ſede epiſcupo Iſernienſi ab iiſdem conceſſa, ut ille juribus, omnibus cederet, quibus ut pote vicinior epiſcopus, in Abbatiam S. Vincentii ad fontes Vulturni frui contendebat.

SubeGerant huic cœnobio eccleſiæ S. Angeli apud Iſerniam, S. Minii in territorio Mirandæ, S. Johannis de Furnellis, S. Nicolai, & S. Johannis in territorio Peſclarum, ut ex inventario hujus eccleſiæ anno 1368. die 2. Junii facto a memorato Fratre Johanne de Valleregia. Adnexum huic cœnobio erat Xenodochium, quod potiſſimum conſtat ex inquiſitione juſſu D. Severi Cellerarii Caſſinenſis facta a. 1524. die 9. Aprilis ab oppidi Peſclarum camerlingo Bartholomæo Maitina, quo præſente examinati ſunt teſtes a notario Jacobo de Gerardo a S. Angelo Ravis caninæ Magiſtro Actuum regiæ curiæ civitatis Iſerniæ. Præ cæteris aſſeruerunt teſtes ſubditum hoc Xenodochium Caſſinatibus, quibus in ſignum immediati juris quotannis ceræ libra perſolveretur, ab ejus adminiſtratoribus, hacque de cauſſa nunquam ſolviſſe decimas a Romano pontifice impoſitas. Vid. Lubin p. 2. Ciarlanti in memor. Hiſtor. Samnii p. 271. lib. III. Ex memoratis vero inventario & collationibus conſtat, vixiſſe Monachos in eo cœnobio

Eccleſiæ ſubjectæ monaſterio S. Crucis.

Xenodochium monaſterii S. Crucis.

ad

Digitized by Google

ad medium uſque Sæculum XV.

S. Pauli de Foreſta.

Eodem capite 12. refert Petrus donationem monaſterii S. Pauli de Foreſta hiſce verbis: *Idipſum fecit & Raynaldus Comes Pontiſcurvi de monaſterio Sancti Pauli in Fureſta cum pertinentiis ſuis*. Fundatum hoc cœnobium fuerat a Guidone Comite Pontecurvi ſexto anno Laidolfi Capuæ principis, qui cum anno 993. imperare cœpiſſet, annus ejus ſextus erat indictione duodecima. Conſtructum vero eſt pro monachis Græcis, ut hoc diplomate conſtat, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ſexto anno principatus domini noſtri Laydolfi glorioſi principis menſe November duodecima indiccio. Et ideo ego Guido domini providentia comes hujus civitatis Pontecurbu, & filius quoddam bona memoria domini Adenolfi Comitis, animadverto, quia oppreſſus multis facinoribus cœpi cogitare quid, & qualiter agere, ut de meis peccatis deberet eſſe conſultum. Et ut miſericors, & omnipotens mihi ſubveniret & ut ab ejus ira fugere valeret. Talia cogitando cum ſuſpicor ipſe mihi affuit, & in corde mihi poſuit, ut pro tantis meis nequiciis monaſterium conſtruere, & quia placuit ei Spiritalem mihi direxit ante faciem hominem, videlicet te domne Jacobe, in cujus providencia in deſerto & vaſto loco ubi dicitur ab ipſa Fureſta ab ipſi Fergili, que mihi pertinet pro meis racionibus ſub tua dicione, & poteſtate propoſui pro anima mea, & anima domini Adenolfi genitoris mei, & pro Anima

Genitores, & uxor Comitis Guidonis.

domna Maria genitrice mea, & pro anima Doſelgarde uxoris mea facere ibi in eadem loco in ipſa jam dicta fureſta ab ipſi ſergilibus Monaſterium q. locum vaſtum, & deſertum ſub poteſtate mea cum ea permiſſione deoq; domino noſtro Jeſu Chriſto faciendo ſub preſentia, & poteſtate tua jam dicti domini Jacobi venerabilis Abbas & monachus de genere Grecorum,

Cœnobium S. Pauli pro monachis Græcis.

ut Deo volente per te ibidem monaſterium debeat amodo eſſe, & cum in eodem deſerto, & heremitario loco eccleſia conſtruitur, cum hac promiſſione per ſcriptum alium, & offerſione omnia qua hic continet, confirmare promitto, & in eadem eccleſia ſuper ipſo Sancte altario ponere abſque omni retractatione, vel malo ingenio cum his fines, & cum his diſcurrentiis, ut preſentialiter declaramus, ut per has fines circumvallatum predictum locum ad utilitatem ipſius Sancti monaſterii commaneat, & in tua poteſtate conſiſtat, qui ſuper domne Jacobe, & de tuis monachis, & de veſtris ſucceſſoribus per nos ad defenſionem, & utilitatem ipſius ſancti monaſterii pertinentia, pramobenda autem omnem dubitacionem de corde noſtro, & ut a preſenti habeatis licentiam, & poteſtatem in eodem loco intreeundi, & laborandi, atque edificandi eundem locum, & Sanctum Monaſterium pro hac noſtra promiſſione fines, & pertinencias declaramus, quas a die preſenti in ipſo jam nominato loco, & Sancto monaſterio damus, videlicet prima parte per has fines. Quomodo incipit per cacumine de monte S. Martini, & mergit de ipſum monte in ipſa vade, & quomodo traverſa ipſo ribio de ipſe cuti, & directe vadit in ipſa macera, & qualiter directe vadit ſupra Monticellu de Calilana, & deſuper ipſu jamdictu monticellu, & directe vadit in ipſa via, qua venit de Cajeta, & qualiter traverſa ipſa via, & directe vadit in ipſum Foſſatu Petruſu, qui mergit de ipſe puczo daverſa. Alia parte ipſu predict. Foſſatu quomodo pergit in pede de Toro de giguanu, & traverſa ipſu Foſſatu directe in ipſa coſa. Tercia parte jam dicta coſa, quomodo mergit, & conjungit ſe in ipſu ſergile de Vitri. Quarta parte ipſu jam dict. Sergile, & quomodo ſurſum vadit in Serra de monte de Vitri, & directe vadit in capite de Monte S. Martini. Hac autem predicta pecia de terra per indicate fines, & aquas, Montes, & colles, & valles una cum arbores, & cum omnia ibique intro habentes ſubter, vel ſuper & cum vie ſua ibidem intrandi, & exiendi cum ambobus ripis, qua vobis conceſſum habemus ad molas faciendum, & ad epiſcacionem, & cum omnia edificia, qua eorum meruerint. Has fines & diſcurrencjas per nos in ſupraſcripto loco tradicas cupimus ut preſencialiter vos teneatis, & dominetis ſolito more, ut unus, & alius Abbas cum ſuos Monachos dominare ſuum monaſterium: Unde & vobis nobis obbligamus, ut neque nos, neque noſtris heredibus non habeamus licenciam de ſupraſcripto monaſterio, vel de ſupraſcripto loco foras eicere, aut de veſtra poteſtate ſubtrahere, vel extraneum ibidem Abbatem per quamvis daccione mittere omnibus diebus vita veſtra, ſed in moriente de ipſis qui remanſerint, & tecumſunt eligant ipſi Fratres quale ipſi voluerint, & faciant Abbatem. Sed hac noſtra promiſſio permanente, & omnia qua ſuperius legitur in veſtra, & de veſtris Monachis, & de veſtris ſucceſſoribus, qui de ipſa veſtra congregacio fueris maneat in dicione, & poteſtate, & ipſum S. monaſterium de veſtris Grecis monachis ſint amodo, & uſque in ſempiternum.

Monach græci.

Et ſi, quod abſit, & Divina avertas potencia, ut ſibe vos nos, aut noſtris heredibus, vel noſtris ſucceſſoribus de hanc noſtra promiſſio ſeu dacio aliquid diminuare tembtaverimus abſque undecim modia, qua nos venditum habemus in ipſa junctura de ipſo Surgile de ipſa coſa componere, & dare in ſupraſcripte Sancto Monaſterio, vel ad ejus rectoribus, ſeu cuſtodibus pœna nominis auri obrizi libre mille. Et poſt ſoluta pena hac noſtra dacio, & promiſſio firma vel ſtabilis permaneat in perpetuum. Interdum autem & hac promittimus, ut ſi, quod non optamus eveniat, ut ſibo vos aut de veſtris monachis exire cum omne veſtra mobile abſque omni noſtra contrarietate, vel de noſtris heredibus, Nam ſi ego Guido Comes, vel meas heredes, vel in eos ſucceſſores hanc noſtra dacio, ſeu promiſſio pro qualibet ingenio dirumpere, ſeu removere queſierimus, aut de ſupraſcripto Sancto monaſterio aliquit diminuare voluerimus, vel quicumque exinde hanc regulam quod dicitur Atticam in latinam convertere voluerit,

Monachorum hujuſmodi regulã que græce ſcripta fuis in latinũ verti nefas erat.

maledictus, & excommunicatus fiat a deo patre omnipotente, & a vivifice filio ejus domino noſtro Jeſu Chriſto fiat condemnatus, & a Spiritu Sancto fiat confuſus in ima tetri profunda inferni. Sub anathema fiat a trecentis decem, & octo patres Sanctos, partem habeat cum Juda traditore. Compar efficiatur impiiſſimorum Anna, & Caipha, Pontiique Pilati, atque Herodi, & Maranatha fiat hic & in future Amen. Et hac cartula de omnibus qua continet firma, & ſtabilis permaneat in perpetuum. Et taliter ego qui ſupra Guido Comes pro redemptione Anima mea & pro anima domni Adenolfi genitoris mei, & pro Anima domna Maria genitricis mea, & pro anima Daſelgarda uxori mea feci, & tibi Magiperti Notarii

Suppl. Hiſt. Caſſin.

arii ſcribero juſſi in aptu Pontecurbu. ✠ Ego qui ſupra Guido Comes. ✠ Ego Rado Judex. ✠ Ego Bernardus. ✠ Ego Radelgiſi.

Comitis Raynaldi donatio extat in regeſto Petri Diaconi p. 229. a t, nu. 543. atque ita ſe habet. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Ab incarnatione ejuſdem domini noſtri anno 1093. quam XIII. principatus domni Richardi excellentiſſimi principis, menſe Martii, indiccione prima. Ideoque ego Raynaldus gratia dei Conſul, & Dux, qui ſum dominator civitatis Ponticurvo, & filius qm. bona memoria domni Gufridi, qui fuit Conſul, & dux, divina inſpiracione compulſus pro mercede, & ſalvacione anima mea, & ſupraſcripti genitori, & genitrici mea. Ut apud altiſſimum domnum de noſtris facinoribus miſericordiam, & requiem invenire valeamus, per hanc quoque cartulam offero in ſancta eccleſia, & monaſterio Beati Benedicti, qua ſita eſt in caſtro Caſini Montis, unde rector eſſe videtur domnus Oderiſius Abbas venerabilis; hoc eſt una eccleſia, & monaſterio vocabulo S. Pauli Apoſtoli, qua ſita eſt infra fines de jamdicta civitate in loco ab ipſa Fureſta, que mihi eſt pertinentes pro meis racionibus. Hac autem pradicta eccleſia, & monaſterio qualiter conſtructa, & edificata eſt in ſupraſcripto loco, cum clauſtra, & atrio, & cum terris, & vineis, & caſis, & molendinis ſuis, & cum armentis, & gregibus beſtiarum, & cum rebus mobilibus, ſeu immobilibus, & cum omnia, & in omnibus, quod eidem eccleſia, & Monaſterii eſt pertinentes intra fines, hac pertinencia de pradicta civitate, vel ubique, cum viis, & aquis, & auditis ſuis, cum ſepis, & limitibus, & cum pertinenciis ſuis, cum omnia inferiora, hac ſuperiora ſua, cuncta, & integra ipſa jam dicta eccleſia, & monaſterio, cum omnia ſua pertinencia, Ego qui ſupra Rainaldus Conſul, & Dux in ſupraſcripta ſancta eccleſia, & monaſterio beati Benedicti offerui ad poſſeſſionem ejuſdem monaſterii, & de ejus rectoribus, atque cuſtodibus, ad habendum, & poſſidendum, & pro utilitate ejuſdem eccleſia, & monaſterii faciendum omnia, qua ad rectores ſupraſcripta, ſancta eccleſia, & monaſterii faciendum omnia, qua ad rectores ſupraſcripta, ſancta eccleſia, & monaſterii placuerint; Unde de integre jam dicta eccleſia, & monaſterio S. Pauli apoſtoli, & de ejus pertinencia, qua in ſupraſcripta ſancta eccleſia, & monaſterio offerui. Nec mihi qui ſupra Rainaldi Conſuli, & duci nec uxori mea, nec ad meis heredibus, nec alii cuilibet hominibus, vel parentibus exinde nullam reſervavit, nec dico aliquid remanere, ſec cuncta ipſa illuc offerui ut ſupra legitur. Ea racione, ut ammodo, & ſemper ipſa jamdicta ſancta eccleſia, & monaſterio, ejuſque rectoribus, & cuſtodibus firmiter habeant, & poſſideant integra hac mea offerſionem, abſque omni mea contrarietate, vel de meis heredibus. Et obligo me ego qui ſupra Raynaldo Conſul, & Dux, & meis heredibus ad pars jamdicta Sancta eccleſia, & Monaſterii, & ad ejus rectoribus, atque cuſtodibus integra hanc mea offerſione defendere, & anteſtare ſemper a parte uxori mea, & ab aliis hominibus, ab omnique partibus. Nam ſi ego qui ſupra Raynaldus Conſul, & Dux, vel meis heredibus hanc mea offerſione aliquando per qualecumque ingenio, vel humana aſtucias dirrumpere, aut removere quefierimus, ſeu ſi hanc cartam in quabis parte refutare, aut inanem facere, vel contrairo agere temptaberimus, de quibus continet, ſeu per nos, ſeu per miſſos noſtros quinquaginta libre auri puriſſimi pœna me qui ſupra Raynaldus Conſul, & Dux, meiſque heredibus ad pars jamdicta Sancta eccleſia, & monaſteris, ejuſque rectoribus, atque cuſtodibus componere, & dare oblig. & poſt pœna ſoluta omnia ſupraſcripta ibidem compleamus, & ſupraſcripta mea offerſionem ad pars ſupraſcripta Sancta eccleſia, & monaſteris ammittamus ad ſemper habendam, & hoc addo. Quicumque homo hanc mea offerſionem de ſupraſcripta Sancta eccleſia, & Monaſteria S. Benedicti ſubtraxerit ab omnipotente deo patre fiat maledictus, & a vivifico filio ejus domino noſtro Jeſu Chriſto fiat condempnatus, & a Spiritu Sancto fiat confuſus in ima tetri profunda Inferni ſub anathema fiat a triccenti, & octo patres ſanctos. Parte habeat cum Juda traditor domini noſtri Jeſu Chriſti. Compar efficiantur impiſſimorum Anna, & Caipha, & anathema Maranatha fiat ſuper eum hic, & in futuro. Et hac carta mea offerſionis firma & ſtabilis permaneat in perpetuum, & taliter ego qui ſupra Raynaldus Conſul, & Dux, qualiter mihi aptum, & congruum fuit omnia ſupraſcripta pro anima mea, & pro anima ſupraſcripti genitori, & genitricis mea feci. Et te Johanne presbyter, & notarius ſcribere rogabi in ſupraſcripta civitate Ponticorbo. ✠ Ego qui ſupra Raynaldus Conſul, & Dux. ✠ Ego Littefridus Judex. ✠ Ego Johanne Vicecomes. ✠ Ego Leto Abbas.*

Raynaldus Dux donat cœnobio Caſſinati monaſterium ſancti Pauli.

Circum hoc cœnobium Vicus deinde crevit, cujus incolæ omnimodæ Caſſinatium juriſdictioni parebant, ut de temporali, Differt. I. oſtendemus, nam quod ad Spiritualem attinet, ne tædium ingeramus lectoribus, ea tantum inquiſitione contenti erimus, quam Bernardus Abbas anno 1273. in eodem Vico inſtituit, ubi hæc leguntur pag. 57. *Item univerſi habitatores caſalis pradicti, & omnes habentes poſſeſſionos in territorio ejuſdem de vino vinearum, & vino vitum, ſive vites arboribus ſuſtentemur, ſive paſſillis, aut ſine alterius ſuſtentamento ſubſiſtant, ex integro tertiam tantum partem Propoſito S. Pauli reddere, ac ſolvere tenentur, & ipſam tertiam partem eorum expenſis deferre tenentur ad monaſterium S. Pauli do Foreſta, & ponere in vegetibus ejuſdem monaſterii, & tunc eis pro qualibet cannata muſti, quam reddunt, dari debet panicellus unus, niſi forte aliqui a preſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores caſalis pradicti, & omnes habentes poſſeſſiones, de olivis integram ſeptimam partem Prapoſito S. Pauli de Foreſta reddere, ac ſolvere tenentur, niſi forte aliqui a praſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes. Item univerſi habitatores caſalis pradicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem, qui ex ſpeciali privilegio reperiuntur liberi, & immunes, ut ſpirituales filii, & ſubjecti de univerſis ſeminibus, & vino, & oleo integram decimam partem monaſterio Caſſinenſi, ut matrici eccleſia reddere, ac perſolvere tenentur &c. Item homines ejuſdem caſalis tenentur domino Abbati Caſſinenſi pro ſacra tempore conſecrationis ejuſdem praſtare, & ſolvere certam quantitatem pecunia, ſecundum quod melius poſſunt convenire cum eodem &c. Item Prapoſitura S. Pauli de Foreſta, cum caſali,*

Decima ſpiritualis ſolvenda eccleſiæ Caſſinati matri.

ſali,

Digitized by Google

ſali, juribus, territoriis, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus ſpectat ad conventum Caſſinenſem ratione unionis facta per S. Romanam eccleſiam, & dominum Clementem Papam.

In inventario quoque bonorum hujus eccleſiæ, anno 1300. die 12. Februarii facto hæc ad rem noſtram leguntur. *In nomine domini Amen. Anno domini MCCCXII. Menſe Februario, decima indictione. Inventarium aſſumptum de rebus immobilibus eccleſia S. Pauli de Foreſta, nec non de ſervitiis, & redditibus, qua debentur, & pro quibus, & a quibus debentur eidem eccleſiæ per venerabilem, & religioſum virum Fratrem Johannem de Pontecurvo præpoſitum ejuſdem eccleſia, & monachorum monaſterii Caſſinenſis. In primis dicta eccleſia habet caſale unum, quod vocatur Villa S. Pauli, qua quidem Villa, ſeu caſale eſt ſubdita ipſi eccleſiæ quoad ſpiritualia, & temporalia. Habet etiam jus plateaticum in dicta villa. Item habet in demanio dicta eccleſia Molendinum unum in flumine A. oſe &c. Item eccleſia, qua ſpectant ad propoſitum S. Pauli: In primis eccleſia S. Benedicti de Arrano Rurale, in qua præpoſitus S. Pauli habet medietatem omnium oblationum, & fructuum ipſius eccleſia, & ſpectat ad collationem præpoſiti S. Pauli. Item eccleſia S. Nicolai de Gracis in Pontecurvo cui imminet cura Animarum tenetur reddere præpoſito S. Pauli in Natale*

Eccleſiæ monaſterii S.Pauli.

domini, reſurrectionis, in feſto S. Nicolai par unum picciarum, & pro incenſu annuatim tarenos tres, qua eccleſia expectat ad collationem prædicti Præpoſiti. Item eccleſia S. Juſta in territorio Pontiſcurvi ſpectat ad collationem Præpoſiti S. Pauli, & tenetur reddere annuatim in feſto S. Pauli grana XV. Præpoſito S. Pauli. Item eccleſia S. Marci de Arrano Ruralis eccleſia in qua Præpoſitus S. Pauli habet medietatem omnium oblationum, & frugum ipſius eccleſia expectat ad collationem S. Pauli, & ejus præpoſiti.

Commendaverat Honorius III. eccleſiam hanc, precibus Abbatis Caſſinenſis, Maximo Subdiacono ſuo, & Notario. Verum hoc diplomate cavit, ut poſt hujus mortem Caſſinatibus Præpoſitura hæc iterum cederet, nonquam amplius alienanda, aut ſæcularibus danda.

Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati, & Conventui monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Sedis apoſtolica circumſpectio quemadmodum ſe difficilem exhibet non conſona juri petentibus, ſic precibus, qua a rationis tramite non diſcordant, de facili annuit, & favorem benivolum impartitur. Ea propter dilecti in domino filii de conſueta benignitate ipſius veſtris precibus annuentes, & ex eo quod eccleſiam S. Pauli de Foreſta ad idem monaſterium pertinentem dilecto filio magiſtro Maximo ſubdiacono, & notario noſtro, cui idem monaſterium de mandato felicis memoria Innocentii papa prædeceſſoris noſtri in duodecim auri unciis annis ſingulis tenebatur ad inſtantiam Ottonis monachi Caſſinenſis a te fili Abbas propter hoc ad ſedem apoſtolicam deſtinati contulimus, nolentes præjudicium generari, ſtatuimus, ut cum dicta eccleſia vacare contigerit, libere ad præfatum monaſterium revertatur, auctoritate preſentium diſtincte inhibentes, ne perſonæ conferatur de cætero alicui ſeculari, ſed eorum pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione ab antiquo inſtitutum eſſe dignoſcitur deputetur uſibus omnimodis profutura. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra conſtitutionis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani, undecimo Kal. Martii pontificatus noſtri anno undecimo. Hanc bullam ratam habuit Gregorius IX. pontificatus ſui anno primo VIII. idus Aprilis. In inquiſitione anno 1371. die 4. Maii Andreæ Abbatis juſſu facta, ſuper juribus, bonis, &c. quæ Sacrum Caſſinenſe cœnobium in terra Pontiſcurvi, ejuſque adjacentiis poſſidebat p. 81. a t., & ſeqq. hæc adſunt: *Præpoſitatus S. Pauli de Fureſta, cum Caſali S. Pauli de Fureſta in ſpiritualibus, & temporalibus.* Abbas Petrus de Tartaris A. 1394. decimas, & territoria quædam in eccleſiaſticum beneficium conferri conſueta contulit, ut ex literis, quæ in I. ejuſdem Abbatis regeſto extant hiſce verbis. *Fr. Petrus &c. Dilecto Nobis in Chriſto Berardo Notarii Simeonis de caſali noſtro S. Pauli de Fureſta nobis in ſpiritualibus, & temporalibus ſubjecti clerico in ſacris ordinibus conſtituto ſalutem in domino &c. Quocirca dilecto nobis in Chriſto domno Jacobo de Campello di dicto caſali S. Pauli ſubdito noſtro præcipimus, & mandamus, quatenus te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem poſſeſſionem dictarum terrarum, & decimarum beneficialium, ac jurium, & pertinentiarum ipſarum inducant auctoritate noſtra, & defendat inductum &c.*

Vicus S. Pauli in ſpiritualibus, & temporalibus ſubjectus monaſterio Caſſinati.

Ad medium Sæculum XV. cœnobium iſtud incoluere Monachi, nam Henricus Abbas A. 1407. die 22. Decembris Præpoſitum ibi conſtituit Fratrem Gregorium a Pontecurvo monachum Caſſinenſem, ut ex litteris in ejus regeſto I. p. 381. a t. in quibus hæc leguntur. *Henricus Thomacellus &c. Dilecto in Chriſto filio Fratri Gregorio de Pontecurvo monacho noſtro Caſſinenſi &c. ſalutem in domino. Cum itaque Propoſitura Parrocchialis eccleſia S. Pauli Foreſta &c. ſolita per Caſſinenſes monachos gubernari, ac per Abbates predeceſſores noſtros, & nos in monaſticum beneficium conferri pariter, & aſſignari, indeque Propoſitos per ipſos prædeceſſores noſtros, & nos ſolo nutu amoveri quam dilectus in Chriſto Filius Fr. Johannes de Hiſpania Monachus Caſſinenſis Propoſitus dicta propoſitura dudum canonice obtinuit ex eo vacet ad preſens, & vacare in noſtris, & noſtra menſa manibus dignoſcatur per ipſius fratris Johannis revocationem ad clauſtrum noſtrum Caſſinenſe &c. præpoſituram ipſius eccleſia S. Pauli de Foreſta cum omnibus, & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum tibi conferimus &c. quocirca curam regimen, & adminiſtrationem dicta præpoſitura S. Pauli, Monachorum, converſorum, caſalium, vaſſallorum, membrorum, & quarumcumque bonorum ejus tibi plenarie committentes &c. Beneficia & capellas ab ipſa eccleſia dependentes vacantes, vel vacaturas conferendi, quarum collationem nobis, & noſtris ſucceſſoribus reſervamus tenore preſentium tibi interdicimus poteſtatem &c. mandantes propterea Monachis, converſis, oblatis, vaſſallis, & aliis ſubditis dicta eccleſia, & membrorum ejus, quatenus tibi tamquam vero præfata eccleſia Præpoſito in omnibus licitis, & honeſtis devote, & reverenter ſtudeant obedire &c.* Anno 1441. die 29. Januarii

Eccleſia monaſterii S. Pauli Parochialis.

Viſi-

Viſitatores hujus cœnobii conſtituti ſunt a Priore, ſubpriore, & monachis Caſſinatibus memorati PP. Marinus a Pruſſia, & Baptiſta ab Arimino, ut ex literis alibi datis.

A vetuſtiſſimis temporibus Præpoſitura hæc monaſterio noſtro quotannis cenſum perſolverat, quouſque a. 1636. Johannes Antonius Longobardus V. J. D. Clericus Romanus eam Deſiderio Abbati Caſſinenſi renunciavit. Eam & ipſe ab a. 1614. renunciatione D. Aurelii de Jettis poſſidebat, ut conſtat ex bulla ad hoc a Paulo V. data eo anno XI. Kal. Februarii. Statim illam virtute privilegiorum Innocentii VII., Leonis X., & Pauli III. Deſiderius menſæ cœnobii noſtri, utpote beneficium monaſticum adjudicavit, ut ex literis anno 1636. die 22. Octobris ab eodem Abbate datis liquet, quarum vi D. Oderiſius a Neapoli Cellerarius Caſſinenſis ejus poſſeſſionem iniit Caſſinatium nomine, ut ex inſtrumento penes acta notarii Antonii Pagliari Sangermanenſis die 9. Decembris a. 1636. Paucos poſt annos Johannes Antonius Romæ moritur, qua re cognita D. Honuphrius de Hippolytis Piſtorienſis prælatus domeſticus, ac perpetuus Innocentii X. Commenſalis præpoſituram hanc ab eo obtinet. Quod ut Caſſini nunciatum eſt, oſtendit Deſiderius Abbas beneficium hoc regulare eſſe, atque ab octo jam annis cœnobio noſtro adnexum, proinde ut moris eſt, a Pontifice non concedendum. Honuphrius, ut erat pius, cœpto abſtinuit, juraque ſua omnia, ſi quæ haberet, Pontifici reſignavit, cujus tandem beneficentia præpoſitura Caſſinatibus adjudicata eſt ſingulari diplomate, in qua hæc poſt narratam fuſius rei univerſæ controverſiam ſubduntur. *Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ceſſionem, & renunciationem hujuſmodi admittimus, ac ex renunciatione, & per ceſſionem hujuſmodi etiam jus ipſi Honufrio in prædicta rurali eccleſia, ſeu cappella, vel ad illam quomodolibet competens, & per eum pñſum ceſſaſſe, & ceſſare, ac monaſterium ipſum propterea in ſua poſſeſſione hujuſmodi vera quieta, legitima, & pacifica remanere, ac eandem continuare debere, dummodo tamen Abbas, & conventus prædicti in quieta, & pacifica poſſeſſione prædictam ruralem eccleſiam ſeu cappellam uti membrum, ſeu de membris ejuſdem monaſterii illiuſque res, & bona tamquam ab eodem monaſterio dependentia regendi, & adminiſtrandi, ac de illius fructibus, redditibus, & proventibus libere diſponendi quiete, & pacifice exiſtant, apoſtolica auctoritate tenore preſentium decrevimus, & declaramus, ſicque per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam honore fulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, Vicelegatos, & ſedis apoſtolicæ nuntios, & quoſvis alios judicari, & definiri debere irritum quoque decrevimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quovis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non dicti monaſterii etiam juramento confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ admiſſionis, declarationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem anno incarnationis dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, ſeptimo idus Januarii pontificat. noſtri anno tertio. Pro Eminentiſſimo D. Cardinali Cecchino Proſummatore N. Lagnel, L. Anguiſola, Viſa. N. Lagnel, P. Ciampinus,* Adeſt Sigillum plumbeum. *Anno a Nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, die vero ſeptima menſis Januarii Retroſcriptus Illuſtriſſimus D. Honuphrius de Hippolitis preſens &c. retroſcripta Ceſſioni, litterarumque expeditioni conſenſit, juravit, &c. Gregorius Belliſarius.* Memoratas eccleſias S. Nicolai Græcorum, S. Juſtæ, S. Benedicti, & S. Marci de Arrano per plura ſæcula Abbates Caſſinenſes fiduciario jure conceſſerunt, ut ex monumentis in archivo noſtro conſtat. De hoc cœnobio mentionem facit Lubin p. 145. ubi tamen fallitur cum cenſet veriſimile cœnobium hoc idem eſſe cum illo ſancti Petri de Foreſta, de quo alibi actum.

Emendatur Lubin.

Monaſterium in Civitella ſitum, et aliud S. Salvatoris.

Donatum Caſſinatibus monaſterium S. Salvatoris hiſce verbis teſtatur Petrus Diaconus cap. 13. *Arnulfus interea vir nobilis cum omnibus parentibus ſuis eo tempore fecerunt huic ſancto loco cartam oblationis de Rocca, que, vocatur Civitella in Ducatu Spoletino, nec non, & de monaſterio S. Salvatoris ibidem conſtructo, & eccleſiam S. Petri de Monte Scopulo ac medietatem de eccleſia S. Mariæ, & de eccleſia S. Agnelli in Ceſe, & curtem in Petracele, et in Alanu, in Paganica, et in Porcaria in Comitatu Narnienſi cum omnibus pertinentiis illarum tam mobilibus, quam immobilibus, quingentarum librarum argenti pœna appoſita.* Oblationis hujus monaſterii, atque Civitellæ diploma in Diſſertatione I. dabimus. In ea vero præter illud S. Salvatoris, aliud quoque donatur monaſterium hiſce verbis: *Donavimus firmavimus in perpetuum in monaſterio B. Benedicti, quod ſitum eſt in monte Caſino &c. Monaſterium noſtrum quod habemus in ducatu Spoletano in loco, ubi dicitur Civitella, & aliud monaſterium in honore Domini Salvatoris &c.* Hinc erroris Petrum redarguas, qui unum dumtaxat commemorat. De monaſterio S. Salvatoris agit Lubin p. 52.

Duo Cœnobia.

S. Crucis in Fulginate.

Ughellius Italiæ Sacræ To. I. de epiſcopis Fulgineis agens num. 23. egregia magni Bonfilii de Bonfiliis monachi Benedictini epiſcopi Fulginatenſis facinora deſcribens inter alia hæc ait: *Floruit hujus tempore Mainardus ex ordine Caſſinenſi SS mus Monachus, qui ſibi a Bonfilio epiſcopo facta poteſtate, acceptaque tamquam filius a Parente benedictione, celebre Sanctæ Crucis edificavit Cœnobium in territorio Fulginatenſe a. 1080., quod hoc tempore Saxovivi cœnobium vocitatur ab omnibus. Trincia gens Fulginas in eo monaſterio opibus augendo maxime enituit, cujus Alumni tunc Comites Opelli erant, poſtea etiam ipſius Fulginii Domini, hoc deinde cœnobium adeo opibus, moribus Monachorum adauctum eſt, ut multorum monaſterium ejuſdem inſtituti caput extiterit.* De Mainardo, conſtructoque ab illo cœnobio S. Crucis agit Lucenti To. I. Italiæ Sacræ, in epiſcopis Caſſinenſibus col. 742., additque huic Sanctæ Crucis cœnobio unitum fuiſſe anno 1198. illud inſigne ſancti Stephani de Gallano. Quod fatetur etiam Ughellius loc. cit.

col.

col. 694., & Mabillonius To. V. Annal. pag. 215.

S. Johannis, & S. Petri. Piiſſimæ Comitiſſæ Adelgrimæ donationes hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 26. *Adelgrima quoque Comitiſſa filia Pandulfi principis Capuani habitatrix in territorio Carſeolano in caſtello, quod vocatur Auricula, relicta Rainaldi Comitis filii Berardi Comitis judicavit, & tradidit quatuor caſtella in dicto Territorio Carſeolano, anno dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo ſexto, primum quidem caſtellum, quod nominatur Auricula, ſecundum quod vocatur Foſſacaca, tertium quod dicitur Camerata. Quartum quod nominatur Piretus, nec tria monaſteria, ut monaſterium S. Johannis, cum ipſo hoſpitali S. Johannis de valle Calvula, & S. Petri de Pireto; caſtella, & monaſteria ſupradicta cum omnibus pertinentiis ſuis*. Donationis hujus diploma in Diſſert. I. dabimus. Cœnobium S. Johannis in Valle Calvula A. 1457. poſſidebant Caſſinates, nam in bulla eodem anno XV. Kal. Auguſti expedita in forma, *Significavit*, a Calliſto III. precibus Cardinalis Scarampi fiduciarii Abbatis Caſſinenſis, hæc leguntur: *Et nonnulla alia mobilia, & immobilia bona ad dictum Cardinalem tam ratione S. Petri de Lacu, & S. Johannis de Burgeto, alias de la Piana, nec non ipſius de Valle caula Valvenſis, & Marſicana diœceſis eccleſiarum, quæ a dicto monaſterio dependent, & illius membra exiſtunt, nec non membrorum earundem eccleſiarum, ac alias legitime ſpectantia temere, & malitioſe occultare, & occultè deſinere præſumunt non curantes ea præfato Cardinali exhibere in animarum ſuarum periculum, & ipſorum Cardinalis, monaſterii & eccleſiarum monaſterii non modicum detrimentum ſuper quo idem Cardinalis apoſtolicæ ſedis remedium imploravit &c.* Præpoſituram S. Petri de Pireto Abbates Caſſinenſes commendarunt ad annum 1622., quo die 15. Julii D. Bernardinus Abbas ejuſdem eccleſiæ præpoſitum elegit D. Andream Campoſicco a Pireto, ut ex literis in regeſto III. Congregationis p. 294. Electiones aliæ extant in regeſtis epiſcoporum, & Abbatum Angeli, & Andreæ p. 9. 22. 38. Henrici p. 230., ſecundo Congregationis. Perſolvit ſemper præpoſitura hæc cœnobio noſtro quotannis cenſum in ſignum immediati juris, cumque Bernardinus de Vindictis D. Dominici de Vindictis Hæres cenſus hujuſce partem ſolvere renuiſſet, excommunicationi devotus eſt a D. Franciſco Alberico Auditore generali Cameræ apoſtolicæ anno MDLVI. die 10. Martii per acta Joannis Burgini curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ notarii. Agit de hoc monaſterio Phœbonius p. 210., qui de Pireto oppido ait: *Mons, in quo oppidum jacet, plurimorum ſanctorum Monachorum receptaculum fuit, in eam quidem ſolitudinem receſſiſſe, cum a ſe Caſſinenſe Monaſterium abdicaſſet eremitica vita receſſus cupidus Joannes XIX. Abbas Leo Oſtienſis in Chronico refert, in cujus deſcenſu Carſeolos verſus S. Petri eccleſiam Monachorum pariter quondam ſedes aſpicitur, in qua titulum Q. Avellieni invenimus.*

Q. AVELLIENUS. Q. F. BASSUS
MAGISTER. JUNIUS
IIII VIR. ÆD. PŌT
IIII. VIR. JUR. DIC.

Ex altero latere S. Silveſtri Monialium Caſſinenſium quondam nobile monaſterium, in quo Georgii Macchaſani epiſcopi neglectum ſepulchrum; nunc derelictum, & pene deſolatum, & in ſimplex beneficium erectum. Fallitur autem, dum credit Piretum illud eſſe, de quo agit Leo cap. 20. cum de Johanne XXIV. non XIX., ut Phœbonii typographus habet, quam in rem clara ſunt Leonis Marſicani verba; **Emendatur Phœbonius.** *Ipſe vero Abbatia relicta in proximam heremum, in loco, qui hodie Piretum appellatur, cum quinque Fratribus ſeceſſit, ibique in honore SS. Coſmæ, & Damiani parvula constructa eccleſia ſolitarius quoddammodo degens in ſpiritualibus operibus reliquum vitæ ſuæ tempus exegit*. Modo quoque ejus cœnobii rudera ſuperſunt, atque Mons Pireti vix milliaris quadrante a monaſterio Caſſinenſi diſtat, quamquam ejus nominis oppidum uno, & ſeſqui itineris die a nobis diſtat. Clarius vero hac de re loquitur Leo cap. 21. De tribus hiſce cœnobiis agit Lubin p. 296. 386., & 400.

Glannafolienſe. Celeberrimum S. Mauri monaſterium Glannafolienſe in Gallia Caſſinatium ditioni ſubjectum ab Urbano II. refert Petrus Diaconus cap. 18. hiſce verbis. *Idem præterea pontifex apoſtolicæ Sedis Urbanus pro negotiis eccleſiaſticis, ut ſupradiximus, Galliam ingreſſus in plenario Turonenſi, ubi ipſe præſidebat concilio monaſterium S. Mauri in Glannafolio a tyrannide Foſſatenſium Monachorum abſtrahens, priſtinæ libertati reſtituit, ſub magiſterio tantum, & tutela monaſterii Caſſinenſis perpetuo manſurum*. Et cap. 64. de Calliſto II. loquens ait: *Una cum epiſcopis, & Cardinalibus Monaſterium beati Mauri in Glannafolio ſitum, & huic Caſſinenſi cœnobio ſubditum pervenit, rogatuſque a Monachis Caſſinenſibus qui ſe convenerant, nec non a Gyrardo jam dicti loci Abbate ejuſdem confeſſoris Chriſti Mauri eccleſiam ſollemniter dedicavit, in qua etiam corpora ſanctorum Antonii, & Conſtantiniani, qui de hoc Caſſinenſi cœnobio ad Gallias cum beato Mauro perrexerant, cum maxima reverentia poſuit &c.* Et cap. 76. ſubdit: *Per idem tempus cum poſſeſſiones monaſterii B. Mauri, quod in Glannafolio ſitum eſt a quibuſdam diriperentur, Gyrardus ejuſdem cœnobii Abbas Gyrardo Abbati noſtro litteras miſit, rogans, ut papam Calixtum ac de re exorare ſtuderet, quod & fecit. Cujus poſtulationibus pontifex flexus, Glannafolienſi, & Fratribus apoſtolicam benedictionem, & epiſcopis Germaniæ direxit, ut poſſeſſiones monaſterii beati Mauri, quod ad jus pertinebat cœnobii Caſſinenſis, quæ præreptione injuſta a Comite Andegabenſi, & ab aliis quibuſque invaſa fuerant ex integro reſtituerentur. &c.* Et Anonymus Caſſinenſis A. 1147. de Eugenii III. in Galliam itinere agens hæc habet: *Eugenius papa Antiſiodorum veniens monaſterium S. Mauri ſub obedientia cœnobii Caſſinenſis manere confirmavit, Abbate prius ab obedientia epiſcopi Andegavenſis ſoluto &c.* Ædificatum olim hoc cœnobium fuerat a S. Mauro S. Benedicti diſcipulo, qui illud Caſſinatibus ita ſubdiderat, ut per plura ſæcula eo jure ſint fruiti. Imo deſtructo a Gaidulfo pauloque poſt reædificato Glannafolio illud iterum Theodemario adjudicarunt Hadrianus I. & Carolus Magnus. Verum cum vaſtatum iterum fuiſſet reſtauratumque, Foſſatenſibus ceſſit, a quibus tandem ad Caſſinatium ditionem iterum rediit Urbani II. ſententia, citatis, auditiſque partibus, in concilio Turonenſi lata: quæ fuſius

hac

Digitized by Google

Ex originali in Archivo.

hac Bulla conſtant. Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum dei reverentiſſimo, & kariſſimo fratri Oderiſio noſtris per dei gratiam manibus, & in Kardinalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſacerdoti, & in Abbatem Caſſinenſis monaſterii conſecrato, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Pater, & princeps monachicæ inſtitutionis gratia, & nomine Benedictus, diſcipulum ſuum beatiſſimum Maurum ob religionis ſtudium docendum, & augendum in gallias deſtinavit, ſicut in eorum geſtis luce clarius repperimus, qui ad loca deſtinata perveniens Monaſterium quod Glannafolium dicitur in Andecavenſium diœceſi divina gratia proſequente conſtruxit, quod Caſſinenſi cœnobio unde prodierat, commiſit ubi cum plurimis virtutum inſignibus cooperante domino effulſiſſet, Bertulfum diſcipulum ſuum Abbatem ſubſtituens monachis Caſſinen. qui una ſecum venerant ſuper eum ſollicitius invigilare præcepit, ne in aliquo a rectitudine regularis tramitis deviaret ſicque temporalis vitæ finem ſortitus eſt, ac ſepultus. Poſt nonnulla igitur annorum curricula, peccatis exigentibus idem monaſterium a Gaidulfo quondam deſtructum, ſed poſtmodum religioſorum, & virorum ſtudio reparatum. Eo itaque tempore venerandæ memoriæ Adrianus papa ſimul cum Carolo rege Francorum, & patritio Romanorum prefatum monaſterium Glannafolienſis venerabili Theodemario Caſſinenſi Abbati ſuper hoc re quærimoniam facienti, cognita ratione reſtituit, atque auctoritate Apoſtolica confirmavit. Verum quia dei judicia abyſſus multa jam dictum cœnobium Barbarorum incurſu vaſtatum iterum, & deſtructum aſſeritur. Depopulationis ergo illius barbarica ſolitudine permanente illuſtrium principum ſtudio proviſum fuit, quatenus Glannofolienſis locus monathicha tunc quieti incongruus per Foſſatenſes Monachos diſponeretur. Quæ quidem diſpoſitio uſque ad tempora noſtra immobiliter perduravit. Cæterum cum Foſſatenſis etiam locus obſervatione a religionis deſiiſſet, Glannafolienſis eccleſia per loci ipſius præpoſitos non tam diſpoſita, quam diſſipata diutius videbatur: Contingit autem divina diſpoſitione clementia cum pro eccleſiaſticis cauſis in Gallias tranſiſſemus, nos locum illum cum confratribus noſtris epiſcopis, & Romanæ eccleſiæ Cardinalibus viſitaſſe. Fratrum igitur deo ſervientium illic, & circum habitantium nobilium virorum nos turba circumſtetit ſuper diſſipatione multimoda conquærentium quæ ab his inferebatur, quorum eos oportuerat induſtria gubernari Adjectæ his ſunt communis Filii noſtri Johannis S. Romanæ eccleſiæ diaconi Cardinalis, & veſtri Caſſinenſis cœnobii Monachi pro parte tua, & venerabilis fratris noſtri Goffridi Andecavenſis epiſcopi, & filii noſtri Fulchonis Andecavenſis Comitis preces, proprium loci illi Abbatem ſub ditione Caſſinenſis eccleſiæ auctoritate ſedis apoſtolicæ reſtitui poſtulantium, nec parum in brevi profectum loco eventurum ſperabant, & de trigeſimo, qui nunc inerat Monachorum numero repente ampliorem futurum, ſi quidem a Foſſatenſium erepti tyrannide, Abbatis proprii regimine fruerentur. Proinde Foſſatenſibus Monachis diem certum ſtatuimus, quo ſe noſtra audientiæ, ſi habentes privilegiis præſentarent. Conſidentibus ergo nobiſcum in Turonenſi eccleſia archiepiſcopis, epiſcopis, & abbatibus numero quatraginta quatuor, facto de hoc negotio quæſtione, cartam nobis prædicti Fratres in communi audientia preſentarunt, quaſi Romani pontificis Adriani, quæ omnino falſa manifeſtis eſt indiciis comprobata. Placuit itaque cunctis in commune Fratribus qui conſederant quandoquidem in Foſſatenſi monaſterio religionis obſervancia jam per tempora loca defecerat, & Glannafolienſis locus per eos non meliorationi, ſed deteriorationi videbatur expoſitus, ceſſante cauſa etiam ceſſaret effectus, & Glannafolienſibus monachis Abbatis Cardinalis ſolatium redderetur. Ei tunc ergo communi decreto ſancimus, & nunc per præſentis privilegii paginam legitimum ſempiternum apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut in loco illo venerabili ſæpe ſuperius nominato Cardinalis Abbas perpetuis temporibus habeatur ſalva per omnia reverentia et obedientia matris ſuæ eccleſiæ Caſſinenſis, prædeceſſorum noſtrorum ergo Romanorum pontificum Adriani, & Nicolai veſtigia comitantes prænominatum Glannafolienſe cœnobium cum omnibus pertinentiis ſuis ſalva libertate, & dignitate ejuſdem loci tibi, tuoque Caſſinenſi monaſterio preſentis noſtri privilegii pagina cum omnibus poſſeſſionibus ſuis confirmamus, in quibus hæc propriis duximus nominibus adnotanda. In primis villam Blazon, longus campus, Boſcus Mariacus, Gena, Gaudiacus, Fano. S. Petri cum tota villa Fabrienſi, S. Petri de Vodda, S. Remigii in Varena. S. Hylarii in Corcozona, Villam Solonge, S. Mariæ in Caſtro Doe S. Martini de Caſtro Saracech, S. Juſtini in Verce, S. Quirici, & S. Mariæ de Salmonſâ. Grù cum pertinentiis ſuis. S. Martini in Bornu, S. Mauri in Landuno. S. Mariæ in Vareno, villam lambri cum pertinentiis ſuis, villam ad panes, villam Syndremont, S. Gervaſii, & Protaſii in Baſtheaco, S. Mariæ in Mô, S. Mariæ de Rillo, S. Petri de Cotur, S. Simplicii, & S. Johannis ſupra ligerim, S. Mariæ in Dane, terras de Corne S. Petri in Mazi, S. Simphoriani in Balzi, S. Petri de Anaſt cum ſeptem aliis eccleſiis, S. Petri in Canavit, S. Joannis, S. Petri, & S. Mariæ in Salmur, S. Veterini, & S. Euſebii de Gena, S. Mariæ in Tori, S. Petri in Lajor, S. Johannis in civitate Andecavenſi, S. Gervaſii, & Protaſii in villa Brienſi, S. Amani in villa Brem, S. Mauricii in villa Cartenienſi, S. Mariæ in Alanzo, S. Petri in Gey, S. Johannis ſupra Ligerim, S. Mariæ in Tanata, S. Petri, & S. Mariæ in Baſilica, S. Johannis in Cannuito. Inſula S. Mauri, eccleſiam in villa Maymina cum ſilvis, & pertinentiis ſuis. S. Petri, & S. Remigii prope Glannafolium, S. Martini in Urbenella, S. Saturnini juxta Andecavis, S. Petri in Beſſi, S. Symforiani, & S. Simplicii in Baagi, S. Michaelis in villa Brienſi, S. Martini in Bozi, S. Martini, & S. Bebiani in Cimili, S. Medardi in Civile, S. Mariæ in caſtro Lungi, S. Agem in villa Brem, S. Mariæ, & S. Martini in Briſart, S. Petri in Reſti, S. Petri in Barios, S. Hylarii in Crottos, S. Andreæ in Verri S. Petri in Mangi, S. Vincentii in Domos, S. Mariæ in Catinga, S. Simplicii in Ruccli, S. Petri in Ardeno, S. Juliani in Biraſi, S. Petri in caſtro Caroli, S. Mariæ, & S. Laurentii in Tufelis, S. Martini, & S. Lamberti in Platea, S. Salvatoris, & S. Mariæ in Cunalt, S. Gervaſii in Baazi, S. Coſmi in Mili, S. Johannis in Danezzi, S. Petri in Lorazo, S. Martini in Ambillo, S. Hilarii in Gredilh, S. Georgii in Aaſon, S. Georgis in Saboes, S. Georgii in Fontana, S. Petri in Trallazi, S. Pe-

tri

Digitized by Google


tri in Bajor de civitate Pictavi, S. Maria in Alanzo, S. Petri in Monte Goer, S. Joannis in Arezi, S Ju'iani in Ceuto, S. Petri in Aringi, S. Maria in Dane ſupra Ligerim, S. Petri, & S. Romani in Savoner, S. Georgii & S. Martini ad Leones, villam Fabrenſem, S. Simplicii in Bartinge, villam Barnu, S. Maria, & S. Petri in Baſages, terram de culturis, terram de Varenna, villam Baugiacum cum eccleſia S. Symphoriani in Brittannia, Wipperica Vicaria, Priſperiaca Vicaria, Brucca Vicaria Quarantoja Vicaria, Cambryzsica Vicaria, Wer Vicaria, Plinlan Vicaria Bemgloen Vicaria, Winnona Vicacia, factos ſex juxta eccleſiam S. Veterini in villa Canaba cum pertinentiis ſuis, & cum omnibus manſuum adjacentiis. Statuimus etiam ut obeunte nunc Girardo ejus loci Abbate, nullus ibi ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum beati Benedicti regulam elegerint apud Caſinum ſecundum tenorem privilegiorum ſuorum benedicendum. Quod ſi forte quod evenire vix credimus in ipſa congregatione aliquis ad hoc officium ydoneus non repperitur de Caſſinenſi cœnobio Abbatem ſibi eligant ibidem ſimiliter benedicendum, ſicque præpoſituram Caſſinenſem, & vicariatum ejuſdem Caſſinenſis Abbatis per totam Galliam accipiens ad ſuum cœnobium redeat. Omnibus autem quinque annis limina beati Benedicti Caſſinenſis viſitet, in Mauri loco reſideat in Caſino, & in omnibus Cellis ejus, ſuper eum nullus Abbas ſedeat, & nulli alio loco, niſi tantum Caſſinen. ſubdatur. Si quid vero de ordine monaſtico tractandum fuerit arbitrio præpoſiti Caſſinenſis, quam & Abbatis beati Mauri diſponatur. Inſuper autem preſenti privilegio ſupradictum locum una cum omnibus ſuis pertinentibus eccleſiis, & poſſeſſionibus per totum orbem roboramus, atque ut nullius alterius eccleſia, vel epiſcopi, niſi Caſſinenſis eccleſia dicionibus ſubmittatur, auctoritate apoſtolica interdicimus. Quæcumque præterea in futurum ſive conceſſione pontificum, ſive liberalitate principum, vel oblatione fidelium juſte, atque canonice poteritis adipiſci, firma eidem loco, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnibus modis profutura; ſepulturam quoque ejuſdem loci liberam eſſe facimus, ut eorum, qui illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati nullus obſiſtat. Si qua ſane in craſtinum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfatione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe exiſtere divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo, & ſacratiſſimo corpore, & ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem, veſtroque cœnobio juſta ſervantibus, ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen; Scriptum per manum Petri Scriniarii ſacri Palatii.



Datum apud Tarracinam per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis XII. Kal. Aprilis indictione V. anno dominicæ incarnationis MXCVII. anno autem pontificatus domni papæ Urbani ſecundi X.



Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula ſerica &c.



Anno 1153. monaſterium Glannafolienſe apoſtolicæ ſedi immediate ſubjectum eſſe juſſit Anaſtaſius IV. cum bonis ſuis omnibus, ſub obedientia tamen Monaſterii Caſſinenſis, ut hac bulla conſtat.


Anaſtaſius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilecto filio Guilielmo Abbati Glannafolienſis Monaſterii, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod rationi, & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecte in domino fili tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ papæ Urbani veſtigiis inherentes præfatum monaſterium, cui, deo auctore, præeſſe dinoſceris ſub Beati Petri, & noſtra Ex originali in Archivo.

pro-

protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona idem monaſterium in preſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, deo propitio, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam videlicet S. Martini de S. Mauro, eccleſiam S. Gervaſii, & Prothaſii in Bateaco cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Mariæ de Molo, cum pertinentiis ſuis, in inſulam S. Mauri cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Mariæ in Dane, eccleſiam S. Simplicii ſuper Ligerim, eccleſias S. Petri in Vodda, S. Petri cum villa Fabrenſi, S. Lamberti de Curals, S. Hylarii de Concorzo cum pertinentiis ſuis, & S. Martini de Sorecb, terram Americi de Averoim, eccleſias S. Juſtæ de Verce cum pertinentiis ſuis, & S. Mariæ de Doado, villam de Solonge cum pertinentiis ſuis, villam, quæ vocatur Gru cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Veterini de Gena cum molendino, & aliis pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Cirici in Salmoſa cum decimis ſuis, eccleſiam S. Mauri in Lauduna, & eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ de Vareno, villam Sindreños cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Martini in Burno, villam ad Panes cum pertinentiis ſuis, & villam Lambri cum pertinentiis ſuis, inſulam Blazon, in Normannia, eccleſiam S. Mariæ de Cingla, eccleſiam S. Mauri, ſitam in caſtro Laudun. eccleſiam S. Aniani, & villam Sindremont, eccleſiam S. Petri in culturis. Sepulturam quoque ejuſdem loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati nullus obſiſtat, ſalva juſtitia matricis eccleſiæ. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel eorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia preponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam previderint eligendum. Electus autem Caſſinenſi Abbati repreſentetur confirmandus, a catholico epiſcopo, quem ipſe per ſuas litteras exoraverit conſecrandus. Qui nimirum, & ejus ſucceſſores obedientiam Abbati Caſſinenſi promittent, & ſingulis quinquenniis ipſum Caſſinenſe monaſterium, tanquam ſuum caput humilitate debita viſitabunt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate, & Diœceſanorum epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrati iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen



Ego Anaſtaſius catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.



† Ego Gregorius Presbyter Cardinalis tt. Caliſti SS. † Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Vellum aureum SS. † Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu ſubſcripſi. † Ego Jacinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmydin SS. † Ego Julius Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli SS. † Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Jeruſalem ſubſcripſi. † Ego Octavianus Presbyter Cardinalis tituli S. Ceciliæ SS. † Ego Centius Presbyter Cardinalis tituli Laurentii in Lucina SS. † Ego Henricus Presbyter Cardinalis tituli SS. Nerei, & Achillei SS. † Ego Johannes Presbyter Cardinalis tituli SS. Silveſtri & Martini SS. Datum Laterani per manum Rolandi ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteri Cardinalis, & cancellarii Id. Januar. indictione ſecunda incarnationis dominicæ anno M. C, L. III. pontificatus vero Domni Anaſtaſii PP. IIII. anno primo. Adeſt Sigillum plumbeum pendens ex cordula ſerica coloris crocei continens ab uno latere capita SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ab alio vero Anaſtaſium Papam IIII.

Illa vero potiſſimum hic adnotanda verba. *Electus autem Caſſinenſi Abbati repreſentetur, confirmandus a Catholico Epiſcopo, quem ipſe per ſuas litteras exoraverit conſecrandus, qui nimirum, & ejus ſucceſſores obedientiam Abbati Caſſinenſi promittent, & ſingulis quinquenniis ipſum Caſſinenſe Monaſterium, tamquam ſuum caput humilitate debita viſitabunt.* Eadem verba extant in privilegio eadem de cauſa ab Innocentio III. anno 1202. monaſterio Glannafolienſi conceſſo, quod ita ſe habet.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Guilielmo Abbati Glannafolienſis monaſterii, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſt[…]endis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, […]od rationi, & ho-

Ex origi-
nali in
Archivo

& honeſtati convenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecte in domino fili tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum, felicis memoriæ papæ Urbani, & Anaſtaſii veſtigiis inhærentes præfatum monaſterium, cui Deo auctore, praeſſe dinoſceris ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium impreſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, deo propitio, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; eccleſiam videlicet S. Martini de S. Mauro; eccleſiam S. Gervaſii, & Protaſii in Bathеaco cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Mariæ de Mob cum pertinentiis ſuis; inſulam S. Mauri, cum pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Mariæ in Dane, eccleſiam S. Simplicii ſuper Ligerim, eccleſias S. Petri in Vodda, S. Petri cum villa Fabren. S. Lamberti de Curallo, S. Ylarii de Concorzo cum pertinentiis ſuis, & S. Martini de Sorech; terram Americi de Averoim, eccleſias S. Juſtæ de Vere cum pertinentiis ſuis, & S. Mariæ de Doado, villam de Solonge cum pertinentiis ſuis, & villam, quæ vocatur Cru, cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Veterini de Geva cum molendino, & aliis pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Cyrici in Salmoſa cum decimis ſuis, eccleſiam S. Mauri in Landuna, & eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ de Vareno, villam Syndremōt cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Martini in Burno, villam ad panes cum pertinentiis ſuis, & villam Lambri cum pertinentiis ſuis, inſulam Blaſon. In Normannia eccleſiam S. Mariæ de Cingal, eccleſiam S. Mauri ſitam in Caſtro Landun. eccleſiam S. Aniani, & Villam Sindremont, eccleſiam S. Petri in culturis. Sepulturam quoque ejuſdem loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars major conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & Beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Electus autem Caſſinen. Abbati repreſentetur confirmandus, & munus benedictionis ſuſcipiat ab epiſcopo catholico, quem ipſe per ſuas duxerit litteras exorandum, qui nimirum & ejus ſucceſſores obedientiam Abbati Caſſin. promittent, & ſingulis quinquenniis ipſum Caſſinenſe monaſterium tamquam ſuum caput humilitate debita viſitabunt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate, & diœceſanorum epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfacione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſ.



† Ego Octavianus Hoſtienſis, & Velletren. Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Petrus Portuen., & ſancti Rufin. Epiſcopus ſſ.

† Ego Johannes Albanen. Epiſ. ſſ.

† Ego Petrus titulo ſanctæ Ceciliæ Presbyter Cardinalis ſſ.

† Ego Jordanus ſanctæ Pudentianæ tituli Paſtoris Presbyter Cardinalis ſſ.

† Ego Guido ſanctæ Mariæ Transtyberim ſancti Calixti Presbyter Cardinalis ſſ.

Suppl. Hiſt. Caſſi.

† Ego Hugo Presbyter Cardinalis ſancti Martini tituli Equitii ſſ.

† Ego Cuttb. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ſſ.

† Ego Bernardus ſancti Petri ad vincula Presbyter Cardinalis S. Eudoxiæ ſſ.

† Ego Johannes tit. S. Priſcæ Presbyt. Cardinalis ſſ.

† Ego Cencius Presbyter Cardinalis SS. Johannis, & Pauli tituli Pamachii ſubſcripſi.

† Ego Gregorius tituli ſancti Vitalis Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

† *Ego Benedictus tituli ſanctæ Suſannæ Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

† *Ego Leo tituli ſanctæ Crucis in Jeruſalem Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

† *Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

† *Ego Gregorius S. Georgii ad Vellum aureum Diaconus Cardinalis ſſ.*

† *Ego Hugo ſancti Euſtachii Diaconus Cardinalis ſſ.*

† *Ego Matheus ſancti Theodori Diaconus Cardinalis ſſ.*

† *Ego Johannes ſanctæ Mariæ in Coſmidin Diaconus Cardinalis ſſ.*

Datum Laterani per manum Johannis S. Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & Notarii X. Kal. Aprilis indictione VI. incarnationis dominicæ anno M.CC.II. pontificatus vero domini Innocentii Papæ III. anno ſexto.

Diu perſeveraſſe idem jus Caſſinatibus oſtendunt hæ papæ Innocentii IV. litteræ, quibus jubet epiſcopo Cenomanenſi electionem Abbatis Glannaſolienſis confirmaret, illumve benediceret, quod Caſſinum pro more variis de cauſis adire non liceret.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Venerabili Fratri . . epiſcopo Cenomanen. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Lectam coram nobis ex parte dilectorum filiorum conventus monaſterii S. Mauri ordinis S. Benedicti ad monaſterium Caſſinenſe immediate ſpectantis petitio continebat, quod eodem Monaſterio S. Mauri per reſignationem quondam Abbatis ipſius paſtoris ſolacio deſtituto, ipſi, prout moris eſt, convenientes in unum, invocata Spiritus ſancti gratia dilectum filium Petrum priorem de Solongejo ordinis S. Benedicti ad idem monaſterium S. Mauri nullo medio pertinentis Andegaveñ. diœceſis in Abbatem ſuum canonice, ac concorditer elegerunt. Unde nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum idem Prior propter viarum diſcrimina ad Monaſterium Caſſinenſe prædictum nequeat ad præſens accedere, ut tenetur pro confirmationis, & benedictionis munere obtinendo, ſicut conſuetum eſt hactenus confirmari, electionem hujuſmodi, & benedici eundem Electum in illis partibus mandaremus. Cum igitur negotium electionis ejuſdem Venerabili Fratri noſtro . . Nanneteñ. epiſcopo apud ſedem Apoſtolicam conſtituto duxerimus committendum, & idem inquiſitione ſuper eo habita diligenti reppererit omnia excepto reſignationis articulo, ſuper quo ſibi apud ſedem ipſam plena fides fieri non potuit rite acta, volumus, & Fraternitati tuæ præſentium tenore mandamus, quatenus de reſignatione hujuſmodi diligenter inquirens, ſi de ipſo tibi plene conſtiterit, electionem præfatam, auctoritate noſtra confirmans, ac electo munus benedictionis impendens, facias ei obedientiam, & reverentiam debitam a ſuis ſubditis exhiberi. Alioquin ea rite caſſata, facias ſupradicto S. Mauri Monaſterio provideri per electionem canonicam de Paſtore. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nolumus autem, ne ex hiis aliquod in poſterum præfato Caſſinenſi monaſterio præjudicium generetur. Datum Lugduni Idus Maii. Pontificatus noſtri anno quinto . . . l. p. Tutum tamen Caſſinatium juseſſe voluit Pontifex hiſce verbis: *Nolumus autem ut ex iis aliquod impoſterum præfato Caſſinenſi Monaſterio præjudicium generetur.* Anno 1473. Raynaldus Caſſinenſis Abbas privilegium hoc Abbati cœnobii Glannaſolienſis conceſſit, quod in regeſto Petri Diaconi p. 37. a t. nu. 83. legitur: *Raynaldus Dei gratia S. Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis & Caſſinenſis cœnobii Abbas. Dilecto in Chriſto filio Wilielmo S. Caſſinenſis monaſterii Præpoſito, & noſtro vicario in Gallia a nobis ordinato, & Glannafolienſi Abbati cœnobii S. Mauri. Quoniam dux, & pater noſter beatiſſimus Benedictus ſuperni imperii juſſione præmonitus dilectiſſimum diſcipulum ſuum Maurum præſentis Caſſinenſis cœnobii Præpoſitum ob Religionis ſtudium docendum, & augendum ad Gallicanas deſtinavit regiones, ſicut ejus vita apertiſſime demonſtrat, quibus in locis, territorio ſcilicet Andegavenſi, in loco, qui Glannafolium dicitur cum condiſcipulis ſuis Simplicio, Fauſto, Conſtantiniano, & Antonio eccleſiam conſtruxit, quam magiſterio, & obedientiæ Caſſinenſis eccleſiæ ſubeſſe præcepit, quam prædeceſſores noſtri, felicis memoriæ, tam auctoritate Romanorum pontificum, Adriani videlicet, & Nicolai primi, quam & ſuggeſtione, & confirmatione Caroli regis Franciæ, & Romanorum patricii privilegiis ornaver. Quapropter eorum veſtigia nos imitantes, conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum conſtitutum facimus tibi dilecte fili Guillelme noſtri Caſſinenſis cœnobii Præpoſite, & Abbas monaſterii S. confeſſoris Chriſti Mauri, ut quacumque hora huc ad corpus beatiſſimi patris noſtri Benedicti veneris in loco Præpoſiti ſedeas. Obeunte autem te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars ſanioris conſilii ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum, & apud Caſinum ſecundum tenorem privilegiorum a Caſſinenſi Abbate benedicendus veniat. Quod ſi forte, quod facile evenire non credimus, in ipſa congregatione Glannafolienſi aliquis ad hoc officium idoneus non repperitur, ad Caſſinenſe monaſterium tamquam ad magiſtrum, & patrem revertatur, & conſilio, & licentia Caſſinenſis Abbatis Abbatem eligant, qui ibidem a Caſſinenſi Abbate benedicatur, ibique Præpoſituram, & Vicariatum per totam Galliam ſicut Caſſinenſis Abbas ſuper Monachos habere dinoſcitur accipiens, ad monaſterium ſuum revertatur. Auctoritate etiam dei Patris omnipotentis, & Jeſu Chriſti filii ejus domini noſtri, & ſpiritus ſancti, & beatiſſimi patris noſtri Benedicti, & omnium ſanctorum, & noſtra, interdicimus, ne quis unquam in eternum de monachis Foſſatenſibus Abbatem in Glannofolienſe cœnobium eligere, vel intromittere audeat. Quod ſi contra præſens noſtrum interdictum factum fuerit, & eligens & electus, & intromittens, & intruſus, anathema ſit. In omni autem ſeſſione Frater, & Abbas Guillelme, quando ad beati patris noſtri Benedicti limina veneris tu vel ſucceſſores tui, qui eo ordine, quo tu ordinatus, & confirmatus, & ordinati, & confirmati fueritis, a nobis, vel a ſucceſſoribus noſtris Abbatibus, vel ab aliis certis Nuntiis noſtris, vel ſucceſſorum noſtrorum in loco beati Mauri ſub Caſſinenſi Abbate reſideas, vel reſideant, & ſupra te, vel ſucceſſoribus tuis ſic ordinatis, & confirmatis alius Abbas non ſedeat. In quinque annis huc ad limina beati*

Be-

Ex originali in Archivo.

Diploma Raynaldi Caſſinenſis Abbatis.

Digitized by Google

Benedicti tu, vel ſucceſſores tui, ſicut a dño Carolo conſtitutum eſt veniatis, nec alicui eccleſia niſi tantum Matri ſua eccleſia Caſſinenſi ſubdatur, ſicut a papa Adriano conſtitutum eſt. Et ſicus antea dictum eſt in hoc Monaſterio, & in omnibus cellis ejus ſuper eum nullus Abbas ſedeat niſi tantum Caſſinenſis. Unde omnes ſucceſſores noſtros per dominum obteſtamur, ne aliquo modo hac, qua a nobis, & ab anteceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt removere preſumant. ✠ Ego qui ſupra Raynaldus Dei gratia ſancta Romana eccleſia Presbyter Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas hoc conſtitutum feci. ✠ Ego Fr. Otto Decanus Caſſinenſis ſacerdos & Monachus. ✠ Ego Fr. Richardus Caſſinenſis Veſtararius Sacerdos, & Monachus. ✠ Ego Fr. Gentilis Caſſinenſis Hoſpitalis cuſtos. ✠ Ego Fr. Theodinus Dñi Abbatis Camerarius ſubdiaconus, & Monachus. ✠ Ego Fr. Beñ...... Caſſinenſis. Ego Fr. Amatus...... Caſſinenſis: Datum in Monte Caſino anno dominica incarnationis milleſimo centeſimo, quinquageſimo tertio, indictione ſecunda ſexto Kalendas Januarii per manus Fratris Petri Archibibliothecarii S. Caſſinenſis cœnobii, pontificatus domini noſtri Anaſtaſii quarti ſummi pontificis, & univerſalis papa anno primo. Archibibliothecarius Caſſinenſis. Simile privilegium eidem conceſſerat Seniorectus Abbas anno 1133. quod in eodem regeſto p. 254. nu. 611. extat. Quo eodem anno VI. Idus Martii Feria VI. Drogo Glannafolienſis Abbas monaſterium Caſſinenſe, cum aliquibus e Monachis ſuis adiit ſacroſanctas Patriarchæ noſtri exuvias veneraturus, ac dono Caſſinatibus dedit quaſdam S. Mauri reliquias, partemque regulæ propria S. Benedicti manu exaratæ, quas ſecum e Gallia attulerat. Pauloque poſt quo ſibi aptius viveret, demiſſo Abbatiæ regimine enixe rogavit, ut Abbas cœnobio ſuo e Caſſinatium numero concederetur. Qua facultate obtenta, ipſe ac Monachi, qui ſecum venerant, ſociorum quoque nomine Glannafolii Abbatem elegerunt Johannem Marſicanum Monachum Caſſinatem, eamque electionem ratam habuit Seniorectus, qui Monachos quoſdam Caſſinates cum eo in Galliam ire permiſit, pluresque inſignes reliquias, paſtoralem virgam, mitram, aliaſque ſupellectiles eidem dono dedit, ut fuſius legere eſt in Regeſto Petri Diaconi p. 253. & ſeqq. Adeo vero Caſſinatibus Glannafolienſes ſuberant, ut cum Guillelmus, ſeu Willelmus Abbas debitam Raynaldo Abbati obedientiam, ac liminum S. Benedicti viſitationem neglexiſſet, compulſus ad ea præſtanda fuerit ab Eugenio III. hoc Brevi: Ex originali in Archivo. *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio G. Abbati S. Mauri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Per alia tibi ſcripta mandaſſe meminimus, ut dilecto Filio noſtro R. Caſſinenſi Abbati, cujus juriſdiccioni monaſterium, cui praſides ſubiectum eſſe dinoſcitur obedienciam debitam, & reverenciam exhiberes; ſicut autem ex ipſis Abbatis conqueſtionem accepimus, nequaquam te ſibi eſſe ſubditum oſtendiſti, nec monaſterium beati B. quemadmodum debueras per te, vel per tuum Nuncium viſitaſti: Ne igitur inobedientia redargui poſſis ulterius, per iterata tibi ſcripta præcipimus, quatinus debitam eidem Abbati obedienciam, & reverenciam recognoſcas, eaque juxta arbitrium dilecti Filii, & ſubdiaconi noſtri Simonis operis exhibicione oſtendas. Datum Tuſculani Non. Auguſti.*

Quid vero Simeon Papæ ſubdiaconus præſtiterit, hæc ad Raynaldum Guillelmi epiſtola demonſtrat, qua ſe poſt excuſationes varias quantocius Caſſinum aditurum promittit. Ex originali in Archivo. *R. dei gratia Cardinalis presbytero, & eccleſia Caſſinenſis venerabili Abbati omnique conventui ſibi a deo commiſſo. G. eadem gratia Abbas S. Mauri cum ſuis ſujectis ſubiectionem, & obedientiam, quam debet eccleſia Caſſinenſi eccleſia S. Mauri. Quia Caſſinenſem eccleſiam non viſitamus ſciatis revera quod non ex contentu proficiſcitur ſed diverſa nobis imminent gravamina labores ſcilicet itineris, & ſumptus, & alia quibus indigemus, ſed cum oportunitas ſe obtulerit, vel nos, vel Nuntii noſtri veſtro conſpectui ſe repreſentabunt. Domino quidem Simoni dilecto filio, & conſanguineo veſtro, ſanctaque Romana eccleſia ſubdiacono obedientiam, & reverenciam tamquam perſona veſtra exhibuimus. Rogamus itaque paternitatem veſtram, ut ſicut bonum, & pium patrem decet, in temporalibus nobis ſubveniatis. Valete.*

Plura hic alia monumenta in promptu eſſent, quibus Caſſinatium in Glannafolienſes juriſdictio magis oſtenderetur, ſed ne tędium lectoribus ingeramus, duas tantum in medium adducimus ad Stephanum Abbatem Caſſinenſem Abbatis Glannafolienſis, & monachorum epiſtolas: Ex originali in Archivo. *Venerabili in Chriſto patri, ac domino in Chriſto ſibi Karisſimo . . . . Abbati Montis Caſini S. Mauri ſuper Ligerim Andegavenſis dioceſis conventus humilis ſalutem, & cum devotione humili, & obedientiam orationes in Criſto aſſiduas ac devotas. A diſcretionis tramite penitus exorbitat, qui ſe ipſum regere neſciens, regimen ſuſcipit aliorum hiique multo magis qui talem ſibi ſcienter preficiunt in rectorem. Noſtro dudum monaſterio vobis immediate ſubgecto rectoris regimine deſtituto prout moris eſt in unum convenimus de præficiendo paſtore eidem monaſterio tractaturi ſuper quo ſolliciti tam in quemdam de noſtris confratribus vota noſtra dirigentes in eundem unanimiter conſenſimus, quem in bonus hujus eligimus in honore, . . quem ad hoc ætatis provecta qualitatis, & diuturna regularis diſciplina obſervantia ydoneum prima facie deſignabant, qui tandem electioni de ſe facta conſentientes, ſe poſtmodum propter ſenium, & alias, multipliciter ab honeratione hujus excuſavit. Excuſatione ſiquidem ipſius demum a Fratribus acceptata, idem electus poſtea cedere noluit, nec juri quod ſibi ex electione fuerat acquiſitum niſi prius do Liſeardo confratre noſtro nepote ipſius nunc Abbate noſtro in Abbatem eligendo contra ſtatuta canonum cum quibuſdam de noſtris confratribus do. Liſiardo ſciente prius inbibita pactione, quam ſequuti, licet illicitam eundem Liſiardum ſibi in Abbatem eligere præſumpſerunt. Ille vero ſic electus, ut magis ac magis Simoniace haberet ingreſſum loci Archidiacono pro ſua inſtallacione contulit palafredum, & ſic & alias ſimoniace obtinuit promoveri, quod perſona ydoneitas, in aliquo non commendat cui morum gravitas, litterarum ſcientia, temporalium induſtria nullatenus ſuffragantur, ſet multorum obnoxius criminum recte intuentibus repperitur, ut pote qui non ſolum vitio dilapidationis, ſet perjurii, & aliis criminibus eſt variis irretitus, quod longum eſt in preſentiarum enarrare, cum non poſſent ſub breviloquio comprehendi, ſet alias exprimentur, & ſi probatione indigeant probabuntur. Licet adeo ſint notoria, & aperta, quod ob hoc non ſolum ejus per-*

ſona, ſet noſtrum monaſterium, et noſtri Ordinis religio circumquaque publice diffamatur, adeo quod licet pœna demi poſſit, timemus, quod abſit, notam infamiæ perempuari. Ille namque non ſolum in noſtri monaſterii, ſet veſtri præjuditium ditioni epiſcopi And. noſtrum ſuppoſuit monaſterium, a qua per veſtra, & noſtra privilegia noſtrum erat privilegium exemptum contra juramentum, quo tenetur Montis Caſini monaſterio obligatus temere veniendo dilapidationis, inſufficientia, perjurii, Simonia laborans vitiis, & aliis enormitatibus irregularitatem contraxit, poſtquam in canone lata ſententia inciderat propter violentas manus ingectiones, & temerarias in confratres divina celebrare juxta ſuam inſcitiam, & Abbatis benedictione non verens ſuſcipere, ſet inconſulte præſumens regularem in aliquo non novit obſervantiam, nec ordinis diſciplinam, nec ſibi, nec aliis prodeſſe, quare nec eſt dignus praeeſſe. Super hiis, ſuper quibus extiterat, & extitit crimonoſus, ſe nunquam voluit corrigere legitime requiſitus, & monitiones contepnens protervior efficitur de protervo, cujus malorum quorum non eſt numerus ſuſtinere ulterius non valentes, nec ſit niſi vos, qui adjuvet ad vos neceſſe habemus recurſum noſtram miſeriam expreſſuri, & lachrymabilem quæſtionem paternitati veſtræ cum lachrimis ſupplicantes, quatenus paternis viſceribus habundantes noſtro ſuccurrere dignemini monaſterio, morbo maturum antidotum præparantes, ne propter morbum capitis pars ſincera trahatur, quod timemus niſi nobis breviter ſuccurratur ad noſtrum aliquem* Monaſterium mittentes ydoneum, qui deſcendens viſitet, corrigat, & reformet, & alia expedias, quæ in hujuſmodi caſibus exiguntur. Res enim dilationem non cupit propter periculum animarum, & dilapidationem bonorum monaſterii, cui idem Abbas inhiat cotidie, & intendit, ſibi, non monaſterio theſaurizans. Unde bonis monaſterii ſic, & alias conſumptis tanta egeſtate compellit conventum laborare, quod niſi per vos alias magis ydoneo dicto conventui ſit proviſum, celeriter monaſterium a Fratribus deſeretur. Ita quod ibidem divinus cultus, quod abſit, non ſolum minuetur, ſet ad nihilum redigetur, cum jam idem Abbas majores, & meliores de noſtris confratribus compulit exulare, appellatione, quam jam propter hæc ad vos priores extranei dicti monaſterii, & major pars conventus, & ſanior interpoſuerat contra ipſum, quos ne hujus poſſint proſequi negotium manu armata invaſit, & bonis omnibus ſpoliavit in noſtræ juredictionis, & appellationis præjudicium, & gravamen. Datum &c.

* Monachum.

Ex originali in Archivo.

Venerabili in Chriſto patri, & domino Stephano dei gratia Caſſinenſi Abbati. Liſiardus Abbas monaſterii S. Mauri ſuper Ligerim ejus in Chriſto Filius obedientiam tam debitam, quam devotam. Noverit Paternitas veſtra, quod ego vocatus a magiſtro Johanne de S. Germano domini Papæ ſubdiacono, & cappellano gerente vices veſtras, & Juriſdicionem in hac parte, prout in litteris et a vobis tranſmiſſis continebatur aperte comparui apud Lugdunum coram ipſo, & ad mandatum, & preceptum ſuum tales monachos, & Priores reſtitui ad loca, & Prioratus ſuos, vid. Arnaldum Priorem de Botha, Andream ſacriſtam, Petrum de Doe Priorem de Salinne, Gaufridum Priorem de longa Inſula, Matthæum Priorem de Ureres, Guillelmum Priorem de Cappll., Stephanum de Alodiis, Johannem de Doe, Laurentium Gregorium, Johannem Natalem, Stephanum de Canda, & quia vos ad ſugeſtionem dictorum Priorum, & Monachorum contra me excommunicationis ſententiam tuleratis, & dictus Magiſter occaſione contumaciæ meæ ſuſpenſionis etiam ſententiam tulerat ſimiliter contra me ab eodem magiſtro tamquam a perſona veſtra abſolutionem petii juxta formam eccleſiæ, & recepi ab ipſo de prædictis, contra me excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententiis promulgatis. Juravi etiam ad mandatum & preceptum dicti Magiſtri, quod occaſione præteritorum videlicet odii, vel rancoris, ſeu offenſæ, quam contra perſonam meam dicti Priores, & Monachi ex præterito intuliſſent, non offendam eos, neque nocebo, nec mali aliquid eis faciam per me, nec per alios fieri procurabo. Quare ad futuram rei geſtæ memoriam, & perpetuam firmitatem has litteras inde fieri feci meo ſigillo munitas. Actum Lugduni anno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto indictione tertia, quinto Kal. Julii pontificatus domini Innocentii papæ IIII. anno ſecundo.

Abbas S. Mauri cõparet coram Delegato Abbatis Caſſinenſis.

Liſiardus electus eſt Abbas A. 1239., ejuſque electionem eodem anno die prima Decembris ratam habuit Stephanus Abbas, ut conſtat inſtrumento ſtipulato a notario Roberto ex oppido S. Petri in fine. Ex monumento vero electionis deducitur plures in monaſterio Glannafolienſi degiſſe Monachos; nam Abbatis electio undecim ejuſdem cœnobii Monachis compromiſſa eſt, e quibus ſeptem minorum monaſteriorum Priores erant, interque alios monaſterii Glannafolienſis officiales ſubſcribit eleemoſynarius. En omnium nomina: Ego Fr. Gaufridus Bandoni Prior de Borne ipſum Liſiardum elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Johannes Prior de Eſpaines elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Ernaudus elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Andreas Sacriſta ſancti Mauri elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Johannes Natalis clauſtralis elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Stephanus Elemoſinarius elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Petrus Prior de Salunge elegi, & ſubſcripſi. Ego Frater Girardus Prior de Concorchu. elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Petrus Prior de Inſula elegi, & ſubſcripſi. Ego Fr. Laurentius Prior de Cru elegi, & ſubſcripſi.

Eruditiſſimus, ac ſinceriſſimus amicus, dum viveret, noſter Johannes Mabillonius P. II. Sæculi IV. Actuum SS. Ordinis S. Benedicti p. 165. nu. 6. arguit Petrum Diaconum, quod reſtitutum Caſſinatibus in Glannafolienſes ab Urbano II. dominium referat. En ejus hae de re verba: Verum immoderata, & præceps videtur hæc Petri locutio, & ex nimio in proprium monaſterium ſtudio contra ipſos Caſſinates retorquenda. Non enim tyrannis dicenda eſt unius monaſterii ſubjectio alteri legitima ratione, & auctoritate facta, & probata, alioquin tyrannidis etiam appellatio reduceretur ad ipſos, (quod abſit) Caſſinates, qui Glannafolium Caſino ſubiectum ab Urbano pontifice fuiſſe ſcribunt. Quamquam nulla ejuſmodi ſubjectionis mentio eſt in epiſtola Ivonis epiſcopi Carnutenſis Urbano papa ſcripta pro legitimo jure Foſſatenſium, immo contrarium ex ejus verbis colligitur conquerentis. Subreptum fuiſſe domno papæ Urbano ad ſuggeſtionem Comitis Andegavenſis, ut monaſterium S. Mauri ſitum in patria Andegavenſi, quod ſub jure Foſſatenſis monaſterii antea per trecentos, & eo amplius annos extiterat, de ejuſdem monaſterii jure auferret, & ordinato

ibi

Digitized by Google

ibi Abbate liberum eſſe conſtitueret. *Non dicturus liberum, ſi alteri deuno ſubiectum fuiſſet. Et vero quid intererat Comitis Andegavenſis ſollicitare pontificem, ut in extraneorum dominium transferretur cœnobium iſtud popularibus ſuis fruſtratis? Quæ quidem dicta velim citra ullam invidentiam juris Caſſinatium noſtrorum, quibus libenter faverem, ſi cauſa ipſa eſſet faventior. Quidquid id eſt, perſeverat hactenus ſub Abbate regulari Glannafolienſe monaſterium tenuiſſimi reditus, Benedictina S. Mauri congregationi recens unitum, & merito ut ibi deuno refloreſcat ſub auſpiciis S. Mauri ſacra illa inſtitutio quam ipſe in Galliam attulit primus.* Cum hæc vero legiſſem, operæ pretium me facturum exiſtimavi ſi D. Theodorico Ruinart Mabillonii ſocio, mihique familiaritate conjuncto, memoratas quatuor pontificum Urbani II., Anaſtaſii IV., Innocentii III., & IV. bullas, aliaque monumenta ab archivo noſtro depromta, authentice mitterem die 8. Novembris 1701., ut Mabillonius ipſe æquiſſimus rerum æſtimator, re diligenter conſiderata, quid veri eſſet per ſemet ingenue definiret. Votis Deus annuit, ut hac epiſtola certiorem me Ruinartius reddidit. *Grato animo Urbani II. bullas, aliaque vetera monumenta accepi, quæ cum tuis humaniſſimis litteris hebdomada proxime elapſa ex Urbe ad nos tranſmiſit procurator noſter generalis in curia Romana. Placuerunt inter alia ea, quæ monaſterium S. Mauri Glannafolienſis ſacro Monti aſſerunt, quæ de re in Urbani vita, & opuſculorum editione, cui paranda incumbo, agere non omittam, ſed fuſius agetur in Annalibus Ordinis, quos Mabillonius noſter ſcribit, relatis etiam, ſi opus ſit, vetuſtis monumentis, quæ tuæ benignitati debemus.*

Promiſſis ambo ſtetere fideliter. Nam Mabillonius Annal. To. I. p. 117. deceptum olim ſe hiſce verbis ingenue profitetur. *Cæterum Glannafolienſe monaſterium ab origine coloniam fuiſſe Caſſinenſis monaſterii, illud indubitatum argumentum eſt, quod per multa ſæcula principi illi cœnobio ſubjectum fuerit uti Hadrianni P P. primi, Urbani II. ejuſque ſucceſſorum diplomata evincunt.* Eadem confirmat p. 187., & fuſius in Appendice I. ad To. I. Annal. p. 635., & ſeqq. Eadem repetit To. 2. p. 267., ac tandem To. V. p. 363. & 390., cum majorem diplomatis Urbani II. partem exſcribit, hæc ſubdit. *Ad Urbanum, quod attinet, medio menſe Martio Terracinæ verſabatur, cum litem de monaſterio Glannafolienſis ſubiectione in Turonenſi concilio indeciſam, tandem in Caſſinenſium gratiam diremit, quibus primum illud noſtri Ordinis in Gallia cœnobium, uti Hadrianus primus, & Carolus Magnus diffinierant, deinceps ſubjectum eſſe voluit, pontificiarum hac de re litterarum, quas integras in apologia miſſionis S. Mauri in Gallia a Ruinarto noſtro ſcripta p. 142., & ſeqq. videre licet, partem huc revocare non pigebit.* Ruinartius vero in Apologia de miſſione S. Mauri in Galliam gallice ſcriptam p. 27., & ſeqq. in hæc ferme verba loquitur. Creditum hactenus fuiſſe cœnobii Glannafolienſis dependentiam a Caſſinatibus glorioſa Petri Diaconi monaſterio ſuo adblandientis narratione unice innixam, quam in ſententiam itum maxime fuerat Par. ſecunda ſæculi IV. Actuum SS. Ord. S. Benedicti, cum de Actis in concilio Turonenſi ſermo eſſet. Verum cum alia plura congerenda fuiſſent pro univerſali Ordinis noſtri Hiſtoria concinnanda, multa ab archivo Caſſinenſi recepi authentica monumenta, quæ ſententia decedere, bonaque fide, facti veritatem agnoſcere coegerint. Ex bulla deinde Urbani II. quam p. 142. refert integram, cum mea, utpote archiviſtæ, & prothonotarii apoſtolici atteſtatione, validiſſimum pro cauſa ſua eruit argumentum eruditiſſimus Ruinartius. Cæterum immoderatam non fuiſſe hanc Petri locutionem, quod pace tanti viri dictum velim, quum illud arguit, quod hæc eadem vox Tyrannis, in bulla reperiatur Urbani II. tum maxime, quod nomen illud non referretur ad unius monaſterii ſubjectionem alteri, ſed ad regimen vel parum, vel nihil conſentaneum juſtitiæ, & prudentiæ legibus, quemadmodum vulgo dicitur regem, aut principem tyrannum eſſe, ſi non ſit juſtus, & prudens.

Plura Monaſteria reſtituta.

Eodem in capite refert Petrus Diaconus reſtituta juſſu Henrici Imperatoris plura Caſſinatibus monaſteria eis olim adempta, qua occaſione incertum. En Petri verba. *Quo etiam tempore jam dictus Fr. Georgius in preſentia prædicti imperatoris Henrici, & Henrici quinti filii ejus, & Mathildæ Comitiſſæ proclamationem fecit de poſſeſſionibus cœnobii Caſſinenſis apud Liguriam conſtitutis, quæ patri Benedicto Ayſtulfus, & Deſiderius reges Langobardorum, nec non Carolus Pipinus, & Lotharius imperatores, ac cæteri deum timentes conceſſerant. De monaſterio S. Benedicti in Perſiceta territorio Mutinenſi infra fines fluvii Fuſculi, & limitis Malmeniliaci, quod vid. Petrus Dux civitatis Ravennæ beato Benedicto ſub Abbate Angelario optulerat cum tota curte Perſiceta, & curte de Greniano, & curte de Monterione cum molendinis duorum Fluviorum, id eſt Fuſculi, & Gallici. Deinde monaſterium S. Mariæ in Laurentiatico ultra fluvium Gallicum inde non longe eſt Monaſterium S. Dompnini in curte Argellæ una cum Silva alta, & Silva majore, & tota Piſcaria, quæ dicitur Cancenna, uſque in fluvium Gambacane, & uſque in Roſaleſe, & uſque in curtem Ragoguſola. Deinde ſubtus viam publicam, monaſterium S. Vitalis, cum tota curte Calderaria prope caſtrum Sala. Monaſterium S. Johannis in Fraſſenetula cum tota curte ipſa uſque ad ſtratam petroſam ſitam prope caſtrum Cedula, monaſterium S. Martini juxta ſtratam petroſam in caſali Marciano cum tota ipſa curte prope Caſtrum Unciola, & omnia dompnicalia, monaſterium S. Salvatoris in Pontelongu, cum tota eadem curte per comitatum Mutinenſem Manſos terræ XXX. & jugera LX unum, &c. Hæc inquam omnia cum univerſis pertinentiis, & appendiciis ſuis in circuitu, cum caſalibus, fundis, & cum dompnicalibus, cum villis ruſticis, colonis utriuſque ſexus cultum, incultum, diviſum, indiviſum, ſubter, & ſuper ad jus pertinuerant antiquitus monaſterii Caſſinenſis, de his omnibus Imperator veritate cognita, Mathildæ Comitiſſæ præcepit, ut cuncta jam dicta eidem Fratri reconſignaret pro parte, & vice Monaſterii Caſſinenſis; centum librarum auri pœna appoſita.* Illud veriſimiliter credimus, præfata monaſteria in Mathildæ ditione fuiſſe, cui reſtituenda committuntur. Vid. Lubin pag. 96. 186. 288. 305. & 427. Anno 1044. Bernardus tres Eccleſias monaſterio noſtro dono dedit, quas inter erat illa S. Patris,

Ex originali in Archivo.

ut hoc diplomate conſtat. † In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt mille quadraginta quatuor, & dies meñs. Madius per indiccione ſepeima. Ideo conſtad me Bernardu filius qdam. f. ſuabili bona expontanea mea bona voluntate tractantem, & conſiderantem me de dei omnipotenti magna miſericordia, & redencione anima mea ut quando in eterno ſeculo benerimus ad illam bocem deſiderabile, ubi dicet dominus benite benedicti patris meis, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi ut non in ſiniſtra cum impiis adpareamus, ſet in dextera cum electis dei in bitam eternam

Eccleſia S. Patris.

recipere mereamus, amonet nos dibina pietatis, & compuncio cordis meis oc ſunt due eccleſia mee q. ego habeo in Territorio Balbenſo prima pro eccleſia beatu ſanctu Patre q. eſt edificatu in Plancule, & eſt eccleſia beatu ſanctu patre . . . . tradedit beati S. Benedicti, & tibi Treſidii propoſiti pro anima mea beati ſanctu patre cum libris cum ſcũaria, & cum dotis, & cum omnia deficio ſuo da quantum mihi pertine. Secunda eccleſia eſt in boceta, . eſt ipſo ſancto Stefano, q. eſt edificata in bocera, & eſt ĩp. ſancto Stefano de quantum mihi pertinet . . . . .

Eccleſia S. Stephani.

. . . bris, & cum ſcũ. trie, & cum dotis, & cum omnia deficio ſuo, & cum omnia quantum mihi per . . . . de ipſo S. Stefano, & de ipſo S. Patre de quantum mihi pertine nulla ox in. . . . . . ta reſerbacione ad opus beati S. Benedicti & tibi Treſidii propoſiti, vel ad tuis . . . . ſſoribus, cum introito, & exitu ſuo, & cum omnia quantum infra ſe & ſupra ſe habentem de quantum mihi pertinet, undo ad manus meat, nec ad eredibus meis, neque ad nullum, quo . . . ut omine infra ſupraſcripte finis de ſupraſcripte eccleſie beati ſanctu Patre, & beatu ſanctu Stefanu, do quantu mihi pertine nulla exinde fecit reſerbacione ad opus beati ſancti Benedicti, neque excepenacione, ſet omnia, & in omnibus ad abendum, tenendum, & ad tuum proprietate omnique tempore poſſidendum quomodo aut qualiter ſuperius legitur te ſupraſcripto Bernardo, vel meis eredis tibi ſupraſcripto beati S. Benedicti, vel ad tuis eredis aliquoque tempore aliquit ad poſſendariã facere boluerimus . . t ſi nos exinde cauſare, vel retollere queſierimus per qualibet ingenio ibidem . . . . ſimilis loco duplum vobis reſtauramus, & talis ſortem abead de pena inferni cum Anna, & Caifas, & cum Juda, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum tradidit, & an cartula iſta firmam, & eſtabile permanead in ſempiternum ſicut ſuperius legitur, quam & per rogum ſupraſcripta Bernardi an cartula iſta ſcripſi ego Johannes Notarius. Actum in Balba in menſe, & indiccio ſupra ſcripta feliciter.

S . . . . cartula fieri rogabi . . . . ni Alberici rogatus a te ſupraſcripto . . . . . . num Liotoni rogatus a te ſupraſcripto . . . . Signum Dodoni rogatus a te ſupraſcipto.

Huic Eccleſiæ adnexum erat monaſterium, ut

Ex originali in Archivo.

hiſce donationibus conſtat. † In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo centeſimo tercio, & dies menſis Aprilis per indiccione undecima, propterea ego Johannes presbyter filius Maria, ac ſum habitator in ipſa Fara de li fili Petri, & Juga conjuge Aldoni de pauperi nos ſimul offerimus, donavimus, & per preſentem tradedimus in monaſterio beati S. Patri, quod ſitum eſt in

Cœnobium S. Petri.

Comitatu Balbenſi in loco, qui vocatur Plancule ſuptus via Salaria, ubi nunc preſenti tempore domnus Johannes Presbyter, & Prapoſitus regimen tenere videtur, nos inſimul bona, & ſpontanea noſtra voluntate, quam & pro redempcione animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum, ut mereamur audire illam deſiderabilem vocem, quando dominus dicit: Venite Benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, hoc eſt omnia, & in omnibus terris, & vineis, & arboribus tam in Montibus, quam in planis, caſis, & vaſis quam nos habere, vel poſſidere viſi ſumus, & ſunt ipſe terra, & vinea, & arboribus fine juſta fine videlicet monti, & fine frequente, & fine liveti S. Pelini omnia, & in omnibus quomodo ſupraſcriptum eſt tradedimus nos ambo ſimul in ſupraſcripto monaſterio ab habendum tenendum, & poſſidendum abſque alicujus contradicione, & ſi cuilibet rector, vel advocatus oportunum fuerid, habead in omnibus licentiam, & firmiſſimam poteſtatem in omni loco iſtud munimen oſtendere, cauſare, agere, & racionare, & ad opus predicti monaſterii jure faciendum quicquid utilitate predicti monaſterii oportum fuerid. Unde nec ad manus noſtras, nec ad heredes noſtros, neque ad conſortes noſtros, neque ad ullum quemquam hominem infra finis pradicte nullam exinde fecimus reſervacionem, neque excepenacionem requirendis in integrum qualiter prelegitur tradedimus nos in ſupraſcripto monaſterio, & hoc repromittimus, & obligamus nos Johannes presbyter, & Juga, & noſtros heredes contra pradictum monaſterium quod ſi aliquoque tempore aliquam ad poſſidenda contraria facere voluerimus, aud ſi retollere, vel minuare, ſeu contrariare aud in cauſacione mittere preſumpſerimus, aud ab omni homine antiſtare, & defendere neglexerimus per legem primitus namque in ira dei, ſanctaque ejus eccleſia incurramus, & non habeamus partem vel primam reſurrectionem, ſed ſit nobis pars in ſtagnum ignis ardentis, & ſulſuris, & cum Anna, & Cayfa, & cum Juda, & Pilato compedes ligetur ſecundo ad partem pradicta eccleſia obligavimus nos, & noſtros heredes ſolidos centum, & ſemper hanc cartulam firma, & ſtabile permaneat in ſempiternum, quam & per rogum ſupraſcripti Johanni presbyteri, & Juga hanc cartulam ſcribſi Ego Johannes judex, & notarius. Actum in Balba feliciter. ✠ Signum manus ſupraſcripta Juge conjux Aldoni qui hanc cartam ſcribere rogavit. ✠ Signum manus Johanni presbyteri fihi Maria, qui hanc cartulam ſcribere rogavit. ✠ Signum manus Senebbaldi presbyteri, & Monachus rogatus a ſupraſcripto. ✠ Signum manus Berardi presbyteri rogatus a ſupraſcripto. ✠ Signum manus Benedicti presbyteri rogatus a ſupraſcripto. ✠ Signum manus Agilmundi fili Johanni rogatus a ſupraſcripto. ✠ Signum manus Bone fili filii Petri rogatus. ✠ Signum manus Johannis filii Alberici rogatus.

Ex originali in Archivo.

† In dei nomine, ab incarnaciono domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt mille quinquageſimo ſeſto, & dies menſe aguſtu, per indiccione ſeptima quamobrem conſt a me Aczo presbyter filium quoddam Abarilengi nemine me cogentes, ne aliquid per bim paciente, niſi tantus a mã mente, & ultima mea bona voluntate, & cogitabi dies mortis eterni judiciu ſpero, atque deſidero de omnipotenti manu miſericordia pro mer-

Digitized by Google

merede, & redencione anima meum mihi dominus noſtru Jeſu Chriſtum benia daro ad ſua ſancta gracia rebocare, & cu beneri illu futuru Judicium ubi dici dominus: benite Benedicti patris meis percipite rennu quod bobis paratum eſt ab origina mundi mecede a dominus cipere mereamur preterea trado ab ipſo ſacroſanto altare beati ſancti Patri qui eſt cella beati S. Benedicti, trado aliquid de res mea ad proprietate, & qua mihi in ereditate obeni, & eſt ipſa res infra territorio Balbenſo in locu, qui nominatur plancule, id. ſunt . . . .

Monaſterium S. Patris.

. . . Eccleſia beata ſanctu Marie eſt per menſura ſtarium unu, & abet fini a pede . . . . uno lato terra beati ſancti patri, de alio lato terra de conſortibus meis a capo fine bertice montiu . . . . ibide eſt per menſura a pede dd. bigintiquinque, a capo dd. biginti tres de uno lato dd. triginta da alio lato dd. bigin. novo, & abet fini a pede bia ſalaria, a capo terru de filii tantari de uno lato terra de filis Franconi de Imola, ac terra Petri, & inſuper ſit trado de ipſa eccleſia beata ſancta Maria omnia quantu mihi pertine, oc eſt la quarta porcione de iſu eccleſia cu ipſe relique & cũ ipſa mura, & cum introito, & exoito ſuo, & cum omnia ornamenta eccleſiarum, quantum ad ipſa eccleſia pertine, oc eſt de ipſa quarta porcione, & eſt predicta ipſa ſupraſcripta res infra ipſe ſupraſcripta fini, cu bineis, & pomis, & arboribus ſuis, & eu omnia, & in omnibus quantum infra ſe ſa, vel ſuper ſe avente, & integru per ac cartula qualiter pralegitur ſi trado ad ipſo ſupraſcripto ſanto altare beati ſancti Patri, & te Aczo Sacerdota, & monachu propter beati Sancti Patri te regimen eſſe bidetur, ſicut Domnus Aſtolfus res in ſuo Capitulo replicabi ego in Launegildum neque requiro, niſi remedium ſalutis anime mee repromicto, & obligo me, vel meis Eredibus, ut ab omnes omines antiſtare, & defendere debeamus bobis o ſi ab omnes homines antiſtare, & defendere non boluerimus, aut non potuerimus, anſi retollere, vel minuare preſuſerimus nolle quod ſemel bolui, ſet omnia qd. a me facta, vel ſcripta firmiter, adque inbiolabiliter conſerbare permictimus in perenni temporibus ſicus ſuperius legitur cum Anna, & cum Caifas, & cum Juda proditores ab ea partes in ſulfuris ardentis, quam & per rogu ſupraſcripti Aczoni presbyter accartula ſcripſis ego Petrus judice, & Notarius. Actu in Balba feliciter. ✠ Signum manus Aczoni presbyter, qui accartula fieri rogabi. ✠ Signum manus Gualteri presbyteri teſto rogatus a ſupraſcripto. † Signum manus Johanni presbyter teſta rogatus a ſupraſcripto. † Signum manus Petri presbyter teſte rogatus u ſupraſcripto. † Signum manus Falconi teſte rogatus a ſupraſcripto. † Signum manus Gualteri teſte rogatus a ſupraſcripte. † Signum manus Raineri teſte rogatus a ſupraſcripto.

Anno 1473. Præpoſitus hujus eccleſiæ erat Fr. Dominicus a Populis Monachus Caſſinenſis, qui eam ſartam, tectamque ſe curaturum promiſit D. Ludovico de Borſi generali Abbatiæ Caſſinenſis Gubernatori pro D. Johanne de Aragonia Abbate fiduciario, & bonorum inventarium confecit, ut conſtat inſtrumento ſtipulato a notario Johanne Chriſtophoro a Populis. Anno vero 1475. Præpoſitum ejus eccleſiæ elegit idem Johannes Aragonius D. Georgium de Fliſco Januenſem ſuum a ſecretis, & conſiliarium, ut inſtrumento conſtat, quo procurator ad ejus eccleſiæ poſſeſſionem incundam conſtituitur Fr. Benedictus Cellerarius monaſterii S. Liberatoris de Majella penes acta notarii Vinciguerra Mazzarota a Mercugliano diœceſis Avellinenſis.

S. Salvator de Cucuruzzo.


Vetuſtiſſimum quoque eſt cœnobium S. Salvatoris de Cucuruzzo, & ante annum Chriſti milleſimum, ut conſtat privilegio eidem tempore Galdi Abbatis conceſſo a principibus Capuæ Paldulſo, & Landulſo, quod ita ſe habet. † *In nomine domini ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti dei æterni Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet, Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſencium ſcilicet, ac futurorum ſolercia, quia Atenolfus, & Landolfus, & Landenolfus Caſtaldeis dilectis fratribus noſtris noſtrum obſecraverunt Excellenciam, quatenus ob amore omnipotentis dei, & anima noſtræ ſalvacione concederemus in monaſterio, qua eſt eccleſia vocabulo domini Salvatori conſtructa in finibus Tianenſe in monte, qui dicitur Cucuruzzu Galdonem presbyterum, qui nunc in eodem monaſterio Abbas eſſe videtur, terra, & Aqua pertinentes ſacri noſtri palacii, qua eſſe videtur in locis, ubi dicitur Garilianu, & ubi nomen balonen, qui eſſe videtur in Caſtaldato Sueſſano, qualiter inferius declaramus, de quibus peciernus a noſtru Excellencia hos firmitatis Apices in eodem ſancto monaſterio axinde fieri juveremus. Cujus peticionem exandientes hos firmitatis apices in eodem ſancto monaſterio fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter babendum noſtris, & futuris temporibus pro amore omnipotenti dei, & anima noſtra ſaluta concedimus in ſupradicte monaſterio vocavulo domini ſalvatoris omnia, qua, & quantum ſacri noſtri palacio pertinuit, aut pertinent, vel pertinentes fuerit de jam dicta terra, & aqua, qua aſſa videtur in pradicto Caſtaldato Sueſſano in locis, ubi dicitur Gariliano, ubi nomen Balonen ipſa terra, qua eſt limata, qui habet fines da una latu bia publica, & alio latere fine flubio, qui dicitur Trejecto. Unu capu tenet in ribu, qui dicitur Pretoſu, ubi eſt ipſa Griptola qui dicitur Allutendi, aliu capu fine ipſu foſſatu, qui decernis inter hac terra, & terra pradicti Galdoni preſbyteri, & Abbatis: Quam & concedimus in ſupradicto S. monaſterio omnem partem, & pertinenciam, qua, & quantum ſacri noſtri Palacio pertinuit, aut pertinet, vel pertinentes fuerit de integre ipſe terru, qua, & quante in pradictis locis pradictus Galdo preſbyter, & Abbas paratas, & conquiſitas ubent. Nec non & concedimus in pradicto S. monaſterio aquam, & albeum, & ripis ax utraque parta de ipſo fluvio, qui dicitur Trajectus. ubi molina, & clanſurias, & piſcarias, & omnes operaciones, qua neceſſe fuerint ad pars jam dicti monaſterii ibidem facere, & habere debeant ſemper pars ejuſdem monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus, abſque contrarietate ſacri noſtri palacii, hoc eſt a fine de jam dictu ribu, qui dicitur Pretuſu, & uſque in fine de ipſu alvi ribu, qua dicitur bibo, ubi ſunt ipſe Preta erta in ea videlices rucione ea omnia in ſupradicto ſancto monaſterio conceſſimus, ut amodo, & ſemper pars ſuperius dicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & Rectoribus habeant, & poſſideant omnia ſupradicta,*

Ex originali in Archivo.

&

& faciant exinde juxta legem omnia qua voluerint, ita ut a nullis ex noſtris coimitibus caſtaldis, judicibus, vel ſculdais ubeat do omnia ſupradicta part ipſius monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus qualemcumque moleſtiam, aut contrarietatem, ſet perpetuis temporibus habeant, & poſſideant ea omnia, qua ſuperius legitur, in nullo in eodem S. monaſterio in aliquo contraria ingerente: Ut autem hac noſtru conceſſio verius obſerbetur manu propria ſcripſimus, & exanulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Signum Domni Paldolfi, & ſignum domni Landolfi



glorioſis Principibus. Adeſt ſigillum cereum, cui ponitur adverſus ſigillum.

Petrus Notarius ex juſſione ſupradictorum poteſtatis ſcripſi. Data quinto Idus Julii. Anno octabo decimo principatus domini Paldolfi, & anno tercio principatus domni Landolfi indictione quarta. Actum in civitate Capuanu. Ex hoc privilegio innoteſcit, Adenulfum, Landulfum, & Landenulfum Fratres fuiſſe memoratorum Principum. Eidem monaſterio Galdus Abbas bona plura dono dedit anno viceſimo ſecundo Landulfi principis, decimo octavo Paldulfi, & tertio Landulfi Capuæ principum, ideſt anno Æræ vulgaris, ut credimus 961. nam Landulfus II. imperare cœpit cum parente anno circiter 940. Paldulfus ejus filius, anno circiter 943, atque Landulfus III. A. 959., ut videre eſt apud Peregrinium in Stemmate horum Principum. En donationis inſtrumentum.

Ex originali in Archivo. *In nomine domini. Anno viceſimo ſecundo principatus domni Landolfi & octabo decimo anno principatus domni Paldolfi, & tercio anno principatus domni Landolfi filii ſuperius dicti domni Landolfi glorioſi principis menſe Januario per Indiccione quartu. Ideoque ego Galdo Abbas monaſterio domini Salvatoris q. eſſe videtur in monte, qui computatur Cocuruczu, ſub monte, qui dicitur Camino, divina inſpiracione compulſus per remedium anime mea, ut aput eternum dominum miſericordiam invenire valeamus per hanc cartula offerimus in noſtro monaſterio ipſe res, quem ubeo in Gareliano ſcepto ipſu pecia, que eſt ſubto ipſo Caſaliccle propinquo eccleſia S. Maria de balon eo, & offernimus in eodem monaſterio ipſa eccleſia vocabulo ſancti Johanni, quem habemus in noſtro loco cum ipſe Territoriis, que, ec quantem ibidem parata habuimus in tali tinore, ut uſque bibo fuerit Johannes presbyter, qui fuit famulus noſter, ab ead ipſa eccleſia cum ipſa pecia de vineu, que ibi eſt ſua poteſtati regendi, gubernandi, & fruendi, & de ipſo frugioſaciendi omnia qualiter ei placuerit poſt ejus obitum eveniat predicta eccleſiu cum jam dicta pecia de vinea in noſtro monaſterio cum omni ordine de eadem eccleſia. Iterum vero judico in noſtro monaſterio peculiu majori, & minori, ideſt bobi, bacca, porci, caballi, & jumente, & pecore, que, & quantem modo abeo, & in antea parare, & conquire potuero, ſeu terris inſimul cum omnibus meis mobilibus terris vero, quem abemus in loco Canze judicabimus ipſe Urſi filii Urſenguri, & ſunt in loco ubi dicitur Audulisi cum ipſu eccleſia vocabulo S. Angeli ipſa pecia de terru q. plantavit vinea Leo Monacho in noſtro loco Audulisi judicabimus ipſe Petri, & Criſtine, & uxori ſue in tali tinore, ut ſi unum de ipſi mortuo fuerit ipſe alioque remanſerit abeat ipſo ſibi & eredes ſuos, ſcepto ſi dimiſerit eredes, ipſo pario de bobi, quem abemus ibique loco Canze judicamus ipſo Unirici filii qdd. Salgrimi cum ipſo frugiode oc anno de ipſe terris, que ſunt in noſtro loco Audulisi in tali tinore ec omnia noſtru judico, udque offerui, ut diebus vita mea, ſit poteſtati omnia faciendi qualiter mihi placuerit poſt meum deceſſum quantum paruerit quod nos poſſeſſuri fuiſſemus ſcepto illut, quod per me datum, vel judicatum paruerit veniad in poteſtate noſtri Monaſterii Domini Salvatoris ſcepto perſonu de ſervis, & ancillis, qd. modo ubeo, & in antea parare potuero in tali racione ſi paruerit in ſupraſcripto monaſterio Domini Salvatoris congregucione Monachorum da duodecim Monachos in ſupru, & vivad ipſi Monachi ſecundum regulam abead ipſos ſibi cum omni ordine de eodem monaſterio, & quale tempore ibi non fuerit congregacio monachorum in predicto monaſterio ſicut ſupralegitur u preſenti redeat omnia, que ſupradiximus in monaſterio S. Benedicti in monte Caſino ſine omni contrarietate de cujuſcumque meis eredibus, quia in tali tinore ipſo diſpoſui, & judicabi, & taliter nos qui ſupra Galdo Abbas fecit, & te Petrus clericus, & notarius ſcribere rogabimus. Acto Teano. † Ego Viſancio Judex, † Ego Petrus † Ego Godelgiſi.* Ex quo hæc pii Abbatis verba potiſſimum adnotanda. *In tali rationene, ſi paruerit in ſupraſcripto monaſterio domini Salvatoris Congregucione Monachorum da duodecim Monachos in ſupra, & vivad ipſi Monachi ſecundum regulam abead ipſos ſibi cum omni ordine de eodem monaſterio, & quale tempore ibi non fuerit congregacio Monachorum in predicto Monaſterio, ſicut ſupra legitur, a preſenti redeat omniu, que ſupradiſſimus in monaſterio S. Benedicti in monte Caſino &c:*

Hujus Abbatis tempore hæc pro eodem Monaſterio a Sueſſæ Judice ſententia prolata eſt. † *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti viceſimo anno principatus domni Paldolfi, & quinto anno principatus domni Landolfi glorioſit principibus menſe Marcio ſeſtu indiccione. Dum nos Maraldo judex aſſiſteremus ante domnum Atenolfum, & domnum Landolfum germanis filii bonu memoria domni Landenolfi intro caſtro Sueſſano ad judicandum, & definiendum cauſantibus; in die autem quadam erga nobiſcum adeſſent plures biros noſtro venerunt judicio Gualfrid q. Occicla fili. qd. Guaiferi abitator de caſtro Calbo ex parte, etenim altera venis Gaido presbyter, & Abbas monaſteris domini Sulvatoris quod conſtructus eſſe bidetur in monticello, qui dicitur Cucuruzu, qui cum veniſſent & noſtro judicio eſſent reconjuncti, tunc ipſe qui ſupra Gaido presbyter & Abbas, ergu ſecum habendo Urſum abbocutorem ſuum qui ejus peregebat cauſa contra ipſum qui ſupra Gualfrid cauſare ceperunt dicentes, ut ipſe Gualfrid ſo ſciente tenere terris in finibus Sueſſa loco que dicitur Balonen, & propin-* Ex originali in Archivo.

cu

cu ipſis flubiũ, qui dicitur Tregectu, & ubi dicitur Garilianu, & diceret ipſe Gualfrid ut ei pertinere debere terris ipſis per ereditacionem Abii, & genitori ſui, & terris ipſis pertinere ipſius Gaidoni presbyteri, & Abbati, & ſupradicti ſui monaſterii pro duabus ſcripcionibus, quem preſens oſtendebat, quem in manibus noſtris dederunt, quem nos coram eis per ordinem relegi fecimus, & invenimus in una de eadem ſcripcionibus continentem quomodo Pergoaldo fili. eidem Pergoaldi beuundederat eidem Gaidoni Abbati duabus pecie de terra in ſupradicta loca, & ipſa alia carta continente quomoda ipſe qui ſupra Pergoaldo offeruerat in pradicta eccleſia vocabulo domini ſalvatoris una pecia de terra ſua, q. conjunctum eſt cum iſta benedicione per finis ſicut in eadem cartula continere videtur, ſicut inferius inſimul conjunctum declaramus, & dicebat ipſe qui ſupra Gaido presbyter, & Abbas cum jamdictum Abbocatorem ſuum eidem Gualfrid, ut ſecundum lege per teſtes comprobare poteret quomodo terris ipſis pradicti Pergoaldi fuiſſe ſicut in pradictis ſuis continuunt cartulis, & pradicta Pergaaldo terris ipſis per triginta annos poſſediſſent, nos vera qui ſupra Maraldo judex cum talia audivimus diximus eidem Gualfrid, ut judicaret nobis ſi de terris ipſis habere ſcripciones, aut ſi potere ſecundum legem comprobare quomodo terris ipſis Abii & genitori ſui fuiſſet ipſe qui ſupra Gualfrid, quo auditus manifeſtavit, & dixit ut de terris ipſis nullam ſcripcionem aberet, nec potere ſecundum legem comprobare quomodo terris ipſis abii, & genitori ſui fuiſſet, nos qui ſupra Maraldo judex, quo auditi judicavimus, & per noſtrum judicium eos guadia ſe fecimus tali tenore quatenus ipſis qui ſupra Gaido presbyter, & Abbat, & jamdicti Gualfrid ambarum partes pergerent ſuper terris ipſis, & pradictus Gaida presbyter, & Abbas portaret ividem teſtes ſuos, & ipſi teſtes ejus monſtraret pradicto Gualfrid. terris ipſis per finis, & pariter ambarum partes venire ic ante nos, & ipſe qui ſupra Gualfrid a parte ſua pligaret ſe cum lege, & pradictus Gaido Presbyter, & Abbas faceret eidem Gualfrid per teſtes ipſos talem conſignacionem ſecundum lege, ut ſinguli ad ſinguli pradicti teſtes ejus teneat in manibus ſuis pradicte cartule, quem jamdictus Pergoaldus ſcribere rogavi, & teſtificando dicat ipſius Gualfrid Sao cco kelle terre per kelle fini, que te bemonſtrai per goaldi foro que ki contene, & per trenta anni le poſſette, & firmare teſtimonia ipſa ipſi teſtes, & ipſe Gaida presbyter, & Abbas per ſacramenta ſecundum lege, & de taliter inter ſe complendum ambarum partes inter ſe mediatores poſuerunt, & abierunt. Poſtea vera ipſis qui ſupra Gaido presbyter, & Abbat, & jamdic. Gualfrid rogaverunt nos ut iremus cum eis ſuper terris ipſis, & ipſe Gaido presbyter, & Abbas adducere nobis cum teſtes ſuis demonſtraret ipſius Gualfrid ante nobis ipſe terra unde ipſius Gualfrid pradicta teſtimonia facere debebat, & nos audientes illos una cum eis perreximus ſuper terris ipſis & tunc ipſe qui ſupra Gaida presbyter, & Abbas adduxit ſecum et teſtes ſuos, quorum nomina hac ſunt. Ideſt Maralda ſubdiacono, & Rodelgiſi ſubdiacono, & Jacobum ſubdiaconum, & dixit nobis ut ipſis ſcirent, quomoda terris ipſis pradicti Pergoaldi fuiſſent, & quomodo ipſe Pergoalde terris ipſis per triginta annos poſſeaiſſent, & tunc ceperunt ante nobis monſtrare ipſius Gualfrid terris ipſis per as fines ab una parte fine foſſatu q. deſcendit da eccleſia S. Maria ubi ſunt ipſe pentome majori, & mittit in flumen. Secunda parte fine terra Remani, & Benedicti Siliaſtro ejus tercia parte fine alio foſſatu, qui deſcendit da Pinle, & mittit in pradicto flubio. De quarta namque parte fine iſta flubio. Cumque taliter ipſis qui ſupra teſtes eidem Gualfrid jam dicta terra per ſupradictos fines ante nos monſtraſſet reverſi ad pradictum caſtrum Sueſſanum ante praſencia pradictorum domni Atenolfi, & domni Landolfi predictus Gualfrid a parte ſua paratus erat cum ſancta evangelia valendo ab eodem Gaidonem presbytero, & Abbatem pradicta teſtimonia, & jamdicta ſacramenta ſuſciperet, & pradictus Gaido presbyter, & Abbas a parte ſua erga ſecum habendo pradictum Urſum abbocatorem ſuum paratus erat cum pradic. teſtes ſuos, & cum ſacramentales ſuas legitimas bolende ipſius Gualfrid jamdic. teſtimonia facere, & pradicta ſacramenta dare ſicut inter ſe Guadiati fuerunt, & tunc nos qui ſupra Maraldo judex taliter uterque partes paratos conſpiceremus ad finem de pradicta terra inter ſe faciendum convocavimus ad nos pradictum Maraldum ſubdiaconum, & Rodelgiſi ſubdiaconum, & Jacobum ſubdiaconum, & interrogavimus eos ut indicarec nobis ſi per pars pradicti Gaidoni presbyteri, & Abbati veniſſent de jam dicta terra pradicta teſtimonia redendum. Illi quo audiri dixerunt ut proinde veniſſent, & quicquid de terra ipſa veraciter ſcirent, dicere nobis ipſos; & tunc nos qui ſupra Maralda judex ante pradictum domnum Atenolfum, & domnum Landolfum fecimus, & os ſaparare ab inbicem pradictum Rodelgiſi ſubdiaconum fecimus duci in partem unam, & jam dictum Jacobum ſubdiaconum fecimus duci in partem aliam, pradictum vere Maraldum ſubdiaconum antes nos ſtare fecimus, quem diligenter monnimus de timore domini ut quicquid veraciter ſciret de predicta terra indicares nobis, ipſe vero tenens in manibus ſuis pradictam cartam quem ſupradictus Pergoaldus ſcribere rogavi teſtificanda dixit ipſius Gualfrid tangendo pradicte cartule Sao, cca kella terra per kelle fini que te bemonſtrai Pergoaldi fora que ki conteno, & trenta anni le poſſette, & eo amoto fecimus venire ante nos pradictum Rodelgiſum ſubdiaconum quem ſimiliter manuimus de timore domini, ut quicquid de terra ipſa veraciter ſciret indicaret nobis. Ipſe vero tenens in manibus pradictam cartulam quem ſupradictus Pergoaldus ſcribere rogavi teſtificando dixit ipſius Gualfrid tangendo pradictam cartam: Saa cca kella terra per kelle fini que te bemonſtrai Pergoaldi foro que ki conteno, & trenta anni le poſſette: nobiſſime autem fecimus & ante nos venire jam dictum Jacobum ſubdiaconum, quem & ipſum ſimiliter monnimus de timore domini, ut quicquid de terra ipſa beraciter ſciret indicaret nobis. Ipſe vera tenens in manibus ſuis pradictam cartam, quem ſupradictus Pergoaldus ſeribere rogavi teſtificando dixit ipſius Gualfrid tangendo pradictam cartam: Sao eca kelle terre per kelle fini que te bemonſtrai Pergoaldi foro que ki conteno, & trenta anni la poſſette. Cumque taliter ipſis qui ſupra Maraldus ſubdiaconus, & Rodelgiſi ſubdiaconus, & Jacobus ſubdiaconus toti tres quaſi ex una hore teſtificaſſent, ipſe qui ſupra Gualfrid poſita a parte ſua ſancta evangelia juraverunt ipſius Gualfrid per ſacramentum, ut ſic eſſet veritas ſicut illi de pradicta terra teſtimonium rediderunt. deinde, & juravit ei eidem Gualfrid pradictus Gaido, preſ-

preſbyter, & Abbas cum duodecim ſecum ſacramentales legitimos ſuos, & ipſi ſingulos ad ſingulos tangendo ipſa evangelia, & dicendo per ſacramentum, ut ſic eſſet veritas, ſicut ſupradictis Maraldum ſubdiaconus, & Rodelgiſi ſubdiaconus, & Jacobus ſubdiaconus de prædicta terra teſtimonium rediderunt, & ita eſt cauſa ipſa inter ipſis qui ſupra Gaidonem preſbyterum, & Abbatem & jamdictus Gualfrid finita, & deliberata in omnibus, nos vero qui ſupra Maraldo judex, dum taliter omnia ſupradicta ante nos facta conſpiceremus, judicavimus, ut a nunc, & ſemper prædictus Gaido preſbyter, & Abbas, & ſupradictus monaſterius ejus domini Salvatori, & ejuſque Abbatibus & cuſtodibus firmiter haberent, & poſſidere integra iſta terra abſque omni contrarietate ſupradicti Gualfrid, vel de cujuſcumque hominibus; quapropter recordandum in perpetuum ea omnia quæ ſuperius geſta ſunt, quam & pro ſecuritate prædicti Gaidoni preſbyteri, & Abbati, & jamdicti ejus monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, & cuſtodibus hunc emiſimus judicatum quem tibi Ildecari clerico, & notario, qui interfuiſti ſcribere demandavimus. In Sueſſa. † Ego qui ſupra Maraldo judex. † Ego Joanne preſbyter me ſubſcripſi. † Ego Rachiſi clerico. † Ego Garando. † Ego Magelgaudo, Prima parte Ribo qui venit da eccleſia S. Maria inde habet paſſus mille C C L X X I I I. Alia parte ſine alio ribo qui venit da pinge, & inde habet paſſus mille L X.

Notanda ibi verba illa de *Caſtaldatu Bantra*, eaque: *Gaido epiſcopus qui ante epiſcopatum cuſtos fuit ſuperius dicta eccleſia domini ſalvatoris*. Quem Gaidum eundem fuiſſe crediderimus, de quo ſupra mentio. Certe Gaido Abbas hujus cœnobii, & Vandra Gaſtaldatus in hoc inſtrumento appellantur.

Dum vero Abbas eſſet Vigilantius anno primo principatus Landulfi, menſe Junio, indictione XI. bona quædam eidem cœnobio data ſunt; vigeſimo nono anno Beneventani principis Paldulfi, & ſecundo Capuani, atque quarto anno principatus Paldulfi junioris ejus nepotis Menſe Decembris octava indictione, Abbas hujus monaſterii erat Joannes, qui prædium quoddam in emphyteuſim conceſſit loco dicto Baloneu in finibus Sueſſæ, ut hoc inſtrumento liquet.

Ex originali in Archivo.

In Nomine domini noſtri Jeſu Chriſti dei eterni viceſimo none anno principatus domni Paldolfi Beneventi, & ſecundo anno principatus ipſius domni Paldolfi Capua, & quarte anno principatus domini Paldolfi juniori nepoti ejus menſe December octaba indiccione. Ideoque ego Johannes domini gratia abbas monaſterio domini Salvatori, q. conſtructo eſt in finibus Teanenſis infra fines de caſtaldato Bantra ſub Monte Caminu in monticellum, qui dicitur Cucuruzzu.

Caſtaldatus Bantræ.

Declaro quoniam his annis noſter Monaſt. dei omnipotentis donis plures habet rebus ſibi pertinentibus. Inter quos habet ſibi pertinentem una pecia de terra in finibus Sueſſa in loco ubi nominatur Baloneum pertinentes hujus noſtri monaſteril per cartula offerſionis, quod in eodem noſtro Monaſterio emiſſam habunt quondam Petri fili Johannis, qui fuit de ipſo loco Baloneum & mulier ejus nomine Minuta filia Johannis, & ipſius jam dicti Petri fuit pertinentes terra ipſa per datum cujuſdam Termuli, & ſupradicti Termuli fuis pertinentes per cartula judicacionis quod inde ei emiſſam habuit quondam Galdo epiſcopus, qui

Galdo epiſcopus.

ante epiſcopatum cuſtos fuit ſuperius dicta eccleſia domini Salvatori quem Roffrida judex civitati Sueſſa, & filii qdd. . . . . vult a nobis per combeniencia ordine ſecundum lege recipere ad poſſeſſionem ſuam, & de ſuis heredibus, & de illis hominibus quorum per eum datam paruerit, & de illorum heredibus, & daret nobis proinde per eadem combenienciam argentu bonum ceneracium libram unam ad poteſtatem ſupraſcripti noſtri monaſterii ad perficiendum nos ea, quæ nobis neceſſaria ſunt in eodem noſtro monaſterio, quæ nobis & ad fratres monachos noſtros eidem noſtri monaſter. talia optime faciendi eſſe comparuit, & dum uterque partes talia congruum eſſent, ut combeniencia iſta ſecundum legem fieret. Convocabimus infra nobis Landeradi judicem, & ſubſcriptos idoneos homines, qui ſe una nobiſcum in hanc combenienciam intereſſe dixerunt ſicuti in lege Langobardorum ſcriptum eſt de combeniencia, & ita fecimus, & firmabimus infra nobis exinde hac cartula combeniencia. Idcirco ego qui ſupra Johanne domini gratia Abbas cum conſenſu Fratrum monachorum noſtrorum jamfati noſtri monaſterii, & erga nobiſcum habendo Pampanum advocatorem hujus noſtri monaſterii per hanc cartula combeniencia ordine, ſecundum legem dedimus, & tradidimus tibi ſuperius dicti Roffride judici. Hoc eſt ipſa jam dicta pecia de terra jamfati noſtri monaſterii pertinentes q. eſt, ut diximus in jam dicto loco baloneum q. habet has finis &c. totum, & integrum ipſis tibi qui ſupra Roffrido de Judici per combenienciam ſecundum legem dedimus, & tradidimus ad poſſeſſionem tuam, & de tuis heredibus, & de illis hominibus, quorum per nos datum paruerit, & de illorum heredibus. Unde nobis, nec ad ſucceſſoribus noſtris, nec ad partem ſupraſcripti noſtri monaſterii, nec alii cuilibet hominum nullam reſervabimus. Et pro ſecuritate, & defenſione mea, tuiſque heredibus, & de illis hominibus quorum ipſos per vos datus paruerit, & de illorum heredibus per hac cartula combeniencia dedimus tibi, & apud te emiſimus ipſa jamdicta cartula offerſionis, quem in præfato noſtre monaſterio emiſerunt ipſis jam nominati Petri, & Minuta uxor ejus, & cætera ſcripcionibus, quæ de eadem terra ſunt continentes ad poteſtatem veſtram habendum amodo, & ſemper. Et per hac per eadem combenienciam recepi ego qui ſupra Johannes domini gratia Abbas pro pars nominati noſtri Monaſterii a te qui ſupra Roffrida judicem Langobardum, hoc eſt una libra de argentum bonum cineracium ſicut inter nobis combenit ad poteſtatem ſupraſcripti noſtri monaſterii, ea racione ut amodo, & ſemper tu qui ſupra Roffrida judex, & tuos heredes, & illis hominibus, quorum per vos datus paruerit, & illorum heredibus firmiter habeatis, & poſſideatis integra ipſa ſuperius dicta pecia de terra, & ipſa ſcripcionibus quod tibi per combenienciam dedimus, & tradidimus & facite inde omnia quæ volueritis. Et juxta legem per combenienciam obligo me qui ſupra Johannes domini gratia Abbas, & ſucceſſoribus meis, & pars ſupraſcripti noſtri Monaſterii tibi cui ſupra Roffride judici Langobardi, & ad tuis heredibus, & ad illis hominibus quorum ipſos per vos datus paruerit, & ad illorum heredibus amodo, & ſemper defendere, & anteſtare vobis, & illorum integra ipſa ſuperius dicta pecia de terra, & ipſe ſcripcionibus quod vobis per combenienciam dedimus ab omnibus hominibus, ab omni-

omnique partibus, quam pro parte, & datum noſtrum vel de ſucceſſoribus noſtris aut per partem ſuprafcripti noſtri monaſterii ipſos habere queſierunt, ab alis vero hominibus, vel partibus per eadem combenienciam vice mea, & de ſucceſſoribus meis licenciam, & poteſtatem habeatis vos, & veſtris heredibus, & illis hominibus quorum ipſos per vos datum paruerit, & illorum heredibus fieri vobis ipſis de ipſa pradicta terra auctori, & defenſori cum iſta cartula combeniencie, & cum ipſe ſcripcionibus, quod tibi per combenienciam dedimus, & cum alis racionibus hujus noſtri monaſterii, ſeu & cum noſtris racionibus in omnibus ſicuti melius potueritis, & ſciritis quia ita combenit inter nobis. Nam ſi ego, vel ſucceſſoribus meis quocumque adveniente tempore hanc combenienciam per quocumque ingenium diſrumpere vel remobere queſierimus, aut ſi hanc cartam in qualibet parte refucare temptaberimus, & omnia ſuperius dicta vobis non compleberimus quem ammodum ſuperius legitur, quinquaginta ſolidi aurei bizantei pœnam me, & ſucceſſoribus meis, & partem ſupraſcripti noſtri monaſterii tibi cui ſuper Roffride judici Langobardi, vel ad tuis heredibus, ſeu ad illis hominibus, quorum per vos datum paruerit & ad illorum heredibus componere, & dare obligamus, & hac cartula combeniencia qualiter ſecundum lege ſtare poteſt firma permaneat & taliter ego qui ſupra Johannes domini gratia Abbas, cum conſenſu Fratrum monachorum noſtrorum jamfati noſtri monaſterii, & erga nobiſcum habendo ſuperius dictum Pampanum advocatorem ſupraſcripti noſtri Monaſterii ſicut, inter nobis combenit ſecundum legem fecimus, & Te Martinum clericum & notarium ſcribere rogabimus. A lu Teanenſe. † Ego qui ſupra Johannes Abbas. † Ego qui ſupra Landeprandi Judex. † Ego Leo presbyter, & Monachus. † Ego qui ſupra Pampano. † Ego Benedictus presbyter, & Monachus. † Ego Adelgiſi. † Ego Griſo.

Johannes Theani Comes cœnobio huic eccleſias S. Mariæ & S. Angeli dono dedit, ut hoc diploma-

Ex originali in Archivo. te liquet. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti . . . . ſecundo anno principatus domni Paldolfi . . . . principis, menſe December decima indiccione. Ideoque ego Johannes Comes Teanenſis . . . . & fili bone memoria domni Dauferi Comitis divina inſpiracione compulſus pro dei omnipotenti amore, & pro anima mea, per hanc quoque videlicet cartula afferui in noſtro monaſterio vocabulo S. Salvatoris ſitus in monte qui vocatur Cucuruzzu, ubi, deo auxiliante, domnus Johannes Abbas praeſt, hoc eſt incli-*

Eccleſia S. Mariæ & S. Angeli. *ta ipſa eccleſia noſtra vocabulo S. Maria, & S. Angeli conſtructa in loco Franculiſi de quantum mihi inde pertinet pro meis racionibus, & inclita ipſa omne partem, ... ciam meam de omnem beneficium, & ornamentum, & codices ſimul . . . . quantum ad ipſe eccleſie pertinere videmini q. abjacet bene . . . . ipſius eccleſia inter has fines. De prima parte caba, ubi S. . . . . ipſa edificata eſt: de alia parte fini terra mea, & de confor. . . . . tercia parte bia publica. De quarta parte . . . . iſta pecia de terra, qua eſt beneficium ipſius eccleſia . . . . quadraginta ad paſſum juſtum racionabili ad menſuram . . . . : mihi inde pertinet pre meis racionibus de ipſo jam dicta eccleſia . . . . pecia de terra qua eſt beneficium ipſius eccleſia integrum ipſe . . . . mus in predicto monaſterio domini Salvatoris de Cucuruzzu, de omnia, & in omnibus inferius, & ſuperius, una cum arboribus, & vie ſue intrandi, & exiendi, & cum omnia ibidem intro habentibus ſupter, vel ſuper ad poſſeſſionem ipſius noſtri monaſterii, & de ejus Abbatibus, & rectoribus ad ſemper habendum inſimul cum inclita ipſa ſor. . . . . una alia pecia de terra ibique, q. eſt torn ſupra ipſe Calda . . . . ad portu do ipſo Saone q. eſt per as finis: de duabus p. . . . . vadit, & volbit eodem Saone. De tercia parte Calva . . . . bia, qua mergit ad predic. Saone, & ter. de bow. . . . . dem abjacet. Inter as autem finis, & Indicacionibus de ſupraſcripta pecia . . . . & torn offerimus pro anima noſtra in ipſo jamdicto noſtro monaſterio inclita ipſa ſor., & partem, & pertinenciam meam. Cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua, una cum arboribus, & via ſue ibidem intrandi, & exindi ad poſſeſſionem ipſius monaſterii, & de ejus Abbatibus, rectoribus ad ſemper habendum excepnantes exinde de iſta . . . . & de ambo nominate pecie de terris ipſa quarta pars, quod eſt . . . . gincapb quod inde pertinuit Gerviſa Cometiſſa . . . . Landoni Comiti Teanenſis, & Thinus mens quem pertin. . . . . : dicti noſtri monaſterii domini Salvatori de Cucuruzzu, ſecundum . . . . tribus. Unde de illud quantum In jam dicto monaſterio afferui, ... dixi nec mihi, nec ad meis heredibus, nec ad nullis hominibus, vel partibus nullam exinde reſervabi, vel dico remanere ea raciono, ut amodo, & ſemper tu qui ſupra domnus Johannes Abbas, & ſucceſſores tuos . . . . nominati tui monaſterii firmiter habeatis, & poſſideatis in . . . . omnem partem, & pertinenciam meam de ipſa jamdicta eccleſia . . . Sancta Maria, & ſancti Angeli & de ambo ipſe nominate pecie de terris, qua ſunt benef. . . . . . . ipſius eccleſia qualiter illut ibidem in jam dicto noſtro monaſterio offerimus ut ſupra legitur, & faciatis inde omnia qua volueritis. Unde propterea obligo me ego qui ſupra Johannes Comes, & meos heredes tibi qui ſupra domni Johanni Abbati, vel ad ſucceſſoribus tuis, vel ad partem nominate noſtri monaſterii defendere, & anteſtare amodo & ſemper integra ipſa forſe mea de ambo ipſo . . . . eccleſia, & de ambo ipſe nominate pecie de terris ut ſupra legitur, q. in . . . monaſterio offerui ab omnibus hominibus, ab omnique partibus, & vice mea, & de meis heredibus quando volueritis, poteſtatem, & licenciam habeatis fieri vobis inde auctori, & defenſatori, tam pro iſta cartula offercionis, quam & pro alia veſtris, ſive noſtris racionibus prout melius potueritis, & ſcieritis. Si autem ipſas vobis, vel ad ſucceſſoribus tuis, vel ad pare nominati Monaſterii defendere non potuerimus ſicut dixi, aut ſi ego, vel mei heredes aliquando per qualibet ingenium dirrumpere, aut ſubtrahere, vel remobere queſierimus, & omnia noſtra non compleverimus, vel ſi hanc cartam . . . quali parte refutare temptaberimus, centum ſolidi*

aurei

aurei bizantei penam me, & meos heredes componere & dare obligamus vobis, & ad ſucceſſoribus veſtris, vel ad partem nominati veſtri Monaſterii, & omnia nominata percompleamus, & hac cartula offercionis de quibus contines firma permaneat ſemper. Et taliter ego qui ſupra Johanne Comes divina inſpiracione compulſus, pro dei omnipotenti amore, & pro anima mea feci, & te Andreas ſubdiaconus & notarius ſcribere rogabi . . , ...

& Ego Landenolfus Judex. Ego Saſſo ſubdiac.

Ejus monaſterii Bona confirmata ab Ottone III. Imperatore.

Anno 999. Otrho III. imperator hujuſce monaſterii bona dum Abbas eſſet Johannes & præcipue oppidum Caſa Fortini, & Villas Calabritti, Foſſati, & S. Johannis confirmavit hoc diplomate ſuo, quod in regeſto Petri Diaconi p. 59. nu. 127. extat. *In nomine ſancta, & individua Trinitatis Otto dei gratia Romanorum imperator auguſtus omnibus fidelibus noſtris notum ſit, quoniam noſtris pro dei amore, animaque noſtra remedio confirmamus monaſterio domni Salvatoris in monte Cucuruzo vocato omnes res, & proprietates per cartas, vel aliqua juſta ratione ibi pertinentes; Hoc eſt caſa Fortini cum omnibus ſuis pertinentiis, cui eſt a primo latere fluvius Garilianus, a ſecundo rivus petroſus, qui deſcendit de caſtello a Bantra, & vadit per montem caminum, a tertio latere Mons calabriti, a quarto latere foſſatum diſcendens ad viam antiquam, nec non, & villam de Calabrito cum omnibus ſuis pertinentiis, cui eſt a primo latere caſtellum de Mortula, a ſecundo rius deſcendens de Aquiſe, a tertio latere via antiqua, a quarto fons Petri Mirini, & villam de foſſato cum omnibus ſuis pertinentiis, cui eſt ab uno latere aqua pendula, a ſecundo latere Farneto, a tertio pantano, a quarto fluvius garilianus, nec non, & villam S. Joannis cum omnibus ſuis pertinentiis ſicut in cartis jamdicti monaſterii continetur, & quicquid pertinet ad jamdictum monaſterium in Tiano intus, & foris, & quicquid pertinet in Corbiano cum omnibus ad jamdictum monaſterium pertinentibus terris, videlicet, & vineis, pratis, ſilvis, piſcationibus, molendinis, omnibuſque rebus, & immobilibus, quo videlicet ordine, ut Joannes Abbas, ſuique ſucceſſores habeant, teneant, firmiterque poſſideant, & fratrum inde neceſſaria habeant ſine omnium hominum contradictione. Præcipimus inſuper, ut nullus princeps, marchio, archiepiſcopus, epiſcopus, comes, caſtaldeo, judex, nullaque imperii noſtri magna, parvaque perſona prædictum monaſterium, aut Abbatem, ſuoſque ſucceſſores de omnibus, quæ ſupradicta ſunt inquietare, moleſtare, vel diſveſtire præſumat. Si quis igitur hoc noſtrum præceptum regerit, componat centum libras auri, medietatem camera noſtra, & medietatem jamdicto monaſterio, quod ut ſemper incorruptum obſervetur manu propria roborantes, ſigillo noſtro ſigillari præcipimus.*



Signum domini Ottonis invictiſſimi imperatoris auguſti. Heribertus Cancellarius ad vicem Petri Cumani epiſcopi recognovi. Dta . . . Mar. anno dominice incarnationis nongenteſimo nonageſimo nono, indictione duodecima, anno tertio Ottonis regnantis XV. Imperii III. Actum Capua feliciter amen.

Hic Otto III. in Germania rex evaſit Menſe Decembri anno 983. menſe vero Majo anni 996. coronatus fuit Imperator. Videantur Baronius, Pagius, Papebrochius, & Mabillonius; certum autem eſt ex Pagio ad annum 998. n. 20. & 1001. n. 1., & 2., & ex Bollando in Vita S. Heriberti cap. 2. fol. 479. num. 9. menſe Junio, aut Julio anni 999. Beneventi ipſum manſiſſe, atque hinc conſequens eſt nihil prohibere quominus potuerit Capuæ commorari menſe martio, niſi malis legendum eſſe majum, non martium.

Anno demum 1066. Richardus, atque Jordanus Capuæ principes ob Landenulfi, ſociorumque perduellionem, cœnobium hoc Caſſinatibus dono dedere, ut hoc Diplomate conſtat. † *In nomine domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti dei æterni. Riccardus, & Jordanes divina ordinante providentia Capuanorum principes. Cum principali Excellentia petitioni dilecti ſui clementer favent. Igitur fidelium noſtrorum præſencium, ac futurorum univerſitas noverit, quoniam Landenulfus, qui dicebatur Francus Filius Landenulfi, & Johannes, qui clamatur Citellus filius . . . . qui fuerunt comites Calacia, & Petrus filius Doferii, qui fuit Comes Vulturnenſe, contra animam noſtram cogitaverunt, & conſiliaverunt, ac inimicos infra noſtram Provinciam invitaverunt. Unde ſecundum Langobardorum legem, omnes ipſorum res noſtro fiſco deducta ſunt ad faciendum exinde omnia, quæ voluerimus; nunc autem pro amore dei omnipotentis, animaque noſtra ſalvacione, prout melius nobis videtur, & per interventum Landulfi filii Auloaldi, & Pandulfi filii qd. Guala damus, atque concedimus monaſterio S. Benedicti confeſſoris Chriſti quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino, ubi ſanctiſſimum, ac venerabile corpus ejus humatum eſt, in quo nunc deo providente domnus Deſiderius reverentiſſimus Abbas præeſſe videtur ad poſſeſſionem præfati monaſterii, & prædicti Abbatis, ejuſque ſucceſſorum, adque rectorum, hoc eſt monaſterium domini Salvatoris, quod poſitum eſt in monte qui dicitur Cucuruczu, qui eſt infra fines Comitatum Teanenſis, cum omnibus bonis ſibi pertinentibus, quod, vel quantum ei pertinet per ſuas legales ſcripciones, nec non, & per imperiales, ac principales conceſſiones, & qualiter illud uſque nunc tenuerunt, & dominaverunt Abbates, qui hibidem ordinati fuerunt a ſupradictis Comitibus totum, & integrum illud concedimus, ac confirmamus in præphato SSmo, ac venerabile monaſterio, nec non & prædicto domno Deſiderio reverentiſſimo Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus. recordacionem eciam & noſtram eternaliter ſtabiliendam tradicionem, ac conceſſionem, & confirmacionem hos noſtra firmitatis apices fieri juſſimus. Quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe domnus Deſiderius Abbas, ſuique ſucceſſores, & pars præphati monaſterii firmiter ſecure livere, & quiete habeant, & poſſideant inclitum præphatum monaſterium S. Salvatoris cum omnibus ſuis pertinentis per omne ſicut ſuperius ſcriptum eſt exinde regulariter, qualiter parti prædicti monaſterii neceſſarium fuerit facere, remota omni inquietudine & moleſtacione cujuſcumque Comitis, judicis, caſtaldeis, ſculdays, & omnium mortalium perſone. Quod ſi quilibet hominum perſona parva, vel magna contra hanc noſtri præcepti firmitatem agere præſumpſerit, aut ejus violatrix in quocumque fieri temptaverit,*

Ex originali in Archivo.

Comites Calaciæ, & Vulturnenſis rebelles Principū Capuanorum.

rit, ſciat ſe compoſiturus auri puriſſimi libras centum, medietatem noſtræ Kameræ, & medietatem tibi prælibato domno Deſiderio, vel tuis ſucceſſoribus, ſeu partibus prædicti monaſterii, & ſoluta pena hujus noſtræ conceſſionis pagina unitum firmum, ac ſtavile maneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſionis pagina firmius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur manu noſtra corroborabimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domni Riccardi Excellentiſſimi principis.



Ex juſſione præfatæ sereniſſimæ poteſtatis ſcriptum per manus Johannis Judicis in anno octavo principatus ipſius domni Richardi, & domni Jordanis Glorioſorum principum, & ſecundo anno ducatus illorum Cajetæ. Data quarto nonas Julii anno ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo ſexto indiccione tercia. Adeſt ſigillum plumbeum. Hujuſce Monaſterii meminit Petrus Diaconus lib. 3. cap. 41., & Lib. 4. cap. 12.

Xenodochium in S. Germano. Ex inſtrumento, quo Robertus de Bello Prato Caſſinatibus dono dat eccleſiam S. Johannis, liquet Maurum Caſſinatem monachum ædificaſſe Xenodochium apud S. Germanum. Extat authographum in archivo noſtro, & apographum in regeſto Petri Diaconi p. 183. nu. 483. atque ita ſe

Ex originali in Archivo. habet. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ab incarnacione domini noſtri anno milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo, quam & nono decimo anno principatus domni Richardi, & domni Jordani fil. ejus glorioſis principibus menſe Aprilis quintadecima indiccione. Ego Robbertus qui vocor de Bello prato ſumque Normannus declaro me nunc eſſe commanente in civitate Pontecurvo apud Domnum Goſphridum Ridellum, qui eſt Conſul, & Dux civitatis Cajetæ Comes prædicti Ponticorvi, qui mihi datam habet unam eccleſiam, quæ eſt ſub vocabulo S. Johannis, quæ conſtructa eſt infra fines jam dicti Pontecorvi in pede montis de Pote, cum omni pertinencia, ſicut pertinet jam dicta eccleſia, q. eſt monaſterio terris, & vineis, & caſis, montibus, & vallibus Silvis, ornamentis etiam codicibus, & candelis, & paraturiis jam dictæ eccleſiæ mobilibus, & immobilibus, & cum quadam die inſpiratus divina inſpiracione pro remedio animæ meæ, & animæ ſupraſcripti ſeniori mei domni Goſphride Ridelli, & pro anima genitoris, & Genitricis meæ, & pro anima Richildæ uxoris meæ, ut apud æternum dominum miſericordiam invenire valeamus. Per conſenſum & largietate jam dicti Senioris mei, & per hanc quoque cartulam optuli eandem jamdictam eccleſiam S. Johannis de Pote cum omni pertinencia ſua, quæ ſupradicta eſt in monaſterio SSmi Benedicti de Monte caſtro Caſinæ ubi modo domnus Deſiderius Abbas eſt nominative ad ipſum hoſpit. quod domnus Maurus Monachus conſtrui fecit infra ipſam civitatem S. Germani. Præfatam eccleſiam S. Johannis cum omni ſua pertinencia ſicut dixi ſupra obtuli ego qui ſupraſcripti Robbertis in monaſterio S. Benedicti ad prædictum hoſpit. ad poſſeſſionem ejuſdem monaſterii, ejuſque rectoribus faciendi exinde omnia, quæ eorum ſecundum legem placuerint. Unde de jam dicta eccleſia, & ejus pertinencia nec mihi, nec alicuilibet homini aliquid reſervavi. Sed per juſſionem prædicti ſenioris mei ſic optuli in jam dicto hoſpit., ut ſupra dictum eſt. Et per conſenſum ſupraſcripti ſenioris mei voluntarie me obligavi ega qui ſupra Robbertus me, & omnes illos homines quos per legem obligare poſſum in prædicto S. monaſterio eciam in ipſo hoſpit., eſt ejus rectoribus prædictam meam oblacionem defendere, & anteſtare ſemper ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Nam ſi ego qui ſupra Robbertus, vel meis heredibus aliquando per qualecumque ingenium, aut humana aſtutias dirrumpere, vel removere queſierimus hanc oblacionem, aut ſi non ipſam ſemper defenſaverimus, tunc quingenſos ſolidos in eodem S. monaſterio, & ejus Rectoribus componere, & dare obligavi, ut prædictam oblacionem in jamdicto S. monaſterio in ipſoque hoſpitali ſemper defendamus ab omnes homines, ab omnique partibus, ut ſuperius legitur. Et quacumque perſona magna ſive parva nobilis, ſive ignobilis auferre temptaverit per memoratum monaſterium cum omnibus pertinenciis ſuis a prememorato hoſpitali, quod dominus Maurus monachus conſtruere fecit apud præmemorata civitas ſancti Germani, vel quicumque fuerit in conſilio, ut ſubſtrahatur de præmemorato Hoſpitali Laicus, ſive clericus, ſit anathema Maranatha, maledictus fiat a Domino noſtro Jeſu Chriſto, & condemnatus fiat per Inſtituta trecentorum patrum ſanctorum, quod in Nicea inſtituerunt. Sors percipiat in eterna dannacione cum Nathan, & Abiron & cum Juda qui Dominum tradidit, ita ut in judicio non reſurgat. Et ego qui ſupra Robbertus, ſicut mihi aptum & congruum fuit pro anima mea, & pro anima prædicti Goſphride ſenioris mei, & omni prænominati cum licere, & abſolucione ejuſdem ſenioris mei feci. Et tibi Litefride notarii ſcribere rogavi, ut eſt in ſupraſcripto monaſterio ſanctiſſimi Benedicti, & perficere feci in prædicta civitas Pontecurbo. Ego qui ſupra Goffrida Conſul, & Dux. Ego Landemari judex. Ego Carone.*

Ex hiſce verbis: *cum omni pertinentia quæ pertinet jam dicta eccleſia quæ eſt monaſterio, &c.* Suſpicari poſſumus, monaſterium quoque in ea eccleſia fuiſſe. De hac eccleſia ejuſque Donatione agit Petrus Diaconus lib. 4. cap. 6. hiſce verbis: *Similiter fecit, & Robbertus de Bello Prato de eccleſia S. Johannis in Poto cum omnibus pertinentiis ſuis*. Per plura ſæcula eccleſiam hanc cœnobium Caſſinenſe tenuit, ut multis inſtrumentis conſtat, quibus hæc eccleſia commendatur.

A. 1021. Albo Ardemanni filius Caſſinatibus conceſſit medietatem oppidi Salini, & eccleſiæ, quæ an titulo S. Martini fuerit, incertum, ut Diſſ. I. dicendum. A. 1049. Joel, & Lætitia ejus uxor Caſſinatibus dono dedere eccleſias S. Martini, & S. Mariæ, & medietatem eccleſiæ S. Coſmæ hoc diplomate. Ex originali in Archivo.

† *In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti anni milleſimo quadrageſimo nono & dies menſe Aguſtus per indictione ſecunda. Ideo conſtat me Johel filius quondam Benedicti, quam & ego Letitia filius qdam. Adelongi, unaque per voluntate, & conſentientes mihi Gualberto filius Alboni, qui eſt*

viro meo, & ego ſupraſcripto Gualberto comiatum dedi tibi Leticie conjuge mea, & conſenſum ſicut in lege Langobardorum eſt inſtitutum. Propterea ego ſupraſcripta Leticia inſimul cum ſupraſcripto Jobel, & ego ſupraſcripto Jobel inſimul cum ſupraſcripta Leticia unanimiter pariterque ex uno tinore declaravimus, quia cum quadam die cogitare cepimus qualiter impii, & peccatores qui peccata ſua redimere neglegunt in illa pavenda pena perpetua. Cum diabolo damnabuntur, & qualiter juſti, & electi dei in illa eterna vita cum Domino gloriabuntur, & ſubito vexpexit nos de divina pietas compunctum eſt cor noſtrum ſperavimus adque deſideravimus aberet dei omnipotenti miſoricordia, ut quando de ac ſeculo migraverimus nobis pius dominus veniam & indulgentia donas de peccatis noſtris & in eterna vita mercedem a domino accipere mereamur, & mereamur audire voce Domini, quando dominus dignatus eſt dicere: Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origene mundi propterea vero per anc cartula donavimus adque concedimus in ipſo monaſterio S. Benedicti quod ſitum eſt ipſo monaſterio in Caſtro Caſino ubi nunc preſenti tempore venerabilis Richeri Abbas regimen tenere videtur, & concedimus ipſo ecclesie, & ipſe rebus in ipſo monaſterio in tali vero tinore ut omni tempore permaneat in poteſtate, & in dominatione de ipſo cœnobio S. Liberatori que eſt dedicata in Comitato Teatino juſta fluvio Laento prope monte de Majelle, ut omni tempore ibi permaneat in poteſtate ad tenendum, & dominandum ipſe prepoſitus qui modo ibi regimen tenere videtur, & ſucceſſoribus ſui qua ibi venturi ſunt in antea, & ſunt omnes ipſe rebus, que in ipſo monaſterio tradedimus adque concedimus in comitato Pinnenſe in locum, qui nominatur S. Martino ideſt integra ipſa eccleſia beati S. Martini cum omne firmamentum vel adificiis ejus, & cum cellis & dotis, & libris, & oratoria ſua vel ornamenta eccleſiarum, & concedimus in ipſo ſupraſcripto Monaſterio integra ipſa ecclesia beata S. Maria cum libris, & ornamenta eccleſiarum. Inſuper tradedimus in ipſo monaſterio medietate de ipſa eccleſia beati S. Coſma cum medietate de libris, & ornamenta eccleſiarum, inſuper concedimus, adque tradedimus in ipſo S. monaſterio ſupra ipſa res que in ipſa eccleſia S. Martini eſt conceſſa ex quacumque parte concedimus in ipſo monaſterio de res proprietatis noſtra in circuitu de ipſa eccleſia S. Martini, & per locis, & vocavulis terra per menſura modiorum centum, & eſt ipſa res cum pranominate eccleſia infra finis capo fine monte Turturi, pede fine fluvio Piſcaria de uno lato fine rigo de Cantalupo quomodo pergit in fluvio piſcaria de alio lato fine ipſo rigo, qui decurrit inter Graniano, & Montrniano, & veni in Piſcaria infra iſte pranominare finis una cum caſis, terris, vineis, campis, ſilbis, ſalectis, olivetis, cum pomis, & arboribus ſuis, cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum per anc cartulam qualiter prelegitur ſic concedimus ipſe rebus cum ipſo eccleſie in ipſo ſupraſcripto monaſterio ad avendum, & poſſidendum, & faciatis exinde ſicut de aliis rebus dictis monaſterii facere debuerit, & concedimus nos ſupraſcripti ipſo rebus in ipſo monaſterio pro redemtionis anima mea, & pro anima Rainardi filio Joſeppi, & anima de legitima conjuge ſua, & pro anima Adelongi, & anima de Ade legitima conjuge ſua, & pro anima Odeltruda Abbſ. filius Adelongi, & anima Benedicti, & Guiburge, & pro anima de alii parentibus noſtrit, ut es dominus venia, & indulgentia donec de peccatis eorum, & ſuam ſanctam gratiam revocare digneris propterea per hanc cartula donavimus nos ſupraſcripti ipſa ſupraſcripta res, & ipſe ſupraſcripte eccleſia in ipſo predicte monaſteria, & vobis ſupraſcripti res ſicut ſuperius ſcriptum eſt ad avendum tenendum, & in ſempiternu ſecula poſſidendum ſine omne calumnia. Si quis vero hujus noſtra confeſſionis, minorationis, aut invaſionis, aut moleſtationis facero praſumſeri, aut diſturbare queſierit ſiad ſe in tremendis juſtis judicis examine canſa nobiſcum dicturus, adque per anc in ira ſumma, & individua Trinitatis incurra, & deſcenda ſuper eum paternarum maledictione, & abeat parte ſua cum Juda preditore qui ab apoſtolico agmine ſegregatus eſt, & pars illius ſit in ſtagnum ignis ardentis, & ſulforis. Inſuper promittimus, & obligavimus nos ſupraſcripti Jobel, & Leticia obligavimus nos vel noſtris eredibus tibi pradicto venerabilis Abbas, vel ad pradicto Prepoſito, & ad ſucceſſoribus veſtrit ſi aliquis de ipſe rebus tollerimus aut contendere praſumpſerimus, aut ſi iſta cartula, rumpere, vel falſare tentaverimus, cui de noſtra culpa clsureri componamus in ipſo cœnobio, & vobis ſupraſcripti, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus veſtris pena de auro optimo libre centum, & cartula iſta firma, & ſtavilem permaneat quem vero anc cartula iſta conceſſioni ſeu tradictionis rogatus a ſupraſcriti Jobel, & Leticia ſcripſi ego Aczo Scabinus, & notarius & dies iſtius menſe Indictio ſupraſcripta. Actum in Pinne feliciter. ✠ Signum manum ſupraſcripto Gualberti qui in hac cartula conſenſi & ſignum cruci fecit. ✠ Signum manum Leticia qua anc cartula fieri rogavi, & ſignum Crucifecit. ✠ Signum manum Jobel, qui anc cartula fieri rogavi, & ſignum cruci fecit. ✠ Signum manum Guaczolini teſtes rogatus a ſupraſcripti, & ſignum Cruci fecit. ✠ Signum manum Attoni teſtes rogatus a ſupraſcriptis, & ſignum cruci fecit. ✠ Signum manum Godi teſtes rogatus a ſupraſcripti, & ſignum Cruci fecit.

[Eccleſia S. Martini.]

[Eccleſiæ S. Mariæ, & S. Coſmæ.]

Anno 1058. Acto quædam Caſſinatibus, & S. Martino de Salino conceſſit hoc diplomate, in quo primum cœnobii S. Martini mentio. † In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinquageſimo actabo, & dies menſo Februarius per indictione nona. Ideo conſtat me Acto filius quoddam Giſuni vona, & eſpontanea mea voluntate declaro enim ſicut in edicti continet pagi & per quia domnus Carnlo res in ſuo capitulare ſit conſtituit, ſi quis Langobardus poteſtatem abet dum vibe & recte loqui poteeſt pro anima ſua in loca ſanctorum de rebus ſui ubi boluerit dare, & quod judicaverit ſtavile devead permanero modo vero in ea videlice ratione ego ſupraſcripto Acto ſic dono, & trado, & judico, & ſoncedo de res mea, qua mihi ad meo conquiſitum obbenit in ipſo monaſterio veati S. Venedicti, qui ſitum eſt ipſo ſancto monaſterio in comitato Venebentano ad loco, qui nominatur monte caſtro Caſino, & in ipſo monaſterio veati S. Martini, qui ſitum eſt in Comitato Pinnenſe ad ipſa inſula de Saline juxta mare q. eſt ſupiacentia domini, & S. Venedicti, ubi nunc preſente tempore domnus Petri vir venerabile Abbas incus regimen tenero eſe videtur ipſo ſupraſcripto ſancto monaſterio oc eſt de res mea, qua mihi

[Ex originali in Archivo.]

[Cœnobium S. Martini.]

Digitized by Google

mihi ſupraſcripto Aćto ad meo conquiſitum obbenit, & eſt ipſa res infra territorio Pinnenſe a loco, qui nominatur rigo pauli, &c. cum omnia ſuper ſe, vel infra ſe abentes in integrum amodo, & deinco in ſempiterna ſecula poſſidendum, & faciendum ſicut, & de aliis rebus monaſteriis quitquit volueritis facere ſine omne calumnia ſique fuero vius noſtre concexione ſacrilegis aut temerarius aliqua cauſatione facere præſumſerimus, aut diſturbare queſierimus tam de mea generatione, ſeu qualivet perſona incurrat ſuper eum paternarum ſuarum maledictione, & abeat parte cum Juda traditore, qui apoſtolica amina ſegregavit cum impiis ſacrilegit ſeque eſtra paraliticum ſit in ſtannum ingnis ardentis, & in fulgoris, & tronitus, & hoc repromitto, & obligo me ſupraſcripto Aćto, vel meis heredibus, & ſi hac omnia quod ſupraſcriptum eſt ſi non adimpleverimus, aut non opſervaverimus, aut ſi eſinde retollere vel minuare præſumſerimus per qualivet ingenio componamus ego ſupraſcripto Aćto, vel meis eredibus in ipſo ſupraſcripto ſancto monaſteri, & tui donnus Petri vir veneravile Abbas, vel a poſteriiſque, ſuccexoribus tuis componamus pena aurei mancoſi quinquaginta & pos pena ſoluta, & cartula iſta judicacioni qualiter ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſemper firma, & ſtavile permaneat, qua vero ac cartula iſta judicationis rogatus ad ſupraſcripto Aćto ſcripſit ego Giſelberto notarius, & Judicee. Actum in Pinne feliciter. ✠ Signum manum Actuni, qui ac cartula ſcrivere rogavit, & ſignum cruci fecit. ✠ Signum manum Johanni teſte rogato, & ſignum cruci fecit. ✠ Signum manum Peccioni teſte rogatus & ſignum cruci feci. & Signum manum Gipzuni teſte rogatus, & ſignum cruci fecit. Ejuſdem meminit Petrus Diaconus lib. IV. cap. 106. hiſce verbis: *Lotharius interea Imperator eo tempore Ravennam egredient Umbriam &c. cumque ad monaſterium S. Martini in Salinis perveniſſet Tranſmundus Præpoſitus S. Liberatoris illum adiens eumque ex parte Caſſinenſis congregationis efflagitans quicquid beato Benedicto in partibus illis oblatum fuerat, reddi præcepit.*

Anno 1148. hæc inita concordia inter Rambodum Comitem, atque hujus monaſterii Præpoſitum. *In dei nomine. Anno ab incarnatione domini M. C quadrageſimo octavo indictione undecima regnante piiſſimo Roggerio rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ Principatus Capuæ, & in caſtro Caſſineñ. præſidente domno Rayo. Abbate. Scriptum convenientiæ qualiter ego domnus Traſmundus S. Liberatoris præpoſitus una cum conſenſu, & voluntate monachorum noſtri monaſterii domini Liberatoris habuimus cum Comite Rãbodo de Caſal. S. Martini in Salino ut nos inſimul conſtrueremus & ædificaremus tali tenore ut iſti homines S. Martini, qui in præſentiarum ſunt teneant uſu ſervitii, quem habuerunt ad proprietatem monaſterii, & alii, quos in antea atquirere poterimus ſervitium, & reditum reddant nobis, qualiter eum eis convenerimus. Eccleſia vero, quæ intra caſtellum vel caſale conſtruenda erunt ſimiliter in noſtra poteſtate ſunt ſine ulla conditione, oblationes, decimas, adque primitias mortuorum, & quicumque juris eccleſiarum ſunt ſine ulla altercatione de hominibus noſtris, & de hominibus Comitis in noſtro dominio ſint. Homines autem Comitis ſervitium & tributum quod erit ipſi Comitis reddant, Item de platea, & foris factum, & bandum de hominibus noſtris, & ſuis per medietatem partiamur. De portu autem & ripa omne q. inde exierint per medietatem dividamus. Sacramentum vero, & fidelitatem omnes homines, qui ibi habitaturi ſunt tam noſtri quam Comitis faciant beato Benedicto, & domno R. Abbati vel ſucceſſoribus, & mihi domno T. S. Liberatoris Propoſito & meis ſucceſſoribus eccleſiaque S. Martini itaquod non querant qualiter dominium vel ſervitium ſuorum perdamus ut ſupraſcriptum eſt, ita homines S. Martini, & omnes homines, qui ibi habitaturi ſunt faciant ſacramentum ipſi Comiti R. ſcilicet ut ſervitium quod eidem Comiti debent, non querant quomodo eiſdem Comes perdat. Cuſtodiam denique caſtelli omnes homines communiter faciant. Super hæc omnia ſi ipſe ſupradictus Comes R. mortuus fuerit ſine herede caſtellum, & caſale totum beato Benedicto, & nobis remaneat ſine omni contradictione, & ſi cauſa fuerit ut heredes remaneant ſibi ſacramentum, & totum quod nobis Comes debet illi nobis teneant, & nos eis quod debemus ſicut ſupra, vel infra in hac cartula ſcriptum eſt. Et ut cartula firmiter ſtabilique permaneat iſdem Comes R. ſuper ſacroſancta evangelia ante altare S. Scholaſticæ in Tabe ubi hæc noſtra convenientia facta eſt ſacramentum factum beato Benedicto, & domno Abbati R. & ſuis ſucceſſoribus regulariter intrantibus mihique dompno T. S. Liberatoris Præpoſito, meiſque ſucceſſoribus, quod tu ſupraſcripte Comes R. non querat nec querere faciat, qualiter dominium vel ſervitium de Saliñ caſtello perdamus, ſicut inſimul convenimus ſine fraude, & ſi forit factum fueris per Comitem, vel per ſuos homines requiſitus, debet emendari uſque in quadraginta dies ſive per judicium, ſive per concordiam ſi ſonium non fecerit, & ſi ſonium fuerit tranſacto ipſo ſonio uſque in decem dies emendare debeat aut nobis, aut noſtris hominibus ſalva fidelitate domini noſtri regis, & filiorum ejus. Inſuper W. Camardenſis juſſu Comitis juravit ſuper ſacroſancta dei evangelia ante ipſum ſupraſcriptum altare, quod ſi Comes fregerit hæc ſuper ſcripta convenientia intermittet Comitem, & tenus ſe cum beato Benedicto, & S. Liberatore, & adjuvaverit eccleſiam pro poſſe quouſque Comes emendaverit.*

Ex originali in Archivo.

Ejuſdem generis concordia inita A. 1314. inter Præpoſitum, & Rogerium de Joanne civem S. Angeli (in cujus Urbis territorio ſitum monaſterium S. Martini) ea lege, ut prædium quoddam eidem cœnobio cederet, quod Rogerii prius erat, ut inſtrumento conſtat Kal. Aprilis ſtipulato a notario Stephano de Thomaſio ex civitate S. Angeli.

Cum relatum Joanni XXII. fuiſſet a Præpoſitis hujus monaſterii plura illicite in emphyteuſim conceſſa, haſce ad Archidiaconum Pennenſem litteras dedit, quo reſcinderet donationes ſi injuſte factas deprehendiſſet. *Joannes epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilecto Filio . . . Archidiacono Penneñ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit quod tam dilectus filius . . . Propoſitus Præpoſitatus S. Martini de Salino ordinis S. Benedicti Pennenſis diœceſis, quam prædeceſſoris ſui &c. qui fuerunt pro tempore &c. Datum Avinione V. Non. Julii Pontificatus noſtri anno XIII.* nota ;

A. 1494. Vincius Vicarius generalis Joannis Medicei Præpoſitum hujus monaſterii elegit Fr. Honuphrium, a Sueſſa Monachum, & Cellerarium

· *Suppl. Hiſt. Caſſin.*

Caſſinenſem, uti ex literis authographis in archivo.

Monaſterium S. Laurentii ibidem.

Confirmatum hoc monaſterium Caſſinatibus a Nicolao II., Victore II., Urbano II., & ſucceſſoribus, atque ab Imperatoribus. Anno 1022. Lupus, Albertus, & Aczolinus Caſſinatibus dedere eccleſiam S. Laurentii cum ampliſſimo prædio hoc diplomate. *In nomine domini Amen. Anno ejuſdem milleſimo, trecenteſimo triceſimo quarto, die ſeptimo decimo menſis Madii, ſecunda indicionis, apud S. Flavianum, in clauſtro eccleſia S. Flaviani, regnante domino noſtro Roberto dei gratia inclito rege Jeruſalem, & Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua Provincia, & Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum ejus anno viceſimo ſexto feliciter amen. Nos Nicolaus notarii Gualterii de S. Flaviano regius annalis judex terra S. Flaviani, Manfredus Jacobi auctoritate regia publicus ejuſdem terra notarius, & ſubſcripti teſtes litterati &c. & teſtamur, quod Frater Bonannus Prapoſitus eccleſia S. Laurentii in Salino pratitulato die ſeptimo decimo dicti menſis Madii oſtendit, & praſentavit nobis judici, notario, & teſtibus ſupradictis; ac publice legi fecit quoddam publicum inſtrumentum quem vidimus, legimus, & inſpeximus diligenter non abolitum non raſum, &c. tenor cujus inſtrumenti erat per omnia continentia ſubſequentis: In dei nomine ab incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt anni milleſimo vigeſimo tertio, inductione ſexta, & Menſe Januarii. Ideoque nos Lupo, & Albertus viri germani filii quodam Tedaldi & Aczolini filiorum qm. Sanſonis, bona noſtra voluntate cogitavimus de die mortis, & eterni Judicii, & rememoravimus de dei omnipotentis miſericordia pro redemptione & ſalvatione anima noſtra, & pro anima Tedaldi, qui fuit genitor noſter, & pro anima Remengarda qua fuit mater noſtra, & nos Johannes, & Aczolinus pro anima Sanſonis, & Alberge qui fuerunt genitores noſtri, & pra anima Sanſonis & Tedaldi, qui fuerunt germani noſtri, ut dominus pius, & miſericors habeat indulgentiam de peccatis noſtris qua fecimus, & lux perpetua luceat nobis in eterna vita, per hanc cartulam judicavimus damus, & tradimus, atque confirmamus in ipſo Sancto monaſteria beati Benedicti, quod ſitum eſt infra territorio Beneventano in loco, qui dicitur monte caſtro Caſino ad proprietatem poſſidendum hoc eſt de rebus proprietatis noſtra, qua nobis pertinent per hereditatem & per noſtrum conquiſitum & ſunt in territorio Aprutienſe in loco qui dicitur Colle neri, & eſt terra per menſuram modiorum mille viginti ſimulque cum ipſa eccleſia, qua ibi hedificata eſt in honore ſancti Laurentii cum cellis, dotibus, oratoriis, & ornamentis eccleſiarum, & ipſe ſupraſcripte res habent hos fines: a capite viam ſalariam, a pede flumen, qui dicitur Salinus ab uno latere rigaginem, & Tricalcum de Pauſano ab alio latera uſque ad Aquam vivam, quomodo currit in fluvio Salino ab alia parte flumine ſalini habent hos fines a capite limites, a pede ipſum flumen ſalinum ab uno latere fontem luparam quomodo currit in flumine Salino, ab alio latere uſque ad S. Mariam in Pantanam, & quomodo currit in flumine ſalino, ſic nos Lupo, & Albertus Johannes, & Aczolinus ſupraſcripti germani damus, tradimus, atque confirmamus in ipſo S. monaſterio ad proprietatem poſſidendum pro mercede et ſaluatione anima noſtra, et parentum noſtrorum ſupraſcriptas res infra nominatos fines, ſicut ſupra ſcriptum eſt cum noſtra pradicta eccleſia, cum omnibus ſuis ornamentis, et cum vineis, terris, pomis, et arboribus et cum omnibus qua ſuper ſe, vel infra ſe habet in integrum ita tamen, ut neque ipſe Abbas qui modo ipſum S. monaſterium teneant poſteri ſucceſſores ſui habeant licentiam ſupraſcriptas res cum ipſa pradicta eccleſia donare nec commutare, neque per nullum ingenium neque per ſcriptum dare in alterum poteſtate, nec alienare, niſi ſemper tenere ad proprietatem de ipſo S. monaſterio pro mercede anima noſtra, ac parentum noſtrorum, et nos ſupraſcripti germani, et noſtri heredes pro ſupraſcriptis rebus, et pro ipſa eccleſia annualiter dabimus de mobilibus noſtris pro beſtitura legitima ipſi S. monaſterio denarios duodecim, et hac repromittimus nos ſupradicti germani Lupo, et Alberto, Johannes, et Aczolinus, et obligamus nos, et noſtros heredes jam dicto Monaſterio beati Benedicti de omnibus ſupradictis rebus, et de ipſa Eccleſia, et pradicta beſtitura nullam moleſtiam facere, et antiſtare, et defendere contra omnes homines et ſi movere voluerimus, et antiſtare et defendere noluerimus, aut non poterimus, et culpabiles apparuerimus nos ſupraſcripti germani, vel noſtri heredes ſub anathema ſimus ſicut illi, qui Trinitatem negaverunt, et componamus in ſupradicto ſancto monaſterio pœnam auri Mangoſos ducentos, et quartula iſta ſicut ſuperius legitur firma, et ſtabilis permaneat omni tempore ad proprietatem de ipſo ſancto Monaſteria pro mercede anima noſtra. Actum in Aprucio per manus Egidii judicis rogati a ſupraſcriptis Lupone, et Alberto, et Johanne, et Aczolino feliciter. Signum manuum ſupradictorum Luponis, Alberti, Joannis, et Aczolini qui hanc cartam ſcribi rogaverunt. Signum manus Sanſonis qui fuit teſtis rogatus, et ſignum crucis fecit. Signum manus Thedaldi qui fuit teſtis rogatus et ſignum crucis fecit. Signum manus Tarſemundi qui fuit teſtis rogatus, et ſignum crucis fecit. Verum quia pradictus Frater Bonannus Prapoſitus dubitabat ut aſſerit, ne pradictum originale Inſtrumentum in ejus prajudicium poſſet ammitti vel modo quolibet devaſtari implorans circa hac noſtrum pradictorum judicis, et notari officium, cum ſua diceret intereſſe petiit ut ad ſui cautelam pradictum Inſtrumentum tranſcribere deberemus, cujus petitioni juſta ut pote prabentes aſſenſum judicali auctoritate pradictum inſtrumentum nos pradicti judex et notarius autenticamus et publicamus etc.*

Ex originali in Archivo.

Prapoſitus ſancti Laurentii.

Eccleſia S. Laurentii.

Amnis Salinus.

Cumque anno 1334. donationis hujus exemplar exſcribi curaverit Fr. Bonannus ejuſdem eccleſiæ Præpoſitus argumento nobis eſt Monaſterium ibi fuiſſe. Eccleſia hæc dicta S. Laurentii de Salino, ſeu Salinello, ſita erat in territorio Terami, hodie Podii Morelli, illique annexæ ſunt eccleſiæ S. Joannis, & S. Petri. Anno 1221. inventarium hujus eccleſiæ factum, ex quo plura poſſediſſe latifundia conſtat. *In Dei nomine amen. Anno dominica incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo inductione nona, & menſe madii regnante Frederica Romanorum imperatore ſemper auguſto. Hac ſunt debitalia ſervicia qua debet habere eccleſia S. Laurentii in Salino. In primis in caſtro Monticuli ad Sangritanum, & in caſtrum domni Papiniani annuatim in feſto S. Laurentii duodecim denarios pro qualibet parte, ideſt pro dicto caſtro Monticuli. S.*

Ex originali in Archivo.

Petrus

Digitized by Google

S. Petrus in Geniano, Petrus in Geniano eſt cella integra beati Laurentii cum toto ſuo tenimento & poſſeſſionibus, & Præpoſitus S. Laurentii poteſt inſtituere, & deſtituere ſemper infra iſtos fines ſubſequentes: quomodo incipit a Tricalio Barungi, & vadit uſqua ad aquam vivam & uſque ad vallem callam, & deinde uſque ad truncum Petri, & tendit ad Fontem Leonis, & pervenit ad Caſtelluzium & per medietatem terra Raynerì Capraſicus de Caſtellngio, & vadit ad Tricalium de lingua maledica infra iſtos fines, & loca deſignata, ex toto eſt decima beati Laurentii ad collem de Luco liſulliſuni ſunt fideles beati Laurentii cum hominio, & fidelitate cum clnſuris, & terris quæ jacent juxta eorum clnſnras habent hos fines a capite viam publicam, & a pede viam publicam, ab uno latere vineam Nicolai Jamboni, & ab alio latere terram Johannis Pertiniani, & omni anno debet facere quinque denarios per incenſum in S. Laurentio, & decimam ſuo tempore. Tenimentum dompni Germie cum hominio, & fidelitate, & ſervitio annuatim in Nativitate ſpalla cum longa, & ſex panes in feſto S. Maria & duos pullos, & ſex panes in quadrageſima, & duas paſtucias, & per quindecim dies unum diem de perſona annectum ſervisium, & cordiſcum. Tenimentum Camılu debet facere hominium, & fidelitatem in Nativitate ſpalle cum longa, & ſex panes in feſto S. Maria duos pullos, & ſex panes in quadrageſima ſex panes, & duas paſtucias, & per quindecim dies unum die perſona annectum ſervitium, & cordiſcum. Beneficinm dictu mnlici debet facere hominium, & fidelitatem in nativitate ſpalla cum longa, & per unumquemqne menſem duos dies de perſona, & in tempore meſſis, & binemia unum diem de perſona per unamquamquam edomatam, & in quadrageſima ſex panes, & duas paſtucias, & in feſto S. Maria ſex panes, & duos pullos, & cordiſcum. Tenimentum Dameli debet facere hominium, & fidelitatem, in nativitate ſpalla cum longa, & duodecim panes in feſto S. Maria duodecim panes, & unam tortellam de tribus pullis, & tribus mandora de ovis, & per unaquemquam edomatam unum diem de perſona, & in tempore meſſis, & vinemie duos dies & cordiſcum. Tenimentum Flaviani, & Guilli. mili debet facere hominium, & fidelitatem, & ſpalla cum longa in nativitate, & duodecim panes, in quadrageſima duodecim panes, & duas paſtucias, & in feſto S. Laurentii duodecim panes, & unam tortellam de tribus pullis, & de tribus Mandora de ovis & per unamquamquam edomatam unum diem de perſona, & in tempore meſſis & vindemia unnm de perſona. Tenimentum de Milo facit hominium, & fidelitatem in nativitate ſpalla cum longa, & duodecim panes, in quadrageſima duodecim panes, & duas paſtucias, & in feſto ſancta Maria duodecim panes, & unam tortellam de tribus pullis & de tribus mandora de ovis & unnm diem per quamlibet edomatam & in tempore meſſis, & vinemie duos dies, & annectum ſervitium, & cordiſcum. Beneficinm Petri Verti debet facere hominium, & fidelitatem in nativıtate ſpalla cum longa & duodecim panes, et in quadrageſima duodecim panes, et duas paſtucias, et S. Maria duodecim panes, et unam tortellam unum diem per quamlibet edomatam et in tempore meſſis, et vinemia duos dies et cordiſcum. Beneficinm Taſſonis Anzivicti debet facere hominiū et fidelitatem in nativıtate ſpalla cum longa, et ſex

panes in quadrageſima ſex panes, et unam ſcodellam de farcolata in S. Maria ſex panes, et unam cortellam de tribus pullis cum tribus mandora de ovis, et unum diem per quamlibet edomatam, et in tempore meſſis et vinemie duos dies et cordiſcum: Et de hoc tenimento jacet una pecia terre ad collem Nori, de qua debet facere tres operas de perſona, et in S. Benedicto unum prandium de quindecim juſticias de pane. Beneficium Gualterii Berardi debet facere hominium, et fidelitatem in Nativitate ſpalla cum longa, et ſex panes in quadrageſima, ſex panes, et unam ſcodellam de Farculata in Sancta Maria ſex panes et unam tortellam de tribus pullis, et tribns mandora de ovis et per omnem edomatam unam operam de perſona, et in tempore meſſis, et vindemia duos dies, et cordiſcum. Beneficium de Latro debet facere hominium et fidelitatem, in Nativitate ſpallam cum longa, et ſex panes, in quadrageſima ſex panes, et duas paſtucias in ſancta Maria ſex panes, et unam tortellam, es cordiſcum, per quindecim dies unam operam de perſona, et in tempore meſſis, et vinemia duos dies. Beneficium Corvini delet facere hominium et fidelitatem in nativitate ſpalla cum longa, & duodecim panes, in quadrageſima duodecim panes & duas paſticias, in ſancta Maria duodecim panes & unam tortellam de tribus pullis, & sribus mandora de ovis, & per unamquemquam edomatam unum diem, & in tempore meſſis & vindemie duos dies, & cordeſcum. Beneficium Alberti ſummarelli debet facere hominium, & fidelitatem in nativitate ſpalla cum longa, ſex panes in quadrageſima ſex panes & duas paſtucias in S. Maria ſex panes, & duos pullos & unum diem per edomatam in tempore meſſis, & vindemie duos dies, & cordeſcum, Tenimentum Luponis Victi debet facere hominium, & fidelitatem in nativitate ſpallam cum longa, & duodecim panes in quadrageſima, duodecim panes, & duas paſtucias in S. Maria, duodecim panes, & unam tortellam de tribus pullis & tribus mandora de ovis unum diem per edomatam in tempore Meſſis & vindemia duos dies & cordiſcum. Beneficium Jaitederardi debet facere hominium, & fidelitatem in nativitate ſpallam cum longa, & duodecim panes in quadrageſima duodecim panes, & duas paſtucias, in S. Maria duodecim panes & unam tortellam de tribus pullis, & tribus Mandora de ovis unum diem per edomatam, in tempore meſſis, & vindemia duos dies & cordiſcum. Ea quæ jacet ad collem luco eſt S. Laurentii habet hos fines a capite viam publicam & vineam Alberti Alferi a pede vinee S. Angeli in gla., ab uno latere vinea de ſtantioli, ab alio latere vinea Petri Monci, et terre de Carpenete. Sanctum Petrum S. Petrus Avenano, Avenano cum toto ſuo tenimento et poſſeſſionibus, prope eſt cella beati Laurentii cum decima harum parrochiarum vid. de Traſmundo Oderiſii, Marino Freccelli dicto Bugcazoli Leo Cavalero, Lupo de Vineis, Benedictus Ranerii, Domnus Gualterius de

. . . .

. . . . Rainerii

Ranerius Vi . . . . . De hiis fratribus, et hominibus eccleſia beati Petri debet habere decimam, et debet ipſos judicare vivos, ac mortuos, et eccleſia Eccleſia S. Joannis, S. Johannis ad caſtrum debet ſepellitionem habere de dictis hominibus, Gualterius, et Guillelmus de Venano debet facere annuatim ſpallam cum longa, et ſex panes in nativitate pro duabns peciis terra . . . .

ad fontem de beozano, languidinum tinioſu unum añiſcere de carne, & ſex panes, Accolino Marino in nativitate unum ammiſcere de carne, & ſex panes. Viniatica Petri Michuli de Conſulo eſt S. Laurentii, & debet facere annuatim ſpallam cum longa, & ſex panes. Eccleſia S. Johannis ad Caſeum eſt eccleſia S. Laurentii in Salino cum toto ſuo tenimento, & poſſeſſionibus & dicta eccleſia S. Johannis debet facere dicta eccleſia S. Laurentii ſubſcripta ſervitia vid. In nativitate domini duas ſpallas, & duas longas, & tres pullos in feſto S. Laurentii debet facera prandium unum de pane vino, et carnibus, et in feſto S. Benedicti duos piſces V. duas ragias. Item dicto feſto S. Laurentii unum caſtratum, Item eccleſia S. Laurentii debet habere tertiã partem de decimis quas eccleſia S. Johannis prædicti recipit. Item Propoſitus dicta eccleſia S. Johannis debet conferre cum Prapoſito S. Laurentii in tercia parte de omnibus ſerviciis qua debet facere ipſe Prapoſitus S. Laurentii monaſterio S. Liberatoris de Majella. Hii ſunt incenſus quos debet recipere eccleſia S. Laurentii in Salino. In primis Cnſo dompni Benedicti pro una petia terra, qua jacet ad Arolam libram ceree unam et decimam ſuo tempore etc.

Altera eccleſia S. Johñis.

Quomodo Præpoſituram hanc jure patronatus poſſidere cœperint oppidani S. Flaviani, incertum. Illud conſtat, ab anno jam 1324. die 6. Novembris ſtipulatum inſtrumentum a notario Petro Franciſco ex oppido S. Flaviani, in quo aſſeritur mortuo Fr. Thoma de Monte altero ejus eccleſiæ Præpoſito congregatos oppidanos compromiſſo in ejus locum ſuffeciſſe clericum Gualterium filium nobilis viri Franciſci Caſalareti, quem confirmandum præſentarunt Fr. Raynaldo Præpoſito S. Liberatoris de Majella. Huic electioni interfuit etiam procurator monaſterii S. Claræ ejuſdem oppidi S. Flaviani. Quandiu hæc eligendi ratio obtinuerit, incertum: illud conſtat Nicolaum Mutinenſem epiſcopum gubernatorem in ſpiritualibus, & temporalibus ſacri monaſterii Caſſinenſis nomine Pauli II. Romani pontificis Præpoſitum elegiſſe die 20. Februar. 1470. Angelum notarii Jacobi a S. Petro in fine hiſce literis ex cit. regeſto p. 94. *Nicolaus Dei gratia epiſcopus Mutinenſis pro SS̃mo. domino noſtro domino Paulo divina providentia papa II. in ſpiritualibus, et temporalibus ſacri monaſterii Caſſinenſis generalis gubernator Caſſinenſis venerabili viro domno Angelo notarii Jacobi de S. Petro in fine nobis in Chriſto dilecto ſalutem etc. Cum itaque Prapoſitura S. Laurentii de Salinello ſacro monaſterio Caſſinenſi immediate ſubiecta certo modo vacaverit, ac vacet ad preſens, cujus collatio proviſio, et omnimoda diſpoſitio ad nos auctoritate nobis a SS̃mo Domno noſtro conceſſa pleno jure ſpectat, et pertinet, nullique per nos, vel per alium fuerit de ea aliquo modo proviſum, volentes pramiſſorum meritorum tuorum intuitu tibi gratiam facere ſpecialem, dictam Prapoſituram S. Laurentii de Salinello quomodocumque, et qualitercumque vacantem cum omnibus et ſingulis fructibus, juribus, juriſdictionibus, granciis, et pertinentiis ſuis, honoribus, et oneribus eidem ſpectantibus, et pertinentibus cum plenitudine juris canonici tibi domno Angelo prædicto deinde conferimus, ac de illa etiam gratioſe providemus; ita tamen ut in recognitione veri dominii ſingulis annis in feſto S. Benedicti de menſe Martii ducatos duos auri ſolvere ac reddere tenearis, et debeas etc. Datum in Monte Caſino die 20. Frebrarii M.CCCC.LXX. Pontificatus SS̃mi domini noſtri domni Pauli PP. II. Anno ſexto. Nicolaus Epiſcopus Mutinenſis ſacri monaſterii Caſſinenſis in ſpiritualibus, et temporalibus generalis Gubernator manu propria.*

Anno 1477. prid. Kal. Mart. F. Remigius Prior S. Liberatoris, ut ex regeſto ejuſdem cœnobii p. 2. Præpoſitum elegit D. Antonium Croce de Theulis a Gallucio diœceſis Theanenſis canonicum Aprutinum a Julio Antonio de Aquaviva de Urſinis duce Adriæ, Converſani, S. Flaviani &c. præſentatum. Renuntiaverat antea D. Simplicius de Aquaviva hoc monumento, quod Bullæ inſertum eſt.

Sia noto, et manifeſto ad chi legerà queſta preſente lettera, et ſpetialmente ad vui venerando patre Priore de Sancto Liberatore de Majella, come io Sulpicio ſponte, et ſenza perſuaſione de alcuno conſtituiſco mei procuratori li venerabili Fratri Amico Propoſito de Santo Angelo in Marano, et lo venerabile Archipresbitero de la Rocha de Monte plano ſpetialmente ziaſcaduno communiter, et diviſim poſſa leberalmente como mi Prepoſito renunciare la propoſitura de S. Laurentio in Salinello membro de la Abbatia de S. Liberatore in mane del Priore, o vero in mane de altri per parte de epſo priore, del quale beneſitio legitimamente ne ſono ſtato vero rectore, et per ipſi mei deputati procuratori per queſta mia preſenti lettera me ſpoglo et renuntio in mane de epſo prioro, & per la preſenti littera di procura ho fatto preſenti piu teſtimonii, & ſigillata de proprio mio ſigillo, & anche della communita de Julia, & ſubſcripta de mia propria mano. Dat. Julia die 25. Februarii milleſimo quatringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

Anno 1519. die 10. Julii ob renuntiationem memorati Antonii, D. Andreas Matthæus de Aquaviva de Aragonia Dux Adriæ, & Terami, Comes Caſertæ &c. præſentavit D. Honuphrium Martucium a Gallucio, quem confirmavit D. Dionyſius a Papia monachus Caſſinenſis prior S. Liberatoris. Manet hactenus præſentandi jus duci Adriæ, atque Præpoſitus quotannis in ſignum immediati dominii cenſum monaſterio S. Liberatoris ſolvit. Adriæ ipſi Duces quandoque monaſticam hanc præpoſituram eſſe aſſerunt in præſentationibus ſuis.

Nicolaus ſecundus inter alias eccleſias confirmavit Cœnobio Caſſinenſi ſequentes: *S. Angeli in Marano cum omnibus cellis ſuis, SS. ſeptem Fratrum, S. Laurentii, &c.* Eademque habent Urbanus II., Paſchalis II., Calliſtus II., aliique. Adnexum eccleſiæ ſeptem Fratrum monaſterium credimus, uam præpoſitum ibi extitiſſe an. 1120. hoc inſtrumento conſtat. † *In Dei nomine amen ab incarnatione divini verbi anno domini MCCXX. indictione octava Menſe Februarii ſexta die intrante. Spiritus ubi vult ſpirat, & omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum ſuper papengatus, ut dei auxilio & eorum eccleſia ſanctorum ſeptem fratrum debeat erigi, & in melius procedere, unde nos omnes communiter, & ſingulariter Guilielmus Ademundi, Berardus Sanſuni, Petrus ejus filius, Berardus Gentilis, Rogerius Gentilis, Guilielmus Bartholomai, Gentilis de Monticulo, Traſmundus de Iſula, & Pronepote ſuo eo qui erat tutor, & Paulus de ſerra pro nobis ac pro noſtris heredibus imperpetuum noſtra bona volun-*

Cœnobiũ SS. ſeptẽ Fratrum.

Ex originali in Archivo.

tate

tate preſente Monacho S. Liberatoris de Magella nomine Onufrio, qui eo tempore erat legatus in Aprutium a domino præpoſito, & Capitulo S. Liberatoris de Magella damus, tradimus, reddimus, & concedimus tibi Nicolao præpoſito SS. ſeptem fratrum pro eccleſia SS. ſeptem Fratrum, ac pro ſucceſſoribus tuis in perpetuum . . . . terras cultas, & incultas, & arbores, quas injuſte tenuimus contra eccleſiam dictam concedimus qd. clerici Eccleſia ſint communes & ſub præpoſito, ita quod ſi aliquis clericus eccleſia faceret contra jus quod debeamus ipſum convenire in curia præpoſiti SS. ſeptem Fratrum, & ſi in aliquo fuerit condepnatus ſit illud commune, ſicus noſtrum debet aliquis habere per ſortem, & ſi præpoſitus nollet ipſum in ſua curia conſtringere quod libcat nobis ipſum cogere ſuper rebus exiſtentibus ſuper tenimentis, quæ a nobis tenuerit. Item nos omnes ſupradicti juramus ſuper ſacroſancta dei evangelia tibi D. Nicolao Præpoſito te in vita tua tenere in præpoſitum manutenere & conſervare, & omnia prædicta tibi reddita omni tempore firma tenere, & te a propoſitura cadere non permittemus niſi juſte, & rationabiliter per capitulum ſancti Liberatoris de Magella perderes, te juvare, & defendere promittimus contra nos metipſos, & omnes homines, ac mulieres, requirendo nos tribus vicibus infra decem dies defendere, & antiſtare. Actum in choro SS. ſeptem Fratrum in preſentia ſubſcriptorum teſtium q. ego Rogerius publicus Notarius Aprutina aula ab omnibus papengaſus rogatus ſcripſi. Nos quidem omnes Petrus de Maſſo, Podius, Rogerius Genactai, Gualterius Tõclaru, Petrus de Rugano, Amcradus, Gualterius Aderai, Leonardus & Johannes Nicoli teſtes rogati fuimus.

Adnotanda illa verba. *Quod ſi aliquis clericus eccleſia faceret contra, quod debeamus ipſum convenire in curia propoſiti SS. ſepsem Fratrum.*

A. 1477. die 19. Aprilis Fr. Antonius de S. Angelo præpoſitus S. Liberatoris præpoſitum elegit Fr. Jacobum Petri Angelerii a Muſciano, & in litteris aſſerit vacare ob mortem Fr. Jacobi Antonelli, a D. Joſia de Aquaviva Duce Adriæ, & comite S. Flaviani præſentatum. Manet hoc jus hactenus Adriæ duci, atque præpoſitus quotannis cenſum monaſterio S. Liberatoris ſolvit. Anno 1513. præpoſitus erat D. Marius de Simbaldis de Scandrilia Ugenti epiſcopus, ut conſtat inſtrumento, quo ſeſe ad ſolvendos præteritos, futuroſque cenſus obſtrinxit.

Monaſterium S. Mariæ in Cartiniano.

Inter alia confirmata a S. Henrico Imperatore monaſterio Caſſinenſi bona ſunt hæc: *in comitatu Valvenſe monaſterium S. Patris cum omnibus pertinentiis ſuis, & monaſterium S. Maria in Cartiniano.* Eandem S. Mariæ eccleſiam confirmant Conradus II., & Henricus III., atque Rogerius I. habet: *Et in Comitatu Valvenſe eccleſiam S. Patris, & monaſterium S. Maria in Cartiniano cum omnibus pertinentiis ſuis &c.* Anſeranus presbyter anno 1021. hac donatione ſua aſſerit eccleſiam S. Mariæ Caſſinatibus ſubiectam eſſe. † *In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt milleſimo biceſimo primo, & rennantes donnus Enrius imperator imperius ejus in Italia anno quinto quam & dies menſe Marcium per indiccio tercia. Quamoprem conſta ad me Anſeramus presbyter filius qd. Petris nulla mecum agentes nec alii per bim pacientes niſi tantum ſana ment eſſe biges, & integram adque conſilio ſi bindo adque diom preſentes bonam & expontaneam meam bonam boluntatem tractantes, & recordantes me de Dei omnipotenti & remedium & ſalutis animam meam & per ſalutis animam Maria, & animam Dode ut quando nos in eternus ſeculum benerimus ad illam bocem deſiderabiles ubi dicitur dominus: benite benedicti Patris meis percipite rennum quod bobis paratus eſt ab origine Mundi quod ibi nos de peccata noſtra minuaret dinne, & ad gracia dei Altiſſimi nos rebocetur ut nos ipſi in . . . . . . cum ipſi ad pareamus in deſtram ſet cum electis, Dei in bita eterna recipere mereamus admoneo me dibina pietatis, & compuncio cordis meis, us aliquis de rebus proprietatis meis dedis tradebit adque concedebit per redenciones animam meam in ipſa eccleſia S. Benedictis, & eſt iſſa eccleſia in Comitato de territorio campanario, & in eccleſiam Beata ſancta Maria qua cella ſancti Benedicti, & eſt ipſa eccleſia S. Maria in Comitatum Balbenſe in bocabulo de carteniano, & eſt ipſa res in Comitato Balbenſe in bocabulo de ſumma, ideſt unam meam peciam de terram &c. adque concedebi in ipſa eccleſia Dei, & S. Benedicti & S. Maria ad abendum tenendum, & a ſuam proprietates poſſidendum ſe us quit aut qualiter ſuperius legitur & oppromicto, & opbligo me ipſum in ſuprafcripto Anſeramus presbiter vel meis heredibus ad ſuprafcripte eccleſie de iſa ſuprafcripta res ab onnes omines antiſtare, & defendere debeamus, & ſi a qualibes homine antiſtare, & defendere non potuerimus, aut non boluerimus, aut aliquis retollere, vel minuare boluerimus ſi ego ſuprafcripto Anſeramus presbyter, vel meis eredibus in contra iſſa eccleſia Dei, & ſancti Benedicti, & beata S. Maria ibidem in ipſo ſuprafcripto loco ſub eſtimacione de alie proprie noſtra rebus qualis in illa dies adparuerit quando eſinde cauſare bidetur ſet tales ego ſuprafcripto Anſeramus presbyter per qualibes ingenium argumentis in altera poteſtate mictere boluerimus, ſiamus ſub nattemate, & tales ſortes abeamus in infernum in pœnam cum animam cum Judas, & cum Pilatus, & cum Ne ſazar qui dominus noſtrum Jheſum Chriſtum tradedit quam & per rogum de ſuprafcripto Anſeramus presbyter ſcriſit Ego Johannes judice & notarium in dic iſtius menſe indiccio ad ſuprafcripto Actum in Balba feliciter. ✠. ✠ Ego Paſru presbiter teſte rogatus M M S S ℥ ✠ Ego Adelbertus presbiter teſtes rogatus S S M M ℥ ✠ Signum manum Amiconi teſte rogatus ad ſuprafcripto & ſinnum cruci fecit. ✠ Signum manum Johanni teſtes rogatus ad ſuprafcripto, & ſinnum cruci fecit. ✠ Signum manum alii Johanni teſte rogatus ad ſuprafcripto & ſinnum cruci fecit.*

Ex originali in Archivo.

Idem habet Aldo A. 1043. hoc diplomate. † *In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt mille quadraginta tercium, & dies menſe Januarius per indiccione ſeptima. Ideo conſtat me Aldo filius qdam. Amoni bona expontanea, & mea bona boluntate tractante, & conſiderante me de Dei omnipotentis & manna miſericordia, & remedium ſalusis anima mea, & de conjuge mea, us quando nos in eterno ſeculo venerimus illam vocem deſiderabilem ubi dicet dominus venite benedicti patris meis percipite rennum quod vobis paratum eſt ab origine mundi quod ibi me pius dominus de peccata mea minuare dignetur & ad gratiam dei altiſſimi revocare digne-*

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

digneтur, ut non in ſiniſtra cum impiis appareamus ſet in dextra cum electis dei in bita eterna recipere mereamur propterea dono trado adque concedo beate dei jenitricis virginis Maria qua eſt edie eella S. Benedicti, & tibi ſupraſcripti Raineri ſacerdos, & monachus, & prapoſitus, vel ad tuis ſuſceſoribus & eſt ipſa eccleſia Beata S. Maria in loco ubi cartinianum vocatur, hoc eſt una pecia de terra mea ubi vinea eſt plantata, quam ego habeo in balba in loco ubi Carpeneta vocatur &c. ſet omnia, & in omnibus ſupraſcripte rebus tradidit ego ſupraſcripto Alde tibi jam dicte beate S. Maria, & tibi ſupraſcripto prapoſito vel ad tuis ſucceſſoribus ad abendum, & tenendum ad proprietate beata S. Maria omnique tempore poſſidendum quomodo, aut qualiter ſuperius legitur, & inſuper oc repromitto & obligo me ego ſupraſcripto Alde vel meis eredibus tibi ſupraſcripte beate S. Maria, & Raineri Mon., & prapoſ. vel ad tuis ſeſuſceſſoribus, ſi ego ſupraſcripto vel meis eredibus tibi ſupraſcripto prapoſito, vel ad tuis ſeſuſceſoribus ſi ego aliquoq; tempore aliquam ad poſſedaria facere voluerimus, & ſi nos ab omni omine antiſtare, vel defendere non potuerimus, aut non bolnerimus, & ſi retollere, vel minuare ſeco contraire praſumſerimus per qualibet ingenius ibidem in conſimili loca duplum, & meliorata ad proprietatem reſtaurarere promittimus, & obligabimus, & abeat partem de inferno cum Anna, & Caifas, & cum Juda qui dominum noſtrum Jeſu Chriſtum tradidit, quam & per rogum ſupraſcripti Aldoni ac cartula ſcripſi ego Berardus judex, & notarius Actu in Balbe annis ſupraſcripta feliciter amen ✠ Signum manum ſupraſcripti Aldoni, qui ſupraſcripta cartula ſcribere rogabit. ✠ Signum manum Berardi rogatus a te ſupraſcripti ✠ Signum manum Mainardi rogatus a te ſupraſcripto ✠ Signum manum Johannis rogatus a te ſupraſcripto.

Cœnobiū S. Mariæ.

Atque Berardus Anno 1043. habet.

Ex originali in Archivo.

† *In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt mille quadraginta tercium, & dies menſe Madius per indiccione ſecunda, Ideo conſtat me Berardum filius quoddam Berardi bona, expontanea, & mea bona boluntate dedit per cartulam commutacionis & bindiccionis beata dei genitricis virginis Maria, qua eſt odie cella S. Benedicti, & tibi ſupraſcripti Raineri ſacerdos, & Monachus, & Propoſitus, vel ad tuis ſucceſſoribus, & ipſa ecclla S. Maria in Balba in loco, qui dicitur Cartinianum hoc eſt una pecia de terra mea q. ego abeo in Balba in loco ubi Bagnu vocatur, &c. ad abendum, tenendum, & ad proprietatem beata S. Maria, & tibi ſupraſcripti Monacho, & Propoſito, vel ad tuis ſuſceſoribus omnique tempore poſſidendum quomodo, aut qualiter ſuperius legitur, & commutacio re ipſa, & precium iſto balienti ſolidis octo finito, vel deliberate precium quod acceptum eſt, & commutacio, & apus me abere teſtabor, & inſuper oc repromitto, & obligo me ego ſupraſcripti Berardum vel ad meis eredibus, & beata S. Maria, & tibi ſupraſcripti Raineri ſacerdos, & Monachus, & tibi, vel ad tuis ſuſceſoribus ſi ego ſupraſcriptus, vel meis heredibus tibi ſupraſcripti, vel ad tuis ſuſceſoribus ſi ego aliquoque tempore aliquam ad poſſondaria facere voluerimus, & ſi nos ab omni homine antiſtare, vel defendere non potuerimus, aut non bolnerimus, & ſe resollere vel minuare ſeco contraire preſumſerimus per qualibet ingenius ipſa commutacio quod vos a me feciſti & ipſu precium recipiatis aſque ulla calumnia; & compono e ſupraſcripte vel meis eredibus de aure mundo libre due, & inſuper extimacione, qualis in illa die inbenitur exxe quando exinde cauſare bidetis, quam & per rogum ſupraſcripti Berardi, ac cartula commutacionis ſcriſi Ego Berardus Judex, & Notarius. Actum in Balba m̃ſ. ſupraſcripta feliciter.*

Cœnobiū S. Mariæ.

Idemque repetit Joannes Anno 1057.

Ex originali in Archivo.

† *In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt M L V I I. dies menſe Junii per indiccione V I I. Ideo conſtat me Johannes filius quoddam Beczoni cogitavi diem mortis eterni Judicii ſpero, atque deſidero de dei omnipotentis magna miſericordia pro mercede, & redentione anima mea, & anima Pauli fratris mei, & de cunctis parentibus meis, ut nobis dominus noſter Jeſus Chriſtus veniam daret, & ad ſuam ſanctam gratiam revocaret, & cum venerit illud futurum Judicium ubi dicit dominus: venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi, mercedem a domino accipere mereamur. Propterea trado ad ipſa ſancta eccleſia beata S. Maria qua eſt eella beati S. Benedicti, & te Johannem Monachum, qui in te regimen eſſe videtur, hoc eſt una petia de terra ubi vinea eſt plantata & eſt ipſa res infra territorio Balvenſe in Valle Tritana ad ipſum Collem ideſt terra petia una, &c. in omnibus quantum ſupra ſc, & infra ſc abente & integrum per hanc chartulam qualiter praelegitur ſic trado ego ſupraſcriptus Johannes ad ipſa ſupraſcriptam eccleſiam, & te Johanne ſacerdote & monacho, qui in te regimen eſſe videtur ſicut domnus Aſtolfus rex in ſuo capitulo replicavit. Ego nulla langueda requiro niſi remedium anima noſtra, & hoc repromitto, & obligo me vel meis heredibus, ut ab omnibus hominibus antiſtare, & defendere debeamus, & ſi ab omnes homines antiſtare, & defendere non voluerimus, aut non potuerimus, aut ſi retollere, aut minuare preſumſerimus eum Anna, & Caipha, & Juda proditore habeamus partem in ſulfuris ardentis. Quem vero ſupraſcripta rogatus ſcripſi ego Petrus Judex, & Notarius. Actum in Balva feliciter. ✠ Signum manus Johannis qui hanc cartula ſcribere rogavi. ✠ Signum manum Maſſoni rogati a te ſupraſcripto. ✠ Signum manus Deodāt rogati a te ſupraſcripto. ✠ Signum manus Diodati rogati a te ſupraſcripto.*

Monaſterium S. Mariæ.

Plures addere poſſemus donationes, quarum autographa in Archivo noſtro extant.

Anno 1456. Fr. Marinus, & D. Marius Perrone Sangermanenſis delegati Cardinalis Ludovici Abbatis fiduciarii Caſſinenſis tulere ſententiam in Baptiſtam de Albero, ejuſque filium Joannem Franciſcum, qui jura quædam in præpoſituram S. Mariæ de Cartignano ſibi vindicabant. Quo deinde jure Domini Oppidi Buſſi, in cujus territorio extat, hanc ſibi Præpoſituram attribuerunt, incompertum. A. tamen 1557. Prior S. Liberatoris præpoſitum elegit D. Julium Cæſarem Cantelmum ex præſentatione D. Joannis Joſephi Cantelmi Ducis Populi, & Domini Buſſi. Cumque Julius Cæſar Dux Populi evaſiſſet, præſentavit A. 1561. D. Martium Cantelmum, quo mortuo electus eſt eodem die 30. Junii 1569. D. Cæſar de Rubeis de Populo a D. Bernardo Abbate Caſſinenſi. Tandem a Sancta Sede Apoſtolica electi Cardinales Aquaviva & S. Sixti, quo mortuo Sixtus V. eam perpetuo

biblio-

Digitized by Google

bibliothecæ Vaticanæ attribuit a. 1586. Verum a bibliothecæ cuſtodibus anno tantum 1599. præpoſituræ hujus capta poſſeſſio poſt obitum D. Aſcanii Veruſti ab Aquila, atque quotannis cenſum monaſterio S. Liberatoris ab iis ſolvitur.

Monaſterium S. Johannis de Serramile. A. 1018. Joannes, Giſo, & Cono monaſterio S. Angeli a Mariano vulgo Marano Caſſinatibus ſubdito prædium dono dedere, atque partem eccleſiæ S. Joannis in territorio Teramenſi loco dicto Serramile, ſeu Pecora morta. Eodem anno presbyter Petrus cœnobio S. Angeli memoratæ eccleſiæ S. Joannis partem, prædiaque aliquot dedit. Alia hujus eccleſiæ portio data ab Ardrado, ut hiſce donationibus legitur, quamquam illa Ardradi initio mutila eſt. Quamvis vero de hoc monaſterio ſermonem habuerimus ſæculo V. hic tamen loci donationes memoramus ipſi factas de eccleſia S. Johannis, ut præſto nobis ſit occaſio hujus ejuſdem appellationis cœnobium innuendi, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Serramile; fundatum vero fuit poſt donationem ipſius eccleſiæ. † *In dei nomine ab in-*

Ex originali in Archivo. *carnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo octabo decimo, & menſe Octuber per indiccione prima. Ideoque ego Johannes, & Giſo & Cono biri jermanibus filis quoddam Sifredi vona eſpontanea noſtra bona boluntate cogitabimus de diem mortis & eternum judicium, & rememorabit me de Dei omnipotentis miſericordia, & pro redencio, & ſalbacione anima noſtra ut dominus pius, & miſoricors abeat nos miſericordia indulgencia de peccatis noſtris quod fecimus, & lus perpetua in eterna bita per hac cartula judicabit, & dedit, & tradedit adque confirmabit in iſſa Eccleſia beati S. Angeli ſitum eſt infra ter-*

Monaſterium S. Angeli. *ritorio Aprucienſe in loco qui dicitur Mariano, qua eſt cella beati S. Benedicti confirmabit ipſa prædicta Eccleſia ad proprietatem poſſidendum pro anima noſtra mercede hoc eſt de res noſtris, que nobis in eredi-*

Eccleſia S. Joannis. *tatem obbenis, & eſt ipſa prædicta eccleſia beati S. Johanni, q. ſitum eſt in loco, qui dicitur Serramilo, & bocabulo pecoramorte, qua eſt ipſa eccleſia cum terra per menſura modiorum quinque, & habet finis capo fine ipſa terra de ipſa eccleſia de pede finerige, & de uno lato fine bia, & de alio lato fine rigagine, & eſt ipſa ſupraſcripta eccleſia cum ipſa ſupraſcripta noſtra porcio, & cum ipſe rebus ſicut ſupra legitur cum hominia ipſa ſupraſcripta noſtra porcione ſuper ſo, vel infra ſe abentem in integrum judicabit, & tradidit, adque confirmabit in ipſa prædicta eccleſia ad proprietatem poſſidendum per anima noſtra, & oc repromictimus nos & ego ſupraſcripti jermanibus, & obligabimus nos, vel noſtris eredibus ad ipſa ſupraſcripta eccleſia ut ipſa ſupraſcripta res ab omnes homine ſtare et defendere deveamus, & ſi defendere vel anteſtare non potuerimus, aut non boluerimus aliqualibet homine, aut ſi ego ſupraſcripti jermanibus Johanni, & Giſo, & Cono, vel noſtris herodibus de ipſa ſupraſcripta Eccleſia contrare. jam dicta eccleſia, aut contra ac cartula aliqua cauſacione mittere queſierimus per quolibet ingenium, & nos culpabimus apparuerimus incomponamus ego ſupraſcripti jermanibus vel noſtris eredibus cui ex noſtris culpa claruerit in ipſa prædicta eccleſia pena auro Mancoſi octuaginta, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſemper firma & ſtabile permanead ad proprietatem prædicta eccleſia poſſidendum per anima noſtra & ego ſupraſcripti jermanibus, & ic*

Rainbaldo notar. hac cartula iſta taliter ſcribere rogabit. Actum in Aprucio feliciter. Locus † ſigni notarii. † Sinnum manum Johanni, & Giſoni, & Coni qui anc cartula a nos facta M M S S. ʒ † Sinnum manum Aczoni teſte ſum rogatus a ſupraſcripto, & ſinnum cruce fecit M M S S. † Signum manum Aczoni teſto ſum rogatus a ſupraſcripto & ſinnum cruce fecit M M S S.

In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Ex originali in Archivo.
Chriſti ſunt anni milleſimo octavo decime, & menſe Aguſtus per indiccione quintadecima. Ideoque ego Petri presbiter filius qdan. Petri bona mea boluntate cogitavit me de die mortis, & eternum Judicium, & rememoravit me de dei omnipotenti miſericordia, & pro redemcione & ſalbacione anima mea, ut dominus pius, & miſericors abead indulgencia de peccatis meis quod fecit, & lus perpetuum in eterna bita per ac cartula pro anima mea judicavit, & dedit, & tradit adque confirmabit in ipſa eccleſia, que adificata eſt in onore S. Angeli ſitum eſt infra territorio, Aprucienſe in locum, qui bocatur Mariano, qua eſt ipſa pdta. eccleſia S. Angeli cella S. Benedicti de Mon- Cœnobium S. Angeli.
to caſtro Caſino confirmavit in ipſa ſupraſcripta eccleſia de res proprietatis meis, qui mihi in ereditatem, & ad meo conquiſitum obbenit infra territorio Aprucienſe, in locum, qui dicitur a Ferramille vocabulo ad S. Johanne ideeſt una mea pecia de terra, & binea per menſura ſeſtaria ſopte ſimulque cum ipſa medietatem de ipſa eccleſia, qua adificata eſt in onore beati S. Johanne q. ſuper ipſa terra ſtare bidetur cum Eccleſia S. Johannis.
medietatem de cellis, & dotis, & ornamenta de ipſa eccleſia, & abet ipſa prædicta pecia de terra finis, & pede capo fine terra de ipſi filii Siefredi de uno lato fine terra de ipſa prædicta eccleſia, & de alio lato fine terra Luponi, & de conſortibus ſuis ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis ſicut ſupra legitur, cum omnia ſuper ſe, vel infra ſe abentem in integrum judicabi, & dedi, & tradidi, adquo confirmavit ego ſupraſcripte Petri presbiter in ipſa prædicta Eccleſia ad proprietatem poſſidendum pro anima mea merco in eorum rejudicavit, & dedit ego ſupraſcripte Petri presbiter ipſa ſupraſcripta res, & ipſa ſupraſcripta medietate de ipſa eccleſia in ipſo Monaſterio, ut ſi ad ipſa Abbas, aut ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa eccleſia cuſtodierit ipſa ſupraſcripta res, et ipſa ſupraſcripta medietate deipſa eccleſia oportunum fuerit bindere, aut cemcambiare, non abeatis licencia, et poteſtate, nec bindere, nec concambiare, niſi mihi ſupraſcripto Petri presbiteri, vel ad meis heredibus, ſi nos recomparare, aut commutare voluerimus juſtum precium dandum, et oc repromitto me ego Petri presbyter, et obligo me, vel meis heredibus, vel pro eredibus meis ad ipſo monaſterio, vel ad ipſi Monachi qui pro tempore ipſa cella cuſtodierit, ut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Petri presbiter, vel meis heredibus, vel pro eredibus meis de ipſa ſupraſcripta res et de ipſa ſupraſcripta medietate de ipſa jamdicta eccleſia contra ipſo Abbas aut contra ipſi Monachi, ut contra jamdicta eccleſia, aut contra ac cartula exinde aliqua cauſacione mittere queſierimus per qualibet ingenium, aut ſa qualibet omine ipſa ſupraſcripta res defendere non potuerimus, aut noluerimus, et nos culpabilis apparuerimus, ut componamus ego ſupraſcripto Petri presbyter, vel meis eredibus, vel pro eredibus meis, cui de noſtris culpa apparuerit, ad partem ſupraſcripta Monaſte-

rio

Digitized by Google

rio pena auro mancoſi triginta, et cartula iſta qualiliter ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſemper firma, et eſtabile permanead ad proprietatem ſupraſcripta eccleſia poſſidendum anima mea mercede, et ego ſupraſcripto Petri presbyter te Lupo nothat. ac cartula pro anima mea taliter ſcribere rogavit. Ætuum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii, † Petrus presbyter in ac cartula a me facta M M S S.ξ † Joannes presbyter rogatus a ſupraſcripto M M S S.ξ † Lupo presbyter rogatus a ſupraſcripto M M S S.ξ † Giſo presbyter rogatus a ſupraſcripto M M S S. ξ † Sinnum manum Petri a teſtes rogatus a ſupraſcripto fiere rogavit. † Petri rogatus a ſupraſcripto M M S S.ξ † Lupo rogatus a ſupraſcripto M M S S.ξ

Ex originali in Archivo.

Initium deſideratur . . . . *reditate* . . . . *nitore meo infra territorio Apruciense* . . . . *tur Sorramile vocabulo pecora morte ide* . . . . *cia de terra per menſura modiorum quatuor, ſimulque cum quarta porcionibus de ipſa eccleſia, que edificata eſt in onore beati S. Johannis, q. ſuper ipſa terra ſtare videtur, cum quarta porcionibus de cellis, et dotis, et ornamenta de ipſa eccleſia, et avet ipſa pradicta res finis da capo fine via, da pede, et de anbes latera fine rigagine, ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis ſicut ſupra legitur cum omnia ſuper ſe, vel infra ſo abentem in integrum judicabi, et dedi, et tradidit, adque confirmabi ego ſupraſcripto Ardrado in ipſa pradicta eccleſia ad proprietatem poſſidendum pro anima mea mercede in eo tinore judicabi, et dedit ego ſupraſcripto Ardrado ipſa ſupraſcripta res, et ipſa ſupraſcripta quarta porcione de ipſa Ecleſia in ipſo Monaſterio, aut ſi ad ipſo Abbas aut ſi ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa eccleſia cuſtodierit ipſa ſupraſcripta res et ipſa ſupraſcripta quarta porcione de ipſa eccleſia oportūm fueris vindere, aut concambiare non abeatis licentia, et poteſtatem nec vindere, nec concambiare, niſi mihi ſupraſcripto Ardradi, vel ad meis eredibus ſi nos recomparare bolucrimus juſtum precium dandum, et hoc repromitto me ego ſupraſcripto Ardrado, et obbligo me, vel meis eredibus ad ipſo monaſterio, vel ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa eccleſia cuſtodierit, aut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Ardrado, vel meis eredibus de ipſa ſupraſcripta res, et de ipſa quarta porcione de ipſa jam dicta eccleſia contra ipſo Abbas, aut contra ipſi monachi aut contra jamdicta eccleſia aut contra anc cartula exinde aliquam cauſacione mittere queſierimus per qualibet ingenium; aut ſi a qualibet omine ipſa ſupraſcripta res defendere non potuerimus, aut non boluerimus, et nos culpavilis apparuerimus, ut componamus ego ſupraſcripto Ardrado, vel meis eredibus quod ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſemper firma et eſtavile permanead ad proprietatem ſupraſcripta eccleſia poſſidendum pro anima mea mercede, et ego ſupraſcripto Ardrado te Lupo notāt hac cartula pro anima mea taliter ſcribere rogavi. Ætuum in Aprucio feliciter. † Ardrado in hac carta a me facta M M S S. Locus † ſigni notarii. † Signum manum Petri teſte ſurogatus a ſupraſcripto fiere rogabi. † Adelberto rogatus a ſupraſcripto M M S S.*

Eccleſia S. Joannis

Pone hanc eccleſiam conſtructum deinde eſt monaſterium, ut duabus donationibus a Leone, & Giſone a. 1022. factis legitur hiſce verbis. *Que eſt ipſa pradicta eccleſia cella S. Benedicti de Monte caſtro Caſino*. Et infra: *ad ipſo monaſterio, vel ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa eccleſia cuſtodierint &c.* Eadem leguntur in alia Giſonis donatione anno 1023., & Petri, & Giſonis eodem anno, quarum autographa in Archivo noſtro ita ſe habent. † *In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni millebiceſimo tercio, & menſe Marcius per indiceio quinta. Ideoque ego Giſo filius quoddam Siefredi vona mea voluntate cogitavit me de die mortis, & eternum judicium, & rememorabit me de dei omnipotenti miſericordia, & pro redencione, & ſalbacione anima mea, ut dominus pius, & miſericors avead indulgencia de peccatis meis quod fecit, & lus perpetuum in eterna bita per ac cartula pro anima mea judicabi, & dedit, & tradidit, adque confirmabit in ipſa eccleſia beati S. Johanni ſitum eſt infra territorio Aprucienſo in loco, qui dicitur Serramile vocabulo pecora morte, qua eſt ipſa pradicta eccleſia cella beati S. Venedicti de monte caſtro Caſino confirmabit in ipſa pradicta eccleſia de res proprietatis meis que mihi in ereditate obbenit da quoddam ſupraſcripto genitore meo infra territorio Apruciense hoc eſt ipſa quarta mea porcione de ipſo Molino, qui eſt juxta flubio Saline, qui edificatum eſt in ipſa inſula de cerro veſurco, cum forma, & ſerte, & ſedio, et cum omnibus edificiis de ipſa quarta mea porcione de ipſo Molino, et ſi ipſa forma, et ipſe ſertora, et ipſo ſedio de ipſo Molino ſe deſtruſerit, licencia, et poteſtate aveatis ipſi Monachi q. ipſa eccleſia cuſtodierit in ipſa iſula alia forma cavare, et alia ſertora mittere, et aqua reprendere, et omnia quantum ad ipſa quarta porcione de ipſo molino oportum fuerit facere ſic faciatis ſine omne calumnia in integrum pro anima mea judicabit, & dedit, & tradidit adque confirmabit in ipſa pradicta eccleſia ad proprietatem poſſidendum pro anima mea mercede, & oc repromitto me ego ſupraſcripto Giſo, & obbligo me, vel meis eredibus ad ipſo monaſterio, vel ad ipſi Monachi qui pro tempore ipſa cella cuſtodierit ut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Giſo, vel meis eredibus de ipſa jamdicta quarta porcione de ipſo Molino, contra ipſi Monachi, aut contra jamdicta eccleſia, aut contra ac cartula exinde aliqua cauſacione mittere queſierimus per qualivet ingenium, aut ſi a qualivet omine ipſa ſupraſcripta res defendere non potuerimus, aut non voluerimus, & nos culpabilis apparuerimus, componamus ego ſupraſcripto Giſo, vel meis eredibus, cui de noſtris culpa apparuerit pena aurum mancoſi biginti, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſemper firma, & eſtabile permanead ad proprietatem ſupraſcripta eccleſia poſſidendum pro anima mea mercede, & ego ſupraſcripto Giſo te Lupo notar. ac cartula pro anima mea taliter ſcribere rogavi. Ætuum in Aprucio feliciter. † Giſo in hac cartula a me facta M M S S. † Adelberto rogatus a ſupraſcripto M M S S. † Lupo rogatu a ſupraſcripto M M S S.*

Ex originali in Archivo.

Monaſterium S. Joannis.

Ex originali in Archivo.

† *In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt, anni biceſimo ſecundo & menſe Aprilis per indiccione quarta. Ideoque ego Giſo filius qdam. Siefredi bona mea voluntate cogitabi me de die mortis, & eternum judicium & rememorabit me de dei omnipotenti miſericordia, & pro redencione, & ſalbacione anima mea ut dominus pius, & miſericors* abead

Digitized by Google

abead indulgencia de peccatis meis, quod fecit, & lus perpetuum in eterna bita per hanc cartula pro anima mea judicabit, & dedit, & tradidit, adque confirmabis in ipſa eccleſia, que edificata eſt in honore beati S. Johanni ſitum eſt infra territorio Aprucienſe in locum, qui dicitur Serramile que eſt ipſa pradicta eccleſia S. Benedicti de Monte caſtro Caſſino confirmavit in ipſa ſupraſcripta eccleſia de res proprietatis meis, qua mihi in ereditatem obbenit infra territorio Aprucienſe in loco, qui dicitur ibidem in ipſo ſupraſcripto Serramile qua eſt una mea pecia de terra q. eſt per menſura modio uno, & ſeſtaria ſepte & abet finis da capo, & de uno lato fino terra de ipſa ſupraſcripta eccleſia da pede fine rio, & de alio lato fine terra qua mibi remanſit ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis, ſicut ſupra legitur cum omnia ſuper ſo, vel infra ſe abentem in integrum judicavis, & dedit, & tradidi, adque confirmabi ego ſupraſcripto Giſo in ipſa pradicta eccleſia ad proprietatem poſſidendum pro anima mea mercede, & hoc repromitto me ego ſupraſcripto Giſo, & obbligo me, vel meis eredibus ad ipſo monaſterio, vel ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa cella cuſtodieris, ut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Giſo vel meis eredibus de ipſa ſupraſcripta res defendero non potuerimus, aut non boluerimus, & nos culpabilis apparuerimus, ut componamus ego ſupraſcripto Giſo, vel meis eredibus, qui de noſtris culpa apparueris ad partem ſupraſcripto monaſterio pena aurum mancoſi biginti, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur taliter, omniumque tempore ſemper firma, & eſtabile permanead ad proprietatem ſupraſcripta eccleſia poſſidendum pro anima mea mercede, & ego ſupraſcripto Giſo te Lupo not. hanc cartula pro anima mea taliter ſcribere rogabi. Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi notarii. † Giſo in ac cartula a me facta M M S S. † Signum manum Petri teſte ſum rogatus a ſupraſcripto fiere rogabi. † Petri rogatus a SSto M M S S. † Signum manum Giſonis teſte ſum rogatus a ſupraſcripto fiere rogabi,

Ex originali in Archivo.

† In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni mille biceſimo ſecundo, & menſe ſe Marcius per indiccione quarta. Ideoque ego Leo filius quodd. Luponi vona mea voluntate cogitavit me de die mortis & eternum judicium, & rememoravit me de Dei omnipotenti miſericordia, & pro redencione, & ſalbacione anima mea, & pro anima Anpe qua fuit conjuge mea, ut dominus pius, & miſericors abead indulgencia de peccatis noſtris quod fecimus, & perpetuum in eterna bita per anc cartula judicavit, & dedit, & tradidit, adque confirmavit in ipſa eccleſia, qua edificata eſt in onore beati S. Johanni ſitum eſt infra territorio Aprucienſe in locum, qui dicitur ſerramile vocabulo pecora morte, qua eſt ipſa pradicta eccleſia S. Johanni Cella S. Benedicti de Monte caſtro Caſſino confirmavit in ipſa ſupraſcripta eccleſia de res proprietatis meis, qua mihi a meo conquiſitum obbenit infra territorio Aprucienſe in locum, qui dicitur a fontecille ideeſt una mea pecia de terra per menſura ſeſtaria octo, & pugilli ſes, & avet finis da capo, & de pede fine bio de uno lato fine terra & binea Dodati, & Baroni, & de alio lato fine terra, qua mibi remanſit, & fine rigagine, ipſa ſupraſcripta res per ipſo nominate finis, ſicut ſupra legitur cum binea, & pomis, & arvoribus ſuis, & cum omnia ſuper ſe, vel infra ſe abentem eſepto ipſe qui ſuper ipſa terra ſtare bidetur in integrum judicavit, & dedit, & tradidit adque confirmabi, ego ſupraſcripto Leo in ipſa pradicta eccleſia ad proprietato poſſidendum pro anima mea mercedo, & oc repromitto me ego ſupraſcripto Leo, & obligo me, vel meis eredibus ad ipſo Monaſterio, vel ad ipſi Monachi, qui pro tempore ipſa cella cuſtodieris, ut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Leo, vel meis eredibus de ipſa ſupraſcripta res contra ipſo Abbas, aut contra ipſi Monachi, aut contra jamdicta Eccleſia, aut contra hanc cartula exinde aliquam cauſacione mittetere queſierimus per qualivet ingenium, aut ſi a qualibet omine ipſa ſupraſcripta res defendere non potuerimus aut non voluerimus, & nos culpabilis apparuerimus, ut componamus ego ſupraſcripto Leo vel meis eredibus cui do noſtris culpa apparuerit ad parte ſupraſcripto Monaſterio pena aurum mancoſi quadraginta, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur taliter, omniumque tempore ſemper firma, & eſtabile permanead ad proprietatem ſupraſcripta Eccleſia poſſidendum pro anima noſtra mercede, & ego ſupraſcripto Leo te Lupo not. hanc cartula pro anima mea taliter ſcribere rogabi. Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi notarii. † Signum manum Leoni, qui ac cartula pro anima mea fieri rogavit. † Aczo rogatus a SSto. M M S S. † Coni rogatus a ſupraſcripto M M S S.

Cœnobiũ S. Joannis.

Ex origi nali in Archivo

† In Dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni millo biceſimo tercio, & menſe Marcius per indiccione quinta Ideoque nos Petri, & Giſo infantuli fili quoddam Cabbiſi taliter declaro enim quia obbenit nobis egritudine, & bidebimus noſtra mortis periculum tendere per anima noſtra vone noſtre voluntatibus cogitavimus de die mortis, & eternum judicium, & rememorabit me de dei omnipotenti miſericordia, et pro redeacione, & ſalbacione anima noſtra ut dominus pius, & miſericors avead indulgencia de pecatis noſtris quod fecimus, & lus perpetuum in eterna bita per hac cartula judicabimus, & dedimus, & tradedimus, adque confirmabimus in ipſa eccleſia veati S. Johanni ſitum eſt infra territorio Aprucienſe in locum, qui dicitur Serramile vocabulo pecora morte q. eſt ipſa pradicta eccleſia Cella beati S. Venedicti de monte caſtro Caſino confirmavis in ipſa pradicta eccleſia de res proprietatis noſtra qua nobis in ereditate obbenit infra territorio Aprucienſe ibidem in ipſo ſupraſcripto Serramile qui eſt una noſtra pecia de terra, & binea qua eſt per menſura modiorum tres, & avet finis da capo, & de uno lato fine terra de ipſa pradicta eccleſia da pede fine rigagine, & de alio lato fine terra Petri, & de ipſa pradicta eccleſia ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominato finis ſicut ſupra legitur cum binea, & pomis, & arvoribus ſuis, & cum omnia ſuper ſe, vel infra ſe aveatem in integrum per anima noſtre judicabimus, et tradedimus, adque confirmabimus in ipſa pradicta eccleſia ad proprietatem poſſidendum pro anima noſtra mercede et oc repromittimus nos ſupraſcripti germanibus, et obligabimus nos, vel noſtris eredibus ad ipſo Monaſterio, vel ad ipſi Monachi qui pro tempore ipſa Cella cuſtodierit, ut ſi aliquando tempore nos ſupraſcripti germanibus, vel noſtris eredibus de ipſa ſupraſcripta res contra ipſi Monachi, aut contra jamdicta eccleſia, aut contra ac cartula exinde aliqua cauſacione mittere queſierimus per qualivet ingenium, aut ſi a qualivet omine ipſa

ſupraſcripta ret defendere non potuerimus, aut non voluerimus, et nos culpabilis apparuerimus, ut componamus nos ſupraſcripti germanibus, cui de noſtris culpa apparuerit pena aurum Mancoſi quinquaginta, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur taliter omniumque tempore ſemper firma, & eſtabile permanead ad proprietatem ſupraſcripta eccleſia poſſidendum pro anima noſtra mercede, & nos ſupraſcripti germanibus te Lupo notario ac chartula per anima noſtra taliter ſcrivere. Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii. † Sinuum manum ſupraſcripti germanibus Petri & Giſoni † Adelberto rogatùs qui ac cartula fieri rogabit a ſupraſcripto M M S S. ξ † Lupo rogatus a ſupraſcripto M M S S. ξ

Quanto hoc Monaſterium tempore deinceps perduraverit, incertum.

Monaſterium S. Salvatoris prope flumen Tabe.

Subditum quoque Caſſinatibus erat monaſterium S. Salvatoris prope flumen Tabe oppidis Farinolæ & Truſciani conterminum, quod Joannes tertius Caſſinenſis Abbas una cum eccleſiis S. Mariæ & S. Venantii, eoromque bonis conceſſit Bocchæ *religioſa femina*, poſtque ejus obitum *ſorori quam ipſa elegiſſet*, ac demum communi voce electæ ab aliis ſororibus, ea tamen lege, ut illud inſtaurarent, annuumque cenſum ſolverent, ut hiſce literis conſtat.

Ex originali in Archivo.

† *In dei nomine ſcriptum convenieneia qualiter ego Johannes Abbas ex monaſterio S. Benedicti qui ſitus eſt in montem, qui vocatur caſtro Caſino territorio Beneventano bona mea boluntate, & unaque conſenciente mihi primatis Monachis qui praordinati ſunt in officio de ſupraſcripto Sancto noſtro monaſterio, manifeſta cauſa facio, quia per hunc ſcriptum convenieucia concedo ad ſuſfruendum tibi Rocca Religioſa ancilla Dei filia quondam Otteberti diebus vita tue, & poſt tuum deceſſum ad una ſorore, quale tu ſupraſcripta Rocca cum tue ſororibus eligere bolueritis diebus vite ſua, & poſt ejus deceſſum, quale ſorore veſtre ſororibus eligere boluerit cum licencia veſtri Abbati qui eodem tempore fuerit, ideſt de rebus juris ſupraſcripti noſtri monaſterii, & ſunt ipſis rebus in territorio Pinnenſe, ideſt ipſa cella, que adificata eſt in onore domini Salbatoris, qui eſt ipſo ſupraſcripto noſtro Monaſterio pertinentes ſimul cum ipſa eccleſia, qua ibidem adificata eſt in onore beata dei genitricis ſemperque virginis Maria qua ſita eſt ipſa eccleſia in ipſe Inſule de flubio Tabe cum adificiis, & pertinenciis, & ſubjacenciis ſuis, & cum cellis, & terris, & dotis, & libris, vel ornamentis de ipſe predicte eccleſia, & cum ſcd.libus de ipſe Molina, qua ibidem in ipſe inſule & in ipſo ſupraſcripto flubio tabe dificate ſunt cum edificiis, & pertinenciis ſuis, ſimul & cum ipſa ſalina qua eſt ibidem ſuper ipſo ſupraſcripto flubio de illa alia parte ſimul cum ipſa curte, & rebus in locum qui vocatur Paterno, cum ipſa eccleſia beati S. Benancii qua ibidem in ſupraſcripto Paterno adificata eſt, qua pertinet ad ipſo ſupraſcripto noſtro Monaſterio, vel per alie loca, vel bocabula, ubi, & ubicumque de ipſa res noſtri Monaſterii invента, vel injuncta fuerit fine ipſo flubio Tabe, & fine Berrecello, & fine vertice montis, & fine mare paſſana, & fine Perpaneco, & fine ipſo rigo qui decurris inter Pauliano & ipſo . . . . flubio Tabe ſeo, & concedo vobis de res noſtri Monaſterii in locum qui nominatur Roſiccle, & per ejus bocabulis terra, que eſt per menſura modiorum quadraginta duo, & eſt infra finis capo fine ipſo Tricalio de Petretulo. De uno lato fine ipſo rigo qui decurrit inter laureto, & Roſiccle, de alio lato fine ipſo Rigo, qui decurrit inter Roſiccle, & Diraniano pede fine ipſe ſupraſcripte rigora, ubi ſe ambo conjungunt inſimul es predicti omnibus ipſi ſupraſcripti rebus ſupraſcripti Sancti noſtri Monaſterii pertinentes infra ipſe ſupraſcripte finis, & per eorum locis, vel bocabulis ſimul cum caſis, terris, & vineis, campis, & ſilvis, pomis, & arboribus ſuis fructiferis, & infructiferis, cum ripis, & ribis, aquis aquarumque decurſibus ſuis, & uſus aquarum cultum, vel incultum omnia, & in omnibus ipſi ſupraſcripti rebus Sancti noſtri monaſterii pertinentes infra ſupraſcripte finis cum omnia ſuper ſe habentem in integrum per une ſcriptum convenencie concedi ego ſupraſcripto Johannes Abbas ad uſuſfruendum tibi ſupraſcripte Rocca religioſa ancilla dei & at tue poſteriſque Sorores diebus vite veſtra in eo ordine qualiter ſuperius legitur qui ſunt omnibus ipſis jamdictis rebus ſupraſcripti S. noſtri monaſterii de ipſa ſupraſcripta cella Domini Salbatori pertinentes infra ipſe ſupraſcripte finis per ipſi ſupraſcripti locis, & bocabulis int. terre culta & inculte exunate inſimul terra per menſura modiorum mille centum, & ſi amplius fuerit vobis ſupraſcripte in integrum concedi diebus vita veſtra in eo tinore ipſe ſupraſcripte eccleſie regendum, & reſtaurandum, & gubernandum hec ipſi ſuperſcripti rebus ad effruendum, & effructandum . . . . vendendum, nec donandum nec concambiandum, nec per nullum ingenium in alterius poteſtate at proprietate alienandum vel ſuptraendum a ſupraſcripto monaſterio niſi tantum uſuſfruendum, & effructandum, & ipſe ſupraſcripte eccleſie regendum, & ad proprietate ſupraſcripti S. noſtri monaſterii conſerbandum, & fruges, & fructos quod exinde dominus dederit facietis exinde omnia quod volueritis ſine omnem calumnia, per ea vero racione, & convenieucia, concedi ego ſupraſcripto Johannes Abbas ipſe ſupraſcripte eccleſie, & ipſi ſupraſcripti rebus ad effruendum tibi ſupraſcripte Rocca religioſa ancilla dei, & at tue poſteriſque ſorores diebus vita veſtra pro quibus dediſti in iſta convenieneia de tua movilia balientes ſol. ſexaginta quod nos recepimus ad noſtri Monaſterii . . . racione, & idoneos omines interfuerunt in iſta conveniencia nomina eorum Dodo, & Aladramo judice & cenſum . . . . reddere debeatis tu ſupraſcripta Rocca religioſa ancilla dei, vel poſteriſque ſupraſcripte tue ſorore diebus vita veſtra mihi ſupraſcripto Johanni . . . . at poſteriſque ſucceſſoribus meis, aut at noſtros Prapoſitos, qui pro tempore fuerit ordinatus in ſupraſcripto noſtro Monaſterio, aut . . . . aut per veſtros miſſos, vel noſtros miſſos, qui at vos venerint, aut infra ipſa eccleſia ſupraſcripti S. Benedicti ponatis per omnes . . . . alter de veſtra movilia balientes ſolidos decem & oc repromitto me ego ſupraſcripto Johannes Abbas vel poſteriſque ſucceſſoribus meis colligabo tibi ſupraſcripte Rocca religioſa ancilla dei vel at ſupraſcripte poſteriſque tue ſorores quod ſi hac omnia, quod ſupraſcriptum eſt ſic adimpleberitis obſerbaveritis, & ipſum jamdictum cenſum annualiter dederitis, & feceritis ſicut ſupralegitur, & ego ſupraſcripto Johannes Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus meis de omnia quod ſuperius ſcriptum eſt quod vobis concedi aliquit exinde retollere;*

Cœnobiū S. Salvatoris.

Digitized by Google

re, vel minuare vel forat eicere præſumſerimus diebus vita veſtra, ut componam ego SSto. Johannes Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus meis tibi ſupraſcripte Rocca ancilla dei, vel ad ipſe ſupraſcripte tue, poſteriſque Sorores pœna aurum libra una, quia inter nobis talis fuit noſtra convenencia. Quam vero hunc ſcriptum cunvenlencia rogatus a ſupraſcripto domnus Johannes Abbas ſcripſi ego Petrus notarius, & judice ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinto, & dies menſe December per indiccione quarta. Actum in Pinne feliciter. Locus ✠ Signi Notarii. ✠ Ego qui ſupra Johannes Abbas. ✠ Ego Theobaldus Monachus Sacerdos, & Præpoſitus. ✠ Ego Stephanus Monachus, & Sacerdos. ✠ Ego Azzo Monachus, & Sacerdos. ✠ Ego Paldo rogatus a ſupraſcripto M M S S. ✠ Ego Lupo rogatus a SSto. M M S S. ✠ Signum manum Giſoni teſte rogatus a SSto., & ſignum crucis fecit.

Crediderimus Roccam, quæ *religioſa ancilla Dei* dicitur, ſanctimonialem fuiſſe, quæ aliis Monialibus præeſſet, cum potiſſimum in memorato diplomate legatur: *Quale ſorore veſtre ſororibus eligere boluerit cum licentia veſtri Abbati, qui eodem tempore fuerit.*

Ex hac Adelbergæ donatione A. 1021. conſtat ſubditum hoc Monaſterium Caſſinatibus fuiſſe. Ex originali in Archivo. † *In dei nomine ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo biceſimo primo, & imperantes domno* * *Inrio gracia dei imperator auguſtus anno imperii ejus octavo, & dies menſe Auguſtus per indiccione tercia. Ideo conſta me Adelbergha filia qm. Bernoni bona exſpontanea mea boluntate per conſenſum de ſupraſcripto Girardo mundualdo meo, & ego ſupraſcripto Girardo conſencie ſum tivi jamdicte Adelberghe, qua eſt mundualda mea, declaro enim ſicut ecdicti Langobardorum continet pagina, & quia domnus Carolus imperator in ſuo capitulo ſic inſtituit umana fragilitati cogitares pro ſalute anima ſua de rebus ſuis ſic donavimus, & concedimus per anime noſtra in ipſo monaſterio S. Benedicti quod ſitum eſt in monte qui vocatur caſtro Caſſino in territorio Benebentano, & in ipſa eccleſia, quæ eſt cella S. Benedicti qua in honore S. Salbatori adificata eſt in ipſa* Monaſterii S. Salvatoris. *inſula de plumba in ipſo monaſterio pro anima noſtra fieri juſſimus hoc eſt de res proprietatis meis qualiter mihi jam dicta Adelberha ad meo conquiſitum obbenuit & eſt inſa res infra territorio Pignenſe bocabulo in iſſa inſula de plumba, qua eſt terra per menſura modiorum uno, & habet finis capo fine bia pede, & uno lato fine terra Treſidii, & do ſingulis ominibus alio lato fine trã Girardi, & in alia pecia ibidem in ipſo ſupraſcripto locum ſeſtaria quatuor, & habet finis capo fine bi, pede fine limitem de uno lato fine terra Johanni, & de conſortibus ſuis alio lato fine terra S. Salbatoris, & in alia pecia ad locum qui nominatur Gardeniano, qua eſt terra per menſura in una pecia ſextaria octo, & habet finis capa fine terra Petri, & Johanni pede fine terra Girardo, & Petri, de uno lato fine terra Ildebrandus Comes, alio lato fine terra Johanni, & Raineri, & de cortibus ſuis ipſe SS. rebus infra ipſa prænominate finis, cum terris, & bineis, & pomis, & arvoribus ſuis, & cum omnia ipſe ſupraſcripte rebus ſuper ſe, vel infra ſe abentes in integrum ſic donavit, & concedimus pro anima mea, & Uugri, qui fuit bir meo in ipſo monaſterio, & tibi prædicto Athenolfo ben. Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis amodo, & deincens in ſempiterna ſeculo poſſidendum in ipſo prædicto Monaſterio abendum, & faciendum omnia ſicut & de aliis rebus ipſius monaſterius ſi quis hujus noſtra conceſſionibus ſacrilegus, ſeu moleſtacionem, vel inbaſionem facere præſunſerit, aut diſturbare queſierit tam de mea generatione quam ex qualibet alia ſiat ſe in tremendi juſti judiciis, & deſcendat ſuper eum paternarum ſuarum malediccio, & abeat parte cum Juda traditore & q. apoſtolico, & inſuper reproſimus & obligavimus nos jamdicta Adelberga, & meis heredibus quod in ipſo prædicto monaſterio, & tivi prædicto Atenolfi bener ab. Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis quod ſi hæc omnia quod ſuperius ſcriptum eſt, ſi non adimpleverimus vel omnia firmiter obſervaberimus, ut compon. ego jam dicta Adelberga vel meis heredibus in ipſo prædicto monaſterio, & tivi prædicto Vener. Abbas, vel . . . . . . & ſucceſſoribus tuis culpa exclaraverit aurum libra una argentum p. . . . . ista donationis ſeu conceſſionis omniumque tempore ſemper firma . . . . que bero ac cartula iſta donacionis ſeu conceſſionis r. . . . . Notarius dies iſtius menſe . . . . . .* (*Cætera deſunt*)

* Henrico.

A. 1059. Giſo prædium huic eccleſiæ dono dedit, *ad ſervitium ſervorum dei*, ac proinde ibi ſanctimoniales tum adhuc non ſtetiſſe conſtat, hiſce literis. † *In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni mille quinquageſimo nono, decimo, & dies menſe Februarius per indiccione nona. Ideo conſt ad me Giſo filius qm. Dodati qui profeſſus ſum de nacionem meam legis Langobardorum bibere odierna die propria bona, & expontanea mea boluntate rememorabo dei omnipotentis miſericordia pro mercede, & remedium, & ſalbacione anima de genitores, & de genitrice mea, & anima mea, ut in die illa advenientem futuri judicii mercedem ad dominum recipere merear, quando Dominus dixit benite benedicti patris mei percipite rennum quod bobis paratum eſt, probterea in ujus bolumine legis longobardorum teſtamenti ſic eſt adſiſum, ut quis pro anima mea judicabo, vel diſpenſabo omniumque temporum ſemper firmam, & ſtabilem debead permanere, modo bero in ea bidelice racione bolnit, & judicabit, ſeo per ac cartula ordinacionis me confirmabi ſeo & concedit in ibſa eccleſia beati S. Salbatori, & tibi domini Rollandi bir benerabilis prapoſitus, qua ſita eſt ibſa eccleſia in territorio Pinenſe in locum qui nominatur Toreſiano bocabulo in ipſa inſula juxta flubio Tabe & eſt ſubjacenci beati S. Benedicti qua eſt edificata in territorio Benebentano in monte qui dicitur caſtro Caſino ad proprietatem de ibſa ſupraſcripra eccleſia poſſidendum hoc eſt de rex mea qua mihi in ereditate obbenit da quondam ſupraſcripto genitores meus, & eſt ibſæ res in territorio pinnenſe in locum qui nominatur Galliano, ideſt una peria de terra, qua eſt pro menſura modiorum quadraginta, & habet finis capo, & pede fine limite de uno lato fine flubio allore de alio lato fine rigagine & terra de ſingulis hominibus ipſa ſupraſcripta rex infra prædicta finis eum binea, pomis, & arboribus ſuis, & cum omnia, & in omnibus quantum ibſa ſupraſcripta rex infra ſe, vel ſuper ſe habentem in integrum ego ſupraſcripto Giſo pro anima mea ſic judico, & concedo in ibſa ſupraſcripta Eccleſia poſſidendum, & tibi Rollandi*

Ex originali in Archivo.

Monaſterii S. Salvatoris.

di prapoſitus, & adſerbi ſerborum Dei, qui regimen de ibſa ſupraſcripta eccleſia continet, & omnia facias de ibſa ſupraſcripta rex quod volueritis ſine omne calumnia unde repromitto, & obligo me ego ſapraſcripto Giſo, vel meis heredibus ia ibſa ſupraſcripta eccleſia, & ad ſerbi ſerborum dei qui regimen de ibſa eccloſia contine ut ſi aliquaado temporum de ibſa ſupraſcripta rex quod ſuperius judicabit alique tradedit, & confirmabit quoque cemporum exinde cauſare, tollere, vel removere, ſeu quolibet inrita mittere quaeſierimus, vel contra hac cartula aliqua cauſacione mittere queſierimus ut compona ego ſupraſcripto Giſo, vel meis heredibus in ibſa ſupraſcripta eccleſia, & ad ſerbi ſerboram dei, qui regimen de ibſa ſapraſcripta eccleſia concine pœna aurei mancoſi quinquaginta, & cartula iſta ordinationis me qualiter ſuperius legitur talis omainmque temporum ſemper firmam, & ſtabilem debead permanere, ſicuti in Langobardorum lege edicti continet pagina. Quem bero ac cartula judicacionis, ſeo ordinacionis rogatus a ſupraſcripto Giſo ſcripſit ego Bernardo jadice, & nothar. Actum in Pinne feliciter. † Signum manum ſupraſcripti Giſoni, qui ac cartala judicacionis ſeo ordinacionis fieri rogabi, & ſigaum eruci fecit. † Signum maan Aurelli teſte rogatus a ſupraſcripto, & ſignum eruci fecit. † Sigaum mana Gariberti teſte rogatus a ſapraſcripto, & ſignum eruci fecit. Confirmavit hoc monaſterium Caſſinatibus Conradus ſecundus A. 1038. huſce verbis. *Et cellam S. Salvatoris ſuper fluvium Tabe.* Eadem habet Henricus III. A. 1047.

Anno 1382. die 6. Aprilis Inſtrumento ſtipulato a notario Maſio Jordanis a Pomaro Fr. Jacobus de Serra Præpoſitus S. Salvatoris bona quædam hæreditaria dono dedit monaſterio S. Liberatoris, in cujus præpoſiti Fr. Philippi a Manupelle manibus præpoſituram renunciavit. Memorato inſtrumento judex ad contractus, & teſtes ſunt Polegræ incolæ. Poſſidet hactenus eam eccleſiam, ejuſque bona monaſterium S. Liberatoris.

Monaſterium S. Michaelis Archangeli in Aprutio.

Suberat quoque Caſſinatibus in Comitatu Teramenſi monaſterium S. Michaelis Archangeli loco dicto *Fonticella* vel *fons putidus*, ut donatione conſtat anno 1010. facta a Giſone filio Berinoni, & ex emtione prædii anno 1011. a Giſone Hugonis filio habiti, atque ex donatione Ardenandi anno 1012., & venditione Petri filii Joannis A. 1013. quarum autographa in archivo noſtro extant, ſuntque hujuſcemodi. † *In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo decimo menſe Februarius per indiccione octaba. Inſtitutum eſt in edicti continet pane at ſi quis Langobardus, ut habet caſus umana fragilitatis egrotaberit quamquam in lectulo rejaceat, poteſtatem abead dum vibit, & rectis loqui potes, eſt pro anima ſua judicandi, vel diſrendi de rebus ſuis quit, aut qualiter boluerit, & quit judicaberis ſtabilem debeat permanere, prectere ego Giſo filius qdam. Berinono boaa mea voluntate judicabis, & concedo in ipſa eccleſia S. Michaelis Argangeli q. ſitum eſt in territorio Aprucienſe in locum qui nominatur fonticelle ad proprietatem, ad habendum, vel ad poſſidendum de res proprietatis meis, qua mihi ſupraſcripto Giſoni in erodetatem obbenit da quoddam ſapraſcripto Jenitore meo infra territorio Aprucieaſe in caſale, qui nominatur Lauri, q. eſt terra, & vinea per menſura in una pecia ſeſtario uno, & habet finis, qui eſt ex omni parte fine terra, & binea Deadati cum ipſa nuce, & cum medietate ipſe luco de ipſa fico, q. ſuper ipſa terra ſtare bidetur, & ibidem in alia pecia eſt terra, & vinea per menſura ſeſtario uno, & abet finis qua eſt de tres partibus fine terra, & vinea Deudati pede fine terra qua mibi ſupraſcripti remanſit, & a mei conſorti ipſa ſupraſcripta res, qualiter ſaperius ſcriptum eſt cum vinca, & pomis, & arboribus ſuis cum omnia ſupraſcripta res ſaper ſe abentes iategrum concedo, & jadicabit ad proprietatem de ipſa ſapraſcripta eccleſia poſſidendum ego ſupraſcripto Giſo, & ſemper ad habeadum, vel ad poſſideadum, & faciendum de ipſa ſupraſcripta res quitquit boluerit ſine omnem calumnia, & oc repromitto, & obbligo me ego ſupraſcripto Giſo, vel meis eredibus ad ipſa ſapraſcripta eccleſia S. Michaelis Arhangeli addabendum ut ipſa ſupraſcripta mea conceſſione, & judicacione ſtare defeadere debeamus & ſi defendere, vel antiſtare non potuerimus, aat non boluerimus, aut ſi de ipſa ſupraſcripta mea conceſſione, & judicacione, aliqua cauſacione mittere queſierimus, per qualivet biginti mancoſi aurei ad ipſa ſupraſcripta eccleſia componere obbligabimus, & cartula iſta qualiter ſuperius legitur, taliter omninmque tempore ſemper firma, & ſtabile permanead, quem bero hac cartula conceſſionis ſeu judicacionis rogatus a ſupraſcripto Giſo ſcripſit ego Benedictus Scabinus, & notarius dies iſtius menſe, & indicciane ſupraſcripta. Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii. † Signum manam de ſupraſcripto Giſo, qui hac cartala judicacionis fieri rogabit. † Sigaum manam Accioni teſtes rogatus a ſupraſcripto in hac cartula teſte ſum, & ſignum Crucis fecit. † Ego Aifredo rogatus a S Sto. mm.*

† Ia Dei nomine ab incarnacione domiai noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo andecimo, & meaſe Aprilis per iadiccione nona. Ideoqae ego Giſo filias quoddam Ugoni vana, & expontanea mea boluntate per ac cartulam bendidit, adque diem preſentem tradidit ad ipſa jamdicta eccleſia veati S. Michaelis Archangelis qui eſt cella S. Benedicti de monte caſtro * *Caſſiano & eſt ipſa pranominata eccleſia S. Michaelis Archangelis infra territorio Aprucienſe ia locum, qui dicitur ad laari vocabula ad fonte puteda ad proprietatem poſſidendum, hoc eſt de res proprietatis meis q. mibi in ereditate obbenit infra territoria Aprucienſe in locum, qui dicitur lauri, qaa eſt terra per menſara ſeſtaria ſeptem, & habet finis capo, & ano lato fine terra de ipſa jamdicta eccleſia veati Sancti Michaelis Archangeli pede fine terra que mibi remanſit, de alio lato fine terra Ardemangi ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis cum omnia quod ſuper ſe, vel infra ſe abentes in integram ſic bendidit, & tradidit ego ſupraſcripto Giſo ad ipſa jam dicta eccleſia veati S. Michaelis Archangelis, & ad ipſos cuſtodes, qui pro tempore fuerint ad proprietatem poſſideadum, unde pro ipſa ſupraſcripta mea vindictione recepit preciam ego ſapraſcripto Giſo da te jamdicto Johannes presbyter q. in ipſa jam dicta eccleſia cuſtodes pro tempore fuerint de tua mobilia inappreciato baliontem ſolid. quinque finitumqae vero totum preciam, quod aput me abere teſtabor de ipſa ſapraſcripta mea vindictioae promicto, & obligo me ego ſupraſcripto Giſo, meiſque eredibus ad ipſa jamdicta eccleſia veati S. Michaelis Archangelis de ipſa ſupraſcripta res aliquit eſinde retollere vel minuare, vel*

Cenobiū S. Michaelis Archangeli.

* Caſſino.

foras

foras eicere preſumſerimus, aut contra ac cartula aliqua cauſacione mittere queſierimus per qualivet ingenium, & aba omnes homines tare, & defendere deveamus ad ipſa jam dicta eccleſia veati S. Michaeli Arcangelis, & ſi defendere vel antiſtare non potuerimus aut noluerimus a qualivet omines, ut componamus ego ſupraſcripto Giſo meiſque eredibus ad ipſa jamdicta eccleſia veati S. Michaelis Arcangeli, qua eſt cellla S. Benedicti duodeci mancoſi aurei componere & obligabimus, & cartula iſta in ſua firmitate permaneat, & te Luponi notat. taliter ac cartula ſcribere rozabit. Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi notarii. † Giſo in ac cartula a me facta ſupraſcripto M M S S ξ. † Ardemanno rogatus a ſupraſcripto M M S S ξ. † Signum manum Luponi ceſtes rogatus a ſupraſcripto, & ſignum crucis fecic.

† In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo duodecimo, & menſe Marcius per indictione decima, ideoque ego Ardemanno filius quoddam Mainardi, vone mea voluntate cogitabit de die mortis eternum judicium, & rememorabit me de dei omnipotentis miſericordia, & pro redencione, & ſalbacione anima mea per ac cartula dono, trado, atque confirmo in ipſa jam dicta

Cœnobiũ S. Michaelis Archangeli.

* Caſſino

*eccleſia Veati S. Michaelis Archangeli, qua ſita eſt infra territorio Apruciense in locum, qui dicitur Velleri vocabulo ad fonte puteda, & eſt ipſa pradicta eccleſia Cella S. Benedicti de monte caſtro * Caſſano ad proprietatem poſſidendum hoc eſt de res proprietatis meis q. mihi in ereditatem obbenit infra territorio Apruciense in locum qui dicitur Velleri vocabulo ideſt ad fonte puteda, qua eſt terra per menſura ſeſtaria tres, & abet finis capo via, pede & ambis latere ſine terra S. Michaelis Arcangelis ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis, cum omnia quod ſupra ſe, vel infra ſe habentes in integrum ſic concedo ego ſupraſcripto Ardenanno ad ipſa ſupraſcripta eccleſia S. Michaelis Archangelis ad proprietatem poſſidendum, unde per ipſa ſupraſcripta mea conceſſione promitto & obligo me ego ſupraſcripto Ardemanno, vel meis eredibus ad ipſa pranominata eccleſia veati S. Michaelis Archangelis, & ad ipſos cuſtodes qui pro tempore fuerit, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ut ſi de ipſa ſupraſcripta res aliquando compore aliquit eſinde retollere vel minuare, vel foras eicere preſumpſerimus per qualivet ingenium, & ſi ab a omnes homines antiſtare, & defendere non potuerimus, aut non boluerimus a qualsvet homines, aut ſi de ipſa ſupraſcripta mea conceſione aliqua cauſacione mittere queſierimus per quolivet ingenium, ut componamus ego ſupraſcripto Ardemangno vel meis heredibus ad ipſa pradicta eccleſia veati S. Michaelis Archangeli & ad ipſo cuſtodes, qui pro tempore fuerit, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus ſtuis aurei mancoſi duodeci & cartula iſta in ſua fir . . . . & te Luponi notat. taliter, ac cartula ſcribere rogabit, Actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii. † Ardemanno in ac cartula me facta ſupraſcripto M M S S. ξ † Signum manum Luponi rogatus a ſupraſcripto in ac cartula teſtes ſum. & ſignum cruci fecit. † Johannes rogatus a SSto. M M S S. ξ † Giſo rogatus ſupraſcripto M M S S. ξ*

† In dei nomine ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt angni milleſimo terciodecimo, & menſe Madius per indictione undecima. Ideoque ego Petri filius quoddam Johanni vona & expontanea mea

*voluntate per ac cartula dono trado, ad que confirmo in ipſa eccleſia veati S. Michaelis Archangeli q. edificatum eſt infra territorio Apruciense in locum qui dicitur Lauri vocabulo ad fonte puteda ipſa pradicta eccleſia veati S. Michaelis Archangeli qua eſt cella S. Venedicti de monte caſtro * Caſſiano ad proprietatem poſſidendum hoc eſt de res proprietatis meis qui mihi a meo conqmiſitum obbenit infra territorio Apruciense in locum qui dicitur Lauri vocabulo Cerretino, q. eſt terra per menſura ſeſtaria tres & abet finis capo, & huno lato fine terra S. Michaelis Archangelis pede, & alio lato fine corra qua mihi remanſit ipſa ſupraſcripta res per ipſe nominate finis cum omnia quod ſuper ſe, vel infra ſe abentes in integrum ſet concedo ego ſupraſcripto Petri ad ipſa jamdicta eccleſia ad proprietatem poſſidendum unde per ipſa ſupraſcripta mea conceſſione recepit precium ego SSto. Petri da ipſo cuſtodes Johannes presbyter q. pro tempore fuerint de veſtra mobilia in appreciato balientem ſolid. tres finitumque vero totum precium, quod aput me abere teſtabor promitto, & obligo me ego ſupraſcripto Petri, vel meis eredibus ad ipſa pranominata eccleſia veati S. Michaelis Archangeli, & ad ipſo cuſtodes qui pro tempore fuerit, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ut ſi de ipſa ſupraſcripta res aliquit eſinde retollere, vel minuare, vel foras eicere praſumſerimus per qualibet ingenium, ut componamus ego ſupraſcripto Petri, vel meis eredibus ad ipſa fata eccleſia veati S. Michaelis Archangeli, & ad ipſo cuſtodes, qui pro tempore fuerit, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis aurei mancoſi duodecim & cartula iſta in ſua firmitate permaneat & ce Luponi notar. taliter ac cartula ſcribere rogabit, actum in Aprucio feliciter. Locus † Signi Notarii. † Signum manum Petri qui hac cartula ſcribere rogabit. & ſignum eruci fecie. † Signum manum Franconi teſtes rogatus a ſupraſcripto, & ſignum cruci fecit. † Lupo rogatus a ſupraſcripto M M S S.* Nullibi alia hujus monaſterii mentio, quod ſciamus.

Monaſterium S. Michaelis Archangeli. * Caſſino

Monaſterium S. Pauli in Comino.

Eccleſiam S. Pauli in Comitatu Cominenſi poſitam memorat Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 13. his verbis. Fecit etiam libellum Rainaldo Comiti Marſorum de eccleſia S. Pauli, quæ ſita eſt in territorio Comminenſi in pertinentia Caſtelli ſeptem fratrum cum rebus, & pertinentiis ſuis, trecentis videlicet terrarum modiis, recipiens ab eo in præſenti quidem ſolidos quinquaginta, annualiter vero Tineas quingentas. Hæc vero eccleſia paucis poſt annis fuit iterum dono data monaſterio Caſſinenſi ab Oderiſio ejuſdem Rainaldi filio, quemadmodum ex hac ejus donatione conſtat, quam legere eſt in pervetuſto Petri Diaconi regeſto fol. 144. a t.n. 333. *In nomine domini dei, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti ab incarnatione domini anni ſunt duodecimo menſe Junius per indictione decima. Conſtat me Oderiſi Comes filii quoddam Rainaldi Comiti de pago Marſorum ea natione Francorum habitator in caſtellum Victualbum, Bona, & expontanea mea voluntate, & ſecundum meam Salicam legem, communiter atque pariter me conſenſientes cum Gibburga comitiſſa videlicet Uxorem meam filia quoddam Traſmundi, qui fuit Marchionem de ipſa Marca divina iſpiratione compulſi ſumus per remedium anima noſtra, & genitori, & genitrici noſtra, & filiabus noſtris, & pro remedium Gerviſa Comitiſſa ut hic, & apud aternum dominum requiem, & miſericor-*

diam invenire valeamus. Per hanc cartam dedimus, & tradidimus, atque judicabimus, & offerimus nos omnes prænominatos in monaſterio S. Benedicti Monte caſtro Caſino, ubi deo auxiliante domnus Atenolfus Abbas regimen tenere videtur hoc eſt una eccleſia, quæ prænominabatur S. Paulu, quæ eſt infra Altum de Comino in ipſum caſtaldatum ſeptem fratrum, quæ nobis eſſet pertinentes a pars domne Gerviſa Comitiſſa, & juſimus, & decernimus exinde finis de ipſo territorio fini habentes de uno latere antiquo, qui eſt cum maceribus, qui pergit de ipſo monte, qui eſt ſuper Valle bona, & deſcendit rectu in ipſum portarile veniente, qui eſt in ipſa via Marſicana, & de ipſa via deſcendit, uſque ad ipſum limitem, qui eſt juxta res de filiis, & nepotibus Landoni, & de ſecundo latere vadit per ipſu limite uſque ad ipſi Leoni, & de tertio latero da ipſa Leoni ſalit rectum contra monte uſque ad ipſam ſilbam pratoſam, & de quarto latere juxta ipſa ſilba pratoſa vadit per Macerinit, & per limiti, & remittet ad ipſam antiquam pretoſam, qui pergit ad ipſum portarile; Hec autem infra ſupraſcripta finis comodo decernute ſunt. In primis ſuper ipſa via Marſicana cum ipſa eccleſia modia quinquaginta, & ſubtus ipſa via alia quinquaginta per menſuratum modium per omne latere in quatuor partibus pertice viginti ad pertica juxta, & menſurata manus bona juventutis hominibus pedes octo, & ſumiſſa una. Hac autem ipſa ſupraſcripta eccleſia cum ipſis terris, quod eſt modia centum infra, ſubter, & ſuper per has finis da pars da ipſo portarile vetere cum omnia infra ſe, vel ſuper ſe habentes exceptuabimus exinde ipſis omnibus cum peculiis ſuis, qua ibidem habitant modo, ſet ipſa eccleſia cum ipſa ſupraſcripta centum modia de terra per hanc menſura, ſicut dicte ſunt dedimus, tradidimus, judicavimus offeribimus in ipſo ſupraſcripto monaſterio & ad ejus rectores, & cum viis ejus ibidem intrandi, & exiendi contra Monte, & contra planum ad avendum, vel ad poſſidendum ipſa ſupraſcripta eccleſia cum ipſe rebus exquiſite, & ſuperius nominate de juris noſtre dominatione, vel ſeu in jure dominationis in ſupraſcriptu monaſterium tradidimus, judicavimus, offeribimus, & transfundimus ad avendum, vel poſſidendum, vel quicquid exinde ad opportunitate ipſum monaſterium in omnibus linerata fermiſima perpruvatis arbitrium, vel poteſtate, unde nos ſupraſcripto Oderiſi Comitis, & Gibburga Comitiſſa exinde foras uberpimus, & exequi ſumus foras, & exinde ad omnibus fecit, & in ipſum ſupraſcriptum monaſterium inveſtivimus pro anima noſtra, & de ipſis parentibus noſtris ab omnibus imbeſtitum dimiſſimus abſque ulla calumnia, in qua ratione ſic expopondimus, & obligavimus nos ego ſupraſcripto Oderiſi Comes, & Gibburga Comitiſſa, vel noſtris haredibus, & ſecundum noſtras aliam legem, ſi quis vero hoc quod futurum eſſet non credunt, & ſi fuerit in poſtmodum nos ſupraſcripti, aut aliquis de noſtris haredibus, poſteriſque noſtris, ſeu qualivet ulla extranea perſona a nos ſumiſſa, atque ſuppoſitam perſonam qualivet, qui contra hanc cartam offertionis exſpontanea, & propria noſtra voluntate fieri conſcribere, vel affirmare rogavimus, vel ire conaberimus, aut ſi nos eam infrangere, vel corrumpere voluerimus, & nos vel noſtris haredibus ab omni homine defenſati non fuerimus culpavilis appareamus, & inferamus nos, & componamus in ipſum Monaſterium, & ad ejus rectoros una cum diſtringentes ſoliti quingenti, & quod aptum eſt, at ſolbimus, & quod repetimus vindicare non baleamus, ſet preſens hanc cartulam offertionis omnique tempore firma, & ſtabile permaneat uſque in ſempiternum, & unde pro ſtabiliſate noſtra per rogum Oderiſi Comitis, & Gibburga Comitiſſa ſcripſi . . . .

Ego Leo clerice, & notarius in Comino menſe, indictione feliciter. Ego ſupraſcripto Oderiſi Comes qui ſupra datore, & offertores. Ego Gibburga Comitiſſa datrice, & offeratrice conſentiente virum meum. Signum manu Giſoni, qui eſt natibo de Albo rogatus ab os ſupraſcripti. Ego Abellonio rogatus a Teodorico. Signum manum Raifredi filii Giſoni rogatus ab os ſupraſcripti. Ego qui ſupra Leo clerice, & notarius poſt omnium Teſtium complevi, & reddi.

Per amanuenſis autem incuriam factum eſſe arbitramur, ut hac eadem in donatione annus legatur milleſimus, non vero milleſimus, & duodecimus, quo anno decima erat indictio, quæ deſcribitur in privilegio, & cœperat jam ſecundus annus Atenulfi Abbatis. Meminit Rainaldi, & Oderiſii Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 26. ubi hunc refert duas habuiſſe uxores; alteram Gerviſam nomine, alteram vero Gilborgam; & lib. 3. cap. 15. ubi Oderiſium nominis primum Caſſinenſis monaſterii Abbatem, & S. Rom. eccleſiæ Cardinalem aſſerit fuiſſe filium illius Oderiſii, de quo uti etiam de Rainaldo alibi nobis redibit ſermo. Prope hanc eccleſiam conſtructum poſtea fuit laudatum monaſterium, veluti eruitur apertiſſime ex privilegio Corradi II. imperatoris dato nonis Junii 1038. Inter alia ſcilicet bona, quæ monaſterio Caſſinenſi confirmat, memorat hæc *in Comitatu Cominenſe cellam S. Nazzaris, & S. Valentini, & S. Salvatoris, & S. Maria in Gallonario, & monaſterium S. Pauli &c.* Hujus monaſterii habetur pariter mentio in privilegio Nicolai II. dato ſeptimo Idus Martii anno 1059. his verbis; *curtem S. Urbani in Cominu, cellam S. Pauli ibidem &c.* quæ eadem verba reperiuntur in diplomate Alexandri II. dato idus Madii 1067. meminerunt etiam illius tum alii Pontifices, tum Lotharius III. in diplomatibos ſuis. Evincitur idem ex donationibus, & placito inferius exſcribendis ab originalibus, quæ in noſtro tabulario ſervantur. Quo demum anno cœnobium hoc Monachi dereliquerint, res eſt prorſus incerta. Compertum dumtaxat eſt in beneficium ſimplex evaſiſſe, & a beneficiato pro tempore Caſſinenſi monaſterio canonem quolibet anno fuiſſe ſolutum in recognitionem directi dominii. Comitatum ſane Cominii idem eſſe cum Albeti ducatu, atque hunc caſtrum S. Donati comprehendere, in cujus territorio ſita eſt eccleſia S. Pauli, multis antiquorum authoritatibus in medium allatis oſtendit Johannes Paulus Matthias Caſtrucci fol. 8. 9. 49. 50. Videantur Johannes Vincentius Ciarlanti in memoriis hiſtoricis Samnii lib. 1. fol. 45., & lib. 4. fol. 308. & Angelus de Nuce in notis ad caput 66. lib. 4. Chronici Caſſinenſis num. 1833.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti quinto anno principatus domni Paldolſi glorioſis principis, & primo anno principatus domni Paldolſi filio ejus, qui ſupra domni Paldolſi excellentiſſimi principis, & quintodecimo anno principatus domni Paldolſi filio domni Landolſi 60. me: principi menſe Auguſto per indicc. tertia. Ideoque nos Carones, & Grimuald presby-

Digitized by Google

preſbyter, & Johannes germani fratribus filii quoddam Leopardi, qui ſumus habitaturi in ipſa civitate S. Urbani bona, & expontanea noſtra voluntate conſiderantes, atque tractantes de Dei omnipotentis miſericordia, & magnum remedie anime, qui ſupra genitori noſtri, & propter anima Falconi ſacerdoti, & Monachi, & hic, & apud eternum dominum miſericordia, & requiem invenire valeamus, propterea ſic offeruimus, atque indicavimus in eccleſia, atque in monaſterio S. Pauli in Comino, q. videtur cella eſſet S. Benedicti Monte caſtro Caſino, ubi modo deo auxiliante domno Atenolfus vir benerabilis Abbas regimen tenere eſſet videtur hoc eſt unum peciolum de terra cum Caſtanea, ibidem iatus havere videtur, qua nos havemus in Comino in ipſo colle, qui dicitur Caſtanetum &c. Actum in Comino † Signum manu noſtra, qui ſupra hanc car. ad nos facta. † Signum manu Ovoni rogatus ad vos ſupraſcripti, † Signum manu pertoni rogatus ad vos ſupraſcripti † Signum manu Franconi rogatus ad vos ſupraſcripti † Ego qui ſupra Johannes Clericus, & Notarius complebit & redd.

† In nomine dei & Salvatori noſtri. Ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt milleſimo biceſimo tercio, & primo anno principatus domni Paldolfi excellentiſſimi principi menſe November ſeſta indiccione. Ideoque ego Dominicus filius quoddam Andrea qui ſum habitato in Comino in ipſo caſtello q. ſitum eſt cellarola divina inſpiracione compulſus ſum, & propter mercedem & redempcionem anima mea & anima SSti. genitori mei, vel genitricis mea, ut hic & apud eternum dominum miſericordiam, & requiem invenire valeamus propterea etenim mea boneſta voluntate, & per hanc quoque videlicet car. ſic offerui, indicavi atq; tradidit in eccleſia atque in monaſterio, cui vocabulum eſt S. Paulo q. eſſet videtur ſub regimen modo ab Azzo prapoſito conſtituta ſub regula, & pertinencia S. Benedicti Monte caſtro Caſino, ubi modo domino auxiliante D. Tobaldus perfecto Abbas regimen tenere videtur, hoc eſt cuncto rebus proprietatis, & ſubſtanciis, atque mobilibus meis, que mihi eſt pertinentes in jam pranominato Comino per cartule empcionis, hoc ſunt quatuor pecie de terre, duo ex ipſe ſunt in ejus locum, ubi nominatur putzillum propinquo SSta. Cellarola conquiſite a Grimaldo communiter alios ſicut noſtra continet car., & ali. ab ipſa caſa domno ſicut & ipſe ut ſupra conquiſita a Grimualdo per cartula, & ipſa quarta conquiſita a Guelito ab ipſo Fornillo ſicut in ea exinde legitur cartula, & ipſa avet vineam ibi poſita & terra vacua ipſe enim SSte. quatuor pecie dedit, atque tradidit in ejus S. monaſterio per fines, & menſuris, & per artes, ſicut mee continet prafata cartula, & caſis, & caſalinis intro, vel foris nominatum caſtellum cum omnibus mobilibus meis idem eſt Vaſaviai, & Vaſatrici, & aliis ordinibus, cum ferramentis, vel veſtimentis laneis, vel lineis, & vertiis minoris, vel majoris quanti mihi, vel venti ſunt, vel pertinere debet, & nulla mihi exinde reſervavit nec exinde exceptuavit de quo ſupra legitur, niſi tantum ipſa quarta porcionem, que dedis in die nupciarum mearum ab ipſa uxor mea nomine ſigeza ſicut ſuum continet morgincaph tantum exinde exceptuavit ipſo continet de ſup. offerſio ſed alia totem, & integre porciones tres de ſupraſcripte rebus de mobilibus, & immobilibus de cultis terris. & de incultis cum omni inferiora, ac ſuperiora ſua totem & inclite ut ſupra dedit, atque offerui & tradidit in S. eccleſia, & ad ejus rectores at tenendum, & poſſidendum, & faciendum omnia, qua ad ejus uſum monaſterii pertinentes fueris ad ejus rectores, & obligo me ej. qui ſupra Dominicus, & meis heredibus ad ejus S. monaſterium, & ad ejus rectores ipſe SSte. rebus defendere, & anteſtare ab omnibus hominibus ex omnique partibus, & da moos germanos, & de omnes homines, q. de hanc cartula cauſare voluerit, & ſi ipſos in ej. qui ſupa. Monaſterio, vel ad ejus rectores defenſatum non fuerimus, aut ſi exinde minimo percomplere voluerimus, aut ſi hanc cartula in quavis parte refutare temptaverimus de qua ſupra legitur octoaginta ſolido aureos conſtantinos in ej. SSto. monaſterio, & ad ej. rectores componere, & dare oblig. ego qui ſupra, & meis heredibus, quia ſic. mihi actum fuit fecit, & te Johannes clericus, & Notarius ſcribere rogavi. Actum in Comino. ✠ Signum manu mea qui ſupa. Dominici anc car. a me offer. ✠ Signum manu Johannis rogatus a te SStu. ✠ Signum manus Coni rogatus a te SSsu. ✠ Signum manu Johanni Ildoni rogatus a te SSsu. ✠ Ego qui ſupra Johannes Clericus &. Notarius complebit, & redd.

. † In dei nomine ſcribtum judicium judicatum qualiter adeſſe in territorio Comnenſe in ipſum caſale de Felengari in placito, ubi conjunti erant Amizzo judex, & Paparu judex de Cibes qui bocatur Sanctu Urbanu, & Lando judex de caſtello do Cellarola, & Sabinu filius Papari, & Rado filius Comotu, & alios plure bires circumſtantem, & reſedentem pro deſiniendum altercatio, que iater Stefanu. filius Johanni, & ipſu Monaſterium S. Pauli q. eſt res S. Benedicti fuit orta de una petiola de terra, q. eſt in predicto Felenga, ubi ex parte monaſterii tenuit Johannes judex filius Almari de pradicta cibes S. Urbani, & querebat Stefanu, ut ipſe intraret in res S. Benedicti, & prete ficte, & termini ex foſſe, caſſe, & fruge exinde traſſiſſe in alios de . . . . & Stefanus reſpondi ut enim ſcieret ipſam res, quo audito eum qui ſupra Judecs fecerunt ei dare guad. & inde venit qui ſupr. Rado ut muſtaret ei ipſa res, & pariter per res erant ipſum qui ſupra Johannes judes Abocatore cum Stefanu, & pedu abierunt ipſa terra de giro ingiro, & reberſi ſunt in judicio ante preſentia judeci, & interrogaverunt eum ut reſponderet ei dare quod boleret, & ipſu qui ſupra Stefanum reſpondit quod illa terra, qua mihi monſtabit triginta annorum poſſediſſet. Tunc fecerunt ei dare guad. ipſi qui ſup. judeci, ut daret connititia, & inſuper faciad lege cum duodecim ſacramentales ſicut lex eſt, & dedit eis ibidem Conititia Agiro, & Martinu Gualdoni de predicta Cibes S. Urbani, & Petrus filius . . . doni de ſupraſcriptu caſtellum de Cellarola, & dibiderunt unum ab alterum, & muſtaverunt fines macerinam ipſu ballone, & a pede ad ipſa gſcla. juſta limite altu, & perrexerunt per medium juſta ipſum cerru ubi te clanura eſt, & differunt quia nobis cognitum eſt per as finis, quia Stefanum iſta rex poſſidiſſet triginta annorum; tunc ipſe qui ſupra Stefanu paratus fuit dies conſtitutu cum ipſa qui ſupra connititia, & duodecim ſacramentales ante baſilica S. Petri de predicta cibes Santi Urbani ſecundum lege cum ipſa ſacra enbangelia poſita, & inserogaverunt . . . . qui ſupra connititia . . . . do ipſa connititia firmare boluerunt, & diſſe-

differunt ſicut ipſe qui ſupra finis de cer . . . . . mavit quia nobis cognitum eſt , & interogaverunt ipſi ſacramentales ſicum eum ad ipſa lex ſtaro , & om. . . . . runt quia . . . . . de ſupraſtripta lex , & ipſe qui ſupra Stefanum perrexit ad qui ſupra Johannes Abbocatore ut beniret . . . . ipſa lex qui ſupraſcripta de lege paratu ſum , & noluit benire ipſo qui ſupra Abbocatore ad ipſa legem recipere . . . . ipſi qui ſupra Judeci , ut faceret cum teſtimonia , & bocabit pro teſtimonium ipſe qui ſupra Stefanu Sabinu filius Papari . . . . . filius Luponi , & Riccardum filius Johanni , & venit ad alium conſtitutum dies duodeci ante preſentia ſupraſcripti judeci & . . . . . . judeci , & Punzoni judeci , & Fulconi judeci de Bicu albu , qui in antea intentione non fuerunt ante illorum ſupraſcripti preſentia paratus fuit ipſo qui ſupra Stefanu cum ipſa qui ſupra cognititia , & cum duodeci ſacramentales , ſicut lex eſt , & fecerunt . . . . ipſe qui ſupra Johannes abbocatore , ut recipere ipſa lex quia nos judicamus , & nobis legem ; comparuit tunc ipſo qui ſupra . . . . . . reſpondi quia iſta lex non recipi , quia lex non eſt , tunc reſponderunt ſupraſcripti judeci , & judicaverunt ut faceret . . . . quia lex eſt , & bocabit pro teſtimonium ipſe qui ſupra Stefanu Johanni filius Rodoni , & Benedictu , & Berardu filius Ra . . . . conſtitutum ipſa dies conſtitutu S. Crucis proſime beniente , & perrexſerunt ad ipſa eccleſia S. Stefani propin . . . . Papam judex , & Punzo judex , & Lando judex , & alios bonos omines Sabinu , & Dodo Amizzi , & Dodo , & Stefanu fili . . . . . ſtius Johanni , & Adenolfu filius Aldoni , & Maja filius Almari , & Johanni Maloni , & Albertu , & Joſeppo filii Rodelandi , & alios plures bires . . . . & reſedente ante illorum ſupraſcripti preſontia poſuerunt ipſa ſacra enbangelia paratus fuit ipſe qui ſupra Stefanu . . ipſa . . . . . duodecim ſacramentales res proſſimis ſui , & ſes bonos liberi omines ad faciendum ipſam lex , & commandaverunt ipſi judeci qui ſupra Johanni abbocatore , ut recipere ipſa legem , unde abbocator exibit , & guad. recepit , quia ipſe qui ſupra Stefanu p . . . . . & ille noluit recipere , ſet dicebat quia non eſt lex oc eſt tertia bice paratus tunc ipſe qui ſupra Paparu , & Punzo . . . . bit ipſe qui ſupra Stefanum de ipſa terra , ſicut ipſa cognititia dedit , quia nobis legem comparuit , & per condamnationes . . . . ſcributum indicatum ſcribſit ego qui ſupra Azzo notarius , ac Annulu Comino interfuit . In anno quarto principatus domni Pandolfi , ... manum Principatus domni Pandolfi glorioſi magni principis ambos fratres menſe madius indictione tertia.

† *Ego Anizzo Judex.*
† *Ego Paparu Judex.*
† *Ego Punzo Judex.*
† *Ego Judex.*

† *Signum Manum qui ſupra Joanni Majoni. † Signum manum qui ſupra Adenolfi ibi fuit. † Signum manum qui ſupra . . . . . † Signum manum qui ſupra Johanni Dodoni ibi fuit. † Signum manum qui ſupra Mainfredi ibi fuit. † Signum manum qui ſupra Bene . . . . . . † Signum manum qui ſupra Berardi ibi fuit. † Signum manum qui ſupra Majoni Filius Al. . . . . † Signum manum qui ſupra Sabini ibi fuit.*

SÆCULUM SEPTIMUM

AB ANNO CHRISTI 1100. AD 1200.

SERIES ABBATUM MONASTERII MONTIS CASSINI.

ODeriſius I. a XVI. Kal. Octobris 1087. ad IV. Non. Decembris A. 1105.

Ottho a IV. non. Decembris anni 1105. ad Kal. Octobris 1107.

Bruno ab idibus Novembris 1107. ad idus vel Septembris, vel Octobris anni 1111.

Girardus a XVI. Kal. Novembris anni 1111. ad XVI. Kal. Februarii anni 1123.

Oderiſius II. a XVI. Kal. Februarii anni 1123., pridie Kal., ſeu ad III. idus Junii anni 1126.

Nicolaus I. a pridie Kal. ſive a III. idus Junii anni 1126., ad IV. idus Julii A. 1127.

Seniorectus a IV. idus Julii anni 1127. ad pridie non. Januarii anni 1137.

Raynaldus I. Etruſcus a IV. idus Februarii anni 1137. ad XIV. Kal. Octobris ejuſdem anni.

Guibaldus a XIII. Kal. Octobris an. 1137. ad IV. nonas Novembris ejuſdem anni.

Raynaldus II. Colimentanus ab idibus Novembris anni 1137. ad . . . . Octobris anni 1166.

Theodinus a menſe Octobris an. 1166. ad XVIII. Kal. Octobris anni 1167.

Ægidius a Menſe . . . . anni 1168. ad . . . . ejuſdem anni.

Petrus Decanus, utpote Procurator cœnobium Caſſinenſe gubernavit ab . . . . anni 1168. ad . . . . . . anni 1170.

Dominicus ab . . . . anni 1171. ad VII. Kal. Maii anni 1174.

Petrus II. ab Aprili anni 1174. ad VIII. id. Julii a. 1186.

Roffridus a VII. idus Julii anni 1188. ad Majum anni 1209.

I.

DISCIPLINA MONASTICA IN MONASTERIO CASSINENSI Servata.

Elogia Caſſinatium moribus facta a Romanis Pontificibus Paſchali II. Calixto II & aliis.

NUllum certe majus ad evincendum optime ſervatam apud Caſſinates monaſticam diſciplinam teſtimonium afferri poteſt Paſchali II. Romano pontifice tum ob ſupremam dignitatem ſuam, tum quod ſexies, aut ſepties Caſſioum inviſerit. Hic itaque pontifex in privilegio dato XV. Kal. Decembris indictione X. anno 1102., quo Oderiſio I. confirmat eccleſiam S. Nicolai de Turre Pagana cum ejus pertinentiis ſic loquitur: *Cum pro beati patris noſtri Benedicti reverentia, tum pro multis tam veſtris quam prædeceſſorum veſtrorum meritis veſtro nos loco plurimum debere cognoſcimus. Idcirco juſtum ducimus, ut ad veſtri monaſterii augmentum caritate ſollicita intendamus.* Et in alio eidem Oderiſio conceſſo XVI. Kal. Aprilis indictione XIII. anno 1105., cujus meminit Petrus Diaconus lib. IV. cap. XX.

nota.

Ex originali in Archivo.

Paſchalis epiſcopus ſervus ſervorum dei reverentiſſimo, & Kariſſimo fratri Oderiſio prædeceſſoris noſtri Urbani manibus & in Kardinalem S. R. E. ſacerdotem, & in Abbatem Kaſſinenſis monaſterii conſecrato, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. In monaſtica legis latione, & latore S. Benedicto conſtat Caſſinenſe cœnobium univerſorum per occidentem monaſteriorum caput a domino inſtitutum. Qui nimirum locus ſedis apoſtolicæ filiorum in oportunitatibus refugium permanſit, & permanet, & nos ergo tam divinæ conſtitutioni, quam & fraternæ benignitatis dulcedini reſpondentes locum ipſum & univerſa ad eum pertinentia, quieta ſemper, & ab omnium mortalium jugo libera permanere, & ſub ſolius S. R. E. jure, ac defenſione perpetua haberi decernimus. In quibus hæc propriis nominibus annotanda duximus. In primis monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem ipſius montis, atque Monaſterium S. Dei genitricis virginis Mariæ quod vocatur Plumbarola. Itemq; monaſterium S. Mariæ in Cingla; cellam S. Benedicti in Capua cum cellis, & pertinentiis ſuis, S. Sophiæ in Benevento, S. Mariæ in Canneto juxta Fluvium Trivium, S. Benedicti & S. Laurentii in Salerno, S. Mariæ in Tremiti cum ipſis inſulis, S. Liberatoris in Marchia cum omnibus ſuis pertinentiis, S. Benedicti in Marſi, S. Mariæ in Luco, & S. Coſmati in Civitella, S. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis ſuis, S. Mariæ ancillarum Dei in civitate Coſentia, S. Mariæ in Banſe, & Joannis puellarum in capua, S. Angeli ad formam, S. Agathæ in Averſa. Item S. Rufi, & S. Benedicti Pizuli in Capua, S. Petri de laco, S. Petri de Avellana, S. Eraſmi & S. Benedicti, & S. Scholaſticæ in Cajeta, S. Magni in Fundi, S. Stephani, & S. Benedicti in Terracina, S. Petri in Foreſta, S. Pauli ibidem, S. Mariæ in Ponte corbo, S. Dionyſii ad Pontem S. Anaſtaſiæ, S. Benedicti in Benevento ad Portam Rufini, S. Benedicti in Pantano, S. Angeli, & S. Nicandri in Troja, S. Ceciliæ in Neapoli, S. Euſtaſii de Pantaſia, S. Benedicti in Larino, & S. Benedicti in Pectinari, S. Mariæ ad Caſalem planum, S. Trinitatis in Termule, S. Focatis in Leſina cum foce, & Piſcaria, S. Benedicti in Aſculo, S. Euſtaſii in Petra abundanti. Item S. Euſtaſii in Vipera, S. Mariæ in Barvetano, S. Sholaſticæ in Pinne, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai juxta fluvium Truinio. In Abrutio S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Fluvio Tiſino, S. Apollinaris in Firmo, qui dicitur Opianus, S. Mariæ in Arbaſclo, S. Martini in Sabine, S. Angeli in Marano, & SS. ſeptem Fratrum,

&

& S. Laurentii, S. Benedicti in Ripa urſa, In comitatu Aquinenſe cellam S. Gregorii, & S. Mauritii, & S. Pauli, S. Conſtantii, S. Xpõfori, & S. Nicolai, & S. Mariæ in Albaneta, & S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Nazarii in Comino, & S. Valentini, & S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis. S. Salvatoris, & S. Angeli in Valleluce, S. Michaelis in Oliveto, s. Nicolai in Pica, s. Angeli in Cannutio, s. Mariæ in Verule, s. Petri in Eſcleta, s. Luciæ, & s. Petri in Curulis, s. Silveſtri, & s. Martini, & s. Luciæ in Arpino, s. Mariæ de Caſtello Zupponi, s. Benedicti in Colle de Inſula, s. Mariæ in Banco, s. Nicolai in Turice, s. Germani in Sora; s. Benedicti in Paſcheſano, s. Petri in Morini, s. Angeli in Peſco Canali, s. Patris in formis, s. Angeli in Albe, s. Eraſmi in Pompeano, s. Mariæ in Cellis. In Venafro s. Benedicti, & s. Nazarii, & s. Martini in ipſa Furca, & curtem s. Mariæ in Sala, & s. Benedicti in Pizuli ibidem. S. Benedicti in Ceſama, s. Benedicti in Sueſſa, & Curtem, quæ dicitur Lauriana, s. Benedicti in Teano, s. Mariæ in Calvo, s. Nazarii in Anglena, s. Adjutoris, & s. Benedicti in Aliſas, s. Dompnini in Teleſia, s. Martini in Ulturno. In Amalfi s. Crucis, & s. Nicolai, s. Crucis in Iſernia, s. Marci in Carpinone, s. Valentini in Ferentino, s. Angeli in Algido, s. Marci in Cecano, s. Agathæ in Tuſculano, & s. Jeruſalem, & s. Benedicti in Albano. In Roma Monaſterium s. Sebaſtiani quod dicitur Pallaria. In Lucca Cellam s. Georgii, s. Salvatoris in Civitella. In ducato Spoletino, s. Mariæ in Calena, s. Benedicti in Trani, s. Benedicti in Bari, s. Petri Imperialis in Tarento. In Calabria Cellam s. Anaſtaſiæ, s. Nicolai in Salectano, s. Mariæ in Tropea, s. Euphemiæ in Marchia. Item Civitatem, quæ dicitur s. Germani poſitam ad pedem ipſius Montis, & Caſtellum s. Petri, quod ab antiquis dictum eſt Caſtrum Caſini, Caſtellum s. Angeli, Pimatarium, Flumbariola Peſdemonte, Junctura, s. Ambroſii, s. Apollinaris, s. Georgii, Vallemfrigidam, s. Andreæ, Vantra Monaſtica, Vantram Comitalem, s. Stephani, Terams, Fracta, Mortula cum ipſa curte, quæ dicitur Caſafortini, s. Salvatoris, qui vocatur Cocuruzo, turrem ad mare juxta Fluvium Gavilianum, s. Petri in Colle, s. Victoris, Torroccio, Cervaria, s. Heliæ, Vallerotunda, Sarraceneſca caſtellum Pontis Corvi, quod noſtris temporibus adquiſitum eſt. In Marchia Teatina caſtellum, quod dicitur Laſtinianum, Montem Alberici, Mucclam, s. Quirici cum Porto Friſa; s. Juſtæ in Comitatu Aſcalano Caſtellum, quod dicitur octavus; & poſt montem, Cimianum, et Trivilianum, et Cavinum. In Principatu caſtellum, quod dicitur Ripa urſa, Montembellum, Petram fracidam. In Comino caſtellum quod vocatur Vicalvum. In Marſi territorio Carſeolano caſtellum, quod dicitur Auricula, Piretum, Rocca quæ dicitur incamarata, et Foſſaceca. In Calabria Cetrarium, in Amalphi Fundicum, In territorio Trojano Caſtellione de Baroncello. In territorio Capuano Gualdum de Liburia, Curtem s. Felicis de Miniano cum eccleſia s. Ipoliti. Præterea per præſentis privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque in præſenti veſtrum cœnobium juxte poſſidet ſive in futurum conceſſione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juſte, atque canonice poterit adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſte datas ſuis uſibus vindicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, et gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Porro de monaſterio s. Sophiæ intra Beneventum ſito, ſive de monaſterio Banduſino nullum loco veſtro præjudicium evenire volumus pro privilegiis, quæ nos munimentorum veſtrorum ignari eiſdem monaſteriis contuliſſe cognoſcimus ſed prædeceſſorum noſtrorum munimina Caſſinenſi cœnobio collata proprium robur obtineant. Eorundem et nos veſtigiis inſiſtentes Caſſinenſe cœnobium cæteris per Occidentem cœnobiis præferendum aſſerimus, et tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum ſeu principum ſuperiores omnibus Abbatibus conſidere, atque in judiciis priorem cæteris ſui ordinis viris ſententiam proferre ſancimus. Uſum quoque compagorum ac chirotegæ, dalmaticæ, ac mitræ præter Cardinalatus jus, quo in ſede apoſtolica fungeris tam tibi, quam ſucceſſoribus tuis in præcipuis feſtis habendum concedimus. Sane tam in ipſo vener. monaſterio quam, & in Cellis ejus cujuslibet eccleſiæ epiſcopum vel ſacerdotem præter Romanum pontificem dicionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad Synodum provocandò præſumere prohibemus. Ita ut niſi ab Abbate, vel Priore loci fueris invitatus, nec miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare. Liceatque ipſius monaſterii, & cellarum ejus Fratribus clericos cujuſcumq; ordinis, de quocumque epiſcopatu ad converſionem venientes abſque epiſcoporum contradictione ſuſcipere: Liceat abſq; cujuslibet ſecularis, vel eccleſiaſticæ poteſtatis inhibitione ſubjectos monaſteriis ſuis tam monachos quam Sanctimoniales fœminas judicare. Liceat etiam fratribus per cellas in civitatibus conſtitutas ad divina officia celebranda quandocumque volueritis ſigna pulſare, chriſma, oleum Sanctum, conſecrationes altarium, ſive baſilicarum a quocumque volueritis catholico accipiatis epiſcopo. Baptiſmum vero per clericos veſtros in oppidis veſtris ſeu villis agatis. Redditum qui ab officialibus noſtris apud Oſtiam, vel Portum de navibus exigi ſolet navi veſtræ, ſi qua eo venerit, relaxamus. Ad perpetuum etiam hoſpitium tibi tuiſque ſucceſſoribus Palladii cellam concedimus, ut de veſtra illic congregatione quem volueritis ordinetis. Quem ſi forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam veſtræ congregationis Monachum ſub veſtra decernimus diſpoſitione perſiſtere. Obeunte autem te nunc ejus loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. Ad hæc tam præſentium, quam futurorum avaritiæ, ac nequitiæ obviantes, omnes omnino ſeditiones, quas levas dicunt, ſeu direptiones in cujuſcumque Abbatis morte, aut electione fieri auctoritate apoſtolica interdicimus. Si quis ſane in craſtinum archiepiſcopus, aut epiſcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, vicecomes, judex, aut eccleſiaſtica qualibet ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis


pagi-

paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterna pacis inveniant Amen. Scriptum per manum Rainerii Scriniarii, regionarii, & notarii ſacri palatii. Ego Paſchalis Catholicæ eccleſiæ epiſcopus. Datum Laterani per manum Johannis S. R. E. diaconi Cardinalis Indictione XIII. XVI. Kal. Aprilis anno dominicæ incarnationis MCV. pontificatus autem domni Paſchalis ſecundi ſexto.



Petrus. Scſ. Paulus. Paſchalis Papa ſecundus. Bene valet.

Adeſt ſigillum Plumbeum pendens, ex cordula.



Et in alio, cujus etiam meminit Petrus Diaconus lib. 4. cap. 45. dato anno 1113. hæc habentur.

Ex originali in Archivo. *Paſchalis epiſcopus ſervus ſervorum dei reverendiſſimo & cariſſimo fratri Girardo, noſtris per dei gratiam manibus in Abbatem Caſſinenſis monaſterii conſecrato, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Scriptum eſt: ſine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. Illud ergo donum quod beatiſſimo patri noſtro monaſticæ legis latori Benedicto gratia divina conceſſit nulla poteſt pœnitentia tractari, ut & ipſe Monachorum omnium pater, & ejus Caſſinenſe monaſterium, in quo & vixit, & obiit omnium per occidentem monaſteriorum caput imperpetuum habeatur. Proinde nos divinæ conſtitutionis propoſitum proſequentes monaſterium ipſum præcipua dilectione complectimur, & prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inſiſtentes, ceteris per occidentem cœnobiis præferendum, & ſub ſolius ſedis apoſtolicæ jure, ac defenſione perpetua permanere; & tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum ſeu principum ſuperiores omnibus Abbatibus conſedere, atque in judiciis priorem ceteris ſui ordinis viris ſententiam proferre decernimus. Uſum quoque compagorum, ac cirothecæ dalmaticæ, ac Mitræ, tam tibi, quam ſucceſſoribus tuis, in præcipuis feſtis, & diebus dominicis ad miſſas, ſeu in conſeſſum concilii habendum concedimus. Sane tam in ipſo venerabili monaſterio, quam & in cellis ejus cujuslibet eccleſiæ Epiſcopum, vel Sacerdotem præter Romanum pontificem ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad Synodum provocandi præſumere prohibemus. Ita ut niſi ab Abbate, Prioreve loci fuerit invitatus nec miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare, liceatque ipſius monaſterii, & cellarum ejus Fratribus clericos cujuſcumque ordinis de quocumque epiſcopatu ad converſionem venientes abſque epiſcoporum contradictione ſuſcipere. Liceat abſque cujuslibet ſecularis, vel eccleſiaſticæ poteſtatis inhibitione ſubjectos monaſteriis ſuis tam Monachos, quam ſanctimoniales fœminas judicare. Liceat etiam fratribus per cellas in civitatibus conſtitutas ad divina officia celebranda quandocumque voluerint ſigna pulſare. Chriſma oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſive baſilicarum, ordinationes clericorum a quorumque malueritis catholico accipiatis epiſcopo, baptiſmum vero per clericos veſtros in oppidis veſtris, ſeu Villis agetis. Sane univerſa ad idem monaſterium pertinentia quieta ſemper & ab omnium mortalium jugo libera permanere ſancimus; videlicet monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem Caſini montis, monaſterium S. dei genitricis virginis Mariæ quod vocatur Plumbarola. Monaſterium S. Mariæ in Cinla, cellam s. Benedicti in Capua cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Sophiæ in Benevento, s. Mariæ in Canneto juxta fluvium Trinium, s. Benedicti & s. Laurentii in Salerno, s. Mariæ in Tremitis cum ipſis inſulis, s. Liberatoris in Marchia cum omnibus ſuis pertinentiis, s. Benedicti in Marſi, s. Mariæ in Luco, & s. Coſmati in Civitella, s. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis ſuis, s. Mariæ ancillarum dei in civitate Coſentia, s. Mariæ in Banſe, s. Johannis puellarum in Capua, s. Angeli ad Formam, s. Agathæ in Averſa, s. Rufi, & s. Benedicti Piczuli in Capua, s. Petri de Lacu, s. Petri de Ovellane, s. Eraſmi, & s. Benedicti, & s. Scholaſticæ in Gajeta, s. Magni in Fundis, s. Stephani, & s. Benedicti, & s. Agathæ in Terracina, s. Petri in Foreſta, s. Pauli ibidem, s. Mariæ in Pontecorbo, s. Dionyſii ad Pontem; s. Anaſtaſii, s. Benedicti in Benevento ad Portam Rufini, s. Benedicti in Pontano, s. Angeli, s. Nicandri, & s. Thomæ in Troja, s. Ceciliæ, & s. Dimitrii in Neapoli, s. Euſtaſii in Pantaſia, s. Benedicti in Alarino, s. Benedicti in Pectinari, s. Mariæ in Caſaleplano, s. Illuminatæ in caſtello Lemuſano, s. Trinitatis in Termule, s. Focatis in Leſina cum fuce, & Piſcaria, s. Benedicti in Aſculo s. Euſtaſii in Petra abundanti, s. Euſtaſii in Vipera, s. Mariæ in Baretano, s. Scholaſticæ in Pinne, s. Salvatoris in Tave, s. Nicolai juxta fluvium Truſinum in Abrutium, s. Benedicti in Trunto, s. Benedicti in Fluvio Tiſino, s. Apollinaris in Firmo, quod dicitur ad Opplanis, s. Mariæ in Arboſcla, s. Martini in Saline, s. Angeli in Marano, & ss. Septem Fratrum, & s. Laurentii, s. Benedicti in Ripaurſa. In Comitatu Aquinenſe cellam s. Gregorii, & s. Mauritii, s. Pauli, s. Conſtantii, s. Chriſtophori, s. Nicolai, s. Mariæ in Albaneta, s. Nicolai in Ciconia, s. Benedicti in Clia, s. Nazarii in Comino, s. Valentini, s. Martini, s. Urbani, s. Angeli, s. Pauli, s. Felicis s. Salvatoris, s. Angeli in Valleluci, s. Michaelis in Oliveto, s. Nicolai in Pica, s. Angeli in Cannucio, s. Mariæ in Verule s. Petri in Eſeleta, s. Luciæ, & s. Petri in Caruli s. Silveſtri, & s. Martini, s. Luciæ in Arpino s. Mariæ de caſtello Zopponi, s. Benedicti in*

colle

colle de Inſula, s. Maria de Babuco, s. Nicolai in Turrice, s. Germani in Sora, s. Benedicti in Paſcheſano, s. Petri in Morinis, s. Angeli in Peſclo Canali, s. Patris in Formis, s. Angeli in Albe, s. Eraſmi in Pomperano, s. Maria in Cellis. In Venafro s. Benedicti, & s. Nazarii, s. Martini in ipſa Furca, curtem s. Maria in Sala, s. Benedicti Pizuli ibidem, s. Benedicti in Ceſima, s. Benedicti in Sinueſſa, curtem qua dicitur Lauriana, s. Benedicti in Tiana, s. Maria in Calvo, s. Nazarii in Anglena, s. Adjutoris & s. Benedicti in Aliſa s. Domini in Teleſia, s. Martini in Bulturno. In Amalfi s. Crucis, & s. Nicolai, s. Crucis in Iſernia, s. Marci in Carpinone, s. Valentini in Ferentino, s. Angeli in Algido, s. Marci in Ceccano, s. Agatha in Tuſculano, s. Joruſalem, s. Benedicti in Albano. In Roma monaſterium s. Sebaſtiani in Pallaria. In Luca cellam s. Georgii, s. Salvatoris in Civitella. In Ducatu Spoletino s. Maria in Calena, s. Benedicti in Trani, s. Benedicti in Bari, s. Petri Imperialis in Tarento; In Calabria cellam s. Anaſtaſia, s. Nicolai in Salectano, s. Maria in Tropea, s. Euſomia in Marchia. Item civitatem qua dicitur s. Germani poſitam ad pedem ipſius montis, caſtellum s. Petri quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum s. Angeli, Piniatarum, Plumbarola, Peſdemonte, Junctura, s. Ambroſii, s. Apollinaris, s. Georgii, Vallemfrigidam, s. Andrea, Vantra Monaſtica, Vantra Comitalis, s. Stephani, Terami, Fracte, Mortula cum ipſa curte, que dicitur Caſafortini, s. Salvatoris, qui vocatur Cucuruzzo, Turrem ad mare juxta Fluvium Gariſanum, s. Petri in Flia, s. Victoris, Torocclo, Cervaria, s. Elia, Saracineſco, Cardetum, Aquafundata, caſtellum Pontiſcurvi, & Viticoſi. In Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum montem Albrici, Muccla, s. Quirici cum Portu Friſa, s. Juſta. In Comitatu Aſculano caſtellum, quod dicitur Octavu, & poſt montem Cinianum, & Trivilianum, & Cavinum; In Principatu caſtellum Ripa Orſa, mons Bellus Petrafracida; In Comino caſtellum Vicum album; In territorio Carſeolano caſtellum Auricula, Piretum, Rocca incamerata, & Foſſaceca. In Calabria Cetrarum, in Amalfi Fundicum; in territorio Trojano Caſtellone de Baroncello, & villam s. Nicolai qua de Gallitianis dicitur, territorio Capuano Gualdum de Liburia, curtem s. Felicis in Comitatu Tianenſe, cum eccleſia s. Ippoliti. Praterea per preſentis privilegii paginam apoſtolica autoritate ſtatuimus ut quacumque in preſenti veſtrum cœnobium juſte poſſides, ſive in futurum conceſſione pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſte atque canonice poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſte datas ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſeu omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnibus profutura. Ad perpetuum etiam hoſpitium tibi tuiſque ſucceſſoribus Palladii cellam concedimus, ut de veſtra illic congregatione quem volueritis ordinetis, Quem ſi forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit omnino tamen tamquam veſtra congregationis monachum, ſub veſtra decernimus diſpoſitione perſiſtere, redditum quoque qui ab officialibus noſtris apud Hoſtiam, vel Portum de navibus exigi ſolet navi veſtre ſi qua eo venerit relaxamus. Obeunte te nunc ejus loci Abbate vel tuorumque quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia praponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. Ad hac tam preſentium, quam futurorum avaritia ac nequitia obviantes omnes omnino ſeditiones, quas levat dicunt, ſeu direptiones in cujuſcumque Abbatis morte, aut electione fieri authoritate apoſtolica interdicimus. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud diſtrictum judicium pramia eterna pacis inveniant. Amen. Scriptum per manum Raineri ſcrinarii, regionarii, & notarii ſacri palatii.

† Verbo Domini Cœli firmati ſunt. Scſ. Petrus Scſ. Paulus. Paſcalis PP. II. Bene valete

Ego Paſchalis Catholica eccleſia epiſcopus ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii. II. Nonas Februarii indictione IIII. incarnationis dominica anno MCXIII. Pontificatus autem domni Paſchalis ſecundi papa anno XIII.

Adeſt ſigillum plumbeum, ex cordula &c. Paſchalis II. Petri, & Pauli effigies cum media inter utrumqoe cruce, eorumque ſuper capita nomen ex una, ex altera facie ſuum primus impreſſit, & ſi præiverit ipſi Paulus I., qui ſigillo plumbeo ex una parte ſanctorum Apoſtolorum imagines, ex adverſa ſuum nomen appoſuit. Videatur Mabillonii ſupplemeotum de re diplomatica fol. 46., & Papebrochius in ſuo Conatu chronico hiſtorico fol. 207. n. 29., Quod bullas hujos Pontificis attinet, Doubletus in hiſtoria San-Dionyſiana p. 475. primum Paſchalem fuiſſet ait, qui plumbeis bullis ſolo Pontificis nomine antea notari ſoliti in parte adverſa imprimi fecerit SS. Petri, & Pauli capita cum media inter utrumque Croce, ſicut originaliter videre eſt apud Mabillonium p. 447., quod tamen non ſtatim ſecuti ſunt poſteri, cum Dominicus Raynaldus Bibliothecæ Vaticanæ cuſtos apud Cangium in Gloſſario ſimilia curioſe ſcrutatus, neget ſe taliter ſignatas bullas antiquiores vidiſſe Adriano IV., qui primum anno 1153. ſedere cœpit. Quod vero aſſerit eruditus alioquin vir Dominicus Raynaldus Pontificum neminem antiquiorem Hadriano IV., qui primum anno 1153. ſedere cœpit, plumbeis bullis ſolo Pontificis nomine antea notari ſolitis imprimi feciſſe Petri, & Pauli capita cum media inter utrumque Cruce, quod rei primus omnium fecerat Paſchalis II., ideo nobis non probatur, quod Conſtantinus Cajetanos in Commentariis ad Vitam S. Gelaſii fol. 145. Pontificis hujus plumbeam Bullam referat, quæ in metro-

tropolitanæ Januènſis Eccleſiæ Sacrario ſervatur taliter ſignatam. Præter quam, quod in hoc etiam Caſſinenſi Tabulario tria Calixti ſecundi, unum Innocentii II., Lucii II. alterum, quatuor vero Anaſtaſii IV. diplomata reperiuntur hoc eodem ſigno notata, & Zileſius in defenſione Abbatiæ S. Maximi Trevirenſis fol. 55. Innocentii II. privilegium refert, datum anno 1140. in cujus plumbea bulla capita videntur Sanctorum Apoſtolorum. Clemens VI. contra, ac Prædeceſſorum ſuorum mos fuerat, Gentis ſuæ inſignia impreſſit bullæ plumbeæ, quam in bulla Paulus II. ex una parte ſe ipſum in Trono ſedentem, & Cardinales partim erectos, partim genua flexos, ex adverſa SS. Petri, & Pauli capita de more expreſſit.

Privilegii profecto hujus, quo a Paſchali II. ditatus fuit Gerardus Abbas, fragmentum refertur tom. 2. Bullarii Caſſinenſis Conſt. 139. Quæ tamen inſunt verba. *Si quis ſane in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps, vel Dux, Comes, Vicecomes, Judex &c.* non in hoc ad Girardum diplomate, ſed in alio ad Oderiſium reperiuntur. Datum eſt ſecundo nonas Februarii, & non pridie nonas, & demum deeſt notula &c., qua ſignificatur privilegium haud referri ex integro. Hæc vero ideo contigiſſe crediderim, quod dum Tuderti tomus hic ſecundus Bullarii Caſſinenſis cuderetur author degebat Romæ.

Ex originali in Archivo.


Caliſtus etiam II. cum bis Caſſinum inviſiſſet, hoc privilegio Caſſinates ditavit, in quo eorum pietatem laudat: *Calixtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Reverendiſſimo, & cariſſimo Fratri Girardo Caſſinenſis monaſterii beati Benedicti Abbati, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Omnipotenti deo, cujus melior eſt miſericordia ſuper vitas, gratias agimus, qui glorioſus in ſanctis ſuis, atque mirabilis, & virtutes ſuas ubicumque vult ineffabili bonitate oſtendit. Ipſe quippe dignationis ſua potentia beatiſſimum Benedictum patrem omnium conſtituit Monachorum, ipſe eum monaſtica legislatorem, & operatorem eſſe diſpoſuit. Ipſe illius meritis Caſſinenſe monaſterium, in quo & ſanctiſſime vixit, & glorioſiſſime obiit, omnibus per occidentem monaſteriis clementi benignitate præfecit. Cujus profecto divina bonitatis Cooperatores exiſtere apoſtolica ſedis auctoritas, & veſtra circa Romanam eccleſiam ſemper, ac noſtro potiſſimum tempore, fervens devotio nos hortantur. Divina igitur conſtitutionis propoſitum proſequentes, locum ipſum pracipua dilectione complectimur, & omnia, qua ad eam pertinent quieta ſemper, & ab omnium mortalium jugo libera, ſub ſolius ſancta Romana eccleſia jure, ac defenſione perpetua permanere decernimus. In quibus hac propriis duximus nominibus annotanda. In primis monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem Caſini montis, monaſterium S. dei genitricis virginis Maria, quod vocatur Plumbarola, monaſterium s. Maria in Cingla, cellam s. Benedicti in Capua cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Angeli ad formam, s. Johannis puellarum, s. Rufi, s. Benedicti pizuli, s. Angeli ad Odaldiſcos, s. Agatha in Averſa, s. Cecilia, & s. Dimitrii in Neapoli, s. Sophia in Benevento, s. Benedicti ad Portam Rufini, s. Nikolai in Civitate nova, s. Benedicti in Pantano, s. Nycolai in Petra Pulecina, s. Georgii in Fenucleo, s. Johannis in Turlecoſo, s. Petri in Roſſano s. Angeli in Capraria, s. Januarii prope Beneventum, s. Martini ibidem, s. Dionyſii in Ponte, & s. Anaſtaſii, s. Maria in Canneto, juxta fluvium Trinium, s. Benedicti, s. Laurentii in Salerno, s. Maria in Tremiti, cum ipſis inſulis, s. Liberatoris in Marchia cum omnibus ſuis pertinentiis, s. Benedicti in Marſi, s. Maria in Luco, s. Coſmatis in Civitella, s. Angeli in Rarrejo cum omnibus pertinentiis ſuis, s. Maria ancillarum dei in civitate Coſentia, s. Maria in Banza, s. Petri de Lacu, s. Petri de Ovellano, s. Eraſmi, & s. Benedicti & s. Scholaſtica in Cajeta, s. Magni in Fundis, s. Stephani, & s. Benedicti, & s. Agatha in Tarracina, s. Petri in Foreſta, s. Pauli ibidem, s. Maria in Pontecurvo, s. Angeli, s. Nicandri, & s. Thoma in Troja, s. Euſtaſii in Pantaria, s. Benedicti in Alarino, s. Benedicti in Pectinari, s. Maria in caſale plano, s. Illuminata in caſtello Lemuſano, s. Trinitatis, & s. Georgii in Termule, s. Focatis in Leſina cum fauce, & piſcaria, s. Benedicti in Aſculo, s. Euſtatii in Petra abundanti, s. Euſtatii in Vipera, s. Maria in Baretano, s. Scholaſtica in Pinnis, s. Salvatoris in Tave, s. Nikolai juxta fluvium Truſinum in Aprutium cum pertinentiis ſuis, s. Johannis ad Scurſanem, s. Benedicti in Frunto, s. Benedicti in Teſino fluvio, s. Apollinaris in Firmo, qui dicitur ad Opplaniis, s. Maria in Arboſcla, s. Martini in Saline, ſancti Angeli in Marano, & ss. ſeptem Fratrum, & s. Laurentii, s. Benedicti in Ripaurſa. In Comitatu Aquinenſi cellam s. Gregorii, s. Mauricii, s. Pauli, s. Conſtantii, s. Chriſtofori, s. Nicolai, s. Maria in Albaneta, s. Nikolai in Ciconia, s. Benedicti in Clia, s. Nazarii in Comino, s. Valentini, s. Martini, s. Urbani, s. Angeli, s. Pauli, s. Felicis, s. Salvatoris, s. Angeli in Valleluci, s. Michaelis in Oliveto, s. Nicolai in Pica, s. Angeli in Cannucio, s. Maria in Berulis, s. Petri in Eſcleto, s. Lucia, & s. Petri in Coruli, s. Silveſtri, s. Martini, & s. Lucia in Arpino, s. Maria de Caſtello Zopponis, s. Martini in pede Arcis, s. Benedicti in Colle de Inſula, s. Maria in Baruco, s. Nykolai in Turrice, s. Germani in Sora, s. Benedicti in Paſkeſano, s. Petri in Morinis, s. Angeli in Peſcolo Canali, s. Patris in Formis, s. Angeli in Albe, s. Eraſmi in Pomperano, s. Maria in Cellis, s. Paſtoris in civitate Tiburtina. In Venafro s. Benedicti, s. Nazarii, s. Martini in ipſa Furſa, curtem s. Maria in Sala, s. Benedicti Pizuli ibidem, s. Benedicti in Ceſima, s. Benedicti in Seſſa, & s. Leonis, Curtem, qua dicitur Lauriana, s. Benedicti in Tiana cum pertinentiis ſuis, s. Maria in Calvo, s. Nazarii in Anglena, s. Adjutoris, & s. Benedicti in Aliſa, s. Donnini in Teleſia, s. Martini in Vulturno; in Amalfi s. Crucis, & s. Nicolai, s. Crucis in Iſernia, s. Marci in Carpinone, s. Valentini in Ferentino, s. Angeli in Algido, s. Marci in Ceccano, s. Agatha in Tuſculano, & s. Jeruſalem, s. Benedicti in Albano. In Roma monaſterium s. Sebaſtiani in Palladio; in Luca cellam s. Georgii; in territorio Piſana civitatis s. Silveſtri, s. Salvatoris in Civitella. In Ducatu Spoletino s. Maria in Calcena, s. Benedicti in Trani, s. Benedicti in Baro, s. Petri Imperialis in Tarento. In Calabria cellam s. Anaſtaſia, s. Maria in Tropea, s. Nicolai in Saleetano, s. Eufemia in Marchia. In Comitatu Aretino mona-*

monaſterium s. Benedicti, & s. Benedicti in Crema. In Sardinia inſula eccleſia s. Mariæ in Thirgo, s. Heliæ in Monteſancto, & s. Heliſei, cum omnibus earum pertinentiis, s. Mariæ de Sabucco, s. Mariæ de Soralbo, s. Mariæ de Tanecle, s. Petri de Trecingle, s. Nycolai, & s. Mariæ in Solio cum pertinentiis earum, ſancti Nicolai de Talaſa, s. Michaelis Forrucifi, s. Georgii in Ticillo, s. Petri de Simbrano, s. Petri in Nurchi, s. Nycolai de Nngulbi, & s. Johannis, s. Heliæ de Sitin. Item civitatem, quæ dicitur s. Germani, poſitam ad pedem Caſini montis, caſtellum s. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum s. Angeli, Plumbarolam, Pignatarium, Pedem montis, Juncturam, caſtrum s. Ambroſii, s. Apollinaris, s. Georgii, vallem frigidam, s. Andreæ, Vantram Monaſticam, Vantram Comiſalem, s. Stephani, Terammum, Fracta, caſtrum novum, Mortulam cum curte, quæ dicitur caſa Fortini, Cucurutium, Caminum, Sujum, cum omnibus pertinentiis ſuis ex utraque parte fluminis, turrem ad mare juxta fluvium Garelianum, caſtrum Pontiſcurvi, s. Petri in Flia, s. Victoris, Torocclum, Cervariam, s. Heliæ, Vallemrotundam, Sarracineſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Viteco ſum, caſtrum Cetrarii cum pertinentiis ſuis, & eccleſiis, in Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum, montem Albrici, Mucclam, s. Quirici cum Portu, Friſam, s. Juſtam: in Comitatu Aſculano caſtellum quod dicitur Octavum, & poſt montem Civianum, & Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum Ripa Urſa, Montem Bellum, Petrafracida, in Comino Vicum album, in territorio Carſeolano caſtellum Auricolam, Piretum, Roccam incameratam, & Foſſam cecam. In Amalfi fundicum, in territorio Trojano Caſtillionem de Baroncello, s. Juſtam, villam s. Nikolai, quæ de Galliciano dicitur; in monte s. Angeli hoſpitale. In territorio Capuano Qualdum de Liburia. In Comitatu Teanenſi curtem s. Felicis cum eccleſia s. Ypoliti. Per præſentis quoque privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque in præſenti veſtrum cœnobium juſte poſſidet ſive in ſummorum conceſſione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juſte, atque canonice poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſte datas ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Præterea patrum noſtrorum veſtigia ſubſequentes veſtrum cœnobium cæteris per occidentem cœnobiis præferendum aſſerimus, & tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum, ſeu principum ſuperiores omnibus Abbatibus conſedere, atque in judiciis priorem cæteris ſui Ordinis viris, ſententiam proferre ſancimus. Uſum etiam compagorum, ac cirotheca, dalmatica, ac mitra tam tibi, quam ſucceſſoribus tuis in præcipuis feſtis, & diebus dominicis ad miſſas, ſeu in conſeſſu concilii habendum concedimus. Sane tam in ipſo Venerabili monaſterio, quam, & in cellis ejus cujuslibet eccleſiæ epiſcopum, vel Sacerdotem præter Romanum pontificem dicionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad ſynodum provocandi præſumere prohibemus. Ita ut niſi ab Abbate, Prioreve loci fuerit invitatus, nec miſſarum ſollemnia inibi audeat celebrare. Liceatque ipſius monaſterii, & cellarum ejus Fratribus clericos cujuſcumque Ordinis, ſeu laicos de quocumque epiſcopatu ad converſionem venientes in ſanitate, vel in egritudine cum rebus ſuis, abſque epiſcoporum vel cujuslibet perſonæ contradictione ſuſcipere, niſi tunc idem clerici, ſeu laici a dioceſanis epiſcopis pro certis fuerint excommunicati criminibus; liceat abſque cujuslibet ſecularis, vel eccleſiaſticæ poteſtatis inhibitione ſubiectos monaſterii ſui tam monachos quam ſanctimoniales fœminas judicare. Liceat Fratribus per cellas in civitatibus conſtitutas ad divina officia celebranda quandocumque voluerint ſigna pulſare, populum dei tam in ipſum cœnobium, quam, & in cellas ejus ad dei verbum audiendum ingredi, nullus epiſcopus excepto pro communi totius civitatis, vel parrochiæ interdicto prohibeat, chriſma, oleum ſanctum, conſecrationem altariam, ſive baſilicarum, ordinationes clericorum a quocumque malueritis catholico accipiatis epiſcopo. Baptiſmum vero, & infirmorum viſitationes per clericos veſtros in oppidis veſtris, ſeu villis agetis. Ad perpetuum etiam hoſpitium tibi, tuiſque ſucceſſoribus Palladii cellam concedimus, ut de veſtra illic congregatione, quem volueritis ordinetis, quem ſi forſe Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam veſtræ congregationis monachum ſub veſtra decernimus diſpoſitione perſiſtere. Redditum quoque, qui ab officialibus noſtris apud Hoſtiam vel portum de navibus exigi ſolet, navi veſtra, ſi qua eo venerit, relaxamus. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint a Romano pontifice conſecrandum, ſicut in domini prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Leonis papæ privilegio continetur. Ad hæc tam præſentium, quam futurorum avaritiæ ac nequitiæ obviantes, omnes omnino ſeditiones, quas levas dicunt, ſeu direptiones in cujuſcumque Abbatis morte, aut electione fieri auctoritate apoſtolica interdicimus. Porro pro amplioris benevolentiæ gratia, quam nos præter noſtrorum prædeceſſorum dilectionem circa veſtrum monaſterium gerimus, licentiam tibi, ac legitimis ſucceſſoribus tuis concedimus, ut ſi quis ejuſdem monaſterii veſtri, & cellarum ejus poſſeſſiones, aut res nota; *violenter abſtulerit, poſtquam ipſorum epiſcopis a vobis tertio invitati juſtitiam de eis facere omnino noluerint, vos ſuper eoſdem raptores, ſecundo, tertiove commonitos canonicam excommunicationis ſententiam proferatis. Sepulturam ſane loci veſtri, & monaſteriorum veſtrorum liberam omnino eſſe cenſemus, ut eorum, qui illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtri-*

cte

ctæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem præfato cœnobio juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen, Amen. A℈-C H℈·.·:·-Ego Calixtus catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.





Datum Berulis per manum Ugonis S. Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi XVI. Kalendas Octobris indictione prima incarnationis dominicæ anno M.C.XXIII. Pontificatus autem domni Calixti ſecundi Papæ anno IIII.

Adeſt ſigillum plumbeum pendēs ex cordula ſerica crocei coloris, referens ex uno latere capita SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ex alio vero Calixtus P.II.

Anaſtaſii IV.

Ejuſdem generis ampliſſima privilegia plures alii Romani Pontifices ſucceſſores conceſſere. Quos inter Anaſtaſius IV. Caſſinatium perpetuam erga ſanctam ſedem apoſtolicam fidem ſummopere laudat hoc diplomate. *Anaſtaſius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilecto filio Rainaldo S. Romanæ eccleſiæ presbytero Cardinali, & Caſſinenſi Abbati, ejuſque Fratribus ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Inter univerſas eccleſias orbis Caſſinenſe cœnobium apoſtolicæ ſedi tamquam ſpeciale membrum ſemper adhæſit, & ſicut ei extitit vicinitate loci propinquum, ita eam devotis ſtudiis ſervitiis frequentare. Unde & hi, qui ante nos ex divini muneris largitate beati Petri cathedram tenuerunt, monaſterium ipſum ſincero dilexerunt affectu, & temporalibus, ac ſpiritualibus beneficiis ampliare illud jugiter ſtuduerunt, ita quidem de ipſius augmento ſe ſollicitos exhibentes, ut ſtudio eorum, & opere, & nova ſemper incrementa perciperet, & percepta firmiter conſervaret. Quorum nimirum, & nos veſtigia erga beati Benedicti, & eccleſiæ ſuæ reverentiam imitantes, eccleſiam S. Juliani ſitam in territorio Freſenonis cum pertinentiis ſuis, quam venerabilis frater noſter Leo Verulanus, & eccleſiam S. Ceſarii ſitam in ſuburbio Anagnino ſupra lacum Claranum, quam frater noſter Eleutherius Anagninus epiſcopi, vobis noſtris precibus mediantibus conceſſerunt monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & perpetuo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus juxta conceſſionem eorum illibatas permanere ſancimus. Alteri quarum eccleſiarum eccleſiæ videlicet S. Ceſarii concedimus, & præſentis ſcripti pagina confirmamus, tantum terræ in Pulliano, quantum duobus paribus boum annuatim debeat ſufficere ad arandum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis, & conceſſionis paginam temerario auſu infringere, vel ei præſumptione aliqua contraire. Si quis autem id attemptare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonitus, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus incurrat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Datum Romæ apud S. Mariam Rotundam II. Kal. Novembris.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula ſerica crocei coloris ex utraque parte impreſſum, referens ex uno latere capita SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ex alio vero Anaſtaſius PP. IV.

Ex originali in Archivo.

nota.

Alexandri III.

Alexander III. iiſdem de cauſis plura Caſſinatibus privilegia conceſſit. Tria hic dare contenti erimus. *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis. P. Abbati, & Capitulo Caſſinenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Fervor devotionis, & integritas fidei veſtræ quam geritis circa nos, & Romanam eccleſiam, monet nos propenſius, & inducit, ut commodis, & profectibus monaſterii veſtri debeamus diligenter intendere, & gratiam noſtram vobis uberius exhibere. Eapropter dilecti in domino filii de benignitate ſedis apoſtolicæ vobis præſentibus litteris indulgemus, ut pro rebus, quas ad opus ejuſdem monaſterii veſtri apud civitatem Beneventanam aliquando comparatis, vel facitis comparari, nil aliquo tempore pro paſſagio, vel plateatico requiratur, ſed apud civitatem ipſam ea, quæ vobis, vel eidem monaſterio veſtro fuerint neceſſaria emere, & libere, ac ſine datione qualibet cum his inde recedere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ VII. Kal. Martii.*

Ex originali in Archivo.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula rubei croceique coloris &c.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei dilectis filii P. Abbati, & Conventui Caſſinenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum monaſterium Caſſinenſe, in quo divinis eſtis obſequiis dediti ſpetialis charitatis brachiis amplectamur, & ad ejus commodum velimus ſicut debemus ſemper attentius intendere de ipſius vobis profectibus non immerito congaudemus, & ad conſervandum quod eſt pro ejus bono rationabili conſideratione ſtatutum ſollicitam volumus operam adhibere. Inde eſt utique quod ſi quando poſtulatis a nobis quæ ad commodum univerſitatis veſtræ pertinent, petitionibus veſtris tanto facilius favorem apoſtolicum impertimur, quanto præſcriptum monaſterium ſpecialius ad proviſionem noſtram reſpicit,

Ex originali in Archivo.

& tutelam. Sane enm clauſtrales Fratres ipſius Monaſterii in veſtimentis defectum aliquando ſuſtinerem, bona memoria Gentilis de Palearia, qui apud idem monaſterium ſepulturam elegerat pietatis intuitu, & propria ſalutis obtentu vobis ſicut accepimus ad inveſtituram filtrorum, & adſtricta pellicea biennio comparanda ſedecim millia tarenorum ſalubri conſideratione donavit. Cum autem tu fili Abbas pecuniam prataxatam in aliam utilitatem Monaſterii convertiſſes in recompenſationem ejus viginti uncias auri de Caſtillone, & quinque de eccleſia de Cinglis in uſus, quos pradiximus erogandas fratribus perpetuo conceſſiſti. Unde qui nobis imminet ex injuncto officio providendum, ne quod provide ſit, temeritate quorumlibet diſſolvatur, nos veſtris poſtulationibus clementer inducti, praſcriptas viginti uncias auri de Caſtellone, & quinque alias de eccleſia de Cinglis Fratrum uſibus, quibus a te Fili Abbas deputata ſunt, ſicut in inſtrumento publico continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtra confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculan. decimo Kal. Aprilis. Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula.

Ex originali in Archivo. *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio Rainaldo Abbati venerabilis monaſterii Caſſinen. B. Benedicti, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Licet omnium eccleſiarum cura, & ſollicitudo ex injuncto nobis a Deo apoſtolatus officio ſollicitudini noſtra immineat, illi tamen, qua ſpecialius, ac familiarius ad Romani pontificis ordinationem ſpectare noſcuntur, amplliori nos convenit charitatis ſtudio imminere; ea propter dilecte in domino Fili Raynalde Abbas tuis juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, praſatum beati Benedicti Monaſterium, cui, deo auctore praeſſe dinoſceris ad exemplar pradeceſſorum noſtrorum fel. mem. Calixti, & Anaſtaſii Romanorum pontificum ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quacumque bona eadem eccleſia in preſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis cooperante domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis. In primis monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem Caſini montis, monaſterium S. dei genitricis virginis Maria, quod vocatur Plumbarola, monaſterium S. Maria in Cincla, cellam S. Benedicti in Capua cum pertinentiis ſuis, S. Angeli ad formas, S. Joannis puellarum, S. Rufi, S. Benedicti Pizuli, S. Angeli ad Odaldiſcas, S. Agatha in Averſa, S. Cecilia, & S. Dimitrii in Neapolim, S. Benedicti ad portam Ruſini, S. Nicolai in civitate nova, S. Benedicti in Pantano, S. Benedicti in Petra polecina, S. Georgii in Fenucleo, S. Johannis in Turkecoſo, S. Petri in Roſſano, S. Angeli in Capraria, S. Jannarii prope Beneventum, S. Martini ibidem, S. Dionyſii in Ponte, & S. Anaſtaſii, S. Maria in Canneto juxta fluvium Trinium, S. Benedicti, & S. Laurentii in Salerno, S. Liberatoris in Marchia cum omnibus pertinentiis ſuis, S. Benedicti in Marſia, S. Maria in Luco S. Coſmatis in Civitella, S. Angeli in Barregio cum omnibus pertinentiis ſuis, S. Maria ancillarum dei in civitate Coſentia, S. Maria in Banza, S. Petri de Lacu, S. Petri de Ovellano, S. Eraſmi, S. Benedicti, & S. Scholaſtica in Cajeta, S. Magni in Fundis, S. Stephani, S. Benedicti, & S. Agatha in Terracina, S. Petri in Foreſta, S. Pauli ibidem, S. Maria in Pontecurvo, S. Angeli, S. Nicandri, & S. Thoma in Troja, S. Euſtaſii in Pantaſia, S. Benedicti in Alariano, S. Benedicti in Pectmari, S. Maria in Caſale plano, S. Illuminata in caſtello Lemuſano, S. Trinitatis, & S. Georgii in Termule, S. Focatis in Leſina cum fauce, & Piſcaria, S. Benedicti in Aſculo, S. Euſtaſii in Petra habundanti S. Euſtaſii in Vipera, S. Maria in Barretano, S. Scolaſtica in Piune, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai juxta fluvium Trutinum in Aprutium cum pertinentiis ſuis, S. Johannis ad ſcurſonem, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Tiſino fluvio, S. Apollinaris in Firmo quod dicitur ad Oplaniis, S. Maria in Arboſcla, S. Martini in Saline, S. Angeli in Marano, & SS. ſeptem fratrum, & S. Laurentii, S. Benedicti in Ripanrſa. In Comitatu Aquinenſi cellam S. Gregorii, S. Mauritii S. Pauli S. Conſtantii, S. Chriſtophori, S. Nicholai, S. Maria in Albaneta, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Chia, S. Nazarii in Comino, S. Valentini, S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis, S. Salvatoris, S. Angeli Vallislucis, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Canuuca, S. Maria in Verulis, S. Petri in Eſcleto, S. Lucia, & S. Petri in Curuli, S. Silveſtri, S. Martini, & S. Lucia in Erpino, S. Maria de Caſtello Zupponis, S. Martini in pede arcis, S. Benedicti in Colle de Inſula, S. Maria in Bavuco, S. Nicolai in Turrice, S. Juliani in Fruſilone, S. Ceſarii in Anagnia, S. Germani in Sora, S. Benedicti in Paſchcſano, S. Petri in Mormis, S. Angeli in Peſco canali, S. Patris in Formis, S. Angeli in Albe, S. Eraſmi in Pomperano, S. Maria in Cellis, S. Paſtoris in civitate Tyburtina. In Venafro S. Benedicti, S. Nazarii, S. Martini in ipſa Furca. Curtem S. Maria in Sala, S. Benedicti Pizoli ibidem, S. Benedicti in Ceſima, S. Benedicti in Seſſa, & S. Leonis, curtem, qua dicitur Lauriana, S. Benedicti in Teano cum pertinentiis ſuis, S. Maria in Calvo, S. Nazarii in Auglena, S. Adjutoris, & S. Benedicti in Aliſa, S. Domnini in Teleſia, S. Martini in Vulturno. In Amalfi, S. Crucis, & S. Nycolai, S. Crucis in Sernia, S. Marci in Carpenone, S. Valentini in Ferentino, S. Angeli in Algido, S. Marci in Ceccano, S. Agatha in Tuſculano, S. Jeruſalem, S. Benedicti in Albano, In Roma monaſterium S. Sebaſtiani in Palladio. In Luca cellam S. Georgii. In territorio Piſana civitatis S. Silveſtri & S. Salvatoris in Civitella; In ducatu Spoletino, S. Maria in Calena, S. Benedicti in Trani, S. Benedicti in Caro, S. Petri Imperialis in Tarento. In Calabria cellam S. Anaſtaſia, S. Maria in Tropea, S. Nicolai in Sallectano, S. Euſemia in Marchia. In Comitatu Aretino monaſterium S. Benedicti, & S. Benedicti in Crema; in Sardinia inſula eccleſiam S. Maria in Thergo, S. Helia in monte Sancto,*

&

& s. Helyſæi cum omnibus earum pertinentiis, s. Mariæ de Sabucco, s. Mariæ de Toralbo, s. Mariæ de Tanccle, s. Petri de Trecingle, s. Nycholai, & s. Mariæ in Solio cum pertinentiis earum; s. Nycolai de Talaſa, s. Michaelis in Ferrucisi, s. Georgii in Ticillo, s. Petri in Simbrano, s. Petri in Nurchi, s. Nicolai de Nugulbi, & s. Johannis, s. Helyæ de Sitini, & s. Mariæ de flumine tepido. In civitate Coſentiæ s. Petri in Buda, s. Martini juxta fluvium Armini, s. Columbani, s. Nicolai in Gnaitanelli, s. Luciæ cum inſula s. Viti. In Palentino, s. Mariæ in Ceſis, s. Johannis in Vonaza, s. Johannis in Via Romana, s. Johannis de Actangone, s. Petri in Pereto. In capitanata medietatem Caſtri Serræ, s. Lucæ in monte Gargani, Paſqua de Mateſe. In firmo s. Bartholomæi in campo Fullonis. In Tude s. Magni in Quatrelli, s. Angeli in Galla. In territorio Andegavenſi s. Mauri in Glannafolio cum cellis, villis, & omnibus pertinentiis ſuis. In dalmatia s. Mariæ juxta civitatem Raguſam cum portu ſuo, s. Nicolay in Sanſacu prope Spalatrum. In Hiſpania s. Benedicti in Terracone, s. Benedicti in Coadgrane juxta civitatem Logronium, Item civitatem, quæ dicitur s. Germani poſitam ad pedem Caſini montis, caſtellum s. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum s. Angeli; Plumbarolæ Pignatarium, Pedemontis, Juncturam, caſtrum s. Ambroſii, s. Apollinaris, s. Georgii, vallem frigidam, s. Andreæ, Vantram monaſticam, Vantram Comitalem, s. Stephani, Teramum, Fracte caſtrum novum, Mortulam cum curte, quæ dicitur Caſa fortini, Cucurnzu, Caminum, Sujum cum omnibus pertinentiis ſuis, ex utraque parte fluminis, turrem ad mare juxta fluvium Garilianum, caſtrum Pontiſcurvi, s. Petri in Flia, ToroccIum, Cervarium, s. Victoris, s. Heliæ, Vallem rotundam, Saraciniſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Viticoſum. In Calabria caſtrum Cetrarii cum eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis. In Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum, montem Albrici, Mucelam s. Quirici cum portu, Friſam, s. Juſtam. In Comitatu Eſculano caſtellum quod dicitur Octavum, & poſt montem Cinianum, Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum Ripa Urſa, Montem bellum, Petram fracidam. In Comino Vicum album, in territorio Carſeolano caſtellum Auriculam, Piretum, roccam Incameratam, & Foſſam cecam, In Amalphi fundicum, in Territorio Trojano Caſtellionem de Baroncello, s. Juſtam, Villam s. Nicolay quæ de Galliciano dicitur. In monte s. Angeli Hoſpitale. In territorio Capuano Gualdum de Liburia, in Comitatu Teanenſi curtem s. Felicis, cum eccleſia s. Ippoliti. Præterea patrum noſtrorum veſtigia ſubſequentes præfatum s. Benedicti monaſterium cæteris per occidentem cœnobiis præferendum aſſerimus, & tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum ſeu principum ſuperiores omnibus Abbatibus conſedere, atque in judiciis priorem cæteris ſui ordinis viris ſententiam proferre ſancimus. Uſum etiam compagorum, ac cirothecæ, dalmaticæ, ac mitræ tam tibi quam ſucceſſoribus tuis in præcipuis feſtis, & diebus dominicis ad miſſas, ſeu in conſeſſu concilii habendum concedimus, ſane tam in ipſo venerabili monaſterio quam & cellis ejus cujuſlibet eccleſiæ epiſcopum vel Sacerdotem præter Romanum pontificem dicionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad Synodum convocandi præſumere prohibemus. Ita ut niſi ab Abbate, Prioreve loci fuerit invitatus, nec miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare. Liceatque ipſius monaſterii, & cellarum ejus fratribus clericos cujuſcumque ordinis, ſeu laicos de quocumque Epiſcopatu ad converſionem venientes in ſanitate, vel in ægritudine cum rebus ſuis, abſque epiſcoporum vel cujuslibet perſonæ contradictione ſuſcipere, niſi tunc iidem clerici, ſeu laici a diœceſanis Epiſcopis pro certis fuerint excommunicati criminibus. Liceat etiam abſque cujuslibet ſecularis, vel eccleſiaſticæ poteſtatis inhibitione ſubiectis monaſteriis ſuis tam Monachos quam ſanctimoniales fœminas judicare. Liceat quoque fratribus per cellas in civitatibus conſtitutas ad divina officia celebranda quandocumque voluerint ſigna pulſare, populum dei tam in ipſum cœnobium, quam & in cellas ejus ad dei verbum audiendum ingredi, nullus Epiſcopus excepto pro communi totius civitatis, vel parochiæ interdicto prohibeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, aut violentia præponatur, niſi quam fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint a Romano pontifice conſecrandum, ſicut in domini prædeceſſoris noſtri ſanctæ mem. Leonis papæ privilegio continetur. Ad hæc tam præſentium, quam futurorum avaritiæ ac nequitiæ obviantes, omnes omnino ſeditiones, quas levas dicunt, ſeu direptiones in cujuſcumque Abbatis morte, aut electione fieri auctoritate apoſtolica interdicimus, chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſive baſilicarum, ordinationes clericorum a quocumque malueritis catholico ſuſcipiatis epiſcopo, baptiſmum autem, & infirmorum viſitationes per clericos veſtros in oppidis veſtris, ſeu villis agetis. Ad perpetuum etiam hoſpitium tibi tuiſque ſucceſſoribus Palladii cellam concedimus, ut de veſtra illic congregatione quem volueritis ordinetis, quem ſi forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen, tamquam veſtræ congregationis Monachum ſub veſtra decernimus diſpoſitione perſiſtere. Redditum quoque, qui ab officialibus noſtris apud Hoſtiam, vel Portum de navibus exigi ſolet, navi veſtra, ſi qua eo venerit, relaxamus. Sepulturam ſane loci veſtri, & monaſteriorum veſtrorum liberam omnino eſſe cenſemus, ut eorum, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuſte datas ſuis uſibus vendicare, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine dei, & domini redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo

Suppl. Hiſt. Caſſin.

examine diſtructa ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eternæ pacis inveniāt. Amen. Amen. Amen. ſanctus Petrus, ſanctus Paulus, Alexarder Papa III. ✠ Vias tuas Domino demonſtra mihi. Bene valete. Ego Alexander catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Hubaldus Hoſtienſis epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Bernardus Portuenſis epiſcopus, & S. Ruſinæ ſubſcripſi ✠ Ege Galterius Albanenſis epiſcopus ſubſcripſi ✠ Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi ✠ Ego Aſtaldus presbyter Cardinalis titulo s. Priſcæ ſubſcripſi ✠ Ego Johannes presbyter Cardinalis ss. Johannis, & Pauli titulo Pamachii ſubſcripſi. ✠ Ego Ildebrandus presbyter Cardinalis baſilicæ duodecim Apoſtolorum ſubſcripſi. ✠ Ego Johannes presbyter Cardinalis titulo s. Anaſtaſiæ ſubſcripſi. ✠ Ego Albertus presbyter Cardinalis tituli s. Laurentii In Lucina ſubſcripſi. ✠ Ego Oddo diaconus Cardinalis s. Georgii ad vellum aureum ſſ. ✠ Ego Jacintus diaconus Cardinalis s. Mariæ in Coſmedyn ſſ. ✠ Ego Oddo diaconus Cardinalis s. Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi. ✠ Ego Boſo diaconus Cardinalis ſſ. Coſmæ, & Damiani ſubſcripſi. Datum apud Ninpham per manum Hermani S. R. E. ſubdiaconi, & notarii VII. Idus Novembris incarnationis dominicæ anno MCLIX, indictione octava. Pontificatus vero domni Alexandri papæ tertii anno primo. Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula.

Et Clemens tertius, hoc ſuo diplomate.

Ex originali in Archivo. *Clemens epiſcopus ſervus ſervorum dei dilectis Filiis Roffrido Abbati monaſterii s. Benedicti Caſſinenſis, ejuſque Fratribus, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Omnipotenti deo, cujus melior eſt miſericordia ſuper vitas, gratias agimus, quoniam glorioſus in ſanctis ſuis, atque mirabilis eſt, & virtutes ſuas ubicumque vult ineffabili bonitate oſtendit. Ipſe quippe dignationis ſuæ potentia beatiſſimum Benedictum patrem omnium conſtituit Monachorum. Ipſe enim monaſticæ legis latorem, & operatorem eſſe diſpoſuit. Ipſe illius meritis Caſſinenſe monaſterium, in quo & ſanctiſſime vixit, & glorioſiſſime obiit, omnibus per Occidentem monaſteriis, clementi benignitate prafecit. Quoniam igitur dignum eſt, ut tam celebre, ac ſolempne monaſterium Apoſtolica ſedes ſpecialius amplectatur, monaſterium ipſum ad exemplar prædeceſſorum noſtrum fel. mem. Romanorum pontificum, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut idem monaſterium, & omnia, quæ ad ipſum pertinent, quieta ſemper, & ab omni jugo mortalium libera, ſub ſolius S. R. E. jure, ac perpetua defenſione permaneant. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in preſentiarum jure, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adepiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In primis monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem Caſini montis, monaſterium s. dei genitricis virginis Mariæ, quod vocatur Plumbarola, monaſterium s. Mariæ in Cingla, cellam s. Benedicti in Capua cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Angeli ad formam cum cellis & pertinentiis ſuis, s. Johannis puellarum, s. Ruſi, s. Benedicti Piczuli, s. Angeli ad Odaldiſcos, s. Agatæ in Averſa, s. Ceciliæ, & s. Dimidrii in Neapolim. In civitate Benventana eccleſiam s. Benedicti ad portam Ruſini, s. Nicolai. In civitate nova s. Benedicti in Pantano, s. Nicolai in Petra Pulecina, s. Georgii in Fenuculo, s. Joannis in Turlecoſo, s. Petri in Roſſano, s. Angeli in Capraria, s. Januarii prope Beneventum, s. Martini ibidem, s. Dionyſii in Ponte, & s. Anaſtaſii, s. Mariæ in Canneto juxta fluvium Trinium, s. Laurentii in Salerno, s. Liberatoris in Marchia cum omnibus ſuis pertinentiis, s. Benedicti in Marſi, s. Mariæ in Luce, s. Coſmatis in Civitella, s. Angeli in Barrejo cum omnibus pertinentiis ſuis, s. Mariæ Ancillarum dei in civitate Coſentina, s. Petri de Lacu, s. Petri de Avellana cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Eraſmi, & s. Benedicti, & s. Scholaſticæ in Cajeta, s. Magni in Fundis cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Benedicti, s. Agathæ, & s. Stephani in Terracina, s. Petri in Foreſta cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Heliæ in Ambriſie, s. Pauli in Foreſta, s. Mariæ, & s. Vincentii, in Pontecurvo cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Benedicti in Bagnarola, s. Mariæ, & s. Luciæ in Rivo Matricio, s. Nicolai, & s. Petri in Caſtello, s. Joannis in Carrica, s. Angeli, & s. Nicandri, & s. Thomæ in Troja, s. Euſtaſii in Pantaſia, s. Benedicti in Alarino, s. Benedicti in Pectinari, s. Mariæ in Caſale plano, s. Illuminatæ in caſtello Lemuſano, ss. Trinitatis, & s. Georgii in Termule, s. Focatis in Leſina cum fauce, & Piſcaria, s. Benedicti in Aſculo, s. Euſtachii in Petra abbundanti, s. Euſtachii in Vipera, s. Mariæ in Barrutano, s. Scholaſticæ in Pinnis, s. Salvatoris in Tave, s. Nicolai juxta Fluvium Truntinum in Abrutio cum pertinentiis ſuis, s. Joannis ad ſcurſonem, s. Benedicti in Trunte, s. Benedicti in Tiſino fluvio, s. Apollinaris in Firmo, qui dicitur ad Oplanis, s. Mariæ in Arboſcla, s. Martini in Salino, s. Angeli in Marane, & ss. ſeptem Fratrum, & s. Laurentii, s. Benedicti in Kipaurſa. In comitatu Aquinenſi cellam s. Gregorii, & s. Mauritii, s. Pauli, s. Conſtantii s. Chriſtophori s. Nicolai, & ſanctæ Mariæ in Albaneto, ſancti Nicolai in Cicoma, s. Benedicti in Clia, s. Nazàrii in Comino, s. Valentini, & s. Martini, s. Urbani, s. Angeli, s. Pauli, s. Felicis, & s. Salvatoris, s. Angeli in Valleluce, s. Michaelis in Oliveto, s. Nicolai in Pica cum cappellis ſuis, s. Eunufrii, & s. Mariæ de Ægipto, s. Angeli in Cannucio, s. Joannis de Peſclo, s. Mariæ in Verule, s. Petri in Eſcleſa, s. Luciæ, & s. Petri in Curuli, & s. Nicolai de Francavilla, s. Joannis de Pantana, s. Silveſtri, & s. Martini, & s. Luciæ in Arpino, s. Mariæ de caſtello Zupponi, s. Benedicti in Colle de Inſula, s. Mariæ in Bauco, s. Nicolai in Turrice, s. Juliani in Friſilone, s. Valentini, in Ferentino, in Anagnia s. Cæſarii, s. Angeli in Algido, s. Marci in Ceccano, s. Agathæ in Tuſculano, & s. Jeruſalem, s. Benedicti in Albano, in Roma monaſterium s. Sebaſtiani quod dicitur Palladia, lucana, cellam s. Georgii, s. Salvatoris in civitella, in ducatu Spoletino, s. Germani in Sora, s. Benedicti in Paſcheſano, s. Petri in Morinis, s. Angeli in Peſclo Canali, s. Patris in*

formis,

formi, s. Angeli in Albe, s. Eraſmi in Pomperano, s. Maria in Cellis, in Venafro, s. Benedicti, & s. Nazarii, s. Martini in ipſa furca, & curtem, s. Maria, &, s. Benedicti Piczuli ibidem, s. Benedicti in Ceſima, s. Jacobi de Pace s. Benedicti, & s. Leonis in Sneſſa, & curtem qua dicitur Lauriana, & Feodum quod fuit Pandulphi de Patritio, S. Joannis in currenti, s. Benedicti in Teano, s. Maria in Calvo, & s. Agapiti in territorio Calvi, s. Nazarii in Anglena s. Adjutoris, & s. Benedicti in Aliſas, s. Domnini in Teleſia, s. Martini in Vulturne, s. Petri in Sexto, in Amalphi s. Crucis, & s. Nicolai, s. Crucis in Sernia, s. Marci in Carpinone, s. Maria in Calena, s. Benedicti in Trani, s. Benedicti in Bari, s. Petri Imperialis in Tarento, in calabria cellam s. Anaſtaſia, caſtellum Pella, & eccleſias Sellectani, s. Maria in Tropea, s. Euſemia in Marchia, item civitatem, qua dicitur s. Germani, poſitam ad pedem ipſius montis, Pontemcurvum, & caſtellum s. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum s. Angeli, Pignatarium, Terami, Plumbarola, Peſdemonte, & Villam de Pedemontis, caſtellum s. Stephani, caſtellum s. Georgii, caſtellum s. Apollinaris, caſtellum s. Ambroſii, caſtellum, s. Andrea, Vallisfrigida, caſtellum novum, Fracta, & eccleſiam s. Marini, Mirtula cum ipſa curte, qua dicitur caſa Fortini, Sugium, turrem ad mare juxta fluvium Garelianum, s. Salvatoris, qui vocatur Cucurnezo, Vantra Cemitalis, Vantra monaſtica, Caminum, Juncturam, Troclum, Cervarium, s. Victorem, s. Petrum in fine, s. Heliam, Vallem rotundam, Serraceneſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Vitecaſum, eccleſiam s. Martini in pede arcis, caſtrum Cetraria, cum omnibus eccleſiis, & pertinentiis ſuis. In Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum, montem Alberici, Mucclam, s. Quiricum cum portu, Friſam, s. Juſtam, in comitatu Eſculano caſtellum quod dicitur Octavum, & poſt montem cinianum, Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum Ripaurſa, Montembellum, Petrafracida; in Comino vicum album in territorio Carſeolano caſtellum Auricola, Piretum, roccam Incameratam, Foſſamcacam, & Capriatam, in Amalfi Fundicum. In territorio Caſtellonem de Baroncello, s. Juſtam, villam s. Nicolai quod de Galliziani dicitur. In Monte s. Angeli hoſpitale, in territorie Capuano Gualdum de Liburia. In Comitatu Teanenſi curtem s. Felicis cum eccleſia s. Hippoliti. In comitatu Aretino monaſterium s. Benedicti. In territorio Piſana civitatis, s. Silveſtri, & s. Benedicti in Crema. In regno Francorum eccleſiam s. Mauri in Floriaco cum cellis, & pertinentiis ſuis. In Sardinia inſula eccleſiam s. Maria in Thergo, s. Helia in Monte, & s. Heliſai cum omnibus earum pertinentiis, s. Maria de Sabuccio, s. Maria de Toralbo, s. Maria de Tanecle, s. Petri de Trecingle, s. Nicolai, & s. Maria in Solio cum pertinentiis earum, s. Nicolai de Teleſa, s. Michaelis in Ferrucoſi, s. Georgii in Ticillo, s. Petri de Simbrano, s. Petri in Nurchi, s. Nicolai de Ugulſuli, s. Joannis, & s. Helia de Sitin. Praterea patrum noſtrorum beata memoria Urbani, & Calixti Romanorum pontificum veſtigia ſubſequentes, veſtrum cœnobium cæteris per occidentem cœnobiis praferendum aſſerimus, & tam te, quam ſucceſſores tuos in omni conventu epiſcoporum, ſeu principum ſuperiorem omnibus Abbatibus conſedere, atque in judiciis priorem cæteris veſtri ordinis viris ſententiam preferre ſancimus. Uſum quoque compagorum, chirothecarum, tunica, dalmatica, ac mitra, Virgam paſtoralem, & quotidianum uſum anuli, tam tibi fili Abbas, quam ſucceſſoribus tuis authoritate Apoſtolica indulgemus. Sane tam in ipſo venerab. monaſterio, quam & in cellis ejus cujuslibet eccleſia epiſcopum, vel ſacerdotem prater Romanum pontificem ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad Synodum provocandi praſumere prohibemus, ita ut niſi ab Abbate, vel Priore loci fueris invitatus, nec Miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare, liceatq; ipſius monaſterii, & cellarum ejus fratribus clericos cujuſcumque ordinis, vel laicos de quocumque Epiſcopatu e ſeculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem venientes, abſque alicujus contradictione ſuſcipere. Liceat quoque abſque cujuslibet ſecularis vel eccleſiaſtica poteſtatis inhibitione ſubiectos monaſteriis ſuis tam Monachos, quam ſanctimoniales fœminas judicare. Liceat etiam fratribus per cellas in Civitatibus conſtitutas ad divina officia quandocumque voluerint ſigna, pulſare. Populum dei tam in ipſum cœnobium. quam & in cellis ejus ad dei verbum audiendum ingredi, nullus epiſcopus excepto pro communi totius civitatis, vel parochia interdicto prohibeat. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſive baſilicarum, ordinationes Monachorum, ſeu clericorum a quocumque malueritis catholico accipiatis epiſcopo. Baptiſmum vero, & infirmorum viſitationes per clericos veſtros in oppidis veſtris, ſeu villis agetis. Ad perpetuum etiam hoſpitium tibi fili Abbas tuiſque ſucceſſoribus Palladii cellam concedimus, ut de veſtra illic congregatione quam volueritis ordinetis quem ſi forte Romano pontifici in Abbatem promovere placuerit, omnino tamen tamquam veſtra congregationis Monachum ſub veſtra decernimus diſpoſitione perſiſtere; redditum quoque qui ab officialibus noſtris apud Hoſtiam, vel Portum de Navibus exigi ſolet, navi veſtra ſi qua ee veneris relaxamus. Obeunte vere te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia praponatur, niſi quem Fratrum communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris de collegio veſtro, aut de alieno, ſi ibidem idoneus repertus non fuerit, ſecundum dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum pontificem conſecrandus accedat. Ad hac tam praſentium, quam futurorum avaritia, ac nequitia obviantes, omnes omnino ſeditiones, quas levas dicunt, ſeu direptiones in cujuſcumque Abbatis morte, aut electione fieri auctoritate apoſtolica interdicimus. Sepulturam ſane loci veſtri, & monaſteriorum veſtrorum liberam omnino eſſe cenſemus, ut eorum, qui illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extrema voluntati, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Porro pro amplioris benevolentia gratia, quam nos prater noſtrorum pradeceſſorum dilectionem circa veſtrum monaſterium gerimus, licentiam tibi, ac legitimis ſucceſſoribus tuis concedimus, ut ſi quis ejuſdem monaſterii veſtri, & cellarum ejus poſſeſſionis aut res violenter abſtulerint, poſt quam ipſorum epiſcopi a vobis tertio invitati juſtitiam de eis facere omnino noluerint, vos ſuper eoſdem raptores ſecunde, tertiove commonitos cano-

nicam excommunicationis ſententiam proferatis. Ea vero, quæ Monaſterium veſtrum ad quadraginta retro annis noſcitur pacifice poſſediſſe vobis, & eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, ita quidem quod ſuper hiis nullo umquam tempore impedi debeatis, vel quomodolibet moleſtari. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

† *Doce me Domine facere voluntatem tuam Scſ. Petrus. Scſ. Paulus, Clemens PP. III. Benevalete.*

Ego clemens Catholicæ Eccleſiæ
Epiſcopus ſubſcripſi.

† *Ego Joannes tit. S. Marci presbr. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Laborans presb. Cardinal. tit. S. Mariæ Transtyberim ſubſcripſi.*

† *Ego Pandulfus presb. Cardinalis baſilicæ XII. Apoſtolorum ſſ.*

† *Ego Albinus tit. S. Crucis in Jeruſalem preſbr. Cardinalis ſubſcripſi.*

† *Ego Radulfus tit. S. Praxedis presbyter Car- Cardinalis ſſ.*

† *Ego Bobus tit. S. Anaſtaſiæ presb. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Alexius tit. S. Suſannæ presb. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Jacobus diaconus Cardinal. S. Mariæ in Coſmydin ſſ.*

† *Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diacſ. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu diacſ. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Joannes S. Theodori diacſ. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Bernardus S. Mariæ novæ diac. Cardinal. ſſ.*

† *Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro diacſ. Cardinal. ſſ.*

Datum Laterani per manum Moyſi S. R. E. ſubdiaconi vicem agentis Cancellarii XI. Kal. Decembris, indictione ſeptima, anno incarnationis dominicæ MCLXXXVIII. pontificatus vero domini Clementis papæ III. anno primo. Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula.

Quædam referuntur ex hoc privilegio in bullario Caſſinenſi tom. 2. fol. 216., & 217., mirari tamen ſubit cur Margarinus non appoſuerit locis ſuis notulas &c. unde facile poterit lector in opinionem induci, quod integrum ſit, & ſola pontificis, & Cardinalium ſubſcriptione deſtituatur. Error eſt in indictione, quum pro octava, quæ notatur, debet eſſe ſeptima, cujus commatis eſt etiam illa qua ſignatur privilegium ab eodem Clemente datum eodem anno V. Kalend. Novembris monaſterio montis Regalis a Margarino immediate antea adductum. Cæterum Privilegii hujus indictio incipit a menſe Septembris; quum in alio diplomate dato XVI. Kal. Junias, indictione ſexta Incarnationis Dominicæ 1188., quod idem refert Margarinus fol. 212. mendum irrepſerit etiam in die; ſignatur enim X. Kal. pro XI. Verum. nimii eſſemus ſi omnia conceſſa a Romanis Pontificibus privilegia, ab iiſdemque ipſis, qui a nobis laudati ſunt, in medium proferenda eſſent, quibus Caſſinatium cum primis pietatem, atque erga S. ſedem apoſtolicam fidem incorruptam commemorant.

Neque boni Caſſinatium mores laicis principibus ignoti, nam Lotharius III. ad eoſdem Caſſinates ſcribens ſic illos alloquitur. *Ex antiquo eccleſia veſtra nomen religionis habuit ſemperque ſanctæ converſationis exemplum, & formam aliis præbuit. Unde etiam confidimus veſtris orationibus apud deum hoc poſſe optineri, ut quietem univerſali reddat eccleſiæ, & pacem noſtris concedat temporibus.* Et in alia epiſtola ad eoſdem hæc ſcribit Lotharius: *Si in vobis non remanſerit in propoſito noſtro eſſe ut de honore eccleſiæ veſtræ ſecundum munificentiam imperialem cogitemus, attendentes enim dignitatem tantæ eccleſiæ, & religionis, quæ præ cæteris hactenus floruit, in omnibus eam reſpicere, & manutenere, ſicut ſpecialem cameræ noſtræ domum diſpoſuimus. &c.* In quarta ejuſdem epiſtola ad Caſſinates hæc leguntur: *Lotharius dei gratia Romanorum imperator auguſtus, decano, omnibuſque Caſſinenſis monaſterii Fratribus gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Nolentes quantum deus permiſerit, in aliquo terminos Anteceſſorum noſtrorum imperatorum excedere, jus eccleſiæ Caſſinenſis ad exemplum illorum in nullo imminui patiemur ſemper enim eccleſiam illam in vigore religionis permanſit, omnibuſque forma bonæ converſationis fuit.*. Eadem fere Caſſinatibus ſcribit Richizza Lotharii uxor. Haſce legere eſt in appendice ad Chronichon Caſſinenſe p. 24., & 25. Pariſiis editum A. 1668. Quæ quidem Lotharii elogia haud adeo viri dignitate æſtimanda ſunt, ſed ab ejus pietate, probiſque moribus, quos Petrus Diaconus oculatus teſtis deſcribit lib. IV. cap. 124. & Baronius ad annum 1137. To. XII. p. 264.

Et ab Imperatore Lothario III.

Gonnarius Sardiniæ rex in privilegio anno 1147. conceſſo, quod in Diſſert. I. dabimus, hæc ait: *Ego Gonnarius divina diſpenſatione Turritanorum rex, & dominus viceſimo anno regni noſtri Jeroſolimam pergens ad loca ſancta viſenda ad limina ſanctiſſimi patris Benedicti declinare decrevimus, atque petitionibus rm̃i domini Raynaldi dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbatis, & Fratrum quos ibi congregatos reperimus, quorum converſatio nobis valde placuit aſſenſum præbuimus &c.*

a Gonnario Rege.

Pandulfus Piſanus titulo ſanctorum duodecim Apoſtolorum Cardinalis in vita Gelaſii II. primum in lucem edita Romæ anno 1638. a D. Conſtantino Cajetano hæc ſcribit: *Caſſinenſe cœnobium tum ob B. Benedicti eccleſiam, & meritam reverentiam, tum quia in ipſo monaſticæ religionis habitum ſumpſerat religionis ſuæ primordia, & converſationis reducens*

a Pandulfo Piſano Cardinali.

cens ad animum, ſanctamque vitam patrum inibi domino pariter ſervientium, ſedula mentis cogitatione pertractans, non tantum in his, quæ ad deum ſunt irremiſſius gubernare, verum etiam extra contra tumultuantes inſidias malignantium turrem inexpugnabilem ſemetipſum exponere omni conamine, & omni niſu curabat.

Querelas, quibus archiepiſcopi, & epiſcopi in concilio Romano ſub Calliſto II. Monachos impetebant, hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 78. *In qua etiam Synodo epiſcopi, & archiepiſcopi adverſus Monachos proclamationem fecerunt, dicentes, nil aliud ſupereſſe, niſi ut ſublatis virgis, & anulis deſervirent Monachis: Illi enim eccleſias, villas, caſtra, decimationes virorum, & mortuorum oblationes retinent, & rurſum hæc ſæpius ante Pontificem conquerentes. Decidit pudor canonicorum, honeſtas abliterata eſt, clericorum religio cecidit, dum Monachi contempto cœleſti deſiderio jura epiſcoporum inſatiabiliter concupiſcunt, & omnes, quæ ſua ſunt quærunt, & qui mundum cum ſuis concupiſcentiis reliquerunt, his quæ in mundo ſunt inhiare non deſinunt. Et quibus per beatum Benedictum a curis mundialibus, ultro quieſcendi locus offertur ad tollenda ea, quæ epiſcoporum ſunt, opportune fatigantur. Cumque ſuper hujus rei negotium diverſi diverſa ſentirent, tandem ex commiſſione noſtri Abbatis ſurgens in medium quidam ex noſtris dixit. Congregati ſunt inimici noſtri, & gloriantur in virtute ſua, ſed tu domine noſter contere virtutem illorum, ut agnoſcant, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis niſi tu domine noſter; nam quid acturi ſunt Fratres Caſini degentes, qui die, ac nocte omnipotentis dei clementiam pro totius orbis ſalute ſupplicare non ceſſant? Quid acturi ſunt ſi conceſſiones Romanorum pontificum violantur. Non enim ita Caſſinenſes Abbates Romanæ eccleſiæ obſecuti ſunt, ut ea, quæ S. Benedicto imperatores, reges, duces, ac principes, atque Romani pontifices obtulerunt, nos, veſtri apoſtolatus tempore perdere, & exereditari mereamur, &c. Ad hæc papa Calixtus, imperato ſilentio, dixit: Caſſinenſis eccleſia non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum fundata eſt, cujus imperio pater Benedictus ad eundem locum deveniens, illumque ab idolorum ſordibus emundans, ſancta regula deſcriptione, & miraculorum prodigiis, & ſui corporis ſepultura toto Orbi ſpectabilem reddidit, & totius monaſtici ordinis caput effecit. Accedit ad hoc quod idem venerabilis locus a Romanis pontificibus reſtauratus, & Romanæ eccleſiæ filiorum unicum in adverſis ſolacium, & in proſperis infatigata requies perſeverat. Et nos ergo ſanctorum noſtrorum Romanorum pontificum veſtigiis inſiſtentes, Caſſinenſe cœnobium cum omnibus attinentiis ſuis ab omnium mortalium jugo quietum, ſemper, & liberum manere, & ſub ſolius S. Romanæ eccleſiæ jure defenſioneque perpetua manere decernimus.* Ex quibus epiſcoporum querelis nonniſi Monachorum, potiſſimum Caſſinenſium, qui plus omnibus eccleſias, caſtella, oppida, bona poſſidebant, ſanctitas evincitur, qua illecti Chriſti fideles, hæc illis latifundia dono dedere. Ex Monachi vero Caſſinatis defenſione pro ſociis, atque ex Calliſti ipſius verbis Monachorum Caſſinenſium probitas innoteſcit.

Epiſcoporum querelæ gloriæ ſunt Caſſinatibus.

Hæc certe Caſſinatium ſanctitas in cauſſa fuit cur in Dalmatiam aſciſcerentur, ut teſte Petro Diacono cap. 80. infra dicemus in monaſterii S. Mariæ de Rabiata donatione.

Caſſinates in Dalmatiā aſciti.

Sanctitatem etiam, proboſque Caſſinatium mores declarat, advocatos ex eorum numero, qui celeberrimum S. Mariæ de Latina apud Hieroſolymam monaſterium ab Amalfitanis fundatum incolerent, ut in §. de Monaſteriis dicemus. Idemque patebit ex Monachorum pietate, qui in monaſterio S. Matthæi ſervorum Dei degebant.

Et ad incolendū Monaſterium S. Mariæ de Latina.

Certe Monachorum Caſſinenſium ſanctitas longe quoque diſſitis a nobis principibus innotuerat. Nam rex Angliæ eorum ſe precibus commendavit, teſte Petro Diacono oculato teſte cap. 63. miſſis ad eos legatis, quod haud ſcimus, an unquam de alio monaſterio legas. En Petri verba: *His porro diebus Robbertus rex Anglorum Legatos ad hoc monaſterium direxit, petens ut pro ſe, atque pro ſtatu regni ſui domini clementiam exorarent, calicemque aureum quantitatis non modicæ beato Benedicto per eos dirigere ſtuduit.* Eorum quoque orationibus ſeſe commendavit Alexius imperator CPnus, ut hiſce verbis teſtatur idem Petrus cap. 17. *Alexius imperator Conſtantinopolitanus per Johannem Choropalatium ſuum tranſmiſit beato Benedicto veſtem de dorſo ſuo oxi deauratam, quem profecto legatum prædictus Abbas honorifice ſatis ſuſcepit, eundemque Imperatorem participem bonorum, quæ in Caſino operantur imperpetuum manere conſtituit, legatumque ſuum cum litteris ad eum direxit per quas Chriſtianos, qui ad expugnandam paganorum perfidiam Jeroſolimam perrexerant illi commendare curavit, ac prælationem, & curam domus peregrinorum, quæ in Caſino eſt ad remiſſionem omnium peccatorum ei gerendam injunxit, &c. Alia vice libras octo ſolidorum Michalatorum miſit idem imperator cauſa memoriæ, & pallium triacontaſimum pro altare noſtræ eccleſiæ.* Capite poſtmodum 27. alia dona commemorat ab eodem imperatore S. Benedicto facta. Eadem ex Petro refert Baronius anno 1118., quo emortualem Alexii diem collocat, & Mabillonius Annal. To. V. p. 238. & 485.

Caſſinatiū Probitas exteris Principibus nota.

Anno 1153. Gunnarius Sardiniæ rex plura monaſterio noſtro S. Mariæ de Tergo bona conceſſit, atque in ejus privilegio hæc præ aliis legere eſt. *Auxiliante domino noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis beata & glorioſa ſemperque virgine dei genetrice Maria, & beato Petro Principe Apoſtolorum, & beato S. Gavino, Proto, & Januario martiribus Chriſti ſub quorum protectione gubernatos nos credimus eſſe ſalvandos. Ego judike Gunnari de Lacon Ki facho cuſta carta cum boluntate de deu, & de Fiju meu Baraſone rege, & deſſa Mujere Pretioſa de Orrobu regina ad S. Maria de Thergu cum boluntate Deum, & pro remeſſione deſſos peccatos meos, & de Parentes meos, & pro ſervitu bonum, Ki apgi in monte Caſino cando andai ad ſſu ſepulchru ad ultra mare, ki me fekit Abbate Raynaldo ki fuit Abbate de monte Caſinu, & Cardinale de Roma pro ſſa ſanctitate ke vidi in cuſſa S. congregatione, & pro camigolle ferun ſi anima mia, & de parentes mios in ſu offitiu, & in ipſas Orationes cantu ſait facker in cuſſu locu, & in tottu ſos atteros locos iſſoro kervitimi voluntate Sabbe., & tottu ſos Monachos pro arrennarellis & pro atterminareli tottu ſos ſaldos Kiarum aver in condakes, & in cartas bullatas Kiarum boller, reger appus ſa corce de thergu pro cavallos, & pro*

Eadē de cauſa Gūnarius Rex erga Caſſinates Beneficus. Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

pro ebbas, & pro omnia cantulis ait plaker de ſalvare, & de reges appus ſa ſcorte. &c. Et ſi quis iſtam cartam deſtruere, aut eſterminare eam voluerit, abeat maledictionem a deo Patre omnipotente, & de S. Marin matre domini noſtri Jeſn Chriſti, & do omnes ſanctos, & ſanctas Dei Amen Amen, fiat, fiat. Et ſi quis iſtam cartam audierit, & noſtras confirmationes confirmaverit, & dixerit quia bene eſt abeat benedictionem n deo Patre omnipotente, & de S. Maria, & omnes ſanctos, & ſanctas dei, Amen Amen. Fiat Fat. Et ſunt teſtes primus deus omnipotens, deinde judike Gunnari de Laccon, & ſiju Baruſone rege. Teſtes Donnikellu Petru, & donnikellu Ithonor. Comita de Gunnale. Ithör de Laccon. Dorgutori de Ponte Comitn de Navithan de Mujores de Janna. Ithör do Bagnos omnes fratres, & fideles meos teſtes Anni domini milleſimo centeſimo quinquageſime tertio, Plures ab hoc rege, de quo fuſius infra donatas cœnobio noſtro eccleſias commemorat Petrus Diaconus cap. 67., ejuſdemque plura privilegia in archivo noſtro extant barbara, quæ vix, aut ne vix quidem intelligi poſſit, lingua conſcripta.

Furatus de Githil. Magnificentia erga Caſſinates cum rege certavit, eodem Petro teſte ibidem, Furatus de Githil Sardus, qui plures in ea inſula ſitas eccleſias hoc diplomate Caſſinatibus dono dedit. *Auxiliante domino deo &c. Ego Furatn de Gitil, e muliere mea Suſanna dezzori facimus ta carta cum boluntnte de deus, ede donnn noſtri judice Coſtantine de Laccon e deſſn muliere domna Marcuſa regina dicta nomina de Gunale, & cum boluntate deſſn Archiepiſcopn, cinco fuit tanto donnu Azzu, e ccum boluntate de Piſcopu Bonucilu teneat tando ſupiſcopin, de impurin e ccum boluntate de tottu filios noſtros, ca la ponemus pro honore de Deus, & de S. Mnrin Sacleſia de S. Nicola de ſolin ci fecimns nois a S. Benedictn a monte Caſinn cun ſu cantn biʒoſimus nois, e ccun ſucantn ki fuit aſſilia tua S. Nicola de pus S. Maria de ſolin, eſſiat de S. Benedictu uſque in ſempiternum. &c. Ed ego Melaci iſcrixi ſta carta imperando me donnu meu judice Coſtantine de Laccon in regno qui dicitur Ardar, menſe Aprihs dies vigeſimo quinto, o Luna habet dies ſexdecim Amen, Amen, Amen, fiat, fiat, fiat.*


Comita. Comita quoque, ut Petrus ibidem refert, eccleſiam S. Michaelis in Fertuceſi cum pertinentiis ſuis in Sardinia ſitam cœnobio noſtro dono dedit. Extat in archivo noſtro donationis Autographum, unde hic aliqua duntaxat, quæ hiſtoriam illuſtrent, ac facilius intelligi poſſint, in medium proferemus: *Auxiliante domino deo &c. Ego Comita de Azzen, & muliera mea Muſtunione de ZZori facimus ta carta cum boluntate de deus, & donnu noſtru judice Goſtantine de Laccon e deſſn muliere donna Marcus regina dicta nomina de Gnale pro onnia cauſſa noſtra canta anius, e damus da heſta rnparare &c. Et ſi quiſta carta deſtruere aud eſterminare ea boluerit iſtrumet deus nomen ſuo de libre bita, & carnes ejus diſrupat bolatilibus cœli, & beſtiis terra, mittat in illis dominus morte Papella, & deleatur de iſto ſeculo eizzius, ed abeat maledictione de duodecim adpoſtoli, & de ſexdecim profetas, & do viginti, e quatuor feniores, & de trecentis decem otte patres ſanctos qui canones diſpoſuerunt in Ician cibitate, ed abeat maledictione de tres patriarchas Abrnam, Iſac, & Jacob, ed abeat meledictione de quatuor evangeliſtas, Marcus, Maczeus, Lucas, & Johannes, ed abeat mnledictione de novem bordines angelorum, e de decem Arhangelorum, ed habeat maledictione de omnes ſanctos, e ſanctas dei Amen, Amen, fiat. Et ſi quiſta carta audire ea boluerit e noſtras hordinationes confortaberit, e dixerit quia bene eſt, abeat benedictione de deo Patre omnipotente, e de S. Matre domini noſtri Jeſu Chriſti, & habeat benedictione de duodecim adpoſtoli, & de ſexdecim prophetas, & de viginti, e quatuor feniores, e de trecentis decem octo patres ſanctos qui canones diſpoſuerunt in Hician civitate, e habeat benedictione de omnes ſanctos, & ſanctas dei Amen, Amen, fiat, & ſunt teſtes primus deus omnipoteus, deinde Ego judice Goſtantine de Laccon &c.* Alia plura extant in archivo noſtro authentica Sardorum diplomata, quibus ampliſſima bona, ac latifundia, ut teſtatur eodem in loco Petrus Diaconus, cœnobio noſtro donarunt. Styli barbaries ab illis referendis abſterret. Cœterum ſatis inde, quanta apud Sardos fuerit de Caſſinatium moribus opinio, liquet,

Nec minor apud Hiſpanos de Caſſinatibus opinio fuit, nam teſte Petro Diacono cap. 92. *His quoque diebus duo Fratres ex Hiſpania, Philippus & Philipbertus cœleſti deſiderio tacti nd patris Benedicti liminn valde devoti venerunt, atque eccleſiam quam dudum ipſi in Hiſpania in ſolo proprio juxtn civitatem Lacronium loco, qui Coadgranium nppellatur conſtruxerant in hoc ſancto loco optulere.* Plures ampliſſimas alias omittimus Caſſinatibus factas donationes, illiſque conceſſa hoc ſæculo privilegia ab imperatoribus, regibus, ac principibus, quæ Petrus Diaconus, aliique referunt, quibus certe magna noſtratium ſanctitas, ac probitas commendatur. Sed has inter maxime ad rem noſtram faciunt hæc comitis Ruberti de Lauretello verba in donatione ſua. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſto anno ab incarnacione ejus milleſimo centeſimo tercio decimo, menſe Aprili, indiccione ſexta. Ego Robbertus divina ordinante clemencia Comitum comes do Lauretello filius quondam bonn memoria Robberti Comitis declaro, quoniam cum quadrageſimali tempore cauſn oracionis, ac viſitacionis ad monaſterium S. Benedicti veniſſem, quod ſitum eſt in monte de caſtro Caſino, ubi nunc deo annuente domnus Girardus venerabilis Abbas praeſſe videtur, & ingreſſus idem monaſterium, mirifica ejuſdem opera, & Fratrum congregacione, ordinem quoque, ac compoſicionem, necnon charitatem ſummopere admirarer, ſubito corde compunctus divina clemencia, conſilio quoque, & exortatione Baronum meorum qui mecum nderant, decrevi me oracionibus SS. Fratrum committere, eorumque ſocietati aſcribi. Ductus itaque n predicto domno Girardo reverentiſſime Abbate in capitulum, ubi nos omnis S. Congregacione poſtulabatur humiliter, atque ſuppliciter eis meum deſiderium, meamque peticionem inſinuavi, & poſtulavi, ut me ſocium, ac participem orationum, & bonorum operum ſuorum dignarentur efficere, quam poſtulationem idem fatns domnus Abbas, totaque ſanctn Congregacio gratanter ſusceperunt ſtatimque mihi, & Varonibus meis infraſcriptis ſecundum conſuetudinem ſuam Fraternitatem, ac ſocietatem omnium ſuorum bonorum operum per regulam S. Benedicti libentiſſime conceſſerunt, noſtraque nominn inter ſua aſcribſerunt. Quo facto nos quoque ad remunerandam tantam in*

Marginal notes: nota; — Comes Robertus de Lauretello. — Ex originali in Archivo; — Caritas, & modeſtia Caſſinatum monachorum.

nos

nos donacionem exhibitam in conſpectu Varonum noſtrorum, ac militum, ſcilicet Riccardi filii Raynonis, Sygvale, Riſcardi, Avaleri, Ugonis de Forcellata, Juliani de caſtro Piguano, Inceramni, Robberti de Moliſi, Rainaldi Flaſconis, Arnaldi Caſtelmanni, Guzimarii, Joannis de Carpenone, Bernardi de Freſelone, Pagani Ruſſi, nec non Romani presbyteri, & cappellani, & Roberti presbyteri, & cappellani, & aliorum plurium, qui preſentes erant promiſimus, & polliciti ſumus, nos a die illa in antea ſemper eſſe amatores, adjutores, & defenſores ejuſdem ſacri monaſterii, & omnium rerum ipſi ſancto loco pertinencium, pracipue tamen earum, qua in noſtra terra, & dominacione ſunt poſita adverſus omnes, qui eas pradicto monaſterio tollere, vel minuere, contendere, frandari, aut quoquomodo per quodlibet ingenium inquietare, vel moleſtare praſumpſerit; ad oſtendendam quoque benevolenciam noſtram, ac devocionem erga eundem venerabilem locum, & ſanctam congregacionem in preſencia ſupradicti domini Abbatis, & omnium Fratrum, nec non preſente Oldeberto noſtro caro milite ejuſdem monaſterii offerto ipſo etiam conſentiente, & poſtulante pro redempcione anima mea atque ſupradicti genitoris mei, omniumque parentum meorum ex liberalitate noſtra, ante pranominatos Barones, ac milites noſtros traditi, donavi, conceſſi, & confirmavi, atque per pallam altaris obtuli eidem S. cœnobio, & domno Gerardo pranominato venerabili Abbati ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum, omnes ſcilicet res predictis Oldiberti mobiles, & immobiles, quas modo habet ex noſtra parte in omni dominacione noſtra ad habendum, & poſſidendum, & jure proprietario exinde faciendum omnia, qua placuerint rectoribus, atque cuſtodibus ejuſdem S. Monaſterii ſine omni noſtra, noſtrorumque heredum, aut alicujus perſona contradiccione, vel quicquid ex ſuo jure ſimiliter concedimus in praſcripto monaſterio emit ad ſemper habendum, & faciendum, & ea omnia, qua eis placuerit, ſcilicet in territorio S. Martini, &c. Et tibi Robberto noſtro Notario ſcribere pracepi. Actu in Palacio Termulano feliciter. † Signum propria manus Pagani Ruſſi. † Signum propria manus Oldeberti. † Signum propria manus Alferii Panecterii. † Signum propria manus Unfridi Montoni. † Signum propria manus Domni Roberti de Amuri Cappelanii Comitis. † Signum propria manus Romani Cappelanii. † Signum propia manus Heugerranni. † Signum propria manus Guilielmi Avalerii. † Signum propria manus Malgerii de Falandra Comeſtabilis.



Comes Comitum de lo Rotello.

Rugerius Rex.

Hiſce omnibus concinunt Rugerius Siciliæ rex in privilegio ſuo A. 1147. nobis conceſſo, quod integrum dabimus in Diſſert. I., ubi ait: *Piis ergo venerabilibuſque Xenodochiis debita tuitionis munimina impendentes, illum quam maxime juvare, & defenſionem impertire regiam celſitudinem convenit, quem pater ſanctiſſimus Benedictus incoluit, extruxit, & ſua corporali preſentia clariſſimum, ac memorabilem toto orbi effecit unicum egenorum ſolacium, peregrinorum, & neceſſitatem habentium portum &c.* Et Willelmus I. utriuſque Siciliæ rex in privilegio ſuo, quod integrum etiam A. 1158. in Diſſert. I. dabimus, hæc habet: *Ceterum cum univerſis eccleſiis regno noſtro ſubiectis id prelationis ſollicitudine, & caritatis benevolentia debeamus, illis tamen locis, atque perſonis, qua quidem amplioris religionis gratia eminent, propenſiori nos caritatis ſtudio convenit imminere, felicis igitur memoria patris noſtri regis Rogerii inſtitutis tenacius adherentes, Caſſinenſe famoſiſſimum, ac venerandum cœnobium, quod ipſe ſingulariter dilexit, & inviolabili ſua inſtitutionis privilegio communivit; Nos quoque preſenti privilegio communimus. Quatinus dum ejus quieti noſtro munimine per omnia ſtuduerimus providere. Religioſi Monachi ibidem deo ſervientes, divinum poſſint opus debita devotione, & ſecura mente peragere. Ex hoc enim a conditore deo plurimum gloria conſequemur, ſi venerabilia loca, deoque dicata opportuna ſtabilitate, nec non neceſſaria ordinatione firmaverimus, ipſum itaque Caſſinenſe monaſterium nos pro religione excellentiori excellentius diligentes ad ejus omnimodam immunitatem. Privilegium glorioſiſſimi patris noſtri regis Rogerii, quod venerabilis Abbas Rainaldus oſtendit &c.*

Cœnobium Caſſinenſe unicum refugium egenorũ. VVillelmus I.

Religio Caſſinatiũ eximia.

Nunquam vero magis Caſſinatium zelus, atque pietas hoc ſæculo fulſit, quam cum Rogerii regis miniſtri contenderant, abiret Caſino Abbas Seniorectus cum Monachis ſuis, illudque, paucis dumtaxat ad divina officia celebranda relictis, militibus permitteret cuſtodiendum pro Rogerio contra Innocentium II., & Lotharium III., quibus Caſſinates adhærebant, nam teſte Petro Diacono cap. 98. *Monaſterii Priores convocans, quam ob cauſam Cancellarius venerat, pandit. Quid cuique ſuper hoc videretur, interrogat, atque quid in tali negotio opus ſit, conſilio cum eis communi pertractat; omnium tamen unum animi votum, una ſententia fuit, quatinus Caſſinenſe monaſterium nullo pacto, nulla ratione in laycorum poteſtate traderetur. Promittentes ſe uſque ad mortem pro tanti loci defenſione certare, paratos eſſe ex toto, ante ſe canum, muricipum, & equorum carnes comedere, quam Caſſinenſe cœnobium in aliorum poteſtatem, atque dominium venire permitterent. Quoniam quidem ſi caput incolume permanere conſtaret, reliqua membra ſi quid incommodi, ſi quid adverſi eveniret, ſalutem ſperarent: ſi autem caput periret cætera etiam membra, licet ſana viderentur cum capite pariter in interitum irent. Hoc communi conſilio deliberato &c.* & inferius; *Recedente itaque eo* (ſcilicet Cancellario regis Rogerii) *omnes Priores in unum cum Abbate conveniunt, cauſam inter ſe conferunt, trahunt longa ſuſpiria, & quid agere debeant, neſciunt. Anguſtia illis erant undique, & quid eligerent neſciebant, dicentes: Si monaſterium in manibus laicorum damus, incurrimus in mortem anima, & corporis. Si autem non damus, non effugiemus manus illorum: Set melius eſt nobis incidere in manus hominum, quam derelinquere legem*

Caſſinatium erga S. Sedem Fides.

gem dei noſtri, & videre mala gentis noſtra, & ſanctorum. Quadam ad cunctorum notitiam perveniſſent, contritum eſt exemplo cor eorum, & contenebrati ſunt oculi eorum. Et vere tunc dies feſti converſi ſunt in luctum, & canticum in lamentationem. Hoc unum omnes a minimo uſque ad maximum dicebant, in hoc omnium definita ſententia erat, ut quandiu poſſeat, nunquam Caſſinenſe cœnobium pro vita amittenda in laycorum traderent poteſtatem. &c. Refert deinde Petrus cap. 100. fuſas ad deum Caſſinenſium preces, quo Cœnobii ſui liberationem obtinerent, atque miraculum inde ſubſecutum, mortemque inopinam notarii, qui cancellarii juſſu mandatum conſcribebat, ut omnes Rogerii regis ſubditi ad monaſterium noſtrum invadendum properarent.

Silentium exacte obſervatum.

Sanctiſſime vero obſervatum apud Caſſinates ſilentium, quod fere perpetuum jubet S. Legislator noſter regulæ ſuæ capp. 8., & 42. Hæc Petri Diaconi verba in fin. cit. capitis luculenter oſtendunt. *Et quia ſilentium illis diebus propter tumultum, & perturbationem tenere non potuerant, decreverunt ut tribus diebus poſt completorium unam per noctem Pſalterium in eccleſia cantaretur: ſet antequam eandem triduanam inchoarent, Abbas in capitulo ſurgens juxta monaſterii conſuetudinem veniam petiit, & confeſſionem de ſuis exceſſibus fecit. Similiter & omnes Fratres poſt illum, ſe in patris Benedicti regula deliquiſſe confeſſi ſunt, ſicque Abbas indulgentiam illis conferens de omnibus excommunicationibus in Caſſinenſi cœnobio factis, in quibus aliquando offenderant, eos abſolvit.* Vid. Hugo Menardus in concordiam Regularum a pag. 242. ad 256., & a p. 754. ad 762. & Martene in Commentariis ad memorata duo regulæ S. Benedicti capita pag. 178. ad 195. & p. 573. & ſeqq.

Et publica leviorum culparum confeſſio.

Ex illis vero Petri verbis: *Abbas in Capitulo ſurgens juxta monaſterii conſuetudinem veniam petiit, & confeſſionem de ſuis exceſſibus fecit*, ſervatum adamuſſim caput regulæ noſtræ 46., quo publica hujuſmodi confeſſio jubetur, quæ quantæ utilitatis ſit, videre eſt apud Menardum a pag. 556. ad 564., & Martene in Coment. ad illud caput pag. 599., & ſeq. Spontanea hæc publica confeſſio apud nos hactenus viget.

Clemens III. in privilegio Archipresbytero, & Clericis eccloſiæ S. Germani conceſſo ſub *Datum Laterani per manum Moyſi S. Romana Eccleſia ſubdiaconi vicem agentis Cancellarii XVI. Kal. Junii, indictionis dominica anno MCLXXXVIII. pontificatus vero domini Clementis papa tertii anno primo*, ſaluberrimum illud Girardi Abbatis juxta ſacros canones exaratum decretum refert, quo jubetur, ne perſonæ eccleſiaſticæ a magiſtratu laico judicentur. En Pontificis verba: *Sane quia ſacris canonibus cautum eſt, ut nullus ſacerdos, ſeu diaconus, vel ſubdiaconus, aut de qualicumque gradu clericorum ad forum judicis ſecularis trahatur, ſancimus, & apoſtolica auctoritate ſtatuimus ut ſicut bona memoria Gerardus quondam Caſſinenſis Abbas cum aſſenſu Fratrum ſuorum decrevit, nullus clericorum in toto territorio S. Benedicti habitantium ſecularī judicio conſtringatur, nec ab aliqua perſona laica judicetur, vel purgationem facere, aut legem ſubire ſive guadiam, aut fidejuſſorem praſtare cogatur. Verum ſi aliquis de predictis Clericis in quodlibet crimen vel culpam lapſus fuerit, vel aliquod crimen ei fuerit objectum per te fili archipresbyter, vel per ſucceſſores tuos, qui per Abbatem S. Benedicti fuerint inſtituti, & non per publicos judices judicetur, ita tamen quod cum res exegerit & fuerit neceſſe, conſilium, & licentia ejuſdem Abbatis ſuper hoc requiratur, ſicut vobis in autentico ſcripto ſuo noſcitur indultum fuiſſe &c.*

Clerici a laicis Magiſtratibus judicari prohibiti Decreto Abbatis Caſſinenſis.

Integrum diploma Clementis tertii habetur in To. 2. Bull. Can. pag. 212. & infra in Sæculo XVIII. S. Bruno etiam Signienſis Epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis To. II. Operum lib. VI. ſermone II. de confeſſoribus p. 221. hæc ad rem noſtram ſcribit: *Regina Saba venit a finibus terra audire ſapientiam Salomonis, egregie ſatis addidit dicens, & ecce plus, quam Salomon hic. Quomodo enim Salomone major non erat, qui ipſius Salomonis creator, & dominus? Ipſe hoc dixit de ſe ipſo, ecce pluſquam Salomon hic. Et ego dico, & veraciter dico, non de ipſo, ſed de ſervo ejus, de illo ſervo videlicet, cujus hodie feſtivitatem celebramus, beatiſſimo Benedicto, & ecce pluſquam Salomon hic. Queris fortaſſe in quo major ſit iſte? In ſapientia, in juſtitia, in fortitudine, in temperantia, & ſuper hac omnia ditior illo, & potentior illo &c. O ſi Regina iſta Saba veniſſet ad beatum Benedictum & audiviſſet ſapientiam ex ore ejus, & ſi, vel nunc venire poſſet, & videre domos ejus, famulos, & miniſtros ejus, filios, & fratres ejus, menſas, & cibos ejus, qualiter omnia ſunt ordinata, quam bene diſpoſita, quomodo omnibus eſt cor unum, & anima una, & nemo dicit aliquid eſſe ſuum, ſed ſunt illis omnia communia, quomodo ſe diligunt omnes, quomodo ſibi invicem obediunt omnes, quantus amor, quanta charitas eſt inter omnes, quanta dilectio. Si inquam illa regina Saba tam prudens, tam ſapiens, tam religioſa tam deo devota, hac omnia videre potuiſſet: vere totum priorem ſpiritum amiſiſſet, quia ſancti Spiritus gratiam ſuſcipere meruiſſet. Venit tamen quotidie ad nos regina Saba, immo non venit, quia ſemper nobiſcum eſt, cujus membra nos ſumus, ipſa eſt mater noſtra, ſancta videlicet eccleſia, & per illam reginam ſignificata eſt, ferens, & offerens aromata multa ſalvatori noſtro Jeſu Chriſto &c.* Illud quidem compertiſſimum eſt, ſermonem hunc ab eo in monaſterio Caſſinenſi dictum, ubi ea optime obſervaverit, quæ pronunciat.

S. Bruno Epiſcopus Signinus laudat mores Caſſinatum.

Ea erat Abbatum omnium, & monachorum erga baſilicam cœnobii noſtri veneratio, eorumque humilitas, ut nullus a Petronacis tempore, qui Sæculi VIII. initio cœnobium reſtauraverat, in ea ſepultus unquam fuerit, quod modo etiam in uſu eſt. Pius hic Caſſinenſium uſus decreto concilii Bracharenſis II. forte innititur, quo nempe can. 18. hæc decernuntur: *Placuit, ut corpora defunctorum nullo modo in baſilica ſanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum baſilica uſque adeo non abhorret, nam ſi firmiſſimum hoc privilegium uſque nunc manet civitatis, ut nullo modo intra ambitus murorum cujuslibet defuncti corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere.* Poſt quæ verba Martene de antiqu. Eccleſ. Ritib. Lib. III. cap. 13. p. 588. ſubdit. *Ex hoc concilii Brachareaſis decreto conſtat non ſolum extra civitates, ſed etiam extra eccleſias condita fuiſſe defunctorum corpora. Extant complures ea de re leges eccleſiaſtica. Concilium Nannetenſe can. 6.*

Nulli in Baſilica Caſſinenſi ſepulti.

ex

Digitized by Google

ex MS. cod. Bibliothecæ Puteanæ citatum ab Henrico Valeſio in Notis ad Euſebii lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 50. (Prohibendum eſt etiam ſecundum majorum inſtituta, ut in eccleſia nullatenus ſepeliantur, ſed in atrio, aut porticu, aut in exedris eccleſiæ) Theodorus Cantuarien. archiepiſcopus in ſuo capitulari nn. 68. Spicilegii To. 9. (In eccleſia ſanctificata nulli mortui ſepeliuntur. Si autem mortui antequam fuerit ſanctificata ſepulti ſunt, non ſanctificetur) His ſuffragatur teſtamentum S. Ephrem Diaconi apud Bollandum I. Februarii (Si quis, inquis, fallacibus rationibus auſus fuerit ſub altari me collocare, ſupernum, ac cœleſte altare talis nunquam videat. Non enim decet vermem putredine ſcatentem in templo, & ſanctuario domini reponi, ſed neque alio in loco templi permittatis me poni; pluraque alia in medium exempla profert. Certe ex Abbatibus Cœnobii Petronax ſepultus eſt: *In Porticu juxta eccleſiam S. Martini*: Optatus: *apud eccleſiam B. Martini*, teſte Leone Marſicano lib. I. cap. 8. Gratianus: *In porticu juxta eccleſiam S. Martini*, cap. 9. Theodemar: *juxta eccleſiam S. Martini*. Ermerih, *juxta eccleſiam S. Benedicti*. Poto: *juxta eccleſiam S. Benedicti*. Giſulfus: *juxta eccleſiam S. Benedicti, ante capitulum*. S. Apollinaris prope eccleſiam S. Benedicti, ut refert Leo Lib. cit. capp. 8. 10. 18. & 21. *Aligernus, & Johannes III. juxta eccleſiam S. Benedicti*, ut idem Leo lib. cit. capp. 11., & 28. Baſſatius: *juxta eccleſiam S. Benedicti in ipſo Capitulo Fratrum*. S. Bertharius: *juxta eccleſiam S. Benedicti in capitulo Fratrum*: ex eodem Leone capp. 32. & 44. lib. cit. S. Victor III. *in Abſida ipſius capituli*. Girardus: *in capitulo Fratrum*, ut refert Petrus Diaconus lib. 3. cap. 73., & lib. 4. cap. 77. Ottho: *juxta eccleſiam S. Andreæ apoſtoli in cimiterio Fratrum*. Seniorectus: *ad dexteram partem introeuntium in cimiterium*: ex Petro Diac. cit. lib. cap. 30., & cap. 103. Manſo: *in clauſtro hujus monaſterii*: cap. 19. lib. 2. ejuſdem Leonis ut Paulum Diaconum: *qui in clauſtro monaſterii juxta capitulum*, ut lib. 1. cap. 15. Leo teſtatur, omittam. Ne Principes quidem ipſi intra baſilicam noſtram ſepeliebantur; nam de Sicelgaita magni Roberti Guiſcardi uxore de cœnobio noſtro optime merita, hæc refert Petrus Diaconus lib. IV. cap. 8. *Quo tempore Sicelgaita duciſſa conjux bonæ memoriæ Ducis Robberti, cujus ſupra meminimus, vita decedens propter ſummam ſpem, quam in patre Benedicto habebat ad hoc ſe monaſterium duci fecit, & in Paradiſo hujus eccleſiæ ante baſilicam beati Petri Apoſtoli tumulari rogavit. Paradiſum* atrium eccleſiæ ſignificat ut ex Leone Marſicano lib. III. cap. 28. liquet, cum ait: *Fecit & atrium ante eccleſiam, quod nos Romana conſuetudine Paradiſum vocitamus.* Atque de Jordano principe ſubdit Petrus lib. IV. cap. 10. *Per idem tempus Jordanus princeps, cujus ſupra meminimus, cum univerſam fere Campaniam a jure ſedis apoſtolicæ ſubductam in deditionem acce-piſſet, ad Pipernum vita decedit, corpuſque ejus ad hoc monaſterium delatum, & juxta eccleſiam beati Petri apoſtoli reconditum eſt*. Et cap. 62. inquit: *Symon Filius Ugonis de Moliſi apud Yſerniam vita deceſſit, corpuſque ejus ad hoc monaſterium delatum, atque in atrio eccleſiæ beati Benedicti reconditum eſt*. Mabillonius Annal. To. V. p. 328. refert, Ebalum Vendadorenſem Comitem Hieroſolymis reducem in monaſterio Caſſinenſi obiiſſe, atque in atrio eccleſiæ ſepultum. De humatis vero laicis in Monachorum eccleſiis agit Martene lib. III. de antiquis eccleſiæ Ritibus cap. 14. p. 851. & ſeqq. Cœteri Abbates a Seniorecto ad hunc ultimum D. Nicolaum Ruggium die 16. Auguſti hujus anni 1722. mortuum, aliique monachi, & Commiſſi humati ſunt in cœmeterio ab Oderiſio Abbate constructo prope domum, ubi Monachi infirmi degebant, & eccleſiam S. Andreæ. De hoc cœmeterio agit Petrus Diaconus lib. IV. cap. 3. hiſce verbis: *A ſeptentrionali porro, ejuſdem eccleſiæ* (ſcilicet S. Andreæ) *parte, cimiterium in longitudine cubitorum . . . . latitudine . . . . altitudine . . . . conſtruens, lateribus cooperuit*. Plura in hoc cœmeterio, in cujus capite unum dumtaxat S. Annæ dicatum Altare viſitur, ſepulchra extant in medio, atque prope laterales parietes; ejuſque fornicem pene collabentem hoc anno 1722. reficiendum atque pavimentum variegato marmore ſternendum, ornandumque diſcoloribus pretioſis marmoribus, ipſamque S. Annæ aram curavit Abbas, qui paulopoſt perfecto opere primus ibidem humatus eſt. Plura certe ante hoc cœmeteria in monaſterio noſtro fuiſſe oſtendit innumera propemodum oſſium multitudo, quæ ubique fere cum paullulum ſubfoderetur inventa ſunt, puta in officinis ſarcinatorum, & aromatarii, aliiſque in locis, ubi ſeptem capſulæ, modo, quo infra deſcribemus, conſtructæ cum cadaveribus repertæ ſunt, præter alia quamplura oſſa undequaque ſparſa, potiſſimum vero noviſſime cum pavimentum pro tertia recens aperta archivi aula complanaretur. Quæ omnes officinæ perpetuo quodam ductu connexæ ſuſpicari ſinunt, in iis olim locis Monachos omnes ſepultos. Leo certe Oſtienſis lib. 3. cap. 33. de extructo iterum a Deſiderio Caſſinenſi monaſterio agens hæc ſcribit: *Tantam autem tunc cum iſta ſuffoderentur terræ motuum ſumus experti frequentiam, & uno quidem die vicibus decem, & ſeptem, per alios vero aliquot dies nunc quatuor, nunc duobus, modo etiam ſex, vel quinque vicibus id per dies ſingulos ſentiremus. Quod certe propter innumeras ejuſdem loci ſepulturas tunc neceſſario violatas, quæ ſanctorum forte hominum fuerant non abre contigiſſe multi putavimus &c.* Veterum, ac graviſſimorum ſcriptorum authoritate demonſtrat Menardus in concordia Regul. cap. 15. §. 12. p. 293. uſu olim veniſſe, ut eodem in cœmeterio ſanctimoniales Monachis conſepelirentur, quod confirmat Martene de Antiquis Monachorum Ritibus lib. 5. cap. 10. p. 814. nu. 99., & ſeqq. Imo ibidem p. 817. demonſtrat ſcriptor hic eruditiſſimus, veteres Monachos *extra Monaſterii clauſtra cœmeterium* habuiſſe; & nu. 105. p. 520. ſubdit: *Porro non promiſcue, aut confuſe ſepeliebantur, ſed unuſquiſque ſecundum commigrationis ſuæ ordinem &c.* paulloque poſt: *Nam veteres Monachi, & ſanctimoniales mortuos ſuos in ſarcophagis lapideis deponebant, ut ſexcentis exemplis demonſtrari poteſt &c.* Pagina vero 833. nu. 13. oſtendit, plures Abbates *humilitatis gratia, aut quacumque alia de cauſa extra eccleſiam ſepulturam elegiſſe*, quos inter quoſdam in Monaſterii clauſtro: & nu. 14., atque nu. 15. habet: *Tandem ſucceſſu temporis communis ſepultura Abbatum locus*

fuit

fuit in Capitulo: quod pluribus exemplis demonſtrat. Hæc omnia certe adamuſſim in monaſterio noſtro obſervata noſtris temporibus deprehendimus, nam cum anno 1704. menſe Novembris in viridario noſtro novi noſocomii fundamenta ſuffoderentur, plures cœmentitiæ inventæ ſunt capſulæ palmos octo longæ, latæ duos, altæ unum, & ſeſqui, vivo, expolitoque lapide deſuper coopertæ, in quibus ſingulis corpus mortui, ideſt caput, oſſaque conſpiciebantur; atque per longum eas ductum, imo unam ſupra aliam ſtratas, vidimus deinde anno circiter 1715. cum novus ibidem paries, quo facilius ad infimas ejuſdem noſocomii partes iretur, conſtructus eſt. Alia hoc anno capſulis etiam incluſa mortuorum oſſa inventa, cum novi parietis ſacelli S. Annæ fundamenta prope S. Benedicti Tugurium ſuffoderentur, vetuſtiſſima quidem, nam circum ea neque pellis, neque caro, neque cineres apparebant. In alio viridarii noſtri angulo a memoratis octuaginta ferme palmis diſſito alia viſa ſunt oſſa, cumque deſtrueretur magna quadratorum lapidum maceries ſeptuaginta, & duos palmos longa, alta viginti tres, quæ non niſi quadraginta tres magnos fabrefactos lapides continebat, & ab oſtio, quo in viridarium itur nonniſi quinquaginta circiter palmos diſtabat, duo ſepulchra inventa terra cooperta, in quibus magna oſſium mortuorum vis. Verbo: nullibi fere ſuffoditur in viridario noſtro, ubi mortuorum oſſa non appareant deſcriptis in locis alibique; & hoc eodem, quo ſcribimus, anno in parvo Abbatis hortulo ad meridiem capſula cum hominis oſſibus, aliaque circum mortuorum oſſa reperta ſunt.

Suffragia pro mortuis inſtituta.

Nec cœmeterii tantum conſtructione contentus Oderiſius ſuffragia quædam Monachorum ſcito pro Defunctis Fratribus inſtituit, teſte Petro Diacono lib. IV. cap. 4. hiſce verbis: *Tunc prædictus Abbas una cum Fratribus ob ejuſdem animæ liberationem deo gratias referens, conſtituit, ut quotquot Fratres obirent, tot etiam pauperes, uſque ad triceſimum diem ad mandatum hoſpitum addi deberent. Adjuncto inſuper uno paupere pro anima Deſiderii ſui prædeceſſoris, & omni tempore cum a Capitulo Fratres ſurgunt, cantent pro defunctis pſalmos quattuor, & quotquot Fratres defuncti fuerint, tot etiam pſalmi de canticis graduum, ſuper præfatos quattuor uſque ad diem triceſimum addantur, inſuper ſexta feria per totum annum mox ut miſſa defunctorum expleta fuerit, pſalmos decantantes ad cimiterium pergant, ibique dantes orationem, poſtea de more capitulum ſolvant.* Hactenus per triginta dies poſt monachi, aut Commiſſi mortem pauperi idem tribuitur cibus potuſve, qui vivo dari ſolebat, atque ubi ſedebat in Refectorio, crux per idem temporis ſpatium ponitur. Quod etiam ex conſtitutionum noſtrarum præſcripto in tota Caſſinenſi Congregatione ſervatur. Ex illis vero Petri Diaconi verbis: *ad mandatum hoſpitum addi deberent:* aperte liquet, quotidie ablutos hoſpitum pedes cum mandati cantu, quod Feria V. majoris hebdomadæ ab eccleſia adhibetur, illiſque alimenta ſuppeditata. Perſeverat hactenus pia hæc apud noſtrates conſuetudo, nam Monachus Xenodochii præfectus, quo modo munere laudatiſſime fungitur D. Auguſtinus Olaus Worni a Chriſtiania Norvegiæ ex hæretico Lutherano probatiſſimis moribus cœnobita S. Spiritus apud Papiam, pauperum haud ſpernendum numero pedes quotidie abluit, eiſque omnia corporis animique adjumenta comparat.

Hoſpitum cura.

Exarabant præterea nedum monachorum, qui obierant nomina, verum etiam pontificum, cardinalium, epiſcoporum, imperatorum, regum, principum, aliorumque utriuſque ſexus hominum, vel in emortualibus, ut in noſtro codice ſignato num. 47., vel in Kalendario, miſſalibus, aut breviariis præpoſito, cujuſmodi plures apud nos extant codices, aut demum in fine miſſalis, ut in noſtro codice ſignato num. 426., atque in canone miſſæ, ſic pro illis orabant: *Memento etiam domine famulorum, famularumque tuorum, ill., & ill. quorum, vel quarum nomina ſcripta habemus, & eorum, qui nos præceſſerunt &c.* In memorato codice 426. extat *Miſſa plurimorum mortuorum, & q. hic retinent ſcripta*: in qua ſic incipit Oratio: *Omnipotens ſempiterne Deus annue precibus noſtris, quæ poſcimus, ut dona omnibus, quorum, vel quarum nomina ſcripta habemus &c.* Eadem repetuntur verba in oratione ſecreta, & poſt communionem. Eadem Miſſa extat in codice ſignato nu. 339. aliiſque quibuſdam. Perſeverat hodieque in quibuſdam diœceſis Caſſinenſis eccleſiis uſus a ſacris forte dypticis repetitus, adnotandi diem, menſemque obitus cujuſque defuncti in parochia, atque deinde ante miſſæ ſolemnis offertorium recitantur ante populum, cujus orationibus commendantur nomina, & cognomina eorum omnium, qui præteritis annis eo menſe, dieque obierint. De ſuffragiis pro mortuis agit præ aliis Menardus in notis ad Conc. Reg. cap. 7. §. 11. p. 217., & ſeqq. & Martene cit. lib. cap. 13. a. p. 834. ad 851.

Nomina mortuorum inter miſſarum celebrationem recitata.

Ex illis Petri Diaconi verbis cap. 109. *Petrus Diaconus reſpondit: non minimum miramur, cur dominus Cardinalis Monachos ſub ſacramento dixerit conſtringendos cum dominus in evangelio, nec per Cælum, nec per terram, nec per capillum capitis jurandum docuerit &c. In regula SSmi. P. Benedicti, ne Monachi jurent omnino interdicitur, ne forte quod abſit, perjurii crimen incurrant, hoc quoque Monachorum ſcilicet ſacramentum, non ſolum divina, verum etiam humana prohibent leges. In præceptis etiam magnorum imperatorum Caroli, Ludovici, Pipini, Carlomanni, Lodovyci, Ugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum, ac Conradi ſic invenitur. Statuimus, ut Monachi ad Sacramentum non compellantur &c.* liquet ne in judicio quidem eo tempore Monachos juraſſe. Ottho certe II. in privilegio A. 981. cœnobio noſtro conceſſo hæc ait: *Et ut nulli liceat Monachos ſæpedicti monaſterii in placito quorumque taliter reſpondere, ut ad Sacramentum compellantur &c.* Eadem extant verba in privilegiis Otthonis III. Henrici II., Conradi, aliorumque imperatorum, quæ in Diſſert. I. referemus. Hinc Langobardicæ leges lib. 2. cap. 47. vetant, ne epiſcopi, Monachi &c. vel in judicio etiam jurejurando aliquid aſſerant: *Henricus divina pietate ſecundus Romanorum imperator auguſtus. Quoniam in legibus cautum eſt ut nemo clericorum jurare præſumat: alibi vero reperitur ſcriptum, ut omnes principales perſonæ in primo legis exordio ſubeat juſjurandum calumnia, nonnullis legis peritis res venit in dubium, ut cum clerici juſjurandum præſtare debeant,*

Monachi in Judicio non jurabant.

beant; aut alia perſona hoc officium liceat delegare. Quia enim illud conſtitutionis edictum, ubi clerici jurare prohibentur a Marco (Marciano) *Auguſto conſtitutum eſt, propterea quia de Conſtantinopolitanis clericis promulgatum fuiſſe videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. Ut ergo hæc dubietas omnibus penitus auferatur, illam divi Marci* (Marciani) *conſtitutionem ita interpetrari decernimus, ut ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum divinus Juſtinianus jure decreverit, ut canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum canonibus aperitur, ut clerici jurare non audeant; dignum eſt, ut totus catholicus ordo a præſentando jurejurando immunis eſſe procul dubio cenſeatur. Quapropter nos utriuſque videlicet divinæ, & humanæ legis intentione ſervata decernimus, & imperiali auctoritate, & irretractabiliter diffinimus, ut nec epiſcopus, nec presbyter, nec cujuſcumque ordinis clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel ſanctimonialis in quacumque controverſia ſive criminali, ſive civili jusjurando qualibet ratione compellatur ſubire, ſed advocatis ſuis propriis idoneis hoc officium debeat delegare.* Ampliata hac lege eſt lex 25. Cod. de Epiſcopis, & clericis, quam Marcianus favore dumtaxat clericorum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ tulerat. Menardus in notis ad Concord. Regul. cap. 7. §. 1. p. 205. in illis Petri quatuor verbis: *Non jurare, ne forte perjures:* quæ S. pater Benedictus cap. 4. Regulæ laudat, & §. 13. p. 220. & authoritate & ratione demonſtrat Monachis, ab omni jurejurando cavendum eſſe, jurandum juſtiſſimis de cauſis. Vid. Martene in Comment. ad cap. 4. Reg. ſancti Benedicti cap. 129. Evangelii verba a Petro Diacono indigitata ſunt apud S. Matthæum cap. 5. nu. 34. *Ego autem dico vobis non jurare omnino neque per cælum, quia thronus dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus, neque per Hieroſolymam, quia civitas eſt magni regis, neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod autem his abundantius eſt, a malo eſt.*

Et S. Jacobus habet in epiſtola catholica cap. 5. nu. 12. *Ante omnia autem Fratres mei nolite jurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem ſermo veſter: Eſt, eſt: Non, non: ut non ſub judicio decidatis.* Hinc tamen non inferas nunquam accidere poſſe, ut licitum ſit Monachis juramento veritatem tueri; ea enim interdum eveniunt, quæ id ne dum licitum, ſed & neceſſarium oſtendunt.

Monaſteria Caſſinatibus ſubdita Præpoſiti ut plurimum regebant.

Omnia monaſteria Caſſinatibus ſubdita, ſi pauca quædam excipias, præpoſiti ab Abbate Caſſinenſi conſtituti regebant, ut ex pluribus Chronici noſtri partibus conſtat, potiſſimum vero lib. III. cap. 14. ubi de monaſterio S. Benedicti apud Salernum, deque Deſiderio Abbate agens Leo ait: *Sed cum exinde ſubducto Abbate, Præpoſitum ibi, juxta morem cellarum noſtrarum conſtituiſſet &c.* Vid. Petrus Diaconus lib. IV. cap. 42.

Plures Eccleſiæ intra Cœnobii ſepta.

Plures intra cœnobii Caſſinenſis ſepta eccleſiæ erant, quarum princeps S. Benedicto ſacra, reliquæ S. Martino, S. Bartholomæo apoſtolo, S. Michaeli archangelo, & S. Petro apoſtolo. Harum quatuor mentio eſt Lib. III. cap. 34., alibique. S.

Suppl. Hiſt. Caſſi.

Andreæ apoſtolo etiam dicata eccleſia, quæ juſſu Oderiſii I. conſtructa deſcribitur a Petro Diacono lib. 4. cap. 3., & cap. 9. & alia S. Stephano, de qua agitur lib. IV. cap. 23., & 100. Singularum eccleſiarum dedicationis dies ſolemnis apud Caſſinates erat, ut pluribus breviariis, & miſſalibus noſtris charactere Langobardico ſcriptis conſtat potiſſimum Cod. 199. Anonymus Caſſinenſis ab eruditiſſimo Antonio Caracciolo editus inter veteres quatuor Chronologos p. 173. meminit eccleſiarum SS. Bartholomæi, Michaelis, Martini, Petri, & Andreæ.

II.

GESTA APUD CASSINATES.

Portentū in Turri S. Benedicti.

NArrat Petrus Diaconus lib. IV. cap. 30. inſigne portentum eveniſſe in ea turri, quam, teſte Gregorio M. cap. 35. S. Benedictus incoluerat, hiſce verbis: *Tempore ſiquidem ipſo dum Johannes cognomento Affidatus in manſiuncula, quæ turri patris Benedicti conlateralis eſt, nocturno tempore ſopori membra dediſſet, evigilans, audivit dulciſonum officium ante nocturnalem ſinaxim in beati Patris aedicula ab Angelis celebrari. Ad quod ſtupefactus Sebaſtianum, qui juxta eam quieſcebat, interrogat, ſi jam Fratres ad nocturnale officium ſurrexiſſent, qui cum adhuc primam noctis vigiliam manere dixiſſet, jamdictus Johannes exurgens ad turrem acceſſit, quam immenſi ſplendoris, & inauditi odoris replebat fragrantia. Stupefactus autem & id quod in re erat adverteus Ottonem Abbatem adiit, quæ viſa, & audita fuerant ſeriatim enuntiat, qui deo omnipotenti gratias agens, juxta quod veneranda memoria Victori III. Papæ, & Theodemario ſervo domino revelatum fuerat jam dictam turrem cum largo habitaculo in oraculum domini Salvatoris, & ejus genitricis virginis Mariæ dedicari conſtituit, convocatiſque artificibus, cellarium inter dormitorium, & titulum S. Protomartyris Stephani conſtruxit: ſed morte præventus, explere nequivit. Jamdicta vero cantilena ſuavitas, & odoris fragrantia, ac lucis immenſitas ab antiquis viris in jamdicta turri in præcipuis feſtivitatibus viſa, & audita narrantur, ſed quam maxime unoquoque anno depoſitionis, dies beati patris Benedicti adveniente audiri, & videri ſolitum eſt.*

Eccleſia S. Benedicti intra Capuam dedicata.

Deſcribit etiam Petrus cap. 33. Synodum Beneventi A. 1108. a Paſchali II. coactam, deindeque ſubdit: *Cum autem Capuam deveniſſet rogatus ab eodem Abbate, eccleſiam S. Benedicti, quam Deſiderius Abbas intra eandem civitatem renovaverat, ſolemniter dedicavit, in qua etiam de veſtimentis SS. patris Benedicti recondit &c.* Eadem narrat Baronius To. XII. ad eum annum p. 65., & Mabillonius Annal. To. V. p. 517.

Abbatis Caſſinenſis Legati ad Alexium Imperatorē.

Alexius imperator CPnus., eodem Petro teſte, legatos Romanis miſit, qui ejus nomine gravi ſe mœrore percitum ſignificarent, cum Paſchalem II. Romanum pontificem captivum detentum ab Henricu imperatore audivit, laudare propterea Romanorum conſtantiam, fidemque, ſique pacem invicem conſtitutam vellent, aut ſe, aut Johannem Filium, Romæ pontificis manu coronam imperialem præſentem accepturum. Subdit dein-

de Petrus: *Romani autem ſe omnino paratiſſimos fore, ſecundum voluntatem illius, per eoſdem N[illegible] mandaverunt. Menſe autem Magio elegerunt de ſuis ferme ſexcentos, & direxerunt imperatori ad conducendum eum, qui venientes Caſinum honorabiliter a noſtro Abbate recepti ſunt, atque cum illis Legatos ad imperatorem direxit, per quos ſervitium, & orationem ei ſpopondit. Igitur cum Conſtantinopolim reverſi fuiſſent, & una cum Romanis eidem imperatori narraſſent, quod illis noſter Abbas feciſſet, cenſuit imperator eum in locum amicorum habendum, ac per hujus cœnobii Fratres ecto libras ſolidorum Michalatorum, & pallium triacontaſimum beato Benedicto direxit. Inſuper etiam eidem Abbati mandavit, ut cum ipſe Romam coronandus veniret, obviam eique Dirachium exiret, atque cum eo uſque ad urbem in ejus ſervitio permaneret.* Idem narrat Baronius A. 1112. p. 97., & A. 1118. p. 131.

Exhibitus a Romano Pontifice Abbati noſtro honor.

Refert deinde Petrus cap. 49. conqueſtum apud Paſchalem pontificem, qui Ceparani ſynodum celebrabat, Archiepiſcopum Conſentinum dejectum ſe dignitate Rogerii Siciliæ comitis impotentia, Monachum per vim ab eodem inditam evaſiſſe. Cui Pontifex inſit. *Hoc ad me non attinet; Abbatis enim Caſſinenſis eſt judicare, & diſcernere de talibus, cui hanc prærogativam prædeceſſores noſtri contulerunt: dona namque, & vocatio Dei, ſicut Apoſtolus, ſine pœnitentia ſint. Illud ergo donum, quod omnipotens Deus beate conceſſit Benedicto, ac per eum Caſſinenſi cœnobio, nulla poteſt ratione convelli. Idemque Abbas Caſſinenſis ſuper re tali reſpondeat, tunc Abbas. Non vult deus coacta ſervitia unde ſi contra veſtram voluntatem monaſticum inſtitutum arripuiſti, veſtrum erit vel relinquere, vel tenere, quapropter ſanctæ religionis habitum, quod inviti ſumpſiſtis, ut ad pedes domini noſtri apoſtolici deponatis præcipimus, demum, ut ante jam dixi, veſtrum erit vel recipere, vel dimittere. Ille autem continuo ad pedes ſummi pontificis veſtimenta deponit Monaſtica, ſed nullo modo ei ab aliquo perſuaderi potuit ulterius reſumere. In eodem etiam concilio idem apoſtolicus inveſtivit Guillelmum Ducem de Ducatu Apuliæ, & Calabriæ. Ibi etiam cum Landulfus Beneventanus archiepiſcopus accuſatus fuiſſet, & ſe purificare de objectis non valeret, ad hunc locum fugit, papa ſententiam audire declinans ſed qualiter rogatu noſtræ congregationis, & pontificii ordinem, & papæ gratiam rurſus habuerit, loco ſuo ſcribemus.* Eadem narrat Baronius anno 1114. p. 101., & Ughellius, qui hunc archiepiſcopum Arnulphum appellat To. IX. Ital. Sacræ in deſcriptione Archiepiſcop. Conſentiæ nu. 6., atque ſedi ſuæ reſtitutum ait tempore Guillelmi Ducis. Vid. Mabillonius p. 598.

Dona ab Abbate noſtro Eccleſiæ S. Vincentii data.

Conſecratam inde a Paſchali II. eccleſiam S. Vincentii hiſce verbis narrat Petrus cap. 55. *Sequenti anno menſe Madio jam dictus papa Paſchalis Romam egrediens venit ad hoc Monaſterium, noſtrumque Abbatem ſecum ducens, Synodum celebraturus Trojam perrexit, indeque regrediens eccleſiam S. Vincentii, quam Girardus hujus cœnobii Monachus juxta ortum Vulturni fluminis a fundamentis conſtruxerat ſollempniter dedicavit, in qua etiam noſter Abbas duo pallia optulit.* Vid. Baronius, & Pagius A. 1117. nu. 1. & Peregrinius in notis ad Falconem Beneventanum p. 160.

Abbas noſter vocatus Abbas Abbatū.

Quonam vero pacto Johannes S. R. E. cancellarius legati imperatoris Henrici Pontii Cluniacenſis Abbatis, qui ſe Abbatem Abbatum efferebat, ſuperbiam retuderit in Synodo generali Romana a Paſchali II. A. 1116. coacta, hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 60. *Supradictus autem Pontifex ſociato ſibi noſtro Abbate, Romam rediens, mediante quadrageſima Synodum celebrare diſponit, in qua etiam noſter Abbas proclamationem fecit de cella S. Sophiæ in Benevento, ſed nullam exinde habere juſtitiam valuit. Quo etiam tempore, dum Pontius Cluniacenſis cœnobii Abbas ad Synodum veniens ſe Abbatem Abbatum eſſe jactitaret interrogatus a Johanne cancellario, ſi Caſſinenſes accepiſſent regulam a Cluniacenſibus, an Cluniacenſis a Caſſinenſibus, Pontius reſpondit, quod non ſolum Cluniacenſes, verum etiam omnes Monachi in orbe Romano degentes regulam patris Benedicti a Caſſinenſi cœnobio acceperunt; tum cancellarius; ergo ſi ex Caſſinenſi cœnobio, tamquam a vivo fonte monaſticæ religionis norma manavit, jure, ac merito Caſſinenſi Abbati hæc prærogativa a Romanis pontificibus conceſſa eſt, ut ipſe ſolus, qui Benedicti legiſlatoris eſt Vicarius, Abbas Abbatum vocetur.* Vid. Mabillonius lib. cit. p. 615.

Eccleſia S. Mauri Glannafolii conſecrata.

Conſecratam eccleſiam S. Mauri apud Glannafolium in Gallia a Caliſto II. hiſce verbis teſtatur Petrus Diaconus cap. 64. *Una cum epiſcopis, & Cardinalibus* (ſcil. Calixtus) *ad monaſterium B. Mauri in Glannafolio ſitum, & huic Caſſinenſi cœnobio ſubditum pervenit, rogatuſque a monachis Caſſinenſibus, qui ſecum venerant, nec non a Gyrardo jam dicti loci Abbate, ejuſdem confeſſoris Chriſti Mauri eccleſiam ſolemniter dedicavit, in qua etiam corpora SS. Antonii, & Conſtantiniani, qui de hoc Caſſinenſi cœnobio ad Gallias cum beato Mauro perrexerant, cum maxima reverentia poſuit &c.* Hæc verba refert Baronius A. 1119. p. 138.

Ingenti Terræmotu Abbatia Caſſinenſis concutitur.

Magno deinde terræmotu univerſa Caſſinenſis Abbatia concuſſa eſt, cui malo nonniſi monachorum pœnitentiis, ac lachrymis obviam itum, teſte Petro Diacono cap. 65. in hæc verba: *Eo igitur tempore, cum jam ab incarnatione domini annus viceſimus centeſimus, atque milleſimus volveretur tam magni terræmotus in hac terra facti ſunt, ut in Camino palatium dirueret, in Cucuruzzu eccleſiam cum curia ſubverteret, apud Bantram eccleſiam domos, & campanaria ad terram deiceret, multique ſub ipſa ruina interirent, & nunc quidem novem, nunc decem, & ſeptem, nunc viginti, & eo amplius id per dies ſingulos ſentiremus. Quo tempore pater Benedictus cuidam Hiſpano apud Termulas tribus vicibus viſibiliter in quodam trivio apparens, dixit: Vade, dic Abbati, ut omnes, qui in dicionis ſuæ terra habitant diſcalciatis pedibus ad monaſterium meum in Caſino conſtructum omnipotentem deum rogaturi convenire facias, & ipſe una cum Fratribus per omnes monaſterii eccleſias letanias faciant diſcalceatis pedibus. Increverunt enim peccata hominum, & delicta eorum multiplicata ſunt valde, forſitan ignoſcet deus delictis illorum, perficiat vota, & ſupplicationes ad eum. Percontatus quiſnam eſſet, Fratrem Benedictum ſe eſſe reſpondit, ille autem exurgens venit ad Abbatem, & quid viderit vel audierit ſeriatim pandit. Igitur cum juſta patris Benedicti præceptum ſurſum ad monaſterium omnes deum rogaturi convenirent, diabolus claudi ſpecie aſſumta in devexe mon-*

tis

tis latere illiſa ictus eſt obviam, dicens, glorioſæ virginis Mariæ eccleſiam, maximamque civitatis partem terræmotu dirutam eſſe: illi autem falſiſati ejus aurẽ accommodantes, & id quod cœperant ocius dimittentes ad civitatem reverſi ſunt, quo dum veniſſent, videntes illuſionem diabolicam, alio die letaniam quam ſtulte dimiſerant, diſcalciatis pedibus implere ſtuduerunt. Igitur prima noctis vigilia magno ultra modum terræmotu facto, Fratres e ſtratis ſuis ſurgentes, diſcalciatis pedibus flentes, & ejulantes ad patrem confugiunt Benedictum, atque ante ejus ſacratiſſimum corpus preces ad eum fundentes per omnia monaſterii altaria letanias decantare cœperunt. Fidelis dominus in verbis ſuis, qui invocantes ſe, & de ſua miſericordia præſumentes exaudire prom.it, nam ſupplicatione letania a Fratribus explicita, ne unus quidem lapis ulterius de hoc loco motus eſt. Hæc dum ad notitiam vicinorum circummanentium perveniſſent, omnes fere, qui in principatu manebant, nudis veſtigiis huc ad beatum Benedictum venerunt, omnipotentis dei clementiam ſuppliciter poſtulantes, ut tanti patris interventu illis miſereri dignaretur; nec ſua fruſtrati ſunt æſtimatione, nam confeſtim tremor terræ quievit. Deſcripſerat jam Petrus cap. 62. alium in universa Italia terræmotum hiſce verbis. *Hoc præterea tempore terræmotus magni per univerſam fere Italiam facti ſunt, ita quod muri multarum civitatum ruerent, eccleſiæ a fundamentis ſubverterentur, & excelſæ turres demergerentur, & multorum hominum ſtrages fierent; fontes etiam fere omnes turbidati ſunt, & lampades eccleſiarum, nullo impellente turbine per aerem movebantur. Tunc quoque in civitate Veronenſi maxima pars ædificiorum corruit, yatus etiam in eiſdem partibus magni facti ſunt, & innumeræ arbores virentibus foliis radicitus evulſæ, foras ejectæ ſunt, fumoque loca illa obtecta, infans etiam contra ætatem locutus, quædam portentuoſa vaticinatus eſt, quæ poſtea evenerunt.* De poſtremo hoc terræmotu agunt Baronius, & Pagius A. 1117. nu. 12. & Anonymus Caſſinenſis, qui prioris etiam anni 1120. hiſce verbis meminit: *Terræmotus magni per plures dies in terra S. Benedicti, & circumquaque fuerunt ita ut ædificia multa ruerent.* Plures deinde terræmotus eveniſſe hoc ſæculo in Italia memorat idem Anonymus, nempe A. 1141., 1152., 1169., 1172., & 1184.

Monaſterium S. Benedicti apud Capuã portento ſervatum. Igne quoque afflictam Capuam Petrus cap. 72. ubi portento cœnobium S. Benedicti evaſiſſe refert hiſce verbis: *Quo etiam anno, peccatis exigentibus, Capuana civitas igni tradita eſt: ex toto fere itaque civitate conſumpta S. Benedicti Monaſterio ignis undique minabatur; Fratres autem humanis rebus diffidentes, & in ſolo dei adjutorio ſperantes, corporale calicis ſumentes extra monaſterium in medio ignis poſuerunt. Mirum in modum reverſus ignis ultra, propius accedere non audebat. Civibus etiam omnibus quædam manus a Monaſterio ignem propellens, viſa eſt: corporale vero prorſus ab ignis injuria illæſum manſit, præter quod cauſa teſtimonii ejus in medio foramen parvum factum eſt.* Quam quidem ob rem Inſcriptio hæc in eadem Eccleſia rei teſtis eſt poſita.

D. O. M.
Templum hoc
A S. Victore Pon. Max. III.
Suppl. Hiſt. Caſſin.
Tunc Deſiderio Abb. inchoatum An. MLXXXIV.
A S. Odoriſio Abb. perfectum.
A Paſchali II. Pon. Max. ſolemni Ritu Dedicatum Ann. MCVIII.
Deflagrante Capua Sacri obtentu lintei ereptum incendio Ann. MCXX.
A Paulo V. Pon. Max. Soc. Jeſu Patribus traditum, Ann. MDCXI.
A Sanctis conditum dedicatum a Sanctiſſimo, Sanctorum Hoſpitio nobile, Sacris Sanctorum reliquiis auctum miraculo ſervatum.
D. olim Benedicto nunc DD. etiam Ignatio, & Franciſco Saverio Sacrum non relicto, ſed aucto cultu, & majore patrocinio ead. Soc. Jeſu inſtauravit.

Quot inde mala cœnobio Caſſinenſi evenire cœperint refert Petrus Diaconus cap. 99. hiſce verbis. Ærumnæ Caſſinatium. *Nos vero præfatam viſionem* (nempe habitam a Johanne Monacho, de qua infra) *pertractantes, atque in memoriam retinentes, jam pene totam impletam eſſe videmus, quando fere omnem hujus loci theſaurum Rogerii regis factione ſublatum eſſe videmus. Acta ſunt autem hæc omnia vigiliarum Epyfaniarum die.* Et cap. 101. *Interea tota Terra a fidelitate Abbatis, & Fratrum præter caſtrum Caſinum receſſit, de quo facto homines de caſtro S. Angeli cauſa, & initium extiterunt. Ipſi enim primitus inimicos monaſterii, infra caſtrum ſuſcipientes, Caſſinenſe cœnobium obpugnare cœperunt. Poſt hæc Bertulfus manſionarius natione Cymbris, & Adenulfus cognomento Marſicanus hujus rei gratia ad Imperatorem Lotharium diriguntur. De hinc omnes obedientiæ per Campaniam, Picenum, Sampnium, Lucaniam, atque Calabriam captæ, atque a jure cœnobii Caſſinenſis ſubductæ ſunt. Cancellarius vero, qui tanti mali caput, & auctor fuit ſeptimo decimo die, poſtquam huc in vigiliis Epiphaniæ pervenit apud Salernum ad extrema perveniens clamabat: Benedicte, & Maure cur me interficis, cumque hæc verba crebro repeteret, vita deceſſit.* Baronius vero A. 1136. hæc infit: *Reliquerat Rogerius rex Siciliæ Guarinum cancellarium qui licet confœderatis ejus negocium faceſſivit Monachis Caſſinatibus. Iſti enim haud ex prudentia quæ ex deo eſt, ſed quæ de terra in gratiam ejuſdem Rogerii ſecuti fuerant una cum ipſo in ſchiſmate partes Anacleti pſeudo pontificis, quod ita bene conſultum putarent rebus monaſterii Caſſinatis longe lateque per diverſas provincias Rogerio ſubditas conſtitutis. Sed Rogerius more tyrannorum, qui confœderatis bene utuntur, quouſque rem ſuam agunt, inde vero ut ſoli regnent, eos de medio tollunt, ad occupandum jurique ſuo ſubjiciendum monaſterium Caſſinenſe adjecit animum; at ne id tyrannice facere videretur, ſe abſente (quod tyrannorum eſt) per miniſtrum ſuum perfici doloſe curavit. Quid igitur, ejus cancellarius Guarinus Capuæ reſidens egerit, audi ex Petro Caſſinenſe Diacono, qui aderat, in appendice ad Leonem Oſtienſem rem geſtam ita narrante. &c.* Sed injuria, nunquam enim Caſſinates cum Anacleto eccleſiæ hoſte fœdus fecerant. Illud quidem compertum eſt, Baronium nonniſi ex Petri narratione controverſias illas Annalibus ſuis intexuiſſe, quas Innocentium inter, regemque Rogerium Caſſinates exercuerant. Caſſinates adverſus Baronii criminationes defenſi. At videamus an ullo in hiſtoriæ ſuæ capite aliquid referat Petrus, quod Baronii aſſertioni conveniat. Capitulo 97. refert Petrus Diaconus electionem Inno-

centii II., atque Anacleti hiſce verbis. *Interea Papa Honorio vita decedente electi ſunt Gregorius Diaconus cardinalis S. Angeli in papam Innocentium II. & Petrus presbyter cardinalis S. Calixti in Anacletum. Innocentius vero per aliquantum temporis ſpatium in urbe permanens cum epiſcopis & Cardinalibus, qui ſua parti favebant ad civitatem Piſanam perrexit, Conradum Savinenſem epiſcopum vicarium in urbe relinquens. Petrus praterea Cardinalis Roggerio duci Apulia coronam tribuens, & per privilegium Capuanum principatum, & ducatum Neapolitanum cum Apulia, Calabria, & Sicilia illi confirmans, regemque conſtituens ad ſuam partem attraxit, pracipiens, ut epiſcopi, & abbates, qui in ſua dicionis terra manebant, ei hominium facerent.* Nihil hic habet, vel ſubjicit Petrus, quod Caſſinatium cum Anacleto ictum fœdus vel per ſuſpicionem arguat. Plura quidem, fatemur, initio regni ſui Rogerius beneficia Abbati Caſſinenſi Seniorecto impenderat, duobus privilegiis A. 1130. & 1133. conceſſis quæ in Diſſ. I. dabimus. Verum hæc apud æquos rerum æſtimatores haud evincunt Anacleto Caſſinates adhæſiſſe. Sciunt qui præteritorum temporum Hiſtorias norunt, plures quidem epiſcopos, & populos identidem vi coactos aliquem pro principe accepiſſe, qui pſeudopontifici adhæſerit, haud tamen ipſos ſchiſmati dediſſe nomen, quod certe verum in Abbatibus Caſſinenſibus fuit. Nam S. Deſiderius Abbas vi quidem adactus Henricum imperatorem convenit, numquam tamen Clementi III. antipapæ, quantumvis blanditiis illectus adhærere voluit. Petrus de Tartaris pro regina quidem agnoſcebat Johannam I., haud tamen Clementi VII. antipapæ obſequi voluit, ut Diſſ. I. oſtendemus, ubi abactos etiam a rege Guilelmo I. A. 1156. cœnobio Caſſinenſi Monachos, oppidaque omnia ac bona adempta demonſtrabimus, quod Hadriano pontifici, quocum ipſi publicæ ſimultates erant, adhærebant. Innumera propemodum iiſdem de cauſis mala tulere a Federico II. Imperatore illata Caſſinates, ſimiliaque ab Alphonſo Aragonum rege paſſi ob fidem erga Eugenium IV., ut ipſimet in literis ſuis ad Eugenium IV., & Alphonſum regem teſtantur, quas in ſæc. XV. & Diſſertatione prima dabimus, fuſius de Fide, reverentia, obedientia Caſſinatium erga Romanum pontificem Chriſti vicarium acturi. An ne unquam haud dicam cœnobium aliud, ſed urbs, regio, vel populus hujuſmodi direptiones, publicationeſque bonorum, latifundia adempta, ereptaque oppida, atque juriſdictionem omnem, ipſos quoque Monachos domi extorres, vel obſidione cinctos, fame, ærumniſque confectos, plures in annos vidit pro fide intemerate, conſtanterque erga Romanum pontificem ſervanda? Unici certe Caſſinates plures jam vices hæc paſſi, expertique, & tamen Schiſmatici apud Baronium virum alioquin piiſſimum, æquiſſimumque audiunt. Proh ſuperum hominumque fidem, quid præſtare magis potuere Caſſinates, ad eam a ſe teterrimam notam ablegandam, amoliendamque? Nimirum, in proverbio eſt; quandoque bonus dormitat Homerus; atque vix, aut ne vix quidem ingenium quantumvis magnum hominis ad omnia rite, recteque ad trutinam revocanda ſufficit. Sed res cominus cum Baronio agenda. Aſſerit Baronius, Caſſinates cum Rogerio, & Anacleto iniiſſe fœdus. Recte. Undenam id hauſit? Haud quidem a Petro Diacono, quem conſtat referre cap. 98. inſidias non ſemel a Guarino Rogerii cancellario ſtructas, ut Seniorectum captivum abduceret, graveſque adeo minas in eum intentatas, ut cœnobio militibus traderet, quæ non niſi a conſtantiſſimo eludi poſſent; labia, & naſum Monachis truncare minatus eſt, atque ad Monaſterium Caſſinenſe invadendum diripiendumve omnes ſubditorum animos concitavit Guarinus idem ut cap. 100. refert Petrus Diaconus, quod Innocentio II., & Lothario III. adhærerent Seniorectus, & Monachi. Bonis demum omnibus, oppidis, juriſdictioneque expoliati ſunt Rogerii juſſu Caſſinates ex Petro Diacono cap. 101. Vel unum in medium coævum ſcriptorem afferat Baronius, qui Caſſinates Anacleto adhæſiſſe aſſerat; cauſſa ſtatim cademus. At Deus innocentiæ noſtræ vindex Baronio eripuit arma. Mirum certe, quantum allata a nobis hactenus confirment hæc Petri Diaconi verba cap. 102. *Inter hac quidem ex noſtris contra voluntatem Abbatis de pace, & concordia tractare ceperunt cum hiis, qui ex parte regis erant, mediante Ryccardo epiſcopo Gazetano. Demum vero ad id ventum eſt, ut ex parte Fratrum facto ab obedientialibus ſacramento, & a cuncta congregatione promiſſione de pacta conventione, atque ex illa parte factis ſacramentis, pax fieret, ſicque commotio illa, & perturbatio ſubito quievit, ſet ad tempus &c.* Hactenus itaque Rogerio infenſi Caſſinates fuerant, atque pax inter quoſdam e Monachis; & miniſtros regis inita, adeo Seniorecti animum perculit, ut tertium poſt diem mortem obierit, teſte Petro Diacono cap. 103. Nec tamen Monachi omnes ratam hanc habuere pacem eodem Petro teſte cap. 104., nam cum Canzolinus principatus Capuæ camerarius præſcripſiſſet, ne injuſſu Rogerii regis Abbatem eligerent, aut caſtellum Vandræ veluti pro obſide traderent fidelitatis a recens electo Abbate regi præſtandæ, ſubdit Petrus: *Quod cum Fratres ſe non implere dixiſſent, ipſe exercitum congregans, univerſa Caſſinenſis cœnobii caſtra ab ejus dicione ſubduxit.* Præſtitit quidem regi fidelitatis ſacramentum Raynaldus Etruſcus, imo quod deterius longe fuit: *a Filio Petri Leonis*, verba ſunt Petri Diaconi; *cujus ſubdiaconus erat in Caſſinenſi Abbatia*, firmatus eſt; ſed quid tum? Ab una tantum Monachorum parte hic Abbas electus eſt; atque reliqui Monachi, eodem Petro teſte: *Nimis hac indigne ferentes, clam ad Bertulfum Manſionarium, & ad Adenulfum Caſſinenſis cœnobii Fratres, quos Abbas Seniorectus legatos direxerat ad imperatorem Lotharium Nuntium cum litteris deſtinant, per quas & Seniorectum de hoc mundo migraſſe, & eundem Raynaldum, contra voluntatem ſuam ſeditioſe, & non canonice electum eſſe notificabant, poſtulantes, ut imperatorem, atque pontificem ex parte totius congregationis rogarent, ut ex ſuis aliquem in Caſſinenſi cœnobio Abbatem conſtituerent, & in Raynaldi electione nullatenus praberent aſſenſum prius ſe monaſterium deſtruere, prius inde egredi, quam illum ſibi Abbatem conſtitui proclamantem &c.* Pauloque poſt memoranda hæc verba ſubdit: *Poſt vero deflebant periclitari ſuos familiares confundi Caſſinenſe cœnobium, & quemadmodum ipſi omnia dimiſiſſent*

pra

Digitized by Google

pro Romani imperii fidelitate, in quo ſolo ſpem ſuam poſt deum, & patrem Benedictum Caſſinenſis eccleſia poſuiſſet. An ne Baronio illud quoque in rebus hiſtoricis probatur: *Malum ex ſingulis defectibus?* Haud quidem apud prudentes rerum æſtimatores Fratris ſcelus Fratris dignitatem inficit, neque id iu viſum Lothario III. qui eodem Petro Diacono cap. 115. referente: *Iterum ad Papam per ſemetipſum Imperator accedere ſtuduit, quemadmodum pro Caſſinenſi eccleſia ſupplicaret, papa reſpondit, mirati ſe non ſufficere cur pro illis rogaret, qui pontificem, & imperatorem anathematizaſſent, & depoſuiſſent &c. Tunc clementiſſimus Imperator totus in lachrymis reſolutus, imperato ſilentio, dixit; non ignoro, hoc ideo illos egiſſe, ut ad nos Caſſinenſis cœnobii ſtatus incolumis deveniret, nam ſi non egiſſent, eccleſia illa a noſtris inimicis, nunc ſubverſa jaceret.* Catholicis etiam in terris Infidelium degentibus permiſſum eſt tributum pendere, ne bonis expolientur omnibus. Caſſinenſes vero ad A. 1135. Innocentio II. adhæſiſſe conſtat ex concordia, opera Uberti Piſani Archiepiſcopi inita inter clericos eccleſiæ Gavini, & Monachos pro quibuſdam eccleſiis in Sardinia poſitis. Uberti Epiſtola ita ſe habet: *Ego Ubertus S. Piſanæ eccleſiæ Archiepiſcopus, Romanæ ſedis legatus in perpetuum. Quia in eccleſiarum negotia magna diſpenſationi ſollicitudinem quiſque ſpeculator ſtudioſe habere hortatur &c. Ideoque ante noſtram preſentiam querela, quæ fuerat inter eccleſiam S. Gavini, & monaſterium S. Petri de Nurcki depoſita fuit. Idcirco quod Archiepiſcopus Petrus eccleſiam S. Georgii de Barai, & eccleſiam S. Mariæ de Gennor monaſterio S. Benedicti Caſſinenſi ſine aſſenſu clericorum S. Gavini, & abſque conſilio epiſcoporum latenter obtulerat. Monachi præterea cartam dationis a judice factam habentes prædictas eccleſias præcipitanter ſuſceperunt. Unde Clerici S. Gavini adverſus monachos de occulta datione agentes, nullo modo, ſine illorum aſſenſu, ratam poſſe fieri rationem oſtendebant. Cauſa itaque utriuſque partis ſatis in noſtra præſentia examinata, comperuimus, quod Monachi præfatas eccleſias injuſte aquiſiſſent. Set, ne aliqua partium gravaretur, placuit nobis concordiam equa lance penſare. Quatenus Monachi S. Benedicti jam dictas cappellas tenerent, ſalva tamen S. Gavini reverentia. Cenſum namque, vel ſervitium, quod eccleſia S. Nicolai de tbasbār, vel eccleſia S. Gregorii de Oriaſtreto fecerit eccleſia S. conſimile faciet cappella S. Georgii de Barai. Quando Archiepiſcopus Romam iverit, vel nuntium ſuum ibi miſerit Cardinalem, vel nuntium Romanum ſuſceperit, adjutorium, ut prædicta Capella faciet de alia eccleſia S. Mariæ de Gennor pro poſſe, & qualitate divitiarum ſuarum, Prior S. Petri de Nurki reverentiam S. Gavino exhibebit. Ad Synodum, & ordinationem, ſicut mos exigit, veniet. Hoc ergo ratum, & firmum eſſe volumus, ut Monachi de S. Benedicto habeant, & teneant præfatas eccleſias, ſalva S. Gavini reverentia. De quibus decernimus, & noſtro ſigillo munimus, ut nullus Archiepiſcopus, vel S. Gavini Canonicus litigare, vel moleſtare præfatas Eccleſias audeat, donec prædictam reverentiam Monachi exhibuerint. Facta ſunt hæc conſilio, & aſſenſu Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, atque Abbatum, necnon Clericorum in Concilio apud Arderam habito præſidentium. Anno Domini milleſimo centeſimo triceſimo quinto, indictione ſexta.*

Suppl. Hiſt. Caſſin.

✠ *Ego Hubertus Piſanæ eccleſiæ Archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus fieri juſſi, & ſubſcripſi.*

Et quidem Ubertus hic, ut Ughellius oſtendit, To. III. Ital. ſacræ in Archiepiſcopis Piſanis nu. 44. amiciſſimus, atque acerrimus Innocentii II. Propugnator erat, a quo ampliſſimo privilegio ab Ughellio ibidem relato, hiſce verbis laudatur: *Accedit ad hoc tua familiaritas, & dilect. Venerabilis Frater Uberte Archiepiſcope, quem ob ſpecialem prærogativam ad regimen eccleſiæ beatæ Mariæ ſemper Virginis, cui, deo auctore, præſides de gremio ſedis apoſtolicæ ex magna benignitate conceſſimus, & propriis tamquam beati Petri manibus, Archiepiſcopalis dignitatis infula decoravimus, &c.* Vid. Baronius A. 1130. p. 187. Initio etiam anni 1137. Caſſinates Innocentio parebant, nam referens Petrus Diaconus cap. 104. controverſias pro Abbatis electione inter Monachos obortas, hæc ait: *Viſum demum Prioribus eſt, ut electio differretur, uſque quo ad regem Rogerium, Romanumque pontificem tunc Piſis remorantem, Nuntios deſtinaret, per quos Caſſinenſis cœnobii fortunam notificare, & ſuper tali negotio illorum conſilium præſtolari valerent &c.* Innocentius autem II. hoc anno 1137. Februario menſe Piſis morabatur, unde martio tantum diſceſſit, teſte Falcone Beneventano apud Baronium hoc anno p. 276., & in fine p. 257. litt. E. & Pagium nu. 1. Ex hac certe narratione conſtat, Caſſinates paruiſſe quidem Rogerio, at non propterea ab Innocentio II. ad Anacletum deſciviſſe. Robertus II. Capuæ princeps amiciſſimus & ipſe Innocentii II., & Lotharii imperatoris fuit, ut referunt Baronius, & Pagius pluribus in locis, ac potiſſimum A. 1137. Hic plura, eaque ampliſſima Caſſinatibus privilegia conceſſit: quod forte haud præſtitiſſet, ſi in Anacleti hoſtis ſui partes conceſſiſſent. Anacleto certe, ut diximus, Raynaldus Etruſcus ſeditioſe a quibuſdam dumtaxat Monachis electus Abbas adhæſit, illique obſiſtens ſanior Monachorum pars certiorem hac de re pontificem, & imperatorem facit: *Quod dum Raynaldus*, ut ait Petrus Diaconus cap. 101. *certo certius agnoviſſet, clam cum Canzolino, aliiſque fidelibus regis paciſcitur, eique fidelitatem faciens, Abbatiam illi confirmant, ſicque Sacramentum a Colonis Monaſterii accipiens, a filio Petri Leonis, cujus ſubdiaconus erat, in Caſſinenſi Abbatia firmatur.* Ubi advertendum, *clam cum Canzolino*, pacta iniiſſe, quod nimirum nulli hactenus e Caſſinatibus Anacleto adhæſiſſent. Refert deinde Petrus cap. 105. in planitie Monaſterio ſubjecta Innocentium II., & Henricum Bavariæ Ducem Lotharii imperatoris generum, cum magna militum manu adveniſſe, ac Caſſinatibus gratiam omnem, & tutelam oblatam, modo ad Innocentii, & Lotharii partes redirent; ſubditque: *Set cum huic rei Raynaldus aurem non accommodaret, & Fratres illum de monaſterio exturbare, ſi facultas daretur, per omnia vellent, &c.* Quod ubi Raynaldus comperit, icto fœdere cum Gregorio, Adenulfi a S. Johanne Filio eidem monaſterium, omniaque caſtella Abbatiæ Caſſinenſis cuſtodienda tradidit. Qua quidem ratione, atque promittendo etiam Henrico duci ſe Fidelem imperatori futu-

rum, male partam dignitatem peſſimo exemplo retinuit. Cumque, teſte eodem Petro, cap. 108. imperatoris legati Caſſinum advenientes Raynaldo mandaſſent, Imperatorem adiret pars Monachorum, *trepidare, quod in regno, & ſub poteſtate regis Rogerii poſiti, nequaquam cum inimico illius pacem facere, vel ad eum ire debere cenſebant. Alia vero, qua, & ſanior videbatur ad imperatorem ire ejus in omnibus preceptis obedire dicebant.* Vides ergo etiam poſt quam Anacleto, & Rogerio adhæſit Raynaldus, alteram ſanioremque Monachorum Caſſinenſium partem pontifici, atque imperatori adhæſiſſe. Vid. ejuſdem Petri caput 119., & 120., & Nuceus in notis a cap. 100., uſque ad cap. 121., & expreſſius cap. 108. nu. 1001., & ſeqq. Hæc quidem pro Caſſinenſium innocentia ex ſolis Petri verbis memorata. Cœterum plura quoque aliunde repetita argumenta idem facile revincerent, quæ hujus loci, aut temporis plane non ſunt. Quot vero lachrymis, ac orationibus a Deo cœnobii ſui liberationem contra Cancellarii molimina impetrare conati ſint Caſſinates, Petrus ipſe Diaconus narrat cap. 100., ſubditque: *Poſt hac ab Abbate, & Fratribus ſtatutum eſt, ut duodecim ex monaſterii ſenioribus diſcalciatis pedibus ad civitatem pergerent, ubi jam dictus Cancellarius, & Capuanus electus morabantur, ſuppliciter flagitantes, ut ſpatium darent, in quo Fratres, qui in obedientiis erant, congregarentur, quatenus tum eis in unum, communicato conſilio, congruum reſponſum de re ſuprascripta proferre valerent. Quod dum factum fuiſſet cum luctu, & gemitu uſque ad januam monaſterii illos eſt omnis congregatio ſubſecuta, illis autem recedentibus, Fratres ad eccleſiam B. Benedicti reverſi ſunt, ubi quanta lachrima effuſa ſint, referre quis valeat? Omnes enim in terram ſe proſternentes, & capita in pavimento eccleſia percuſientes, domini miſericordiam cum luctu, & voce cordis implorabant, ut locum iſtum reſpiceret. Demum vero ad beatum Benedictum converſi, ac ſi preſentem cum viderent, dicebant. Pater honeſtiſſime, & ſanctiſſime, tu praſentiorem te diſcipulis tuis poſt carnis receſſum, quam ſi viveres, pollicitus es te futurum, unde per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum te adjuramus, ut quemadmodum pollicitus es, & nos, & locum iſtum protegas, & ab omnibus malis, defendas. Poſthac vivifica crucis lignum, & brachium S. apoſtoli, & evangeliſta Mathai, & S. Confeſſoris Chriſti Mauri Fratres ſumentes, cum Letaniis per eccleſias intra monaſterium ſitas, pergere ſtatuere. Cumque in eccleſia beati Martini vota domino ſupplicationis, & laudis perſolverent, poſt finita ſuffragia, exeuntes inde, ad Eccleſiam beati protomartiris Stephani deverterunt, ubi dum unus e Fratribus ad portas baſilica aperiendas praceſſiſſet, invenit eas obſeratas, Frater enim, qui eandem tenebat eccleſiam, unus erat ex duodecim illis, qui ad Cancellarium jerant, & clavem eccleſie oblitus dimittere, ſecum detulerat. Regreſſo autem illo, qui ad eccleſiam aperiendam praceſſerat, quod in re erat denuntiat, & ut reverterentur qui primi incedebant dicebat, iterum alii atq; alii currentes, ſimiliter clauſas januas invenere, & Fratribus nuntiare curarunt. Frater autem, qui crucem ferebat, neſciens quid ageret, ſe ſequentes hortatus, ad januas pervenit eccleſia, & mox tactis ſeris, divinitus ſunt aperta, unde aliquantulum latificati, gratias deo peregerunt, atque cum omni devotione, & cordis contritione, ibi letaniarum ſuffragiis peractis, ad patris Benedicti eccleſiam ſunt reverſi, ſicque miſſas ipſius diei cum luctu, & triſtitia peregerunt: &c.* Exſcribit hæc Baronius cit. anno p. 244., & 245. denideq; rem ſic ponderat: *At dicet aliquis: ſi ſchiſmatici erant hi, quomodo, miraculo illo apertaſunt eis ſpontanee fores eccleſia. Dicam breviter; non ſimul ac Abbas, vel Epiſcopus aliquis ſchiſmaticus eſt, neceſſe eſt, omnes ſibi ſubditos pariter eſſe ſchiſmaticos, ſed illos tantum, qui certe ſciunt, ſuum errare praſulem: ceteros autem non peccare, qui perſuaſibilibus rationibus putant, ipſum recta incedere via, & ſe verum ſequi paſtorem, nec tanta ineſt ipſis doctrina, vel adeo explorata rerum geſtarum cognitio, nec facultas exquirendi, cujus potiora ſint jura, hoſque ſua ipſorum bona conſcientia reddi crimine liberos, ſicut & tunc eveniſſe putamus: nimirum, quod, & ſi Abbas, & ex praſectis aliquis apud deum, & ejus eccleſiam rei fuerunt patrati ſceleris; ſimpliciores tamen, his ſubditi, bona fide, & conſcientia pura cuncta gerentes, divinis tantum rebus vacantes, omnis curioſitatis expertes, nullo modo, ut canones docent, rei fuerunt tanti criminis, quorum numerum haud exiguum fuiſſe, jure poſſumus exiſtimare.* Baronii ſententia haud parvus Monachorum numerus ſchiſmatis ſcelere immunis. Nos vero contendimus, Monachos omnes cum Abbate ſuo Seniorecto hoc ſcelere innoxios, inſonteſque ex jam dictis, atque iis, quæ Nuceus in notis ad cap. illud ſubdit. *Hac Baronius, & ſane doctiſſime, adhuc tamen ab eminentiſſimo magiſtro inſtruendus rogarem, ſi in ea ſupplicatione non exiguus, ex mente Baronii erat Caſſinenſium numerus, qui recte ſentirent; erat utique non exiguus quoque, ex ejuſdem ratione numerus eorum, qui ſchiſmate ſe polluerant, & praſertim Abbas; ergo potuiſſent hi etiam eo miraculo ſe tueri, in ſuam partem illud trahendo; nam certe quiſque pro ſuis orabat deſideriis. Miraculorum autem patratrix omnipotentia, qua & ſumma prudentia eſt non prodigit miracula in auctoramentum ancipitis fidei, quibus poſſit etiam infidelitas abuti. Deus charitas eſt, deus unitas eſt, non eſt ſciſſionum deus. Cum ergo miraculo deus in eo diſcrimine Caſſinates conſoletur, ut admittit Baronius, videri poſſit, omnes, aut fere omnes, cum ſuo capite Caſſinates in vinculo charitatis, & uno corde, rectaque intentione Domino pariter ſupplicaſſe, & ſchiſmate non fuiſſe pollutos, ſed de hoc infra.* Idemque Baronius p. 347. inquit: *At Deus, licet offenſus horum ducibus, prudentia, qua de terra eſt rem agentibus, attendens preces humilium, ac innocentium Monachorum, & provocatus ſuperbia novi Sennacherib, in ejus ultionem exurgens, percuſſit eum morte, & perpetuis inferni cruciatibus condemnavit. Quod ſeverum judicium voluit haud dubiis ſignis fieri manifeſtum. Sed audi primum de morte notarii ipſius, inde ſua.* Omnem itaque ſchiſmatis invidiam Baronius a Monachis ad Superiores conjicit, qui non alii eo tempore erant, quam Abbas, Decanus, & Vice Decanus, ut ex pluribus Chronici noſtri teſtimoniis liquet. At ſi Seniorectus inſons erat, ut vidimus, qoid ni Decanus etiam, & Vicedecanus? Injuria ergo plura contra Seniorectum Baronius

com-

commentatur p. 146., cum potiſſimum Petrus cap. 101. hæc habeat: *Hiis porro diebus quidam Frater Bonus nomine, dum in eccleſia beati Protomartyris Stephani, poſt matutinalem ſynaxim fatigatus obdormiſſet, beatus Benedictus in viſione ei apparens dixit. Multa incommoda, & perturbationes, & rerum maximum detrimentum pro hoc facto habebitis: ſed confidite in domino, & in potentia virtutis ejus, quia adhuc domus mea reintegrabitur, & in ſuum ſtatum reducetur; beatiſſimum vero Maurum, ut omni inſtantia precum ſupplicetis, præcipio, quia ipſius ſine dubio interventu, ab inſtanti periculo, & perturbatione liberabimini, & hiis dictis diſparuit. Evigilans autem Frater, Abbati, & Fratribus, quæ viderat, & audierat per ordinem pandit. Unde in communi Fratrum Capitulo ſtatutum eſt, ut omnibus dominicis diebus ad introitum Eccleſiæ, poſt antiphonam beati Benedicti, adderetur & antiphona beati Mauri. Similiter & in omnibus feſtis, in quibus collecta facienda eſt, ſicut in cotidianis diebus, antiphona, & oratio ejus diceretur: &c.* Hæc domum Baronius A. 1138. p. 275. ſubdit: *Cujus acta* (ſcilicet Petri) *de diſputatione Cardinalium cum ipſo Petro, coram Lothario Imperatore ab aliquo pro arbitrio concinnata cum multipliciter arguantur, falſitatis indigna putamus, quæ Annalibus intexantur.* Refert hæc acta Petrus a cap. 109. ad 115. edit. Pariſ. A. 1668. principem Baronius rationem, nam aliæ haud magni momenti ſunt, hiſce deſcribit verbis: *Inſuper quomodo paſſurus fuiſſet Innocentius, Lotharium imperatorem præfuiſſe Judicem inter Cardinales, & Monachos Caſſinenſes, qui* (ut vidimus) *maxime indigno animo tulit, eundem audiſſe cauſam Monachorum inter ſe diſſidentium? &c.* Hac eadem de cauſa Melchior Goldaſtus To. III. Conſtitutionum Imperatorum, & Regum S. R. J. Theutonici p. 320., & ſeqq. eadem Petri acta deſcribit ex editione Laurentii Vicentini deprompta, atque in margine hæc adnotat: *Hic vides Imperatorem præfuiſſe judicem inter Cardinales, & Monachos, imo inter ipſum Pontificem, & Abbatem.* Verum, horum pace dixerimus, utrique decepti in hiſce actis oſcitantius legendis. Haud enim imperator judicis hac in re partes egit, ſed mediatoris, propugnatoriſve, quo facilius Innocentium pontificem Caſſinatibus reconciliaret, nihil in ea controverſia Lotharius definiit, nihil ut judex pronunciavit, ſed juſſit dumtaxat, Acta quotidie ad Innocentium deferrentur, ab eoque ferretur ſententia, quam mitem pro Caſſinatibus exorabat. Diei primæ ſeſſio ſic deſiit: *Sit ergo* (loquitur Lotharius) *hodierni diei finita confeſſio, repetantq; quique hoſpitia propria. Cardinales quidem ad dominum Papam noſtra repreſentent rogata, & ut mecum Caſſinenſem foveat eccleſiam, noſtra vice precentur*, cap. 109. ſecunda die hoc modo deſiit. *Unde roganda eſt adhuc domini Apoſtolici pietas, ut nobiſcum, quæ contra nos geſſere dimittat:* cap. 110. Tertiam ſic clauſit Girardus Cardinalis: *Nequaquam, invictiſſime Imperator, veſtra indignetur manſuetudo, verum ſi in his vobis aliquid diſplicet ad eum* (ſcilicet Innocentium) *referatur* cap. 112. Dixerat Lotharius: *Valde miramur, cum noſtri nil facere rogatu voluerit, cum nos pro ejus amore jam per annum, & dimidium in papilionibus commorati, cum Romano exercitu pecuniam in ipſius obſequium converterimus.* Atque cap. 113. ſic effatur: *Et hæc eſt petitionis meæ* (Imperator alloquitur) *ſumma, quam a domino Apoſtolico rogo, quatinus, quæ uſque ad præſens egerunt, eis remittatur. Noſtra rogata iterum ad dominum Papam referantur, quid jubeat poſt quartum audituri diem. Has quoque conſiliis damus inducias, ut definite quid facturus ſis audiamus.* Ac deinde cap. 115. *Primo per omnes epiſcopos, ſecundo per archiepiſcopos, tertio per patriarcham Aquilegenſem, quarto per Abbates, ſexto per Comites,* (præterit quintum) *Septimo per Marchiones, & Principes, octavo per Richizam Imperatricem; nono per ſemetipſum Imperator Pontificem de eadem cauſa rogavit.* Pauloque poſt: *Rogo ut cenſuram, qua illi plectendi ſunt, in me retorqueatis.* Et cap. 111. *Nulli* (inquit) *videatur incongruum, quod facere cenſemus; ne aliquo modo aliquis nos incuſare velit, quod quaſi tueri Caſſinenſe monaſterium videmur. Evenit namque, cum vel mater filium, vel vir conjugem, vel genitor natum iracundia concitatus ceciderit, ut aliquis bonus ornatus moribus medium ſe inter iratum patrem, timentemque natum ponat &c.* Et cap. 115. *Mandat dehinc Pontifex Imperatori, ſe de Caſſinenſi eccleſia conſilium ejus accepturum, & voluntatem impleturum, de qua re Imperator lætiſſimus effectus, iterum ad Papam per ſemetipſum Imperator accedere ſtuduit, quem dum pro Caſſinenſi eccleſia ſupplicaret &c. Tunc clementiſſimus Imperator totus in lachrimis reſolutus &c. Unde rogo ut cenſuram qua illi plectendi ſunt, in me retorqueatis, ſi verberandi ſunt, ego pro eis dorſum ſubmitto, ſi deponendi, deponi volo. Tunc papa: pro veſtro amore, canonicæ Sanctionis temperamus rigorem &c. ſet nos lenitate, & elementia uſi, pro vobis cuncta, quæ deliquerunt dimittimus; ita tamen, ut filium Petri Leonis cum ſuis ſequacibus anathematizent, & mihi, & ſucceſſoribus meis obedientiam promittant.* Adnotanda demum hæc non a Lothario, ſed ab Innocentio prolata verba: *Nos lenitate, & clementia uſi, pro vobis* (Scil. Lothario) *cuncta, quæ deliquerunt, dimittimus.* Sententiam itaque Innocentius protulit, non Lotharius, cujus tantum precibus mitis admodum fuit. Rem eandem fuſe pertractat Nuceus in notis ad lib. IV. Chr. Caſſ. a cap. 108. ad 121., ubi demonſtrat etiam, acta hæc a Petro Diacono literis vere demandata, contra ac ſentit Baronius, ejuſque aſſecla Matthæus Lauretus.

Quanto in pretio habuerit Caſſinates Imperator, oſtendit Petri Diaconi narratio cap. 108. Cum enim illum in Apulia, ad Aquas penſiles caſtrametatum Raynaldus Abbas, & Monachi conveniſſent: *Imperator in ipſo, ac Fratribus pro beati Benedicti amore munificentiam oſtendit, moxque miſſo a latere ſuo Henrico Duce Bajoariæ genero ſuo, & Rodulfo, & Ottone Palatinis Comitibus, ut tentorium, quod juxta papilionem Pontificis ipſius juſſu fixum fuerat, removerent, illudque juxta ſuum tentorium figerent mandavit, aſſerens, cum Caſſinenſis eccleſia per Carlomannum, & Pipinum ſpecialis camera ſit Romani Imperii conſtituta, nequaquam juſtum eſſe capellanos Imperatoris, Monachos ſcilicet Caſſinenſis eccleſiæ, ab Imperatore ſeparari, ſet juxta eum ſuum tentorium figi debere, quod & factum eſt.* Et cap. 115. ſubdit: *Raynaldus*

Abbas Caſſinenſis honorifice ab Imperatore exceptus.

an-

autem poſt hac ad Imperatorem deductus, & ab eo cum ingenti honore ſuſceptus, & cum Fratribus inter cappellanos Imperii conſtitutus eſt.

Guibaldus Stabulenſis eligitur Caſſini Abbas.

Narrat deinde cap. 124. Petrus electum a Monachis Abbatem Caſſinenſem A. 1137. Guibaldum præſentibus Innocentio II., compluribuſque Cardinalibus, & S. Bernardo Clarevallenſi, atque Lothario III. cum Richiza conjuge, Peregrino Aquilejenſi patriarcha, cumque pluribus archiepiſcopis, abbatibus, principibus, exercitus ſui imperatoribus, Raynulpho Apuliæ Duce, Roberto Capuæ principe, aliiſque magnatibus. Vid. Petrus Diac. a cap. 118. ad cap. 124.

Ejuſque ærumnæ.

Deſcribit poſtmodum Petrus cap. 126. quæ Guibaldus Abbas de tribulationibus, ærumniſque a Rogerii miniſtris ſibi, ſubditiſque cœnobii noſtri impactis ad Imperatorem Lotharium ſcripſerit hiſce verbis: *Poſt veſtrum namque diſceſſum Saraceni, Normanni, ac Langobardi invenientes quietam terram, quaquaverſum tendunt devaſtando, depopulant incendio, atque homicidiis totum exterminantes, ſemet arbuſtis fructiferis omnino parcunt, ne forte, quos antra montium, vel prærupta terrarum, vel ſecluſa quæque occultant, illis pabulis nutriantur, & ſic eadem credulitate furentes ab eorum contagione nullus latus remanſit, & nullus locus ab eorum infeſtatione eſt relictus immunis, præſertim in poſſeſſionibus monaſterii Caſſinenſis, nec non & in aliis eccleſiis, baſiliciſque ſanctorum, monaſteriiſque ſceleratius deſeviunt, ut majoribus incendiis domus orationis, quam urbes, cunctaque oppida comburantur. Impletum eſt nunc in eccleſiis, quod vir ſanctus declamat ad dominum, dicens; ubi laudaverunt te patres noſtri, facta eſt exuſtio ignis. Nunc jam venit hora, ut omnes, qui noſtram terram deprædant, incendunt, devaſtant, & ruricolas, & Monachos in nervo vinciunt, compedibus, ac manicis gravant, occidunt, vendunt, cruciant; & perſequuntur, arbitrentur ſe obſequium præſtare deo. Ubi autem venerabilis aulæ clauſas inveniunt portas, certatim ictibus dextralium aditus reſerant, ut recte dicatur, quaſi in Silva lignorum ſecuribus exciderunt januas ejus, in idipſum in ſecuri, & aſcia dejecerunt eas, incenderunt igne Sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Quanti nunc ab eis pontifices, presbyteri, diaconi, monachi, nobiles, ignobiles, diverſi ſexus, & ætatis interficiuntur; quanti cruciantur, ut tradant, ſi quid auri, vel argenti proprium, vel eccleſiaſticum habeant, & dum, quæ habent, urgentibus pœnis, facilius dant, iterum crudelibus tormentis oblatores urgent, autumantes quantam partem non totum datum, & quanto plus dant, tanto amplius quempiam habere credunt. Non infirmior ſexus, non conſideratio nobilitatis, non reverentia ſacerdotalis, non monaſtici habitus ſtemma crudeliſſimas mentes eorum mitigant, quinimmo ibi exagerantur ira furoris, ubi honorem conſpiciunt dignitatis, ſenilis maturitas, atque veneranda canities, quæ cæſariem capitis, ut lanam candidam dealbarat, nullam ſibi ab hoſtibus miſericordiam vendicant, parvulos etiam ab uberibus maternis rapiens barbarus furor, inſontem infantiam elidit ad terram, impletum eſt nunc quod olim Judæi canebant, dixit inimicus incendere fines meos, & parvulos meos eliſurum ad terras. In ædificiis autem magnarum eccleſiarum, domorum, civitatum, ubi incendium deſtructionis per ignem facere non poſſunt, parietes ſolo æquantur, ut nunc antiqua illa ſpecioſitas ædificiorum, nec quia fuit prorſus appareat. Quod ſi quis noſtris dictis derogaverit fidem, teſtis eſt civitas Puteolana, Aliphana, ac Teleſina, quæ nihil aliud, niſi quia olim fuere demonſtrant; Set & aliæ urbes quamplurimæ, aut raris, aut nullis habitatoribus incoluntur, nam & hodie ſi qua ſuperſunt ſubinde deſolantur, ſicut & de civitate Capuana, quæ olim poſt urbem Romanam totius Campaniæ caput, & gloria extitis, fecerunt; nam poſtquam eam hominibus deleverunt, auro, & argento ſpoliaverunt, ne vel ad horam locus impietati cederet, illam incendio cremaverunt, & antiquam illam ingenuam, & nobilem libertatem in ſervitutem redegerunt, & præcipuos, quoſque in captivitatem duxerunt, aurum, argentum, gemmas, ac veſtes, & quicquid pretioſum, quicquid carum invenerunt, aſportaverunt. Quanta autem, & qualia ipſi, & Dux illorum Caſſinenſi intulere cœnobio, & poſt veſtrum, & ante veſtrum adventum referre quis valeat? &c.* Alias præterea cœnobii noſtri calamitates, quæ a Rogerio rege obvenerunt, in hæc verba recenſet Anonymus Caſſinenſis A. 1143. *Rex* (ſcilicet Rogerius) *iterum ad hunc locum venit &c. Theſaurum hujus loci omnem cum tabula ante Altare tollitur, præter crucem majorem, cum cyburio, & tribus tabulis altaris*. Atque A. 1155. ſubdit: *Exercitus regis Siciliæ cum Aſclentino Cancellario Campaniam ingreditur, & combuſſit Ceperanum, & Babucum, & loca vicinia, deinde rediens mœnia Aquini, & Pontiſcurvi, & aliorum oppidorum dirui fecit, & omnes Monachos de eccleſia Caſſinenſi foras expelli exceptis duodecim*. Et A. 1150. prodigium refert hiſce verbis: *Sanguis pluit in feſtivitate S. Johannis Baptiſtæ*.

III.

ROMANI PONTIFICES, AC PRINCIPES;

QUI HOC SAECULO S. MONASTERIUM

Caſſinenſe adierunt.

PAſchalis II. ſepties Caſſinum adiit, ut videre eſt capp. 31., 33., 45., 55., 57., & 61. Chron. Caſſ. lib. IV. Vid. Baronius ad A. 1107., 1108., 1113., 1117., Pagius A. 1109. nu. 1., 1117. nu. 1. Mabillon. Annalium To. V.

Caſſinum adiere Paſchalis II. ſepties.

Gelaſius II., eodem Petro teſte, cap. 64. *In feſtivitate autem paſchali, impoſito ſibi Romani orbis diademate cum magna laude, & gloria ad patris Benedicti monaſterium Capuæ ſitum venit, celebrataque miſſa ſolemniter ad epiſcopium civitatis rediit, ornatis plateis, & arcubus Romano more. Poſt idem pontifex ad hoc monaſterium veniens, cum immenſo honore, & gaudio ab univerſa congregatione ſuſceptus eſt, atque per plurimos dies in hac terra moratus eſt: Robbertus interea princeps exercitum congregans, ad hoc monaſterium venit, Romam, ſicut promiſerat pontifici, cum eo iturus: Audiens autem, quod Imperator oppidum, quod Turricela dicitur, obſideret, Caſini ſubſtitit, ubi etiam nuntios Imperatoris ſuſcipiens Capuam repedavit*. Eadem narrat Pandulphus Piſanus in vita hujus pontificis,

Gelaſius II.

cis,

Digitized by Google

cis, & Baronius A. 1118. p. 126.

Caliſtus II. bis.

De Calliſto II. hæc habet Petrus cap. 68. *Tunc temporis præphatus Papa Calixtus urbem egreſſus venit hoc monaſterium, & a predicto noſtro Abbate cumingenti honore ſuſceptus, die illo miſſam ſolemniter celebravit, atque in hac terra per duos fere menſes eſt remoratus. Quem videlicet pontificem noſter Abbas honorifice nimis ſuſtentavit, & in omnibus neceſſitatibus ejus ſtrenue ſatis deſervire curavit.* Eadem narrat Baronius A. 1120. p. 144. Iterum Caſſinum adiit hic pontifex, eodem Petro teſte, cap. 80.

Honorius II. bis.

Bis etiam Caſſinenſe monaſterium inviſit Honorius II., ut narrat Petrus Diaconus cap. 86. hiſce verbis: *Eodem vero anno papa Onorius urbem egrediens, aſcendit ad hoc monaſterium, atque a ſupradicto Abbate, & Fratribus honorifica ſatis proceſſione receptus ſuper altare beati Benedicti miſſam ſolempniter celebrans, ſero jam ad civitatem rediit.* Eadem habet Baronius A. 1125. p. 161. Alterum Honorii adventum hiſce verbis refert idem Petrus cap. 95. *Interea Apoſtolicus Urbem egrediens, venit ad hoc monaſterium, a quo idem Abbas primus in hac eccleſia Abbatia conſecrationem ſuſcepit.* Vid. Baronius A. 1126. p. 169. Theobaldus in hac Caſſinenſi eccleſia a Benedicto VIII. benedictus fuit, nam ſolebant Abbates noſtri pontificem quocumque demum in loco eſſet, adire, quo ab illo benedicerentur.

Innocentius II.

Adventum Innocentii II. pontificis refert Petrus Diaconus cap. 118., & ſeqq., & cap. 124. narrat, benedictum ab eodem Guibaldum recens electum Caſſinenſem Abbatem. Vid. Baronius A. 1137, p. 261. & ſeqq. In vita Alexandri papæ III. cujus auctor eſt Nicolaus Cardinalis de Aragonia, & extat tom. 3. Scriptorum Italicorum fol. 473. Pontificem Venetiis diſceſſiſſe refertur famulantibus ſibi publicis triremibus, & additur, apud Sipontum IV. Kal. Novembris ſuffragantibus beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli meritis cum proſperitate pervenit. Deinde per Trojam, & Beneventum, & S. Germanum cum gloria, & honore tranſitum faciens ad civitatem Anagninam ſibi multum devotam 19. Kal. Januarii ſanus Deo gratias, & incolumis remeavit.

Lotharius Imperator cum Richiza conjuge, aliiſque magnatibus.

Eodem, quo Innocentius, tempore præſens Caſſini fuit, Lotharius Imperator cum Richiza conjuge, cumque pluribus Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Henrico Bavariæ Duce, aliiſque principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, omnique exercitu. Adfuere quoque cum S. Bernardo Clarevallenſi Abbate A. 1137. Raynulphus Apuliæ Dux, Robertus princeps Capuæ, aliique Normanni magnates, teſte Petro Diacono cap. 119., & ſeqq., qui loquens de Richiza imperatoris conjuge, ſubdit: *Rychiza Imperatrix pedibus totum montem conſcendit &c.* Pluribus diebus in monaſterio Caſſinenſi commoratus eſt Lotharius, eodem Petro teſte, cap. 124., ubi hæc de illo memoranda narrat: *Jam vero, Chriſto auſpice, qualiter Guibaldus electus ſit, & qualis, quantuſve fuerit, deſcribamus. Hic igitur natione Lotheringus, & a pueritia monaſterio Stabulenſi Monachus factus, gramaticam, dialecticam, rhetoricam, arithmeticam, geometricam, & aſtronomiam ad plenum eruditus, atque a Quinto Henrico Imperatore ejuſdem cœnobii ſtabulenſis Abbatiam regendam ſuſcepit. Eo vero tempore, quo Imperator Lotharius cum papa Innocentio intravit Italiam, idem Guibaldus ſuper navalem expeditionem ab Imperatore conſtitutus, & Neapolim eſt tranſmiſſus, qui in eundo, dum ad patris Benedicti limina Caſinum veniſſet, atque ob ſupradicti Raynaldi electionem turbatam Caſſinenſem eccleſiam comperiſſet in capitulum veniens, cœpit monere Fratres, ut pacifice, & concorditer ſecundum beati Benedicti regulam, viverent; reminiſci illos debere, qualiter per totum fere orbem ſancta prædicationis fluenta, & monachica vitæ rudimenta ab eodem loco manaſſent, quanta, & qualia pater Benedictus divina fretus potentia ibidem patraſſet, qualiter ſua corporali requie, Regulæque deſcriptione Caſſinenſe cœnobium, caput omnium monaſteriorum perpetuo conſtituiſſet &c.* nota. *Hæc dum peroraſſet, patri Benedicto ſe commendans, & Fratribus, Neapolim abiit. Set, cum ordine, quo ſupra retulimus Raynaldus Abbatiam dimiſiſſet, & Fratres pro his, quæ Caſſinenſi cœnobio ob Raynaldi electionem acciderant, diviſi fuiſſent, cum pars parti non cederet, noviſſime omnibus hæc ſententia placuit, ut in Caſſinenſi cœnobio Abbas de Imperatoris latere eligeretur. Quod dum papa Innocentio retuliſſent, omnino reniti, & contradicere cœpit aſſerens, nullo modo ſe pati, ut in Caſſinenſi cœnobio exter aliquis eligeretur, vel alicui extraneo illa eccleſia ſubmitteretur, quæ Romanæ ſedi Stephanum ſeptimum, Victorem III. ac II. Gelaſium apoſtolicos dediſſet, & multis aliis eccleſiis catholicos, idoneoſque paſtores tribuiſſet.* nota. *Set dum ſupra hujus rei negotium papa nullo pacto ad concordiam reducere poſſet, & Nicolaum, quem papa Honorius de abbatia ejecerat, in Monaſterii regimine reſtituere vellet, imperatori tunc in Caſino degenti rei ſeriem pandunt, orant, & ſupplicant, poſcunt, efflagitant, ut ſicut Magnus Henricus Theobaldum, & Conradus cum filio Henrico Richerium, ita ipſe Abbatem ex ſuo latere ordinaret. Ad quorum verba Imperator in lacrimis reſolutus dixit, prius ſe ſinere, omnia privilegia eccleſiarum, & conceſſiones convelli, quam aliquid de dignitatibus Caſſinenſis eccleſiæ minui, & prius permittere electiones omnium epiſcopoporum, archiepiſcoporum, & Abbatum, qui ſunt in toto orbe Romano tollere, quam ſolummodo Caſſinenſis Abbatis: nam ſi Abbas ex conſenſu monachorum electus non fuerit, Abbas non erit, & quicumque electionem monachis tollit, omnia monaſterii jura convellit. Jam vero quis tanti Imperatoris gravitatem non miretur? Nam cum ad ſedandas diſſenſiones Fratrum, quæ pro electione Abbatis exorta fuerant, ad capitulum veniſſet, ab hora prima diei uſque in veſperum, non cibo, non potu indulgens, exinde egreſſus non eſt, & ſub imperiali clamide alterius militiæ tyrocinium oſtendebat, nam in omni expeditione, in qua ſimul cum ipſo fui, in lucis crepuſculo miſſam pro defunctis audiebat, dehinc pro exercitu, poſtremo miſſam diei, demum viduis, & orphanis una cum Richiza clementiſſima Auguſta pedes lavans, & capillis tergens, atque deoſculans, ac cibum, & potum large diſtribuens, queſtiones, & oppreſſiones eccleſiarum relevabat, & in ultimo in cura imperii inſudabat, quandiu enim in Caſſinenſi cœnobio remoratus eſt, ita clauſtrum, & omnes officinas monaſterii, ac ſi Abbas, vel quilibet Decanus circuibat, ſcire cupiens, qualiter unuſquiſque ſub beati Benedicti magiſterio viveret, factoque*

Virtutes Lotharii Imperatoris.

mane

mane per omnes monaſterii eccleſias diſcalciatis pedibus, incedebat. Licet autem hac ageret, nunquam a conſortio epiſcoporum, archiepiſcoporum, & abbatum ſequeſtrabatur, ut impleretur in eo quod legitur, & cum ſapientibus ſermocinatio ejus, & cum hac ageret, erat tamen cæcorum baculus, eſurientibus cibus, ſpes miſerorum, ſolamen lugentium, & ita ſingulis eminebat virtutibus, ac ſi cæteras non haberet, ſacerdotes namque honorabat ut patres, clericos ut dominos, pauperes ut filios, viduas ut matres, creber in orationibus, pervigil in vigiliis, lacrimas deo, non hominibus, offerebat: hac de tanto imperatore breviter dicta ſufficiant &c. Et cap. 125. *Imperator itaque, & apoſtolicus Feſtum S. Chriſti martyris Mauricii in eccleſia beati Petri apoſtoli celebrans, Guibaldum Abbatem ad prandium cum Fratribus Caſſinenſis cœnobii invitavit dicens: puto, ni fallor, quia comedendi, & bibendi vobiſcum hac erit michi ultima dies, quod poſtea rei probavit eventus.*

Lotharius recipit in Civitate S. Germani dignitatẽ Patritii.

Receperat in urbe S. Germani dignitatem Patritii Lotharius, ut refert idem Petrus cap. 119. in hæc verba. *Ipſe vero in civitate coronam circuli patricialis accepturus remanſit: nam tunc Exaltationis ſancta Crucis agebatur celebritas. &c.* Primum circulus hic aureus a Romanis datus Henrico IV. Imperatori, ut refert Leo Marſicanus lib. II. cap. 79. hiſce verbis: *Tunc temporis ob hujuſmodi res tam proſpere tamque canonice geſtas eidem Henrico IV. patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque præter imperialem coronam aureo circulo, uti decernunt.* Vid. Baronius A. 1137. p. 261., & 264., ubi integra Petri capitula exſcribit.

Rogerius Siciliæ Rex quater, Ludovicus Rex Galliæ.

Quater Caſſinenſe monaſterium inviſit Rogerius Siciliæ rex, teſte Anonymo Caſſinenſi anno 1140., 1142., 1143., & 1144., & Ludovicus etiam Galliæ rex Caſſinum adiit, ut habet idem Anonymus A. 1149. hiſce verbis: *Ludovicus rex a partibus Hieroſolymitanis reverſus, & a rege Rogerio apud Potentiam cum honore ſuſceptus IV. Non. Octobris ad hoc monaſterium venit, ſuſceptuſque honoriſice poſt diem tertium recedens, & apud Tuſculanum cum Apoſtolico colloquens Franciam redist. &c.* Hæc Anonymi verba refert Pagius hoc anno nu. 2.

Guillelmus II.

Idem Anonymus adventum Guillelmi II. Regis A. 1183. hiſce verbis refert. *Rex Willelmus Siciliæ ſecundus venit ad montem Caſſinum ſeptimo Kal. Februarii, & alio die verſus Capuam remeavit.* Et in Bibliothecæ noſtræ codice ſignato num. 851. hæc leguntur: *Glorioſiſſimus rex Guilielmus Siciliæ ſecundus ſeptimo Kal. Februarii venit ad montem Caſinum, ubi eo die pernoctans, & ſequenti die ibidem permanens, poſt ſolis occaſum deſcendit, alio die a S. Germano recedens per Mirtulam, adque per Sueſſam verſus Capuam remeavit.*

Henricus IV Imperator cum Cõſtantia conjuge.

Henrici quoque VI. imperatoris cum Conſtantia conjuge adventum refert Anonymus A. 1191., quo iterum Caſſinates inviſit Imperator. Eundem adventum refert in Chronico ſuo Richardus a ſancto Germano, & patet ex privilegiis nobis ab eodem conceſſis, quæ in Differt. I. dabimus. V. Pagi cit. A. nu. 6., & Baronius ibid. p. 819.

Jordanus Capuæ Princeps.

Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſ. cap. 92. adventum refert in monaſterium Caſſinenſe Jordani Capuæ principis tempore Oderiſii II. Abbatis.

Gõnarius Rex.

Gonnarius etiam Saſſaris in Sardinia Rèx ſacra S. Benedicti limina inviſit A. 1147., ut ex privilegio nobis hoc anno ab eodem conceſſo conſtat, quod Diſſ. I. dabimus.

I V.

VIRI APUD CASSINATES SANCTITATE

HOC SAECULO ILLUSTRES.

Viri pietate celebres. S. Gelaſius.

AGmen ducat S. Gelaſius II., cujus vitam Pandulfus Piſanus ejus familiaris, atque itinerum ſocius, ac deinde presbyter Cardinalis Tit. ſanctorum duodecim apoſtolorum conſcripſit, quam pene integram refert Baronius A. 1118., & 1119. Eam in lucem edidit Abbas Conſtantinus Cajetanus Romæ anno 1638. fuſis, atque eruditis commentariis illuſtratam, nuncupatamque Urbano VIII. P. M. cumque pluribus MSS. codicibus comparatam recudere eruditiſſimi Henſchenius, Papebrochius, & ſocii P. II. Conatus chronologico-Hiſtorici Romanorum Pontificum p. 9., & ſeqq. Quaſdam tantum hujus vitæ partes more noſtro adducemus. Sic ergo incipit: *Gelaſius, qui, & Johannes, natione Gajetanus, ſedit anno uno. Hic a nobilibus juxta ſaculi dignitatem parentibus feliciter educatus, litterarum ſtudiis pura mentis intentione eſt traditus. In quo videlicet ſtudio, parvo ſatis in tempore, quæque ſunt puerorum, addiſcens, ultra coævos ſuos, omnia memoria commendavit. Hic a beata recordationis domno Oderiſio Abbate Caſſinenſi petitus ad ſerviendum inibi tanquam in monaſteriorum omnium capite, ac principio, & aſſignatus devote, & devotius eſt a jam dicto patre ſuſceptus, ac cum non paucis aliis regulariter eſt converſatus. Ubi viris ad omnia peritiſſimis, quorum in monaſterio non parva copia inerat, ad liberales addiſcendas artes adjunctus, & ipſas, præ omnibus fere aliis diverſarum regionum præclara indolis, artes in brevi, & Monaſticum ordinem plene nimis addidicit: & per aliquantum temporis in monaſterio patris Benedicti ſanctiſſimi irreprehenſibiliter conſervare curavit.*

In monaſterio Caſſinenſi monachi docti.

pauloque poſt: *In diebus igitur illis, non, ſicut credo, abſque ſpiritus conſolatoris oraculo, Frater Johannes Gajetanus jam adoleſcens, Monachus Caſſinenſis, ab omni ſimul catholica Romana eccleſia, & Urbano papa qui præerat, in tantarum perturbationum auxilium, ac conſilium, partemque eſt ſollicitudinis vocatus, ut ſic tandem aliquando in ſummæ plenitudinem poteſtatis divina ſuffragante clementia prout manifeſtabunt ſequentia, levaretur. Gratia ſit Petro apoſtolo Jeſu Chriſti, qui tam probum juvenem in primis quidem filium, ſibique dignum poſtea Vicarium adoptavit.* De Pontificis hujus eruditione, ac doctrina ſæculo IV. a nobis actum. Proſequitur deinde Pandulfus: *Caſſinenſe cœnobium (tum ob beati Benedicti eccleſiam, & meritam reverentiam: tum quia in ipſo Monaſtica religionis habitum ſumpſerat) religionis ſua primordia, & converſionis reducens ad animum, ſanctamque vitam patrum inibi Domino pariter ſervientium, ſedula mentis cogitatione pertractans, non tantum inibi, qua ad Deum ſunt irremiſſius gubernare, verum etiam extra contra tumultuantes inſidias malignantium turrem inexpugnabilem ſemetipſum exponere*

omni

Digitized by Google

omni conamine, & omni niſu curabat. Interim autem Paſchali papa defuncto, venerabilis pater dominus Petrus, Portuenſis epiſcopus, qui primatum poſt papam per longa jam diutius tempora detinuerat, cumque eo omnes presbyteri, ac diaconi Cardinales de eligendo pontifice, & in commune communiter, & ſingulariter ſinguli pertractare cœperunt pro domino Cancellario in monaſterio Caſſinenſi commorante, de his ſic geſtis modis inſcio. Nuntius de repente comparuit, qui Cancellarium ipſum, juxta quod acceperat in mandatis, ad Cardinales Romam, cum omni celeritate redire faceret. Quid moror? Triſtis frater Johannes, mortemque tanti patris voce porrectiori rememorans, prout obedientia filius paruit, mulam aſcendit, maturoque itinere Urbem intravit, fratres, ac filios commonuit, adunavit. In craſtinum vero, ſecundum quod condixerat, honorabilis pater prænominatus dominus Petrus Portuenſis, Cencius Sabinenſis, Vitalis Albanenſis, Lambertus Oſtienſis epiſcopus &c. Cardinales, alioſque enumerat electioni præſentes, ac deinde ſubdit: Hi omnes vitantes ſcandalum, quod in hujuſmodi ſolet electionibus pro peccatis noſtris accidere, ſed ſi ſecus, ſicut poſtea rei probavit eventus, ac ſi ſint omnes rati, provenerint, credentes ad locum tutiſſimum, veluti qui curia cedit, in monaſterio quodam, quod Palladium dicitur, infra domos Leonis, & Cencii Frangepanis pariter convenerunt: ut juxta ſcita canonum de electione tractarent. In quo loco videlicet poſt diſceptationem diutinam, ac voluntates diverſas, nunc hac, nunc illa petentes, tandem communicato conſilio, illo etiam mediante, qui fecit utraque unum, pari voto, ac deſiderio in hoc unum unanimiter concordarunt: ut domnum Johannem Cancellarium in Papam eligerent, & haberent. Nec mora, raptus ab omnibus, laudatur ab omnibus, approbatur ab omnibus, necnon etiam ab epiſcopis, quorum nulla prorſus eſt alia in electione præſulis Romani poteſtas, niſi approbandi, vel contra, & ad communem omnium Cardinalium primum, & aliorum petitionem,
Joannes Cajetanus electus Pontifex
Electo manus ſolummodo imponendi. Sicque invitus, ac renitens domnus Johannes Gajetanus in papam Gelaſium, Spiritus ſancti gratia mediante, hodie eſt & electus, & ab omnibus communiter in ſumma ſede locatus, cunctis dei magnalia collaudantibus. Hoc audiens inimicus pacis, atque turbator, jam fatus Cencius Frangepane more draconis immaniſſimi ſibilans, & ab imis pectoribus trahens longa ſuſpiria, accinctus retro gladio, ſine mora cucurit, valvas, ac fores confregit, eccleſiam furibundus introjit, inde, cuſtode remoto, Papam per gulam accepit, diſtraxit, pugnis, calcibus percuſſit, & tamquam brutum animal intra limen eccleſiæ acriter calcaribus cruentavit, & latro tantum dominum per capillos, & brachia, Jeſu bono interim dormiente, detraxit, ad domum uſque deduxit, inibi catenavit, & clauſit. Tunc præfati epiſcopi, clerici, & cardinales omnes, ac multi de populo, qui convenerant, ab apparitoribus Cencii modo ſimili vinciuntur, de caballis, ac mulis, capite verſo, præcipitantur, exponuntur, & inauditis undique miſeri miſeriis affliguntur, donec aliqui Semivivi ad domum tandem propriam remearint; malo ſuo venit, qui fugere citonon potuit. Facta autem hac voce convenit multitudo Romana, Petrus Præfectus Urbis, Petrus Leonis cum ſuis, Stephanus Northmannus cum ſuis, Stephanus de Thebaldo cum ſuis, Stephanus de Berizone cum ſuis, Stephanus Quatrale cum ſuis, Buccapecorini cum ſuis, Boniſci cum ſuis, Beriziſi cum ſuis; regiones duodecim Romanæ civitatis, Transtyberini, & Inſulani arma arripiunt cum ingenti ſtrepitu capitolium ſcandunt, nuncios ad Fragepanes iterato remandant, papam captum repetunt, & exoptant. Nihil in mora. Territi Fragepanes, præſertim domnus Leo, impietate ſubdola prius, papam illico reddidit, pedes ejus amplexans clamabat irremiſſus. Domine miſerere. Et ſic peccatis nimiis exigentibus, ut iterum eccleſiam elatis cornibus ventilaret evaſit, Tunc S. Papa levatur, niveam aſcendit caballum, coronatur, & tota civitas cum eo coronatur; per viam ſacram gradiens, Lateranum aſcendit, bannis, & inſignibus aliis cum præcedentibus pariter, atque juxta Romanum Ritum, moremque ſequentibus, ſedit itaque papa ſicut videbatur, in pace; frequentabant eum Comites, & Barones; & qui pro reſponſis veniebant, recipiebantur benigne, & donec finito negotio, pro quo cuncti convenerant, accepta benedictione redirent, tamquam a patre filii benignius per omnia tractabantur. Itaque curia tota in pace habebat omnia, quæ per Dei gratiam poſſidebat. Redire omnes illinc, atque iſthinc extra Urbem morantes. Dum vero presbyteratu, atque epiſcopatu Gelaſium initiare meditarentur, Henrici V. Imperatoris adventu Roma auſugere compulſus eſt. Qua de cauſſa Henricus Gelaſio hoſtis eſſet, infra pandemus. Proſequitur Pandulſus hiſce verbis: Siquidem flumen Tiberim maturato intravimus, & per galeas duas ad portum uſque deſcendimus, ubique cœlum, & terra, mare, & pene omnia, quæ in eis ſunt adverſum nos pariter conjurarunt. Nam cœlum gravem pluviam, grandines, & tonitrua, coruſcationes, ac fulgura frequentabat; mare ſimul, ac Tiberis jam diris tempeſtatibus Vicario rebellabant, ut vix in portu vivi remanere poſſemus, nedum mare intrare. Sæva inſuper jam per ripam Alemannorum barbaries tela contra nos mixta toxico jaciebat: minitabantur etiam, nos intra aquas natantes mumaci igne cremare, niſi papam, & nos in eorum manibus redderemus; & credo capti eſſemus, niſi nox, & ira fluminis illos non impediſſet. Quid ad hac? quid miſerrimi facerent? ceperunt; immo cepit domnus Hugo Cardinalis, & presbyter papam noſtrum in collo, & ad Caſtrum S. Pauli Ardeam ſic de nocte portavit. Die vero altero in aurora redière Teutonici, prædam de nobis facere geſtientes. Juratum eſt eis tandem, quia papa fugiſſet; & deo tibi gratias, receſſerunt a nobis. Interim retentavimus, ſi mare adhuc valeremus intrare: papam nocte reduximus. Tum non ſine periculo marinos fluctus attigimus. & die tertio ripa Terracinenſi vivi vix applicuimus, & in quarto portum Gajetanum intravimus, ubi ab illis hominibus, nimis honorifice, & ſuſcepti fuimus, & benigne tractati. Diſcurrit fama per terras, & per provincias illas, convenerunt Archiepiſcopi Sennes Capuanus, Landulphus Beneventanus, Alfanus Salernitanus, Marinus Neapolitanus, Riſo Bariſanus, Hubaldus Tranenſis, L. Sipontinus, Bajalardus Brundoſinus. I. S. Severina, & quamplures alii de Apulia, & Calabria, cum Guilelmo Trojano, & diverſarum regionum epiſcopis, Gerardus Abbas Caſſinenſis, & Sigenulfus de Caveis, cum Abbatibus aliis. In quorum

rum præſentia idem domnus Papa per manus Lamberti Oſtienſis Petri Portuenſis, Vitalis Albanenſis epiſcoporum, cooperantibus archiepiſcopis, & epiſcopis multis, aſſiſtentibus aliis religioſis viris, & cum eis Guillielmo Duce Apuliæ, Roberto principe Capuano, Richardo de Aquila, aliiſque Baronibus plurimis; qui tunc ei omnes fidelitatem fecerunt, exiſtente clero, & populo infinito, ſancto dictante ſpiritu, & effectus eſt presbyter, & inde papa Gelaſius infra octavas Martii conſecratus. Ubi Petrum Ruſſum diaconum Cardinalem: Baronem ſubdiaconum: & me Pandulphum Oſtiarium, qui hæc ſcripſi in lectorem, & exorciſtam promovit; & plures alios in minoribus gradibus ordinavit: Latum nomine, Verulanum epiſcopum a domno Paſchali papa factum, atque depoſitum, ſuæ dignitati, ac loco reſtituit: Chryſogonum diaconum Cancellarium fecit; ibique per totam Quadrageſimam demorantes feſtivitatem Paſchalem. Capuæ ſollemniter celebravimus. Intruſerat poſt Gelaſii diſceſſum in apoſtolica ſede Henricus Mauritium Bordinum Bracarenſem epiſcopum; cumque Caſſinati Monaſterio redux in eccleſia S. Praxedis Romæ miſſam Gelaſius celebraret, atrox inter adverſæ partis homines pugna oborta, quam ſic Pandulfus deſcribit. *Die autem craſtina (etſi diſplicuerit plurimis quod eccleſia eſſet in fortiis Frangepanum) freti tamen Stephani Northmanni, & Creſcentii Gajetani ejuſdem papæ Nepotis antiquis ſtommatibus, itum eſt, & cantatum. Necdum adhuc celebratis officiis, ecce cum non parva manu militum, ac peditum, & aliorum procacium, impii Frangepanes apparent, irruunt lapides, & ſpicula mittunt, noſtros affligunt, multi paucos atterunt. Reſiſtit miles Northmannus & glorioſus Creſcentius cum eo; reſiſtunt undique noſtri, jacula mandata remandant; enſis atteritur enſe, lancea retuſa retundit, hinc pedites, illinc milites cadunt, undique ſtrati, undique pugna gravis. Papam cupit iſte tenere, iſte tuetur eum: miles utrimque cadit, turbæ ruunt, pedites ſaliunt muros; capiuntur ex noſtris aliqui, non tamen eximii. O quantus luctus omnium! quanta præcipue lamenta matronarum, quæ papam ſolum, tamquam ſcurram per campos, ſacris pro parte veſtibus reveſtitum, quantum equus poterat, fugientem videbant. Hunc Crucifer ſequitur, cecidit, muliercula, quem tunc invenit abſcondit, ſonipemque trucem recondit, & in ſero reduxit. Jam quarta parte diei acriter eſt ab utriſque pugnatum; cum Stephanus Northmannus credens papam jam in tuta fugiſſe, taliter Frangepanes alloquitur: Quid, inquiens, facitis? quo ruitis? Papa quem quæritis jam receſſit, jam fuga elapſus eſt; nunquid, & nos perdere cupitis? Et quidem Romani ſumus, ſimiles vobis, & ſi dici liceat, conſanguinei veſtri. Recedite, rogo, recedite; ut & nos feſſi pariter recedamus. Ad hanc itaque vocem, nepos ejus Leo Frangepanes gemebundus papam audiens liberatum, cum inſano fratre Cencio, aliiſque receſſit. Redierunt & noſtri, non omnes. Interim papa utrobique petitus, demum intra campos S. Pauli eccleſiæ adjacentes, feſſus, triſtis, & ejulans inventus eſt, & deductus, die illa, prandium cum cœna fit unum, inter ſpem, & metum, animi cunctorum nutabant dolentes; & quantum ad diem per longa tempora memorabilem, conſiliatum eſt, & actinuit; nox conſilium diremit.* Probe vidit Sanctiſſimus Pontifex haud ſibi tutam amplius Romæ moram eſſe, quarè prædeceſſorum exemplo Galliam ſibi adeundam ratus, ubi Chriſtianiſſimi reges Romanos ſemper pontifices exceperint, foverint, reſtituerint, illuc iter, conſtitutis, primum quæ ad optimam eccleſiaſticæ ditionis gubernationem pro temporum calamitate facerent, inſtituit, regio apparatu, ſummaque veneratione a Ludovico rege omniſque generis hominibus, atque epiſcopis, & abbatibus exceptus. Iter deſcribit Pandulfus; & Sugerius Abbas S. Dionyſii in Vita Ludovici Groſſi, ſeu VI. apud Ducheſne To. IV. Scriptorum Hiſtoriæ Francorum, p. 309. hæc habet. *Ea tempeſtate veneranda memoria ſummum pontificem Romanum Paſchalem ab hac ad lucem perpetuam contigit demigrare. Cui cum de Johanne Gajetano cancellario electione canonica conſtitutus Papa Gelaſius ſucceſſiſſet, & cujuſdam Burdini depoſiti Bracarenſis archiepiſcopi, imperatoris Henrici violentia in ſedem apoſtolicam intruſi, & populi Romani conductitia infeſtatione intolerabiliter fatigaretur, & a ſancta ſede eorum tyrannide arceretur, ad tutelam, & protectionem ſereniſſimi regis LUDOVICI, & Gallicanæ eccleſiæ compaſſionem, ſicut antiquitus conſueverunt, confugit. Qui cum navali ſubſidio, (paupertie quippe multa angebatur) applicuiſſet Magalonam arctam in pelago inſulam, cui ſupereſt ſolo epiſcopo, clericis, & rara familia contempta, ſingularis, & privata, imo tamen propter mare commeantium Sarracenorum impetus, munitiſſima civitas, a domino Rege, quia jam adventum ejus audierat, deſtinati, mandata depoſuimus, diem certam, locumque Viziliaci mutui colloquii cum ejus benedictione, quia regni primitias obtuleramus, gratanter reportavimus. Cui cum dominus Rex occurrere maturaret, nuntiatum eſt, eundem ſummum pontificem podagrico morbo diu laborantem, tam Romanis, quam Francis vita depoſitione peperciſſe.* Plures ibi eccleſias dedicavit, ac tandem ſanctiſſime in Monaſterio Cluniacenſi obiit, ut refert Pandulfus hiſce verbis: *Cluniacenſe adiit monaſterium, in quo, juxta tanti loci potentiam, & ſecundum quod Apoſtolicum virum condecuit, & receptus eſt pariter, & benigne tractatus, omneſque bene, & optime, qui intraverunt cum eo, archiepiſcopi, & epiſcopi terræ: ſed & reges, & principes, tamquam ſi Petrum viſerent, tam per ſe, quam per nuncios, cum non parvis muneribus ſedulo frequentabant. Qui omnes unanimiter a tanto patre, ac domino plenioribus brachiis charitatis amplexi; de lætis, qui veniebant, lætiores effecti, domum, cœleſtibus ferculis medullitus epulati, redibant. Tractabat vir Sanctiſſimus, qualiter & de his, quos ſecum duxerat, & quos in Urbe reliquerat, in omnibus, & per omnia provideret. Et quidem multa jam ad libitum, domino juvante, peregerat: cum jam quaſi ad portum fore ſe deductum congaudent, ſubita paſſione correptus, quam a coſta, Græci pleuriſim appellari juſſerunt ſuis & multis fratribus undique convocatis, facta confeſſione, ac corpore, cum ſanguine Redemptoris acceptis, & juxta normam monaſticam, ſtrato terra corpuſculo, Sancta illa anima carne ſoluta eſt: hinc ad cœlum, Petro duce, conſcendens, corpus honorabiliter intra limen Cluniacenſis cœnobii requieſcit in pace. Amen. Quem Romani, qui aderant, & qui Romæ remanſerant, Clerus, omnis populus, defleverunt, &,*

Gelaſius in Galliã navigat.

Moritur in Cluniacenſi monaſterio.

quaſi

Digitized by Google

quaſi PATREM JUSTITIÆ, *nolentes conſolari deflebant. Sedit autem anno uno, diebus quinque; & ceſſavit epiſcopatus ejus dies quindecim.* Hoc epitaphium ejus Sepulchro a Petro Pictavienſi impoſitum.

Vir gravis, & ſapiens, actu, verboque Johannes,
Cum prius ex Monacho, pro multa ſtrenuitate,
Archilevita foret, & Cancellarius Urbis,
Præſule Paſchalis, meritis ad ſydera rapto.
Promeruit tandem Sacram conſcendere ſedem,
Dignus poſt primum Gelaſius eſſe ſecundus.
Sed, quia rege fuit non præcipiente levatus,
Horrendum fremuit princeps: Et filia dulcis,
More ſuo, profugum ſuſcepis Gallia patrem.
Si licuiſſet ei (pro certo crede) ſub ipſo
Virtus, & pietas, & honeſtas creſceret omnis.
Et pax eccleſiæ toto floreret in Orbe.
Nam rapuit mors atra viam, cum Pontificatus
Vix ageret primum paſtor Venerabilis annum;
Bina dies jam reſtabat, cum Cluniacenſi
Dormiit in proprio Romani juris aſylo.
Hic igitur poſitus dilectos inter alumnos,
Cum patribus ſanctis requieſcit, & optat, ut Orbis
Conditor, & judex veniat quandoque potenter,
Et cineres lapſos in priſtina membra reformet,
Felix inde nimis ſemper Cluniace manebis,
Quod pater Orbis Apoſtolicus, ſummuſque ſacerdos
Eccleſiæ, matriſque tuæ ſpecialis apud te
Tranſiit ad ſuperos, in te requieſcit humatus.
Nec minus hic etiam felicem credimus illum,
Cui dedit ipſe pius magno pro munere Chriſtus,
Ut Monachi Monachum, patrem quoque pignora cara
Jugiter aſpicerent, lacrymiſque rigando ſepulchrum,
Sacris in precibus ſpecialem ſemper haberent.

Extat hoc epitaphium ante Petri Cluniacenſis epiſtolas, & in bibliotheca Cluniacenſi, illudque refert Baronius A. 1119. p. 134., & Bollandiani loc. cit. Illud Petro Pictavienſi denegat Pagius A. 1119. nu. 4. ratus poſterius ævum ſapere, quod ibi Gelaſio annus duobus diebus minus tribuatur, cum tamen reliqui ſcriptores, atque Romanorum pontificum Catalogi annum, & quatuor illi dies aſſignent. Verum haud magni momenti hæc ratio, cum non unum proferri poſſet exemplum eorum, qui in ſupputandis eorum quoque principum annis, quibuscum vixere, erraverint. Certe coævus Author Gotfridus Viterbienſis illi pontifici annum, & ſex dies tribuit, aliique, quos videre eſt in laudato Conatu Bollandianorum. Alia ab argumento negativo ab eo deducta ratio facile corruit; ait enim: *Quod ſi epitaphium illud antiquitus Gelaſii II. ſepulchro inſculptum fuiſſet, non deeſſent ex veteribus, qui ejus meminiſſent.* De noſtro Gelaſio hæc ait A. 1118. Abbas Uſpergenſis coævus author, atque partium Henrici imperatoris ſtudioſiſſimus. *Pro quo* (ſcilicet Paſchali) *Joannes Cajetanus vir prudens, & venerandus in Romana ſemper eccleſia irreprehenſibiliter eidem Apoſtolico collaborans eligitur &c.* Sancti hujus viri geſta quædam hiſce verbis deſcribit Petrus Diaconus coævus author, lib. IV. Chron. cap. 64. *Similiter, & jamdictus papa Paſchalis a Benevento Romam regreſſus duodecimo Kal. Februarii vita decedit, & Johannes Cancellarius hujus Caſſinenſis cœnobii a pueritia monachus a clero, ſenatu, populoque Romano in Gelaſium papam eligitur. Talia dum Heinrici imperatoris veniſſent ad aures, feſtinus Romam advenit, nuntioſque ad eundem Electum tranſmittere ſtuduit, per quos ei direxit, quod ſi fidem, quam papa Paſchalis cum imperatore fecerat obſervaret, & conventiones, quæ inter Romanum imperium, & ſedem apoſtolicam ſtatuta fuerant, firmaret, Imperator confeſtim fidelitatem, eidem Electo, & Romanæ eccleſiæ faceret; ſin alias alium pontificem in Romana eccleſia inthronizaret. Videns igitur idem Electus rationes ſuas cum rationibus imperii convenire non poſſe, per fluvium Tiberim mare ingreſſus, una cum epiſcopis & Cardinalibus, aliiſque Clericis Romanæ eccleſiæ, necnon & Præfecto Romanæ urbis, multiſque aliis nobilibus Romanis, advenit Cagetam. Hoc ubi Imperatori nunciatum eſt, e veſtigio Mauricium Bracarienſem archiepiſcopum a papa Paſchali depoſitum invaſorem Romanæ eccleſiæ conſtituit &c*

Suppl. Hiſt. Caſſi.

Et poſt aliqua ſubdit: *Civitatem Piſanam adiit, eccleſiamque inibi S. Mariæ, quæ ad domum nuncupatur, dedicans, primus in eadem urbe archiepiſcopatum inſtituit.* Petro conſonat Anonymus Piſanus apud Ughellium To. X. Anecdotorum col. 91. qui hiſtoriam ſuam ſic inſcribit: *Geſta triumphalia per Piſanos facta de captione Hieruſalem, & Civitatis Majoricarum, & aliarum Civitatum;* ubi col. 95. habet: *Cui ſucceſſit* (ſcil. Paſchali) *venerabilis papa Gelaſius ſecundus, qui veniens Piſam Piſanam eccleſiam conſecravit & eam Metropolitanam conſtituens, Corſicanos epiſcopos archiepiſcopo conſecrando ſubmiſit.* Atque col. 99. alium Piſanum Anonymum refert Ughellius hoc titulo: *Annales Rerum Piſanorum ab Anno Chriſti DCCCCLXXI. uſque ad annum MCLXXVI. exſcripti ex veteri cod. MS. &c.* ubi hæc leguntur: *A. Domini MCXIX. Gelaſius ſecundus Papa in retributione tanti doni, quod Piſani Romanæ eccleſiæ, & toti mundo de Majoricana victoria fecerant, Piſas venit, & conſecravit majorem novam eccleſiam Piſanorum, ac conceſſit Archiepiſcopatum, civitati Piſanæ, & dedit, quia uſque tunc tantum epiſcopus erat. Et non, quod Papa, quando Piſani iverunt Majoricam, ſuis manibus Piſanis dedit vexillum vermileum. Unde ex tunc Piſana Civitas vermilio utitur ubique vexillo: Anno Dñi MCXIX. Januenſes invidia moti de honore, & de tanta temporali, & ſpirituali exaltatione Piſanorum, guerram ſubito inceperunt damna Piſanis, quæ poterant inferentes, unde deo, & glorioſa ejus matre Maria propitiantibus anno ſequenti ſcilicet MCXX. die S. Sixti in portu Veneris, Januenſes vicerunt.* Et col. 121. refert Chronicon aliud breve Piſanum incerti Auctoris ab A. MCI., uſque ad Annum MCCLXVIII. ex veteri exemplari &c. *A. D. MCXX. Factus Piſis archiepiſcopus & eccleſia Piſana conſecrata eſt a Gelaſio papa ſecundo.* Baronius A. 1095. p. 653. Bertholdi authoritate fretus contendit ab Urbano II. electum Piſanum archiepiſcopum Daibertum, idque A. 1092. factum aſſerit Ughellius To. III. in Archiepiſc. Piſan. nu. 40., illique ſuffraganeos factos epiſcopos Corſicæ, qua de re refert Urbani II. Privilegium: *Datum Anagniæ per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis decimo Kal. Maii inductione XV. Anno dominicæ incarnationis 1092. Pontificatus vero D. Urbani papæ ſecundi Anno 5.;* atque inſuper Primatem Sardiniæ, & Corſicæ, earumque inſularum legatum natum aſſerit. At Pagius A.

Conſecrat eccleſiam Cathedralem Piſanam:

Piſanam eccleſiam metropolim facit:

1118. nu. 10. ponderato Urbani II. diplomate, aliorumque authoritatibus ſcriptorum, quos affert Ughellius, ſubdit: *Daibertus tamen, nec Petrus ejus ſucceſſor eo jure uſi ante hunc annum, quo Gelaſius Piſas advenavit:* & in fine num. 11. ait: *Urbani II. reſcriptum executioni mandatum non fuerat*. Primatum Archiepiſcopi Piſani, juſque legati nati in inſulis Sardiniæ, & Corſicæ validis rationum momentis propugnat Julianus Vivianus in praxi juris Patronatus acquirendi, conſervandique illud, &c. P. I. lib. 3. cap. 2. a nu. 66. ad 77. aliıque. Id tamen mordicus, fuſeque negat illuſtriſſimus Ambroſius Machin archiepiſcopus Calaritanus in libro inſcripto: *Defenſio Sanctitatis beati Luciferi Archiepiſcopi Callaritani Sardiniæ, & Corſicæ Primatis &c.* Lib. 2. & potiſſimum cap. 35. p. 141. & ſeqq.

Sardinia, & Corſica metropoli Piſanæ ſubjiciuntur.

Quanam vero Sanctitatis opinione deceſſerit Gelaſius II., oſtendunt verba Pandulfi Piſani apud Baronium A. 1124. p. 159., cum refert Calliſtum II. immediatum Gelaſii ſucceſſorem, ædificaſſe in Veteri Lateranenſi patriarchio eccleſiam S. Nicolai. En ejus verba: *Eccleſiam S. Nicolai in palatio, fecit, cameram ampliavit, & pingi fecit, ſicut apparet hodie miro modo. In alio vero cod. ſæpe cit. hæc ita dilucidius. Hic a fundamento conſtruxit in palatio Lateranenſi Cappellam S. Nicolai ad aſſiduum Romani pontificis uſum, juxta quam ædificavit duas cameras contiguas Tito Veſpaſiano, quarum una cubicularis, altera pro ſecretis Concilii.* Hanc eandem eccleſiam, picturaſque in ea poſitas deſcribit eruditiſſimus Honuphrius Panvinius in Tractatu de ſeptem principibus urbis eccleſiis edito Romæ A. 1570. in 8., ubi p. 173. ait: *Calliſtus Papa II. ad reparandum patriarchium Lateranenſe animum convertit. Ante omnia igitur in medio palatio interiori a fundamentis ædificavit oratorium, ſive ædiculam in monaſterio S. Nicolai epiſcopi pulchram, & oblongam cum tecto ligneo imbricato, quam etiam totam pinxit; in cujus abſida eos omnes Romanos pontifices, qui ante ſe fuerunt ab Alexandro II. deinceps pingi juſſit, quamquam fœdiſſima pictura. Hi fuere Alexander II. Gregorius VII., Victor III., Urbanus II., Paſchalis II., Gelaſius II., Item his adjunxit ex antiquis ſanctos Leonem, & Gregorium Magnos, & ſe ipſum in abſida teſtudine ad pedes Salvatoris in cujus altari multas reliquias recondidit.*

Vir a morte Gelaſius habitus ut ſanctus.

Ea etiam deſcribit in cod. MS. Bibliothecæ Vaticanæ ſign. n. 6110. cui titulus: *De Baſilica, Baptiſterio, & Patriarchio Lateranenſi*; in eo enim lib. 4. cap. 1. fol. 142. a t. ſic proloquitur: *Poſt Leonem quartum longo annorum intervallo, quanquam, ac veriſimile, imo neceſſarium ſit multos Pontifices ædes Lateranenſes reſtituiſſe, multos in his fabricas conſtruxiſſe, & vetera reparaſſe, neminem tamen inveni uſque ad Caliſti papæ ſecundi tempora. Is anno domini 1119. creatus, pace cum Henrico V. Imperatore poſt ſexagima fere annorum diſſidio facta, animum ad reparandum palatium Lateranenſe diuturni ſchiſmatis cauſa a ſuperioribus pontificibus diu vexatis, & profugis negligentius habitum, & ideo ruina expoſitum convertit. Ante omnia igitur in medio palatio interiori, a fundamentis ædificavit oratorium, ſive ædiculam in honore S. Nicolai epiſcopi pulchram, & oblongam cum tecto ligneo imbricato, quam etiam totam pinxit, in cujus abſida eos omnes Romanos pontifex, qui ante ſe fuerunt ab Alexandro II. deinceps pingi juſſit, quamquam fœdiſſima pictura. Hi fuere Alexander II., Gregorius VII. Victor III., Urbanus II., Paſchalis II., Gelaſius II. Item his adjunxit ex antiquis SS. Leonem, & Gregorium Magnos, & ſe ipſum in abſida teſtudine ad pedes Salvatoris, in cujus altari multas reliquias recondidit. Hanc porro ædiculam peculiari Romani pontificis uſui ipſe condidit, juxta quam idem pontifex duo conjuncta conclavia, ſive cubicula, ſub quibus veſtiarium ideſt Guardarobbam, addidit, conſtruxit. Cubiculum vero unum variis picturis exornavit, quod Audientiæ dixit, & rebus publicis tractandis, in quo ſuperiora omnia ſchiſmata, quæ eccleſiaſticæ libertatis aſſerendæ cauſa exorta fuerant, annotavit: ut Alexandri II. cum Cadolo Parmenſe, Gregorii VII. Victoris III. & Urbani II. cum Ghiberto Ravennate, & Paſchalis II., & Gelaſii II. cum tribus adulterinis aliis pontificibus: poſtremo pacem, quam ipſe cum Henrico V. imperatore ejuſque imperatoris privilegium in tabula magna deſcriptum adjunxit, quæ adhuc vetuſtate exoleſcentia vix cerni poſſunt. Sub Alexandri vero II. tabula, in qua ipſe pictus eſt cum Cardinalibus pedibus Cadolum conculcans, ſunt hujuſmodi verſus.*

Regnat Alexander Cadolus cadit, & ſuperatur.

Sub Gregorii vero VII., Victoris III., Urbani II. ſignis ſunt hujuſmodi alii duo verſus.

Gregorius, Victor, Urbanus Cathedram tenuerunt.
Gibertus cum ſuis tandem deſtructi fuerunt.

Sub Paſchalis vero, & Gelaſii ſimulachris quoſdam ſchiſmaticos Pontifices ſub pedibus tenentibus, ſunt hi alii duo.

Eccleſiæ decus Paſchalis papa ſecundus
Albertum damnat . . . .

Sub Caliſti vero figura ſunt hi.

Eccleſiæ Caliſtus honor, patriæ decus imperiale
Nequaquam Burdinum damnat, pacemque reformat.

Eruditus Johannes Severanus presbyter Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, Romæ quoque typis Jacobi Maſcardi A. 1630. librum edidit inſcriptum: *Memorie Sacre delle ſette chieſe di Roma e di altri luoghi, che ſi trovano per le ſtrade di eſſe* ubi p. 562. S. Nicolai eccleſiam hiſce verbis deſcribit: *Oratorio di S. Nicolò, e Veſtiario.*

Di là dalla ſopradetta baſilica leoniana Maggiore, nell'oratorio de Padri Penitentieri ſi vede ancor oggi l'oratorio di S. Nicolò veſcovo eretto da Caliſto II. l'anno 1124., nella tribuna del quale l'iſteſſo Caliſto fece dipingere le imagini di alcuni ſuoi predeceſſori, cioè S. Leone, Gregorio Magno, Aleſſandro II., Gregorio VIII., Vittore III., Urbano II., Paſquale II., Gelaſio II., e la ſua medeſima a piedi del Salvatore. Queſt'oratorio ſerviva per uſo delli pontefici; appreſſo al quale il med. Caliſto edificò due ſtanze, una per i Cubicularii, l'altra per l'Audienze; le quali erano dipinte con varie figure, che ſono deſcritte da Onofrio, e ſotto alle medeſime ſtanze fece il veſtiario, cioè il luogo, dove ſi conſervavano le veſti ſagre de pontefici. Illa vero adnotanda verba: *Si vede ancor oggi l'Oratorio di S. Nicolo Veſcovo eretto da Caliſto II.* Atque inſuper animadvertendum, approbatum Severani opus die 7. Aprilis anni 1629. ab eruditiſſimo, atque Antiquitatum Romanarum peritiſſimo Antonio Boſio, de quo

Arin-

Aringhus in præfatione ad Romam ſubterraneam inquit: *Siquidem Antonius Boſius fama ſat orbi notus, & de ſacra vir antiquitate optime meritus, primus omnium eccleſiaſticam cœmeteriorum hiſtoriam ingenti ſtudio, ac labore per annos multos, nec abſque magnis impenſis curioſe perquiſitam congeſſerat &c.* Plures vero annos Severanus in hoc elucubrando opere conſumſerat, ut ipſe met teſtatur in præfatione ad lectorem, cum ait: *Queſti furono i motivi, e le cagioni per le quali io da molti anni mi moſſi a ſpender le hore, che mi avanzavano alle occupazioni, & eſercizii del noſtro iſtituto dell'Oratorio, in cercare con ogni diligenza poſſibile le* Memorie Sacre *di Roma in tutti quegli autori, che ho potuto vedere nella noſtra Vallicellana, e nelle altre biblioteche, & archivii di queſta città da i quali ho ſcelto lo iſtorie, & i ſucceſſi, che appartengono alla notitia, & alla venerazione de i luoghi ſanti di Roma, e particolarmente delle ſette Chieſe, che più dell'altre per antica divozione, & immemorabile conſuetudine ſogliono viſitarſi. Queſte poi per obbedire a chi devo ſono hora aſtretto a publicarle.* Doctiſſimus cardinalis Raſponus in opere de Baſilica, & Patriarchio Lateranenſi Romæ edito anno 1656. nuncupatoque Alexandro VII. Pont. Max eandem eccleſiam deſcribit lib. IV. cap. 12. hiſce verbis: *Baſilica Leoniana majori ſuccedebat oratorium S. Nicolai epiſcopi a Calixto II. erectum, quod adhuc ſupereſt in adibus patrum Pœnitentiariorum; in hujus apſide Calixtus pontifex icones aliquot prædeceſſorum ſuorum affingendas curavit, nempe S. Leonis, & Gregorii Magni, Alexandrii II., Gregorii VII. (per incogitantiam ſcriptum legitur VIII.) Victoris III., Urbani, Paſchalis, Gelaſii II., una cum nominibus, ſuo cuique adſcriptis; Imaginem vero propriam ad Chriſti domini pedes adjungere placuit. Hoc oratorium peculiari pontificum maximorum uſui edificatum a Calixto accepimus, &c.* Oldoinus in additionibus ad Ciacconium ejuſdem eccleſiæ To. I. col. 955. meminit hiſce verbis: *Ex MS. codice habemus etiam Calliſtum a fundamentis conſtruxiſſe in palatio Lateranenſi ſacellum in honorem ſancti Nicolai, ut in illo pontifices Romani rem ſacram facere quotidie commode poſſent, atque intra ſepta quondam nunc diruti apoſtolici patriarchii etiam nunc viſitur effigies hujus pontificis procumbentis ad pedes deiparæ Virginis, certiſſimum ejus, ut ſcribit Hippolytus Marracius, in pontificibus Marianis, in tantam Matrem pietatis, ac devotionis argumentum.*

Hanc eccleſiam, poſitaſque in ea effigies accurate, diſtincteque deſcripſit juſſu Illm̃i, ac Rm̃i Lateranenſis Capituli publicus notarius Sfaſciamontes, quod inſtrumentum integrum dabimus mutuatum ab eruditiſſimi Johannis Marii Creſcimbenii tunc canonici, modo archipresbyteri inſignis eccleſiæ collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin, allegatione juris edita Romæ typis cameræ apoſtolicæ A. 1718. pro Gelaſio noſtro, atque rituum Congregationi nomine ſacroſanctæ baſilicæ Lateranenſis, collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin, totiuſque Benedictini Ordinis oblata, quo miſſam, officium, lectiones proprias, & orationes pro S. Gelaſio impetraret: pagina itaque 7., & 8. hæc leguntur: *Fidem facio per præſentes ego cauſarum curiæ almæ urbis Cardinalis Vicarii notarius publicus infraſcriptus, qualiter die 26. Januarii 1718. ego notarius publicus infraſcriptus requiſitus pro parte, & ad inſtantiam illuſtriſſimorum, & reverendiſſimorum DD. Capituli, & canonicorum ſacroſanctæ baſilicæ S. Johannis in Laterano de Urbe; acceſſi, mequo perſonaliter contuli ad oratorium S. Nicolai poſitum in patriarchio antiquo Lateranenſi, ubi de preſenti adeſt collegium Pœnitentiariorum dictæ Sacroſanctæ baſilicæ, quo perventus, vidi in dicto oratorio altare ejuſdem oratorii, illudque deſcripſi, prout infra, videlicet.*

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Il ſudetto Altare, che è di materia ſtabile, è collocato in mezzo d'una tribuna, ch'è tutta dipinta, formando eſſa pittura il quadro di detto altare: qual quadro è diſtinato in due partimenti uno ſuperiore, e l'altro inferiore. Nel mezzo dell'inferiore vi è l'immagine del Crocefiſſo, che a deſtra ha S. Domenico in piedi, & à ſiniſtra S. Franceſco parimente in piedi con la ſeguente Inſcrizzione ſopra il crocifiſſo. Heu famulis Chriſtus Crucifixus parce redemptis. *Al lato di S. Domenico, che viene ad eſſere in cornu evangelii, ſono dipinti per ordine quattro ſommi pontefici parimente in piedi veſtiti alla pontificale colla Mitra, o regno, e col diadema orbicolare a ciaſcheduno in teſta, e ſotto di ciaſcheduno d'eſſi vi è il ſuo nome nella ſeguente forma, cioè il primo più vicino à S. Domenico ha ſotto. S. LEO PP. III., il ſecondo. S. URBANUS PP. II., Il terzo S. PASCHALIS PP. II., il quarto. S. GELASIUS PP. II., Al lato di S. Franceſco, in cornu epiſtola, vi ſono altri quattro SS. Pontefici veſtiti parimente alla pontificale in piedi colla mitra o regno, e col diadema come ſopra col ſeguente ordine, cioè il primo più vicino a S. Franceſco hà ſotto. S. GREGORIO PP., il ſecondo. S. ALEXANDER PP. II., il terzo S. GREGORIUS PP. VII., il quarto S. VICTOR PP. III. e tutti li ſuddetti ſommi pontefici ſtanno in atto di benedire. Nella parte ſuperiore, che viene a formare il concavo della tribuna, in mezzo vi è l'immagine della beatiſſima Vergine col ſuo figliuolo in ſeno, & una croce nella mano deſtra, e ſtà a ſedere ſopra un ſcabello, ò piedeſtallo con cuſcino, e da ambi li lati ha due angeli, ciaſcheduno de quali ha una torcia acceſa in mano, e di queſte quattro figure ciaſchedune ha il diadema orbicolare in teſta. La ſudetta beatiſſima vergine oltre il diadema porta anche in teſta la corona, e ſopra detta Corona vi è una mano in atto di porre ſopra la teſta della medeſima beatiſſima Vergine un cinto giojellato, formato parimente in forma di corona. Alli piedi della medeſima beatiſſima vergine vi ſono due ſommi pontefici veſtiti alla pontificale ſenza regno, o mitra, ma* con Diadema quadrato *dietro la teſta, e ſtanno ambedue inginocchioni tenendo con ambe le mani, uno il piede deſtro, e l'altro il ſiniſtro della deſsa beatiſſima Vergine. Il Pontefice, che ſta come ſopra a mano deſtra di eſſa beatiſſima Vergine, ha ſcritto ſotto— CALIXTUS PP. II., e quello, che ſta alla ſiniſtra— ANASTASIUS IV. In mezzo ſotto il piede della Madonna SSm̃a tra detti due pontefici vi è ſcritto —* Præſidet æthereis Virgo Maria Choris. *Nel reſto del vacuo di detto concavo della tribuna a deſtra vi e un'altro Pontefice in piedi veſtito alla pontificale in atto di benedire con mitra, e diadema in teſta, e col nome ſotto— S. SILVESTER, & à ſiniſtra vi è un'altro ſimile però ſenza mitra, e col ſolo diadema orbicolare, e nome ſotto—*

S. ANASTASIUS. Per diviſione poi di detti due ripartimenti vi è una faſcia con ſopra la ſeguente inſcrittione ſcritta in una ſola riga cominciando dal lato deſtro. Suſtulit hoc primo Templum Calixtus ab imo. Vir clarus late Gallorum nobilitate. Verum Anaſtaſius patitus culmine ſacro. Hoc opus ornavit, variiſque modis decoravit. Il fondo di tutto d. quadro è di colore celeſte; & il ripartimento ſuperiore è ſparſo di ſtelle. In d. altare vi è il ſuo tabernacolo col ſantiſſimo ſacramento perpetuo, a ſiniſtra vi e la cuſtodia dell'oglio Santo; & avanti detto altare vi ſi arde la lampade, & eſſendoſi trovato preſente alla ſudetta deſcrittione il molto R. P. Giovanni da Camerino dell'Ordine de Riformati di S. Franceſco preſidente di detto Collegio, diſſe, & atteſtò, mediante anche il ſuo giuramento, che detto altare è privilegiato per tutti li lunedì, benche per li ſoli Penitentieri, e per li medeſimi con tutti l'habitanti del collegio vi ſono l'iſteſſe indulgenze, che nell'altre chieſe dell'Ordine, ne in dette oratorio, ò chieſa v'è altro Altare, che il ſudetto, in cui ſi celebrano ogni giorne quattro Meſſe, e prima d'entrare in detto oratorio vi è un'altra ſtanza con ſuoi banchi, dove detto padre Giovanni da Camerino diſſe officiarſi, & eſercitarſi il coro delli Penitenzieri, ſecondo la regola del loro Ordine. Et ita vidi, & deſcripſi non ſolum iſte, ſed omni alio meliori modo &c. ſuper quibus &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 8. *Februarii* 1718. *Ita eſt J. A. Sfaſciamontes notarius in fidem &c.* Et p. 13. hæc ad rem noſtram ait Creſcimbenius: *Cultus autem S. Gelaſii abunde probatus videtur per ea, quæ in noſtro memoriali deduximus; & quidem immemorabilis, & continuis a die obitus, qui evenit anno* 1119. *uſque ad præſens. Etenim ſtatim ac obiit ſancti nuncupatione cœpit honorari, & de hoc teſtes habemus Pandulphum Piſanum cardinalem S. R. E., & Petrum Pictavienſem ejuſdem Gelaſii contemporaneos, & familiares: ille enim in ejus vita ita de morte loquitur.* Juxta normam Monaſticam, ſtrato terræ corpuſculo, SANCTA ILLA ANIMA *carne ſoluta eſt.* Hinc ad Cœlum, Petro duce, conſcendens &c. *Hic, in Epitaphio ſuper ejus ſepulchro ſculpta, clare dicit:* Cum Patribus ſanctis requieſcit: *quidquid de Auctore ejus Epitaphii dubitet Antonius Pagi in Crit. ad ann. Baron., to.* 4. *ann.* 1119. *nu.* 4. *per R. P. D. Promotorem Fidei allegatus, qui non Petro, ſed alteri illius temporis illud tribuit; tum quia pro Petro ſtat Baronius ad eundem ann.* 1119. *num.* 2. *eum referens, & approbans; & ad deſtruendam fidem Baronii ſola dubitatio Pagi non ſufficit; tum etiam, quia nobis ſat eſt, ut Auctor ſit contemporaneus Gelaſii.* Primus, qui figuras iſtas in memorata tribuna poſitas ære incidendas curaverit, vulgaveritque, fuit Abbas Conſtantinus Cajetanus in Commentariis prævиis ad vitam ſancti Gelaſii, ubi p. 134. de illa S. Gelaſii loquitur, ingenueque p. 136. hæc fatetur: *Porro meminit ſacræ hujus picturæ, atque eo magis diſtincte Onuphrius Panvinius in Chronico Lateranenſi, & libro de ſeptem præcipuis Urbis eccleſiis, necnon Johannes Severanus libro de iiſdem ſeptem urbis eccleſiis &c., etiamſi temeraria Pictoris ignorantis manu, quod ſanctitatis tituli duorum, vel trium eorundem pontificum, ab antiquitatem agnoſci nequirent immutari nunc videantur. Quos tamen nos (ut ex lamina area, quam ſeorſim incidendam curavimus, apparet) ejuſdem Panvinii teſtimonio, priſtinæ reſtituimus integritati.* Aliquid in iis verbis deeſſe ad intenti ab authore ſenſus perfectionem ſuſpicamur, aut quidem pro *Sanctitatis*, reponendum eſſe *nomina*. Nam nomina quidem pontificum reſtituere poterat Cajetanus ex Panvinio, non ſanctitatis titulum, cujus ipſe non meminit. Altera via picturam hanc edendam curavit Papebrochius Conat: Chronic. Hiſtor. par. I. p. 208. poſt Propilæum ad Acta Sanctorum menſis Maii A. 1685., quamquam illud non Calliſti II., ſed Anaſtaſii IV. opus cenſet hiſce verbis: *Hic vere imaginem accipe alterius abſidis ab Anaſtaſio IV. circa annum MCLIV. exornatæ, quod opus ipſe vivens abſolverat, ſicut iſtud vivens inchoaverat ſextus ante illum Calixtus II. ſub annum MCXX., quod utrumque demonſtrat quadrata tabula, capiti appoſita. Cum autem non dubitaverit Anaſtaſius iſte ſex prædicti Calliſti deceſſores immediatos honeſtare titulo* ſancti, *eorumque caput circulo cingere radioſo, æque ac antiquiores, & indubitanter pro* ſanctis *habitos*, Silveſtrum, Anaſtaſium, Leonem, Gregorium, *ipſumque* S. Nicolaum; *ſacræ rituum congregationi conſiderandum relinquo, utrum id ſatis argumenti ſit ad Alexandrum II., Victorem III., Urbanum II., Paſchalem II., & Gelaſium II. noſtro de ſanctis operi inſerendos, ſicuti eidem inſeremus Gregorium VII. medium inter Alexandrum, & Victorem prædictos; ita ſuadente ejus præſenti apud Salernitanos cultu.* Hanc Papebrochii ſententiam fundatam credimus hiſce in verſibus, qui in abſidæ teſtudine leguntur.

Suſtulit hic primo templum Calixtus ab imo,
Vir clarus late Gallorum nobilitate.
Verum Anaſtaſius Papatus culmine Quartus
Hoc opus ornavit, variiſque modis decoravit.

Tertium jam ego Eraſmus Gattula Romæ laminа ærea incidendam præfatam picturam curavi eo modo, quo hic exhibetur, utque adamuſſim incideretur, ſæpe ſæpius locum adii cum eruditiſſimis, mihique familiaritate conjunctiſſimis Johanne Ciampino, & Abbate Ambroſio Lucenti, cum quibus pluries ſcalptoris errores una correximus A. 1698., laminam deinde Ambroſio Lucenti commodavi, quo hujuſmodi figuras deſcriptioni epiſcopatus Caſſinenſis insereret, diſſertationemque ea de re elucubraret, ut ipſemet col. 807. teſtatur Tom. I. Ital. Sacræ, edito Romæ, Typis Bernabo, anno 1704., quem Clementi XI. P. M. nuncupavit. Obſervavimus vero tunc loco effigiei S. Nicolai ſuppoſitam Sanctiſſimi Crucifixi imaginem, ad cujus dextrum latus Imago viſitur integra S. Dominici, ad ſiniſtram S. Franciſci, ut refert etiam Notarius Sfaſciamontes. In cornu evangelii ſub figura I. nomina legimus S. Leonis, ſub II. S. Paſchalis, ſub III. S. Gelaſii I. ſub IV. S. Cœleſtini I., obliteratis in reliquis figuris nominibus SS. Urbani II., Paſchalis II., & Gelaſii II. In cornu epiſtolæ ſub figura I. legimus nomen S. Gregorii, ſub II. S. Alexandri II., ſub III. S. Gregorii VII., ſub IV. S. Calliſti I., obliterato S. Victoris III. nomine. Obſtupuimus tantum facinus contra Eruditiſſimorum virorum Onuphrii Panvinii, & Johannis Severani fidem, qui certe haud ſomniari potuere nomina Victoris III., Urbani II., Paſchalis II., & Gelaſii II. nam Panvinius inquit loc. cit. *In cujus abſida eos omnes Romanos pontifices, qui*

ante

X



Google

ante ſe fuerunt, ab Alexandro II. deinceps pingi juſſit &c. & Severanus: *Si vede ancor' oggi l'Oratorio di S. Nicolo &c.* Neque in his ſolum temeraria pictoris manus peccavit, nam ſub imagine quoque Calliſti II. ſcripſit: *S. Chaliſto II. Papa*, quem ſanctitatis titulum ſibi met certe pontifex hic tribuere non potuit, neque attribuit Anaſtaſius IV. hujus abſidæ inſtaurator, cum ejus capiti diadema orbiculare non impoſuerit, cumque Calliſti II. nomen Italice ſit ſcriptum. Mutata memoratorum quatuor pontificum nomina inſuper oſtendit inverſus, perturbatuſque Chronologicus ordo in ſubpoſitis pontificum nominibus numeris. Nam primus in cornu evangelii eſt S. Leo M., qui tamen poſt Cœleſtinum I. vixit, quarto loco recenſitum. Primo certe loco poni debebat Cœleſtinus primus, deinde Leo Magnus, tertium Gelaſius I., ac demum Paſchalis I. In cornu etiam epiſtolæ quarto loco ponitur S. Calliſtus I., qui primus eſſe debebat, alter eſſe debebat S. Gregorius M., tertius Alexander II., quartus Gregorius VII. Haud veriſimile eſt Caliſtum II., aut Anaſtaſium IV. inverſo hoc, perturbatoque ordine poni permiſiſſe pontificum nomina. At ſi factam a Panvinio, Severano, &c. deſcriptionem ſequamur, plane videre eſt rite, recteque poſita pontificum nomina. Cognita quoque a nobis impoſtoris fraus ob ſuppoſitas recentes admodum literas, reſectaſque, temporis forſan injuria conſumptas, & exeſas, memoratorum pontificum imagines a genibus ad imos pedes, ſub quibus memorata nomina exarata ſunt. Vid. Lucenti col. 806., & ſeqq. Cum mœſtum me, afflictumque conſpiceret ob impoſtoris inſcitiam cordatiſſimus Ciampinus ſolatus eſt exhibito MS. codice eruditiſſimi Johannis Lucii operibus editis celebris, in cujus ſingulis foliis veteres imagines partim pennicillo, partim muſivo opere eccleſiarum, locorumque urbis exaratæ erant. Eas inter diſtinctis foliis delineatas vidi SS. Pontificum imagines memoratæ abſidæ S. Nicolai, illiſque ſuppoſita nomina, quæ a Panvinio, Severano, Raſpono, aliiſque recenſentur, ac potiſſimum Victoris III., Urbani II., Paſchalis II., & Gelaſii II. cum ſanctitatis titulo. Vid. Lucenti col. 810. A pluribus jam annis reſtituta ſunt ea in abſida Pontificum nomina, eo modo, quo prius erant, ut ex notarii Sfaſciamontes deſcriptione eruitur; meque per literas anno 1722. die 20. Octobris datas, certiorem fecit V. Cl. Abbas D. Bonaventura Finardi diligentiſſimus vetuſtarum hujuſcemodi rerum inſpector, qui plures jam annos ſumma cum laude Anteceſſoris juris canonici munere functus eſt in collegio Anſelmo Benedictino ad S. Calliſti Romæ, ejuſque auditor fuit D. Petrus Maria Juſtinianus meus cum primis cariſſimus amicus. Id ipſum teſtatur Cl. Creſcimbenius loco mox adducendo. Proſequitur itaque Creſcimbenius cit. allegatione p. 13., & ſeqq. *Hujuſmodiq; cultus non ſine ſcientia, & conſenſu ſedis apoſtolica prodiit, cum habuerit fundamentum in facto Calliſti II. ſucceſſoris immediati ipſius Gelaſii; qui Roma, & in ſuo patriarchio Lateranenſi ædificavit, & dedicavit Cappellam in honorem S. Nicolai epiſcopi, & decem SS. Romanorum pontificum, quorum duos deſuper, & quatuor a dextris, quatuor vero a ſiniſtris ejuſdem S. Nicolai pingere fecit. Sin- Suppl. Hiſt. Caſſin.*

gulos diademate orbiculari, & titulo Sancti *inſignitos: interque eos etiam noſtrum S. Gelaſium retulit, ut videre eſt in tabula ipſius altaris typis excuſſa a D. Conſtantino Cajetano, in Commentariis ad vitam ipſius Gelaſii per Pandulphum Piſanum ſcriptam, pag. 136. a P. Papebrochio in conatu Chronic. Hiſtoric. &c. p. 1. p. 208. poſt Propilaum ad Acta Sanctorum, & D. Julio Lucenti in Ital. Sac. tom. 1. col. 808. & data in ſummar. noſtri memorialis nu. 11. Quod quidem factum papa non ſolum canonizat cultum Gelaſio illico poſt mortem præſtitum ab Ordine Benedictino, & aliis ſupra relatis; ſed de per ſe ſufficit, imo ſuperabundat ad effectum, de quo agitur: cum de tempore Callixti II. adhuc non eſſent uſui recepta Canonizzationes ſolemnes, & formales, qua ſub Alexandro III. longe poſt ſupervenerunt. Et quod revera Calliſtus uti Sanctum coluerit Gelaſium, convincitur etiam ex alia demonſtratione, quia nempe in antiquiſſimo Catalogo reliquiarum in Majori altari collegiata eccleſia S. Maria in Coſmedin unius ex Oratoribus ab ipſo Calliſto repoſitarum, titulo* Juſti *eum decoravit, ut diximus in memoriali.*

Infraſcriptorum pia ſacra Patrociniorum
Gelaſius Juſtus dedit hiſtic Papa ſecundus.

Qui catalogus tempore ipſius Calliſti in marmore ſculptus fuit. Nil refragante, quod de illo tempore, ut ait R. P. D. Promotor Fidei, ſancti, & non juſti appellabantur illi, quibus publicus cultus auctoritate eccleſia exhibebatur; quia quidquid ſit de hoc, certum eſt, quod Sanctus, *&* Juſtus *ſunt ſynonyma in ſacris ſcripturis, ut patet ex lectura pſalterii David, & officiorum de communi tam confeſſorum, quam martyrum in breviario Romano; & per conſequens Callixtus, quem ſanctum in altari ſcripſerat, in ſanctum confirmavit, tituli* Juſti *in hoc lapide eum decorando; maxime quia rhythmice, & poetice loquutus fuit, prout ex eadem ratione* Reliquias, *vocavit non* Reliquias, *ſed* ſacra Patrocinia. *Fortius quia, & alius Pontifex idipſum confirmavit, nempe Anaſtaſius IV., qui triginta poſt annos ejuſdem oratorii reſtaurationi, & ornamento intendens, imagines ſanctorum in altari depictas, ratas, & aſſertas voluit, deque hoc habemus certiſſimum documentum in zophoro abſidis, in quo ſequentes verſus adhuc leguntur:*

Suſtulit hoc primo templum Callixtus ab imo
Vir clarus late Gallorum nobilitate:
Verum Anaſtaſius Papatus culmine quartus
Hoc opus ornavit, variiſque modis decoravit:

Et indubitanter, quia per ducentos ſere annos ab omnibus Anaſtaſii ſucceſſoribus aque approbatum, confirmatumque extitit, qui in eo oratorio, pro veſtiario Pontificum inſervienti, ut refert Cardinalis Raſponus de Baſilic. Later. lib. 4. cap. 1. pag. 285. & cap. 12. pag. 348. & in altari, de quo agitur, quod adhuc integre exiſtit, ſacrum peregerunt; & licet ſummi pontifices inde receſſerint, adhuc uſque ad præſens paſſi ſunt ibidem divina officia, atque Miſſas, qua ad minus quatuor ſunt, ſingulis diebus a PP. Pœnitentiariis Lateranenſibus, qui eam partem patriarchii hodie detinent, & ab aliis Sacerdotibus illuc confluentibus celebrari. Quinimo idem Altare, in quo ſanctiſſima eucharistia continuo aſſervatur, ſanctumque oleum pro infirmis, innumeris indulgentiis abundat, ut ex relatione notarii, ac teſtium, in ſummar. noſtri memorialis num. 3. litt. A. Ex quo fit, ut cul-

tus S. Gelaſii ex hoc monumenta, non tantum antiquus, ſed & perennis, & nunquam intermiſſus, ſemper etiam in urbe viguerit, & adhuc vigeat, & quidem ſcientibus, & conſentientibus ſummis pontificibus, & ex eorum facto, ut bene conſiderat allegatus Cajetanus in Comment. in ipſius Gelaſii vit. p. 135. ibi Quin etiam confirmantibus Romanis pontificibus aliis eorundem Callixti, atque Anaſtaſii ſucceſſoribus, iis præſertim, qui per ducentos continuo annos in eo oratorio, ac altari ſacras celebravere miſſas, Quid? quod dum illorum nullus repugnaverit, Jure optimo approbaſſe omnes dicuntur. Atque eo maxime, quod poſt Romanos hoſce pontifices non defuere ſacerdotes alii, qui perpetuo, atque ad hanc uſque diem in eodem oratorio divina officia, atque incruenta miſſarum ſacrificia ſuper Altare metipſum non peragerent? Et latius confirmat Lucenti in Ital. Sac. col. 815., & ſeq. & per conſequens non videtur denegandum officium, & Miſſa Oratoribus, qui degunt in locis, ubi cultus viget, etiam ad ſenſum R. P. D. Promotoris Fidei, qui in animad. ſuper Dub. An conſtet de cultu: in cauſa canonizationis B. Gregorii X. impreſſ. A. 1713. pag. 7. de ſtatua, ſeu imagine dicti B. Gregorii exiſtente in Cathedrali Aretina, diademate ſanctorum redimita, ſic in fortioribus terminis, nempe Canonizationis formalis ait: Id quod notatu dignum eſt in puncto relevantiæ, & cui, ut obſequar veritati, non habeo quid opponam, conſiſtit primo in Imagine, ſeu ſtatua marmorea Gregorii Papæ X., quæ eſt in Cathedrali Aretina, quæ præter veſtem Pontificiam, habet diadema Sanctorum, &c. quod autem hæc ſtatua ſit antiqua, & ultra centum annos ante Decretum, &c. colligitur, &c. Et tamen hæc ſtatua, ſeu imago a privatis civibus erecta fuit: quanto ergo magis idipſum dicendum erit de noſtra Imagine S. Gelaſii, quæ altari admota fuit facto ſummorum Pontificum? Ulterius pro confirmatione cultus in urbe, facit etiam permiſſio ſacræ Inquiſitionis edendi vitam S. Gelaſii cum commentariis Cajetani, appoſito titulo Sanctiſſimi in fronte libri, & cum inſertione præfatæ tabulæ oratorii S. Nicolai; quod opus, cum fuerit impreſſum Romæ, & Urbano VIII. dicatum de anno 1638. approbationem, & confirmationem, vel ſaltem ſcientiam, & tolerantiam ipſius Urbani præſeferre aperte dignoſcitur; & quidem poſt ejus decreta ſuper cultu ſanctorum. Quinimo cum annis elapſis Pœnitentiarii prædicti immutaverint titularem cappellæ, removendo S. Nicolaum Barenſem, eamque dicando SS. Crucifixo, & SS. Dominico, & Franciſco, etiam nonnullos ex pontificibus ibidem depictos reformarunt, & ſignantur loca S. Gelaſii II. ſubrogarunt S. Gelaſium I., ut refert, & improbat Abbas Lucenti in Ital. Sac. col. 806., & ſeqq. ſed re cognita per ſuperiores, coacti fuerunt hanc novationem, quoad Pontifices, de medio tollere, & rem in priſtinum reſtituere, itaut hodie S. Gelaſius II. in ea conſpiciatur, prout antiquitus conſpiciebatur, ut juſtificamus per deſcriptionem ſtatus præſentis oratorii factam per notarium, & datam in ſumm. Memorialis nu. 111. ex quo facto, quod bene innotuit SS. D. PP. CLEMENTI XI., cui opus ſuum ab Abb. Lucenti inſcriptum extitit, optime concluditur cultum S. Gelaſii II. in Urbe etiam his noſtris diebus ſciente, & permittente Papa, confirmatum eſſe.

Sicuti pro continuatione ejuſdem cultus apud Benedictinos, præſertim Caſſinenſes plurimum confert imago ipſius S. Gelaſii II. exiſtens quadraginta, & ultra ab hinc annis in eccleſia Cathedrali Montis Caſini diademate, & titulo ſanctitatis decorata, ut juſtificavimus in ſumm. noſtri memorialis nu. IV., quæ ubi agitur de Sancto pro tali habito ab immemorabili ante decreta prædicta Urbani VIII., ut eſt caſus noſter continuationem cultus optime probat: itaut bene concludi poſſit, cultum S. Gelaſii tam Romæ, quam in monte Caſino, in quibus locis degunt Oratores, ab immemorabili ante, & poſt decreta Urbani viguiſſe, & adhuc vigere.

De cætero non Romæ tantum, nec apud ſolos Benedictinos cultus S. Gelaſii viguit; verum etiam aliæ quamplures nationes eum pro ſancto habuerunt, & coluerunt, prout de Gallis, ultra Ugonem Meaardum, & PP. Bollandianos, Scriptores Gallos patet ex Martyrologio Gallicano edito ab erudito, & pio Viro Andrea Sauſſayo, in quo ad diem 29. Jan. fol. 84. S. Gelaſius legitur, ut diximus in Memoriali: nec certe legeretur, ſi pro ſancto habitus, & cultus in illis partibus non fuiſſet. Et de aliis nationibus ſit fides ab antiquis, ac etiam modernis ſcriptoribus in memoriali allegatis, tum Hiſpanis, ut eſt Conſalvus Illeſcas, & Antonius Yepes; tum Germanis, ut Urſpergenſis, Bucelinus, & Ægidius Ranbech tum Flandris, ut Arnoldus Wion; tum Italis, quos non paucos, ac omnes gravitate, & auctoritate claros in Memoriali retulimus: quos non eſt veriſimile pro ſancto virum deſcripſiſſe, qui pro Sancto in ſuis regionibus non colebatur, vel ſaltem aliquando cultus non fuit: &c. Et p. 18. ait: Nec ſuffragatur reſponſio, quod Calliſtus videtur appoſuiſſe S. Gelaſium in dicto Altari, non uti ſanctum, ſed uti ſuum immediatum anteceſſorem. Nam ſi revera uti talis fuiſſet appoſitus, non utique cum diademate orbiculari, & cum titulo ſancti Callixtus eum qualificaſſet, & inſimul cum aliis Sanctis, & eodem modo, & forma appoſuiſſet, quales ſunt S. Silveſter, S. Anaſtaſius I., S. Leo magnus; S. Gregorius item Magnus, & S. Gregorius VII., (non autem VIII. ut in animadverſione legitur) qui, non eſt dubium, quin ſancti ſint, & pro ſanctis ab eccleſia univerſali colantur. Non enim, licet tunc ſeculum undique barbarie redundaret, adeo ignarus, ne dicam fatuus, Callixtus erat, ut voluerit, quem pro ſancto non habebat ex mera urbanitate, & conniventia inter ſanctos referre, ac ſuper Altaria ponere, ut venerationem exigeret, impie ſeducendo gregem Chriſti ſibi commiſſum ad ſpeciem idolatriæ committendam; Callixtus inquam, pontifex vere maximus, & adeo ſapiens, ac ſedulus, ut eccleſiam per longa annorum ſeriem periclitantem facili negotio reparaverit, ac quieti reddiderit; & qui obiit non ſine fama ſanctitatis, & ob patrata miracula inſignis habetur in Martyrologio Gallican. & apud Conſtantin. Cajetan. loc. p. 134., & alios ab eo relatos. Si ergo inter ſanctos eum adnumeravit, depinxitque eiſdem pene notis ſanctitatis, quibus gaudeant cæteri ſancti in Tabula altaris appoſiti, non utique prædeceſſori, ſed ſancto cultum exibere voluit, & uti exhiberetur facta, pluſquam verbis mandavit. Quod ſi revera in animo habuiſſet in dicta Tabula memoriam prædeceſſoris apponere, bene poterat facere abſque aureola orbiculari; & titulo ſancti eum apponendo genuflexum, & orantem prout ſemetipſum appoſuit, & prout in antiquis

Digitized by Google

tiquis muſivis eccleſiarum urbis paſſim pontifices viventes de ſe ipſis fecerunt, & ſignanter ita ſe pinxit Joannes VII. in altari, quod conſtruxerat in baſilica Vaticana apud Ciampin. de ædif. a Conſtant. Conſtruct. cap. 4. p. 75. tab. 23. litt. E, & Pelagius II. in arcus ſummitate S. Laurentii extra muros, & Honorius III. in porticu ejuſdem eccleſia, apud eundem veter. monim. to. 2. cap. 33. tab. 28. p. 102. col. 2., & 103. col. pariter 2., & in ipſamet archibaſilica Lateranenſi adhuc extat hodie in teſtudine abſidis ex muſivo expreſſus Nicolaus IV., qui illam conſtruxit, in genua provolutus ad pedes imaginis beatiſſima virginis, ac plurium apoſtolorum, ut omnibus patet, & refert Card. Rnſponus de Baſil. Later. lib. 1. cnp. 9. p. 43. Prout ceſſat alia reſponſio, quod inter dictos ſanctos pontifices in tabula prædicta depictos adſint ipſemet Calliſtus, & Alexander ſecundus, Grozorius VII, (non VIII. ut dixi) Vuctor III., Urbanus II., & Paſchalis II., qui inter ſanctos non ſunt relati, nec cultum obtinuerunt, nec obtinent. Etenim ſuppoſitum corrnit, quia quoad Callixtum, hic in dicta tabula ſe appoſuit uti fundatorem Cappellæ, quemadmodum erat mos pontificibus illorum temporum, per ea, quæ ſupra deduximus; & præciſe ad demonſtrandum, quod non pro captando cultu, ſed tantum ad declarandum ſe fundatorem id egit, animadvertatur ipſum ſe pinxiſſe genuflexum, & orantem, quando cæteri ſtant erecti, & benedicentes, & ulterius nſumpſit diadema quadratum, ut videre eſt in Imagine data in ſummar. Memorialis nu. 2., & in relatione notaris nu. 3. lit. B. Signum papæ viventis, ut docet Severanus de ſeptem eccleſ. p. 70., & p. 551. Cæteros autem orbiculari corona, uti Sanctos inſignivit. Quo vero ad alios omnes, nedum Sancti fuerunt declarati ab eodem Callixto, mediante hac eadem tabula; & in hoc ipſo altari culti fuerunt, & ſunt; ſed Gregorius VII. ab eccleſia etiam univerſali colitur: Victor III. in monte Caſino habet altare proprium, & corpus intra illud, ut eminentiſſimis PP. teſtari dignabuntur R. P. D. Secretarius, & ipſe R. P. D. Promotor Fidei, qui de menſe Octobris proximi præteriti Sacrum cœnobium Montis Caſini viſitarunt, & ulterius de ejus ſanctitate late differit Lucenti loc. cit. col. 676. §. S. Deſiderius Beneventanus, & col. 813. verſ. Victor. III. Idem Victor, ac Paſchalis II. & Alexander pariter II. nedum in Martyrologio, ſed in breviario Benedictino ſupra allegato pro Sanctis loguntur, & de eis uti Sanctis æque plene, & graviſſimis ſcriptoribus innixus loquitur idem Lucenti col. 812. verſ. Primus igitur, & col. 814. verſ. Paſchalis II., cui quidem Paſchali ſanctitatis honor tribuitur etiam ab Arnoldo Wion part. 1. lib. 2. fol. 137. Ac demum Urbanus II. inter Sanctos legitur apud eundem Lucenti col. 813. verſ. Poſt Victorem, qui alios congerit.

Cardinalis certe Baronius p. 134. haud hæſitanter locum poſt martyres S. Gelaſio II. aſſignavit hiſce verbis: *Dicta itaque die 4. Kalendas Februarii defunctum eſſe Gelaſium cæteri omnes æque conſentiunt. Quo quidem poſt martyres, qui, fuſo ſanguine, Martyrium conſummarunt, haud facile inter Romanos pontifices aliquem quis invenerit, qui breviori vitæ tempore majora ſit paſſus, ob idque præclariori corona donandus, atque celebrioribus fuerit præconiis celebrandus.* Bartholomæus Platina haud ſatis magnificus laudator hæc de Gelaſio noſtro in ejus vita præfatur: *Vir ſanctiſſimus, atque omni laude dignus, ſi vitam continentiſſimam, ſi mores, ſi doctrinam inſpicis, quibus ex rebus fit, ut facillime credatur eum, qui ita conſtanter, & ſancte in tantis procellis humanarum perturbationum vixerit, nunc beatam, & ſempiternam vitam in cœlo ducere.* Andreas Sauſſayus Prothonotarius apoſtolicus, & Galliæ Regis Concionator in Martyrologio Gallicano hæc ſcribit: IV. Kal. Februarii: *Tranſiit ad dominum beatæ Memoriæ Gelaſius papa nomine ſecundus, qui cum ex monacho Caſſinenſi ad ſummi pontificatus faſtigium provectus fuiſſet pro eccleſiæ libertate tuenda, ſe armis juſtitiæ, & pietatis accingens, zelo apoſtolico plenus, cum ſtrenuum Chriſti ovilis cuſtodem ageret, impie a factioſis ſchiſmaticis raptus, cateniſque conſtrictus, vix aliquando a catholicis liberatus eſt: ſed iterum, adveniente Henrico ſchiſmatico imperatore, dire exagitatus, atque etiam verberibus indigniſſime acceptus, tum in ea injuria, ut Chriſti Vicarium decebat, Chriſti manſuetudinem præ ſe tulit: tum etiam Jonæ exemplo, quamquam reatus expers, ad ſedandam tempeſtatem ſeſe in fluctus conjiciens, ſumma difficultate in Galliam, tutum Petri ſucceſſorum azylum, pervenit: ubi primum ſynodo collecta, cujus præſidio eccleſiæ periculis proſpexit, poſtea Cluniacum profectus, ob egregium, quod illic vigebat religionis ſtudium, aliquandiu in hac virtutum palæſtra ſeſe cum dei famulis exercuit, donec ploureſi correptus, vir dignitate, & merito maximus ſanctiſſime diem clauſit extremum, atque eo, quo congruebat honore funeratus, intra crucem, & Altare ſepultus eſt, ipſo ſui pontificatus anno primo*; Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ in indice litt. C. *Gelaſius II. Papa Cluniaci 29. Januarii*, & in Catalogo Sanctorum, qui in Romano Martyrologio deſcripti non ſunt, habet die 29. Januarii. *Cluniaci in Gallia Sancti Gelaſii PP. II.*, & in Topographia ad martyrologium Romanum litt. C. verb. *Cluniacum* p. 37. a t. Conſalvus Illeſcas Hiſto. Pont. P. I. lib. IV. cap. 17. ait: *Inter multos alios ſanctos Monachos, qui eo tempore doctrina, & ſanctitate floruerunt, unus fuit, & quidem ſatis inſignis in ordine S. Benedicti, Johannes Monachus Montis Caſini, qui & Gelaſius*; pauloque poſt: *Obiit ſanctiſſime, ſicut vixerat, ac in primis maxima patientia præditus.* Hugo Menardus in Obſervationibus ad Martyrologium Benedictinum lib. 1. p. 188. Quod oſcitanter, & ab Schiſmaticis acceptum Ordericus Vitalis aſſeruit de Sanctiſſimi hujus Pontificis avaritia, & pro multis ſynchronorum authorum teſtimoniis refellit invictiſſime. Scriptores reliquos de Gelaſii noſtri ſanctimonia agentes legere eſt apud Conſtantinum Cajetanum p. 532., & ſeqq. apud Creſcimbenium cit. Alleg., & Ciaconium cum Oldoini notis To. I. p. 929., & ſeqq. illud etiam maxime Gelaſii ſanctimoniam evincit, quod ait Pandulfus: *In diebus igitur illis, non, ſicut credo, abſque ſpiritus conſolatoris Oraculo, Frater Johannes Gajetanus jam adoleſcens monachus Caſſinenſis, ab omni ſimul catholica Romana eccleſia, & Urbano papa, qui præerat, in tantarum perturbationum auxilium, ac conſilium, partemque eſt ſollicitudinis vocatus*; paulloque poſt: *Ecce dominus Urbanus &c. Johannem Gajetanum accivit, imminente perſecutione Alemannica: &c.* cum aliis ſupra relatis. Undecim ſolidis annis ætu-

mna-

Digitized by Google

minarum, perſecutionumve Urbani particeps conſtantiſſimus fuit Gelaſius noſter, multoque magis Paſchalis II. novemdecim annis, ac propterea hæc protulit Pandulfus: *Succeſſit illi* (ſcilicet Urbano) *Paſchalis, cui cancellarius ipſe individua ſemper in infinitis adverſitatibus charitate cohæſit, ejuſque ſenectutis baculus, & omnibus, & per omnia perduravit.* Vid. Cajetanus p. 131., & Ciacconius To. I. p. 931.

Ex deſcriptis hactenus picturis juſſu Callixti II. fictis in oratorio S. Nicolai nedum ſanctitas, cultuſque a pluribus jam ſæculis S. Gelaſio II. exhibitus cognoſcitur, verum idem liquet de Victore III. Monacho, & Abbate olim Caſſinenſi, cui præcedenti ſæculo elogium teximus, deque Alexandro II., Urbano II., & Paſchali II. Duo a S. Alexandro facta miracula, Caſſini alterum, alterum Aquini recenſet Petrus Diaconus lib. III. Chr. Caſſ., cap. 35., totidemque verbis exſcribit Baronius ad A. 1073. p. 417. & S. Petrus Damiani lib. 3. epiſt. 4. ad Henricum Ravennatem Archiepiſcopum hæc de S. Alexandro inquit. *De Electo hoc mihi videtur, quia bene litteratus eſt, & vivacis ingenii, ſine ſuſpicione caſtus, in erogandis eleemoſynis pius. His ultra non addo, ne non videar Univerſitatis amator, ſed ſingularitatis aſſertor.* Et Bertholdus Conſtantienſis in chronico ad A. 1061. apud Pagium A. 1075. nu. 3. habet: *Qui ſatis ſtrenue ſimoniacam hæreſim deſtruxit, & miniſtris altaris cum conjugibus coire juxta canonum ſtatuta cum excommunicatione interdixit, ipſoſque laycos clericorum incontinentium officia audire per bannum prohibuit, ſicque clericorum incontinentiam ſatis prudenter refrenavit &c.* De Urbano vero II. ait Guibertus Abbas lib. 2. de Geſtis Francorum in Italia: *Atteſtatur ſtatui mentis finis ejus ſplendens miraculis. Defuncto etenim, ac ſepulto eo ſicut ſuccedens ei Oſtienſis (Otto Gallus) ſcripſit epiſcopus cum plurima ſigna jam fierent, aſtitit quidam ſepulchro illius Juvenis, & membrorum damnum ſibi imprecatus eſt, ſi per Urbani merita, qui Odo diceretur, ſignum unquam factum fuerit: ac fieret, necdum pedem a loco extulerat, cum officio ſermonis amiſſo, & altero laterum paralyſi intercurrente, correpto poſtridie Urbani virtutum teſtimonia mortuus ipſe perhibuit.* Refert hæc verba Cajetanus loc. cit. p. 45., & Mabillonius A. 1099. p. 406. Donnizo in Mathildæ vita inter alia hæc Urbano noſtro canit.

Aureus Antiſtes color optimus extitit ipſe
Scilicet Urbanus ſanctis merito ſociatus.

Et Mabillonius p. 407. hanc a Paſchalis II. ſcriptam ad S. Hugonem Abbatem Cluniacenſem epiſtolam refert, quæ ad rem noſtram optime facit: *Paſchalis epiſcopus ſervus ſervorum dei Rmo Fratri Hugoni Cluniacenſi Abbati ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Domini & patris noſtri Urbani papæ doctrina, & vita, quam ſancta, quam grata deo extiterit, exitus profecto melior, & ipſa (totius Eccleſia) proteſtatur triſtitia: unde & nos, & vos omnipotenti deo communibus votis dignum eſt gratias agere. Sciatis autem, ejus obitum 4. Kal. Auguſti completum, totius Urbis Romanæ luctu, & triſtitia celebratum. Die vero poſt ejus tranſitum XV I. nos, licet indigni, totius cleri, & Catholici Populi aſſenſu, in ejus locum ſuffecti ſumus.* Memoratorum pontificum Alexandri, Victoris, Urbani, & Paſchalis merita, virtuteſque fuſe referunt Baronius, Pagius, Mabillonius, Yepeſius, Ciacconius cum notis Oldoini, aliique. De Gregorii VII. Sanctitate dubium ſuboriri non poteſt, cum ejus nomen Martyrologio Romano ſit inſertum.

Egregia alia facinora brevi, quo Romanam eccleſiam gubernavit, tempore præſtitit S. Gelaſius noſter, neque a Pandulfo, neque a Petro Diacono memorata. Breviter itaque, curſimque illa a coævis authoribus mutuata referemus. Anonymus Præmonſtratenſis Canonicus apud Bollandianos To. I. Junii p. 827. in Vita S. Norberti Magdeburgenſis epiſcopi cap. 4. refert datam a S. Gelaſio prædicandi facultatem S. Norberto hiſce verbis. *Pede igitur nudo, tunica lanea, & pallio ſibi ſufficiente, ſine tecto, ſine certo domicilio virtute animi horrendas hyemes, & aſperam glaciem ſuperans, ſolo Chriſto duce, cum duobus tam ſingularis propoſiti comitibus, proficiſcitur verſus S. Ægidium, quo cum perveniſſet, ibique gratia dei ordinante, qui ſperantes in ſe non derelinquit, Gelaſium papam, qui ſucceſſit poſt Paſchalem, inveniſſet, confeſſus eſt ei voluntatem, & propoſitum animi ſui. Veniam deinceps ſpecialiter de hoc quod duos ſimul ſupremos ordines contra Canonum inſtituta ſuſceperat a præfato pontifice poſtulans impetravit. Papa vero videns prudentiam ejus, & ſpiritum dei habitantem in eo, voluit eum retinere ſecum. At ille rogans, & obſecrans, ne hac eum obedientia cogeret, exponebat, qualiter ſeipſum in curiis regum, atque pontificum laſciviendo diſſipaverat: & quia id, ad quod invitabat eum, juventuti ejus, vel aſſumpta pœnitentia minime competebat. Quod ſi Canonicum, vel Monachum, vel Heremitam, ſeu etiam euntem peregrinum eum eſſe præciperet libenter, ac per omnia obediret. Videns autem S. Pontifex conſtantiam hominis, & devotionem animi bonam, nec non & perſecutione quam pro verbo veritatis pertulerat, audita, & cognita; dedit ei licentiam, & facultatem prædicandi verbum dei non ſolum ubi prius prædicaverat, verum etiam ubique terrarum vellet, & poſſet, idipſum ex perſona ſua monendo, & præcipiendo injungens. Præterea eos, qui prius ei ex invidentia obſiſtebant, prohibendo inhibuit, ne ſaltem ſimplices impedirent. Si hujus ſibi prædicationem ſuperfluam, ſeu minus utilem judicarent, & hoc ipſum, ut ratum eſſet, & ſtabile, auctoritatis ſuæ litteris, ac ſigillo firmavit. Accepta itaque prædicandi ex apoſtolica juſſione obedientia; cœpit media horrendo hyemis intemperie nudis item, ut jerat, pedibus remeare. Tanta quippe, quod prætereundum non eſſet, homo ille caritate in Deum flagrabat, ut eum nec frigoris aſperitas, nec famis inedia, nec corporis laſſitudo ab eo, quod inceperat, revocaret. Pertingebant ei aliquando abſque omni dubitatione in ipſo itinere nives uſque ad genua, nonnunquam vero uſque ad femora, nec tamen eum uno ſaltem die poterant retinere.* Vid. Baronius anno 1118. p. 128. Pagi A. 1118. nu. 21., & Cajetanus p. 120. & ſeqq. De Gelaſio etiam ait Baronius p. cit. *Eodem tempore ab eodem Gelaſio papa conſecratur Petrus epiſcopus Cæſaraguſtanus primum poſt recuperatam eam civitatem, per Ildefonſum regem, anno milleſimo centeſimo decimo quinto, ut ejuſdem regis diplomate reddit exploratum Hieronymus Blanca hiſtoricus accuratiſſimus.* Pagi cit. A. nu. 17. 18., & 19. plurium etiam coævorum ſcriptorum au-

Petrus fit Epiſcopus Cæſarauguſtæ capta ab Alphonſo Aragoniæ Rege.

thori-

Digitized by Google

thoritate demonſtrat Caeſarauguſtam menſe Decembris A. 1118. captam, ac nu. 18., cur deceptus Blanca id eveniſſe dixerit A. 1117. In epiſtola vero Gelaſii apud Baronium p. 129., & Cajetanum p. 122. ad Chriſtianorum exercitum, qui Cæſarauguſtam obſidebat, hæc animadvertenda: *Et quoniam, & vos ipſos, & veſtra extremis objicere periculis decreviſtis; Si quis veſtrum accepta de peccatis ſuis pœnitentia, in expeditione hac mortuus fuerit, nos eum ſanctorum meritis, & totius catholica eccleſia precibus a ſuorum vinculis peccatorum abſolvimus. Cæterum qui pro eodem domini ſervitio vel laborant, vel laboraverint, & qui præfata urbis eccleſia a Saracenis, & Moabitis diruta unde reſiciatur, & Clericis ibi deo famulantibus, unde paſcantur, aliquid donant, vel donaverint, ſecundum laborum ſuorum, & beneficiorum ſuorum eccleſia impenſorum quantitatem ad epiſcoporum arbitrium, in quorum parochiis degunt, pœnitentiarum ſuarum remiſſionem, & indulgentiam conſequantur.* Eam in toto Chriſtiano Orbe memoratus Petrus archiepiſcopus publicandam curavit, illique archiepiſcopus ipſe, aliique epiſcopi ſubſcripſere. Oſtendit præterea p. 130. authoritate Abbatis Uſpergenſis miſſum a Gelaſio Legatum in Germaniam Cononem Cardinalem Prænestinum epiſcopum, qui ibi duo concilia celebraverit, in quibus Henricus V. anathemati ſubjectus. Verum Pagius id factum contendit inſequenti anno poſt Gelaſii, cujus adhuc Cono legatus erat, mortem, & cit. nu. celebratum A. 1118. Toloſanum concilium pro expeditione ſacra contra Saracenos Cæſarauguſtæ incolas ſtatuenda, ad quam plures e magnatibus Gallis acceſſerint, eodemque anno celebratum concilium Rhotomagenſe, cui legatus Gelaſii interfuit Romanus vir eloquentiſſimus, in quo de Gelaſii ærumnis, quas ab Henrico, & Bordino Antipapa pateretur, actum. Vid. Pagius cit. nu., & nu. 14.

Varia Concilia hoc anno celebrata.

Antequam Galliam peteret S. Gelaſius, eccleſiam Genuæ cathedralem conſecravit, teſte ex ejuſdem eccleſiæ monumentis Cajetano p. 144., & Pagio cit. A. n. 12. Plura deinde privilegia celeberrimo Cluniacenſi Monaſterio conceſſit, de quibus agit Pagius nu. 15., aliudque Canonicis S. Frigdiani apud Lucenſes: *Datum Piſis per manus Criſogoni Sanctæ Romana eccleſia diaconi Cardinalis VI. Kal. Octobris, indictione XII., anno dominica incarnationis MCXVIIII. Pontificatus autem domini Gelaſii ſecundi papa anno primo.* Quod extat in Bullario Lateranenſi p. 13., & 14., & Cajetano p. 104. Idemque p. 140. aliud refert pro eiſdem Lateranenſibus: *Datum Laterani IX. Kal. Marcii.* Amplum etiam privilegium conceſſit Henrico Abbati S. Maximiliani in Monte Chriſti in inſula Artemiſia Tyrrheni maris non longe ab Iginio, Planoſa, & Illua inſulis. Vid. Baudrand in Lexico. Illud refert Ughellius To. III. Ital. Sac. in deſcript. archiepiſcopatus Piſan. col. 438., pauloque antea col. 436., & ſeqq. Monaſterii ejus fundationem deſcribit, cujus Monachi plura in inſula Corſicæ cœnobia ſub regula S. Benedicti conſtruxerunt. Ampliſſima quoque privilegia Canonicis Piſanis conceſſit apud Cajetanum p. 102., & ſeqq. & 105., confirmavitque eccleſiæ Toletanæ Primatum apud eundem pag. 120.

Gelaſius Cathedralem Eccleſiam Januæ conſecravit.

Concedit multa privilegia.

Archiepiſcopum Tarraconenſem S. Gelaſius noſter conſtituit B. Ollegarium, teſte ejus Vitæ ſcriptore apud Cajetanum p. 75. hiſce verbis: *Cum autem audiret papa Gelaſius tam cœleſtis Viri, tam cœleſtem facundiam, B. Ollegarium in Tarraconenſem ſublimavit archiepiſcopatum, & eum in archiepiſcopali pallio decoravit. Dedit etiam litteras dominus Papa in quibus erat præceptum, & injunctum per obedientiam: ut omnes epiſcopi Tarraconenſis Metropolis ſancto obtemperarent Ollegario, & ei debitum ſubjectionem exhiberent, & obedientiam: Adjunxit quoque papa Gelaſius, ut tamdiu teneret Barchinonenſem epiſcopatum, donec Tarraconenſem cum ſuis expenſis ſufficienter adhibitis haberet clerum, & civilis habitationis, & defenſionis militia, & populi munimentum:* Et addit Cajetanus: *Corpus S. Ollegarii quieſcit in Cathedrali Barchinonenſi; ejus vero vita hiſtoria aſſervatur in archivo ejuſdem eccleſia, ex quo nos editum exemplar habuimus: cujus feſtum in Barchinonenſi eccleſia celebratur ſexto menſis Martii die, quo ille ſpiritum deo reddidit anno* 1136. Gelaſii literas referunt Bollandiani To. I. Martii, die 6. in Vita B. Ollegarii, p. 487. cap. 3., eæque datæ ſunt *Cajeta per manum Chryſogoni R.E. Cardinalis XII. Kal. Aprilis Indictione XI. anno dominica incarnationis MCXVIII. pontificatus autem domini Gelaſii Papa II. anno I.* Ex iis vero hæc adnotanda: *Et nos ergo ad ejuſdem civitatis reſtaurationem penitus intendentes, Cariſſime Frater Oldegari Barchenon. epiſcopum ipſius eccleſia antiſtitem conſtituimus, & pallium ipſum tibi ex apoſtolica ſedis liberalitate concedimus; ea nimirum proviſione, & ea fiducia, ut pro data tibi a domino facultate, Civitatem ipſam, & eccleſiam ſtudeas omnimodis ad domini dei noſtri honorem, & gloriam reſtaurare. Sane Dertoſam ſi divina clementia populo chriſtiano reddiderit, in ſuburbanam parochiam metropoli Tarraconenſi concedimus; donec præſtante deo Tarraconenſis eccleſia robur ſtatus ſui recipiat, mox Dertoſa ipſa proprium paſtorem obtineat. Porro Tarraconenſem civitatem cum terminis ſuis, ſicut ab illuſtri Barchinonenſium Comite Raymundo per manus tuas Tarraconenſi eccleſia tradita, & ſcripti ſui libertate firmata eſt præſentis decreti pagina tibi tuiſque ſucceſſoribus ejuſdem ſedis metropolitanis in perpetuum confirmamus. Tibi ergo, tuiſque legitimis ſucceſſoribus in eadem cathedra conſtituendis, & per te Tarraconenſi eccleſia reſirmamus ipſum Tarraconenſem provinciam, ut in ea debeatis deinceps, & ſuffraganeos epiſcopos ordinare, & concilia ſecundum formam canonicam celebrare, & omnia juxta Metropolitanam curiam largiente domino providere; ſalva in omnibus apoſtolica ſedis auctoritate, ac reverentia.* Et poſt alia, *cujus nimirum pallii volumus te per omnia genium vindicare: hujus ſiquidem indumenti honor, humilitas, atque juſtitia eſt. Tota ergo mente Fraternitas tua ſe exhibere feſtinet in proximis humilem, in adverſis, ſi quando eveniunt cum juſtitia erectum, nullius unquam faciem contra veritatem ſuſcipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentis premens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, aliena damna tua deputans, vitiis pie ſæviens, in foventibus virtutibus animas auditorum demulcens, in ira judicium ſine ira tenens, in tranquillitate ſeveritatis juſta cenſuram non deſerens. Hæc eſt, Frater cariſſime, pallii accepti* digni-

B. Ollegarium Archiepiſ. Tarraconenſem conſtituit.

dignitas; quam ſi ſollicite ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Sancta Trinitas Fraternitatem tuam per tempora longa conſervet incolumem. Urbs Tarraconenſis Barbarorum manibus erepta a Raymundo III. Comite Barcinonenſi hoc anno prorſus deſtituta incolis erat; quare Raymundus illam eccleſiæ Tarraconenſi beato Oldegario, ejuſque ſucceſſoribus conceſſit anno 1117. X. Kal. Februarii eo diplomate loc. cit. relato, ex quo hæc adnotanda. *Libertatem etiam dono tibi, tuiſque ſucceſſoribus congregandi undecumque potueris homines cujaſcumque dignitatis, & mediocritatis, ad incolendam terram illam, & regendi, & judicandi eos ad honorem Dei, & utilitatem ipſius civitatis, & conſtruendi, & diſponendi ſecundum quod vobis melius viſum fuerit: quicumque autem, cujuſcumque officii ſint, ſive mari, ſive terra illuc convenerint, vel habitaverint, libere vivant, & habeant, & poſſideant ſua, & judicentur, & diſtringantur, ubi opus fuerit, ſecundum leges, & mores, & conſtitutiones, quas vos ibi conſtitueritis.*

Franciſcus Mennius, & Hieronymus Marollus equites Hieroſolymitani apud Cajetanum p. 76. aſſerunt confirmatum olim, probatumque militarem Ordinem equitum S. Johannis Hieroſolymitani, deinde Rhodianum, ac Melitenſem appellatum, a Gelaſio noſtro A. 1118., & Cl. Philippus Buonannus e ſocietate Jeſu, in Catalogo Ordinum Equeſtrium, ac militarium cap. 60., quod inſcribitur: *Eques Hoſpitalarius S. Johannis, ſive Rhodianus, nunc vero Melitenſis*, hæc ait: *Hunc Ordinem fuiſſe confirmatam narrant a Gelaſio II. anno 1118., & privilegiis dotatum a multis pontificibus*. Baronius A. 1118. p. 130 hæc ait: *Eodem anno inſtitutus eſt ordo Militia Templariorum, de quibus iſta Willelmus Tyrius &c.* Cui ſubſcribit Buonanni, aliique. Verum Pagius hoc anno nu. 22. ait: *Baronius Templariorum originem cum Guillelmo Tyro lib. 12. cap. 7. hoc anno alligat, & ad eundem Chriſti annum Matthæus Pariſ. ſcripſit*, circa dies iſtos. *Ordinem illum fundatum. Baronii opinionem paſſim viri docti ſecuti ſunt, præter Mabillonium, qui in Chronologia Bernardina hujus Ordinis exordium in annum milleſimum centeſimum vigeſimum rejecit.* Quare Tyrii errorem ortum ait, quod anni initium, vel a die 25. Martii, vel a die Paſchatis numerare cœperit; cenſet propterea Templariorum Ordinem Anno inſequenti cœpiſſe.

Confirmat ordinem Equitum S. Jo. Hieroſolymitani.

Eodem anno 1118. Ravennates cum Gualterio eorum archiepiſcopo S. Gelaſio II. parebant, quod magnam ejus laudibus acceſſionem affert, quod jam centum, & amplius annis ſchiſmatici archiepiſcopi ejus urbis fuerint. Hinc illos plurimum laudat Gelaſios, atque ſoffraganeos epiſcopos reſtituit, qui eccleſiæ Ravennatis A. 1106. decreto Paſchalis II. in concilio Guaſtallenſi ſubjectione erepti fuerant. En Gelaſii diploma a Hieronymo Robeo relatum lib. V. Hiſtor. Raven. a Baron. in Appendice ad To. XII. pag. 970., Cajetano p. 83. & ſeqq. *Gelaſius epiſcopus ſervorum dei cariſſimo in Chriſto Fratri Gualterio Ravennati archiepiſcopo, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Unitati divinæ Trinitatis gratia agenda ſunt; qui per ſua charitatis Spiritum diviſa conjungit, & multa jam ſe animas, unam facit. Eccleſiam ſiquidem Ravennatium, per multa jam tempora ab apoſtolica ſedis unitate diſciſſa, multas eidem ſedi apoſtolica perſecutiones intulit & eccleſiis multis perverſi ſchiſmatis fomitem miniſtravit, quapropter ad ejus nequitiam deprimendam, ſubiectarum ei eccleſiarum quaſdam ſibi apoſtolica ſedes aſſumpſit, ut vel ſic eam ad humilitatis, & unitatis tramitem revocaret. Sed cum tandem divina majeſtati beneplacitam fuit, eandem Ravennatium eccleſiam miſericordia ſua gratia ad unitatem, & obedientiam Matri ſua Romana eccleſia revocavit. Iniquitatem namque ſuam illius filii recognoſcentes, delicta patrum corrigere probaverunt, ut qui præteritis temporibus per tyrannidem regiam, præſules regibus placentes accipiebant: nunc demum ſecundum canonicas ſanctiones epiſcopum Deo placentem eligerent. & ſchiſmate abdicato, in catholicæ congregationis gremium repedarent. Te ſiquidem reverendiſſime Frater Gualteri, a diſciplina Fratrum regularium violenter aſſumptum, pro religionis ac ſapientia prærogativa in B. Apollinaris cathedram communi voto, ac deſiderio poſuerunt, & in apoſtolica Sedis obedientiam unanimiter redegerunt. Unde nos divina Trinitatis unitati gratias, perſonam tuam pro jure noſtra eccleſia ad epiſcopale miniſterium cooperante domino, conſecrantes, tibi, & per te Ravennatium eccleſia dignitatem omnem, quam ante illius diviſionis tempora, per Romanam eccleſiam poſſederat, reſtituimus, Per præſentis enim privilegii paginam, ſalvo in omnibus jure, atque auctoritate ſedis apoſtolica concedimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in ejuſdem ſedis apoſtolica ſubjectione, atque obedientia permanentibus, epiſcopatus Æmelia provincia, ideſt Placentia, Parma, Regii, Mutina, Bononia, Ferraria, Hadria, Comachi, Imola, Faventia, Forlivii, Foripompilii, Bobii Ceſena, Ficochii. Confirmamus etiam vobis Ducatum Ravenna, & monaſteria S. Adalberti, & S. Hilari in Galliata, & cætera monaſteria, ſeu poſſeſſiones ad veſtram eccleſiam pertinentes per autentica privilegia ab anteceſſoribus noſtris, & a catholicis regibus tradita. Pompoſiani quoque monaſterii curam religioni tua, ſalvo eccleſia noſtra jure, committimus, ut præſtante deo, regula diſciplina per tuam induſtriam reformetur. Præterea Fraternitati tua pallium, pontificalis videlicet officii plenitudinem, ex apoſtolica ſedis liberalitate concedimus: &c. Ego Gelaſius eccleſia catolica epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Signum manus mea Gelaſii: Deus in loco Sancto ſuo. Datum Roma per manum Chryſogoni S. R. E. Diaconi Card. VII. Id. Auguſti indictione XI., Anno dominica incarnationis MCXIX. pontificatus autem domini Gelaſii II. Papa Anno I.* Pagius hoc anno nu. 8., & 9. quibuſdam rationum momentis demonſtrat hujus diplomatis ſobſcriptionem eo modo ſignandam, quo ex aotographo refert Rubeus, nempe: *VII. Idus Auguſti indictione XI.* haud vero Kal. Septembris indictione XII., ut habet Baronius.

Reſtituit Epiſcopos Suffraganeos Archiep. Ravennatis.

Abbas Uſpergenſis A. 1119. apud Baroniom p. 133., & Cajetanum p. 124., hæc ſcribit: *Anno dominica incarnationis 1119. dominus Apoſtolicus Gelaſius II. apud Viennam ſynodum congregavit, eaque tranſacta, poſt paucos dies in Monaſterio Cluniacenſi vitam præſentem in Domino finivit.* Pagius tamen ibidem nu. 1. contendit, haud unquam celebratum hujuſcemodi concilium; nam Gelaſius

ſolum-

Digitized by Google

ſolummodo, teſte Falcone Beneventano: *Stabilivit, ut in ſequenti menſe Martii Synodum cum patribus Franciæ, Teutonicisque celebraret, ibique de ſacerdotii, & regni diſſidio longe, lateque habito, Spiritu Sancto mediante, loquerentur, &c. Sed antequam terminus ſtatutus ſynodum celebrandi adveniſſet, apud monaſterium S. Petri quod vocatur Clunia, ubi diligenter morabatur ægritudinis mole detentus eſt.* Neque hujus concilii meminere Pandulfus, & Hugo Monachus Cluniacenſis. Et nu. 2. hæc eadem verba ex lib. 5. *Novorum*, refert: *Papa Gelaſius per mare Burgundiam venit, & adventus ejus mox Galliæ tota innotuit. Excitati ſunt quique potentes cum mediocribus, ei occurrere, & certatim parabantur intereſſe concilio, quod ipſe diſponebat, ſe media quadrageſima Remis celebraturum. Rodulphus quoque* (Cantuarienſis) *Archiepiſcopus, audito Papæ adventu, de Rotomago, ubi eousque morabatur, egreſſus, impiger ei occurrere ſtatuit, &c.* Quamquam vero concilium hoc morte præventus celebrare non potuit, haud proinde Viennenſe nequidem coegit, quam in ſententiam poſt Uſpergenſem abiit Labbe To. X. Conc. p. 825. nam Gelaſius Viennam adiit, cum archiepiſcopus ibi eſſet Guidus pauloposſt electus Romanus pontifex ſub Calliſti II. nomine, utipſemet Guidus ſeu Calliſtus II. teſtatur in ea, quam de electione ſua ſcripſit epiſtola ad Adalbertum Archiepiſcopum Moguntinum apud Baronium p. 135., quamque nos infra dabimus.

Cum vero jam ſe ſe morti proximum conſpiceret S. Gelaſius II. ne eccleſia Romana ærumnis pateret, de ſucceſſore deligendo deliberat cum Cardinalibus, aptumque ad id oneris ratus Petrum Prænestinum Epiſcopum virum prudentia, ſanctitate, ac zelo præſtantiſſimum, res in irritum ceſſit, nam pluribus de cauſſis abnuere Petrus cœpit, & ad id oneris aptum dicere memoratum Guidonem: *Virum utique*, teſte Falcone Beneventano apud Caracciolum p. 204. & ſeqq. *religioſum prudentiſque animi, & ſecularibus ornatum virtutibus ad tale, tantumque patrocinium eligamus. Dei namque conſilio, & B. Petri meritis, & viri hujus ſolatio Romanam ſedem ſub tanta perſecutionis periculo diutiſſime oppreſſam credimus ad ſerenitatem triumphumq; ſublevari. Quid multa? & Gelaſio pontifici infirmanti, & cæteris Cardinalibus, aliiſque omnibus epiſcopis ſermo complacuit; nec mora, archiepiſcopum illum accerſiri jubent, & ut dicta factis compleant, & perſeverent. Quia vero vocatus viribus totis renuit, ſeſeque tanti officii culmine indignum clamitabat, tamen cœleſti clementia ordinante, ad pontificalem infulam, Gelaſio ægrotante, & volente, promovetur. Die vero altera adveniente, Gelaſius pontifex IV. videl. Kal. Februarii, apud prædictum monaſterium feliciter ex hujus mundi ergaſtulo migravit ad dominum.* Hæc eadem verba quadantenus licet immutata refert Baronius p. 133. & ſeqq. ubi ſubdit, haud tunc electum, ſed deſignatum pontificem, quod ſic eccleſiæ viciſſitudines poſtularent Calliſtum II. Quæ quidem interpretatio appoſita nobis ad veritatem videtur. En Falconis verba apud Baronium. *Virum utique religioſum, prudentiaque animi, potentia, & nobilitate ſeculari pollentem, ornatum virtutibus ad tale, tantumque patrocinium eligamus. Dei namque conſilio, & beati Petri meritis, & vere hujus ſolatio Romanam ſedem ſub tanta perſecutionis periculo diutiſſime oppreſſam credimus ad ſerenitatem, atque triumphum ſublevandam. Quid multa? Gelaſio ægrotanti, & aliis Cardinalibus, ac cæteris, qui aderant, ſermo placuit, nec mora: Archiepiſcopum illum accerſiri jubent, & ut dicta factis compleant, perſeverant. Qui vocatus, cum paraſſet profectionem ſuam, & ſe in itinere poſuiſſet, adhuc in via dum eſſet, audivit magno ſuo dolore ipſum pontificem ex hac vita migraſſe.* Conſonant hæc cum Calliſti II. ad Adalbertum Moguntinum literis, in quibus hæc leguntur: *Dominus noſter felicis memoriæ Gelaſius a Vienna diſcedens injunxit mihi, ut ad ejus præſentiam feſtinarem, poſtquam ipſe Cluniacum perveniſſet. Quod cum poſt dies aliquot implere ſatagerem, in itinere de ejus obitu mihi nuntiatum eſt. Ego, ut Fratribus, qui cum domino eodem venerant, prout ratio exigebat, ſolatium exhiberem, Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem ſuper eorum conſolatione attentius cogitarem, ipſi graviſſimum mihi onus, & vires meas omnino traſcendens impoſuerunt. Congregati namque in unum die altero poſt adventum meum Epiſcopi, Cardinales, & centum clerici, & laici Romanorum, invitum me, penituſque renitentem in Romana eccleſia pontificem Calliſtum unanimiter aſſumpſerunt.* Haud itaque præſens Cluniaci fuerat Calliſtus moriente Gelaſio, ac proinde eligi a Cardinalibus non potuit, eo annuente, cum potiſſimum Pandulfus oculatus teſtis de Gelaſio dicat: *Ceſſavit epiſcopatus ejus dies quindecim.* Quæ itaque narrat Falco, de deſignato tantum pontifice intelligenda. Idem & Victor III. olim præſtiterat, teſte Petro Diacono lib. 3. cap. 73. hiſce verbis. *Poſt hac, convocatis eiſdem epiſcopis, atque Cardinalibus, monuit, atque præcepit, ut juxta quod prædeceſſor ſuus papa Gregorius jamdudum decreverat, Ottonem Oſtienſem epiſcopum in papam eligere quanto poſſent citius perſtuderent, eumque, quia præſens erat, manu apprehendens, cæteris epiſcopis tradidit dicens; Accipite eum, & in Romanam eccleſiam ordinate, meamque vicem in omnibus quouſque id facere poſſitis, habete.* Conſulebat tantum Victor, ut verba illa demonſtrant: *Accipite eum &c.* Ac proinde Otthonis Electio a XVI. Kal. Octobris A. 1087., quo Victor obiit, ad IV. Id. Martii A. 1088., teſte eodem Petro, lib. IV. cap. 12. dilata eſt. Calliſti II. Sanctitatem, prudentiam, doctrinam, atque exantlatos pro eccleſiæ utilitate labores referunt Baronius, Pagius, Mabillonius, aliique plures coævis ſcriptoribus fulti.

Alter hoc ſæculo apud Caſſinates morum ſancti- S. Bruno.
monia, rebuſque geſtis celeberrimus fuit S. Bruno Signienſis epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis, de quo veteres duo, coævique ſcriptores plura tradidere. Horum alter eſt Petrus Diaconus lib. IV. Chronici Caſſin. cap. 31., & ſequentibus. Monachus evaſerat Petrus anno 1115. ſub Girardo Abbate immediato Brunonis ſucceſſore, eodem Petro teſte cap. 66. lib. IV. Recte itaque quæ de Brunone ſcribebat, vel ab ipſo Girardo, aliiſque Monachis ſcire poterat, vel a Seniorecto A. 1127. Abbate Caſſinenſi, qui monachus ſub Oderiſio I. erat, ex eodem Petro cap. 66., quo etiam tempore idem vitæ inſtitutum amplexus eſt S. Bruno, ex eodem Petro

cap.

cap. 31. Accedit, quod Petrus ſe quæ narrat, mutuatum ait in Prologo lib. IV. *Ex regiſtris Romanorum pontificum Gregorii ſeptimi, & ſucceſſorum ejus, nec non principum, & Ducum geſtis decerpſimus aliquando ſenſum tantum, nonnunquam vero illorum verba, & acta, ut deſcripta erant, interſeremus. A Gerardi porro Abbatis tempore, qui me in hoc ſcholaſtico Caſſinenſi cœnobio primo ætatis meæ luſtro ſuſcepit, uſque ad hunc diem, partim ex ore venerabilis Abbatis Senioretti ſui temporis ſingularis noſtri Ordinis viri audivi, partim oculis propriis vidi, partim Priorum noſtrorum, aliorumque Fidelium relatione comperi, &c.* Mortuus eſt ſanctus Bruno A. 1125., quo tempore, & Petrus a pluribus jam annis Monachus erat. Alter Vitæ S. Brunonis author eſt Anonymus, qui eam Petri a Brunone quarti Anagnini epiſcopi juſſu conſcripſit. Petrus epiſcopatum iniit anno 1175., illudque pluribus annis rexit, teſte Ughellio in epiſcopis Signiæ, col. 150. nu. 14., nam ab epiſcopis Papienſibus columnæ in hoc Ughelli tomo numerari incipiunt. Hæc vita, aliaque omnia a Petro Diacono de S. Brunone ſcripta præpoſuit ejuſdem operibus a ſe Venetiis editis A. 1651. D. Maurus Marcheſius Monachus Caſſinenſis, ubi legitur etiam Diſquiſitio *de Ortu, Canonicatu, & Receſſu a Caſſinenſibus S. Brunonis* a P. D. Philippo Malabayle Monacho Ciſtercienſi, & Aſtenſi cive concinnata. Major itaque adhibenda fides Petro, qui eodem tempore, quo S. Bruno, vixit, cum iiſque viris, quibus familiariter uſus ſit vir ſanctus, quam Anonymo multum ab eiſdem temporibus diſſito.

Ait itaque Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſ. cap. 31. de S. Brunone: *Hic Liguriæ provinciæ ortus ex illuſtri Aſtenſium civium proſapia, ſed illuſtres ab infantia poſſidens mores, liberalibuſque ſtudiis a pueritia ſufficienter inſtructus, Aſtenſis epiſcopii Canonicus extitit. Qui deſiderio regni cœleſtis, patriam, parenteſque relinquens, ad hunc locum, ut deo liberius ſub Monachili habitu deſervire valeret, Romanam properans venit ad urbem.* Malabayles validis rationum momentis, allatiſque ſcripturis oſtendit contra Anonymum, nedum S. Brunonem civem Aſtenſem ex illuſtri Aſtenſium familia Solerii domina ortum, ſed Canonicum etiam Aſtenſis eccleſiæ fuiſſe, ad tempora ſaltem Ingonis epiſcopi, qui eam ab A. 1702. ad 1079. gubernavit. Quamquam vero Canonici Aſtenſes ad regulam S. Benedicti, non S. Auguſtini, ut Pennottus cenſet, exactam vitam ducerent, ſtudio tamen majoris perfectionis incenſus Bruno, Caſſinenſe monaſterium adire ſtatuit. Illud dum iter arripuiſſet, Senas tranſiens vulgatis jam operibus notus, ab ejus urbis epiſcopo ad exponendum Canonicis ſuis librum Canticorum eligitur, ut ipſemet teſtatur in præfatione ad librum Apocalypſis hiſce verbis: *Et prius quidem quam ad epiſcopatus dignitatem, Chriſto domino, non meis meritis, me vocante, conſcenderem, Ingoni Aſtenſi epiſcopo pſalterium, Senenſibus vero Canonicis, cum quibus & ipſe qualiſcumque Canonicus vectitabam, Cantica Canticorum, prout potui, expoſui, &c.* Quæ quidem potius ſuſtentatum ab iis Canonicis demonſtrant, quam inter ejus cathedralis Canonicos adſcitum; Petro Diacono quod ſpectat ad claros Brunonis natales præter Malabaylem, plures alii ſubſcribunt, ac potiſſimum Ughellius in deſcriptione epiſcoporum Signienſium, nu. 10. col. 149. Lucenti To. I. ſuæ Ital. Sac. col. 1445., & in deſcript. epiſcop. Caſſ. nu. 51. col. 767., qui duo ſcriptores eum Soleria gente Soleriæ oppidi domina ortum dicunt. Anonymus de ejus origine differens infit: *De villa, quæ Soleria dicitur, duxit originem humili quidem parentum exortus proſapia &c. cujus Pater Andreas, mater vero Willa vocabatur: &c.* Huic ſubſcribit Baronius ad A. 1079. p. 528., & Mabillon. To. V. Annal. p. 139. Proſequitur Anonymus: *Proinde eum in monaſterio S. Perpetui, quod in Aſtenſi epiſcopatu ſitum eſt, a parentibus eſſet traditus eccleſiaſticis officiis, verum etiam regularibus diſciplinis diligentius eruditus eſt. Deinde voluntate parentum ſe Bononiam transferens liberalium artium doctrina vigilem curam exhibuit. Poſtquam vero non ſolum trivii, ſed etiam quatrivii ſcientiam, cœleſti gratia munere plenius aſſecutus eſt, divinæ paginæ propenſius operam dedis &c. Doctoris itaque nomen aſſecutus, & gratiam, Senas petiit; ubi ab epiſcopo, & Canonicis honorifice ſuſceptus, atque in canonicum majoris eccleſiæ gratanter admiſſus eſt: Poſt hæc autem quibuſdam negotiis trahentibus, ad Romanam curiam acceſſit, atque a venerabili Viro Petro Albanenſi epiſcopo benigne ſuſceptus eſt. Eodem tempore, B. Gregorio VII. in Lateranenſi palatio reſidente, de ſacramento corporis, & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti a quodam magiſtro Berengario, qui de eodem ſacramento minus fideliter ſentiebat, gravis admodum agitabatur quæſtio: nec inveniebatur aliquis, qui cum eodem Magiſtro de tanti myſterio ſacramenti diſputare præſumeret, tum quia magiſter ille in quæſtionum conflictu nimis erat exercitatus, tum quia in hujuſmodi fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Quia vero jam tempus advenerat, quo athleta Chriſti B. Brunonis probitas, ac ſcientia univerſis in curia Romana clareſceret, de voluntate ſummi pontificis cum eodem magiſtro certamen diſputationis aggreſſus, ipſum rationabili aſſertione ad viam veritatis a ſuo revocavit errore; atque ad catholicæ unitatem per dei gratiam reduxit &c. Tunc ſummus pontifex conſiderata viri a deo dilecti conſtantia Brunonis, & virtute, accerſito ad ſe Albanenſi epiſcopo, ait; hominem, quem tuo in hoſpitio ſuſcepiſti, tibi affectuoſe commendo, exiſtimo enim, quod per ipſum eccleſiæ dei magna poterunt obſequia, deo clamante, pervenire: &c.* Ac deinde Signienſis epiſcopus a Gregorio VII. eſt factus. Vid. Baronius, Mabillonius, Ughellius, Lucentius, & Pagius, qui A. 1079. n. 3. aſſerit, etiam diſputatum a S. Brunone cum Berengario in concilio VI. Romano ſub Gregorio VII. Petrus e contrario aſſerit cit. cap. S. Brunonem factum epiſcopum ab Urbano II.

Scribit deinde Anonymus: *Circa vero opera charitatis, atque eleamoſinarum, ita erat attentus, ut nihil aliud cogitare videretur. Veſtiebat nudos, eſurientes alebat, peregrinos hoſpitio recipiebat, & omnibus pariter indigentibus ſubvenire curabat. Nam manibus plenis ſemper ſubvenit egenis, itaut cum beato Job dicere poſſet:* Foris non manſit peregrinus; Oſtium meum viatori patuit. Oculus fui cœco, & pes claudo: Pater eram pauperum; & cauſam, quam neſciebam diligenter inveſtigabam. *Præterea Chriſto ſedulum exhibebat officium, & non die-* *Job. cap. 31. v. 32, & 34.*

bus,

Digitized by Google

bus, neque noctibus a divinis colloquiis, & ab oratione ceſſabat. Divinorum vero voluminum lectioni jugiter inſiſtebat. & in lege domini meditabatur die, ac nocte, ut pote qui ſacram ſcripturam non ſolum perſpicaciter intellexit, verum etiam eleganter expoſuit, ſicut manifeſte poterunt experiri, qui ſuas expoſitiones, atque ſermones, tam in novo, quam in veteri teſtamento, legere ſtuduerint, vel audire. Beatus ſiquidem Bruno non ſecundum litteram occidentem, ſed ſecundum ſpiritum vivificantem, rationalem, quod ſummo pontifici congruebat, (in quo videlicet continebatur manifeſtatio, & veritas) aſſiduo ferebat in pectore. Et poſt aliqua: *Aynulfus videlicet quondam Signinæ civitatis Comes, præſumptione temeraria auſum eſt in Chriſtum domini, videlicet in B. Brunonem manus injicere violentas, ipſumque carcerali cuſtodia mancipari. Cum enim idem ſanctus die quadam ab Urbe reverteretur, ubi conſueverat Apoſtolicis intereſſe conſiliis, & eccleſiaſtica de mandato ſummi pontificis tractare negotia: memoratus Comes in itinere ſibi obviam venit. Et quaſi unus ex iis, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum, epiſcopum callida fraudolentia ſalutavit. A quo cum fuiſſet reſalutatus uſque ad radicem montis in quo caſtrum Viculi ſitum erat, colloquendo pervenerunt. Ubi cum Comes malignus ad hoſpitium epiſcopum invitaſſet, ipſeque nihil mali ſuſpicans, gratias ageret; dicens ad ſuam eccleſiam velle reverti, prædictus iniquitatis filius imo peccati ſervus, fraudem, quam mente prætexerat, operis exhibitione detexit, dicens epiſcopo: Velis, nolis, nobiſcum venies: nec noſtras manus prius evades, quam Signinam nobis reſtitui facias civitatem; quam de jure noſtri Comitatus conſtat exiſtere. Et his dictis non conſiderata tanta perſonæ gratia, Dei timore poſtpoſito, & eccleſiaſtici Ordinis reverentia, ſervum domini Brunonem cum ſuis clericis, & ſervientibus capiens, in caſtrum Viculi violenter adduxit, ipſumque ſanctum in ejuſdem caſtri turre, carcerali cuſtodia mancipavit: ubi pro ſcabello, in quo ſedere poſſet, papilionem centum ſolidorum dediſſe memoratur. Verum quia ſcriptum* Prov. 28. *eſt:* Juſtus ut Leo confidens abſque terrore erit, *beato Bruno ſicut non extollebatur proſperis, ita nec frangebatur adverſis. Quod enim facit flagellum grano, fornax auro, torcular vino, vel oleo; hoc fe-* Eccl. 27. *cit perſecutio viro ſancto.* Vaſa ſiquidem figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis: *Cum autem Sanctus in cuſtodia teneretur ad declarandam ſuæ fidei conſtantiam, magnum dignatus eſt dominus operari miraculum. Nam cum die quadam magnam Sanctus pateretur ſitim, cuidam famulæ domus mandavit, ut ſibi de aqua fontis afferret. Quæ cum allata fuiſſet, protinus, ut vir dei ſigno Crucis edito, de ipſa guſtavit, vinum optimum eſſe cognoſcens, mulierem reprehendit dicens: Ego aquam afferri præceperam, tu quare vinum mihi portaſti? At illa cum juramento cœpit aſſerere, ſe de fontis aqua tuliſſe. Tunc ſanctus rurſum de aqua juſſit afferri, quæ iterum ad viri dei benedictionem in vinum converſa eſt. Et hoc tertio factum eſt. Omnipotens enim dominus, qui conſuevit magnificare ſanctos ſuos, B. Brunonis conſtantiam, & virtutem hujus miraculi voluit oſtenſione monſtrare &c. Memoratus itaque Comes malignus videns ſe ſua penitus intentione fruſtratum, conſiderans etiam de injuria ſancto illata, ſibi plura imminere pericula, recepta ab ipſo aliquanta pecunia, retentiſque ſibi æquitaturis, quas abſtulerat ſancto, Brunonem epiſcopum cum multa verecundia, & rubore dimiſit, nil præter peccatum, & infamiam, exceptis his, quæ diximus, de perpetrata iniquitate reportans: cum idem Comes valde metueret, ne ſuis epiſcopus hoc factum graviter ad animum revocaret, graviuſque ſuam ulciſceretur injuriam, beatus Bruno, quem ſpiritus ſancti repleverat gratia, cujus mentem perfecta charitas poſſidebat, peccatum iſtud eidem Comiti ex toto corde dimiſit, aſſerens, ſuis exigentibus meritis, divinæ fuiſſe permiſſionis, ut filius in patrem manus injiceret violentas, exoratus eſt quoque ipſum Comitem, ne propter hoc ſuum auxilium in ſuis oportunitatibus expoſcere dubitaret, promittens ſe ſibi, ſuiſque Filiis nullatenus defuturum. Mandavit quoque univerſis amicis, & parochianis ſuis, ut eidem Comiti in hac parte malum pro malo non redderent, nullumque ſibi damnum propter hoc factum, vel injuriam irrogarent. Verum tamen deus juſtus judex, qui ſicut nullum bonum irremuneratum, ita nullum etiam malum impunitum relinquit.* Qui reddit unicuique ſecundum opera ſua, *injuriam ſervo ſuo illatam in* Rom. 12. *præſenti ſæculo non relinquit inultam. Non enim longo pro tempore eidem Comiti graves inſidias, & perſecutiones ab inimicis ejus excitari permiſit, ita ut caſtrum, & turrem, in qua Sanctum incarceraverat, amitteret, & licet illud caſtrum ſæpe recuperaverit, plurieſque perdiderit, nunquam tamen illud unius menſis ſpatio potuit poſſidere in pace. Ad tantam denique paupertatis inopiam devenit, ut vix ſtipendia vitæ poſſet habere. Cui tamen S. Bruno, ſicut promiſerat, ſæpius in ſuis neceſſitatibus ſtuduit ſubvenire, ipſique, necnon & filiis ejus veſtes, pecuniam, aliaque neceſſaria ſæpe largitus eſt, adimplens illud evangelii mandatum, quod dicit.* Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.

Suppl. Hiſt. Caſſin.

Cum Signienſis eſſet epiſcopus S. Bruno, celebri interfuit Claramontano in Gallia concilio A. 1095. coacto ab Urbano II., in quo admiranda illa ad loca ſancta recuperanda expeditio decreta eſt, ut refert Mabillonius Annal. To. V. p. 357., & ſequenti. Concilio etiam Turonenſi ab eodem Urbano coacto A. 1096. adfuit, ut refert Baronius hoc anno p. 669., & Mabillonius To. V. Annal. p. 364.

Poſtquam Signienſem eccleſiam aliquot jam annis rexiſſet, Monachus Caſſinenſis evaſit, Petro Diacono teſte, cap. 31. lib. IV. hiſce verbis: *Unde adinventa oportunitate ſub ſupradicto Abbate Oderiſio, ad hunc locum perveniens, flentibus qui cum eo venerant, & nihil tale de ipſo ſuſpicantibus, Monachus factus eſt. Signenſes autem graviter illius ferentes abſentiam, Paſchalem papam ſecundum adeunt, rogant, ut illum potius epiſcopatus ſui curam gerere cogerent, quam ſibi tantum conſulens in Caſſinenſi cœnobio quietum, & remotum a ſeculi turbine velle quieſcere. Pontifex autem illorum ad verba commotus, ſtrenuos a ſuo latere deſtinat viros, per quos eidem Brunoni ex parte ſedis apoſtolicæ, mandat, ut in cura ovium ſuarum ſtudeat, & Romano pontifici pro cauſis eccleſiaſticis ſemper adhæreat, arguens inſuper illum, & increpans, cur abſque apoſtolicæ ſedis licentia auſus fuiſſet monaſterium petere,*

quo illum omnine eſſe non permitteret ipſe. Ad hæc præphatus Bruno reſcripſit. Cuncti procul dubio, qui in Romana ſunt eccleſia noſcunt, quia niſi contra eccleſiam ſciſmaticorum ſeviret inſania, hoc, quod nunc egi, a multis jam annis opere implevifſem: nunc vero quia in Romana eccleſia Petro clavum regente, tota per orbem Chriſti dei noſtri gratulatur eccleſia, ventorum jam turbines ſilent, maria pacata quieſcunt, Idcirco, quod deo ſemel devoveram, reddere cogor. Melius eſt enim non vovere, quam vovere, & non reddere. Quod ſi quis fortaſſe mihi obiciat, quod ſemel acceptum epiſcopatum relinquere non debeam, licenter reſpondeo, quod multi ſunt, qui pontificatus jura non deſerunt, & de ſiniſtris ſunt, dicente Domino; Principes fuerunt, & non cognovi; judices extiterunt, & non per ſpiritum meum. Hii autem qui recta intentione epiſcopatum dimiſerunt, certum eſt eos de æterna felicitate perenniter cum Chriſto gaudere. Mihi porro exempla ſanctorum non deſunt, quorum veſtigia ſecutus ſum, qui relicto tumultu ſeculi, quietam vitam adepti ſunt. Unde per vos ſummum pontificem obnixe deprecor, ut de reliquo amplius mihi moleſtus non ſit, & quietum portum, in quem, Chriſto gubernante, perveni, ne me relinquere cogat, ſuppliciter poſco. Cumque nulla ratione eundem Apoſtolicum, nec Signinum populum flectere valeret, ſupradictus Abbas Oderiſius rogavit eundem pontificem, ut præphatum virum ſub Monachili hoc monaſterio deo militare permitteret. &c. Oderiſii precibus placatus pontifex Monachum eſſe permiſit. Eadem narrat quibuſdam additis circumſtantiis Anonymus hiſce verbis: *Cum igitur procedente tempore dominus Paſchalis papa II. Beatum Brunum ſecum in Apuliam duxiſſet contigit, ipſum pondere magno ægritudinis prægravari. In qua videlicet infirmitate flagranti deſiderio cupiens a curis ſecularibus ſecedere, & ad Chriſti ſollicitudinem transmigrare, ſuper hoc a domino Papa licentiam poſtulavit. Tum ſummus pontifex, licet ei, totique curia hoc eſſet moleſtum, (quia talis, tantaque perſona ſibi tam in conſiliis, quam in univerſis negotiis eccleſiæ expediendis præ cæteris eo tempore utilis erat, & neceſſaria) tamen quia ipſum contriſtare nolebat, ne forte hac occaſione infirmitatis languor invaleſceret, ſuam petitionem, poſt multam precum inſtantiam, exaudivit. Epiſcopus itaque per divinam gratiam ſanitate recepta, mox ad Caſſinenſe monaſterium iter arripuit. Sed dominus Papa nolens ipſum ab urbis confinio nimium elongari, mandavit ei, ut in Caſſinenſi monaſterio habitum religionis acciperet. Quo cum S. Bruno, juxta mandatum Apoſtolicum, perveniſſet, tum ab Abbate Oderiſio, qui tunc monaſterio eidem præerat, quam ab univerſis ejuſdem eccleſiæ Fratribus, honorifice valde ſuſceptus eſt, ibique ſecundum S. Benedicti regulam facta profeſſione, habitum religionis accepit. Factus itaque monachus, magnis in eodem loco cæpit pollere virtutibus, & quaſi vas aromatum, de cæleſtium unguentorum fragrantia inſpirabat ſociis ſuavitatis odorem, ita ut tota domus repleretur ex odore unguenti. Univerſi Fratres ſui, qui ſpiritu dei agebantur, per ipſum invitati, & tracti currebant in odorem unguentorum ſuorum. Abbati ſiquidem ſuo devotum, & obedientem: Fratribus vero manſuetum, & humilem ſe exhibebat. Circa divina vero obſequia temperſtivus, ac devotus, jugiter in vigiliis, & orationibus ſedulus erat; circa omnes ſe ipſum bonorum operum præbebat exemplum.* Vid. Baronius A. 1104. & Mabillonius To. cit. p. 471. qui integram etiam referunt allatam a Petro Diacono epiſtolam. Proſequitur deinde Petrus: *Poſt hæc autem ab eodem pontifice, atque Abbate noſtro una cum Boamundo, ſicut ſupra retulimus in Gallias directus vice Romani pontificis in eiſdem partibus ſynodum ſecundum traditionem eccleſiaſticam tenuit. Inde quoque Romam reverſus quadrageſimo quarto die ab Ottonis Abbatis depoſitione extante, ad hoc monaſterium rediit, atque a Fratribus eſt in hujus cænobii regimine, ac cura prælatus. Hidem vero Apoſtolicus ad hunc locum poſtea veniens non ſolum dignum illum eſſe Abbatem in conventu Fratrum peroratus eſt, verum etiam in apoſtolicam ſedem dignum ſibi ſucceſſorem fore teſtificatus eſt.* Et Anonymus: *Unde factum eſt: ut ex ingenti neceſſitate a ſummo pontifice ad Galliarum partes cum ſui Abbatis licentia transmiſſus legationis ibidem officio fungeretur. Ubi pro Chriſto legatione functus poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia theſauris: non requirens, juxta mandatum Apoſtoli, datum, ſed fructum. Ibique apoſtolica ſedis authoritate ſynodum celebravit: in qua ſtuduit errata corrigere, atque ſtatuta ſalutaria utiliter ordinare. Et elaboravit fretus dextera cæleſtis auxilii in eiſdem partibus reformare pacem populis, eccleſiis ordinem, moribus diſciplinam. Non enim potuit aliter docere, cui ſpiritualis gratia ad meritum, & operum efficaciam non deerat exemplum. Altera quoque legatione in Sicilia ſimili diligentia executus eſt tam in corrigendis moribus, quam etiam in virtutibus inſerendis multiplices bonorum operum fructus omnipotenti domino reportando. Cum autem de Gallia reverteretur, in itinere ſibi latrones inſidias poſuerunt, volentes ipſum ſuis facultatibus ſpoliare. Cum autem ſanctus ille appropinquaſſet, tanto in ejus aſpectu divinitus ſunt terrore percuſſi, ut ad pedes ejus cum reverentia procedentes, de malo propoſito veniam peterent, ipſique in conductu itineris, quantum ſibi placuit, obſequi ſe exhibuerunt. Poſt hæc reverſus de legatione, exacto vero quinquennio, defuncto quoque Ottone, qui Oderiſio in prælatione ſucceſſerat, beatus Bruno de communi Fratrum conſilio eligitur in Abbatem &c. Quamvis igitur invitus huic oneri potius, quam honori ſupponeret humeros, ad communem tamen Fratrum inſtantiam, Abbatia ſuſcepto regimine, in dilectione quidem filiorum paternum exhibebat affectum. In doctrina vero morum, & regula diſciplina magiſtri non omittebat officium. In ſuſcipiendis hoſpitibus charitatis cum omni diligentia evolvebat debitum. Per incrementa namque temporum, & officiorum creſcebant in eo jugiter gratiarum chariſmata, & cæleſtium dona virtutum.* Vid. Baronius & Mabill. qui tamen hallucinantur, dum credunt A. 1104. legatione ſua in Gallia functum S. Brunonem, ut obſervat Pagius hoc anno nu. 10. & ante eum Sirmondus lib. II. epiſtolarum Gaufridi Vindocinenſis, epiſt. 14. cum legatio hæc non ante A. 1106. evenerit, quo Boamundus ei ſe ſe ſocius adjunxit, teſte Petro Diacono, & Orderico Vitali apud Pagium nu. 7., qui lib. 5. hæc ſcribit: *Anno ab incarnatione domini 1106., in fine Februarii, quando cometa longiſſimum crinem emittens in Occiduis partibus apparuit, Boamundus famoſus Dux poſt captam Antiochiam in Gallias venit, (ex*

S. Bruno Epiſcopus Signinus, & Boamundus Princeps anno 1106. Gallias appulerunt.

Apu-

Apulia nempe) & Conſtantiam regis Francorum Philippi filiam, (ex Berta nempe legitima conjuge) uxorem duxit, & nuptias honorabiles apud Carnotum, adminiſtrante ſufficienter apparatum Adela Comitiſſa, (Bleſſenſi nempe, & ſorore Henrici Angliæ regis) celebravit. Tunc tertia profectio Occidentalium in Hieruſalem facta eſt, multorumque maxima conglobatio militum pedibus ſuis Bizanteum ſtemma proculcare minitantium contra Turcas progreſſa eſt. Id etiam luculenter aſſerit ſuperius in vita Ludovici Groſſi Galliæ regis apud Du-Cheſne To. IV. p. 288. hiſce verbis. *Præfati igitur Boamundi* (Antiocheni Principis) *ad partes iſtas adventus cauſa fuit, ut nobiliſſimam domini Ludovici deſignati ſororem Conſtantiam, moribus facetam, perſona elegantem, facie pulcherrimam matrimonio ſibi copulari quibuſcumque modis quæritaret. Tanta enim & regni Francorum, & domini Ludovici præconabatur ſtrenuitas, ut ipſi etiam Saraceni hujus terrore copula terrerentur. Vacabat Domina, Comitem Trecenſem Hugonem precum aſpernata, nec decentem ſponſum iterata copula appetebat. Callebat Princeps Antiochenus, & tam donis, quam promiſſis copioſus, Dominam illam celeberrimam ſibi copulari Carnoti preſente rege, & domino Ludovico, multis aſtantibus, archiepiſcopis, epiſcopis, & regni proceribus devote promeruit. Aſtitit etiam ibidem Romanæ Sedis apoſtolicæ legatus dominus Bruno Signinus epiſcopus a domino Paſchali papa ad invitandam, & confortandam S. Sepulchri viam Dominum Boamundum comitatus. Unde plenum, & celebre Pictavis tenuit concilium, cui & nos interfuimus: quia recenter a ſtudio redieramus. Ubi de diverſis ſynodalibus, & præcipue de Hieroſolymitano itinere, ne tepeſcat agens, tam ipſe, quam Boamundus multis ire animavit. Quorum freti comitatu multo, multaque militia, tam ipſe Boamundus, quam domina Conſtantia, nec non ipſe legatus ad propria proſpere, & glorioſe remearunt. Quæ domina Conſtantia domino Boamundo duos genuit filios, Johannem, & Boamundum: ſed Johannes ante annos militiæ in Apulia obiit. Boamundus vero decorus Juvenis militiæ aptus, Princeps factus Antiochenus, cum Saracenos inſtanter armis urgeret, nec eorum zelantes impetus aliquid duceret minus cauſe eos inſecutus inſidiis eorum interceptus, cum centum militibus æquo animoſior infauſte decapitatus, Antiochiam, & cum Apulia vitam amiſit. Sequenti itaque præfati Boamundi repatriationis anno veneranda memoriæ univerſalis, & ſummus Pontifex Paſchalis ad partes Occidentales cum multis, & ſapientiſſimis viris, epiſcopis, & Cardinalibus, & Romanorum nobilium comitatu, ut regem Francorum, & filium regem deſignatum Ludovicum, & eccleſiam Gallicanam conſuleret ſuper quibuſdam moleſtiis, & novis inveſtituræ eccleſiaſticæ querelis, quibus enim & infeſtabat, & magis infeſtare minabatur Henricus Imperator.* Adnotanda maxime verba illa: *Sequenti præfati Boamundi repatriationis anno &c. ſummus pontifex Paſchalis &c.* Quæ ponderans ait Pagius nu. 3. *Boamundus Antiochiæ Princeps anno MC IV. in Apuliam venit, uti ſcribunt Willelmus Tyrius lib. 2. cap. 1., & Pulcherius in Hiſtor. Hieroſol. lib. 2. Quare præſens annus ſecundus eſt ab ejus repatriatione, ſed Sugerius ſecundi anni menſes negligit. Qui modus annos numerandi ab Hiſtoricis quandoque uſurpatus Chronologicis valde obſervandus, nedum eos errare perperam putant, ipſimet errent.* Quod etiam ex laudatis Petri Diaconi verbis conſtat, quibus narrat S. Brunonem obita legatione rediiſſe Romam, indeque Caſſinum quadraginta quatuor poſt Otthonis mortem diebus. Ottho menſe Octobris A. 1107. mortuus ſucceſſorem habuit S. Brunonem die 13., aut 14. Novembris ejuſdem Anni, ut fuſius videre eſt in ſerie Abbatum Caſſinenſium Camilli Peregrinii. In Chronico ſancti Maxentii vulgo Melleacenſi apud Labbe To. II. Novæ Biblioth. Lib. MSS. p. 217. hæc ad rem noſtram leguntur: *Anno milleſimo centeſimo ſexto, VII. Kal. Junii Pictavis Concilium fuit, in quo interfuit Boamundus dux, quem Bruno legatus S. R. E. adduxit, & tenuit concilium, & viam S. Sepulchri confirmavit.* Anno certe 1104. cum Boamundo Galliam petere non potuit, nam conſtat haud tamdiu ibi permanſiſſe. Idemmet Mabillonius rem in dubio conſtituit cum ait p. 437. *Brunonis legatio a Baronio refertur ad annum 1104. biennio ſerius a Sirmondo in notis ad prædictam epiſtolam:* nempe Goffridi Vindocinenſis. Aſſerit deinde Mabillonius A. 1104. p. 464. eo anno menſe Aprilis celebratum apud Trecas concilium a Riccardo Albanenſi epiſcopo S. ſedis apoſtolicæ Legato, & p. 469. demonſtrat celebratum eodem anno apud Pictavos etiam ſynodum præſidentibus Johanne, & Benedicto S. R. E. Cardinalibus, & p. 471. narrat, S. Brunonem eodem anno evaſiſſe Monachum Caſſinenſem; tum ſubdit: *Verum non multo poſt cum Boamundo Antiochiæ principe, qui Conſtantiam Philippi Francorum regis filiam in conjugium petiturus venerat, in Galliam miſſus, ſynodum habuiſſe dicitur &c.* S. Brunonis itaque Legatio in Galliam hoc Anno 1104. accidere non potuit.

S. Bruno habet Pictavis Cōcilium pro tertia profectione Fidelium in Terram ſanctam.

Nemo hiſtoriæ eccleſiaſticæ, vel minimum peritus neſcit, quot ærumnas, damnaque eccleſiæ peperit uſus ille, quo principes laici baculo paſtorali, atque annulo inveſtituras eccleſiarum epiſcopis, atque Abbatibus tradebant, & Sęculo XI., quo potiſſimum ſcelus hoc graſſabatur, a Romanis pontificibus Gregorio VII., Victore III., Urbano II., & Paſchali II. in pluribus conciliis vetitas; quamquam hic A. 1111. ab imperatore Henrico IV. comprehenſus, cum pluribus Cardinalibus epiſcopis, & abbatibus, & indigniſſime octo hebdomadibus habitus, tandem ne ſchiſma oriretur, Romæque ſtrages, flexit animi conſtantiam, atque hiſce verbis imperatori inveſtituras conceſſit. *Illam igitur dignitatis prærogativam, quam prædeceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus catholicis imperatoribus conceſſerunt, nos quoque tuæ dilectioni concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus: Ut regni tui epiſcopis, & Abbatibus libere præter violentiam, & Simoniam electis inveſtituram virgæ, & anuli conferas. Poſt inſtitutionem vero canonice factam, conſecrationem accipiant ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit. Si quis autem a clero, & a populo, præter tuum aſſenſum, electus fuerit, niſi a te inveſtiatur, a nemine conſecretur. Hanc epiſcopi, & archiepiſcopi libertatem habeant, a te inveſtitos epiſcopos, & abbates canonice conſecrandi, &c.* Haud æquo id tulere animo plures Cardinales, & epiſcopi, quos inter S. Bruno hanc ad Paſchalem epiſtolam reverentiæ, ac zeli pleniſſimam

dedit To. II. operum p. 154., & 155. apud Baronium A. 1111. p. 83., & MSS. biblioth. Caſſinenſis: *Paſchali ſummo pontifici Brunus peccator epiſcopus beati Benedicti ſervus, quod tanto domino, & patri. Inimici mei dicunt tibi, quia te non diligo, & quia de te male loquor, ſed mentiuntur; ego enim ſic te diligo, ſicut patrem, & dominum diligere debeo, & nullum alium, te vivente, pontificem habere volo, ſicut ego cum multis aliis tibi promiſi. Audio tamen ſalvatorem meum mihi dicentem: Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Unde, & Apoſtolus dicit: ſi quis non diligit dominum Jeſum, ſit anathema maranatha. Debeo igitur diligere te, ſed plus diligere debeo illum, qui te fecit, & me, huic enim tanto amori nihil umquam præferendum eſt. Fœdus autem illud tam fœdum, tam violentum, cum tanta proditione factum, tam omni pietati, & religioni contrarium, ego non laudo: at vero neque tu, ſicut, pluribus referentibus, audio. Quis enim illud laudare poteſt, in quo Fides violatur, eccleſia libertatem amittit, Sacerdotium tollitur, unicum, & ſingulare oſtium eccleſiæ clauditur, aliaque multa oſtia aperiuntur, per quæ quicumque intrat, fur eſt, & latro? Habemus canones, habemus ſanctorum Patrum conſtitutiones, a temporibus Apoſtolorum uſque ad te. Via regia incedendum eſt, neque ab ea in aliquam partem declinandum. Conſtitutio tua, & conſtitutio apoſtolorum una eſt, & ipſa quidem multum laudabilis. Apoſtoli enim omnes illos damnant, & a Fidelium communione ſegregant, quicumque per ſecularem poteſtatem eccleſiam obtinent. Laici enim, quamvis religioſi ſint, nullam tamen diſponendi eccleſiam habent facultatem. Similiter & Conſtitutio tua, quæ de apoſtolico fonte manavit, omnes illos clericos damnat, & a fidelium communione ſeparat, quicumque de manu laici inveſtituram ſuſcipiunt, & quicumque eis manum imponunt. Hæc namque conſtitutio Apoſtolorum, & tua ſancta eſt, catholica eſt:] cui quicumque contradicit, catholicus non eſt. Illi enim ſunt catholici, qui catholicæ eccleſiæ fidei, & doctrinæ non contradicunt, ſicut e contra illi ſunt hæretici qui catholicæ eccleſiæ fidei, & doctrinæ obſtinato animo contradicunt. Hanc igitur tuam, & apoſtolorum conſtitutionem, pater Venerabilis, iterum confirma; hanc in tua eccleſia, quæ omnium eccleſiarum caput eſt, palam, & cunctis audientibus, prædica. Hanc hæreſim, quam tu ipſe hæreſim eſſe ſæpe dixiſti, apoſtolica auctoritate damna, & mox videbis totam eccleſiam tibi eſſe placatam, mox omnes videbis ad tuos pedes confluentes, & in magna lætitia ſicut patri, & domino obedientes. Miſerere eccleſiæ dei, miſerere ſponſæ Chriſti, & per tuam prudentiam ſuam recuperet libertatem, quam modo per te amiſiſſe videtur. Ego autem illam obligationem, & illud juramentum, de quo jam ſuperius diximus, parvipendo, neque pro ejus violatione minus umquam tibi obediens ero.* Sic hortatus eum reſcindere, quod per juramentum Henrico imperatori promiſerat. Ad epiſcopum vero Portuenſem ſic ſcripſit. *P. Venerabili Portuenſi epiſcopo Brunus peccator epiſcopus B. Benedicti ſervus ſalutem. Audivimus, quod quidam de Fratribus noſtris non ſolum non damnant ea, quæ modo contra ſanctam eccleſiam facta ſunt, verum etiam ſatis impudenter defendere conantur. Omnis autem, qui hæreſim defendit, hæreticus eſt. Nemo autem hanc non eſſe hæreſim dicere poteſt, quam ſancta, & apoſtolica eccleſia in multis conciliis hæreſim nominavit, & illa quidem ſpecialiter dicuntur eſſe hæreſes, quæ in conciliis judicata, & damnata ſunt. Unde & Guibertus non immerito hæreſiarca dictus eſt ſimulque cum ſuis ſequacibus damnatus, & excommunicatus. Quicumque igitur catholicam Eccleſiam relinquentes ad partem Guiberti transfierunt, & ejus impiam hæreſim defendunt & tenent eos hæreticos, excommunicatos, & Apoſtolicis vinculis ligatos eſſe non dubium eſt. Qui vero excommunicati, & ligati ſunt, neque ſe ipſos, neque alios ſolvere, vel ligare poſſunt.* Hucuſque Epiſtola; poſt hæc idem ipſe hæc ſubjicit quæ ſequuntur, his verbis: *Has litteras miſi ego Portuenſi Epiſcopo, in quibus nullum alium hæreticum eſſe dixi, niſi eos tantum, qui hæreſim defendunt, & tenent, & eos quidem fugiendos eſſe judicavi, etiamſi affectu parentum, & oculorum, & manuum eos diligamus. Dictum namque fuerat nobis, quod illi, qui impii Regis prehenſione capti fuerant, omnes præter pauciſſimos una, & conſona voce dicebant quod prædicavimus, prædicamus: quod damnavimus damnamus. Eos autem qui hoc dicunt, quis dubitat non eſſe Catholicos?* Reverentiæ erga S. Sedem, atque modeſtiæ S. Brunonis ſpecimen hæc potiſſimum verba ſunt. *Et conſtitutio, quæ de apoſtolico fonte manavit, &c. hæc namque conſtitutio apoſtolorum, & tua ſancta eſt, catholica eſt: cui quicumque contradicit, catholicus non eſt &c. Hanc igitur tuam, & Apoſtolorum conſtitutionem, pater venerabilis iterum confirma; hanc in tua eccleſia, quæ omnium eccleſiarum caput eſt palam, & cunctis audientibus prædica &c. Miſerere eccleſiæ dei, miſerere ſponſæ Chriſti, & per tuam prudentiam, ſuam recuperet libertatem; &c.* Orat itaque errorem emendet, neque tamen ſententiam in pontificem ferre audet, vel illi diem dicere. Eundem in ſenſum loquitur Ivo Carnutenſis ſacrorum Canonum peritiſſimus hac epiſtola 235. ad Henricum Abbatem, apud Baronium p. 85., & Mabillonium p. 560. *Ivo dei gratia Carnotenſis eccleſiæ miniſter Henrico Abbati Angeliacenſis monaſterii ſalutem, & mutuum orationis munus. De inveſtituris eccleſiarum, quas laici faciunt, ſententiam præcedentium Gregorii, & Urbani, quantum in me eſt, laudo, atque confirmo. Quocumque autem nomine talis pervaſio proprie vocetur eorum ſententiam, qui inveſtituras laicorum defendere volunt, ſchiſmaticam judico. Nec iſta contra domnum Papam dico, quia quibuſdam litteris mihi ſcripſit, ſe coactum fuiſſe quod fecit, & adhuc ſe prohibere quod prohibuit, quamvis quædam nefanda quibuſdam nefandis ſcripta permiſerit. Et quia verenda patris debemus potius velare, quam nudare, familiaribus, & charitatem redolentibus litteris admonendus mihi videtur, ut ſe judicet, aut factum ſuum retractet. Quod ſi fecerit referamus deo gratias, & gaudeat nobiſcum omnis eccleſia, quæ graviter languet dum caput ejus laborat tanta debilitatum moleſtia. Si autem in hoc languore inſanabiliter ægrotaverit, non eſt noſtrum judicare de ſummo Pontifice.* Eadem ab Ivone ſervata modeſtia in epiſtola 236. ad Archiepiſcopum Lugdunenſem a Baronio relata; oſtendit Mabillonius, hunc Archiepiſcopum non Johannem, ſed Joſcerandum dictum. Goffridus Vindocinenſis Abbas epiſtolam ad Paſchalem ſcripſit, quæ

eſt

Digitized by Google

eſt ſeptima lib. 1., in qua poſt propoſitas Gregorii VII., Victoris III., & Urbani II. hac de re ærumnas, ſubdit: *Aquorum ſorte beata, qui in eorum ſede reſidens, & aliter agens, ſe privavit factum ſuum ipſe diſſolvat, & velut alter Petrus, lacrymando corrigat quod fecit. Si metu mortis titubavit ad horam carnis infirmitas, in corrigendis carnis operibus, mentis integritas perſeveret, & emendare non erubeſcat, cauſans, de carne, velit, nolit, moritura, quod acquiſita immortalitate vitare potuiſſet. Si vero timore mortis filiorum ſuorum, potius quam ſua ea feciſſe, vel facientibus aſſenſum dediſſe convincitur, qua Chriſtus per ſemetipſum correxit, & beatus Petrus abominatus eſt, atque ſacri Canones penitus exſecrantur, nullo velamine tegi poteſt vulnus tam manifeſtum: quia Pater ſic filiis propitiare non potuit, ſed ſalutem impedire filiorum. Mortem ſiquidem, qua fructum facit meliorem differre ſubito morituris, & in æternum victuris vitam a Deo paratam auferre, nulla nos docent exempla ſanctorum*, & infra: *Et quoniam culpa hæc inexcuſabilis nullatenus dubitatur, & excuſando augeri poteſt, non minui; relicto errore ſcienter commiſſo, ſine dilatione corrigatur: ne mater noſtra ſpiritualis, qua quaſi noviſſimum ſpiritum trahit, omnino moriatur*. Tum ſub finem: *Et quia luciferum* (inquit) *noſtris temporibus e cælo lapſum indubitanter agnoſcimus, non ei qualibet occaſione illius impietatem diſſimulantes inhæreamus, ne in puteum deſperationis cum eo, quod deus abnuat, corruamus. Si minus dixi, quam debui; ignorantia deputetur: ſi amplius, quia de odio iniquitatis, & æquitatis amore proceſſit, ignoſcatur*.

Hiſce, aliiſque da cauſſis motus Paſchalis II., ut labefactatam a ſe eccleſiæ libertatem reſtitueret, Anno inſequenti 1112. Synodum apud Lateranum indixit, in qua poſt factam a ſe Fidei profeſſionem hoc decretum editum fuit: *Privilegium illud quod non eſt privilegium (neque vero debet dici privilegium, ſed pravilegium) pro liberatione captivorum, & eccleſia a domno Papa Paſchali per violentiam Henrici regis extortum, nos omnes in hoc ſancto Concilio cum eodem domno Papa congregati, canonica cenſura, & eccleſiaſtica auctoritate, judicio ſancti ſpiritus damnamus, & irritum eſſe judicamus, atque omnino caſſamus, & ne quid auctoritatis, & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Quod ideo damnatum eſt, quod in eo privilegio continebatur, quod electus canonice a clero, & populo a nemine conſecretur, niſi prius a rege inveſtiatur, quod eſt contra Spiritum Sanctum, & canonicam inſtitutionem. Perlecta vero hac charta, acclamatum eſt ab univerſo Concilio. Amen, Amen, Fiat, Fiat*. Interfuere huic Concilio duodecim archiepiſcopi, centum quatuordecim epiſcopi, vigintitres Cardinales, plures Abbates, aliique innumeri eccleſiaſtici, & laici. Ante vero hoc concilium literas ad Guidonem archiepiſcopum Viennenſem, & legatum apoſtolicum, alioſque legatos dederat, in quibus hæc leguntur apud Baronium p. 92. *Scripta, qua in tentoriis, in quibus cum multitudine clericorum, & civium urbis, & totius provinciæ cuſtodiebamur pro libertate eccleſia, & pro abſolutione captivorum omnium, & pro excidio, quod eccleſia, urbi, & univerſa provinciæ, ſuperincumbente undique gladio, imminere videbatur de electione, ſeu de inveſtituris perſonarum facta ſunt, videlicet: Ut electione libera facta ſine vi & ſimonia, conſenſu regis, facultatem habeat rex inveſtiondi per virgam, & annulum, & electus a clero, & populo non conſecretur, niſi a rege inveſtiatur: ego canonica cenſura caſſa omnino, & irrita, judico, & ſub damnatione perpetua permanere decerno, ut nullius unquam auctoritatis ſint, & nullius bonæ memoria. Ea vero, qua ſacri apoſtolorum canones, & Antiochenum, ac univerſa concilia, & prædeceſſores noſtri; & præcipue felicis memoriæ domnus Gregorius, & Urbanus de his prohibuerunt, damnaverunt, ſtatuerunt, & firmaverunt, ego prohibeo, damno, conſtituo, & confirmo, & me illorum ſanctiones profiteor ſervaturum*. Cumque oborta in eccleſiis diſſidia ſedata haud eſſent, aliam cogere ſynodum adactus eſt Paſchalis A. 1116. in qua ſic diſſeruit: *Poſtquam dominus de ſervo ſuo fecit quod voluit, & me populumque Romanum tradidit in manus regis, videbam quotidie paſſim fieri rapinas, & incendia, cædes, & adulteria. Hæc, & hujuſmodi mala cupiebam avertere ab eccleſia, & populo dei, & quod feci, pro liberatione populi dei feci. Feci autem ut homo, quia pulvis ſum, & cinis. Fateor me male egiſſe: ſed rogo vos omnes orate pro me ad deum, ut indulgeat mihi. Illud autem malum ſcriptum, quod in tentoriis factum eſt, quod pro pravitate ſui pravilegium dicitur, condemno ſub perpetuo anathemate, ut nullius unquam ſit bonæ memoria, & rogo vos omnes, ut idem faciatis: Tunc ab univerſis conclamatum eſt: Fiat, Fiat*. Rata habita Gregorii VII. hac de re decreta, Excommunicati qui traderent, acciperentve Inveſtituras, confirmataque concilia provincialia a Legatis S. Sedis celebrata, in quibus diris Henricus V. devotus fuerat.

Suppl. Hiſt. Caſſi.

Haud tamen negaverimus exceſſiſſe Brunonem, cum Paſchalem traduxit, veluti hæreticum dogma protuliſſet, quamquam id bona fide, ac zelo libertatis eccleſiaſticæ præſtitit. In Brunonis ſententiam, ut oſtendit Cardinalis de Aguirre, in libro, cui Titulus, *Authoritas infallibilis, & ſumma cathedra S. Petri &c.* Diſp. XI. ſeſſ. 1. ivere etiam Goffridus Vindocinenſis, concilium Viennenſe ſub archiepiſcopo, & legato Guidone, cui inter alios epiſcopos S. Godefridus Ambianenſis, & S. Hugo Gratianopolitanus interfuere, concilium Lugdunenſe ſub Joſcerando, aliique plures epiſcopi, & concilia in Gallia tempore Gregorii VII. celebrata, & S. Anſelmus Cantuarienſis. Oſtendit deinde ſect. II., haud noviſſe Paſchalem II., privilegium a ſe imperatori conceſſum hæreſim ſapere; imo cum in concilio Lateranenſi Paſchalis II. inveſtituras damnaſſet, dixiſſetque S. Bruno: *Gratias agimus omnipotenti deo, qui dominum papam Paſchalem, qui præſenti concilio præſidet, audimus proprio ore damnantem illud privilegium, Quod pravitatem, & hæreſim continebat*. Ad hæc quidem cavillatorie ſubjunxit: *Si privilegium illud hæreſim continebat. Qui illud fecit, hæreticus fuit*: Joannes autem Cajetanus epiſcopus ad hæc commotus; Signino reſpondit. *Tunc hic, & in Concilio, nobis audientibus Romanum Pontificem appellas hæreticum? Scriptum quod fecit dominus Papa, malum quidem fuit, ſed hæreſis non fuit*. Et alter quidam adjecit: *immo nec malum dici debes. Quia ſi liberare populum Dei bonum eſt: quod dominus Papa fecit, bonum fuit. Sed liberare populum Dei bonum eſt auctoritate*

Evangelii, quo præcipimur animas quoque pro fratribus ponere. Ad hæc patientia domini Papæ horrendo hæreſis nomine pulſata, expergefacta eſt, & manu ſilentium indicens, diſſidentium clamores, & murmura tali oratione compeſcuit. *Fratres, & domini mei audite. Eccleſia iſta nunquam habuit hæreſim; imo hic omnes hæreſes ſunt conquaſſatæ. Hic Ariana hæreſis, quæ per trecentos fere annos viguit, annullata eſt. Ab hac ſede hæreſis Euthychiana, & Sabelliana contrita. Photinus, cæteriquæ hæretici deſtructi ſunt. Pro hac eccleſia Filius Dei in ſua paſſione oravit: Ego pro te oravi Petre, ut non deficiat fides tua*. Sectione III. oſtendit, nunquam definitum, inveſtituras laicas hæreſim eſſe, quamquam aliquo ſenſu hæreſis eſſe poſſint ex eodem, ſectione 4. Vid. Baronius, & Pagius A. 1075. 1076., & ſeqq., & potiſſimum Anno 1087. 1090. 1111. 1112. 1116. Mabillonius To. V. A. 1074. p. 72., 1087. p. 237., 1099. p. 403. 1105. p. 474. 1107. p. 503. 1111. p. 558., 559., & ſeqq. 1112. p. 568. & ſeqq. ubi authoritate notarii imperialis Gotfridi Viterbienſis demonſtrat, Paſchalem in concilio Lateranenſi rogaſſe, ut caſſum, irritumque vellent privilegium a ſe imperatori Henrico conceſſum, ſeque pontificatu deponerent, quam ob rem mitram, ac pallium depoſuiſſe. Hinc Gotfridus ſic patres Paſchalem alloquentes inducit:

. . . . . *priſcum tibi conciliamus honorem*
Tolle Pater mantum; curia tota manet.

Sogerius huic concilio præſens hæc ad rem noſtram in vita Ludovici Groſſi ſcribit: *ad Eremum ſolitudinis confugit, moramque ibidem perpetuam feciſſet* (loquitur de Paſchali) *ſi univerſalis eccleſia, & Romanorum violentiam coactum non reduxiſſet*. Eadem aſſerit Debertus apud Mabillonium. Vid. Card. Sfondratus de Regalia cap. 6. p. 20., & ſeqq. & p. 97. Hæc de inveſtituris controverſia, quæ quinquaginta ferme annis eccleſiam, atque imperium afflixerat, a Calliſto II. tandem ſedata eſt in concilio generali Lateranenſi anno 1122.

Poſt narrata quædam a S. Brunone, dum Abbas eſſet Caſſinenſis, acta, ejuſque cum Paſchali II. diſſidia, ſubdit Petrus Diaconus cap. 42. *Talis alloquutio inter Pontificem, & Abbatem invidiæ, & odii fomitem miniſtravit. Inter reliqua autem, quæ tunc contra eundem Abbatem locutus eſt, ait: Si non acceleravero tollere ei Abbatiam, futurum eſt, ut ipſe ſuis argumentationibus Romanum mihi tollat pontificatum, quapropter eidem Abbati ab urbe direxit epiſtolam, per quam mandat, quod non deberet epiſcopus ſimul eſſe, & Abbas, nec ulterius ferre ſedem apoſtolicam aliquem epiſcopum tam famoſiſſimæ Abbatiæ præeſſe. Fratribus etiam per Leonem Oſtienſem epiſcopum, & hujus cœnobii Monachum litteras miſit, in quibus præcepit, ut ulterius eidem viro obedientiam non exhiberent: ſed ſecundum deum regulariter ſibi Abbatem eligerent, quod ſi aliter agerent in omnibus cellis huic cœnobio ſubditis Abbates proprios ordinaret. Hoc ubi Abbas audivit, Fratres convocans, cœpit oſtendere illis diſſenſionem, quæ inter ſe, & pontificem pro cauſis eccleſiaſticis erat, ſimulque etiam monuit illos, ut, ſi vellent Abbatem, quem ipſe eligeret, & illos, & hunc locum pro ſuo poſſe protegeret, atque defenderet. Erat tunc in hoc monaſterio Frater quidam, Peregrinus nomine, natione Ligur, ſæculari aſtutia callidus, cui eandem Abbatiam dare decreverat. Quod cum Fratres præſciſſent, dixerunt Abbati. Quia quandiu ipſe vellet Abbatis jure præeſſe, omnes illi ut patri, & domino obedirent: ſin autem, Abbatiam vellet relinquere, electionem, quæ illis præcepto regulæ debebatur, nulli omnino contraderent, ſed ipſi antiquo more Abbatem ſibi eligerent. Hoc ubi ille audivit, putans ſe id violenter implere, armatos milites ad monaſterium cuſtodiendum in ſuum auxilium evocat. Die vero altero, Fratribus cum pace ad Miſſam celebrandam eccleſiam intrantibus, ſubito advenit diverſis armata telis multitudo furentium, & qui eſſent, qui voluntatem Abbatis nollent implere, quærentium. Fratres autem nimis hæc indigne ferentes, ac unanimiter ſuper illos irruentes, de monaſterio ejecerunt. Quod cum Abbati nuntiatum fuiſſet ad hoc monaſterium aſcendit, & ad ſe Fratres advocans, nolo, inquit, ut propter me inter vos, & Romanam eccleſiam ſcandalum oriatur, ideoque virgam paſtoralem, quam mihi tradidiſtis, recipite, & mox eam ſuper Altare ponens, Fratribuſque abſolutionem faciens, ad epiſcopatum ſuum reverſus eſt, ubi in ſancta converſatione feliciter, uſque ad Oderiſii ſecundi Abbatis tempora vivens, e mundo receſſit pridie Kal. Septembris. Sepultus vero eſt in Civitate Signia, in eccleſia S. dei genitricis, & virginis Mariæ, ad cujus memoriam miracula dominus patrare non deſinit uſque in hodiernum diem; &c.* Vid. Baronius A. 1111. p. 84. Mabillonius p. 559., & Pagius A. 1125. nu. 14., ubi hæc ſcribit: *Hoc anno mortuus eſt S. Bruno epiſcopus Signinus pietate, & doctrina clariſſimus &c.* Ughellius loc. cit., ubi Inſcriptionem hanc in cathedrali Signienſi poſitam refert:

Memoria æterna beati
Brunonis,
Quem Lucius III. Pont. Max.
Card., & Epiſcop.
Conventu
Signiæ in Eccleſia B. Mariæ,
Ubi defunctum corpus
Quieſcebat, inter Sanctos
Juſſit adſcribi.
Anno ab ejus abſceſſu 58.
S. P. Q. S.

Vid. Pagi loc. cit. Honorius III. A. 1223. die 18. Julii in eccleſia hac cathedrali, ſuis ipſe manibus conſecravit aram in honorem S. Brunonis, præſentibus pluribus Cardinalibus, & epiſcopis, quaſdamque viſitantibus quotannis Aram illam peccatorum expiationes conceſſit. Hac die ejus meminit Martyrologium Romanum, feſtumque duplex tota Signienſis diœceſis celebrat cum octava, atque hymnis, antiphonis, & lectionibus propriis, atque in monaſterio Caſſinenſi ejus officium ſub ritu duplici recitatur. Advertit Pagius, hunc haud mortis diem eſſe, quæ pridie Kal. Septembris, teſte Petro Diacono, evenit, ſed canonizationis. Qua tamen in re fallitur Pagius; nam ex Anonymo, ut mox dicendum, S. Bruno XV. Kal. Auguſti obiit. Vid. Wion, & Menardus in Martyrologio Benedictino die 31. Auguſti.

Anonymus reditum S. Brunonis ad epiſcopatum ſuum alio hoc modo refert. *In Caſſinenſi itaque monaſterio, exceptis paucis, qui manus ſuas lavabant inter innocentes, conventus erat malignantium Monachorum, qui profeſſionem monaſticam habitu præ-*

ſite-

fitebantur, ſed operibus negabantur &c. Hi ſiquidem diabolicis ſuperſtitionibus inſtigati in Abbatem ſuum conſpirationem facientes, ipſum apud ſummum pontificem accuſaverunt, ſcientes, eum indignationem domini papæ Paſchalis incurriſſe, eo quod beatus Bruno ipſum publice reprehenderat de privilegiis Henrico regi contra libertatem eccleſiæ, atque canonica ſtatuta conceſſis, dicens illa irritari debere penitus, & caſſari. Pro his, & ejuſmodi aſſertionibus ſummus pontifex indignatus, memoratis Monachis apoſtolicas litteras doctrinavit, mandans, ut beato Brunoni amplius non obedirent: ſed alium Abbatem ſibi eligerent, aſſerens eiſdem litteris, ipſum Abbatem ſimul Epiſcopum eſſe non poſſe, ex quarum continentia litterarum iidem Monachi occaſione accepta, illum non ſolum contumeliis, verum etiam verberibus animo irreverenti, & infrunito afficientes de monaſterio ejecerunt. Plerique tamen ex Monachis, qui ſpiritu dei agebantur, ſuper Patris injuria magno ſunt dolore commoti: ipſumque libenti animo revocaſſent, niſi timuiſſent mandatis apoſtolicis obviare. Quo vero hæc per ſummam injuriam, atque calumniam dicta ab Anonymo oſtendamus, illa quidem ſufficiunt, quæ ſuperiori, & proximo ſæculo de optimis Caſſinatium moribus, eorumque recta inſtitutione, & diſciplina diximus; ſed omnium maxime ipſemet Anonymus id perſuadet, nam ait primum: *Exceptis paucis; conventus erat malignantium monachorum*: ac deinde ſubdit: *plerique tamen ex Monachis, qui ſpiritu dei agebantur: &c.* Si plerique dei ſpiritu agebantur, quomodo, paucis exceptis, reliqui Monachorum conventus erant malignantium? An plerique, & pauci unum idemque apud Authorem hunc ſonat? Si certe plerique ſpiritu dei agebantur, ergo major cœnobii pars. Quid igitur S. Brunoni timendum? meminiſſe debuerat Anonymus, quæ paulo ante de S. Brunone tum privato Monacho dixerat. *Univerſi Fratres ſui, qui ſpiritu Dei agebantur, per ipſum invitati, & tracti currebant in odorem unguentorum ſuorum*: quomodo paucos poſt annos ſub Brunonis ejuſdem jam Abbatis diſciplina adeo a recta deflexerint via? Si plerique obſequentes Brunoni erant, quomodo a minori parte Monaſterio pulſus: ſubdit præterea Anonymus: *Plerique tamen ex Monachis &c. ipſumque libenti animo revocaſſent, niſi timuiſſent mandatis apoſtolicis obviare.* Juſſu itaque pontificis Caſſino diſceſſit Abbas, cui ne refragarentur Monachi, Abbatem abire permiſerunt. Si ergo ni pontificis juſſa obſtitiſſent, poterant Monachi Abbati diſceſſui moram injicere, qui ergo ſpiritu dei agebantur, major erat Monachorum pars. Petrus certe Diaconus, qui plura Caſſinatium vitia haud reticuit, qui ejectos a Monachis, quos miſerat S. Abbas milites memorat, qui ejus obſtitiſſe voluntati Monachos narrat, cum ut Peregrinium eligerent Abbatem vellet, haud certe verbera, aliaſque injurias S. Abbati impacta reticuiſſet, quæ ſibi certe pluribus de cauſis notæ eſſe debebant, ut ſupradiximus. Unus forte, vel alter Monachus correctiones S. Abbatis indigne ferens, in abeuntem dicterium aliquod jecerit, quo male affecti Signienſium animi adverſus Caſſinenſes epiſcopi ſui detentores, ut & Anonymus anſam criminandi acceperint, creſcente in vulgus rei fama, ut fit. Sed rem conficit S. Bruno ipſe, dum ait, ut in §. De Diſciplina Monaſtica dictum: *O ſi Regina iſta Saba &c. & ſi vel nunc venire poſſet, & videre domos ejus &c.* quo conſtat haud fuiſſe malignantium Monachorum conventum cœnobium Caſſinenſe, in quo diligenter adeo S. Benedicti regula obſervaretur. Ejuſdem furfuris eſt, quod narrat inde Anonymus de mulctatis ab ira vindice monachis, qui S. Abbatem pulſaverant.

Narrat tandem Anonymus B. Viri mortem hiſce verbis: *Cum autem tempus adveniſſet, quo Dominus Sanctum ſuum de preſentis exilii peregrinatione ad cœleſtem patriam vocare decreverat, B. Bruno tranſitum ſuum divina revelatione præcognoſcens, clerum, & populum ſignine civitatis ad ſe vocari fecit, exortatus eos ad viam ſalutis eternæ. Cumque ad eum populus conveniſſet, quia membra corporis ejus jam febrilis calor invaſerat, miniſtrorum manibus ſubſtentatus, & feneſtra ſua domus innixus populum expectantem, ſuæque doctrinæ ſitienta ſitientem de fidei conſtantia compendioſo, ſalubrique ſermone commonuit, oſtendens quoniam perſeverantis eſt ſalus. Nec aptus regno cælorum creditur,*
Luc. 6.
qui retro reſpicit, poſtquam ad aratrum manus miſit. Hinc eſt, quod Apoſtolus Gentium ea, quæ retro ſunt obliviſcens, in anteriora ſemper extenditur, donec ſupernæ vocationis bravium conſequatur. In veteri quoque teſtamento virtus holocauſti minuitur,
Phil. 3.
Lev. 3.
ſi cauda cum membris reliquis non crematur: Joſeph
Gen. 37.
Pſal. 140
niſi talarem tunicam indueret in polymita patri tunica non placeret. Hinc eſt etiam, quod ſacrificium veſpertinum Deo gratius eſſe perhibetur: quia, ut ſcriptura ſonat, finis, non pugna coronata. Præmia juſtorum pendent ex fine laborum. Salvator enim noſter, uſque in finem ſeculi cum ſuis fidelibus ſe perſeveraturum promiſit, ut tandiu perſeverare nos doceat, donec ſtatus in nobis melior conſumetur. Completo vero ſermone, prædixit, eis nullum de cætero tyrannum in Signina civitate turrim, vel quamlibet munitionem ad ipſorum jacturam, vel oppreſſionem ædificaturum: ipſoſque grata libertate, divini dono muneris perpetuis temporibus gaviſuros. Et his dictis, vale dicens omnibus, extenta manu, benedicit eis; deinde reverſus ad lectum, facta confeſſione, cœleſtiumque Sacramentorum perceptione munitus, migravit ad dominum, quintodecimo Kal. Auguſti, Anno V. Pontificatus domni Calixti papæ ſecundi, ſui vero epiſcopatus quadrageſimo quarto.
S. Bruno XV Kal. Auguſti obiit.
Corpus autem ejus ſepultus eſt in eccleſia Signina, cum debita reverentia, & honore, in qua deus pro ipſo jugiter miracula operatur. Aſtenſes, & Solarienſes, Anonymi authoritate freti, ſancti viri feſtum quinto decimo Kal. Auguſti ſolemni ritu celebrant ſuis in eccleſiis, in quibus ara S. Brunoni ſacra, quem utrique civem ſuum eſſe dicunt. Cumque eum ſibi ſocium vindicent canonici inſignis Metropolitanæ eccleſiæ Senenſis, a S. Rituum Congregatione facultatem impetrare nituntur celebrandi ejuſdem feſti. Quod Caſſinatibus ſummopere gratulamur ob auctam ſanctiſſimi Abbatis ſui gloriam.

S. Berardus.
Tertium inter illuſtres ſanctitate Caſſinates hoc ſæculo numeramus S. Berardum Aprutinum, ſeu Terami epiſcopum, cujus vitam Venetiis edidit A. 1601. Vincentius Monteſancto epiſcopus, & princeps Aprutinus. Illa ſic exorditur: *S. Berardi*

con-

confeſſoris epiſcopi Aprutini vita, & miracula deſumpta ex geſtis ejuſdem in pergameno folio deſcripta, & antiquitus conſervata in archivio Cathedralis Aprutinæ, & prædicari conſueta in dicta Eccleſia. B. Berardus ex illuſtri, genere Comitum Pallaanrea oriundus, cum toto ſua pueritia tempore Chriſto adhæſiſſet, in monaſterio Montis Caſini almifici patris S. Benedicti habitum ſuſcepit. In quo priores ſe (regularium mandatorum obſervantia) tranſcendere videbatur. Et cum ſe ipſum aliis imperfectiorem exiſtimaret, emulabatur in dies (ut ait Apoſtolus) chariſmata meliora. Quamobrem ad Monaſterium S. Johannis in Venere (in quo tunc dicta ſacra religionis vigebat obſervantia) ſuperiorum beneplacito tranſivit. Ibique virtutibus, ac vita ſanctitate adeo reſplenduit, ut ejus fama non ſolum ad adjacentes provincias, verum etiam ad exteras nationes advolaverit. Interea, mortuo Uberto Aprutinorum epiſcopo, convenientibus in unum canonicis cathedralis eccleſiæ, univerſiſque fere clericis, & proceribus Aprutinis (juxta morem dictæ eccleſiæ) unanimiter eum in epiſcopum elegerunt. Electione autem prædicta per ſummum pontificem confirmata de monaſterio illum (licet nimis reluctantem extrahentes, ad epiſcopalem pertraxerunt ſedem, in qua ita ſe geſſit, ut ſuæ profeſſionis obſervantiam minime præteriret, (& demptis corporis neceſſitatibus) paſtorali cura totum vitæ ſuæ tempus daret. Pater erat præcipue pauperum, & miſerabilium, afflictorumque ſolatium; cumque ſingulari cordis ſimplicitate, pietate, & charitate Paſtoris functus eſſet officio, anno domini MCXXII. ſui vero præſulatus anno ſeptimo, quartodecimo Kal. Januarii a domino vocatus cœlos advolavit. Ad oſtendendam autem hujus beati viri ſanctitatem, non defuere miracula; ita ut per varia orbis climata diverſorum morborum gravitate detenti, quandoque ad ſepulchrum ejus, & ad ejus clementiam implorandam catervatim concurrerent. Nullus etenim tam gravi infirmitatis mole, aut itineris longitudine impediri potuit, quod ipſius precibus incolumitatis vigorem non reciperet. Quædam referuntur miracula, quæ inter: *Tempore quoque Guidonis Aprutinorum præſulis anno trigeſimo ab obitu S. Berardi, regnante rege Rogerio Teramaenſis civitas quondam Roberti de Lorotelli Comitis bellorum incurſionibus, pugnarumque jurgiis, ac combuſtione ferventi, tota combuſta eſt; & eccleſia, in qua S. viri corpus venerabatur, eodem ardore ſuccenſa, & edificiis deſtituta funditus obruit. Præfatus itaque Guido videns ipſam eccleſiam ad ſtatum ſuum priſtinum poſt tam gravem ruinam reduci non poſſe, aliam centum fere paſſibus a priori diſtantem inchoavit. Dum his, & aliarum rerum ſolicitudine angeretur, & ipſius Berardi confeſſoris minus devote celebraretur memoria, tantum oculorum incurrit dolorem, ut illorum luce penitus careret, cum ipſi oculi quaſi propriis locellis præeminentes ex tumore frontem ſuperare viderentur. Qui cum ob ipſam infirmitatem medicos per ſingulas provincias ſollicitaſſet, & eorum curam expertus, nulla poſſet infirmitati invenire juvamina, inde liberari diffidebat. Demum divi Berardi ſanctitatem, & ejuſdem celebrationis oblivionem ad mentem revocans ejus miſericordiam lacrimabiliter depoſcebat. Proſtratus itaque hujuſmodi fundebat preces: Deus noſter refugium, & virtus, adjutor in tribulationibus, qui me ex nihilo creare, & proprio ſanguine redimere dignatus es, non me in iratua arguas, neque in furore tuo corripias, ut vita mea miſera, & infelix taliter deficiat, ſed per beatiſſimum famalum taum Berardum indulgentia manum ſuper me imponere digneris, ut quem in terris, te donante, patrem, & paſtorem cognovi, eundem interceſſorem, te largiente ſentiens, ejus merear precibus liberari. Tunc S. Berardus oculos ejus in proprias ſedes reduxit, ac prioris lucis reſtituit vigorem. &c. Interea cum Amalfitanorum eccleſia ſuo eſſet deſtituta paſtore, ſupradictus Dionyſius ad illius eccleſiæ præſulatum vocatus eſt. Et eccleſiæ Aprutinæ, loco ejus, præeſſe cepit Atto, (jam S. Flaviani Archipresbyter,) Qui cum (propter canonicorum abſentiam, & civitatis combuſtionem, & eccleſiæ rainam) S. Viri corpus minus ſolemniter venerari conſpiceret, jugiter cogitare cepit, qualiter in ejus laude ad ſepulchrum ejus aſſidue permaneret. Quod ergo animo conceperat, Canonicis ſuis pandis, & unanimi eorum, & capitali conſenſu, beatiſſimi confeſſoris corpus ad ſuperiorem eccleſiam transferre decrevit, terminumque dictæ translationis præfixit. Statuta igitur die fere provincia tota tantæ exultationis gloria devotiſſime convenit. Tunc præſul paſtoralibus indumentis ornatus, ad locum, in quo Sancti corpus jacebat, acceſſit, & illud in ſuis ulnis devote ſuſcipiens, (turba circumſtante, laudes domino referente) ad ſuperiorem eccleſiam ſolemniter deportavit. Et in ea, juxta ſiniſtrum angulum venerabiliter recondit. Ubi quædam mulier dæmoniaca in conſpectu multorum civium tres carbones evomuit. Et cum in terram collapſa aliquantiſper veluti exanimis jacuiſſet, penitus liberata ſurrexit. Et poſt quadringentos annos ad aliam decentiorem locum translatum eſt, ubi, deo propitio, plurima largiuntur beneficia. Brachium autem, & caput ipſius in thecis argenteis honorificentiſſime conſervantur. Et de eo (a tempore, cujus hominum memoria non exiſtit) divina officia in cathedrali Aprutina recitantur, ſacraque celebrantur, ut de confeſſore pontifice. Et die 19. Decembris ejus feſtum magna cum veneratione, uti de præcepto ſervatur; ad laudem Omnipotentis dei, cui honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ eandem vitam compendio refert die 19. Decembris, atque ait: *Adoleſcens habitum monaſticum in cœnobio Caſſinenſi indutus: &c.* Idem præſtat Ughellius in deſcript. Epiſcop. Aprutin., col. 355., nu. 14. atq; advertit, Guidonem novæ urbis Terami authorem, eandem cum territorio ſuo in phœudum obtinuiſſe a Guillelmo I., cum principis titulo, quem modo etiam retinent epiſcopi pro ſe, ac ſucceſſoribus ſuis. Cardinalis Baronius in fine anni 1122. p. 153. hæc de Berardo noſtro ſcribit: *Hoc eodem anno, XIV. Kal. Januarii, migravit ex hac vita S. Bernardus (legendum Berardus) epiſcopus Aprutinus ſeptimo ſui epiſcopatus anno, hujus temporis lucerna ſuper candelabrum poſita, ardens, & lucens in eccleſia Dei. Hic enim ex monacho Benedictino ad epiſcopatum invitus aſſumptus, egregia claruit ſanctitate, illuſtratuſq; eſt miraculis, ut ejus res geſta tunc ſcripta declarant.* Vid. Wion & Menar. in Martyr. Monaſt. die 19. Decemb. atq; hic lib. 2. in obſervat. ad idem Martyr. p. 779.

Petrus Diaconus in libello de Vita, & Obitu Juſtorum Caſſinenſium hæc de Almanno ait Almannus

ait cap. 51. *Almannus in Caſino Monachus fuit, cujus profecto quantum deo placuerit vita, exitus illius patefecit. Hic igitur e Melphia, de qua ortus fuerat ad hoc cœnobium veniens diſtrictiſſime ſatis, & continentiſſime vixit, omnibus enim noctibus juxta eccleſiam S. Andreæ apoſtoli nudus permanens, duris ſcoparum ictibus pſalmos canens, ſemetipſum affligere non deſinebat. Gerardi autem Abbatis tempore, cum idem vir nocturno tempore eſſet defunctus, Nicolaus Cellararius foris monaſterium manens, elevatis oculis, vidit tectum cœnobii de ſuper aperiri, & ex eo maximum globum ignis egredi, atque in cœli alta deferri: ſtatim vero ad monaſterium nuntium midtens, invenit ea hora fuiſſe Almanni obitum, qua globum ignis de monaſterio egredi, cœlique alta petere vidit. Hanc autem viſionem, ſicut Cellararius a foris, ita & Carbo in Monaſterio poſitus vidit. Hic vero quandiu vixit, tribus diebus in epdomada panem, & aquam comedit, & nunquam, niſi certa ſolvit feſtivitate jejunium.* Vid. Wion, & Menardus in Appendice ad Martyrologium Monaſticum, & Mabillonius P. II. Sæc. VI. Bened. p. 624.

Sergius. De Sergio hæc ſcribit Petrus Diaconus ibidem cap. 59. *Sergius Caſſinenſis Monachus, natione Amalphitanus, dum Girardi Abbatis in tempore vita decederet, Gregorium ejuſdem cœnobii presbyterum roguvit, ut eum non dimidteret, qui poſtulationi ejus obtemperans, cum eo permanſit, cum vere vita ejus appropinquaſſet, jam ultimam horam reſpiciens, vidit beatiſſimam dei genitricem Mariam ad ſe venientem, ilicoque manus ſurſum erigens, clamare cœpit: Domina meu: Domina mea, quem interrogates quid videret, ait: Numquidnam non beatiſſimam virginem Mariam videtis? Hic nempe eſt. Hæc cum dixiſſet animam exalavit.* Eadem narrat Petrus lib. IV. Chr. Caſſin. cap. 58. Vid. Wion, & Menardus in Appendice I. & Menardus in Obſervat. ad eam lib. I. p. 442.

Azzo. De Azzone hæc ſcribit Petrus cap. 60. *Azzo Caſſinenſis Decanus Campania provincia oriundus fuit, qui dum a Gyrardo Abbate Sardiniam miſſus fuiſſet, in redeundo ad monaſterium captus a Sarracenis aput Africanam provinciam ductus in captivitatem eſt. Hic igitur dum in eadem provincia defunctus fuiſſet, corpus ejus in eccleſia beatæ Mariæ ante Altarium ſepultus eſt. Factum eſt autem intempeſta noctis ſilentio Sarraceni inde tranſeuntes, dum luna radios ſuos emidteret, viderunt eum foris juxta oſtium baſilicæ ſedentem, librumque in manu tenentem. Tunc illi obſtupefacti alios Sarracenos clamare cœperunt dicentes: Currite citius currite, huc properare ſtudete: nam prasbyter Chriſtianorum, qui in iſto menſe mortuus eſt ante oſtium eccleſiæ ſedentem conſpicimus; hoc igitur reliqui audientes, portas civitatis egreſſi illuc tendere feſtinarunt. Cumque ad eum appropinquaſſent, vir domini inter limen, oſtiumque baſilicæ ingreſſus, nuſquam comparuit. Quadam vero die Manſionarius ingreſſus eccleſiam repperit lampadem, quæ ſuper ſepulcrum ejus pendebat, ardentem. Tunc iratus puerum, qui ei jugiter in eccleſia ſerviebat, vocavit, eique dixit: Cur lampadem accenſam reliquiſti? Ad quem puer reſpondit. Ego quando eccleſiam clauſi, lucernas omnes extinxi; iſtam autem quis accenderit, ignoro, animadvertens autem vir ille, quod in re erat, lampadem extinxit, eccleſiam clauſit, alioque die ingreſſus eccleſiam eam ardentem repperit. Hoc igitur dum ſepius fieret nuntiatum eſt regi Sarracenorum, qui in re inſolita admiratus, & putans a Chriſtianis iſta confingi, deſtinat Sarracenos, qui lampadem extinguerent, oleumque exinde traherent, quod dum factum fuiſſet, alio die eccleſiam ingreſſi, lampadem lucentem, atque aquam in morem olei ardentem invenerunt, qui prapete curſu inde egredientes ad regem venerunt, & cuncta, quæ viderant, per ordinem pandunt. Tunc rex lampadem extingui, & Sarracenos die, ac nocte Eccleſiam cuſtodire præcepit, ne quis Chriſtianorum ibidem intraret, qui præceptis ejus parentes eccleſiam cuſtodire cœperunt. Nocte autem adveniente, Sarraceni, qui eccleſiam obſervabant oculos in cœlum levantes, ſtellam de cœlo ſuper lampadem eccleſiæ radiantem aſpiciunt, Tunc obſtupefacti, fores eccleſiæ reſerant, lampademque lucentem aſpiciunt, curſuque celeri ad regis tendentes palatium, ſeriatim quæ viderant narrare cœperunt. Rex vero ſuorum talia dum audiſſet ab ore, dictis derogans fidem, lampadem extingui, & eccleſiam ſicut prius cuſtodiri præcepit, exurgenſque, ad domum Gallifæ, quæ eccleſiæ imminebat, perrexit, cumque jam nox adveniſſet, levatis in cœlum oculis, vidit ſtellam ſuper lampadem eccleſiæ radiantem, eandemque radio ſuo accendentem, ſtatimque Sarracenos ad eccleſiam midtens, lampadem ardentem reverſi nuntiarunt. Tunc rex proponit edictum, ut Chriſtiani liberam in eccleſia ingrediendi facultatem haberent. Amen.* Eadem narrat Petrus lib. 4. cap. 51. Vid. Wion, & Menardus in Appendice I. ad Martyr. Monaſt. Pagius A. 1114. nu. 3. poſt relata, quæ de Petro attulimus, ſubdit: *Angelus e Nuce novæ editionis author recte notavit, hunc Califam non fuiſſe regem, quod rex Calamenſis, inquit, acceſſiſſe dicitur ad domum Callifæ; diverſus ergo a rege Callifa. Idem Angelus, ac Ducangius in Gloſſario, voce Chalipha animadvertunt Califa nomen non tantum ſupremis Sacerdotibus, ſed quibuſcumque etiam aliis, a Saracenis principibus attributum fuiſſe. At cum ex hoc Petri Diaconi loco appareat, Callifæ domum eccleſiam liminuſſe, ſeu eidem adjeciſſe, veroſimile non eſt, ſermonem ibi eſſe de præcipui doctoris, aut presbyteri Mahometani domo, ſed de domo paſtoris, aut epiſcopi eccleſiæ chriſtianæ qui Arabico nomine, & more recepto Saracenorum, Callifa nuncupabatur. Hoc enim tempore Callifæ Babylonienſes, & Bagadenſes omnem auctoritatem amiſerant, eiſque Pontificatus tantum umbra ſupererat. Hæc annotare viſum, quia extinctionis fidei chriſtianæ in Africa tempus hactenus non ſatis explicatum. Porro ut habet Novveirius hoc anno Calamenſis rex* Al Aziz bellah *vocabatur, & pronepos erat Annaſiris regis, qui chriſtianis favit, Gregorio VII. eccleſiam Romanam regente, ubi A. 1076. monſtravimus.*

De Johanne Monacho hæc ait Petrus Diaconus Johannes: cap. 63. *Johannes Gagetanus Caſſinenſis Monachus cum aput domum infirmorum in extremo vitæ poſitus jaceret, Georgius Manſionarius in ſecretario dormiens, vidit magnam Fratrum multitudinem quaſi ad proceſſionem euntium ab orientali parte hoc ingredi monaſterium, eoque ad hanc viſionem mirante, unus dixit: ad ſuſcipiendum Johannem venimus; hoc dicto, ſtatim ſignum quo Fratrum obitus ſignificatur.*

Digitized by Google

oatur ſonuit, feſtinanſque invenit eum jam rebus humanis exemptum, intellexitque magni meriti Johannem fuiſſe ad cujus animam ſuſcipiendam illa ſanctorum Congregatio adveniſſet.

Petrus Cuculus. De Petro Cuculo hæc ait idem Petrus cap. 64. *Petrus, cui Cuculus cognomen fuit dum converſionis gratia Caſinum veniſſet ad eccleſiam S. Severi, quæ in hujus latere montis ſita eſt, ei obviam diabolus factus eſt, dicens: Tu quidem mea jura relinquens ad Benedictum confugium facis. Ego autem corpus tuum ſicut quondam Job a Deo expetens flagellandum accepi, licet animam ſub tante patrono conſtitutam, lædere nullo modo prævaleam, quod poſtea liquido patuit, nam ille huc veniens, uſq; in vitæ terminum religioſiſſime vixit, corpus tamen ejus crebris, & validis cruciatibus eſt ſemper depreſſum.* Vid. Wion, & Menardus in Appendice ad Martyrol. Monaſticum.

Johannes Ravennas. De Johanne Ravennate hæc ſubdit Petrus cap. 66. *Johannes de Ravenna Caſſinenſis presbyter, natione Ravennas, qualis, quantuſque fuerit, quantumque, ejus in vita ipſius apud omnipotentem valeret oratio, eſt dignatus Dominus oſtendere; nam Girardi Abbatis temporibus dum Sennes Capuanæ eccleſiæ archiepiſcopus defunctus fuiſſet, idem archiepiſcopus prædicto Abbati per viſionem apparuit: Cui Abbas ait: Quomodo es? & ille: diu eſt, quo in igne crucior. Set ſi Johanni de Ravenna, & Johanni de S. Angelo præceperis, ut pro me redemptori omnium hoſtiam offerant, ab his cruciatibus liberabor.* Vid. Wion, & Menardus in Append. ad Martyr. Monaſticum.

Randiſius. De Randiſio hæc habet Petrus Diaconus cap. 65. *Randiſius Caſſinenſis Monachus, ac Burrelli Comitis filius, qui per triginta annos piſtrinum tenuit, dum Ydropicus factus fuiſſet, ad mortem veniens, vidit S. Protomartirem Stephanum cum innumerabili turba ad ſe venientem. Quod dum narraſſet, confeſtim ſpiritum reddidit.* Vid. Wion, & Menardus in Append. ad Martyrol. Monaſt.

Alphanus. Petrus Diaconus loc. cit. cap. 53. hæc de Alphano ſcribit: *Alphanus Caſſinenſis Monachus antequam vita decederet, vidit per viſum Scalam a pede lectuli ſui ad cælum uſque tendentem. Cumque hac viſione ſtuperet attonitus, quidam Abbati juſta eum ſtantes dixerunt: aſcende per ſcalam ſurſum, cumque jam ad ſummitatem ſcalæ perveniſſet, vidit duo gradus in ea deeſſe, ſtatimque ab Abbate ſurſum raptus in domum ingenti lumine coruſcantem inducitur. Evigilans autem dum hæc Fratribus retuliſſet, ſuum habitum reſeravit, ac poſt non multos dies diem clauſit extremum. Hujus autem vita talis extitit. In quadrageſima nunquam in lecto quievit, bis in epdemada comedit, pſalmi ex ore illius non receſſerunt.*

S. Lidanus. Vitam S. Lidani, ſeu Ligdani ſcripſit Dionyſius Monachus Caſſinenſis teſte Baronio A. 1118. p. 133. hiſce verbis: *Moritur & eodem tempore S. Lidganus Abbas Ordinis S. Benedicti, qui in Monaſterio S. Ceciliæ in agro Setino vitam duxit ad ſanctitatem accommodatam, claruitque vivens, & poſt mortem miraculis. Scripſit res ab eo geſtas Dionyſius Monachus Caſſinenſis, ſed eas mendis obſitas legiſſe nobis contigit.* Eam vitam primum in lucem edidit Italica lingua Johannes Rho e Societate Jeſu Romæ A. 1641. e M. S. codice collegii Ordinis ſui apud Setiam, eamque, ut erat, latine ſcriptam Socii Bollandiani To. I. Julii die 2. p. 243., & ſeqq. intexuere, ex eodem mſ. erutam, & quantum ad primam partem comparatam cum mſ. codice Abbatis Ughellii. Ea ſic incipit: *Incipit legenda beati Lidani confeſſoris de civitate Antena, regni Siciliæ de provincia Aprutina, ex patre, nomine Gentilis, uno ex dominis dictæ civitatis; & ex Matre nomine Cecilia, ex nobili progenie, de domo Avellarum. Qui Lidanus cum eſſet unigenitus ſupradictorum parentum, & ætatis novem annorum, accenſo corde ſuo gratia ſpiritus Sancti, cum voluntate patris, & matris ipſius ingreſſus extitit Ordinem B. Benedicti Caſſinenſis, & ibidem profeſſionem perfecit. Cum igitur perveniret ad ætatem decem, & ſeptem annorum, mortui ſunt parentes ipſius, relicto ſibi per eoſdem univerſo patrimonio ipſorum, & parte dictæ civitatis; redeunte ergo ipſo Lidano ad civitatem prædictam, & infuſa in anima ſua gratia ſpiritus Sancti, auditoque ſermone beati Johannis apoſtoli, ſibi recitate a Chriſto, dicentis; Quicumque vult ſalvus eſſe; oportet, quod teneat catholicam fidem, & vendat omnia bona ſua, & det pauperibus, & abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur Chriſtum. Qui Lidanus ſpretis, & totaliter neglectis pompis, ac divitiis hujus miſeri, & caduci ſeculi, & falſorum prophetarum; vendidit omnia bona ſua, & partem eum tangentem dictæ civitatis; & divine inſtigatus Spiritu, cupiens terrena omittere, & æterna poſſidere, direxit greſſus ſuos verſus partes maritimæ territorii civitatis Setinæ, & inſpectis, Silvis, lecis, paludibus, & nemoribus ipſarum partium, in quibus melius, habilius, forte ſtabilius, & honeſtius ſtare poſſet in ſervitium omnipotentis dei; fuit ſibi divinitus revelatum, ut moram ſuam traheret in loco, qui vulgariter dicitur ad tres arcus, juxta montem Anxonani per modica ſtadia: juxta quos arcus, ob reverentiam B. Ceciliæ Virginis, & nominis matris ſuæ cum licentia Pollidii tunc epiſcopi Setinæ civitatis ædificari fecit quoddam monaſterium Monachorum Ordinis ſupradicti, ſub vocabulo B. Ceciliæ Virginis, de pecunia recondita de ejus patrimonio. Quo conſtructo pariter, & perfecto, in quo erant arduiſſima loca, videlicet nemora, Silva, & paluſtres: ibidemque facere cœpit arduiſſimam pœnitentiam, una cum Monachis Fratribus ſuis, omni tempore, una comedendo, & bibendo panem, & aquam, abſque alia carnium cibaria: jejunando congruis temporibus, & diebus, juxta ſanctorum Patrum inſtituta, & divinarum ſcripturarum. Et ſingulis temporibus, & diebus ſanctis perfecta miſſarum, & divinorum officiorum celebratione in choro dictæ eccleſiæ cum monachis memoratis ante cibi aſſumptionem intrabat cellam ſuam ſecretam, & expoliatus, nudis carnibus ſe percutiebat cum fruſta pinligia ob reverentiam paſſionis Chriſti, recordatus de verbo Apoſtoli Pauli XII. Capitulo; Caſtigo carnem meam, & ipſam in ſervitutem redigo; &, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Hanc autem vitam ſervavit in monaſterio ſupradicto ſeptuaginta duobus annis, uſque ad tempus Gelaſii Papæ ſecundi. Qui cum multa faceret miracula in vita ſua, ut inferius continetur, & in proceſſu ſuæ legendæ enarratur . . . . . Cum igitur diem ſuum clauſit extremum ſexto nonas menſis Julii, reportatum fuit corpus ejus ad Setinam civitatem per Druſinum tunc epiſcopum civitatis ejuſdem*

cum

Digitized by Google

eum clero, & populo, cum maximo honore, & ſolemnitate, & devotione, & ſepultus ſub altari majore eccleſia S. Mariæ de civitate Setina. Caput vero corporis ſui reconditum fuit in ſancta Eccleſia memorata, cauſa ipſum oſtendendi devote hominibus, & populo dictæ civitatis, quolibet anno in die obitus ſui Conſtat ſanctum hunc virum Antena urbe natum, quæ modo: *Civita di Antino*: diœceſis Soranæ in provincia Aprutii ultra dicitur, quamquam incolis pene deſtituta, parvum oppidum quinquaginta focis conſtans evaſit, ut ex lib. Deſcript. cenſuum Fiſcalium regni Neapolitani p. 95. A. 1669. factæ. Meminit urbis Antenæ Petrus Diaconus lib. III. cap. 61. in hæc verba: *Idem fecit & Rainaldus filius Obberti de civitate Antena cum parentibus ſuis, de S. Petro in Murini, & S. Lucia in Rendenaria, cum omnibus pertinentiis illarum.* Ejuſdemque mentio eſt in earum eccleſiarum donatione, quæ ſic incipit: *In nomine domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt milleſimo ſexageſimo terciodecimo, & dies menſe September, indiceione tercia. Ideo conſtat me Rainaldus filius Obberti, cum ſuis fratribus, & Johannes filius Boni, cum totis meis fratribus, & Bernardum filium Rocteris cum ſuis fratribus nobiliſſimi ſemoribus, qui ſunt habitatori in Orbetu; in ipſa civitate, quæ Antena bocatur, bona, & expontanea noſtra voluntate omnes noſtros parentes &c. donamus, & concedimus dua eccleſia, quæ nos habemus in Orbetn; prima eccleſia S. Petrum ſupra ipſum Morenu, cum omnia quantum hodie tenet, dominat, cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, & alia eccleſia S. Luciæ, quæ eſt prope de ipſo caſtellu Rendenara, cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, ambo ſupraſcripta eccleſiæ, cum introitu, & exitu ſuo donamus ad ipſum Monaſterium Sancti Benedicti, qui eſt poſitus in caſtro Caſino, &c.* Mutius Phœbonius in hiſtoria Marſorum lib. III. cap. 3. p. 119., & ſeqq. de Atinatibus, ſeu Antinatibus agens, hæc ait: *Extat modo ex non ſpernenda civitate non ad faſtigium montis, ad cujus radices Lyris amnis tranſcurrit, ſed ad dorſum, in quo medio fere aſcenſu inclinatur, ſpatiumque ad inhabitandum, antequam altius extollatur præbet, parvum Oppidum prope Morream in valle Rubeti Civita de Antina, &c.* & p. 121. *Antinates enim, & non Atinates, ut Plinius poſuit; unde & illius textus reponendus cum in errorem irrepſerit. Quorum caput erat ipſa civitat Antina in Apennini, ut diximus dorſo in ſinu, qui incolentium Civium numeroſitatem caperet muro ex quadratis, & exciſis lapidibus cincta, quorum adhuc veſtigia remanent, &c.* Et infra: *Municipiorum jure gaudebat, ut indicat lapis ibi in quo, & de Antina, & de Decurionibus mentio habetur.* Memoratam deinde, atque aliam inſcriptionem refert. De eadem urbe agit eruditus Petrus Antonius Corſignanus de Viris illuſtribus Marſorum p. 92., & ſeqq. ubi inſcriptionem etiam refert Mariæ Montanæ Antinati poſitæ. Haud itaque Siculus fuit memoratus S. Lidanus, ut contendit Octavius Cajetanus in Vitis SS. Siculorum To. II. p. 57. apud Janningum, neque ex urbe Atinæ fuit, ut credidit Johannes Rho, & Janningus nu. 3. 4., & 5. Comment. in Vit. ejuſdem ſancti. In ſecunda parte vitæ S. Lindani plura ab eo patrata, dum viveret, miracula referuntur, ex quibus unum hic dumtaxat laudabimus: *Mulier quædam de Nimphano civitate, quæ conſanguinitate B. Lidano conjuncta dicebatur, dum quadam nocte ſuum infantem juxta ſe extinctum, ſeu mortuum reperiſſet, flens, & ululans, mane facto, ad venerabilem Lidanum Abbatem, pœnitendi cauſa, feſtinare curabat. Mox vir ſanctus Spiritu ſancto mente concepto, intellexit, quod ſua propinqua ad eum veniret; miſit ei obviam, ne ulterius accedere præſumeret. Quæ cum nulla ratione vellet talibus præceptis pariter, & dictis acquieſcere, vir ſanctus per Spiritum Sanctum hoc ipſum agnovit, & rurſum miſit contra eam, ne ſibi, & monaſterio ſuo amplius appropinquaret; quoniam hujus judicii examen trutina epiſcoporum pendere affirmabat, non Monachorum. Quibus etiam euntibus, incredula mulier non eſt reverſa, ſed firmo gradu properans, dicebat: Moriar, an vivam, ad eum venire non deſtinam. Quam cum vidiſſet venerandus pater, & Abbas, increpando in hæc verba rupit: Hæc eſt ſuperbia mulierum, quæ neſciunt verecundari. Illa autem ſuſpicans ait: Mi pater, ne dedignes peccatrici mulieri auxilium præſtare. Quam verecundus Abbas ſalutiferis admonitionibus inſtructam remiſit cum dei benedictione: Vade, quod invenies filium tuum vivum. Illico autem illa recedens, ac ferventer fidem gerens in dei ſervum, ſtatim cum applicuit ad Nimphanam civitatem, ad domum ſuam, invenit filium ſuum infantulum caſu præmiſſo ſuffocatum, vivum precibus, & orationibus Abbatis prædicti.* Tertia vitæ pars, quam Janningus a Johanne Setienſi epiſcopo compoſitam credit, plura poſt mortem ab eo patrata miracula continet. Ejus corpus ſub ara majori collegiatæ eccleſiæ Setienſis, quæ archipresbytero, archidiacono, præpoſito, & duodecim Canonicis decorata eſt, veneratur capſæ marmoreæ incluſum, cum hac inſcriptione: *Corpus B. Ligdani Abbatis, & confeſſoris civitatis Setinæ patroni quingentis annis maxima cum veneratione in hoc templo aſſervatum, Fabricius Peruſinus, epiſcopus Tarracinenſis ad altare majus inſigniori loco ædificatum, augendæ devotionis cauſa, apoſtolica auctoritate, apparatu, & pompa celeberima, publico ſumptu tranſtulit, die XVIII. Junii, anno Domini MDCVI. Pauli Papæ V. Pontificatus II.* Hujus Sancti feſtum de præcepto ſub ritu duplicis primæ claſſis cum octava celebratur die 2. Julii in urbe Setienſi, atque in ejus pervigilio, magna cleri ſæcularis, ac regularis ſupplicatione, S. Viri caput thecæ argenteæ incluſum per urbem circumfertur. Vid. Ferrarius in Catal. SS. Italiæ p. 404., & in Catalogo univerſali die ſecunda Julii, Claudius Caſtellanus in Martyrologio univerſali, Wion, & Menardus in Martyr. Bened. die 2. Julii, atque lib. 2. Obſerv. p. 617.

Oderiſius I.

De Oderiſio I. Abbate Caſſinenſi hæc ſcribit Petrus Diaconus lib. IV. cap. I. *Hic ex Marſorum Comitum origine ſanguinis lineam ducens, in ipſo ſuæ pueritiæ tempore, dum in hoc Caſſinenſi cœnobio a reverendæ memoriæ Richerio Abbate ſuſceptus, & habitu ſanctæ converſationis indutus fuiſſet, cernens eum ſupradictus Abbas luxum ſeculi ſpernere, divinis lectionibus intentum eſſe, contemplativam vitam inianter appetere, & regularis vitæ egregium ſectatorem, & Caſſinenſem Abbatem illum futurum eſſe prædixit, qui a prædeceſſore ſuo ſancta, ac ſemper vene-*

Digitized by Google

venerandæ memoriæ Deſiderio, qui & Victore papa præpoſitus hujus loci ordinatus, dum idem pontifex, ſicut ſupra retulimus, graviter infirmatus ad hunc locum veniſſet, in Capitulo Fratrum ſe deferri in lecto præcepit, ibique in præſentia Epiſcoporum, & Cardinalium, qui cum eo erant, admonuit Fratres, ut juxta quod beati Benedicti Regula præcipit, Abbatem ſibi de ipſa Congregatione eligerent. Fratres vero, habito conſilio, omnes pari conſenſu Oderiſium ad tantum ordinem recipiendum dignum proclamantes elegere, quod cum ſupradicto Papæ Victori retuliſſent, ipſe voluntatem eorum, & electionem valde laudabat, eundemque protinus vocari faciens, omnino invitum, & renitentem, & virtute, qua poterat obſiſtentem, ſeque infirmum, & neſcium tantum Ordinem regere, voce, qua poterat, proclamantem, & per ipſum Deum, ne hoc faceret obteſtantem, per virgam, & regulam de Abbatia eum inveſtivit. Et lib. de Viris Illuſtr. Caſſ. cap. 28. ait Petrus: *Odoriſius primus Caſſinenſis Abbas humilitate ſummus, caſtitate pudicus, ſpirituali lumine præditus &c.* Quanta fuerit Oderiſii erga mortuos pietas, ſatis oſtendunt, quæ de inſtitutis ab eo ſuffragiis in §. 1. dicta ſunt ex Petro Diacono cap. 4. lib. 4. Chr. Caſſ., ubi quoque cultam a viris potentibus ejus amicitiam demonſtravimus, potiſſimum ab Alexio CPno. imperatore. Dum Abbas hujus cœnobii eſſet, ad S. Benedicti limina venere viri principes Robertus Comes Belgii, Robertus Comes Normandiæ, & Hugo dictus Magnus, Frater Ludovici Galliarum regis, cum magna hominum manu ad recuperandam Palæſtinam ituri, atque Monachorum ſeſe orationibus commendarunt, ut fuſius infra dicemus. Bis etiam ejus tempore Caſſinum adiit Urbanus II., primaque vice celebri miraculo a S. Benedicto dolore ilii liberatus eſt, ex Petro Diacono cap. 5., & 7., ampliſſimumque privilegium conceſſit, atque monaſterium Glanafolienſe Caſſinatibus ſubdidit, cap. 57., & 18., quo conſtat, diſciplinam monaſticam exactiſſime apud eos ſervatam, cum illis monaſteria ſubjicerentur adeo longe diſſita, & ampla, quæ reformatione indigerent. Pluribus ædificiis monaſterium auxit, Eccleſiam S. Andreæ intra ſepta cœnobii noſtri conſtruxit cap. 3., illam S. Martini ab anteceſſore ſuo Deſiderio cœptam perfecit, atque dedicandam a ſex epiſcopis curavit, cap. 8. quemadmodum & illam S. Andreæ cap. 9., atque illam S. Stephani a ſe conſtructam ab epiſcopo Terracinenſi Benedicto, in qua corpora quatuor diſcipulorum S. Benedicti inventa, nempe SS. Paulini, & Auguſtini, cum duobus aliis, cap. 23. Ampliſſimæ ſub ejus regimine cœnobio noſtro donationes factæ cap. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 55. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 24., & 25. Magna animi conſtantia cœnobii bona vindicavit, potiſſimum adverſus Raymundum Ridellum, qui Fractarum oppidum occupaverat. Nam & illum anathemate perculit, a qua, quamquam vi armata, recuperato oppido, abſolvi non potuit, niſi nudis pedibus, petita venia Oderiſio Capuæ cum Urbano II. commorante, cap. 9. Vid. Mabillonius Sæc. VI. P. II. p. 618., & ſeqq., & T. V. Annal. Plures ſub ejus regimine vixere Monachi pietate, literis, ac dignitate celebres. Cardinalis & ſatis doctus fuit, ut Sæculo præcedenti dictum. Obiit A. 1005., IV. Non. Decembris, quo die ejuſdem mentio eſt in Martyrol. Monaſt. Wionis, & Menardi, apud Ferrarium in Catalogo univerſali, & Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano p. 166.

De Alberico ex oppido ſeptem Fratrum in Comitatu Alberi ait Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſ. cap. 66. *Hujus Abbatis tempore, in Campania provincia inſigne miraculum, & antiquis per omnia ſimile factum eſt. In Comino namque in caſtro, quod in honore Sanctorum ſeptem Fratrum conſtructum eſt, nobilis cujuſdam militis filius fuit, nomine Albericus, qui puer decimo anno nativitatis ſuæ inchoante, languore correptus ad extrema perductus eſt, quo tempore novem diebus, totidemque noctibus immobilis, ac ſine ſenſu, & velut mortuus jacuit, in quo ſpatio a beato Petro apoſtolo, & a duobus angelis, quorum unus Emmanuhel, alter Eloy dicebatur, per loca pœnarum deportatus, ductus eſt ad os infernalis baratri, demum vero ductus ad paradyſum, vidit manſiones ſanctorum, atque in cœlum aereum ſublevatus, & a beato Petro apoſtolo ſufficienter inſtructus de veteri teſtamento, de pœnis peccatorum, & de perhenni gloria ſanctorum, vidit archana quædam, quæ prohibitus eſt alicui loqui, ſicque per ſeptuaginta, & duas provincias ab eodem Apoſtolo deportatus, & vitæ redditus eſt. Hujus igitur viſionem noſſe qui cupit, rei ſeriem, a Guidone, hujus Caſſinenſis cœnobii Monacho compoſitam relegat, quæ, quia per omnium fere ora volvitur, referre omiſimus. Exinde vero idem Albericus relictis, & ſpretis ſeculi pompis, hoc Caſſinenſe cœnobium petiit, atque a patre Gyrardo gratanter nimis ſuſceptus, & ſanctæ converſationis habitu indutus. Chriſto vero regi militaturus, cum cæteris Fratribus eſt aggregatus. Tanta enim uſque in hodiernum abſtinentia, tanta morum gravitate pollet, ut pœnas peccatorum perſpexiſſe, & pertimuiſſe, & gloriam ſanctorum illum vidiſſe nemo quis dubitet. Non enim carnes, non adipem, non vinum ab illo tempore uſque nunc deo annuente, ſumpſit: calciamento nullo penitus tempore utitur, & ſic in tanta cordis, ac corporis contritione, & humilitate uſque in hodiernum in hoc Caſſinenſi cœnobio perſeverat, ut multa illum, quæ alios laterent, vel metuenda, vel deſideranda vidiſſe, etiam ſi lingua taceret, vita loqueretur.* Hujuſce viſionis hiſtoria a Guidone ſcripta extat in noſtro Codice MS. ſignato nu. 257. ſatis lepida. De Alberico agit Menardus Appendice II. Martyr. Bened.

Albericus.

Strenui militis Hugonis de Albaſpina, cum Caſſinum pergeret, temporale infortunium, quod animæ longe profuit, hiſce verbis narrat Petrus Diaconus cap. 44. *Tunc temporis Ugo quidem Tranſalpinus miles, cui de Albaſpina cognomen inditum fuerat, iſtis partibus apud pleroſque comites ſuis armis deſerviens, ditiaque ſtipendia lucrans, rebus ſatis proſperis dulciſſima juventutis voluptatibus utebatur. Erat enim cum manu promptus, tum etiam ſermone facundus. Is cum Raone Rabelis filio Teanenſis Civitatis Comite, ipſa cœna dominica ſollempnitate S. Paſchæ celebraturus, ad hoc monaſterium devotione non modica veniens, declivi montis ſcabroſa via equitatura concidens, horribilem nimis crurium fracturam paſſus eſt, & non aliter, quam in lectulo, huc aſportari prævaluit, moxque ſe ante beati Benedicti corpus poni, inſtantiſſima prece depoſcit,*

Hugo de Albaſpina.

ſcit, ibique magnis clamoribus vociferans, totum diem flendo conſumpſit. Cumque jam ſequentis noctis tenebræ diei finem imponerent, Manſionarius eccleſiæ foras illum deferre, famulis quibuſdam mandavit. Ille autem magnis ſacramentis conteſtari cœpit, ſe nullo modo inde, niſi convaleſceret, exiturum, & ajebat: Hic hic ante illius corpus, cujus, cum ardenti deſiderio, curiam viſitarem, tanto mei corporis uſus ſum infortunio, hic, inquam, ad illius injuriam jacens, continuo naturæ ſatisfaciam; niſi conſuetam ſibi protinus michi tulerit opem. Quibus dictis, recedentibus cunctis, ipſe quoque ſemiſopitus pauliſper obticuit. Cum ecce videt Sacroſanctum Altarium, in quo Benedicti patris eſt corpus reconditum, quaſi divinitus aperiri, indeque veneranda canitiei virum egredi, illo ſcilicet habitu, quo in feſtivis proceſſionibus Abbates uti conſueverunt, qui propius accedens, & fracturæ locum benigna manu contingens, dixit: Ecce ſanus factus es, mutitari jam deſine. Æger autem continuo ſanus ſurgens, & incolumis, noctem illam in Omnipotentis laudibus expendit. Mane autem facto, rem geſtam innotuit, gratiarumque actiones deo, & patri Benedicto permagnificas reddidit. Poſt Feſtum itaque non minori, quam decuit, mentis lætitia celebratum, Teanum Ugo rediit, cœleſtiſque ignis ardore caleſcens, mundo, mundaniſq; omnibus valedicens, ſe ipſum quoque, ſecundum Divinum præceptum, ſibi abnegans, nudus, & expeditus ſecutus eſt Chriſtum, moxque ad fontem de Corrigia Xenodochium conſtituens, tam religioſo vitæ tramite ad ſupernam patriam currere cœpit, ut calciamentis quidem nullis, veſtimentis vero tantum laneis uſus ſit. Idem etiam poſt quindecim annos rurſus huc veniens, quaſi adeptæ ſalutis rependio, beato Benedicto perpetuum ſe tradidit ſervum, veridicoque ore, ſuperius dicta multotiens fatebatur. *Nota.*

Gerardus. Gerardi Abbatis electionem hiſce verbis refert Petrus noſter cap. 43. *Hic nobiliſſima Marſorum Comitum progenie originem ducens, in primis pueritiæ ſuæ annis omnipotenti deo in hoc monaſterio oblatus, atque a Deſiderio Abbate ſuſceptus, & in monaſterio S. Nycolai in Pica præpoſitus conſtitutus. Demum vero ab Oderiſio, qui Deſiderio in monaſterio ſucceſſit regimine, hujus loci Decanus ordinatus eſt.* Refert poſtmodum Petrus donationes a pluribus optimatibus factas, privilegia illi conceſſa, Monachos plures doctrina, ac ſanctitate illuſtres, eccleſias ab eo ædificatas, defenſa ab eo intrepide cœnobii jura &c., & cap. 75. Pontii Abbatis Cluniacenſis adventum hiſce verbis deſcribit: *Tunc etiam domnus Pontius Cluniacenſis cœnobii Abbas, ob maxima devotionis reverentiam, quam patri Benedicto habebat, cum duodecim ſuæ eccleſiæ Fratribus hoc Caſſinenſe cœnobium petiit, Abbatiſque noſtri Gerardi veſtigiis provolutus, officinas monaſterii dum perluſtraſſet, dixit: Mallem prius eſſe Decanus Caſſinenſis, quam Abbas Cluniacenſis. Demum vero Fratrum veſtigiis provolutus, illorumque ſe orationibus commendans, Jeroſolymam petiit, beato Benedicto ſpondens, poſt ſuum regreſſum, paſtoralem curam relinquere, & deo attentius in hoc ſancto Caſſinenſi cœnobio deſervire.* Ex quibus conſtat, magna tunc temporis ſanctitate, & magnificentia floruiſſe cœnobium Caſſinenſe; ac demum cap. 77., piam Gerardi mortem hiſce verbis refert: *Idem vero Abbas cum ad grandævam jam dierum ſuorum perveniſſet ætatem, anniverſario Oderiſii Abbatis die, dum pro eo in cappella S. Sebaſtiani defunctorum Officium decantaret, poſt finitam primam vigiliam, cum impoſuiſſet antiphonam: Anima mea Deo vivit, ſupradictus Abbas Oderiſius eidem Abbati Gyrardo poſt altare ejuſdem eccleſiæ viſibiliter apparuit, eumque, ut ad ſe veniret, manu innuit. Hoc Girardus Abbas ut vidit, in faciem proruens, flere inconſolabiliter cœpit, completoque officio, ad cameram ſuam flens, & ejulans rediit. Percontatus autem a Fratribus, cur fleret, cauſam aperuit, ſeque in proximo moriturum eſſe prædixit, nec multo poſt idem Abbas languore tactus, ſexto decimo Kal. Februarii mortem perdidit, & vitam invenit. Sepultus vero eſt in Capitulo Fratrum ad caput Abbatis Deſiderii.* *Nota.*

Johannes. De habita a Johanne Monacho viſione hæc narrat Petrus cap. 99. *Eo etiam tempore quidam Frater Johannes nomine, dum naturæ debitum ſolveret, & jam ſine motu, & voce jaceret, ſubito in ſe rediens, retulit ſe vidiſſe patrem Benedictum, cum multitudine Monachorum defunctorum in eccleſia ſtantem, & regem Rogerium eandem eccleſiam ingredientem, omnemque Caſſinenſis eccleſiæ theſaurum aſportantem. Qui cum ad gradus majoris eccleſiæ perveniſſet, mortui, qui in eccleſia eminus erant, irruentes, interficiebant eum. Hæc cum dixiſſet, adjunxit, ut certius ſciatis, me vera proferre, noveritis me ſtatim e mundo receſſurum, quod ſi poſt hæc ulterius vixero, indubitanter, quæ protuli, falſa fuiſſe, noſcatis. His dictis obdormivit. Hæc quidem Frater. Nos vero præfatam viſionem pertractantes, atque in memoriam retinentes, jam pene totam impletam eſſe videmus, quando fere omnem hujus loci theſaurum Rogerii regis factione ſublatum eſſe videmus. Acta ſunt autem hæc omnia vigiliarum Epyfaniarum die.* Vid. Baronius A. 1136. p. 244. *Nota.*

Bonus. Ejuſdem generis viſionem a Bono Monacho habitam hiſce verbis deſcribit Petrus Diaconus cap. 101. *Iis porro diebus quidam Frater, Bonus nomine, dum in eccleſia beati protomartyris Stephani poſt matutinalem Synaxim fatigatus obdormiſſet, beatus Benedictus in viſione ei apparens dixit. Multa incommoda, & perturbationes, & rerum maximum detrimentum pro hoc facto habebitis; ſed confidite in domino, & in potentia virtutis dei, quia adhuc domus mea reintegrabitur, & in ſuum ſtatum reducetur; Beatiſſimum vero Maurum ut omni inſtantia precum ſupplicetis, præcipio, quia ipſius ſine dubio interventu ab inſtanti periculo, & perturbatione liberabimini, & hiis dictis diſparuit. Evigilans autem Frater, Abbati, & Fratribus, quæ viderat, & audierat, per ordinem pandit. Unde in communi Fratrum Capitulo ſtatutum eſt, ut omnibus dominicis diebus ad introitum eccleſiæ, poſt antiphonam beati Benedicti, adderetur, & antiphona beati Mauri. Similiter & in omnibus feſtis, in quibus collecta facienda eſt, ſicut in cotidianis diebus, antiphona, & oratio ejus diceretur.*

Creſcentius. Aliam quoque viſionem habuit Creſcentius Monachus, quam hiſce verbis deſcribit Petrus cap. 102. *Eo etiam tempore quidam Frater Creſcentius nomine, natione Romanus, vidit in viſione quemdam lacum nimiæ magnitudinis, & ignei coloris, cujus undæ ad cœlum ferri videbantur, in quibus undis vidit ejuſdem cancellarii animam in aeris alta elevari, & rurſum ad yma demergi. Juxta quem lacum*

cum duos Monachos ſtare vidiſſet, interrogatus ab eis, cujus eſſet anima, quam tantis tormentis affici [illegible] *videbat, ſe Frater neſcire reſpondit. Ad quem, qui videbatur ſenex, hæc eſt (inquit) anima Guarini cancellarii, quæ idcirco talia patitur, propter perturbationem, & tribulationem, quam Caſſinenſi monaſterio excitavit. Quem Frater, cum quis eſſet, qui talia promeret, interrogaſſet, Fratrem Benedictum ſe eſſe reſpondit. Frater autem a ſomno exurgens, ita ſe vidiſſe, & audiſſe, Deum, & ſanctos ejus teſtem invocans, affirmabat.* De Guarini contra Caſſinates malevolentia alibi actum. Vid. Baronius A. 1136. p. 245.

Albertus. Admirandam Alberti Monachi vitam hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 129. *His porro diebus erat quidam Frater in Caſſinenſi cœnobio Albertus nomine, natione Pelignus, ætate ſenex, religioſam agens vitam, adeo ut cæteris Fratribus admirationis, & compunctionis ſæpe cauſa exiſteret. Is cum ſenio feſſus, in domo infirmorum maneret, & populi ſua reportare cupientis tumultum auribus auſiſſet, quoſdam ex circumſtantibus, quid ſibi vellet tam confuſus populorum tumultus, interrogavit, ad quem unus, num tibi, inquit, incognitum eſſe poteſt, quis, vel cur ſit populorum iſte tumultus, cum conſtet omnibus has plagas incolentibus eſſe notiſſimum? cui, cum ille nil horum ſe noſſe reſpondiſſet, ait; rex Roggerius nuper nobis minatus eſt, ſe & Caſſinenſe monaſterium, & omnem Terram adjacentem deſtructurum: ſet omnipotentis dei miſericordia placatus, treuguam nobis conceſſit, & inde eſt tumultus iſte, quem audis, cum ea, quæ ob timorem illius in Caſſinenſi monaſterio ſtendo delata fuerant a populo, gaudendo reportantur. His ſæpedictus Frater auditis, ingemuit, atque ex intimo longa trahens ſuſpiria, hunc pſalmum decantare cœpit cum lacrimis; judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, cumque verſum illum, qui dicitur; Emitte lucem tuam, canere cœpiſſet, ſubito, mirabile dictu, immenſa corruſcatio ſuper eum deſcendit, adeo ut ipſe, qui jam per aliquod tempus lumine privatus fuerat, lumen reciperet oculorum, atque illius immenſæ lucis munere minime fraudaretur, nec mora; conſpicit januas eccleſiæ ipſius, qua reſidebat, patefactas, venerabiles vultu, habituque viros duos ad ſe intrantes, quos cum vidiſſet deifico lumine circumdatos, expavit, nec ultra oculos levare auſus, reſedit, tum illi propius accedentes, dixerunt, ſurge, age Frater Alberte, Abbatique, & Fratribus, ut pœnitentiam commiſſorum delictorum agere ſatagant, edicito, diſcalciatiſque pedibus antiphonam B. Mariæ decantantes egreſſi, letanias ante Sacroſanctum beati patris Benedicti corpus peragant, ſi forte deus veſtrorum delictorum lamentis, pœnitentiaque immemor factus ab his locis tantas calamitates repellat. Tum frater, quis eſſet, & quibus vocitarentur nominibus, inquiſivit. Ad hæc ille. Ego, inquit, ſum Maurus SS.mi patris Benedicti diſcipulus: hic vero ejuſdem patris, & ipſe diſcipulus, Placidus eſt, adjecitque, hæc, quæ nunc a te vel audita, vel viſa ſunt, cave ne pigritia dicere, quibus tibi juſſum eſt, prætermittas; ſin alias, contemptus, pigritiæque pœnam incurres. Scias quoque, te ideo divino, juſtoque judicio corporali lumine fuiſſe privatum, quia quæ aliquando in capitulo ob pœnitentiam agendam divina eſt ibi dignata oſtendere majeſtas, tui cordis celaſti abſcondito, nulli, quæ videras revelans, namque idem Frater, dum adhuc ſub diſtrictione cœnobitalis inſtitutionis in clauſtro cum reliquis Fratribus commoraretur, ſeque vigiliis, jejuniis, orationibus, & ſcoparum verberibus in conſpectu divinitatis mactaret, quadam nocte, dum Capitulum ingreſſus fuiſſet, raptus in ſpiritu, judiciarias Domino, una cum Matre conſidente, ſedes, in abſida ipſius Capituli, ut attenus in pictura cernitur, ordinatas eſſe conſpexit, tantoque liberius divinis cœpit intendere, quanto ſe ab humanis rebus fecerat alienum. Cum itaque hac viſione ſtupefactus aſtaret, vidit ſubito Sanctiſſimum Patrem Benedictum, a dextris quidem Maurum, a ſiniſtris vero habens Placidum, in medio concilii adveniſſe, ingentibuſque clamoribus cunctipotentis majeſtatem talibus queſtibus interpellaſſe: Rex regum, creator, redemptor mortalium, ſine cujus nutu humana fragilitas ſubſiſtere nullatenus poteſt, has mei queſtus voces exaudias, meumque, quem, te donante, fabricandum, perpetuoque regendum monaſterium ſuſcepi, reſpicias; tu enim domine, qui cogitationes de longe conſideras, & vocas ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt; hunc locum adhuc mihi mortali carne poſito, deſtruendum eſſe, monſtraveras, gentibuſque barbaris res, quæ Fratribus præparaveram, te traditurum eſſe, occulto judicio dixeras in melius reſtaurandum fore poſt modicum, promiſiſti; quod & factum hodie cernitur, inſurrexerunt namque contra hunc locum iniquiſſimi quidam, & deo odibiles, conantes prædictum deſtruere locum. Rectores quoque iſtius loci, nequaquam boni paſtoris, ſet voracis lupi veſtigia ſequentes, oves ſibi commiſſas mordacibus dentibus, ut tiranni laniant, res, & opes ad tui ſervitium, & honorem congregata in turpiſſimos uſus convertunt, populum ſibi commiſſum ut laſcivientes vaccas vagari ſinunt, pupillorum quoque, viduarumque cauſas contempnentes, ad ſola munera convertuntur. Quem das finem rex magne polorum? His dictis, ſanctus conticuit, factoque ibi fine, quievit. Cum ecce innumerabilis multitudo dæmonum, furcis, igneiſque uncinis armata, ante ſe Creſcentium Marſorum Comitem habentes, advenit, turibulaque argentea magna, quæ ex Caſſinenſi monaſterio quidam in pignore acceperat, & quæ contra voluntatem Seniorecti Abbatis recollegerat, in naribus, veluti de fornace exirent, habentem. Quem idem Frater cum interrogaſſet, cur tantis tormentis afficeretur; ob majorum turibulorum detentionem ſe cruciari reſpondit, cœpitque Monachum rogare, ut hæc, quæ de ſe vidiſſet, filio ſuo Berardo diceret, & ut ſupraſcripta turibula Caſſinenſi cœnobio redderentur, ex ſui parte rogare, addens, hoc illis ſignum ſit, quod eadem turibula inſuper, & aureum calicem, ab aliis rebus dum adveveret, ſegregaſſe, hocque nullum, exceptis Fuſcone, & Tranſmundo ſuis Conſiliariis, ſcire. Quod ubi ad ſe rediit, dicere dubitavit. Ex hinc, juſto dei judicio actum eſt, ut Frater ille lumine privaretur, & qui lumen eternum, quod viderat, talentumque, quod erogandum acceperat, cæteris erogare conſervis noluit: ſet in terram, ut piger ſervus, abſcondit, juſte proprium lumen, talentumque amiſit. Et, ut ad ea, quæ reliquimus, revertamur, ſancti viri Mauri auditis monitis, illiſque recedentibus, lux quoque, quæ ejus illuſtraverat oculos, cum eiſdem receſſit, adeo ut cæcus, velut antea fuerat, remaneret, Verum*

ne

ne pro deliratore, & mendoſo haberetur, hæc quæ viderat, vel audierat, dicere noluit. Triceſimo itaque die poſtquam hæc viderat, illuceſcente, eodem Fratre in loco ubi prædictam viſionem viderat, reſidente, in eccleſia ſcilicet S. Andreæ Apoſtoli, iſdem qui ſupra Sanctiſſimus Maurus apparuit, & cur, quæ viderat, vel audierat, dicere renuiſſet, increpans, talia verba profudit: Ego quidem, Frater, præcepi, uti ſecreta dei, quæ per me tibi revelata ſunt, hominibus revelares: ſet tu deſpectui, pigritieque tradidiſti. Unde, velut majeſtatis reus, tradendus eſſes pœnis inextinguibilibus; ſet quia cunctipotentis dei miſericordia, quæ melior eſt ſuper vitas, hoc tibi commiſſum indulget, præcipio, ut, quæ a me tibi revelata ſunt, dicere ne pigriteris, quod ſi, quod abſit, non feceris, æternis traderis incendiis. Hæc fatus in tenues ſubito ſanctus evanuit auras. Frater autem continuo ſurgens, Abbatem ad ſe evocat, & cuncta, quæ viderat, vel audierat ſeriatim enuntiat. Abbas autem Fratres convocans ſeriatim quæ ſupradictus Frater viderat, retexens, diſcalciatis pedibus Capitulum, quo reſederant, egreſſi, letanias cum lacrimis, & fletu ante patris Benedicti corpus peregerunt. Cæterum cum quidem Fratres hæc deliramenta putarent, nullumque vellent aſſenſum præbere, quadam die prædictus Monachus Albertus me ad ſe vocari fecit, reque, ut viderat, intimata, me præſente, Sacramento firmavit, nullum ergo de hoc aliquo modo dubitare, admoneo, ne forte ſuæ incredulitatis pœnam recipiant, ut, cum me falſiloqui reprehenderent, falſi teſtes, mentientesque apud diſtrictum Jeſu Chriſti examen habeantur. Vid. Wion, & Menardus in Append. ad Martyrol. Monaſt.

Senioreƈtus. Pietatem Senioreƈti Abbatis hiſce verbis commendat Petrus Diaconus, qui ſub eo vixit, in Prologo lib. IV. Chron. Caſſ. *A Gerardi porro Abbatis tempore, qui me in hoc ſcholaſtico Caſſinenſi cœnobio primo ætatis meæ luſtro ſuſcepit, uſque ad hunc diem partim ex ore venerabilis Abbatis Senioreƈti ſui temporis ſingularis noſtri Ordinis viri audivi &c.* atque apertius Senioreƈti probitatem cap. 89. hoc modo deſcribit: *Pontifex autem, cum Nicolaum adhuc electum eſſe neſciret, Gregorium Cardinalem tituli apoſtolorum ad hoc Monaſterium dirigens, mandat, quatinus ejuſdem Gregorii conſilio Seniorectum Capuani monaſterii præpoſitum in paſtorem, & Abbatem Caſſinenſes Fratres unanimiter eligerent, de quo & deus honoraretur, & religionis ſtatu in famoſo Caſſinenſi monaſterio per ejus induſtriam roborato, bona eccleſiæ, tam ſpiritualia, quam temporalia in melius augerentur.* Vid. Baronius A. 1126. p. 168. & cap. 94. ait: *Hic ab ipſis infantiæ annis beato Benedicto oblatus, atque a ſancta memoria Oderiſio Monachus factus, & diſciplinis regularibus ſtudioſiſſime in omnibus educatus, & enutritus, primo ad monaſterium S. Mariæ in Luco, deinde ad monaſterium S. Nicolai in Pica regendum præpoſitus eſt tranſmiſſus. Qui ad hujus cœnobii Abbatiam taliter eſt electus; Igitur cum ſatis ſtrenue per tria annorum curricula hujus ſancti cœnobii decaniam adminiſtraſſet, ac deinde Capuani Monaſterii præpoſituram ſatis provide gubernaſſet, ejecto juſſu papæ Honorii Nicolao, de eadem Capuani monaſterii præpoſitura, ad hujus loci Abbatiam eligitur.* Et infra: *Ex præcepto, ut ante jam diximus, Apoſtolici, quarto Idus Julias elegerunt eum in Abbatem. Quamvis nonnulli, & ex maxima parte timore ducti, hoc egre ferrent, ob hanc ſcilicet cauſam, quia tempore decanatus ſui nimium auſterus, & rigidus in hujus monaſterii ordine extitiſſet, adque etiam a Romana eccleſia Abbas effectus eſt.* Et infra: *Suſcepta igitur Abbatia, Senioreƈtus cœpit omnibus perinde modis ſtudere, quatinus naviter adimpleret id, ad quod Abbas a Romano pontifice factus fuerat. Angebatur itaque nimium, nimiumque interdum ejus animus, tum ſcilicet pro noſtri Ordinis emendatione, tum vel maxime & Fratrum ſuſtentatione, & terræ recuperatione.* Vid. Baronius eodem anno p. 169., ac tandem hæc Petrus ſcribit cap. 100. *Et quia ſilentium illis diebus propter tumultum, & perturbationem, tenere non poterant, decreverunt, ut tribus diebus poſt completorium unum per noctem pſalterium in eccleſia cantaretur: ſet antequam eandem triduanam inchoarent, Abbas in Capitulo ſurgens, juxta monaſterii conſuetudinem, veniam petiit, & confeſſionem de ſuis exceſſibus fecit. Similiter & omnes Fratres poſt illum ſe in patris Benedicti regula deliquiſſe confeſſi ſunt, ſicque Abbas indulgentiam illis conferens de omnibus excommunicationibus in Caſſinenſi cœnobio factis, in quibus aliquando offenderant, eos abſolvit.* Ex quibus Senioreƈti animum Monaſticæ obſervantiæ conſervandæ deditiſſimum comperias. Abbatis benedictionem ab Honorio II. acceperat Senioreƈtus in ipſo Caſſinenſi monaſterio, ex Petro Diacono cap. 95. Vid. Baronius A. 1126. p. 169. Peregrinius in Diſſert. de Familia Colimenta poſt Hiſt. Lang. p. 10. Nuceus in Notis ad capp. 100. & 108. Lucenti in Deſcript. Epiſc. Caſſ. col. 786., & nos ſupra.

S. Berardus alter. Hanc narrationem de Viris ſanctitate apud Caſſinates illuſtribus claudet S. Berardus Marſorum epiſcopus, & monachus, qui licet Caſſinas non fuerit, longo tamen tempore inter noſtros ſanctiſſime diverſatus eſt, pietate, & literis a noſtris imbutus, ut narrat Johannes III. Signienſis epiſcopus ejus vitæ Auctor ex Ughellio To. I. Ital. Sacr. in deſcript. epiſcop. Signien. nu. 13. Lucentio To. I. nu. 17. in deſcript. eorundem epiſcop., & Phœbonio p. 13. nu. 13. Integram hanc vitam refert Ughellius To. I. in epiſc. Marſ., col. 964. & ſeqq., & in novæ editionis col. 893. Nutritus, edoctus, atque ordinatus eſt hic Johannes a S. Berardo, cujus propterea vitam optime noſſe debuit. Ea ſic incipit: *Incipit Prologus in vita beati patris Berardi epiſcopi & confeſſoris. Scripturus patris noſtri vitam, volo, ſi poſſum, quæ ſcripturus ſum, breviter adnotare, ut qui totam percurrere non valuerunt S. Berardi levitæ, hoc perlecto brevi prologo, quis, & unde, cujus fuerit, ubi natus, doctus, & nutritus, a quibus, & ubi ordinatus, & cujus meriti ante epiſcopatum, & poſt epiſcopatum extiterit, & ubi requieſcat, & quo tempore abierit, a parte prænoſcere poſſint. Patria igitur Marſus, pater ejus Berardus, mater Theodoſia, patrius, matriuſque caſtellum, ſemine magnorum Comitum Berardorum nutritus, & doctus in eccleſia ſancta Sabina, & ab epiſcopo Pandulfo, qui tunc erat Acolytus ordinatus. In monaſterio Caſſinenſe a prudenti viro Paulo corpore cæco grammaticam didicit, a papa Paſchale ad Romanam eccleſiam vocatus, & ab eo ſubdiaconus ordinatus, & poſtea Campaniæ provinciæ ab eodem Comes conſtitutus a Petro de Columna propter Romanam eccleſiam captus,*

Digitized by Google

& in ciſternam miſſus, exinde dei miſericordia a Johanne de Perrella tractus, ac Romam reductus in eccleſia S. Angeli Diaconus factus, & in eccleſia S. Griſogoni presbyter Cardinalis ordinatus, Marſis pro epiſcopo datus ad S. Sabinæ illuſtriſſimæ martyris honorem epiſcopus conſecratus, glorioſiſſimi meriti, & ante epiſcopatum, & poſt epiſcopatum a tyrannis multa ſuſtinuit, ita quod propter veritatem, quam prædicabat ab ipſis vicibus octo expulſus de epiſcopatu fuit; ſimoniam deſtruxit, parentelas ſeparavit, pauperes fovit, pupillos, & viduas defendit, clericos compoſuit, congregata conſervavit, conſervanda congregavit, omnia vitia extirpavit, puellam, in cujus gutture aſprum fixum fuerat, de mortis periculo ſigno crucis liberavit; vacuo horreo pro pauperibus mulieribus triticum colligere fecit, quod ſua prece multum eiſdem ſuffecit, excommunicationis ſuæ gladio Comitem percuſſit, ſed divina miſericordia tamdiu vivit, donec eum abſolvit; in feſto S. Sabinæ mortem, & poſtquam ægrotavit, diem mortis prædixit; apud eccleſiam S. Johannis in capite aquæ, nativitate S. Mariæ ægrotavit; inde lecto delatus in eccleſia S. Sabinæ, ſicut prædixi, tertio nonas Novembris, anno 1130. Indict. VIII. mortuus eſt, ibique ſepultus, ubi multa miracula omnipotens deus operatur, uſque in hodiernum diem, Explicit Prologus. Incipit vita beati antiſtitis Berardi confeſſoris. Berardus igitur Marſorum Comitum progenitus, quod de parte patri ſuo ſibi equivoco cum aliis caſtellis evenerat in caſtello, cui Colli nomen eſt, natus, & quam non ut puer, ſed ut gravis vir graviter tranſegit pueritiam ibidem nutritus extitit, divina autem diſpoſitione ad litterarum ſtudia, unde poſtea epiſcopus factus in eccleſia S. Martini, & matricis Sabinæ a parentibus ſuis traditus eſt, ubi per dei miſericordiam, uſque hodie miræ religionis, & honeſtatis, Fratres ſub S. Regulæ diſciplina, abſque dubio multi degunt, quibus etiam quod magnum a deo precioſum eſt, ſemper ineſt cor unum, & anima una. Erat ergo juvenis iſto omni nobilitatis electione poſtpoſita, humilitatis, patientiæ, caſtitatis, charitatis, & omnium virtutum amator, ita quod ejus aſpectu humilitatis imago agnoſcebatur, patientiam in reſponſis, & ſibi illatis contumeliis ſervabat, libidinis authorem calcans, & comprimens, mulieres ne dum intueri, nedum alloqui, ſine certa cauſa, legalique teſte, caſtitatem, & honeſtatem cuſtodiens nolebat. In ſuſcipiendis hoſpitibus, eorumque ſervitio virtutum maximam charitatem, manuum opere, oris officio, rerumque diſpendio ſtudioſiſſime fovebat. In pedum inceſſu, & veſtimentorum ornatu, atque tonſura compoſitus, lectioni divinæ aſſiduus, nocturnis, ac diurnis officiis inſiſtens culpam credens maximam, ſi ad primum nolæ pulſum diu, noctuque adſurgere tardus aliquando eſſet, & ſecundum prædicti ſancti loci conſuetudinem in quatuor conſuetis locis, ideſt eccleſia, capitulo, dormitorio, & refectorio, ſine interrogatione, vel certa cauſa nunquam locutus, aut ſine licentia clauſtrum egreſſus eſt, ſervitium cunctis exhibens: nulli unquam, quod mirabile eſt, ſcandalum intulit, omnes diligebat, quoniam inimicum nunquam noverat ſeſe cunctis eſſe minorem aſſerens, cunctis officioſiſſime ſerviebat; omnes venerabatur: quid multa? irrehenſibiliter in cunctis ſeſe exhibebat. Pandulphus itaque epiſcopus, qui tempore prædictæ eccleſiæ pontifex inerat, hujus viri conſtantiam cernens, corona, & cæteris eccleſiaſticis ordinibus certis temporibus rite datis, quo debuit honore, & veneratione in Acolytum ordinavit, crevit ætate, ſed magis gravitate, crevit prudentia non minus honeſtate. Quid autem hoc tempore mirabilius? Quid ſecundum Canones rectius? ibidem doctus eſt, & nutritus, ubi corpora docere, & animas fovere divina providentia futurus doctor, & gubernator erat. Rogatu præterea ſui Genitoris, de epiſcopi Pandulphi mandato, Caſſinenſium monaſterium gratia legendi adiit, ibique per ſex annos a quodam prudenti viro Paulus nomine, corpore tamen cæcus grammaticam diſcens feliciter manſit, ſi quis vero qualis ibidem extiterit, plenius ſcire voluerit, quam ſuo nomine, immo ipſi ſancto viro præfatus magiſter Paulus fecit, Cantica canticorum expoſitionem legas, ubi mores, compoſitionem, & honeſtatem ſuam tanto clarius oſtendit, quanto nobis prudentior, & præſtantior habetur.

Oſtendis mores Paulus, mentique vigores.
Hujus Berardi corpore, mente pii. noti;

Cum lectioni die, noctuque canonicam ſervans regulam inſiſteres, ecce divino nutu bona ſua fama creſcente a ſancta record. papa Paſchali ad Romanam Eccleſiam Apoſtolicis literis honorifice vocatus, honorificeque receptus eſt, & ut ipſe pius recitare ſolebat eo die, quo curiam intravit, primus ad ſecundam, & quartam Feriam, uſque ad ſabatum in cœna ſedit &c. Fuſius deinde ea Johannes narrat, quæ jam in prologo preſſe deſcripſerat. Vid. Lucenti cit. loc. nu. 12., Ciacconius cum Notis Oldoini To. pmo. col. 925. nu. 69., Ferrarius de SS. Italiæ, Phœbonius loc. cit., Corſignanus loc. cit. p. 98., & ſeqq., & pag. 104., ubi aſſerit hujus ſancti vitam Præneſte iterum editam cum Additionibus A. 1708., & p. 105. contendit, S. hunc virum in oppido quidem Collis natum, ſed a Celano duxiſſe originem, cujus parens ejus Comes fuerit. In laudata vita hæc ſcribit Johannes: *In eccleſia S. Martini, & matricis Sabinæ ac parentibus ſuis traditus eſt: &c.* quam illam eſſe ſuſpicamus, a ſancti viri parente Caſſinatibus donatam A. 1097. Eam quidem donationem ex regeſto Petri Diaconi p. 227. a 1. nu. 537. edere, operæ pretium credimus. *In nomine domini dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejus milleſimo nonageſimo ſeptimo menſe Julii indictione quinta. Ego Berardus divina favente clemencia Marſorum Comes filius bonæ memoriæ Berardi Comitis bona, & ſpontanea voluntate* (Donatio Berardi Comitis.) *mea pro ſalute animæ meæ, & pro redemptione animarum ſupradicti genitoris mei Berardi, & genitricis Ge. meæ; nec non & omnium parentum meorum offero, trado, & in perpetuum confirmo in monaſterio beatiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti, q. conſtructum eſſe videtur in Monte qui Caſſinus vocatur, ubi ad preſens regimen tenere dinoſcitur domnus Oderiſius reverentiſſimus Abbas. Hoc eſt unam eccleſiam vocabulo S. Martini in Territorio Marſicano,* (Eccleſia S. Martini.) *juxta lacum Fucenum, loco, qui Felimini appellatur, cum omnibus pertinenciis, & adjacentiis ſuis, ideſt terris, vineis, arboribus, & cum omnibus edificiis, & univerſis rebus eidem eccleſiæ pertinentibus, & cum uno ſervicio piſcatorum. Ideſt filius Johanni Agati, & ſunt ipſe res ejuſdem eccleſiæ, intra fines haſ. Ab ipſo loco, qui dicitur Ferrati, uſque trans aque. Et ab ipſo Celano uſque in civit.*

Mar-

Marſicana, & cum omni introitu, & exoitus ſuo, & cum omnibus, qua intra ſe vel ſupra ſe habere videntur. Hac omnia in integrum ego qui ſupra Berardus Comes offero, & concedo in ſupradicto monaſterio S. Benedicti, ejuſque rectoribus, ad habendum, & tenendum, & in perpetuum poſſidendum, ſicut ſuperius legitur, ut quicumquo hominum retollere, aut contrariare, vel diminuere de iſtis omnibus monaſterio S. Benedicti preſumpſerit, ſit illi pars, & conſorcium cum Juda, qui Dominum tradidit, & hoc repromitto, & obligo me ego ſupra Berardus Comes, vel meos heredes ad ipſum monaſterium S. Benedicti, & ad ejus Rectores anteſtare, & defendere omnia iſta, qua hec cartula continet. Ita ut ſi aliquomodo de omnibus his aliquid retollere, vel minuere, aut removere praſumpſerimus ſive per nos, ſive per ſummiſſam perſonam, duplum, & melioratum in conſimili loco reſtaurare debeamus, qualiter in illo die poterit inveniri, qua exinde cauſare videtur, quomodo ſuperius ſcriptum eſt, quam videlicet oblacionis cartulam ſcripſi ego Johannes judex, & notarius per rogum ſupradicti Berardi comitis. Actum apud Marſiam, menſe, & indictione ſupraſcripta feliciter. Signum manus Berardi Comitis, qui hanc cart. fieri rogavit. Ego Johannes filius Petri rog. Ego Aifredi filius Candolfi rog. Ego Johannes filius Candolfi Rog.

V I.

VIRI HOC SÆCULO DOCTRINA

APUD NOS ILLUSTRES.

CArdinalis Pandulphus Piſanus in Vita Gelaſii II. de iis Caſſinatibus agens, qui Gelaſium puerum liberalibus diſciplinis inſtruxerant, hæc ſcribit. *Hic a beata recordationis dño Oderiſio Abbate Caſſinenſi petitus ad ſerviendum inibi tamquam in Monaſteriorum omnium capite, ac principio, & aſſignatus devote, & devotius eſt a jam dicto patre ſuſceptus, ac cum non paucis aliis regulariter eſt converſatus. Ubi viris ad omnia peritiſſimis, quorum in monaſterio non parva copia inerat, ad liberales addiſcendas artes adjunctus, & ipſas pra omnibus fere aliis diverſarum Regionum praclara indolis pueris artes in brevi, & monaſticum ordinem plene nimis addidicit:* &c. Cui concinit Petrus Diaconus in Prologo ad lib. IV. Chron. Caſſ. *Sed dum tot, ac tantos viros in hoc ſacratiſſimo cænobio liberalibus diſciplinis plenos aſpicio oneris faſce devictus ſuccumbo. Hi enim ſal terra ſunt quorum verbis hominum mentes ne tadii torpore deficiant condiuntur. Hiſperula ſunt, & lilia in ſeptiformi candelabro poſiti, qui denſas peccatorum ſordes abluunt, & ad eterni luminis claritatem reducunt.* Et inferius: *qua nos diſtracti neceſſitate, & perturbatione temporis a doctiſſimis Viris hunc locum incolentibus hoc opuſculum, non quo debui ſtilo digeſſi*, &c. Quid vero ſibi velit Petrus, cum *liberales artes* nominat, explicat Nuceus in Notis hiſce verbis: *Quod autem Petrus, & Pandulfus liberales ajunt Artes, non ſeptem duntaxat illas intelligo, qua hoc nomine ex uſu appellantur, qualis muſica, grammatica, dialectica &c. a Sellulariis, & ſervilibus diſtincta, ſed univerſim ipſam encyclopadiam, hoc eſt, diſciplinarum circulum, prout Philoſopriam quoque, Theologiam, Sacrarumque ſtudium ſcripturarum amplectitur, quippe, qua ipſa liberales, imo liberaliores cenſeri debent, & libero homine digniores, cujus animum vitiis liberant, & virtutibus mancipant, qua ipſiſſima hominis eſt libertas. Nullum ſane ſtudiorum genus eſt, in quo majores noſtri praclara monumenta non reliquerint, quorum plaraque in noſtra adhuc extant Bibliotheca. Caſſinenſi ergo cænobio viri, ut ſanctitate, ita in omni doctrina conſpicui, nunquam deſiderati ſunt. Semper enim, qua Numinis largitas eſt.*

Suppl. Hiſt. Caſſ.

. . . . . . Uno avulſo non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

In privilegio a Baraſone Sardiniæ rege anno 1182. nobis conceſſo, quod Diſſ. I. dabimus, hæc ad rem noſtram leguntur: *Tali pacto, atque conventione, ut duodecim ibidem ad deo ſerviendum ſi tamen ſupradicta eccleſia hot ſuſtinere ſine ſui detrimento potuerit, dirigat Monachos, ex quibus tres, vel quatuor ita ſint litterati, ut ſi neceſſarium fuerit in archiepiſcopos, & epiſcopos poſſint eligi, & etiam regni noſtri negotia, ſive in Romana curia, vel in curia Imperatoris, & ubique valeant tractare.* De Monachis loquitur, qui mittendi ab Abbate Caſſinenſi erant, ad incolendum ab Baraſone fundatum cœnobium S. Nicolai de Gurgo in Sardinia. nota:

S. Brunonis Signienſis epiſcopi, & Abbatis Caſſinenſis Operum catalogum primus contexuit Petrus Diaconus coævus author, ut ſupra dictum, in librum de viris Illuſtr. Caſſ. cap. 34. ubi hæc ſcribit: *Bruno Signienſis epiſcopus, & Caſſinenſis Abbas inſigniſſimus, & ſplendidiſſimus eccleſia defenſor, & doctor. Inter multa, & praclara ingenii ſui monumenta ſcripſit rogatus Signienſium Canonicorum Expoſitionem ſuper Pſalterium, ſuper Geneſim, ſuper Exodum, ſuper Leviticum, ſuper Numerum, ſuper Deuteronomium, ſuper Eſaiam, ſuper cantica canticorum, ſuper Judicum. Fecit & ſermones hos de laudibus eccleſia in dedicatione templi de Paradiſo, de Arca Noe, de Tabernaculo Fœderis, de Templo Salomonis, & de muliere, per quam eccleſia ſignificatur. De civitate ſancta Hieruſalem. De Baſilicis, qua ab epiſcopis dedicantur. Item de Evangeliis, de ornamentis eccleſia, de Fide, de ſpe, de charitate; de quatuor virtutibus, de humilitate, de miſericordia, de pace, de patientia, de caſtitate, de obedientia, de abſtinentia: Ubi Eccleſia ornatur, de novo mundo, de cælis novis, de nubibus novis, de Montibus novis, de arboribus novis, de poteſtatibus novis, de mari, & piſcatoribus novis, de avibus novis, de fluminibus novis, de animalibus novis, de Feſtivitatibus Feſtivitatum, ideſt de ſancta Trinitate ſermones tres; de Nativitate Domini, de Circumciſione, de Epiphania, de Octava Epiphania, de Palmis, de Cæna Domini, de Paſcha, de Aſcenſione Domini, de Pentecoſte, de Nativitate S. Maria, de Annunciatione, de Purificatione, de Aſſumptione ejus, de Virginibus ſermones tres, De Martyribus ſermones ſeptem: Homiliam in feſtivitatibus confeſſorum, aliam in feſtivitate S. Benedicti cum ſermonibus duobus de Pontificibus, quatuor de S. Angelo: de Apoſtolis homilias quinque, de pluribus martyribus tres, de uno martyre duas, de Dedicatione eccleſia, in Adventu Domini, Dominica ſecunda de Adventu, Dominica tertia, de Annunciatione B. Maria homilias duas: de Dominica quarta de Adventu: In vigilia Nativitatis Domini, in*

S. Bruno.

dae homilias tres, in S. Stephani, in S. Johannis Evangeliſta, in Feſtivitate Innocentium, Dominica prima poſt Natalem Domini, in Octava Domini, in Epiphania: Dominica prima poſt Epiphaniam, Dominica tertia, quarta, & quinta. In Purificatione S. Mariæ, in Septuageſima, in ſexageſima, in quinquageſima, in cinere, & cilicio. Feria ſexta, & Sabbatho, in capite quadrageſimæ uſque in cœnam Domini homilias quadraginta. In cœna Domini, in Sabbatho ſancto, in Feſtivitate Paſchali, in Feria ſecunda, tertia, quarta, quinta, & ſexta, & Sabbatho, in octavis Paſchalibus in Dominica prima, ſecunda, tertia, & quarta poſt octavas Paſchæ, in Proceſſione majori, in Feſtivitate Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, in Inventione Sanctæ Crucis, in S. Angelo, in Aſcenſione Domini, in Dominica prima poſt Aſcenſionem Domini, in Pentecoſte, Dominica prima poſt octavam Pentecoſten, Dominica ſecunda, tertia, & quarta. In Sancti Johannis Baptiſtæ, in vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli, & in die eorum, in Dominica prima poſt Natalem Apoſtolorum, cum Homiliis XXIV. in S. Laurentio; in Aſſumptione S. Mariæ, Sancti Matthæi, vigilia S. Andreæ, & in die ejuſdem, ſermonem de ſancta Scholaſtica, ſermonem de tranſlatione S. Stephani e civitate Conſtantinopolitana ad arcem Romanam: verſus in laudem S. Mariæ, homiliam in decollatione S. Johannis Baptiſtæ. In Nativitate S. Mariæ. Fuit autem temporibus ſupradictorum Imperatorum, ſepultus eſt in epiſcopatu ſuo apud civitatem Signinam. Et cap. 31. Chron. Caſſ. l. 4. preſſius de iiſdem S. Viri lucubrationibus ait: *Non autem idem vir otioſe hic vixiſſe credendus eſt, qui tales, ac tantos nobis ſcripturarum expoſuerit libros, de quibus ſummam illorum ſcilicet, qui in noſtris manibus venere pandere curamus, ſuper Pſalterium, ſuper Geneſim, ſuper Exodum, ſuper Leviticum, ſuper Numerum, ſuper Deuteronomium, ſuper Iſaiam, ſuper cantica canticorum, ſuper Judicum, ſuper Apocalipſin. De totius autem anni feſtivitatibus, atque diebus Dominicis; compoſuit ſermones ſexaginta novem Omelias centum quinquaginta quinque.* Omnia quotquot inveniri potuerunt S. Brunonis opera duobus voluminibus typis Bertanorum edidit Venetiis, anno 1651. D. Maurus Marcheſius monachus, & Decanus Caſſinenſis Panormitanus, eademque integra recuſa ſunt in bibliotheca Maxima SS. PP. Lugdunenſi A. 1677. apud Anyſſonios To. XX. a pag. 1294. ad 1816. Marcheſius in Diſſ. Hiſt. de S. Brunone, ejuſque operibus validiſſimis rationum momentis oſtendit falſo attributum S. Brunoni Carthuſianorum inſtitutori opus ſententiarum ſex in libros diſtributum, quorum primus de laudibus eccleſiæ octo capita comprehendit, alter de ornamentis eccleſiæ capita duodecim; III. de novo Mundo decem; IV. de Feſtivitatibus Feſtivitatum, ſermones de Sanctiſſima Trinitate, de Nativitate, Circumciſione, & Epiphania Domini, de Dominica Palmarum, de Cœna Domini, in Paraſceve, de Reſurrectione, de Aſcenſione, & Pentecoſte. V. de Laudibus beatiſſimæ Virginis ſermones quoſdam continet, de ejuſdem nativitate, Purificatione, Annuntiatione, & Aſſumptione. VI. de Martyribus, Apoſtolis, Confeſſoribus Pontificibus, & non Pontificibus, Virginibus, & de ſancto Michaele Archangelo. Utque codices Vaticanos, Sabaudos, ipſoſque Carthuſiæ, S. Bartholomæi de Triſulta a Marcheſio laudatos prætercam, in quibus opus hoc Brunoni Signienſi epiſcopo conſtanter tribuitur, ſtyli certe a reliquis S. Brunonis Carthuſiani operibus diverſitas, atque alia, hujus authorem Monachum Benedictinum demonſtrant. Certe ſermone VI. lib. 1. hæc dicit: *Porta vero, quia nemo, niſi per ipſos, ideſt per eorum fidem, atque doctrinam, eccleſiæ ſocietati conjungitur, vel cœli palatium ingreditur, ipſis data ſunt claves regni cœlorum, ipſi & porta, & oſtiarii ſunt. Hæc autem omnia in Apocalypſi latius expoſuimus, nec modo tempus eſt, ut per ſingula differamur.* Hujus Commentarii authorem S. Brunonem Signienſem fuiſſe ex ejuſdem aſſertione conſtat, in præfatione ad Apocalypſim, ubi ſic loquitur. *Poſt epiſcopatum autem, hanc beati Johannis Apocalipſin propter cauſam ſuperius memoratam, & ante hanc, Prophetarum nobiliſſimum Iſaiam, rogatu Damiani Venerabilis Abbatis, ſatis compendioſe, lucideque differui &c.* Numquam vero legas, S. Brunonem Carthuſianum in Apocalypſim ſcripſiſſe. Rem apud æquos rerum æſtimatores, vel partium ſaltem ſtudio haud abreptos conficit, Petri Diaconi coævi ſcriptoris aſſertio, qui omnia memorata capitula operis ſententiarum ſingillatim numerat eo modo, quo extant etiam in codice bibliothecæ noſtræ MS. characteribus uti vocant Langobardicis exarato, ſignato nu. 196., qui vivo Brunone ſcriptus videtur, atque authorem Monachum fuiſſe præ ſe fert, quem ſic nominat: *Liber ſententiarum Bruni*. Eodem errore, ut Marcheſius oſtendit, Euſebio Emeſſeno tributæ ſunt centum quadraginta homiliæ in Evangelia totius anni, quæ S. Brunoni noſtro ſunt vindicandæ, teſte Petro Diacono, qui eas ſingillatim enumerat, eodemque ordine deſcriptas videre eſt in codice Biblioth. noſtræ, mſ. Langobardicis characteribus coævis, ut videtur; ſignato num. 194. Nullus certe ex Veteribus Euſebio haſce homilias tribuit, illique abjudicat ſtylus, qui non Græcum hominem, ſed latinum, & Brunonem ipſum refert. Homilia certe 92. in Evangelium: *Eliſabet impletum eſt tempus pariendi*; lectores ad commentarium ſuum in Leviticum amandat, quod abs dubio S. Brunonis noſtri genuinum opus eſt. Hinc merito eruditiſſimus Labbe To. I. Catalogi ſcript. Eccleſ. p. 310. de Euſebio Emeſſeno agens ait: *Quæ tamen hactenus* (Homiliæ) *ſub illius nomine vulgata ſunt, & ante ſexcentos fere annos a Guitmundo Averſano ſub finem libri tertii adverſus Berengarium, ſæculo undecimo, & ſub medium ſequentis ſæculi a Gratiano diſt. 2. allegata, authoris ſunt latini, & ad Syrum Euſebium nullatenus pertinent. Bruno Aſtenſis epiſcopus Signinus eas, quæ in Evangelia totius anni circumferuntur, & de tempore, ac ſanctis dici ſolent, in quibus citatur S. Gregorius Magnus, & adverſus Pelagium diſputatur, ſibi merito vindicat ex Caſſinenſibus ac Vaticanis Indicibus, & fide Petri Diaconi Caſſinenſis bibliothecarii, alia vero paulo plus, quam quinquaginta, quæ ſuperſunt de variis argumentis, ex Eucherii Lugdunenſis, Fauſti Rejenſis, Cæſarii, Arelatenſis, ſimiliumque Gallicanorum illius ævi Epiſcoporum a regulis deprompta videntur eruditis, Sixto, Baronio, Poſſevino, Bellarmino &c.* Oudin etiam in Supplemento ad librum Bellar-

mini

Digitized by Google

mini de ſcriptor. Eccleſ. p. 28. fatetur, ſuppoſitas haſce homilias Euſebio Emeſſeno. Anonymus Mellicenſis Sæculi XII. author editus a Cl. noſtro D. Bernardo Pez poſt bibliothecam Sanmaurianam hæc de Brunone noſtro ſcribit: *Bruno Signienſis epiſcopus vir bonus, & catholicus utilem admodum tractatum edidit, in quo cunctis per orbem fidelibus gratiam, & pacem imprecatus a laude exorſus beatiſſimi papæ Leonis ſcribis nonnulla de ſimoniacis, ſimoniacorumque Sacramentis. Rogatu quoque venerandi epiſcopi Mazolovenſis ſcribit quædam myſtica de Dedicationibus eccleſiarum, & aliis eccleſiæ Sacramentis*. Brunonis prologus in vitam S. Leonis noni, ad quem referuntur Anonymi verba, ſic incipit: *Bruno &c. omnibus Fidelibus, & catholicis univerſis. Gratia vobis, & pax a deo Patre noſtro, & domino Jeſu Chriſto, &c.* Opus de Simoniacis eſt illud inſcriptum: *Cur corruptus tunc temporis eccleſiæ ſtatus*. Cum vero ait Anonymus: *Scribit quædam myſtica de Dedicationibus eccleſiarum, & aliis eccleſiæ Sacramentis*, opus ſententiarum, ſeu de laudibus eccleſiæ intelligitur, quo conſtet vere S. Brunonis noſtri opus illud eſſe, quod coævus hic author eidem aſſerit, non S. Brunonis Carthuſiani, cui nominis ſimilitudo, vitæq; tempus quædam hujus noſtri opera per Scriptorum negligentiam attribuit. Marius in adnotationibus ad hoc Petri Diaconi caput ait de Brunone noſtro: *Nonnulla vero MSS. extant Taurini in nobiliſſima, ac celeberima bibliotheca sereniſſimi Sabaudiæ Ducis, præſertim vero Commentarius in cuncta quatuor Evangelia, uti etiam aliqua in biblioth. illmi dni Caroli de Montechal archiepiſ. Toloſani, ſcribit Philippus Labbeus in nova bibliotheca M.SS. librorum p. 199.* Et Oudin p. 189. ubi de Brunonis noſtri Operibus: *De cujus ſcriptis Labbeus ſufficienter quæ ſunt edita Venetiis in fol. anno 1651. cum diſſertatione prævia, quæ multa docet de operibus hujus Brunonis in præjudicium alterius Carthuſiani Ordinis inſtitutoris, quam legito. Addo Labbeanis opuſculum Brunonis de Conſecratione eccleſiæ mancum in editione Veneta, integrum haberi to. 12. p. 79. Spicilegii Dacheriani.* Arnoldus Wion Lign. Vit. lib. 1. pag. 19. & ſeqq. numerat S. Brunonis noſtri opera perfecta, quæ inter ſententiarum librum, *qui eſt in Bibliotheca Caſſinenſi, MSS. in membranis &c. quorum primus eſt de laudibus eccleſiæ, habetque ſermones novem, ſecundus de ornamentis eccleſiæ continet ſermones XII. Tertius de novo mundo, ſermonibus X. Quartus de præcipuis Feſtivitatibus anni complectitur ſermones XXXVI. &c. Homilias de diverſis 155. quarum apud me ſunt ſubſequentes &c.* De S. Brunonis lucubrationibus agit Labbe de ſcript. Eccl. p. 211., & ſeqq. & 749. Ricordatus in Hiſt. Monaſt. p. 429. & ſeqq. Nuceus in Notis ad cap. 31. lib. IV. *Chron.* Caſſ. ubi aſſerit expoſitionem in Cantica, quæ incipit: *Salomon inſpiratus Divino Spiritu &c.* fœtum S. Brunonis noſtri eſſe, tum quod in codice bibliothecæ noſtræ Sig. nu. 455. extat, tum ob ſtyli, ac phraſis ſimilitudinem, atque per errorem tributam S. Thomæ in editione ejus operum Romæ ſub S. Pio V. facta, nam S. Thomæ expoſitio in Cantica illa eſt quæ A. 1545. apud Galterium edita incipit: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora; In principio cujuſlibet libri quantum ad præſens ſpectat duo ſunt notanda &c. & deſinit. Quod in præſenti vita ſecundum ſtatum Viatorum, & in futura per apertam viſionem comprehenſorum dignetur Chriſtus operari in nobis, qui cum Patre, & Spiritu Sancto. &c.* Subditque Nuceus: *Et in hujus quidem Commentarii formulis, & doctrina Angelicus doctor eluces evidenter, eſt enim ſimillimum cæteris ejus commentariis, ut ovum ovo.*

Pandulphus.

De Pandulpho hæc ait Petrus cap. 25. ibidem: *Pandulphus Oſtienſis epiſcopus parvulus & ipſe in Caſino B. Benedicto oblatus, ſcripſit ſermones de totius anni feſtivitatibus: Rhythmum quoque in laudem S. Mariæ compoſuit, & alia nonnulla, quæ noſtras in manibus nec dum venerunt. Fuit vero temporibus Alexii, Johannis, Henrici, Lothariique Imperatorum.*

Gregorius.

De Gregorio Monacho Caſſinenſi, & epiſcopo Terracinenſi habet Petrus cap. 32. *Gregorius Taracinenſis epiſcopus parvulus & ipſe in Caſino oblatus memoria tenax, ingenio vivax tantæ fuit gravitatis, ſuavitatis, ac eloquentiæ, ut a nonnullis columna eccleſiæ diceretur. Scripſit paſſionem SS. Caſti, & Caſſii: Paſſionem S. Virginis Reſtitutæ: Vitam S. Confeſſoris Chriſti Gerardi: Homiliam de Aſſumptione Sanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ. Cantus SS. Caſti, & Caſſii; hymnos eorum: Verſus de tranſitu peregrinorum ad ſepulchrum Domini, & captione Hieroſolimitanæ urbis, rogatu Berardi Valvenſis pulcherrimos fecit Hiſtoriam Jonæ: Verſus de Dedicationibus eccleſiarum, feſtivitateque Paſchali: De S. Andrea. Homilias de totius anni feſtivitatibus. Fuit autem temporibus Alexii, Henrici, ac Johannis Imperatorum: ſepultus vero eſt apud Pipernenſem eccleſiam.* Ejuſdem idem Petrus meminit lib. IV. Chr. Caſſ. cap. 42. hiſce verbis: *Gregorius hujus cœnobii a pueritia Monachus, & in ſcripturis ſanctis erudititiſſimus &c.* Vitam S. Reſtitutæ Soræ patronæ duobus libris diſtinctam, quam Gregorius noſter ſcripſit, edidere Bollandiani To. VI. Maii, die 27. p. 669., & ſeqq. V. Commentarius prævius ad eam Vitam ibidem. Subſcripſit Gregorius Concilio generali Lateranenſi ſub Paſchali II. A. 1112. V. Ferrarius in catal. Sanctorum Ital. poſt relata compendio, Acta S. Reſtitutæ die 27. Maii teſtatur, eadem a Gregorio noſtro ſcripta aſſervari in Eccleſia Sorana. In codice bibliothecæ noſtræ ſig. nu. 300. extat Hiſtoria: *De via Hieroſolymis qualiter recuperata ſit, qualiterque etiam Antiochia &c.* Eam edidit Mabillonius Muſei Italici To. I. p. 13., & ſeqq. atque in admonitione hæc ait: *Quidam exiſtimant, non alium eſſe a Gregorio Terracinenſi epiſcopo, qui verſus de tranſitu Peregrinorum &c. atque rogatu Berardi Epiſcopi hanc conſcripſiſſe.* Hiſtoriam, cujus tamen Authorem Gallum fuiſſe, aut Nortmannum, & quidem laicum ipſe exiſtimat.

Gregorius alter.

Alterius Gregorii lucubrationes hiſce verbis deſcribit Petrus Diaconus cap. 33. *Gregorius Sinueſſanus epiſcopus, & Caſſinenſis Monachus, magnus ingenio, præclarus eloquentia. De captione Caſſinenſis cœnobii verſus deſcripſit mirificos, in quibus introduxit B. Benedictum ad Monachos Caſſinenſes loquentem. Compoſuit & multa alia quæ in noſtras manus minime venerunt. Fuit vero ſupradictis Imperatoribus: ſepultus eſt in epiſcopatu ſuo.*

Paulus.

De Paulo hiſce verbis agit Petrus Diaconus ibidem cap. 36. *Paulus e liguria Romanorum provincia*

ortus,

Digitized by Google

ortus, & ab ipſa infantia, occulto dei judicio; lumine privatus, & ob hanc rem literis, & Philoſophicis ſtudiis ignarus, tantum uſque in hodiernum diem de ſe miraculum præbuit, ut ab omnibus alter Didymus appelletur. Hic poſtquam ſub Oderiſio Abbate Caſſinenſe cœnobium adiit ſcripſit altercationem Romanorum, & Græcorum quæ facta eſt in civitate Conſtantinopolitana, temporibus Paſchalis II. papæ, & Alexii Imperatoris. Super Eſaiam, ſuper Hieremiam, ſuper reliquos Prophetas, ſuper Pſalterium, ſuper Matthæum, ſuper Marcum, ſuper Lucam, ſuper Johannem, ſuper Epiſtolas Pauli, ſuper Apocalypſim. Non ſolum autem Grammaticam, verum & reliquas artes auditu tantum pleniſſime cordetenus didicit. Scripſit etiam vitam S. Ebizzonis Monachi Caſſinenſis, qui Hilarioni ſimilis fuit. Extant & alia ejus librorum volumina, quæ in noſtras manus nondum venerunt. Obiit autem apud Tiburtinam civitatem. Ejuſdem meminit Petrus lib. 3.

Paulus. Chron. Caſſ. cap. 47. Johannes Signienſis epiſcopus Paulo expoſitionem in Cantica tribuit, ut diximus in vita S. Berardi. Vitam S. Gebizzonis a Paulo conſcriptam præcedenti ſæculo attulimus. Vid. Voſſius de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 45. p. 376. Wion. lib. II. p. 446.

Bernardus. Bernardi Monachi Caſſinenſis hiſce verbis meminit Petrus Diaconus cap. 37. *Bernardus Caſſinenſis Monachus liberalibus ſtudiis optime eruditus ſcripſit miracula S. Confeſſoris Chriſti Amici Caſſinenſis Monachi: fecit & alia multa, quæ recenſere ſuperfluum duximus. Obiit autem noſtro pene ſub tempore.* Amici Vitam refert Mabillonius Sæc. VI. P. I.

nota. p. 777., & ſeqq. Ea tamen, quæ in noſtro Codice ſign. nu. 34. reperitur, copioſior, & noſtro quidem judicio accuratior. Vid. Wion p. 407.

Johannes. Preſſe deſcribit Petrus Diaconus cap. 38. lucubrationes Johannis Diaconi: *Johannes Diaconus Divina, & humana ſcriptura peritiſſimus fecit verſus in laudem S. Dei genitricis, & Virginis Mariæ, & alia quam plurima, quæ ad noſtros obtutus nondum venere.* Hujus etiam meminit Wion. p. 430.

Petrus. Petri Præceptoris ſui lucubrationes hiſce verbis deſcribit Petrus Diaconus cap. 39. *Petrus Diaconus inſtitutor meus declamator inſignis e civitate Theanenſi, de qua oriundus erat egrediens, Caſinum advenit, uſque ab Oderiſio Abbate Monachus factus eſt. Scripſit præterea in eodem cœnobio poſitus ſermonem de ſeptuageſima: de dedicatione eccleſiæ: de Nativitate Domini: de Epiphania, & alios quamplurimos.* Vid Wion p. 44.

Guido. Guidonis Opera hiſce verbis narrat Petrus cap. 41. *Guido Caſſinenſis presbyter vir in humana eruditione clariſſimus, religione & vita probatiſſimus, ſcripſit Hiſtoriam Henrici imperatoris, viſionem Alberici Monachi Caſſinenſis; verſus de fortuna ejuſdem . . . . præterea quæ in hiſtoria Caſſinenſi deerant, a temporibus ſcilicet Oderiſii primi, uſque ad hunc diem adjunxit.* Hæc Alberici viſio extat in Codice bibliothecæ noſtræ ſig. nu. 257. Vid. Wion p. 422., & Nicodemus in Additionibus ad bibliothecam Neapolitanam Nicolai Toppi p. 248.

Roboas. De Roboa hiſce verbis agit Petrus cap. 42. *Roboas Diaconus, parvulus in Caſino a Girardo Abbate ſuſceptus, ſcripſit rogatu quorundam amicorum ſuorum ſermones de totius anni feſtivitatibus, ac vitam S. Confeſſoris Chriſti Leonardi.*

Petrus. Verſus a Petro ſubdiacono compoſitos eadem brevitate deſcribit Petrus Diaconus cap. 43. *Petrus Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus, & Caſſinenſis Monachus, parvulus & ipſe in Caſino ſuſceptus, rogatu Petri Diaconi, ac bibliothecarii, paſſionem beati Marci verſibus adornavit.*

Raynaldus. Alterius ſubdiaconi Raynaldi carmina memorat Petrus Diaconus cap. 44. hiſce verbis: *Raynaldus Caſſinenſis Subdiaconus parvulus B. Benedicto oblatus, vir valde eruditus, & verſificandi ſcientia antiquis per omnia comparandus: ſcripſit ad Petrum Diaconum ac bibliothecarium ſanctiſſimi Severi Caſſinatis Epiſcopi in laudem verſus: Verſus quoque de vita B. Benedicti, ac B. Mauri. Hymnos in laudem ſancti Confeſſoris Chriſti, atque Pontificis Severi.* Vid. Wion p. 193. ubi tamen hunc cum Raynaldo

Emendantur Wion, & Voſſius. II. Abbate Caſſinenſi perperam confundit, atque inſuper, ſilente Petro Diacono aſſerit compoſuiſſe vitam ſancti Severi Caſſinenſis epiſcopi. Vid. Voſſius lib. 3. p. 779., qui Wionem ſequutus authorem in eundem errorem labitur. Hujus Raynaldi Hymni extant in codice bibliothecæ noſtræ ſign. nu.. . ., editique fuere in Breviariis Caſſinenſibus A. 1568., & 1572.

Oderiſius II. De Oderiſio II. hæc ait Petrus Diaconus lib. IV. cap. 88. *Taliter Oderiſius ab æmulis ſuis eſt projectus, & a propria ſede depulſus, vir certe magnanimus, ſcientia clarus, eloquentia decore ornatus, nam inter tantas perſecutiones conſtitutus, ſermones de præcipuis feſtivitatibus lucidos ſatis, & diſertos compoſuit. Ab illo autem tempore non defuerunt huic Caſſinenſi cœnobio variæ, ac ingentes ærumnæ. &c.*

Johannes. Johannis Tiburtini ſermones hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 46. *Johannes Tiburtinus a Girardo Abbate in Caſino ſuſceptus, ſcripſit ſermone ſimplici ſermones de totius anni feſtivitatibus, fecit & alia nonnulla, quæ in noſtram notitiam non venerunt. Obiit autem temporibus Lotharii Imperatoris.*

Petrus Diaconus. Suorummet tandem operum catalogum texit Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſin. cap. 66., & lib. de Viris Illuſtr. Caſſin. cap. 47., quod ultimum eſt. Cum plura tamen cap. 66. recenſeat opera, illud hic integrum damus: *His porro temporibus, Petrus Diaconus anno dominicæ incarnationis quintodecimo, centeſimo, atque milleſimo, primo ætatis ſuæ luſtro, a parentibus ſuis beato Benedicto oblatus, & a jam dicto Girardo Abbate ſuſceptus, & habitu ſanctæ converſationis indutus, atque ſub eodem Abbate per annos bis IV. eruditus, viceſimo primo anno ætatis ſuæ ſcripſit ad Oderiſium ſecundum ſupradicti Girardi ſucceſſorem Paſſionem beatiſſimi Martyris Marci, & ſociorum ejus, Vitam egregii confeſſoris Fulconis, Paſſionem ſanctiſſimi martyris Placidi diſcipuli beati patris Benedicti, & vitam S. Apollinaris Abbatis ad reverendiſſimum Raynaldum Abbatem, Vitam SS. Guinizonis, & Januarii ad Richardum Monachum Caſſinenſem, Vitam S. Conſtantii epiſcopi, & Confeſſoris, ad Guarinum epiſcopum Aquinenſem, Vitam S. Severi epiſcopi Caſſinenſis ad Senioretum Abbatem, rythmum de noviſſimis diebus, in quo juxta litteram videtur ſecutum fuiſſe Apoſtolum Johannem, cum idem Petrus ſciret finitum pro infinito, juxta quod ibidem ſcriptum eſt. Deſtructionem etiam & reſtaurationem Civitatis Atinæ, & Inventionem corporis beati Mar-*

tyris

Digitized by Google

tyris Marci deſcripſit. Vitam S. Dariæ uxoris S. Nicandri. Scripſit etiam ſermones hos: de Feſtivitate B. Marci ſermones octo, de Vigiliis ejus ſermones duos, de S. Martyre Placido omelias duas, & ſermones duodecim de Cœna Domini, ſermones duo in Paraſceven, in Sabbato ſancto Omeliam, in Feſtivitate S. Benedicti, Sermonem in Paſcha, in octava S. Benedicti, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte, de Feſtivitate S. Johannis Baptiſtæ, de SS. Petro, & Paulo, de S. Laurentio, de Vigilia S. Mariæ, librum illuſtrium virorum cœnobii Caſſinenſis ad Pandulfum Teanenſem Epiſcopum, Miracula Caſſinenſium Monachorum, quæ ſcripta adhuc minime erant, deſcripſit. Hiſtoriam de everſione, ſeu reſtauratione cœnobii beati Mauri, ex juſſione Abbatis Senorecti emendavit, in qua & prologum ſcripſit. Fecit & Prologum in libro privilegiorum, ſermonem de tranſlatione corporis S. Protomartyris Stephani a civitate CPna. ad Urbem Romanam, Ortus, & Vitas Juſtorum cœnobii Caſſinenſis, ſermonem de Feſtivitate omnium ſanctorum, de Nativitate Domini, ſermones duo de S. Stephano, Chronicam cœnobii Caſſinenſis a renovatione eccleſiæ beati Martini a Deſiderio facta, uſque ad hunc diem, Aſtronomiam ex veteribus libris collegit. Demum vero pro reſponſis Caſſinenſis cœnobii apocriſarius ad Lotharium tertium Romanorum imperatorem directus, poſtquam ei ſeſſionem ad pedes ſuos conceſſit, poſtquam inter Capellanos Romani imperii locavit, poſtquam diſcipulum Bertulfi Cancellarii conſtituit, poſtquam a ſecretis effecit, Logothetam, exceptorem, & auditorem Romani imperii illum conſtituit. In aula porro Romani imperii idem Petrus dum verſaretur, altercationem, quæ facta eſt ante eundem Imperatorem, inter eum, & adverſarium Caſſinenſis eccleſiæ compoſuit. Solinum de Miraculis breviavit. De generibus lapidum pretioſorum ad Chonradum Imperatorem librum exaravit. Expoſitionem ſuper Regula S. Benedicti componens, in quatuor libros devisit. Scholias in veteri teſtamento, Epiſtolas duas ad Lotharium imperatorem, ex juſſione Abbatis Guybaldi. Ad Richizam imperatricem de Obitu Lotharii imperatoris. Ad eandem de obitu Henrici Ducis Bajoariorum; De electione Chonradi ſecundi Romanorum Imperatoris, Epiſtolam perpulchram compoſuit. Librum Notarum ex parvo ampliorem effecit, & Chonrado Imperatori dedicavit. Vitrubium de Architectura mundi emendans breviavit. Librum Hevæ Regis Arabiæ de pretioſis lapidibus ad Neronem Imperatorem, quem Conſtantinus imperator ante annos fere octingentos ab urbe Roma Conſtantinopolim aſportaverat, de Græco in Romanam linguam tranſtulit. Ymnos duos in laudem S. Juſtæ Virginis, & Martyris dictavit. Viſionem Alberici Monachi Caſſinenſis corruptam emendavit. Chronicam regum gentis Trojanæ, & conſulum, Dictatorum, & Imperatorum compoſuit. Miracula SS. Martyrum Marci Nycandri, & Marciani exaravit, Ymnos ſex in eorum laude compoſuit. Cantus B. Martyris Marci dictavit. Scholias, in diverſis ſententiis. Exhortatorium ad Monachos, in quo oſtendit, quid cuſtodire, quid cavere debeant. De ſeptem vitiis, & virtutibus, de ſeptem petitionibus. De Rebecca, & Iſaac. De Rege Ozia, & Sacerdotibus. De Moyſe, & via trium dierum, ac tribus temporibus. De Viſione Iſaiæ. Librum ſalutationum, exhortationum, & opprobriorum. De Terra repromiſſionis. Itinerarium ex omnibus veteribus libris collegit, & Guybaldo Caſſinenſi Abbati dicavit. Vitam S. papæ Leonis exaravit. Yſtoriam gentis Trojanæ a principio mundi, uſque ad ſua tempora, nec non & librum prodigiorum, & portentorum deſcribens, illuſtriſſimo Ptolomeo ſecundo Romanorum Conſuli dedicavit. De Tẽptatione Chriſti in deſerto Omeliam perpulchrã exaravit, nec non & altercationem, quam habuit cum quondam CPno. pro Romana Eccleſia. Compoſuit alia multa, quæ hic ſcribere ſuperſedimus. Ex memoratis operibus edita ſunt ſupplementum lib. tertii Chronici Caſſinenſis, a cap. 35. integro, ad 73., ac totus quartus liber ejuſdem chronici, liber de Viris Illuſtribus Caſſinenſibus, Ritus electionis, & Benedictionis novi Abbatis in Appendice Chron. Caſſ. Editionis Nuceanæ, liber de Notis literarum more Romano, Venetiis, cura Nicolai Eritrhæi editus A. 1525. atque iterum Hannoviæ cum omnibus veteribus Grammaticis latinis opera Eliæ Putſchii. Alia Petri Diaconi Opera extant in codicibus mſſ. Bibliothecæ noſtræ ſigg. nn. 257., 361., 388., & in Regeſto nuncupato S. Placidi.

Dionyſius etiam Monachus Caſſinenſis Vitam S. Lidani ſeu Ligdani compoſuit, ut ſupradictum. Ex Dionyſius.

VII.

MONACHI CASSINENSES HOC SÆCULO DIGNITATE Illuſtres.

S. Gelaſius II. electus Romanus pontifex poſt Paſchalis II. mortem VIII. Kal. Februarii A. 1118. Anno inſequenti 1119. obiit IV. Kal. Februarii. De hoc fuſius ſupra actum. S. Gelaſius II. Pontifex.

Oderiſius II. creatus eſt Cardinalis Diaconus a Paſchali II., teſte Petro Diacono ſcriptore coævo, lib. 4. cap. 42. & clarius cap. 78. hiſce verbis: *Hic ex Sangrorum Comitum proſapia, ſuæ originis lineam ducens, ſub ſanctæ memoriæ Oderiſio in hunc locum ſuſceptus, & habitu Monaſtico indutus, & liberalibus diſciplinis apprime eruditus eſt. Qui a prædeceſſore ſuo Girardo hujus monaſterii Præpoſitus ordinatus, cum prudentia, & ſapientia multa polleret, a venerabili papa Paſchali Diaconus in Lateranenſi eccleſia eſt conſtitutus. Girardo autem Abbate viam univerſæ carnis ingreſſo, Fratres, ut in talibus conſuetudo eſt, in unum conveniunt, & quoniam noſtra Congregatio plurimis erat tunc diſſenſionibus ſciſſa, & unuſquiſque Abbatem ad ſuam voluntatem eligere proponebat, noviſſime tandem una ſententia eundem Oderiſium Abbatem eligentes, ſupradicto papa Calixto ocius litteras dirigunt, Girardi deceſſum, & Oderiſii electionem notificantes. Pontifex autem ejus electione agnita, apoſtolicas litteras Fratribus hujus cœnobii dirigens, ejuſque electionem confirmans, mandans, ut illi in omnibus parere ſtuderent; Menſe itaque Martio adveniente, præparatis his, quæ itineri neceſſaria erant, prout a Pontifice ei directum fuerat, Romam conſecrandus advenit. Ibi ab eodem Papa, qui tunc forte Synodum celebrabat, honorifice ſatis conſecratus, & a Cardinalibus, nobilibuſque Romanis in magna eſt gloria habitus. &c.* Vid. Ciac- Cardinales. Oderiſius II.

conius

conius cum Additionibus Oldoini To. I. col. 923., nu. 59. Electioni Gelaſii II. interfuit Oderiſius teſte Pandulfo Piſano, & Baronio A. 1118. p. 123., ubi corrupte legitur: *Sagreſtanus* pro *Sangretanus*. Vid. Gelaſii Vita a Pandulpho ſcripta apud Cajetanum, & Papebrochium.

Roſcemannus. Roſcemannus etiam creatus eſt a Paſchali II. S. R. E. Diaconus Cardinalis S. Georgii, teſte Petro Diacono cap. 22. ac electioni & ipſe Gelaſii II. interfuit, teſte Pandulpho apud Cajetanum, Papebrochium, & Baronium cit. anno, ubi tamen eum corrupte *Roſimanum* appellat. Calliſti II. electioni etiam interfuit, a quo Romam ad petenda ob id Cardinalium partis Catholicæ fautorum ſuffragia, eſt miſſus, quo in munere, quam optime, prudenterque ſe geſſerit, felix exitus oſtendit, eodem Petro teſte, cap. 64. Vid. Ciacconius, qui Roſcemannum ad A. 1123. vixiſſe aſſerit, quo anno Calliſti bullæ ſubſcripſerit datæ Laterani VIII. idus Aprilis.

Pandulphus. Pandulphum Petrus Diaconus cap. 25. appellat epiſcopum Oſtienſem, ac proinde Cardinalem, deque eo agunt Ciacconius p. 199. nu. 51. Ughellius To. I. in deſcriptione Epiſcop. Oſtien. nu. 36., ubi cenſet, aut Pandulphum hunc Oſtiæ epiſcopum non fuiſſe, aut ſaltem ſucceſſiſſe Leoni Chronici Caſſinenſis authori; Wion certe lib. II. p. 190. ſilente tamen Petro noſtro, aſſerit, ab Innocentio II. poſt Leonis mortem, factum epiſcopum Oſtienſem.

Johannes. Johannem Caſſinatem Monachum creatum a Paſchali II. presbyterum Cardinalem S. Euſebii, teſtis eſt Ciacconius nu. 16., qui ſubſcripſiſſe ait privilegiis a Calliſto II. epiſcopis Averſano, & Januenſi eodem anno conceſſis, To. IV. Ughelli in deſcriptione Archiep. Genuæ ſub datum Laterani 1121., col. 854., & To. I. in deſcriptione Epiſcop. Averſæ, col. 486. ſub Datum Beneventi.

Petrus. Inter Cardinales quoque a Paſchali II. creatos, memorat Ciacconius nu. 57., Petrum Monachum Caſſinenſem, Cardinalem Diaconum S. Hadriani, & Bibliothecarium S. R. E. Credimus tamen, Petrum hunc, de quo loquitur etiam Baronius A. 1115. p. 107. Monachum Caſſinatem haud fuiſſe.

Amicus. De eodem Paſchali II. loquens Petrus Diaconus cap. 42. inquit: *Similiter etiam in cœnobio S. martyris Chriſti Vincentii Amicus hujus Caſſinenſis monaſterii Decanus Abbas præficitur*. De Amico hæc leguntur in emortuali noſtro *II. Nonas Januarii obiit &c. Amicus Cardinalis, & Abbas S. Vincentii*. Ughellius t. VI. Italiæ Sacræ in deſcript. epiſcoporum Iſerniæ col. 392. nu. 29. in catalogo Abbatum S. Vincentii aſſerit, Amicum hunc fuiſſe Monachum, & Abbatem S. Vincentii ad Fontes Vulturni, atque Cardinalem Tituli S. Crucis in Jeruſalem factum ab Urbano II. A. 1090. obiiſſe ſub Calliſto II. Pridie Nonas Januarii Caſini, ex Kalendario ejuſdem cœnobii. Idem aſſerunt Wion lib. II. cap. 9. p. 188., & Ciacconius p. 189. nu. . . . Nutat tamen Ughelli Aſſertio, eum ipſemet hæc dicat: *Prope finem Chronici alieno charactere nomina poſteriorum Abbatum aliqua deſcripta ſunt:* quorum primus eſt Amicus. Author catalogi A. 1567. circiter vixit, nempe Cæſar Coſta archiepiſcopus Capuanus, & Abbas S. Vincentii Commendatarius, qui Chronico ejuſdem cœnobii V. & VI. librum adjecit, brevemq; contexuit Abbatum elenchum, quem refert Ughellius ipſe. Quare notum ipſi eſſe non potuit, an Amicus Caſſinas fuerit, vel Vulturnenſis, cum in hoc catalogo nullus alius Amicus legatur. Cum Ughellio Ciacconius, & Wion falluntur, qui A. 1090. creatum ab Urbano II. Cardinalem ſcribunt, nam A. circiter 1111., quo Abbas S. Vincentii electus eſt a Paſchali II., Decanus erat Caſſinenſis. Rectius Ciarlante in Memor. Hiſtor. Samnii lib. 3. p. 276. eum Monachum Caſſinenſem facit. Emendatur Ughellius, & alii.

Petrus alter. Idem Ciacconius num. 9. inter Cardinales ab Innocentio II. primum creatos recenſet Petrum Monachum Caſſinatem Oſtienſem Epiſcopum. Quamquam vero Ughellius num. 39. in epiſcopis Oſtiæ contendat, haud potuiſſe Petrum ejus ſedis eſſe epiſcopum, quæ ab aliis occuparetur, concedit tamen & ipſe, potuiſſe Petrum A. 1133. creatum brevi ſupervivere, atque alteri dare locum. Hujus rei fidem penes Ciacconium vult eſſe. In emortuali certe Caſſinenſi legimus *VIII. Kal. Martii obiit ven. memoriæ domnus Petrus Oſtienſis epiſcopus &c.*

Raynaldus Colimentanus. Innocentius II. ex eodem Ciacconio nu. 35. creavit presbyterum Cardinalem SS. Petri, & Marcellini Raynaldum Colomentanum, ſeu Colimentarium, de quo agit Petrus Diaconus lib. IV. cap. 128., ubi preſſe ejus vitam hiſce verbis deſcribit: *Jam duodecim dies a Guibaldi receſſu tranſierant, cum Fratres convenientes in unum, & Spiritus ſancti gratia invocata, elegerunt Raynaldum ejuſdem cœnobii Monachum, virum utique habitu, inceſſu, & moribus honeſtiſſimum, & divina humanaque ſcientia clarum. Hic itaque nobiliſſimo Marſorum Comitum genere in Valeria ſcilicet provincia, ſanguinis ſui lineam ducens, tertio ætatis ſuæ luſtro, ſub Oderiſio ſecundo beato Benedicto oblatus, tanta morum ſcientia, tanta honeſtate, ac conſtantia ſuper omnes coævos ſui temporis ſplenduit, ut jure illud dominicum ei poſſit aſcribi, Ego oſtendam ei, quanta illum oporteat pati pro nomine meo: contra hunc namque conjuraverunt gentes, & regna, & ut ita dicam, orbis terrarum contra eum ſurrexit, ſet galea ſalutis, & lorica fidei indutus, & patris Benedicti protectione munitus, adverſantium, & æmulantium inſidias pro nichilo duxit. Eo etiam tempore, cum rex Roggerius civitates, & caſtra uſque ad confinia Caſſinenſis cœnobii recepiſſet, fortiſſimoque, atque duriſſimo Imperio ſuo juri ſubditas retineret, eique nullo modo, nullo pacto idem Abbas, prout Roggerius volebat, conſentiret, ſe civitates, & Caſtra, omniaque Monaſterio pertinentia demoliturum minari cœpit, miſſiſque nuntiis, hoc Abbati, Fratribus, cunctoque populo nuntiari mandavit; verum, ut in talibus aſſolet, primum ſævire vulgus ignobile, deinde ſævitia in timorem mutata, ſuis cum omnibus, uxoribus quoque, & filiis, Caſſinenſe ad monaſterium confugerunt. Non poſt multum præfatus Rex paciſcens cum Caſſinenſibus, treuguam interim, ut omnes, qui ob timorem illius aufugerant, ut cum ſuis ad propria reverterentur, conceſſit*. Raynaldi juſſu librum tertium Chronici Caſſinenſis complevit Petrus Diaconus, quartumque addidit eidem nuncupatum, ut patet ex Prologo, in cujus fine hæc leguntur: *Quapropter Rainalde pater in Chriſto beatiſſime, patrum unicum in orbe levitici ſapientia &*

mo-

monaſtici ſtematis decus, qui nos indignos ad tantum opus eligere cenſuiſtis, veſtro id, ſi placet, elimato ſplendidoque ſermone corrigite, nec ſimplicis verbi inerciam, ſed Hiſtoriam noſtro cœnobio attendatis utiliſſimam. Eſt namque hiſtoria teſtis temporum, indiculum veritatis, vita memoria, magiſtra vita, priſcorum temporum nuntia, bonorum omnium norma. Vobis enim condecet hanc elimare, quam ſuperni Regis clementia conſtituit currum, & aurigam ſpiritualis Jeruſalem, Benedicti Vicarium, atque Abbatum Abbatem. Corrigitur Vvion. Wion intolerando errore lib. 1. ligni Vitæ cap. 21. Raynaldum Colimentanum cum Raynaldo Etruſco confundens ait, fuiſſe hunc Antipapæ Anacleti ſubdiaconum, atque ab Innocentio II. Abbatia deturbatum, cum Colimentanus poſt Guibaldi diſceſſum electus ſit, quod nedum ex capp. 104.; & 128. Petri Diaconi, ut optime advertunt Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium p. 67., & ſeqq., & Diſſ. de origine Familiæ Colimentæ, atque Nuceus in notis ad caput 104. vetum etiam ex Anonymo Caſſinenſi, qui anno 1137. expreſſe ait: *Obiit Seniorectus Abbas &c. Raynaldus Tuſcus fit Abbas &c.* paulloque poſt: *Raynaldus hujus loci Electus deponitur. Guibaldus ordinatur, qui poſt quadraginta quatuor dies recedit. Raynaldus Colem̃t. fit Abbas.* Idem liquet ex hac comitis Raonis donatione, quæ plura lectu digna comprehendit.

Ex originali in Archivo. † *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnacione ejus milleſimo centeſimo quadrageſimo menſe Martio indictione tercia. Ego Rao Filius qm. Rabelis Tiana civitatis Dominus dono, offero, atque concedo monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino, & tibi domno Raynaldo de Colum̃to ejuſdem loci Abbati, ideſt omnes terras, & vineas, & Villanos, & Molendinum, quod eſt ad Pontem ligneum, que habeo, & poſſideo in terra S. Benedicti, qua fuerunt qm. domna hodierne Marſicane, preter unum Ortale, quod ante hos annos dedi Caſſinenſi hoſpitali, cujus cuſtos, & Rector erat domnus Jeorgius Monachus, & preter domum, qua fuit ejuſdem hodierne, quam mihi reſervo, & virum quemdam nomine Zoſum Johannis Fuſci cum rebus ſuis. Concedo eciam prefato monaſterio, & jamdicto domno Abbati Molendinum illud, quod conſtruxit domnus Abbas Seniorectus juxta civitatem S. Germani, in loco qui dicitur ad Refuſorium, & quinque Apothecas Amalfitanorum, que omnia erant obligata pignori, pro quibus recolligendis ex voluntate domni Abbatis, & Fratrum dedi libras denorium papienſium quadraginta hoc videlicet modo, ut ex reditu predicti molendini, & Villanorum habeant Fratres Caſſinenſes per ſingulos menſes, ſequenti die poſt Kalendas refeccionem pro anima mea, & Agnetis uxoris mea, & Guffridi de Aquila generi mei, & Adericia filia mea uxoris ſua, & aliorum parentum noſtrorum, & faciant in eiſdem diebus nec non per Anniverſarios dies noſtros in commemoratione noſtra plenarium defunctorum officium, quemad-* non. *modum faciunt in anniverſariis diebus Ducis Rubberti Viſcardi, & Sikelgaita uxoris ejus. Quod vero ex redditu predictarum apothecarum, & ex fructibus terra & vinearum, & ortorum, & predicti Molendini, quod eſt ad pontem ligneum pervenerit, totum in veſtibus Fratrum detur, expendatur, atque proficiat, nec liceat nobis, vel heredibus noſtris ullo tempore nolle quod voluimus, ſed quod a nobis ſemel factum eſt in perpetuum obſervare promittimus, & inſuper obligamus nos, & heredes noſtros, quod ſi hanc noſtram donacionem, oblacionem, atque conceſſionem infringere, vel removere queſiverimus, vel ſi calumpniam, ſeu moleſtacionem predicto Monaſterio, aut rectoribus ejus facere temptaverimus, promittimus, & obligamus nos ſoluturos prefato Monaſterio, & rectoribus ejus auri optimi libras quadraginta, & poſt ſolutam penam, hac noſtra donacio, oblacio, atque conceſſio firma, & inviolabilis permaneat ſemper. Hanc autem oblacionis, ſeu dignacionis, vel conceſſionis Cartam ſcripſi Ego Johannes diaconus, & curia notarius ex rogatu predicti domni Raonis. Actum in ſupraſcripto Monte caſtro Caſino. ✠ Ego qui ſupra Rao filius Rabelis ſignum crucis feci. ✠ Ego Petrus Decanus Teanenſ. ✠ Ego qui ſupra Goffredus de Aquila ſignum crucis feci. ✠ Ego Rao filius Guilelmi ſignum crucis feci. ✠ Ego Tancredus filius qm. Petri Canſolini ſignum crucis feci. ✠ Ego bey.symus Judex ſubſcripſi.*

Imo in fine veteris regeſti Petri Diaconi querimonia extat a Raynaldo Abbate, ut advertit etiam Nuceus, facta coram Duce Rogerio, adverſus Johannem quorumdam prædiorum cœnobii noſtri detentorem, quæ ſic incipit. *Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCXLVII. Menſe Martio trigeſima* nota. *die ipſius menſis. Dñus Abbas Raynaldus de Columento cum eſſet ante preſentiam dñi Rogerii Ducis,glorioſiſſimi regis Rogerii Filius, conqueſtus eſt, quod quidam Johannes de boczo quaſdam terras de quodam Caſale Caſtellionis nomine, q. pertinet monaſterio S. Benedicti montis Caſini laboraret, & nihil exinde par. ſupraſcripti monaſterii redderet, & quod quaſdam etiam terras, quas in eodem caſali idem Johannes emerat pro propriis retineret, & nichil exinde monaſter. redderet. Unde ſupraſcriptus Johannes, ex precepto domini Ducis Rogerii, per pilleum q. in manu tenebat, promiſit ſe daturum eidem dño Abbati, & par. ſupraſcripti monaſterii decimam de omnibus terris, quas ibi habebat. Interfuere ibi e Dnũs* nota; *Rog. Electus Panormitanus, Electus Trojanus, Henricus de Olgia. Giffredus de Rodano, Marmonte, Berardus S. Ruſina, Wilielmus de Bantra. Landenulfus de Mortula, preſente etiam ejuſdem domini Abbatis judice, & advocato Mazulino, & Roffrido judice de Benevento.* Si ergo anno 1147. Abbas Caſſinenſis erat Raynaldus Colimentanus, haud certe potuit in ſchiſmate eligi. Eundem in er- nota; rorem lapſi ſunt Baronius A. 1136. p. 246. aliique plures decepti editione chronici noſtri ab Ambroſio Camaldulenſi adornata, quam in lucem Venetiis protulit Laurentius Vincentinus, nam hæc perperam habet: *Raynaldum Calementanum fautores ſui raptum in patris Benedicti ſede conſtituunt.* Raynaldus Colimentanus cœnobio noſtro ad A. 1066. præfuit, eumque hiſce verbis laudat Innocentius III. in ſtatutis ad diſciplinam, & obſervantiam monaſticam apud Caſſinates tutandam anno decimooctavo pontificatus ſui factis: *Ut Caſſinenſis Abbas utatur calceamentis, & veſtibus, ſecundum B. Benedicti regulam, pannis videlicet, quibus bona memoria Raynaldus & Petrus de Inſula, aliique illius loci religioſi Abbates uſi eſſe noſcuntur, &c.* Sub ejus regimine limina S. Benedicti viſitarunt Rogerius, & Guillelmus utriuſque Siciliæ reges, Ludovicus

rex

rex Galliæ, & Gonnarius rex Sardiniæ. De aliis, egregie ab eo geſtis agendum in §. de Monaſteriis, & Diſſ. I.

Petrus Piſanus. Inter Pſeudo Cardinales ab Anacleto prima vice creatos, octavum Ciacconius numerat Petrum Piſanum Monachum Caſſinenſem. De quo Wion lib. II. p. 192. hæc habet: *Receptus poſtea ab Innocentio Papa II. in numerum Cardinalium S. R. E. Panvinus in Epitome in 4.*

Berardus. Idem Ciacconius inter Cardinales ab Eugenio III. prima vice creatos recenſet num. 5. Berardum Monachum Caſſinenſem, cujus rei fides ſit penes authorem.

Oderiſius. Oderiſius etiam ex Monacho Caſſinenſi Abbas S. Johannis in Venere Cardinalis fuit, ut conſtat ex hac inſcriptione in pariete ejus eccleſiæ exteriori, nunc etiam ſuperſtite, quæ ejus ſepulchro impoſita eſt.

Moribus enituit tumulus, quem continet iſte,
Ordinis, & generis magnus Oderiſius iſte,
Abbas Cardinalis ortus e Collo Petrinis,
Feliciter præfuit annis XL., novemque:
MCC. Domini quoque quatuor anni.
Johannes Ciconic. hoc opus fieri fecit.

Conſtruxit Oderiſius eccleſiam S. Johannis, ut conſtat hac inſcriptione in parte exteriori eccleſiæ poſita in angulo tertiæ abſidæ a cornu epiſtolæ: *Anno Dominica incarnationis MC. ſexageſimo quinto indictione XIII. menſe Aprilis. Ego Oderiſius Dei gratia S. Johannis in Venere Abbas, & S. R. E. ſubdiaconus Baſilicam S. Johannis in Venere conſtruere, & rehadificare, largiente domino, cœpi.* Supereſt hæc eccleſia longa palmos Neapolitanos ducentum, lata nonaginta, cum tribus abſidis. Alia etiam eccleſia ſub hac poſita. Monachum Caſſinatem fuiſſe Oderiſium luculenter hæc duo inſtrumenta evincunt, quorum primum extat in regeſto Thomæ Decani p. 12. nu. 21. alterum p. 13. a t. nu. 24. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, duodecimo anno regni domni Will. ſecundi glorioſiſſimi regis menſe Januario octava decima die ejuſdem menſis indictione undecima. Quanta mentis affectione Caſſinenſis eccleſiæ Abbas Oderiſius teneatur aſtrictus, quibus, quantiſque beneficiis eum inſtantia vigilantia piæ matri voluit ſubveniri, &* nota. *operum exhibitio, & ipſarum rerum proteſtatur eventus. Qui nimirum licet corporali diſpoſitione ſemotus, mentis tamen vicinitate propinquus ne aliquando circa matrem periculum incurreret oblivionis. Lumen oculorum ſuorum, lucernam corporis ſui, ejus Fratrem nomine Gentilem merito diligendum, laudum titulis prædicandum indiſſolubilis dilectionis pignus, hac pia matri ſuppliciter commendavit. Quia ergo ſibi, & Frater in eterna vita volens provideri, & pro viſibili invisibilem, & pro temporali eternum, utrique theſaurum comparari, ejuſdem matris piis viſceribus fratribus educatis, copioſitatis munere propinante, non modica contulit donaria, ut quindecim milia tarenorum, ut ex eis emerentur poſſeſſiones, quibus ſingulis duobus annis fratribus ſubveniretur clauſtralibus in pellibus ſtrictis, & in veſtituris pro filtris, & pulvinaribus 9. ſecundum Moñ. Inſtitutionem de communi nequaquam recipiebant. Quia vero poſſeſſiones non inveniebantur venales, & moñ. poſſeſſionibus abundant pro debito imminente jamdicta pecunia indigeret, de communi conſenſu fratrum habito in capitulo. Nos Petrus Dei gratia Caſſinenſis Abbas pro debito eccleſiæ recepta pecunia, conceſſimus in perpetuum ſub pœna excommunicationis in conventu ſollempniter indicata pro ſupradictis neceſſitatibus Fratrum redditus de Caſtellione, ſcilicet decem, & novem unicas auri, & quinque alias uncias auri ab eccleſia de Cinglis ſingulis annis percipiendas, & quadraginta ſol. tarenorum expenſionem apothecarum q. pignori obligata ex prædicta pecunia ſunt depignorata, ita tamen, ut hac penſio apothecarum cum oportunum fuerit, expendatur pro inveſtituris, reliqua vero pecunia ſingulis duobus annis pro pellibus ſtrictis, quas ſoli Fratres recipiant clauſtrales. Idem præterea Abbas Oderiſius Caſſin. eccleſiæ promptiſſimus coadjutor antiquam noſtræ eccleſiæ in auro, & argento imminutam conſiderans decorationem, cupiens eam aliquatenus reparari, pro tabula ante altare S. Johannis ponenda obtulit triginta duas libras argenti, centum bizantios pro ejus* nota; *deauratione, & quindecim uncias auri pro aurificum mercede. Nunc ergo non immerito conſiderata circa Caſſinenſis monaſterii ejus affectionem eidem in capitulo perpetua promiſimus ſtabilitate ſingulis annis pro anima Fratris ſui, & ſua poſtquam viam univerſæ carnis intraverit, ſollempniter anniverſarium agere, & ſingulis menſibus tamquam pro Roberto Guiſcardo, & Duciſſa divina officia celebrare, ut q. ſub* nota; *regula B. Benedicti jugiter Deo militantibus voluerunt in terrenis ſubvenire ejuſdem pii patris in Cæleſtibus patrocinio functi gaudiis cum ipſo perfrui mereantur ſempiternis. Ne autem prædicti Abbatis veneranda devotio, & hujus concilii noſtri ſalubris inſtitutio poſterorum memoriam, & obſervationem effugiant. Hæc omnia ſibi Leonardo noſtro maxime notario ſcribenda mandavimus, & ſcripta Venerabili ſigno Crucis, & ſubſcriptione nominis noſtri confirmavimus, & perpetuis temporibus juſſimus immutabiliter obſervari. Actum in capitulo monaſterii Caſſinenſis. ✠ Ego Petrus Dei gratia Caſſinenſis Abbas. ✠ Ego Frater Riccardus Caſſinenſis Decanus. ✠ Ego Fr. Maurus Decanus. ✠ Ego Frater Pandulfus Caſſinenſis Camerarius. &c.*

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo quartodecimo, menſe Martii, viceſimo nono die ejuſdem menſis, indictione ſecunda. Ad curam paſtoralis officii pertinet ita ſuis ſubditis, & maxime religioſis in temporalibus providere ſubſidiis, ut ſeculari ſollicitudine poſtpoſita de ſpiritualibus tantum cogitent, & ad ea ſola dirigant intentionem. Quoniam ergo Fratres noſtri jugiter monaſterio Caſſinenſi deſervientes ſtatutos redditus non habent olim unde cultra lecti ipſorum neceſſaria pararentur bona memoriæ Oderiſius Abbas quondam S. Johannis, exaltiſſimam ad Caſſinenſem eccleſiam Oderiſius Abbas S. Joannis in Veneri Caſinas monachus. *devotionem, de qua & ipſe proceſſerat, habens, quaſdam terras emi, & conventui Caſſinenſi fecit aſſignari ad opus, & uſum ſupraſcriptum profuturus, Verum quia redditus ipſarum terrarum prædicta neceſſitati minus ſufficiens eſſe dignoſcitur; Nos Adenulfus de gratia Abbas Caſſinenſis bonum ab illo inceptum perficere, domino largiente, diſponimus, & licet non ſit nobis ad preſens facultas plena conſumandi, quantum tamen poſſumus interim procedentes, habito ſuper hoc cum eiſdem Fratribus noſtris conſilio, deputavimus ad prædictum uſum, & conceſſimus ſedium*

quod-

Digitized by Google

quoddam ad Pontem Linnl. ubi olim fuit conſtructa domus, & inſtituta balcatoria ad reparandam ipſam domum, & faciendum ibi molendina, ſeu balcatoria, prout magis expedire videbitur, quorum redditus ſemper aſſignentur Conventui Caſſinenſi pro cultris ad eorum opus parandis, ſtatuentes, & ſub pœna excommunicationis diſtrictius inhibentes, ne cui liceat ullo tempore locum ipſum, & edificia ibi facienda, ſeu redditus eorum de demanio ipſius noſtri Conventus ſub, vel in alios uſus transferre, ſet maneant ſemper in eorundem Fratrum noſtrorum preſentium, & futurorum poteſtate, & utilitate prædicto eorum uſui perpetuo profutura, ut autem hac noſtra ordinatio, & conceſſio a nobis, & ſucceſſoribus noſtris firma conſervetur, & intacta, eam præſentis ſcripti munimine roboravimus. Quod tibi magiſtro Riccardo monaſterii Caſſinenſis & civitatis S. Germani publico notario ſcribere mandavimus. Actum in monaſterio Caſſinenſi; Ego qui ſupra Adenulfus dei gratia Caſſinenſis Abbas; Ego Frater Vitalis Vicedecanus; Ego Frater Octo Diaconus & Monachus; Ego Frater Landulfus Diaconus, & Monachus; Ego Frater Octo Diaconus, & Monachus; Ego Frater Aymo Diaconus, & Monachus; Ego Frater Nicolaus Diaconus, & Monachus; Ego Frater Girardus Sacerdos & monachus. &c.

Inſignia duo privilegia huic Abbati conceſſere Alexander III. XVI. Kal. Julii, A. 1176., & Henricus VI. Imperator A. 1195. Kal. Martii, quæ refert Ughellius in deſcript. Epiſcop. Teatin. col. 709. & 699. Ex hiſce quam ampla hujus cœnobii pluca in Oppida juriſdictio temporalis, ac ſpiritualis fuerit, ſatis liqoet. Adjacet hoc monaſterium mari Adriatico ad oſtia Sangri fluminis. Mortuus jam erat Oderiſius menſe Decembri A. 1204., ut ex privilegio ab Innocentio III. Oddoni ejus cœnobii Abbati conceſſo IV. Nonas Decembris ejus anni apud Ughellium loc. cit. col. 715., & ſeqq. In alio inſtrumento anno 1207. menſe Aprilis ſtipulato ex regeſto Thomæ Decani p. 13. Oderiſius *bona memoria Abbas*, appellatur. Mari in notis ad cap. 28. Petri Diaconi de Vir. Illuſtr. Caſſ. Oderiſium hunc

Emendſ-cur Mari, & Toppius.

cum Oderiſio I. Abbate Caſſinenſi A. 1105. mortuo confundit. Contra Toppius in Bibliotheca Neapolitana p. 226., & ſeqq. duos pro uno Oderiſios Abbates S. Johannis in Venere conſtituit, deque horum primo ait: *Oderiſio de Venere d'antica, e nobiliſſima Famiglia di Chieti Monacho, & Abbate di S. Giovanni in Venere Caſſinenſe, dottor, Canoniſta, e Cardinale di ſanta Chieſa nel 1135. morì a 7. d'Aprile, ne ſi sà l'anno, e nella detta Chieſa coſtrutta, e riedificata da queſto Cardinale leggeſi la ſopraccennata inſcrittione tranſcritta come a punto ſi ritrova.* Allatam a nobis inſcriptionem A. 1165. refert ſed poſtmodum a vero aberrat dum mortuum ait A. 1133. De altero Oderiſio hæc ſcribit: *E nella medema Chieſa di S. Giovanni in Venere ritrovaſi ſepolto un altro Odoriſio Monaco anco Benedettino Caſſineſe Abbate, e Cardinale di Colle Pietro della dioceſi dell' Aquila, che fiorì nel 1224. ignoto al Panvinio; & al Ciacconio col ſeguente epitafio.* Refert epitaphium a nobis allatum, quo mortuus ponitur A. 1204. Ex iiſdem tamen inſcriptionibus facile videre erat, eundem Oderiſium quadraginta, & novem annis Abbatem S. Johannis A. 1204. mortuum, & ex privilegio Henrici VI. in vivis fuiſſe A. 1195. Ciacconius etiam, & Oldoinus To. I. col. 1085. nu. 4. Oderiſium hunc cum Abbate Caſſinenſi confundunt, atque aſſerunt, obiiſſe die 7. Aprilis A. 1177. Ex Gente Palearia ortum duxit

Oderiſius ex familia Palearia.

Oderiſius, ut ex Bullis Alexandri III., Clementis III., & Honorii III. in quibus Gentili ejus Fratri familiæ Paleariæ cognomen tribuitur. Alexandri III. Bullam ſupra retulimus. De altero Gentili de Palearia loquitur Richardus a ſancto Germano A. 1199. hiſce verbis: *Et Panormum properans* (Marcualdus) *facta compoſitione cum Comite Gentili de Palear. quem Gualterius regni Siciliæ cancellarius Cuſtodem regis, & palatii redigerat, palatium Panormi recepit ad manus ſuas, & ſic totam poſtea Siciliam ſuis niſus eſt viribus ſubjugare.* Hoc certo anno mortuus erat Gentilis Oderiſii frater, quem Alexander III. *bona memoria* appellat; quemadmodum etiam Clemens III. De Comite Gualterio de Palearia cancellario regni Siciliæ agit Richardus pluribus annis, potiſſimum 1207., & Mazza in epitome hiſtoriarum Salerni p. 96., ubi inſcriptionem refert ejus tumulo impoſitam, in qua cum Gentili fratre humatus eſt.

Theodinus.

Ab Alexandro III. creatus eſt S. R. E. Cardinalis Theodinus Caſſinenſis Abbas, teſte Ciacconio col. 1088. nu. 9.

Rugerius.

Rugerius etiam Monachus Caſſinenſis ab Alexandro III. creatus eſt Cardinalis tituli S. Euſebii, ac deinde archiepiſcopus Beneventanus, teſte Ciacconio col. 1095. nu. 23., & Ughellio To. VIII. col. 124. nu. 14., in deſcriptione archiepiſcopi Benevent. Infra clarius Monachum Caſſinenſem fuiſſe oſtendemus, cum de Archiepiſcopis.

Johannes.

Johannes a Salerno Monachus Caſſinenſis electus eſt presbyter Cardinalis tituli S. Stephani in Cœlio monte a Cœleſtino III., teſte Ciacconio col. 1159. nu. 2., a quo miſſus etiam in Germaniam S. Sedis apoſtolicæ Legatus. Cœleſtino fatis functo decem e Cardinalibus Johannem eligunt Pontificem, quod tamen munus minime curandum duxit, ne ſchiſma ſuboriretur, ipſeque com decem in electionem ab aliis Cardinalibus factam ſponte conceſſit, nempe Lotharii Cardinalis Diaconi SS. Sergii & Bacchi, deinde Innocentii tertii, a quo Pontifice legatus in regno Neapolitano cum Girardo Diacono Cardinali S. Hadriani eſt miſſus, ut urbi Baronibuſque ſuaderent Marqualdo tyranno haud aſſentiri, quodve Siciliam Federico II., cujus tum tutor erat, conſervaret. Vid. Spondanus A. 1198. nu. 2. & Raynaldus A. 1201. nu. 35. & A. 1199. nu. 3. Aliis legationibus honorifice functus eſt ejuſdem Innocentii juſſu in Scotia, Hibernia, atque inſulis adjacentibus, ut habet Raynaldus A. 1201. nu. 35., ubi hæc refert Rogerii Hovedeni in hiſtoria Anglicana de eo verba: *Prædictus vero Johannes non manducavit carnem, vinum, & ſiceram non bibit, nec aliquid, quo inebriari potuit, ſed aurum, & argentum ſitivit, &c.* Quomodo Johannes aurum ſitiverit, qui valide adeo obſtitit ambitioni, gloriæque? Huic Johanni Roffridus Caſſinenſis Abbas epiſtolam ſcripſit, in qua miracula narrat precibus S. Benedicti facta in ſacello S. Crucis media fere Caſſinum pergentibus via poſito; ex qua non obſcure colligitur, Johannem hunc Monachum Caſſinatem fuiſſe. Eam edidit Nuceus in notis ad cap. 18. Vitæ S. Benedicti nu. 195. ubi tamen fallitur cum aſſerit

datam A. 1189. ſubditque Roffridum Electum fuiſſe Abbatem A. 1187., & Cardinalem a Cœleſtino III. A. 1189. Certe Roffridus electus eſt Abbas VIII. idus Julii A. 1188., & Cœleſtinus III. inauguratus eſt pontifex A. 1191. menſe Aprilis; inſuper in ea epiſtola hæc legere eſt: *Dedit ſe hic talis patri noſtro confeſſori permagnifico Benedicto ab eo tempore quo caſtrum Vayrani nobis eſt munificentia imperiali collatum, & cæteris illius terræ incolis a noſtra ditione recedentibus non receſſit &c.* Vairani oppidum donatum eſt Caſſinatibus ab Henrico VI. A. 1191. XII. Kal. Junii; quare hæc epiſtola poſt eum annum data. Pluribus Johannes noſter privilegiis ſubſcripſit a Cœleſtino III., & Innocen- III. conceſſis, atque obiit A. 1210.

Emendatur Numerus.

Roffridus.

Roffridus hic, ſeu Roffredus de Inſula Caſſinenſis Abbas creatus eſt presbyter Cardinalis SS. Marcellini, & Petri a Cœleſtino III. teſte Ciacconio To. I. col. 1160. nu. 3. Ejus tempore Caſſinum adiere Henricus VI. Imperator cum Conſtantia conjuge, a quo ampliſſima privilegia, quædamque oppida vel reſtituta vel conceſſa nobis ſunt, ut Diſſ. I. dicemus. De eo ſic loquitur Richardus a S. Germano A. 1194. *Imperator vero* (Henricus) *Apuliæ fines nullo obſtante ingrediens, omnes Apuliæ recepit civitates ad mandatum & fidelitatem ſuam convertens dicto Caſſinenſi Abbate præeunte, cujus fidei puritas ſatis ipſi erat Imperatori experta, cui totam procuram, auctoritatem, & poteſtatem contulerat, ut venire ad ſuam fidelitatem volentes . . . . opera poſſet offenſos, & per ipſum veniam mereremur.* Ejuſdem generis privilegia obtinuit Roffridus a Clemente III. Cœleſtino III., & Innocentio III., a quo etiam legatus in Siciliam eſt miſſus, ut refert Raynaldus Anno 1202. nu. 6. & Richardus a S. Germano eodem anno ſic ſcribit: *Dictus Comes Gualterius cum jam dicto Caſſinenſi Abbate in Apuliam vadit, qui Abbas una cum Petro Gallozæ Portuenſi epiſcopo legationis officio fungebatur &c. Dictus Caſſinenſis Abbas in Apulia vadit, habita de Diopuldo victoria, legatus in Siciliam vadit, &c.* Atque Anno 1208. *Eo anno Innocentius papa in Vigilia S. Johannis Baptiſtæ menſe Junio venit ab Urbe ad S. Germanum ubi ab ipſo Abbate Roffrido magnifice receptus eſt, & tam ipſe, quam Fratres ſui domini Cardinales in neceſſariis omnibus honorifice procurati.* Eodem anno adventum in monaſterium noſtrum Innocentii III. refert Anonymus, qui A. 1209. ſubdit: *Hoc anno menſe Madio Roffridus Abbas hujus loci mortuus eſt &c.* Eadem habet Richardus hoc anno, atque die 30. Maii obiiſſe ait.

Archiepiſcopi, & Epiſcopi.

Archiepiſcopos, & epiſcopos e Monachis Caſſinatibus factos hoc ſæculo haud chronologico ordine recenſebimus, ſed juxta Ughellii diſtributionem, ne identidem eundem repetere tomum cogamur.

Leo Marſicanus.

Primus itaque omnium recenſendus Leo Marſicanus epiſcopus Oſtienſis, de quo agit Ughellius To. I. in Deſcript. Epiſcop. Oſtiæ col. 61. nu. 34., noſque fuſius alibi.

Pandulphus.

Pandulphus Oſtienſis & ipſe epiſcopus fuit teſte Petro Diacono coævo ſcriptore de Viris Illuſtr. Caſſ. cap. 25., quamquam Ughellius nu. 36. hæc ſcribat: *Quamobrem affirmare oportebit, aut illum Pandulphum nunquam fuiſſe Oſtienſem epiſcopum, aut ſi ea dignitate inſignitus eſt, alio tempore Oſtienſem rexiſſe eccleſiam, id eſt poſt Leonem Marſicanum* (*ſi tamen aliquid mea me conjectura juvat*) *ad hujuſmodi dignitatem fuiſſe aſſumptum.*

Petrus.

De Petro Monacho Caſſinenſi hæc ait Ughellius nu. 39. *Petrus Monachus Caſſinenſis, & Abbas Benedictinus Draconi prædicto ſucceſſit, ut quidam volunt. Exſtat hujus memoria in antiquiſſimo codice Montis Caſini. Obiit octavo Kal. Martii, ut Ciacconio places, quamquam perperam dicas illum fuiſſe electum 1130. quod incredibile eſt, cum per id tempus Johannes floreret Bononienſis, qui Draconem ſucceſſorem excepit. Nil tamen prohibet dicere, hunc Petrum paucis omnino diebus ſupervixiſſe, ſi tamen umquam in aliquo numero mortalium hanc lucem aſpexit. Cæterum quæ modo de Petro narravimus eorum fidem apud auctorem illibatam eſſe volumus, ne quemque ex conjectura videamur expoſtulaſſe mendaciorum.* In Emortuali Caſſinenſi hæc leguntur: *VIII. Kal. Martii Obiit ven. mem. Domnus Petrus Hoſtienſis Epiſcopus.* An hic idem ſit cum Petro, de quo agimus, incompertum.

S. Berardus.

S. Berardus epiſcopus fuit Aprutinus ab A. 1115. ad 1122., de quo alibi actum, deque eo agit Ughellius in Deſcript. epiſcop. Aprut. nu. 14.

Lando.

De Landone Monacho Caſſinenſi hæc leguntur in noſtro Emortuali *VI. Idus Novembris obierunt Sciſmundus Sacerdos, & Monachus &c. Lando epiſcopus Aquinenſis.* Vid. Ughellius in Deſcript. Epiſcop. Aquini nu. 10.

Raynaldus.

Raynaldus, quem Reginaldum appellat Ughellius cit. loc. nu. 12. epiſcopus & ipſe Aquinas fuit. Hic Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. A. 1179. celebrato interfuit, ſubſcripſitque privilegio ab Henrico VI. monaſterio noſtro conceſſo. De eo hæc habet Emortuale noſtrum: *Nonis Februarii obierunt Adelbertus Sacerdos, & Monachus &c. Raynaldus epiſcopus Aquinenſis.*

Goffredus.

De Goffredo, ſeu Goffrido Monacho Caſſinenſi, & Aquinate epiſcopo hæc habet Emortuale noſtrum: *Nonis Februarii* (non Novembris, ut per errorem notat Ughellius loc. cit. nu. 13.) *obierunt &c. Goffridus epiſcopus, & monachus.* Nil aliud præterea nobis de hoc epiſcopo notum.

Richardus.

De Richardo Cajetano epiſcopo hæc habet Petrus Diaconus lib. 4. chron. Caſſ. cap. 57. *His diebus defuncto in Cajetana eccleſia Alberto epiſcopo, Richardus hujus cœnobii a pueritia Monachus eidem eccleſiæ epiſcopus datur.* Vid. Ughellius, qui in deſcriptione epiſc. Cajetæ nu. 20. eum Johannis ſucceſſorem facit contra Petri Diaconi ſcriptoris ſynchroni fidem.

Raynaldus.

Raynaldus etiam Cajetæ epiſcopus fuit, de quo agit Ughellius ibidem nu. 26., electumque dicit A. 1169., & ad eum direxiſſe Alexandrum III. Decretales, cap. P. Macconella de Accuſat. & cap. 1. de Purgat.

Benedictus.

De Benedicto Fundano epiſcopo agit Petrus diaconus lib. 4. cap. 53., & Ughellius in deſcript. epiſc. Fund. nu. 13.

S. Berardus alter.

De S. Berardo Marſicano epiſcopo ſupra nos egimus, agitque Ughellius in deſcript. Epiſcop. Marſican. nu. 11. Eam eccleſiam ab A. 1110. ad 1130. rexit.

S. Bruno.

De Sancto etiam Brunone Signienſi epiſcopo ſupra actum, ex Ughellio in deſcrip. epiſc. Signienſ. nu. 12.

Landulphus.

De Landulpho Sorano epiſcopo hęc in Emortua-

li

li noſtro leguntur: *III. Kal. Septembris obiit &c. Landulphus Sarunus epiſcopus, & monachus*; & Chronicon Foſſænovæ A. 1162. habet: *Comes Gregorius Ceccani obiit, & epiſcopus Landulphus de Sora obiit in Arpinum*. Vid. Ughell. in Deſcript. epiſc. Soræ nu. 10.

Gregorius.

De Gregorio Terracinæ epiſcopo hæc ait Petrus Diaconus lib. 4. cap. 42. *His diebus defuncto in Terracinenſi eccleſia Benedicto epiſcopo, Gregorius hujus cœnobii a pueritia Monachus, & in ſcripturis ſanctis erudiriſſimus, a Romano pontifice* (Paſchali II.) *in eadem eccleſia Epiſcopus ſubſtituitur*. Id circa A. 1111. accidit. Miſſus deinde eſt ab Honorio II. ad Oderiſium Abbatem, hunc Romam adire juſſurus, ut eas a ſe notas amoveret, quibus inurebatur teſte Petro Diacono cap. 88. De hoc alibi actum. Vid. Ughell. in deſcriptione epiſcoporum Terracinæ num. 19., ubi aſſerit ſubſcriptam ab eo A. 1126. bullam ab Honorio II. eccleſiæ Piſanæ conceſſam.

Jacobus.

De Jacobo Sueſſano epiſcopo hæc habet Emortuale Caſſinenſe, *VII. Kal. Martii obierunt &c. Jacobus epiſcopus Sueſſanus*. Vid. Ughell. in deſcript. epiſcop. Sueſſæ nu. 5. ubi eum poſt Benedictum collocat, quamquam in nova editione longe anteponatur. Vid. etiam W. lib. II. Ligni Vitæ in epiſcopis Urbium, quæ ab litera S. incipiunt.

Joannes.

De Johanne A. 1108. electo ejuſdem urbis epiſcopo agit Ughellius ibid. nu. 6. ubi ait, ſubſcripſiſſe privilegio ab archiepiſcopo Capuano Senne Caſertanæ eccleſiæ A. 1113. conceſſo.

Pandulphus.

De Pandulpho Teanenſi epiſcopo hæc ait Petrus Diaconus cap. 72. lib. IV. *Quod dum papa Calixtus audiſſet, Pandulfo Teanenſi epiſcopo, qui de hoc noſtro cœnobio ſub papa Paſchali eidem eccleſiæ epiſcopus datus fuerat præcepit, ut ſupradictum Raonem exinde conveniret, quatenus totam Terram reſtitueret, & tale quid in B. Benedicti, quæ ſub protectione Romanæ conſiſtebat eccleſia, ulterius facere non præſumeret. Si vero ſuper hoc eidem epiſcopo, immo Romanæ eccleſiæ obtemperare nollet, idem epiſcopus canonicam de eo juſtitiam faceret, quia quicquid inde dictante juſtitia feciſſet, papa, auctore domino, & ratum haberet, & confirmaret, &c.* Agit de eo etiam cap. 108. ex quo conſtat ad A. 1137. vixiſſe, quo cum Raynaldo Etruſco Caſſinenſi Abbate Innocentium II., & Lotharium III. in Apulia adiit. Vid. Ughellius in Deſcript. Epiſc. Teani nu. 11.

duo Johannes.

Idem Ughellius To. VII. in deſcriptione epiſc. Marſi duos nu. 7., & 8. Johannes ejus urbis epiſcopos monachos Caſſinates recenſet, laudatque Wionem lib. II. Ligni Vitæ lit. M. Verum hic Monachos celeberrimi Cavenſis monaſterii fuiſſe aſſerit, eoſdemque credimus cum iis, quos idem Ughellius nu. 11., 12., aut 13. recenſet.

Raynaldus factus Archiepiſcopus.

Raynaldus ex epiſcopo Cajetano electus eſt archiepiſcopus Barenſis ab Alexandro III. A. 1171. vixitque ad annum 1188. concilio Lateranenſi interfuit A. 1179., atque pactis ſponſalibus inter Guillelmum I. Siciliæ utriuſque regem, & Johannam Henrici II. Angliæ regis filiam initis. Cujus regis munificentia pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus decimas Barii obtinuit. Eximius virginis deiparæ cultor eccleſiam ejus nomini dicavit in Cellamaris, dotavit, cultuque exornavit magnifico. Redditus archiepiſcopatus auxit; juſſitque, ut quotannis omnes diœceſis beneficiati, & clerici octava Feſtivitatis Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis die obedientiam ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus præſtarent, quod ſervatur hactenus. Nonus, & viceſimus fuit ejus urbis archiepiſcopus, ut ipſemet in quodam privilegio ſuo teſtatur. Vid. Ugellius in deſcriptione Archiepiſcoporum Barii num. 39. To. VII.

Gregorius.

De Gregorio Sipontino archiepiſcopo hæc in Emortuali noſtro leguntur, *XI. Kal. Octobris obierunt, &c. Domnus Gregorius Sipontinus Archiepiſcopus, & Monachus &c.* Vid. Ughellius in deſcriptione Archiepiſcop. Sipontin. To. VII. nu. 4., ubi tamen fallitur cum ait, Emortuale noſtrum XI. Kal. Octobris de eo agere.

Rogerius.

Rogerius creatus Beneventanus archiepiſcopus ab Alexandro III. omnibus, qui ſacrum monaſterium Caſſinenſe viſiſerent anni unius Indulgentiam cum pluribus aliis epiſcopis conceſſit A. 1180. ſimilemque iis, qui die feſto S. Benedicti idem cœnobium adirent. Ejus diploma, quamquam recentiori charactere, deſcriptum extat in regeſto Petri Diaconi p. 78., eſtque hujuſmodi. *Rogerius Dei gratia Beneventanus Archiepiſcopus, & Cardinalis S. Euſebii, Univerſis Chriſtifidelibus tam præſentibus, quam futuris. Tremendum diem Judicii noſtris operibus prævenire, cum indignum ſatis, & abſonum videretur, ut Caſſinenſe cœnobium viſitantes, nullam de injuncta ſibi pœnitentia certam veniam reportarent, & optemus ablactati ab uberibus Matris noſtræ, eu ſibi rependere, quæ gratum omni tempore debeant filium demonſtrare, inducti pia commonicione venerabilis patris noſtri Petri dei gratia Caſſinenſis Abbatis, & Fratrum noſtrorum ejuſdem eccleſiæ precibus inclinati convocavimus Venerabiles Fratres, & coepiſcopos noſtros Willelmum Avellinen. Urſonem Agathen. Baldynum Aliſan. Petrum Teleſin. Andream Bovian. Aſtantibus etiam magiſtro Rufino Aſiſin, & Petro Teanen. Epiſcopis a jam dicto domno Abbate convocatis. De collata nobis auctoritate ſtatuimus, ut peregrini, & devote Caſſinenſe monaſterium viſitantes, ſive ſint mares, qui monaſterium intrent, ſive mulieres, quibus non eſt licitum introire, ſe gaudeant unius anni indulgentiam de injuncta ſibi pœnitentia accepiſſe. Nec tamen tranſeundo unum, & redeundo alterum ſe credant aliquatenus obtinere, in feſto autem beati Benedicti ſingulis annis omnes undecumque devenientes annum unum, & quadraginta dies ſibi gaudeant miſericorditer indulgeri. Nec enim tenue vel difficile debet eſſe beneficium quod ſui largitate non patitur detrimentum. Data apud S. Germanum; Natali apoſtolorum Petri & Pauli in anno Domini milleſimo centeſimo octogeſimo. Pontificatus vero domni Alexandri Papæ III. anno. Menſe Junii, indictione XIII. amen.* Illud refert etiam Uhgell. To. VIII. in deſcript. Archiep. Beneventi, ſed ſphalmatibus undequaque reſperſum, potiſſimum præter omiſſa epiſcoporum Avellini, & S. Agathæ nomina, illo: *Aſtantibus etiam Magiſtro Rufino Atinen.* pro *Aſſiſinen.*, ut in noſtro codice legitur, quo anno vere Rufinus Aſſiſij epiſcopus erat, ut advertit Nicolaus Coleti To. I. in calce deſcript. Epiſc. Aſſiſii col. 479. hiſce verbis: *Verum in noviſſima Harduini Conciliorum editione Aſſiſienſis epiſcopus, qui interfuit Lateranenſi Concilio A. 1179. non Petrus, ſed Rufinus dicitur, ſubſcribiturque Rufinus Aſſiſinas*: Meminiſſe debuerat Ughellius dictum a le

jam in deſcriptione epiſcop. Atinæ Tom. VI. col. 437. nu. 22., circa tempora Eugenii III. epiſcopatum illum ad Præpoſitos tranſiſse, quorum primus fuerit Benedictus. Idemque certe obvenire debebat laudato Coleto, cum de extinctis epiſcopatibus agens To. X. p. 26. Rufinum hunc in album epiſcoporum Atinenſium recenſet, deceptus allato ab Ughellio Rogerii privilegio pro Caſſinatibus, ſubditque: *Ex quo patet adhuc poſt Eugenii III. tempora viguiſſe hunc epiſcopatum*; cum potiſſimum ipſemet catalogum Præpoſitorum Atinæ referens primum fuiſse dicat Benedictum A. 1140. vivum, alterum Albericum A. 1145. depoſitum &c. quod verum eſſe patet ex Taulerio in Memor. Hiſtor. Atinæ p. 243. & ſeqq. De Willelmo ſeu Guillelmo Avellinæ epiſcopo, de Urſo, ſeu Urſone epiſcopo S. Agathæ, de Andrea Bojanenſi, de Petro Teleſano, deque Balduino Alifano agit Ughellius in deſcriptionibus ſingulorum Epiſcopatuum nu. 5. 7. 3., & item nu. 3., & 7. deque Petro Teanenſi To. VI. nu. 13. Ex memorato privilegio liquet, Rogerium Monachum Caſſinenſem fuiſſe, apertiuſque ex regeſto I. Bernardi Abbatis p. 87. a t., ubi refertur Bartholomæum medicum Græcum S. Germani accolam vendidiſſe A. 1187. die 7. Decembris, prædium, quod in emphyteuſim a Xenodochio Caſſinenſi habuerat, Germano de Noceta, deindeque ſubditur: *Quam prædictam terram prædictus Bartholomæus Græcus tenuit per cartam libellariam factam ſibi in anno Domini 1176. menſe Auguſti a domino Rogerio venerabili archiepiſcopo Beneventano tunc hoſpitalario Caſſinenſi, &c.* Adnotanda ea privilegii verba: *Sive mulieres, quibus non eſt licitum introire*: ex quibus nullas ad ea tempora mulieres ad baſilicam Caſſinenſem adiiſſe liquet. Plura Rogerius noſter beneficiatis dioceſis ſuæ privilegia conceſſit, cathedralem eccleſiam ornamentis auxit, & in eccleſia S. Bartholomæi ſodalitatem pro mortuis inſtituit, cui plures epiſcopi & Magnates nomen dedere; ejus tempore Albertus de Morra Beneventanus electus eſt pontifex ſub Gregorii VIII. nomine, atque S. Dominicus inſignis Ordinis Prædicatorum inſtitutor Beneventum adiit, ibique conventum fundavit; ultimo tandem regiminis ſui anno precibus monachorum S. Johannis Baptiſtæ de Marocca, epiſcopis Vulturarienſi, Montis Corbini, & Draconarienſi curam demandavit, ut corpus recognoſcerent B. Johannis Heremitæ, decrevitque ut debitus ei cultus exhiberetur, pluresque indulgentias illud viſitantibus impertiit. Vid. Ughellius loc. cit. nu. 14.

Rogerius Archiep. monachus Caſſinas.

Rolandinus.

Idem Ughellius To. IX. in Deſcript. epiſcop. Tropeæ nu. 10. hæc ſcribit: *Rolandinus, vel Orlandinus ex Monacho Caſſinenſis cœnobii, Tropejenſis epiſcopus fuit ut fertur, circa hæc tempora, cujus mentio in monumentis ejuſdem cœnobii.*

Simeon.

De Simeone epiſcopo Uxentino hæc in Emortuali noſtro leguntur: *IX. Kal. Octobris obierunt &c. Simon Epiſcopus de Ogenti, & Monachus.* Vid. Ughellius in Deſcript. Epiſcop. Uxent. nu. 1.

Gregorius.

Petrus Diaconus lib. de Vir. Illuſtr. Caſſ. cap. 33. meminit Gregorii Sinueſſani epiſcopi, quem omiſit Ughellius To. X. in Deſcript. Epiſcop. Antiquat. De hoc alibi actum.

Duo Epiſcopi, duoq; Abbates in Sardinia.

Duos quoque in Sardinia epiſcopos, duoſque Abbates in Dalmatia memorat Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſ. cap. 80. hiſce verbis: *His porro diebus* (id eſt Anno circiter 1124.) *in Sardinia Homodei, & Albertus epiſcopi, in Dalmatia vero Petronius, & Adenulphus Abbates ab hoc monaſterio dati ſunt.*

Quædam Paſchalis II. geſta.

De Paſchali II. agens Petrus Diaconus cap. 55. hæc ſcribit: *Sequenti anno* (1115.) *menſe Madio jamdictus papa Paſchalis Romam egrediens venit ad hoc monaſterium, noſtrumque abbatem ſecum ducens ſynodum celebraturus Trojam perrexit, indeque regrediens, eccleſiam S. Vincentii, quam Gyrardus hujus cœnobii Monachus juxta ortum Vulturni fluminis a fundamentis conſtruxerat ſollempniter dedicavit, in qua etiam noſter Abbas duo pallia optulit. &c.* Et in Chronico Atinæ edito ab Ughellio p. 44. Anecdotorum hæc leguntur, ex quibus Atinæ Præpoſitum ab Abbate Caſſinenſi electum conſtat. *Anno Domini 1155. Albericus Præpoſitus tertio die Martii fuit amotus a præpoſitura; ſe ſcribebat in patentibus literis ſuis; Dei gratia, & Abbatis Caſſinenſis, a quo Præpoſitus eligebatur Atinenſis.*

VIII.

MONASTERIA HOC SÆCULO

CASSINATIBUS DONO DATA.

Vel ab eis constructa.

Monaſterium S. Matthæi ſervorum Dei.

PRimum omnium recenſendum eſt celebre S. Matthæi Servorum dei monaſterium, cujus antiquior mentio eſt in vita Fortunati Hiſpani, ſcripta a Petro Diacono de Ortu, & Vita Juſtorum Caſſinenſium, cap. 53. a nobis ſupra relata, in qua hæc habentur: *Fortunatus &c. ad corpus B. Benedicti cauſa religioſius converſandi, Caſinum veniens, ex conceſſione Abbatis Richerii, juxta eccleſiam S. Matthæi apoſtoli ſibi habitaculum conſtruens, omnipotenti deo deſervire illic ſtudioſius cœpit &c.* Richerius cœnobium Caſſinenſe ab 1038. ad 1055. rexit. Huic cœnobio S. Matthæi bona pluta A. 1083. conceſſit Jordanus Capuæ princeps hoc privilegio, quod in regeſto, ſeu cartario membranaceo ejuſdem monaſterii conſervato in noſtro Archivo legitur p. 2. a t. & ſeqq. † *In nomine dei Salvatoris, anni ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt mill. octogeſimo tercio, & viceſimo ſexto anno principatus domni Jordani glorioſiſſimo principe Capua, menſe Februarii, ſeptima indiccione. Ideoque ego Jordanus dei gratia princeps, & filius quodd. bonæ memoriæ domni Richardi principis, divina inſpiracione compulſus pro mercede, & redempcione animæ meæ, ut de peccatis noſtris ad piiſſimum omnipotentem dominum requiem, & miſericordiam invenire poſſamus. Per hanc quoque videlicet car. offeruimus in monaſterio S. Mathæi apoſtoli, q. eſt conſtructum in monte, qui vocatur Caſtellu, q. eſt ſub regimine SS. Benedicti de monte caſtro Caſino, ubi modo domino Sanſus ſervus dei modo rector præeſt, hoc eſt una pſa., & caſa intus in Aquino loco Maurinoli, & alia pecia de terra in eadem loco, & tercia pecia de terra eſt inter finibus de ſupraſcripto Aquino, loco ulmitu, pertinentes nobis da parte publica, & habet ipſas manſione finis hac. Primo latu pſa., & caſa Johanni Benedicti, & inde habet paſſi octo. Alia*

Donationes Principis Jordani.

latu

Digitized by Google

latu terra Gaydi, & de cortibus ſuis, & exinde habet paſſ. duo, & palmi duo, & quomodo revolvi brachio uno, & palmo uno. Et quomodo directe tendi paſ. quinque. Unu capu da ipſa platea paſ. duo, & ſummiſſe uno. Aliu capu juſta Caſa Stephani paſ. duo, & brachia duo. Alia peciola de terra in eodem loco per hec finis. Primo latu terra de reddo Vivenci, & terra S. Benedicti Paſſ. viginti duo. Suprаſcripti lat. terra S. Benedicti, paſſ. ſimiliter. Unu cap. juſta terram Johanni Ben. paſ. duo, Ali cap. da ipſa laqu p iſ. uno, & brachio uno. Tercia peciola de terra in jam dic. loc. ulmitu per has fines. Unu latu terra Johanni Ben., & inde habet paſ. undecim, quomodo revolvi juſta terram qſ. Johanni, & Pandulfi paſſ. triginta quattuor. Et quomodo revolvi juſta ter. qſ. Johanni paſ. decem, & novem. Et quomodo directe vadit juſta terras qſ. Johanni decem, & nove, & med. & quomodo revolvi juſta terra Guelti Lupi paſ. decem, & novo, & quomodo directe vadit juſta ter. de rede Aczoni paſ. quatuordecim, & brachio uno, & quomodo revolvi juſta Ter. de rede Aczi paſ. undecim, & quomodo directe vadit juſta terram de Rede Patri Magi paſ. viginti ſex: Et quomodo revolvi juſta terram de redo qſ. Petri paſ. triginta. Et quomodo directe vadit juſta terram Gaydi paſſus quatuordecim. Et quomodo revolvi ter. Gaydi paſſ. duodecim & minu brachio uno, & quomodo revolvi juſta terram Gaydi paſſ. ſedecim, & quomodo directe vadit juſta ter. de rede Petri paſ. vigintiquinque. Ali ter. qſ. Johanni Ben. paſ. ſexagintaſeptem, & revolvi paſ. ſex, & med., & quomodo directe vadit paſ. triginta uno, & med., unu capu ter. Petri Tuſci paſ. quadraginta quinque, & quomodo revolvi juſta ter. de rede Petri Capuani paſ. viginti tres, & quomodo directe vadit juſta ter. Johanni Ben. paſſi viginti. Ali. cap. ter. de rede Petri Capuani paſſ. quattuordecim ad paſſum juſtum menſurata ſunt. Hac autem prædicta pſa., & caſa, & prædicta peciolis de terris ipſes qualiter ſuperdiximus de fine in fine indicata, & menſurata ſunt, una cum arboris, & cum omnia ibique intro habentibus ſubtus, vel ſuper, & cum vie ſue ibidem intrandi, & exiendi; ea denique racionem, quatenus amodo, & ſemper firmiter habeat, & poſſideat prædicto S. monaſterio, & ejus cuſtodibus, atque rectoribus inclita ſupraſcripta mea offerſione, & tradicione, quem in ſupraſcripto S. Monaſterio offeruimus, & tradidimus, & faciant inde ſecundum legem omnia, qua eorum placuerit abſque noſtra, & noſtris heredibus contrarietatem, Unde per taliter oblig. me ego qui ſupra JORDANUS dei gratia princeps, & meos heredes cuncta, & integra prædicta hanc mea offerſione, & tradicione defendere, & anteſtare ſemper ab omnes homines, & ab omnibuſque partibus. Nam ſi ego qui ſupra Jordanus dei gratia princeps, vel meos heredes ad hanc cartam offerſionis, & tradicionis, de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium, vel humana aſtucias dirrumpere, vel removere queſierimus, ſeu ſi non fecerimus, & non compleverimus in ſupraſcripto S. monaſterio, & ejus cuſtodibus, atque rectoribus, omnia qualiter ſuperius continere videtur, quinquaginta ſolidos Bizanteos aureos pœna me, & meos heredes in pars ſupraſcripti S. Monaſterii, & ejus cuſtodibus, atque Rectoribus componere, & dare obligamus. Et quicumque ſubtrahere voluerit ea omnia qualiter ſuperius diximus, de poteſtate prædicti monaſterii, habeat partem cum Anna, & Cayphas ſimul cum Pilato, & cum Juda traditor domini noſtri Jeſu Chriſti. ✠ Et hanc Cart. offerſionis, & tradicionis de quibus continet firma, & ſtabilis permaneat ſemper. Et taliter ego qui ſupra Jordanus dei gratia princeps pro mercede, & redempcione anima mea hac fecimus. Et tibi Signorictus notarius ſcribere pracepimus in Aquino cives.

. Suppl. Hiſt. Caſſin.

Amanuenſis errore pro ſexta ponitur ſeptima Indictio. Idem Jordanus bona quædam alia eidem cœnobio hoc privilegio conceſſit ex eodem regeſto p. 6. † *Nos Jordanus dei gratia Capua princeps. Nota fieri volumus omnibus S. eccleſia filiis noſtra ſubditis dicioni pro ſalute, & redempcione anima principis Richardi patris mei, & matris mea Fredeſſinda, & mea, & heredum meorum, conceſſiſſe monaſterio S. Mathei ſito in monte q. caſtellum cognominatur ſubjecto monaſterio S. Benedicti montis Caſini, & domno Sancio ejuſdem monaſterii cuſtodi, atque Rectori, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, videlicet omnes domos, terras, & hereditates Rainaldi olim commorantis Aquinum, qualiter fuerunt, & pertinuerunt eidem Raynaldo ubicumque inventa fuerint ad poſſeſſionem praſcripti monaſterii S. Mathei, & D. Sancii ejuſdem monaſterii cuſtodis, atque rectoris ſuorumque ſucceſſorum, ad habendum, & poſſidendum, & faciendum inde regulariter q. ei, ſuiſque ſucceſſoribus placuerit. Nemine prefato Monaſterio, & praſcripto domno Sancio, ſuiſque ſucceſſoribus aliquam moleſtia inferente. Quod ſi quis diabolico inſtinctu compulſus hanc noſtram conceſſionis, & confirmacionis paginam violare preſumpſerit, triginta auri optimi libras perſolvat, medietatem noſtro palacio, & medietatem praphato Monaſterio, & praſcripto domno Sancio, ſuiſque ſucceſſoribus; & ſoluta pœna, hoc ſcriptum firmum, & inviolabile maneat in perpetuum. Et ut firmius credatur, & diligencius obſervetur noſtro ſigillo fecimus ſigillari ✠ Scripſi ego Canſolinus judex in Aquino. In anno milleſimo octogeſimo tertio ab incarnacione domini noſtri Jheſu Chriſti, & in viceſimo ſexto anno principatus praſcripti principis Capua viceſimo primo anno Ducatus ejus Gajeta per ſeptimam indiccionem.*

Alia donatio Jordani Principis.


Certatim ad cœnobium hoc ditandum confluebant Chriſtifideles probis Monachorum moribus illecti, ut ex donationibus conſtat in eodem regeſto.

Raynaldus Caſſinenſis Abbas Monachis hujus cœnobii A. 1147. conceſſit, ut Priorem pro libito ſuo eligerent, hoc privilegio, quod p. 109. a t. cit. regeſti extat: *In nomine ſumma, & individua Trinitatis anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo indictione decima. Nos Raynaldus dei gratia S. Romana eccleſia presbyter Cardinalis. & Caſſinenſis Abbas dignum duximus ſervorum dei peticionibus clementer annuere, quandoquidem juſta, ac rationabiles comprobentur. Eapropter Frater in Chriſto Kariſſime Majo rector eccleſia B. Mathai in caſtello poſita tibi, nos ſepius deprecanti, tuiſque poſteris, partim pro reverencia S. loci, partim tua religionis merito, gratanter concedimus, ac confirmamus, ut ſicut veſtri majores mira plane ſanctitate* prædicti habuiſſe noſcuntur, ita & vos liberam habeatis poteſtatem priorem vobis eligendi, veſtrique loco totius Congregacionis conſilio unanimiter ordinandi; quem profecto talem fore neceſſe eſt, quod ad hujuſmodi officium lucrandaſque*

Raynaldus Abbas, aliqua plura Privilegia concedunt.

* prædict.

animas aptiſſimus judicetur. Proinde ut hæc noſtra conceſſio firma, & ſtabilis, ac majoris auctoritatis maneat ſemper, teſtibus, ac Sigillo proprio illam roborari mandavimus. Si quis vero, quod Deus avertat noſtrorum ſucceſſorum, non pia dilectionis fervore, ſed propria abuſus voluntate, hoc dirumpere, ac removere temptaverit, ſciat ſeſe illius judicis proculdubio ſubiturum ſentenciam, qui nihil impunitum relinquit, quique, & bona bonis, & mala malis futuro examine recompenſat. Scripta per manum Fratris Sigenulfi Caſſinenſis primiceris juſſione Sanctiſſimi Patris R. Anno ordinationis ejus nono feliciter.



† *Ego Raynaldus Cardinalis, & Abbas.*
† *Ego Fr. Otto Decanus.*
† *Ego Fr. Richardus Amabilis.*
† *Ego Fr. Johannes Capellanus.*
† *Ego Fr. Gentilis Celanenſis.*
† *Ego Fr. Ricchardus.*
† *Ego Fr. Petrus Aczonus Peccator, & Monachus.*
† *Ego Fr. Abdon pp. Cykonie.*

Adnotanda vero hæc, quæ ad probam Monachorum ejus cœnobii vitam commendandam faciunt: *Ut ſicut veſtri majores mira plano ſanctitate præditi habuiſſe noſcuntur, ita & vos liberam habeatis poteſtatem,* &c. atque in fine: *Scripta per manum Fratris Siginulfi Caſſinenſis Primicerii.* Primum certe inter Caſſinates Primicerii nomen uſurpatum, quod ſciamus. A cenſu etiam, Terraticum vocant, quem pro prædiis ſuis Monachi S. Matthæi cœnobio noſtro perſolvebant, eos abſolvit idem Rainaldus. Illud ſub apoſtolicæ ſedis protectione recepit Lucius III. hoc diplomate Jacobo Abbati conceſſo. *Lucius epiſcopus ſervus ſervorum dei dilectis filiis Johanni Abbati monaſterii S. Matthæi ſervorum dei de Caſtello ejuſque Fratribus, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. In eminentis apoſtolica ſedis ſpecula, largiente domino, quamquam immeriti conſtituti ad univerſum corpus eccleſia aciem noſtra conſiderationis debemus extendere, & ſervorum dei quieti attentiori ſtudio providere. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis recordationis Alexandri papa prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, præfatum monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſi quidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ſecundum deum, & beati Benedicti regulam in veſtro monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in preſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præſcriptum monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Terras, & Vineas quas habetis in territorio Aquinati. Poſſeſſiones & terras, quas habetis in terra S. Benedicti, ſive terragio, juſtitiam panis, & vini, quam de veteri conceſſione hactenus obſervata diebus ſingulis a Caſſinenſi monaſterio, & eam, quam ab eccleſia S. Mariæ de Albaneta, & S. Nicolai de Ciconia recipitis. Sicut eas vobis prædictum monaſterium Caſſinenſe in perpetuum obtinendas pietatis obtentu conceſſit. Libertatem etiam a bona memoria, Rainaldo Theodino, & dilecto Filio Petro Caſſinenſibus Abbatibus cum aſſenſu Capituli, ſicut in eorum ſcriptis autenticis continetur. Monaſterio veſtro indultam, & bonas conſuetudines hactenus obſervatas, nec non eccleſiam S. Martini de monte Montano, & eccleſiam S. Leonardi juxta montem Sambucum cum pertinentiis ſuis ab ejuſdem Abbatibus rationabiliter vobis conceſſas, cum hominibus, quos a præfato monaſterio Caſſinenſe tenetis, nihilominus vobis, & monaſterio veſtro, auctoritate apoſtolica confirmamus. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos e ſeculo fugientes, liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & in veſtro monaſterio ſine contradictione qualibet retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco abſque licentia Abbatis ſui diſcedere. Diſcedentem vero ſine communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Interdicimus etiam, ne alicui liceat aliquem Monachum in eandem domum contra veſtram voluntatem inducere, aut ex ea quemlibet de fratribus, vobis nolentibus, ſine cauſa rationabili, removere. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas præſumat exigere. Statuimus inſuper, ut nulli penitus liceat eidem monaſterio veſtro indebitas exactiones, aut novos cenſus imponere, ſeu veteres contr ſtatuta ſacrorum canonum adaugere. Sepulturam quoque loci ipſius liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen Juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione con-*

Ex originali in Archivo.

Sub Apoſtolicæ ſedis protectione recepit.

Confirmat conceſſiones factas ab Abb. Caſ.

Concedit alias gratias.

conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Caſſinenſis monaſterii debito Jure, & reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo corpore, ac ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia eternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.




Ego Lucius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Theodorus Portuen., & S. Ruſinæ ſedis epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Henricus Albanen. epiſcopus ſubſcripſi

† Ego Paulus Præneſtinus epiſcopus ſubſcripſi.



† Ego Joannes presbiter Cardinalis tituli S. Marci ſubſcripſi.

† Ego Laborans presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtyberim, & Calixti ſubſcripſi.

† Ego Petrus presbyter Cardinalis tituli S. Suſannæ ſubſcripſi.

† Ego Jacobus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedyn ſubſcripſi.

† Ego Ardicio diaconus Cardinalis S. Theodori ſubſcripſi.

† Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diaconus Cardinalis ſubſcripſi.


† Datum Anagniæ per manum Alberti S. R. E. presbyteri Cardinalis, & Cancellarii XVIII. Kal. Januarii indictione ſecunda, incarnationis dominicæ anno MCLXXXIIII. pontificatus vero domni Lucii papæ III. anno III. Adeſt ſigillum.

Huic ſimile conceſſit Clemens III. A. 1189. *Clemens epiſcopus ſervus ſervorum dei dilectis filiis Jacob Abbati monaſterii S. Mathei ſervorum dei de Caſtello ejuſque Fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. In eminenti apoſtolicæ ſedis ſpecula largiente domino quamquam immeriti conſtituti ad univerſum corpus eccleſiæ aciem noſtræ conſiderationis debemus extendere, & ſervorum dei quieti attentiori ſtudio providere. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis recordationis Alexandri, Lucii prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes præfatum monaſterium, in quo eſtis divino obſequio mancipati, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ſecundum deum, & beati Benedicti regulam in veſtro Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipſum, in quo præſcriptum monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Terras, & vineas, quas habetis in Territorio Aquinati, poſſeſſiones, & terras, quas habetis in terra S. Benedicti, ſive terragio, juſtitiam panis, & vini, quam de veteri conceſſione hactenus obſervata diebus ſingulis a Caſſinenſi monaſterio, & eam, quam ab eccleſia S. Mariæ de Albaneta, & S. Nicolai de Ciconia recipitis, ſicut eas vobis prædictum monaſterium Caſſinenſe in perpetuum obtinendas pietatis obtentu conceſſit. Libertatem etiam a bona memoria Raynaldo, Theodino, Petro, & dilecto Filio Roffrido tituli SS. Marcellini, & Petri presbytero Cardinali Caſſinenſibus Abbatibus, cum aſſenſu capituli, ſicut in eorum ſcriptis authenticis continetur, monaſterio veſtro indultam, & bonas conſuetudines hactenus obſervatas, nec non eccleſiam S. Martini de Monte Montano, & eccleſiam S. Leonardi juxta Montem Sambuclum cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam S. Mariæ de Radicclo cum pertinentiis ſuis, ab eiſdem Abbatibus rationabiliter vobis conceſſas, cum hominibus quos a præfato monaſterio Caſſinenſi tenetis, nihilominus vobis, & monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus. Liceat quoque vobis clericos, vel Laicos fugientes, liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & in veſtro monaſterio, ſine contradictione qualibet retinere. Probibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco, abſque licentia Abbatis ſui diſcedere. Diſcedentem vero ſine communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Interdicimus etiam, ne alicui liceat aliquem Monachum in eandem domum contra veſtram voluntatem inducere, aut ex ea quemlibet de Fratribus veſtris vobis volentibus, ſine cauſa rationabili removere. Sane Nova-*

Ex originali in Archivo.

lium

lium veſtrorum quæ propriis manibus, vel ſumptibus Colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas præſumat exigere. Statuimus inſuper, ut nulli penitus liceat eidem monaſterio veſtro indebitas exactiones, aut novas cenſus imponere, ſeu veteres contra ſtatuta ſacrorum canonum adaugere, ſepulturam quoque locis ipſius liberum eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundum dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ authoritate, & Caſſinenſis Monaſterii debito jure, & reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Clemens catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Albinus Albanenſis epiſcopus ſubſcripſi

† Ego Bobo Portuenſis ſanctæ Buſinæ ſedis epiſcopus ſubſcripſi

† Ego Octavianus Oſtion., & Velletren. epiſcopus ſubſcripſi



† Ego Laborans Presbiter Cardinalis S. Mariæ Tranſtyberim tt. Calixti ſubſcripſi

† Ego Pandulfus Pbr. Card. Baſilicæ XII. Apoſtolorum ſſ.

† Ego Jordanus Presbiter Card: S. Pudentianæ tti. Paſtoris ſſ.

† Ego Joannes tituli S. Clementis Cardinalis & Tuſcan. epiſcopus ſubſcripſi

† Ego Jacinthus S. Mariæ in Coſmydin Diac. Cardinalis ſubſcripſi

† Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diaconis Cardinalis ſſ.

† Ego Gerardus S. Adriani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi

† Ego Gofridus S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinali ſubſcripſi

† Ego Berardus S. Mariæ nova Diaconus Cardinalis ſubſcripſi

† Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis ſſ.

Datum Laterani per manum Moyſi S. R. E. Subdiaconi vicem agentis Cancellarii 11. *Idus Junii Indictione ſeptima, anno incarnationis dominicæ MC LXXXIX. Pontificatus vero domni Clementis Papæ tertii, anno ſecundo.* Adeſt ſigillum &c. In hiſce privilegiis ſpecioſa illa, piaque nomenclatura adnotanda eſt, qua cœnobium hoc *ſervorum Dei* appellant Romani Pontifices. Atque inſuper advertendum præter remiſſum, ut diximus, ab Abbatibus Caſſinenſibus illi cœnobio cenſum pendi ſolitum pro prædiis, juſtitiam etiam, ſeu portionem panis, & vini quotidie illi a Caſſinatibus tributam, monaſteria ibi memorata S. Matiæ de Albaneta, & S. Nicolai de Ciconia Caſſinatibus ſubdita: ſuperiores ſuos per ſemet elegiſſe monachos S. Matthæi, eodemque dediſſe operam labori manuum in agris, nam id certe ſignificant verba illa. *Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, vel ſumptibus Colitis &c.* ac tandem conſideranda verba illa: *Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Caſſinenſis monaſterii debito jure, & reverentia.*


Aliud eidem cœnobio conceſſit privilegium A. 1255. Alexander IV. quod etiam dabimus, ut noſtra erga cœnobium illud, cujus ego Abbatiæ Titulum modo licet immerens fruor, pietas, & amor magis eluceat. *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis.. Abbati monaſterii S. Mathei ſervorum Dei de Caſtello, ejuſque Fratribus* Ex originali in Archivo

tam

tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium S. Mathei ſervorum Dei de Caſtello in quo Divino eſtis obſequio mancipati ad inſtar felicis recordationis Alexandri papæ prædeceſſoris noſtri ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ſecundum deum, & beati Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, & quæcumque bona idem monaſterium in preſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, decimas, quas habetis in Caſtro S. Victoris . . . . . . lla, quæ Caria nuncupatur, eccleſiam S. Martini de Monte Montan. cum eccleſia S. Antonii de Roccæ Albani ab eadem eccleſia dependente, & omnibus pertinentiis ſuis S. Mariæ de Radicto S. Crucis de Petra petruſa, S. Salvatoris, S. Petri de Colletraverſo, S. Chriſtofori de Monte Toraculo, & S. Leonardi de Muſcuſo eccleſias cum terris, vineis, poſſeſſionibus, & omnibus pertinentiis earundem, domos, terras, & poſſeſſiones, quas habetis in S. Germano, & territorio ejus; domos, terras, vineas, poſſeſſiones, & oliveta, quæ habetis in civitate, & territorio Venafran. domos, terras, vineas, & poſſeſſiones, quas habetis in civitate, & territorio Aquinat. domos, terras, poſſeſſiones, & oliveta, quæ habetis in caſtris S. Helyæ, S. Victore, S. Petro in fine, Pinnatario, & Pedemonte, ac Caria & Pedemontis villis vulgariter nominatis, & territoriis eorumdem. Terras, quas habetis in Monte S. Benedicti ſive terragio; juſtitiam panis, & vini cum hominibus, quam de veteri conceſſione hactenus obſervata diebus ſingulis a Caſſinen. monaſterio recipitis cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis; Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus; aut ſumptibus colitis, de quibus aliquid hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas, vel primitias exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia niſi artioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere; diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Decimas præterea, & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ a laicis detinentur redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias ad quas pertinent revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberarunt, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna inpoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere . . . . pponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus monaſterio veſtro conceſſas nec non immunitates, & exemptiones ſecularium exactionum a regibus, & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas libertatem etiam, & conſuetudines a bonæ memoriæ Rainaldo Abbate prædicti Caſſinenſis monaſterii cum aſſenſu Capituli ſui rationabiliter vobis conceſſas, & hactenus obſervatas vobis, & Monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica nihilominus confirmamus, & preſentis ſcripti privilegia communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſedis apoſtolicæ auctoritate, & in omnibus jure, & reverentia monaſterii Caſſinen. & in prædictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego





Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ss.

† *Ego Oda Tusculan. Episcopus subscripsi.*
† *Ego Stephanus Prenestinus Episcopus subscripsi.*
† *Ego Frater Johannes Tit. Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis subscripsi ss.*
† *Ego Frater Ugo Tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis ss.*
† *Ego Ricardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis ss.*
† *Ego Petrus Sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis ss.*
† *Ego Johannes Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ss.*

Datum Anagniæ per manum Guilelmi Magistri Scolarum Parmen. Sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarii III. Idus Julii. Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno MCC. LV. Pontificatus vero Domni Alexandri Papæ IIII. anno primo.

Roffridi Abbatis Privilegium eidem concessum.

Roffridus Cardinalis, & Abbas Cassinensis Jacobo Abbati S. Matthæi plures immunitates, bona atque homines hoc privilegio concessit. *In nomine domini nostri Jesu Christi, anno incarnationis ejus millesimo centesimo octuagesimo octavo, vigesimotertia anno regni domni nostri Willelmi secundo gloriosissimi regis, mense Decembris, primo die ejusdem mensis, indictione septima. Pastoralis officii debito compellimur ita quieti, & tranquillitati servorum dei prospicere, ut qui mundum contempsisse videntur nulli seculari sollicitudine a cœlestium contemplatione retrahantur. Hinc est, quod nos Roffridus dei gratia Cardinalis, & Cassinensis Abbas, ecclesiam S. Matthæi de Castello, quæ dicitur servorum Dei, recto considerationis oculo intuentes, quia locus religionis videtur, & honestatis, & Fratres* (nota.) *ibi commorantes digna deo vota in atriis domus Domini reddere cum Propheta cernuntur, ut idem locus sicuti spiritualibus ita etiam in temporalibus valeat semper augeri, possessiones, & res ipsius, & bonas nihilominus consuetudines presentis privilegii pagina confirmamus pariter, & premunimus. Quocirca tibi Frater Jacobe ipsius ecclesiæ Abbas & rector, tuisque successoribus, & fratribus tecum morantibus, de Fratrum nostrorum consensu nobiscum habendo magistrum Bartholomæum judicem, & advocatum Cassinensem, ad instar predecessorum nostrorum, bonæ memoriæ Raynaldi Theodini, & Petri Cassinensium Abbatum, per hoc scriptum confirmamus, ut quemadmodum vestri majores mira sanctitate præditi habuisse noscuntur, sic & vos liberam habeatis potestatem eligendi vobis Abbatem, vestrique loco totius vestræ Congregationis consilio unanimiter ordinandi, quem profecto talem fore necesse est, qualem ad hujusmodi officium, lucrandasque animas meliorem inter vos habere poteritis nec ullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem Fratres illic degentes, vel Fratrum pars consilii sanioris secundum deum, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Porro ecclesiam S. Martini de monte Montano cum omnibus pertinentiis suis, & universas possessiones, quas vel a vobis, vel ab aliis ubicumque tenetis; & ecclesiam S. Leonardi, sitam juxta montem Sambuculum in loco, qui dicitur, Vallispatei, cum suis, si quas habet nunc, vel in futurum habuerit, pertinentiis, & bonas omnes sicut supra taxavimus consuetudines. Nec non, & justitiam panis, & vini sicut eam a monasterio Cassinensi, & ab ecclesia S. Mariæ de Albaneta, & S. Nicolai de Ciconia recipere consuevistis juxta predecessorum nostrorum concessiones, benigna vobis liberalitate indulgemus plenarie, & confirmamus, sed & terraticum, quod ex terris vestris Cassinensi monasterio provenire debet, omnino vobis remittimus, & terras, quas habetis ad presens, & possidetis, & quas tu Frater Jacobe, vel tui successores in antea poteritis aquirere pari liberalitate concedimus, & confirmamus. Concedimus etiam & confirmamus vobis homines quos in castello S. Victoris habetis, vid. Rogerium filium quondam Simonis subdiaconi, presbyterum Joannem filium Lucæ Johannem Mele, heredes Girardi fratris ejus, heredes Benedicti de Girardo, & heredes Boni hominis. Item in villa Caree heredes Augustini, & omnes quos ubicumque habetis homines. Statuentes, ut nullo modo constringantur, aut judicentur, nisi ante tuam, qui supra Abbas, vel tuorum successorum presentiam, seu coram nobis vel successoribus nostris, si tamen tu, vel successores tui, conquerentibus de ipsis neglexeritis requisiti facere rationem, sublata omni potestate tam præpositis nostris, quam judicibus, vel quibuslibet ordinatis, jam dictos homines, & eorum heredes distringendi judicandi, vel alio quolibet modo vexandi, sed omnino monasterium vestrum tempore de ipsis, & heredibus eorum habeat districtionem, & ut ita vulgariter diximus, judicariam, & redditus, quos facere debent, & servitia. Libertatem autem, quam hactenus a nostro monasterio habuistis, tam plenarie*

vobis

vobis indulgemus, ut neque vos, neque ea, quæ juris veſtri ſunt exactione aliqua indebita ex debito fatigemini, ſalvo jure, & reverentia Caſſinenſis monaſterii. Si quis vero hujus noſtræ confirmationis, & conceſſionis cartam dirumpere, vel removere tentaverit, diſtricti Judicis ultioni ſubjaceat. Ut autem a nobis, & ſucceſſoribus noſtris omnia, quæ præſcripta ſunt tibi qui ſupra Jacob Abbas, & tuis ſucceſſoribus illibata ſemper, & inconcuſſa ſerventur, præſentem privilegii noſtri paginam manu Riccardi diœceſis Caſſinenſis, & civitatis S. Germani publici notarii ſcribi fecimus, & manus propria ſubſcriptione roboravimus, & ſigilli noſtri juſſimus impreſſione muniri. Actum in eadem civitate S. Germani. ✠ Ego qui ſupra Roffridus dei gratia Caſſinenſis Abbas. ✠ Ego frater Adenulphus Caſſinenſis Decanus. ✠ Ego Fr. Petrus Caſſinenſis Camerarius &c. ✠ Ego Frater Riccardus Amabilis. ✠ Ego Frater Rogerius Diaconus, & Monachus. ✠ Ego Frater Pamphilus Diac., & Monachus. ✠ Ego Frater Baſilius Diac. & Monachus. ✠ Ego Frater Matthæus Monachus. ✠. Ego Fr. Beraldus Caſſinenſis Hoſpitalarius. ✠ Ego Frater Leo ✠ Ego Frater Laudulphus Diac., & Monachus. ✠ Ego Frater Adenulphus Diaconus & Monachus. ✠ Ego Fr. Joannes Bonus Sacerdos, & Monachus. ✠ Ego Frater Malgerius Sacerdos, & Monachus. Locus † Sigilli impreſſi. Ex quo hæc potiſſimum animadvertenda: *Quia locus religionis videtur, & honeſtatis, & Fratres ibi commorantes digna Deo vota in atriis domus Domini reddere cum propheta cernuntur &c.* Et infra. *Et quemadmodum veſtri majores mira ſanctitate præditi habuiſſe noſcuntur &c.*

Plura ejus infortunia. Plures ob Saracenorum incurſiones ærumnas cœnobium hoc pertulit, teſte Richardo a S. Germano anno 1229. hiſce verbis: *Tunc eccleſia S. Matthæi ſervorum Dei a Saracenis qui erant in exercitu imperiali, bonis eſt propriis ſpoliata præ timore paucis aut nullis remanentibus in eadem.* Iterum tamen incoli cœptum, nam Leo A. 1273. Abbatia hujus cœnobii ſe abdicavit, ejuſque loco Monachi permiſſo Bernardi Abbatis Caſſinenſis alium elegere, ſed cum tamen haud ſatis aptus oneri eſſet, electio ad Bernardum devoluta eſt, a quo ejus loci Abbas declaratus eſt Johannes Monachus Caſſinenſis, ut ex hiſce literis in regeſto primo Bernardi p. 184. a t. *Nos Bernardus dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas, notum facimus univerſis, quod olim vacante Monaſterio noſtro S. Matthæi ſervorum Dei, per ſpontaneam renunciationem Fratris Leonis olim Abbatis monaſterii ſupraſcripti factam in manibus noſtris, & Monachis, ejuſdem monaſterii a nobis eligendi licentia poſtulata eligentibus quemdam Monachum ejuſdem monaſterii S. Matthæi nomine Fratrem Benedictum de Miniano, electionem ipſam nobis repreſentare curarunt, petentes, ut ad confirmationem ejuſdem electi procedere deberemus. Nos vero de meritis electionis & electi volentes plenius informari, electionem, & electum ipſum examinavimus diligenter, & quia invenimus multum in electionis forma peccatum, & ipſum Fratrem Benedictum electum omnino inſufficientem repperimus ad regimen monaſterii memorati electionem ipſam, tam propter electionis vitium, quam propter inſufficientiam ejuſdem electi, habito, & deliberato conſilio duximus irritandam, quia vero proviſio ejuſdem monaſterii ad nos tamquam ad ſuum proximum ſuperiorem extitit devoluta ſuper eodem monaſterio noſtræ conſiderationis oculos dirigentes, & attendentes bonitatem, & diſcretionem dilecti in Chriſto Fratris Jacobi de Pontecurvo monachi Caſſinenſis, cujus induſtriam in multis caſibus comperimus ab experto, ſperantes dictum Monaſterium ejuſdem Fratris Jacobi ſtudio roborari, de conſilio, & conſenſu Fratrum noſtrorum, eumdem Fratrem Jacobum præfecimus in Abbatem monaſterii prædicti S. Matthæi, & de perſona ſua eidem monaſterio duximus providendum, concedentes ei liberam adminiſtrationem ejuſdem monaſterii, & ea omnia, quæ ad monaſterium pertinent ſupraſcriptum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus univerſis, ſalva nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & monaſterio Caſſinenſi debita ſubiectione, reverentia, & obedientia, ipſius, & monaſterii ſupraſcripti. Ad augumentum inſuper gratiæ, quam ſibi intendimus facere ſpecialem reſervamus eidem Abbati Jacobo, & perſonæ ſuæ tantum locum, & integram monachalem juſtitiam, ſicut hactenus habere conſuevit in noſtro monaſterio Caſſinenſi, ita ipſam juſtitiam integre percipiat, & habeat, ſicut unus ex Monachis Caſſinenſibus, & locum habeat in choro, & vocem in capitulo Caſſinenſi. In cujus rei teſtimonium, & ejuſdem Abbatis Jacobi cautelam, præſentes patentes litteræ ſibi fieri fecimus noſtra bulla plumbea communitas. Datum apud S. Heliam in anno Domini 1273. menſe Auguſti XXVI. die ejuſdem menſis indictione prima.* In regeſto I. Viſitationum Paſtoralium A. 1370. videre eſt inter Abbates alios, quos noſtri Abbates eligebant, hunc etiam S. Matthæi accenſeri.

Dum hujus cœnobii Abbas eſſet Meulus Caſſinenſis Monachus, Gregorius XII. juſſit, ut, eo mortuo, nullus injuſſu Romani pontificis alium ſufficeret. Hinc poſt Meuli obitum Gregorius ipſe Abbatem elegit Franciſcum Caſſinenſem Monachum, & Præpoſitum S. Nicolai de Turre pagana Beneventi, ut fuſius ex ejus diplomate dato: *Cajetæ III. Non. Auguſti Pontificatus noſtri anno quinto*: in quo hæc adnotanda: *Volumus autem quod ſolitus Monachorum, & miniſtrorum numerus in eodem monaſterio S. Matthæi nullatenus minuatur.* Gregorius XII. ſibi hanc Abbatiã reſervat. Eodemque die, menſe, atque anno quinquaginta florenos quotannis ſolvendos ab eadem Abbatia peculiari diplomate ſanxit D. Johanni electo epiſcopo Ravennati, atque breve ad Abbatem Caſſinenſem ſcripſit, in quo poſt quam narravit, quæ mox a nobis ſunt dicta, ſubdit: *Cum igitur, ut idem Franciſcus Abbas in commiſſa ſibi cura dicti Monaſterii S. Matthæi, quod tibi ordinario jure ſubeſſe dignoſcitur facilius proficere valeat, tuus favor ſibi fore noſcitur plurimum oportunus diſcretionem tuam rogamus, & hortamur attente per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eumdem Abbatem, & commiſſum ſibi monaſterium S. Matthæi habens pro noſtra, & dictæ ſedis reverentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis, ſic eos tui favoris præſidio proſequaris, quod idem Abbas in commiſſo ſibi ejuſdem monaſterii S. Matthæi regimine ſe poſſit utiliter exercere, tuque divinam miſericordiam, & dictæ ſedis benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi merearis.* Franciſcus Abbas de hoc cœnobio optime meritus Cajetanus erat, ut ex inventario bonorum ejuſdem cœnobii A. 1456. facto conſtat,

ſtat, ex quo atque ex pluribus inſtrumentis, quibus prædia quædam in emphiteuſim conceduntur, liquet etiam plures ibi Monachos fuiſſe, quorum, & Monachorum Caſſinenſium ſcito iſta perficerentur.

Caſſinenſium menſæ tandẽ ?jungitur.

Tandem Caſſinatium menſæ unitum eſt hoc cœnobium a Ludovico S. R. E. Cardinali S. Laurentii in Damaſo Patriarcha Aquilejenſi S. ſedis Camerario, Legato a latere claſſis maritimæ contra Turcas, & Abbate Commendatario ſac. monaſterii Caſſinenſis dum Rhodi eſſet A. 1457., quod ratum habuit Calliſtus III. hac bulla pro Ludovico, & cœnobio noſtro honorificentiſſima. *Calixtus episcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio Ludovico tituli S. Laurentii in Damaſo presbytero Cardinali Camerario noſtro, & in partibus orientalibus apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Impellit nos tuorum, quos pro Republica Chriſtiana plerumque alias tum maxime noſtris temporibus, quibus te Claſſi maritima, quam contra Turcos pro tutela, & conſervatione totius populi Chriſtiani non ſine magnis ſumptibus, & expenſis parare curavimus, hactenus ſubire nequaquam prætermiſiſti, aſſidua laborum meditatio, nec non monaſteris Caſſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, quod ex diſpenſatione apoſtolica in commendam obtines dignitatis, & amplitudinis frequens recordatio, ut ea, quæ per te in favorem, & utilitatem dicti Monaſterii pie geſta comperimus, apoſtolicæ ſedis præſidio roboremus. Cum itaque ſicut accepimus commenda monaſterii S. Matthæi ſervorum dei in Chaira nuncupati territorii Caſſinenſis, Ordinis S. Benedicti nullius diœceſis per promotionem de perſona venerabilis fratris noſtri Petri epiſcopi Nimoſien. ad eccleſiam Nimoſien. tunc paſtore carentem per te habentem a nobis ſpecialem facultatem ad hoc facultatem hujuſmodi obtentu extra Romanam curiam factam, & munus conſecrationis eidem epiſcopo de mandato tuo extra dictam curiam impenſum eidem epiſcopo tunc canonica Torcelano de dicto monaſterio in Chaira, tunc etiam certo modo vacante per nos facta dudum ceſſante, tu monaſterium hujuſmodi, etiamſi tunc per illum modum, per quem tempore per nos eidem epiſcopo facta commenda hujuſmodi, ſive alias quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona vacaret, certis tibi licitis, & honeſtis ſuadentibus cauſis monaſterio Caſſinenſi dicti ordinis nullius diœceſis quod ex diſpenſatione apoſtolica in commendam obtines habens etiam a nobis per litteras noſtras ſuper hoc ſpecialem facultatem, & plenariam poteſtatem facultatis, & poteſtatis hujuſmodi vigore cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, per tuas litteras perpetuo univiſti, annexuiſti, & incorporaſti, prout in illis, quarum vigore illius poſſeſſionem fuiſti aſſecutus plenius continetur. Nos igitur attendentes, quod monaſterium Caſſinenſe hujuſmodi, cujus beatus Benedictus fuit inſtitutor, & cultor, unde totius religionis ejuſdem, & monaſticæ legis manavit exordium, & in quo continuo viget obſervantia regularis inter alia Orbis monaſteria plurimum excellit, ac perſona tua, qui jamdudum contra Turchum claſſis noſtræ legatus exiſtis, grandia meritorum dona quibus te illorum largitor Dominus inſignivit attenta meditatione penſantes, ac ipſius monaſterii in Chaira alias verum vacationis modum, ac omnes alias, & ſingulas ejus qualitates, necnon tam Caſſinenſis, quam in Chaira monaſteriorum hujuſmodi fructuum, redditunm, & proventuum veros valores annuos, nec non quamcumque de dicto monaſterio in Chaira per nos hactenus, aut per litteras noſtras, videlicet ſub Datum quarto non. Julii pontificatus noſtri anno tertio præfato epiſcopo ſub quibuſcumque formis, aut verborum expreſſionibus factam conceſſionem, aut commendam, ſeu commendæ prorogationem, vel aliam ſpecialem conceſſionem præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro expreſſis habentes illas cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia revocamus, caſſamus, & annullamus, nulliuſque decernimus exiſtere roboris, vel momenti, necnon unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, motu, auctoritate, & ſcientia prædictis confirmamus, & approbamus ſupplentes omnes, & ſingulos defectus ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, & nihilominus pro potiori præſentium firmitate monaſterium in Chaira hujuſmodi quovis modo vacet, ejuſque proviſio ex quavis cauſa ad ſedem apoſtolicam pertineat, eidem monaſterio Caſſinenſi, motu, ſcientia, & auctoritate præfatis perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, itaquod liceat tibi, vel procuratori tuo legitimo, & ſucceſſoribus tuis Abbatibus, ſeu commendatariis dicti monaſterii Caſſinenſis pro tempore exiſtentibus, de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis dicti monaſterii in Chaira diſponere, & ordinare, ac in tuos, & eorum uſum, & utilitatem convertere, & perpetuo retinere, ſicuti illius Abbates, qui fuerunt pro tempore de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt, proviſo tamen, quod dictum monaſterium in Chaira debitis propterea non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueta, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac noſtra illa præſertim per quam dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus, & confirmationibus unionum factarum, commiſſio fieret ad partes, onerando conſcientias eorum, quibus committerentur, cui hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, nec non Monaſteriorum, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, annullationis, conſtitutionis, confirmationis, approbationis, ſuppletionis, unionis, annexionis, incorporationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo ſeptimo pridie idus Februarii, pontificatus noſtri anno tertio —— M. Ferrarii gratis pro perſona Rm̃i Dñi Camerarii —— M. de Sole. Reg. in Camera apoſtolica. G. de Ultricis Re. Coll.* Petrus ex gente de Maraciis Nicomeſienſis in Cypro epiſcopus creatus eſt poteſtate legati a latere a Ludovico, cujus Auditor cauſſarum erat. Hujus cœnobii mentio eſt in libro, cui titulus: *Provinciale omnium eccleſiarum Cathedralium univerſi orbis &c. Nuper a Libro Cancellariæ apoſtolicæ exſcerptum.* In

Ex originali in Archivo.

In Cœnobio Caſſinenſi viget obſervantia regularis.

rubri

rubrica: *Intitulationes &c.* de Ordine S. Benedicti hiſce verbis: *Abbati monaſterii S. Matthai ſervorum dei Ordinis S. Benedicti territorii monaſterii Caſſinenſis, quod nullius diœceſis exiſtit.* Vocatur etiam hoc monaſterium S. Matthæi de Caſtellis, quod Clivi duo turribus haud diſſimiles prope illud conſpiciuntur; & S. Matthæi de Caira, quod illi mons præaltus hoc nomine imminet. Diſtat a ſacro Monaſterio Caſſinenſi circiter duobus milliaribus, eoque altius ſitum . . . . in parva planitie, e qua jucundiſſimus maris, planitiei, collium, montium, fluminum, oppidorumque conſpectus.

Eccleſia S. Nicolai apud Beneventum.

Donata hoc ſæculo Caſſinatibus eſt eccleſia S. Nicolai apud Beneventum, ut hiſce verbis teſtatur Petrus Diaconus lib. IV. cap. 19. *Per idem tempus Anſo rector Beneventani principatus ad fidelitatem Romana eccleſia, & nobiles viri Fratres ſui Dauferius, & Atenulfus, Johannes, & Berardus, Petrus, & Alfanus, & Liuprandus filii dompni Dacomari Beneventani praſidis optulerunt S. Benedicto Eccleſiam S. Nicolai conſtructam ſurſum in turre nova Beneventana civitatis, qua vocatur Pagana, quam ipſe genitor eorum ampliaverat, cum caſis ſervis molendinis ad fluvium Sabbatum, & cum omnibus pertinentiis ſuis. Ipſi enim Fratres ante hoc tempus fecerant privilegium dicta eccleſia de omnibus rebus ſuis.* Eam Caſſinatibus ratam eſſe voluit Paſchalis II. additis inſuper duobus aliis eccleſiis eodem Petro teſte cap. 21. hiſce verbis: *Demum Abbas noſter Oderiſius a ſupradicto papa Paſchali privilegium conceſſionis de S. Nicolao in Benevento, & libertate ejus, cum omnibus, qua tunc poſſidebat, id eſt molendina duo ſub uno tegmine, centimolum, ortos cum diverſis arboribus, curtes decem cum terris, & Silvis ſuis, & domibus Addidit etiam idem pontifex eccleſias has, videlicet eccleſiam S. Nicolai in Urbiliano prope Petram Pedicinam cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Nicolai, qua vocatur Rodenandi cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Maria, qua vocatur Rotunda cum pertinentiis ſuis: & balneum, juxta eccleſiam S. Petiti.* Hujuſce donationis autographum extat in archivo noſtro, atque ita ſe habet.

Anſonis Rectoris Beneventani Principatus Donatio Eccleſiæ S. Nicolai.

In nomine domini anno milleſimo nonageſimo octabo ab incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti, menſe Julio ſexta indictione. Ego Anſo dei providencia Rector Beneventani principatus ad fidelitatem S. Romana ſedis, & nos Ger. ejus Dauferius, & Atenolfus, & Johannes, & Berenardus, & Petrus, & Alfanus, & Lindprandus filius domni Dacomari Beneventani praſidis. Declaramus nos per hereditacionem juxta legem ex pradicto genitore noſtro pertinentem habere eccleſiam vocabulo S. Nykolay constructa quidem ſurſum in turre nova Beneventana civitatis, qua vocatur pagana ſub cujus edificio ipſe eodem domnus Dacomarius Genitor noſter ampliavit ipſam eccleſiam in honore ejuſdem S. Nykolay. Iterum declaramus nos, quia pro ſalute, & remedium anima ſupradicti genitoris noſtri, & noſtre optulimus nos in jam dicta eccleſia S. Nykolay caſas, & terras intus eadem nova Beneventana civitate erga, & propinquo duos muros ipſius civitatis, atque ſecus, & prope eamdem eccleſiam, & tres molina foris, & prope eamdem civitatem ad fluvium Sabbi., duo quidem ex ipſis molinis hadificata ſub uno tegmine cum propriis ſedibus, & proprio vallone, & propria aqua ſubtus, & ſuper ipſa molina, & cum propriis limitibus ex utraque parte ipſo vallone, & cum propriis ferraturiis, & molis, & aliis ordinibus, & pertinenciis ipſorum molinis foris & non longe ab eadem civitate. Et ipſum alium molinum adificatum foris ipſo muro prope ipſam clavecam, qua eſt juxta eandem eccleſiam cum proprio ſedio, & propriis molis, & ferraturiis, & propriis aliis ordinibus, & pertinenciis ipſius molini, & cum proprio vallone, & propria aqua ſubtus, & ſuper eundem molinum, & cum proprio lim. fabrito ab una parte ipſo vallone, & ab alia parte ſine via publica que eſt inter ipſum vallonem, & ipſum murum pradicta civitatis, & terra, quod eſt hortum foris, & prope eamdem civitatem cum arboribus ſuis, & res in loco monte Calbo, & in loco Palearia prope eccleſiam S. Maria, qua vocatur de ipſi aurifici, & in loco Rivotaſi, ubi pauperano dicitur, & in loco trans fluvium Sabbati non multum longe ab hac Beneventana civitate, atque prope ſalam, qua vocatur de Malone Gaſtal., & in loco Roſeto, & in loco Salano, & in loco mediana velut unam cartulam offercionis continet, quam ſcripſit Johannes clericus, & notarius, modo vero conſpirati a Domino pro remedio, & ſalvacione anima ejuſdem genitoris noſtri & animarum noſtrarum cupimus offerre deo, & in religioſiſſimo monaſterio S. Benedicti quod ſitum eſt in excellenti montis Caſini, ubi nunc deo protegente domnus Oderiſiusglorioſiſſimus Abbas praeſſe videtur ipſam noſtram eccleſiam cum omnibus dictis rebus, quas in prafata cartula continet, atque cum omnibus ornatibus, & regimentis & pertinenciis ejuſdem eccleſia velud hic ſubter legitur. Quapropter nos pranominati Ger. Anſo, & Dauferius, & Atenolfus, & Johannes, & Berenardus, & Petrus, & Alfanus, & Lindprandus filius ſupradicti domni Dacomarii magni praſidis. Ideo dum nobis congruum eſſe videtur bona etenim noſtra voluntate ante Ademarium caſtaldeum, & judicem, & alios idoneos homines ſubſcriptos teſtes. Per hanc quoque videlicet cartam optulimus deo, & in jam dicto monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in predicto monte Caſino, ubi nunc deo auxiliante, idem domnus Oderiſius magnificus Abbas praeſt jam dictam eccleſiam noſtram S. Nykolay quam ſuperius patefecimus legibus pertinentem habere ſurſum in jam dicta Turre, que dicitur pagana, conjunctam videlicet cum muro pradicta nova beneventana civitatis, quam eamdem eccleſiam idem genitor noſter plurimo, & perſpicuo labore accrevit, & ampliavit in honore ejuſdem S. Nykolay, una cum omnibus rebus quas & qualiter jamdicta cartula continet, atque cum omnibus ornatibus, & regimentis, & pertinenciis ejuſdem eccleſia. Ea racione, ut amodo, & ſemper tam ipſe eodem domnus Oderiſius Abbas, quam & ejus ſucceſſores, & pars pradicti monaſterii eamdem noſtram oblacionem velud pralegitur habere, & poſſidere valeant, & ſecure exinde faciant omnia quacumque voluerint ſine noſtra, & de noſtris heredibus aliqua contradiccione, & ſine cujuſcumque requiſicione ſecundum textum de pradicta cartula: Unde obligamus nos prenominati Ger. & noſtros obligamus heredes integram jam dictam noſtram oblacionem ſicus pralegitur, amodo, & ſemper antiſtare, & defendere eidem domno Abbati, & ejus ſucceſſoribus, & parti pradicti monaſterii ab omnibus illis hominibus, & partibus, quibus vel ab inde a nobis paruerit

eſſe datum, aut obligatum, ſeu per quodlibet titulum alienatum, quod ſi aliquande tempus nos, vel noſtri herades cum eodem domno Abbate, vel cum ejus ſucceſſoribus, ſeu cum parte pradicti monaſterii de pradicta noſtra oblacione ſicut ſuperius legitur, cauſare, aut contendere praſumpſerimus per qualemcumque inventam racionem querendum inde aliquid tollere, aut minuere, aut ſi hoc qualitercumque removere queſierimus ideo ante omnia mille ſolidos Conſtantinopolitanos pena tam nos, quam noſtros heredes eidem domno Abbati, & ad ejus ſucceſſores, & parti pradicti monaſterii componere obligamus; Et in antea omni temporo exinde adverſus nos inviti, taciti, & contempti permaneamus, per ead. oblig. pœnam, atque inviti tam nos, quam & noſtri heredes antiſtemus, & defendamus illud eis ad partem jam dicti monaſterii, ſicut ſuperius legitur per ſupradic. oblig. pœnam. Ab aliis vere hominibus, & partibus nos, vel noſtros haredes non querant exinde auctores, & defenſores; ſed firmam poteſtatem habeant tam ipſe eodem domnus Oderiſius venerabilis Abbas, quam & ejus ſucceſſores, & pars pradicti Monaſterii ipſa munimina inde pertinencia, & continencia ad legem oſtendere, & cum eorum cauſatoribus inde cauſare, & contendere omnemque defencionem inde cum eis facere, ſicuti nos indo facere debuiſſemus, & pradictam noſtram oblacionem per ſe ipſos illam ſibi defendant, & ſecuriter poſſideant. Tantum hic ſupter firmiter declaramus, ut amodo, & ſemper, nec ipſe eodem domnus Abbas, nec ſui ſucceſſores, nec pars pradicti monaſterii habeant poteſtatem de jam dictis molinis, & de ipſis aquis, & de ipſis hortis, que in eadem eccleſia optulimus dare in aliquam partem abſque noſtra, vel de noſtris heredibus voluntate neque per quemlibet modum alienare; ſed tam nos, quam & noſtri heredes, & homines, & miſſi noſtri, & illi quibus a nobis datum paruerit inde eſſe, & illorum herodum poteſtatem habeamus de ipſa aqua, qua decurrit per ipſum Vallonem, que eſt de ipſo uno molino, quod eſt a foris ſecus murum de praſata eccleſia S. Nykolay, & ipſius civitatis facere derivare tempore quo nobis neceſſe fuerit per ipſum aquaductum quod eſſe videtur erga eumdem molinum a parte de ipſa via publica, que eſt juxta ipſum murum, & ſecus ipſam continam pre adaquandum ipſa hortora noſtra, & iſclas, & quando nobis oporte fuerit pro ipſis vineis noſtris, ſine cujuſcumque contradictione. Et tam ipſe venerabilis Abbas, quam & ejus ſucceſſores, & pars jam dicti Monaſterii, ſeu homines, & miſſi illorum annualiter in nativitate Domini, & in Reſurrectione Domini, & in aſſumpcione Sancta Maria debeant dare nobis pradictis Ger., & noſtrorum heredum octo paria de oblatis, & octo bona cerea amodo, & ſemper omni tempore. Si vero aliquo unquam tempore quando nobis oportet, & neceſſo fuerit tollere de ipſa aqua de ipſo pradicto Molino qua eſt foris & prope eamdem eccleſiam non habuerit ibidem aquam unde macinare poſſit pradictum Molinum ipſius eccleſia, ſeu unde adaquare poſſimus ipſa hortora, & ipſas Iſclas, & vineas noſtras firmam poteſtatem habeamus de ipſa aqua de jam dicta duo Molina de ſuper eadem Molina de ipſo Vallone de pradictis duobus molinis tanta tollere, quanta nobis oportet, & neceſſe fuerit, & derivare illam uſque in ipſum Aquaductum, & per ipſum Aquaductum ducere illam quocumque voluerimus ſine cujuſcumque contradiccione; Quam te Johannes Clerice, & Not. atque ſcriba ſacri Beneventani palacii taliter ſcribere rogavimus. Actum Beneventi feliciter.

✠ Ego Rachiſius Abbas. ✠ Ego qui ſupra Dacomarius ... & Judex. ✠ Ego Formoſus cler. ✠ Ego Joh. cler.

Ejuſdem eccleſiæ S. Nicolai nomine bona quædam cœnobio Caſſinenſi dono dedit idem Anſo, ut hoc diplomate conſtat in regeſto Petri Diaconi p. 223. a t. nu. 529.

Nos Anſo gratia dei princeps Beneventanorum per obſecracionem Berardi Comitis, atque pro anima mea, & pro animabus parentum meorum concedimus tibi domne Oderiſio religioſiſſimo Abbati monaſterii S. Benedicti q. ſitum eſt in caſtrò Caſino ad partem monaſterii S. Nicolai quod ego, & Fratres mei pro animabus noſtris optulimus in pradicto monaſterio S. Benedicti, hedificata quidem ipſa eccleſia S. Nykolai intus nova Beneventana civitate juxta murum, & turrem qua vocatur Pagana, & prope turrem, que vocatur Contena, ut tu ipſe pradictus dominus Abbas, & tui ſucceſſores, & illi, qui a parte veſtra conſtituti fuerint ad regendum eandem eccleſiam S. Nykolai, poteſtatem habeatis in ipſo muro ejuſdem civitatis quantum continet a prima dicta turre, uſque in ipſa alia turre juſto ordine facere rumpere, & foramina facere & hedificia, quo non ſint contraria hominibus pergentibus ad eaſdem turres, & ad eundem murum, ita ut ſemper ipſa foramina, que a vobis ibidem facta fuerint, debeatis facere rehedificere, ſicus meruerit, & in ipſa edificia, qua ibidem facta fuerint, poteſtatem habeatis manere cum rebus veſtris mobilibus, & omnes utilitates veſtras ibidem agere, que recte oportunum fuerit. Simulque concedimus vobis ad partem jamdicta eccleſia S. Nykolai de terra illa, qua eſt a feris, & juxta ipſum murum pradicta civitatis, & erga viam publicam, qua deſcendere videtur a porta, qua dicitur S. Laur., & quantum de ipſa terra vobis concedimus, hos dicimus habere fines, & menſuras; de una parte fine turrem ejuſdem civitatis uſque in cantone ſubtano de eadem turre, & de alio latere qualiter directum deſcendit ab eadem cantone ſecus eandem via public. per menſuras paſſi decem, & octo, & medium uſque in via illa qua ducit ad pontem leproſum, menſurati vere ipſi paſſi ad paſſum habentem in longitudine per menſuram pedes quinque, & ſemiſſen unum ad talem pedem, quantum hoc ſcriptum in capite eſt latum a medio Signo illo, quod de atramento ibidem factum eſt, & uſque ad extremum, unde inchoatum eſt ad ſcribendum. De alie capite fine reliquum de ipſa terra, quem ad noſtram proprietatem reſervavimus. De ali. latere fine pradicta muro, & conjungit in jamdic. turrem. Pariterque concedimus vobis ad praphata eccleſia S. Nykolai de terra illa, qua eſt a parte de fluvio Sabbati, & erga ipſum murum praphata civitatis a cantone de pradicta turre praphata contena, & uſque in cantone ſuprane de pradicta turre, ubi eſt hedificatam ipſam eccleſiam S. Nykolai hac eſt longitudo ejuſdem terra. Tantum ipſum Aquaductum, quod nos, & ipſi Ger. noſtri ibidem habemus, omni tempore habeat in latitudine paſſum unum, & mundatura ejus ſemper jactetur in eadem terra, per quod jamdictum Aquaductum, nos, & pradic. ger. noſtri, omni tempore faciemus derivare aquam ad ipſas iſclas, & vineas noſtras. Ea itaque racione concedimus, & confirmamus illud tibi eidem domno O. Abbati,

bati, ut perpetuum amodo, & ſemper tu præphatus eodem domn. Abbas, & tui ſucceſſores, & pars ejuſdem monaſterii S. Nykolai eandem noſtram conceſſionem habere, & poſſidere ſecuriter debeatis, & omnia inde faciatis quodcumque volueritis, ſive a parte noſtra reipublica vel ullius Comitis Caſtal., ſeu Judi-dicis, vel ſculdais noſtri, aut cujuſcumque perſona hominum aliqua contrarietate vel moleſtacione, aut inquietudine a nemine ex hoc vobis aliqd. ingerente contrarium. In ea vero donatione hæc adnotanda: *Ad partem monaſterii S. Nicolai, quod ego, & Fratres mei &c. obtulimus in prædicto monaſterio S. Benedicti &c.* A quo tempore S. R. E. principatus Beneventanus ceſſit, illum Romani pontifices Præfectorum, quos Rectores appellabant, opera gubernatunt, ut oſtendit Peregrinius initio caſtigationum ad Chronicon Falconis Beneventani p. 145. & ſeqq. ubi p. 147. memoratam Anſonis donationem refert, contenditque, non Beneventi principem, ut ipſe ſe ſe nuncupat, ſed rectorem fuiſſe, & quidem in donatione tertia A. 1097. eccleſiæ S. Nicolai facta menſe Octobris indictione VI. ex regeſto Petri Diaconi p. 222. nu. 58. ſic Anſo loquitur: *In nomine domini anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti 1097. menſe Octobris 6. indictione. Ego Anſo gracia tuente ſuperna Regens Beneventanum principatum ad fidelitatem S. Romanæ ſedis, & nos ejus fratres Danferius, & Adenulfus, & Johannes, & Berenardus, & Petrus, & Alfanus, & Liudprandus filii qm. Domni Dacomari magni Præſidis ejuſdem civitatis &c.* Quo etiam modo incipit donatio cœnobio Caſſinenſi facta, quam ſupra retulimus. Id luculenter etiam patet hoc Paſchalis II. diplomate, quo donationem hanc cœnobio noſtro confirmat.

Paſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili Fratri Oderiſio Caſſinenſi Abbati, & ſancta Romana eccleſia preſbytero Cardinali ſalutem. Cum pro Ex originali in Archivo. *beati patris noſtri Benedicti reverentia tum pro multis tam veſtris, quam prædeceſſorum veſtrorum meritis veſtro nos loco plurimum debere cognoſcimus.* nota. *Idcirco juſtum ducimus, ut ad veſtri monaſterii augmentum caritate ſollicita intendamus. In urbe igitur Beneventana, quam noſtri Romani juris eſſe perſpicuum eſt, monaſterio veſtro in perpetuum poſſidendam eccleſiam S. Nicolai concedimus, quæ ſita eſt in urbis angulo juxta turrem paganam, & conceſſionem ipſam preſentis decreti pagina confirmamus. Quam nimirum eccleſiam, & illibatam, & integram vobis, veſtriſque ſucceſſoribus perpetuo permanere ſancimus, una cum omnibus, quæ in præſentiarum ad ipſam pertinent. Quæ videlicet ex majori parte rerum ad noſtram curiam pertinentium adquiſita, ſeu com-* nota: *parata creduntur, ideſt molendina duo ſub uno tegmine aliud, quod centimolum nuncupatur; Hortos cum diverſis arboribus; curtem in Roſeto, cum una petia de terra; curtem in Rivo Taſi; curtem de bomodei; Curtem Martini Alberici cum Silvola; curtes Rocconis duas, curtem Diaconi Muſi; curtem in Monte Rottari; curtem in Sajano; curtem Valentini; terras in loco, qui dicitur Mediana per fines, & terminos ſuos; eccleſiam S. Nicolai in Urbiliano prope Petram pelicinam cum pertinentiis ſuis; caſam, quæ eſt ante portam eccleſia per terminos ſuos caſam quæ eſt ad levam eccleſia per terminos ſuos juxta murum civitatis; ſuper quæ etiam nos eidem eccle-*

ſie poſſeſſionibus adicimus eccleſiam S. Nicolai, quæ vocatur de Rodenandi cum pertinentiis ſuis; eccleſiam S. Mariæ quæ vocatur Rotunda cum pertinentiis ſuis; balneum novum juxta eccleſiam S. Potiti. Quicquid præterea Cella ipſa beati Nicolai, pontificum conceſſione, principum liberalitate, vel quorumque fidelium oblatione in futurum potuerit adipiſci ſub veſtra, veſtrorumque ſucceſſorum diſpoſitione, ac poteſtate in perpetuum conſervetur. Nulli autem perſonæ umquam liceat ſuprefatam Cellam a veſtri monaſterii unitate dividere, & in aliam, quam a nobis ſtatutum eſt poſſeſſionem, occaſione qualibet tranſmutare. Si quis vero aliter præſumpſerit apoſtolica ſedis animadverſione mulctetur, & uſque ad ſatisfactionem congruam excommunicationi ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus, & hic fructum bona actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia eterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Ego Paſchalis Catholica eccleſia epiſcopus ſubſcripſi. Datum Laterani per manum Johannis ſancta Romana eccleſia Diaconi Cardinalis XV. Kalendas Decembris indictione Decima. Anno dominica incarnationis M. C. II. Pontificatus autem domni Paſchalis ſecundi papa anno III. Adeſt ſigillum plumbeum &c. Adnotanda verba illa: *Quidquid præterea cella ipſa beati Nicolai pontificum conceſſione &c.*, ex quibus conſtat, monaſterium olim ei eccleſiæ adnexum fuiſſe. Commendaverat authoritate muneris ſui eccleſiam hanc Gerardus Sabinenſis epiſcopus in regno Neapolitano apoſtolicæ ſedis legatus Pucio clerico Piſano, cauſſatus eam in anteceſſum a ſæculari clerico gubernatam. At mortuo Pucio Caſſinates ad Bonifacium VIII. provocarunt oſtenderuntque, a Paſchali II. ditioni ſuæ ſubjectam fuiſſe eccleſiam illam cum bonis ſuis omnibus, poſtque annos aliquot Stephanum Abbatem ejus redditus pro calceamentis monachorum deſtinaſſe. Certior hiſce de rebus factus doctiſſimus pontifex diploma edidit, in quo his omnibus fuſe narratis habet. *Nos autem ſcire volentes ſuper præmiſſis plenius veritatem, venerabili Fratri noſtro Nicolao* Ex originali in Archivo. *Oſtien., & Velletren. epiſcopo viva vocis oraculo duximus committendum, ut ſuper hiis diligenter, & ſolerter inquirens nobis, quod in hac parte per ipſum inveniri contingeret referre fideliter non differret, qui juxta hujuſmodi commiſſionis noſtra tenorem ſuper hujuſmodi negotio duxit ſollicite procedendum. Et demum ſuper eo facta nobis ab ipſo relatione fideli, aperto perpendimus, nobiſque conſtitit evidenter, quod memoratus prædeceſſor præfatam conceſſit eccleſiam monaſterio ſupradicto, quodque prænominatus Stephanus ejus fructus redditus, & proventus pro calceamentis eiſdem ſic, ut præmittitur deputavit, cum itaque nolimus, ſicut nec debemus tantum, & tam grave prejudicium veſtrum, & monaſterii ſupradicti ad cujus felicem ſtatum, & proſperum ferventer intendimus equanimiter tolerare, præfatam S. Nicolai eccleſiam, cum omnibus terris, poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis ſuis, ac eccleſiis eidem ſubiectis præfato monaſterio, & vobis auctoritate apoſtolica plene, & integre, juſtitia reſtituimus exigente, ac nihilominus eccleſiam ipſam ejuſque fructus, redditus, & proventus pro calceamentis eiſdem vobis, & monaſterio ſupradicto de novo gratioſe concedimus, & donamus, apprehendendi, & nanci-*

ſcendi per vos, vel per alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſiæ, quam per Monachum, ſeu monachos ejuſdem monaſterii volumus perpetuis futuris temporibus gubernari, ac bonorum ejus, & jurium poteſtatem plenam, & liberam tribuentes ac decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis, ſcienter, vel ignoranter a quoquam quavis auctoritate attemptatum eſt, vel impoſterum contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſtitutionis, conceſſionis, donationis, voluntatis, tributionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani V. Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno ſexto. Ad medium ſæculum XVI. hujus eccleſiæ Præpoſitos conſtituerunt Abbates Caſſinenſes, ut ex publicis literis conſtat Abbatum Angeli, Petri, Henrici, Monachorum ſede vacante, Johannis Aragonii, Chryſoſtomi, & Auguſtini. A vetuſtiſſimo tempore eccleſia hæc monaſterio noſtro cenſum perſolverat, qui aliquot ab hinc annis intermiſſus.

Conceſſio Noſocomii. Refert deinde Petrus cap. 24. donationem Caſſinatibus factam inſignis noſocomii extra urbem S. Michaelis Archangeli hiſce verbis: *Inter hæc Guilielmus* (legendum Henricus) *Comes civitatis Montis S. Michaelis Archangeli fecit privilegium beato Benedicto de Xenodochio extra dictam civitatem cum pertinentiis ſuis, & conceſſit eidem Xenodochio terras, & eccleſias. Henricus vero frater ejus conceſſerat prius cuidam Ziano ſuo terras pro conſtruendo ipſum Xenodochium: demum conceſſit Xenodochio ipſi eccleſiam S. Nicolai in Tilιata cum pertinentiis ſuis, centum unciarum auri pœna appoſita.* Conceſſionis Johanni Abbati filio Guaimarii Salerni principis factæ ad Henrico comite ejus nepote extat autographum in archivo noſtro, eſtque hujuſmodi.

Ego Heinricus gratia dei Comes civit. montis S. Michaelis Archangeli quond. R. Roberti Comitis bonæ memoriæ. Clarefacio preſencia Guillielmi Fratris mei, & Magnatum meorum mecum aſtantibus Landolfo Trum. & Gaideriſio judice, & Cadelaito judice, & Maraldo judice cum aliis bonis hominibus ſubſcriptis teſtibus. Quoniam Joannes dictus Abbas de Curte Zianus meus olim filius bonæ memoriæ Guaimarii principis Salernitani avi mei venit ad me in prædicta civitate Montis, & peciit unum locum ſibi dari extra Urbem, ut poſſet conſtruere Xenodochium pro amore dei ad receptionem, & miſericordiam hoſpitum, & peregrinorum, unde ego qui ſupra Comes animadvertens bonum eſſe, & amabile Deo a juſtis petitionibus animum non declinare in preſentiarum per fuſtem, & per hoc videlicet ſcriptum abſolute pro redemcione Animarum parentum meorum, & pro anima Richardi ger. mei, & pro mercede animæ meæ trado, concedo, offero, & confirmo tibi qui ſupra Johanni Abbati de curte Ziano meo ipſam terram cum ciſternis, & pertinenciis ſuis extra prædictam civitatem, quæ eſt de ſubtus viam publicam, quæ pergit Sipontum ad conſtruendum, & edificandum ibi Xenodochium juxta voluntatem tuam, & ad congregandos homines ibi extraneos adventicios, qui in pertinenciis prædicti Xenodochii manere vel ubicumque ſub poteſtate ejus habitare voluerint. Quæ videlicet terra habet fines, & menſuras totum ſuum per circuitum. Prima parte finis eſt ipſa muricis, quomodo ab ipſa petra predicte vie publice, ubi eſt ſignatum ſignum Sanctæ Crucis vadit ad ipſam rupem, ubi eſt altera Crux. Deinde deſcendit per ipſas alias cruces ad ipſum Vallonem. Inde ſunt paſſi quinquaginta quatuor, & pes unus ad tales paſſos, ut unus habeat quinque pedes in longitudine, ad tales vero pedes, quales hæc carta ex latitudine oſtendit, unde incipimus illam legere. Secunda parte finis quomodo per ipſum vallonem aſcendit ad ipſum hortale eccleſiæ S. Aroncii. Inde ſunt paſſi quinquaginta quinque, deinde vertit a capite ejuſdem hortale per latitudinem ſunt paſſi quatuor, & medius & inde aſcendit inter ipſum hortale, & ciſternam ejuſdem Xenodochii menſurando per idem hortale ad viam quæ pergit ad eccleſiam S. Aroncii ſunt paſſi quadraginta quinque. Tercia parte finis prædicta via eccleſie S. Aroncii, unde ſunt in aſcendendo paſſi decem ad prædictam viam publicam. Quarta quoque parte finis ipſa prædicta via publica quomodo vadit per eandem viam publicam ad prædictam petram, ubi eſt ipſa crux, unde ſunt paſſi per longitudinem centum novem, & pes unus tendentes uſque in priorem finem. Inter hos namque fines, & menſuras, quæ ſupra memorantur, neque mihi qui ſupra Com., nec heredibus meis ſervavi porcionem. Sed ſicut prælegitur cum omnibus intra ſe habentibus, & ciſternis cum ſuis pertinenciis abſolute tradidi eam prædictam terram, & conceſſi, optuli, & confirmavi tibi qui ſupra Johanni Abbati de curte Ziano meo ad conſtruendum, & edificandum ibi Xenodochium ſecundum voluntatem ſuam, cum omnibus extraneis q. hh., & in pertinenciis ejus, vel ubicumque congregare, & retinere volueris. Tenore quidem ut prædictum Xenodochium ſit liberum, & abſolutum cum omnibus extraneis hominibus adventiciis, qui in pertinencius prædicti Xenodochii manere, & ubicumque habitare voluerint ſub poteſtate ejuſdem Xenochii a me qui ſupra Com., & ab heredibus meis, nec non ab omnibus hominibus omnibuſque partibus. Et quicumque ex omni mea Terra, tam de civitatibus, quam & de foris de rebus ſuis ſtabilibus, & mobilibus, tam in civitatibus meis, quam & aliis partibus aliquid in prædicto Xenodochio dare, et offerre volueris poteſtatem, & licentiam habeat dandi, & offerendi ſine contradictione mea, meorumque heredum, vel poſteriorum meorum, ſeu cujuſcumque hominis contrarietate. Et quicumque advena, & peregrinus ſeu quacumque perſona hominum de quocumque ordine fuerit ibi adveniens ex hoc ſeculo deceſſerit, ut omnes res eorum remaneant ibi, & nec ego qui ſupra Comes, nec heredes mei, neque aliquis ordinatus noſter, aut ſerviens audeat eos diſturbare, aut contradicere, & aliquid inde tollere, vel minuere. Et quicumque peregrinus, aut aliquis hominum ubicumque fueris dare, judicare, & offerre voluerit de rebus ſuis in predicto Xenodochio. Similiter licentia, & poteſtas ſit ei dandi, judicandi, & offerendi juxta voluntatem ſuam in predicto Xenodochio abſque mea, meorumque heredum, aut poſteriorum, vel ſerviencium meorum contrarietate, ſeu alicujus hominis contradictione. Et quicumque ſub poteſtate ejuſdem Xenodochii fuerit, & mercatum, aut negocium aliquod fecerit ante ipſum Xenodochium, aut ubicumque unde dacio, vel plateaticum exire debueris, ut nullus noſtrorum, neque poſteriorum noſtrorum inde aliquid tollat, aut minuat, vel diſturbet,

ſed

ſed totum deveniat ad prenominatum Xenodochium. Et ſi inter eos rixa, aut cum alienis orta fuerit, nemo eos judicet niſi ejuſdem Xenodochii ordinatus, & compoſicio non ad curtem, ſed ad Xenodochium perveniat. Et ſi prædicto Xenodochio ordinatus, vel aliquis de pertinenciis ejus, ubicumque permanſerit, emere, aut vicariare cum hominibus noſtris voluerit, ſit eis licentia invicem emendi, & vicariandi ſine mea, meorumque heredum, & poſteriorum, aut cujuſcumque hominis contrarietate, & contradictione. Sed ego qui ſupra Comes, meique heredes inde ſiamus defenſores, antiſtatores omnium rerum, quæ memorata ſunt ab omnibus hominibus ibi nocere volentibus. Quod ſi ea, quæ in ipſo Xenodochio dedimus, conceſſimus, obtulimus, & confirmavimus adimplere noluerimus, & inde minuere, ſubtrahere, & removere aliquid voluerimus per nos, ſeu per ſuppoſitam perſonam hominis huic pena ſubjaceamus, ſcilicet componere in prædicto Xenodochio centum uncias auri, & ſic demum ſupradicta adimplere. Inſuper maledictione, & anathemate Dathan, & Abiron, quos terra deglutivit, obligamus nos noſtroſque heredes, & poſteriores noſtros, donec reſipuerimus, & ad emendacionem de omnibus ſupradictis venerimus. & ſic in antea hæc dacio, conceſſio, oblacio, & confirmacio firma permaneat omni tempore in vita. Idcirco ego qui ſupra Comes pro confirmando hoc quod prælegitur, & pro ſecuritate prædicti S. Xenodochii hoc præceptum ſcribere edixi Johanni clerico, & prothonotario meo publico, & me ſubſcribere feci, meoque ſigillo ſubſignavi, eo quod ita factum eſt, ſicque datum eſt tibi, qui ſupra Johanni Abbati de curte Ziano meo, a me qui ſupra Com̃. anno ab incarnatione domini milleſimo nonageſimo nono, menſe Novembris, ſeptima indictione: Locus † Signi Prothonotarii. Signum crucis † mea manu Heinrici qui ſupra Comitis, quia ita egi, ut ſupra legitur. † Ego qui ſupra Guillelmus Frater Comitis teſtis ſum. † Ego Bardo teſtis ſum. † Ego Urſellus miles teſtis ſum. † Gilbernus de Caniano teſtis ſum. † Ego Richardus filius Hermanni de Caſtello pagano teſtis ſum. † Ego Nandolfus qui ſupra Trum̃r. † En ego qui ſupra Gaideriſius Judex. Loco † Signi En ego Kadeliſus qui ſupra Judex. Locus † Signi † En Ego Maraldus judex. Locus † Signi. Ego Landolfus filius Baſſi Craſſi teſtis ſum. Ego Baſſo Zito. † Ego Urſo di Sigi. † Ergo Urſo Paoni. En Ego Joannes F. P, P P. . . . . . ℞ Demetrius en Ego teſtor. En Ego Baſſo T. Guiſenolfi Trum̃r. . . . . . † Ego Urſo Spina me vocor. Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex cordula &c., & adeſt aliud ſigillum cereum affixum. Inter privilegia vero alia huic noſocomio conceſſa hoc legitur. *Et ſi inter eos rixa, aut cum alienis orta fuerit, nemo eos judicet niſi ejuſdem Xenodochii ordinatus, & compoſitio non ad curtem, ſed ad Xenodochium perveniat.* Pes hic recenſitus decem, & ſeptem, ac ſeſqui unciis Neapolitanis conſtat. Paſchalis II. ſuo diplomate noſocomium a Johanne Abbate conſtructum approbat, eique privilegia omnia confirmat.

Menſura pedis.

Henrici erga illud liberalitas.

Liberalior in dies erga hoc noſocomium Henricus eccleſiam ibi S. Nicolai cum bonis ſuis omnibus dono dedit, illudque regimini monaſterii montis Caſini ſubjecit hoc diplomate. *Ego Heinricus gratia dei Comes civitatis Montis S. Michaelis Archangeli. Quondam filius Robberti jam Comitis bona memoria clarefacio preſencia Guillelmi uteralis germani mei, & Bardonis Maganatis mei, & Maraldi militis, & Seneſcalci, & judicum meorum Gaideriſii, & Kadelaiti, aliorumque bonorum hominum ſubſcriptorum teſtium. Quoniam habeo unam eccleſiam in tiliamo, cui vocabulum eſt S. Nikolaus cum pertinenciis ſuis videlicet codicibus, & ornamentis ſuis, & vineis, ſilvis, paſcuis, pratis, terris cultis, & incultis, arboribus fructiferis, & infructiferis, & aquariis, & lacubus, & omnibus mihi ibidem pertinentibus ab ipſo Comitatu meo. Et quia ipſa prædicta eccleſia eſt ſine rectore, & videtur eſſe deſolata, & diminuta, & ad nihilum redacta, propter amorem Dei, & mercede animæ meæ, & parentum meorum, & ad remedium animæ Richardi Comitis germani mei, & ad augumentum præfatæ eccleſiæ cupio offerre deo jam dictam eccleſiam, cum omnibus rebus, quæ ſupra memorantur, & ipſo S. Xenodochio conſtructo extra prædictam civitatem Montis ad honorem dei, & ſub regimine monaſterii montis Caſini, & manibus domni Johannis dicti Abbatis de curte Ziani mei conſtructoris, & rectoris ejuſdem S. Xenodochii, ad refocilacionem, & miſericordiam Peregrinorum. Nunc autem voluntarie jam dictam eccleſiam cum ſuis pertinenciis, codicibus, & ornamentis ſuis, & vineis, ſilvis, paſcuis, pratis, terris cultis, & incultis, arboribus fructuoſis, & infructuoſis, & aquariis, & lacubus, & omnibus mihi ibidem pertinentibus ab ipſo Comitatu meo. Abſolute per fuſtem, & per hoc videlicet ſcriptum trado, & offero Deo, & prædicto S. Xenodochio ad refocilacionem, & incrementum peregrinorum, & manibus tuis qui ſuper domne Johannes venerabilis Abbas de curte ad ſemper habendam, poſſidendam, regendam, & ordinandam, qualiter tua, tuorumque poſteriorum fuerint voluntates, qui erunt ordinati a prædicto Monaſterio montis Caſini in ipſo S. Xenodochio, abſque omni contradictione mea, meorumque heredum, ſeu poſteriorum, vel alicujus hominis requiſicione. Sed potius antiſtatores, & defenſatores exinde ſiamus ipſo S. Xenodochio ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus exinde nocere volentibus, quod ſi ea, quæ proleguntur adimplere noluerimus, & hanc cartulam tradicionis, & oblacionis per nos, ſeu per ſuppoſitum perſonam hominis irritam facere, & exinde aliquid ſubtrahere, removere, & diminuere queſierimus, quovis modo, & ingenio anathematis vinculo innodati perpetuo maneamus, & Dathan, & Abiron, quos terra deglutivit, ſimiles efficiamur, niſi reſipuerimus, & ad ſatisfacionem venerimus inſuper, & centum uncias auri componamus ipſo Sancto Xenodochio, & tibi qui ſupra Ziano meo, tuiſque poſterioribus. Et pro confirmacione hujus oblacionis, quæ prælegitur. Ego qui ſupra Comes, ut impoſterum hæc oblacio recordatur, hoc præceptum ſcribere edixi Johanni Clerico Prothonotario, & Scriniario, eo quod ita factum eſt, & me ſubſcribere feci, & meo ſigillo ſignavi, ſicque datum eſt tibi qui ſupra Ziano meo a me, qui ſupra Comite anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo prime, menſe Aprili, nona indictione.*

Ex originali in Archivo.

Suppl. Hiſt. Caſſin.



† Signum Crucis meis manibus Henrici qui ſupra Comitis quia ita egi ſicut prelegitur. † Ego Guillelmus qui ſupra Frater Comitis Heinrici teſtis ſum quia ita aċt. me factum eſt. † Ego qui ſupra Bardo unus ex magnatibus qui ſupra Comisis teſtis ſum. † Ego Maraldus qui ſupra Seneſcalcus, & miles teſtis ſum. † En Ego qui ſupra Gayderius Judex. † En Ego Kadeleitus qui ſupra Judex. † Urſus Sacerdos Gargace. Eccleſia Archidiaconus teſtis. † Ego Landolfus filius Baſſi craſſi teſtis ſum. † Ego Baſſo Zito teſtis ſum. † Ego Urſo Pavoni. † Ego Saſſo. † Ego Urſo Spina me vocor.

Inter alia, quæ Guillelmus Apuliæ, & Calabriæ Dux cœnobio noſtro A. 1114. confirmat, eſt hoc noſocomium hiſce verbis diplomatis ſui, quod Diſſ. I. dabimus: *In civitata montis S. Angeli hoſpitale cum eccleſia, & hominibus, & terris, & cum omnibus pertinentiis, & ſubſtantiis earum mobilibus, & immobilibus*, &c. Illud etiam confirmarunt Calliſtus II. A. 1123. aliique Romani Pontifices.

Monaſterium ſancti Honuphrii. Conſtructionem monaſterii S. Honuphrii hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 53. *Hic Abbas* (Gerardus) *cum adhuc Prapoſitura officio fungeretur, in eccleſia S. Nicolai in Pica tempore patris Deſiderii acquiſivit a Girardo, Richardo, & Leone Fundanis Conſulibus eccleſiam S. Onufrii cum pertinentiis ſuis, & quoniam ſupradictus locus in devexo montis latere constructus latronum direptionibus ſemper patebat, illam Girardus diruens, in monticulo juſta poſito conſtruxit Monaſterium in honorem S. Confeſſoris Chriſti Onufrii, atque de monaſterio S. Nykolai in Pica omnium mobilium medietatem auferens, partem etiam monachorum ejuſdem loci ibi tranſmittens, ſedecim Fratres illic Chriſto ſervituros aggregavit*. Hoc monaſterium Caſſinatibus confirmarunt Lotharius III., Henricus VI.

S. Martini apud Arcem. Refert deinde Petrus cap. 71. donationem S. Martini apud Arcem hiſce verbis. *Hoc interea anno Sparanus Abbas de monaſterio S. Martini in Arci ad hunc locum veniens optulit beato Benedicto eandem eccleſiam S. Martini cum pertinentiis ſuis*. Extat hujuſce donationis autographum in archivo noſtro, & apographum in regeſto Petri Diaconi p. 245. a t. nu. 584., eſtque hujuſcemodi. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ejuſdem dominice incarnacionis milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, menſe Februarii, indiccione quintadecima. Ideoq; Ego domnus Sparanus Abbas monaſterii S. Martini ſitum infra fines caſtri Arci, atque Sparani venerabili Sacerdoti nepoti meo, divina inſpira-* nota. *cione compulſi ſumus pro mercede, & redempcione anima noſtra, & anima Pandulfi Comitis, atque Guilielmi filii ejus, & Imma uxoris ſua, ac filiorum ſuorum, & anima genitoris noſtri, atque genitricis. Ut apud eternum Dominum de noſtris delictis miſericordiam invenire valeamus. Per hanc videlicet cartulam diſponimus, atque offerimus in monaſterio S. Benedicti ſitum in Caſino, hoc eſt pradictum monaſterium S. Martini cum omni ſuo beneficio, & quod modo habet, & quod adhuc in antea ibi deus largisus fuerit, & modo ſub dicione prefati monaſterii, & ſuis rectoribus ſit amodo, & uſque in perpetuum. Unde ex integra jamdicta noſtra offerciona nec nobis q. ſupra nominatis, neque nullis hominibus exinde nullum reſervavimus, nec dicimus aliquid remanere, ſed cuncta offerſimus ut ſupra diximus. Ea racione, ut amodo, & ſemper pradictum monaſterium, & ſuis rectoribus firmiter habeant, & poſſideant, & faciant omnia ut ſupra dictum eſt. Et obligamus nos qui ſupra nominati integram ſupraſcriptam noſtram offercionem in pralibato monaſterio defendere, & anteſtare a parte omnibus hominibus omnium partium. Si autem non potuerimus defendere & anteſtare, ut diximus, primis de colludio jurare obligamus, & tunc componere in ſupraſcripto monaſterio aliam tantam talemque cauſa, qualis illa dio inventur eſſe illam, quam defendere non potuerimus in conſimilis loco, infra fines ſupraſcripti caſtri. Nam ſi nos qui ſupra nominati hanc offerſionis cartulam de quibus continet aliquando per qualiſcumque ingenium dirrumpere, aut removere queſierimus, aut ſi eam in ſupraſcripto monaſterio non defenſaverimus, & non compleverimus, omnia qua ſupra legitur tunc C. L. Solidi in prafato monaſterio componere, & dare obligamus, & jam dictu noſtra offercio integre poteſtati pradicti Monaſterii amitsamus ad habendam ſemper. Et hac car. offercionis de quibus contines firma permaneat ſemper. Unde domnus Gerardus Abbas una cum conſenſu, & voluntate totius congregacionis conceſſit, ut nobis qui ſupra nominati firmiter teneamus, & poſſideamus ſupradictum monaſterium, abſque omni contrarietate pralibati monaſteris S. Benedicti, & de ſuis rectoribus. Et dum Ego qui ſupra domnus Sparanus Abbat advixero, haboat pradict. Nepot. meus juſtitiam ex veſtario S. Benedicti, ſicuti unus ex bonis Fratribus. Et taliter nos qui ſupra nominati, ſicut nobis aptum fuit, fecimus, & te Johannes Notarie ſcribere rogavimus. Actu Arcis. † Ego Johannes Aug. Judex. † Ego Landulfus filius Petri Sellita. † Ego Johannes filius Joannis Belle.*

Conceſſum Abbati Sparano hoc Monaſterium fuerat a Comite Guillelmo hoc diplomate, cujus autographum extat in archivo noſtro. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno ejuſdem dominica incarnationis milleſimo centeſimo . . . . indicc. . . . Brebe factum a nobis domno Sparano Abbate monaſterii S. Martini ſitum intras fines Caſtri Arcis, atque Sparani venerabils ſacerdoti nepoti mei. Eoque in praſentia Joannis judicis ibique eſſent domnus Adenulfus Comes filius bona memoria,* nota. *domni Adenulfi Comitis, atque ex ſuis bonis hominibus domnus Landulfus Grammaticus, & Hector, & Berardus filii domni Sigenulphi, & Pandulfus Capharus, & alii boni homines conjunximus nos qui ſupra nominati cum domno Guillelmo filio bona memoria domni Pandulfi Comitis, & dum conjuncti eſſemus, ſic inter nos convenit ſponte per fuſtem tradens dedis nobis eradictum monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis mobilibus, & immobilibus ad habendum, & poſſidendum, & omne Jus, ac poteſtatem inde nobis conceſſit, amodo, & deinceps illud ordinandi, ac diſponendi ad honorem dei, & beati Martini confeſſoris pro ſalute anima ſua, ac parentum ſuorum abſque omni contrarietate ſua ſuorumque heredum. Si autem ipſe qui ſupra domnus Guillelmus,*

vel

Digitized by Google

vel ſui heredes ſe tornare voluerint, & omnia ſuprascripta nobis, ut dictum eſt, non compleverint, vel ſi hunc Brebe in quam partem refutare aut inanem facere temptaverint per ſe, vel per ſubmiſſa eorum centum viſanteos aureos pena ſe ipſe qui ſupra Guillelmus, vel ſui heredes nobis qui ſupra nominati, ſive illi homini, cui brebe iſtum in manu paruerit pro parte noſtra cauſanda componat, & dicta obligacio, & omnia tunc ſupraſcripta compleantur invitis. Scripſi hac ego Joannes notarius per juſſionem ſupradicti Judicis. † Ego Joannes Aug. Judex. † Ego Landulfus Petri Sellitta. † Ego Johannes filius Joannis Bella.

Caſſinatibus vindicata hæc Eccleſia.

Eccleſiam hanc Paulus III. A. 1540. XIII. Kal. Decembris commendavit Eliſeo epiſcopo Sorano, & præſuli ſuo Domeſtico, atque in diplomate hæc præ aliis ait: *Seu quavis alia omnimoda diſpoſitio di. beneficii ruralis dum pro tempore vacat de antiqua, & approbata, hactenuſque pacifice obſervata conſuetudine, ut aſſeritur, pertinet dilectis filiis Abbati, & Conventus monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti diœceſis, ſeu nullius diœceſis, &c.* Pro hac vice derogat. Illud deinde beneficium A. 1548. Eliſeus epiſcopus monaſterio noſtro reſtituit, ut inſtrumento conſtat ſtipulato a notario Johanne Thoma notarii Marci de Arpino. Anno deinde 1558. die 10. Decembris virtute privilegiorum Innocentii VII., Leonis X., Pauli III. &c. Ignatius Abbas menſæ cœnobii noſtri illud adnectit, ut inſtrumento conſtat ſtipulato a notario Cæſare Martuccio Sangermanenſi, initaque poſſeſſio eſt eodem anno 16. Decembris, ut conſtat inſtrumento ſtipulato ab eodem notario. Defuncto vero menſe Julio anni 1561. Eliſeo, epiſcopus Aquinas beneficium illud clerico Theodoro Angelio ab Arce dedit, qui ad S. Rotæ tribonal evocatus a Caſſinatibus, impetravit a Gregorio XIII. die 7. Maii a. 1574., ut cauſſæ hujus cognitio Verulano epiſcopo demandaretur, a quo hæc pro cœnobio Caſſinenſi ſententia prolata eſt: *In Dei nomine Amen. Nos Hortenſius Baptiſta Dei, & apoſtolica ſedis gratia epiſcopus Verulanus & in præſenti cauſa commiſſarius Apoſtolicus a D. noſtro Gregorio papa decimo tertio ſpecialiter deputatus &c. Viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, Chriſti nomine repetito, ſine quo nullum rite fundatur exordium; dicimus ſententiamus, decernimus, & diffinitive declaramus dictum ſacrum monaſterium Caſſinenſe, Abbatem, & Monachos abſolvendos eſſe ab impetitis, prout per præſentes abſolvimus, & in hujuſmodi cauſa perpetuum ſilentium imponimus, dicto D. Theodoro, & utramque partem ab expenſis abſolvimus omni modo meliori &c. Ita declaravi, & ſententiavi Ego Hortenſius Baptiſta epiſcopus Verulanus & in præſenti cauſa Commiſſarius; præſente notario Alfonſo Mancino ſubſtituto procuratore &c.*

Emendatur Ughellius.

De epiſcopo Sorano Eliſeo Todino Arpinate agit Ughellius To. I. in deſcriptione epiſcoporum Soræ col. 1248. nu. 44. ubi aſſerit longe ante annum 1561. obiiſſe, quo, cum ejus eccleſiæ adminiſtrator Alexander Farneſius Cardinalis Eliſei ſucceſſor muneri renunciaſſet, electus ſit epiſcopus Thomas filius. Conſtat tamen Eliſeum nonniſi A. 1561. obiiſſe menſe Julii ex bullis Gregorii XIII. V. Kal. Julii a. 1575. expeditis, quibus Michael Pichino beneficium S. Martini conceſſerat, ratus ob Eliſei mortem vacaſſe. Sed cum cœnobii noſtri juris eſſe reſciſſet, irritam conceſſionem ſuam voluit, illudque hactenus pacifice poſſident Caſſinates.

Monaſterium S. Mariæ de Rabiata.

Conſtructionem monaſterii S. Mariæ de Rabiata prope Raguſium hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 80. *His quoque diebus Savinus vir nobiliſſimus, Dalmatino genere ortus direxit in hoc monaſterium duos ſciphos argenteos librarum circiter novem rogans, & multa prece depoſcens, ut de noſtris Fratribus idem Abbas ad monaſticum ordinem demonſtrandum in Dalmatiam mitteret, pollicens, non minimum proficuum per hoc loco iſti venturum, Abbas autem nihil moratus, tres de hoc monaſterio ibidem Fratres direxit divinarum ſcripturarum codices, & eccleſiaſticum apparatum illis habundatiſſime tribuens: ſuſceptis namque Savinus eiſdem Fratribus, permittente ſupradicto papa Calixto, ac concedente Raguſeorum Archiepiſcopo, optulit B. Benedicto eccleſiam S. Mariæ in loco, qui dicitur Rabiata prope civitatem Raguſam cum portu, & piſcatione ſua, cum ſervis, & ancillis, & cum omnibus omnino pertinentiis, & finibus ſuis.* Hoc monaſterium Caſſinatibus confirmarunt Anaſtaſius IV., Alexander III., & Gregorius IX. cujus bulla eſt hujuſmodi:

Ex originali in Archivo.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum dei, dilectis Filiis ac Abbati & conventui monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt, et honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, eccleſiam S. Mariæ de Rabiata Raguſina diœceſis cum pertinentiis ſuis, quam ex conceſſione bona memoria R. Archiepiſcopi Raguſini Capituli ſui, et quondam Sabini patroni ejuſdem eccleſia accedente conſenſu, proponitis vos adeptos, ſicut eam juſte, ac pacifice poſſidetis, vobis, et per vos monaſterio veſtro, auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Id. Aprilis pontificatus noſtri anno tertiodecimo. Adeſt ſigillum plumbeum.

Ejus præpoſitus.

Anno 1402. die 16. Septembris Henricus Abbas monaſterium hoc gubernandum commiſit Fratri Nicolao Monacho Caſſinenſi hiſce litteris in ſuo regeſto p. 241. *Henricus Thomacellus dei, et ſedis apoſtolica gratia humilis Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit. Dilecto nobis in Chriſto religioſo viro Fr. Nicolao q. Georgii Dorulovitz de Raguſio monacho noſtro Caſſinenſi, Priori prioratus eccleſia S. Mariæ de Rabiata dicta de Rozaco diœceſis Raguſina manualis, ac ſpecialis membri noſtri Caſſinenſis monaſterii, et ab eodem monaſterio dependentis, ſalutem, & eternorum affluentiam gaudiorum. De fide, diligentia, Zelo religionis, & ſolicitudine tuis plenam in Domino fiduciam obtinentes, quod in noſtra eccleſia S. Mariæ per tua circumſpectionis induſtriam debeat in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipere incrementa, eandem eccleſiam, vel Prioratum dicta S. Maria quovis modo vacantem cum omnibus juribus, & pertinen-*

Digitized by Google

tinentiis ſuis, tibi ſub noſtra & ſucceſſorum noſtrorum obedientia pleno jure conferimus, ac de illa etiam providemus, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius eccleſiæ S. Mariæ, bonorum, jurium, & juriſdictionum ipſius ſpiritualium, & temporalium, uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum, & mandatum liberaliter tenore præſentium committentes; & Prioratum dictæ eccleſiæ S. Mariæ Priorem facimus conſtituimus, & tenore præſentium deputamus. Inveſtientes te in noſtra præſentia conſtitutum per pacis oſculum de eadem. Mandantes omnibus, & ſingulis Monachis Converſis, & perſonis aliis, ſi qui, ſeu ſi quæ per tempora fuerint dicti Prioratus vel eccleſiæ S. Mariæ memoratæ, quatenus tibi tamquam hujuſmodi Prioratus, ſeu eccleſiæ efficaciter obediant, pareant, & intendant, &c. Datum in civitate noſtra S. Germani, in noſtro hoſpitio Caſſinenſi, die 16. menſis Septembris XI. indictionis, ſub anno domini milleſimo quadrigenteſimo ſecundo, pontificatus SS̃mi in Chriſto patris & dñi noſtri, dñi Bonifatii divina providentia papæ noni, anno tertio. Cenſum olim monaſterio Caſſinenſi Prioratus hic perſolvebat, ut ex regeſto II. Bernardi Abbatis p. 130. conſtat, in quo hæc leguntur. *Prioratus S.*
a011. *Mariæ in Dalmatia juxta civitatem Raguſam tenetur conventui Caſſinenſi in auro uncias quatuor. Propoſitura S. Nicolai in Sanſacu in Dalmatia prope Spalatrum tenetur conventui Caſſinenſi in auro uncias tres.* Et in regeſto II. Cardinalis Ludovici p. 138. a. 1457. hæc habentur: *Lo Priorato di Santa Maria in Dalmazia j. Civitatem Raguſam dè pagare per penſione unze quatro in auro. Lo Propoſito di ſanto Nicolao in Sanſuco in Dalmatia prope Spalatrum dè pagare unze tre in auro.*

Moneſterium S. Petri in Iſcleta Caſſinatibus reſtitutum.

Eodem in capite hæc ſcribit Petrus Diaconus: *Sequenti tempore papa Calixtus ad hoc monaſterium veniens Gotfridum Comitem Cyccanenſem, qui monaſterium S. Petri in Yſcleta ab hujus loci dicione ſubduxerat uſque ad dignam ſatisfactionem a liminibus eccleſiæ ſeparavit.* Goffridi meminit Chronicon Foſſænovæ apud Ughellium T. X. Edit. novæ Annis 1125., 1128. & 1131., quo ejus mortem collocat. De hujus cœnobii donatione agit Leo Oſtienſis lib. II. cap. 32. hiſce verbis: *Hoc tempore oblata eſt in hoc monaſterio eccleſia S. Petri, quæ nuncupatur ad Iſcleta in Campania territorio Ciccanenſe cum maximis circa ſe poſſeſſionibus ab Hubberto, & Amato Comitibus Ciccani, & Segniæ.* Hujus monaſterii donatio a Petro Diacono in regeſto p. 122. a t. nu. 268. relata, eſt hujuſmodi: *In nomine domini dei*

Comites Ciccani donant monaſterium S. Petri Cœnobio Caſſinati.

Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno deo propicius pontificatus dñi Benedicti ſummi pontificis, & univerſalis SS̃mi Octavi papæ in Sacratiſſima Sede beati Petri apoſtoli anno tercio indiccione nona, menſe Aprilis die octava decima. Supplicancium nobis eſt beatiſſimi Patres quos vidimus ſedule in dei laudibus inſiſtere orationibus ad loco pio quæ cupimus ad meliorem ſtatum perducere. Quia convenit a nobis experi in eadem benli. oportuno, & SS̃mo, ac piiſſimo vocabulo Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & beato Petro apoſtolo intercesſionibus quas ibidem exquiſivi, ad noſtra valeat anima proficere ſalutem. Nam inter cætera bona, quæ nobis ſingulariter Divina tribuit pietas, nihil glorioſius probatur agnoſcere poſſe, & in eternum in bar. Ideoque quoniam juſtum eſt me Ubberto Comes filius de donno Leo Comes, & de domna Sergia illuſtriſſima fœmina quondam jugalibus, & doña Conſtancia conjugem meam inſimul cum doño Amato Comes, & doña Maria jugalibus, atque pariter pro ſalute, & ſalvacione animarum noſtrarum, hac die dos damus concedimus tradimus, & irrevocabiliter largimus, ſimulque offerimus in eccleſia, & Monaſterio ſancti Benedicti de caſtro Caſino propria, & ſpontanea noſtra voluntate vobis domno venerabili Atinolfo Abbati pro omnipotenti dei amore, & redompcione animarum noſtrarum, concedimus, donavimus, & offerimus ipſam S. eccleſia beati Petri apoſtoli, quæ conſtructa eſt in loco ubi dicitur tartare, de loco, & territorio Ceccanenſi cum terris in circuitu cum Silvis, Salectis, arboribus pomiferis, caſtaneis, & cum paretinis antiquis, fontibus, & rivis, & omnibus poſſeſſionibus ejus cum terris cultis, & incultis ubicumque ſupradicta eccleſia pertinet in rivis, & in flumine, & ubicumque vos potueritis molam facere infra has fines de ipſa ſancta eccleſia. Ponitur latere primo vadu de Torralanu, & vadit per ipſa via antiqua, & venit in focem de Ccnice, & pergit per ipſo flum. ſuper rus queat limite, & venit in fontem, cum aqua viva de Tartaro de Luco, & vadit per ſcrima de ipſi Tartari in eccleſia deſtructa, quæ fuit de antiquis temporibus, & a nominandum infra finem de Patrica, & territorio Cecanenſi ſuperque, & in rio de camina, & per ipſo rio deſcendit uſque in vado veclo de antiquis temporibus in loco ubi ſe conjungit cum ipſa ria, quæ deſcendit de colli de Nocilinu, & venit per ipſam Silva, & ducit per Tartare, & venit in vado de flumine de torralano, a primo latere. Hæc omnia ſupraſcripta ſancta eccleſia de beato ſancto Petro Apoſtolo cum tote cello ſue, cum terris, & cum ſilvis, & cum piſcaria ſua, & cum omnibus ſuis pertinentiis tibi domno Atinulfo venerabili Abbati, tuiſque ſucceſſoribus a præſenti die ita damus, ut neque a nobis, neque ab heredibus noſtris veſtro monaſterio in perpetuum aliquid contrarietatis exigatur, & nunquam a nobis, vel a noſtris heredibus queſtione aliquando habeatis, quod ſi contravenire tentaverimus pene nos noſtroſque heredes, quæ legibus ſtatuta eſt perſolvere promittimus, quam exſcribere feci menſe, & Indictione ſupraſcriptis. Amatus Comes teſtis conſcripſi. Ubertus Comes teſtis conſcripſi. Roffo filius Formoſi teſti. Acto teſtis. Ingizzo filio i. Surai. Ego Abfredo nobili viro, & tabellio complevi, & ſolvi. In hujuſce donationis fine hæc alieno recentiorique charactere leguntur: *Frater Maurus de Nurſia Monachus Caſſinenſis, nomine, & vice Conventus tempore vacationis poſt mortem dñi Andreæ bonæ memoriæ recuperavit hoc beneficium S. Petri in Provincia Campaniæ, & habuit pacificam poſſeſſionem ut patet manus Notarii Jannutii de Piperno ſub anno Domini 1373. menſe Octubris die . . . . indictione XII.* Poſſederant Caſſinates præpoſituram hanc ad A. 1530. quo Chryſoſtomus Abbas die 12. Auguſti illam D. Johanni de Pazzi canonico Florentino Alexandri filio, & nepote Clementis VII. dedit, ut ex literis in regeſto I. Congregationis p. 88. a t. Plura in territoriis Ceccani, & Patricæ bona, quæ inter piſtrinum, præpoſitura hæc poſſidebat, perſolvebatque quotannis monaſterio noſtro cenſum.

Cœnobium S. Columbani de Caſtro.

Vetuſtiſſimum eſt S. Columbani cœnobium in territorio urbis Caſtri ſitum; nam A. 1027. Hugo

ejuſ-

ejuſdem urbis Comes plura illi bona dono dedit hoc diplomate.

Ex originali in Archivo.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis. Ab anno dominice incarnationis mileſimo vigeſimo ſeptimo Menſe Juniois indictione octava regnante Cono rege anno tercio feliciter; Conſtat me Ugo Comes filio bona memoria Cadulo, qui eſt Comes Caſtro. Quia omnis homo in vita ſua debet laborare, ut habeat vitam eternam. Ideo ego Ugo Comes pro meorum peccatorum redemprione, & pro animam patris, & matris meis, & pro animam omnibus parentum meorum dono, & trado eccleſia, cui vocabulum eſt beati S. Pauli, qui poſitum eſt in loco, qui dicitur Camillano territorio Caſtro cum integro, & intranſactu cum omnia ſupra ſe, & infra ſe abentes, & cum illorum acceſſionibus cum caſis, & ortis, torris, vineis, pratis, campis, ſilvis, cetsnis, paſcuis, aquis, aquarum, cultis rebus, vel incultis, omnia, & in omnibus, quas ſuperius legitur, dono, & trado monaſterio S. Columbani, qui poſitum eſt juxta flumine, qui vocatur Armine, & tibi Johannis Abbas, & aliis poſteris tuis in integrum, & intranſactum ſponte, & plena mea voluntate ut habeatis, & teneatis, & uſufruatis in perpetuum. Et ſi ego, vel meos eredes litigare voluerimus, vel ſi non ad omnes omines defendere noluerimus, tunc componere promitto tibi domne Johannes Abbas, vel a tuis poſteris in curte regia pœna de argento libras XLXX., & donatione in ſuper firma permaneat & habeat maledictione Dei ſuper ſe ſemper. Amen. Et Ego Johannes Abbas cum fratres meos de monaſterio S. Columbani facimus tibi Ugo Comes pro iſta donatione remiſſione omnibus peccatis tuis, & omnibus orationem noſtram partuipesin perpetuum Amen. Actum in curte de Scerpena. Signum manus Ugo Comes, qui hanc cartam ſcribere rogavit. Signum manus Ranori filio bona memoria Anſelmo rogatus teſtis. Signum manus Omizo rogatus teſtis. Signum manus Rapizo qui ſupra nomen Segnorectu vocatur filio bona memeria Bernardino rogatus teſtis. Ego Lambertus notar. & judex poſt tradita complevi, & redidi.

Monaſterium S. Columbani.

Annus in hac donatione bene convenit, nam Cono, ſeu Conradus conſecratus eſt Italiæ, Germaniæque rex anno 1024., die 8. Septembris, ut oſtendit Pagius ad eum annum nu. 6., & Mabillonius To. IV. Annal. p. 302. quare menſe Junio 1027. annus inceperat tertius Conradi; haud ita indictio, quæ A. 1027. decima erat. Sed in ſupputandis indictionibus incerta adhuc via, qua tabellio quilibet inceſſerit. Adnotanda verba illa: *Et ego Johannes Abbas cum fratres meos &c. facimus tibi Hugo Comes pro iſta donatione &c., & omnibus orationem noſtra participes in perpetuum*. Martene de antiqu. Monachorum Ritibus p. 850. demonſtrat, hanc precum participationem nedum Monachis extraneis, verum & clericis ac laicis ipſis conceſſam, vel ob præſtitum aliquod cœnobio beneficium, vel ut ipſi quoque orationum, quas alii Monachi, vel clerici funderent, eſſent participes. Vid. Mabillonius in Præfat. ad Sec. III. P. I. n. 100. Eidem cœnobio hæc alia donatio facta.

Ex originali in Archivo.

† *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus domno noſtro Cono gratia Dei regnante in Italya piiſſimu, atque perpetuum aguſto a deo coronato magnumque imperium ſedit in anno ıııı. menſo Aprilis, atque cum Johannis ſummo pontifice, & univerſali papa ſedit, indictio terciadecima . . . . Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui pro redemptione umano generi deſcendit de cœlo per ſinum Virginis factus obediens uſque ad mortem morsem autem crucis, inventas autem oves perdita propriis humeris portans in cœleſtibus ſedibus, ibique convocavit, amicos, & vicinos conlaudans dicens congratulamini mihi quia inveni ovem quam perdideram, nos in ejus laude exultantes cum beato Paulo apoſtolo dicere valeamus noſtra autem converſatio in cœlis eſt, & in evangelio Dominus dicens date, & dabitur vobis, petite, & accipietis, vobis querite, & invenietis, pulſate, & aperietur vobis. Unde nos conpuncti propter peccatis noſtri, & nos Johannes, & Ermingarda Conguge de ſuprascripti Johanni filiu Gerardu de caſtellu de Murranu, & ego ſupraſcripti Johanni, & Ermingarda propter peccatis noſtris & venia delictorum noſtrorum donamus, concedimus, tradimus, mancipamus, largimus, ſimulque offerimus invocabiliter in Monaſterio S. Columbanum, ideſt omnia ipſa vinea de calcinaia, & omnia illa rebus noſtra q. jacet in balle qua dicitur Capu noliva cum ipſu polin, & cum ipſu monte noſtra portione ubi convocatum eſt eccleſiam ad edificandum, & nos compunti ſumus Rainaldu filiu Leo gra. Dei, & Abonda conguge de ſupraſcripto Rainaldu, & ſumus abitatores in Caſtello de Murrano Territorio Caſtro, & nos ſupraſcripto Rainaldu, & Abunda, ambo perſone gugalibus propter peccatis noſtris & venia delictorum noſtrorum, donamus, concedimus, mancipamus, largimur, ſimulque offerimus irrevocabiliter in Monaſterio ſanctum Columbanum, quod eſt edificatum, vel conſecratum propo fluvio Armine, ideſt omnia mea medietate de valle mortulo ante ponimus nos, & reſervamus nos Rainaldu, & Abunda in noſtra poteſtato illa petia de terra in valle S. Maria, & unum petium de terra qua jacet in campu da ville in pratu lungu, & quarta parte de Mortellu, & medietate de ipſa petia de terra, qua jacet allaquacini, &c. iſto petio de terra & ipſa vinea reſervavimus nos Rainaldu, & Abunda in noſtra poteſtate uſque ad mortem omnia alia rebus cum proprietate noſtra ubicumque invento aparueri in toto comitatu vel trito. caſtro, & ego Rainaldu & Abunda ambo perſone jugalibus, & ego Johanni, & Ermingarda ambo perſone jugalibus offerimus cupabula oblatione omnia ipſa ſupraſcripta terra, & vinea, vel proprietate noſtra ubicumque fuerint cum aquis aquarum, vel decurſibus earum, & cum aquimolis, & farinariis ſui omnia ipſa ſupraſcripte rebus, ſicut ſuperius legitur, cum omnia quantum ſuperſe, & infra ſe abento, & acceſſione earum in integrum, & intranſactu damus, & judicamus nos ſupraſcripti Johanni, & Ermingarda & Rainaldu, & Abunda pro omnibus noſtris peccatis donamus nos Johanni, & Ermingarda, & Rainaldu, et Abunda donamus tibi domno Abbati Johanni, qui eſt cuſtod. in ſupraſcripto monaſterio S. Columbanu, et a Fratribus tui puiti., & Monachi, qui in ipſo monaſteriu S. Columbanum in ordine Monachorum ordinati ſunt, et commiſſi, vel in antea ſiunt omnia ipſe ſupraſcripte rebus ubicumque inventa fuerit in integrum, et in tranſatum donamus, et Judicamus nos ſupraſcripti Johanni et Ermingarda, et Rainaldu, et Abunda a ſupraſcripto monaſteriu S. Columbanu a ſua abendi, et poſſidendi et fruendi faciendi, et judicandi, et omnia ſecundum Deum, et ſecundum ſoculum faciondi, quia qualiter volueritis audientes nos, vel noſtri Eredes promittimus nos*

Monaſterium S. Columbani.

vindi-

vindicare, et defendere, et omnia ſi vero quod factum eſſe non eredimus, q. nos ſupraſcripti Johanni, & Ermingarda & Rainaldu, & Abunda, vel noſtri Eredes ſi de ipſa rebus tollere angere, cunſure, minuare, litigare, vel contendere, aut ſupfrangere volueritmus, & non adimpleverimus omnia ſicut ſuperius legitur tunc componere permittimus nos Johanni, & Ermingarda, & Rainaldu & Abunda una cum noſtri heredes tibi ſupruſcriptum monaſterio S. Columbanum, & Abbati Johanni, & poſteris, vel ſucceſſoribus veſtris, ſi nos ſupraſcripti Johanni, & Ermingarda, & Rainuldu, & Abundu, vel noſtri eredes de ipſa ſupraſcriptis rebus ab omni homine defendere, quod ſi minime defendere non potuerimus aut exinde inter nos niere, vel cauſare temptaverimus per nos ipſi, aut per ſummiſſu roſtra, per qualibis modis argumentu ingenium, aut qualecumque homine de ipſu ſupraſeript. rebus de ipſu ſupruſcripto monaſteriu tollere volueri ille qui malu feceri primit omnium incidant in ira dei omnipotentis, & da beato Petru princeps apoſtolorum, & da omnibus apoſtoli, da IIII. evangeliſte, da trecentu XVIII. patres S. Sianatimatu, cum Anna, & Suſila, & Caifu, & Erode & Pilatu & Juda traditore abea portione in tremendi die judicii ante Tribulau X. Inſuper promittimus nos Johanni, & Rainaldu SS. & Ermingarda & Abunda vel noſtri Eredes componero libra de auro optimo bonum de centu Monaſteriu S. Columbanu, & Abb. Johanni, & a poſteri ſui ſucceſſoribus tuis, & in ipſu judicatu in ſuum robore ſemper permunent firmu, & ſtabile omni tempore. Actum in Murranu. † Signum manu Johanni, & Rainaldu. Signum filiu de Ermingarda conſentiente Johannis virum ſuum, & Abunda conſentiente Rainaldu virum ſuum quia an judicatu ſicut ſuperius legitur ſcribere rogavimus. Signum manus Farolfoli filiu bone, & Leo Camarlingum, & peritu Mariſcalcu, & Rainaldu, & Brintaldu filiu Ugo. Et Vindu filiu Aldiſti Civitati caſtrum, toti iſti rogati ſunt teſtes. Scripſi Ego Adulolfu Sclib. . . & Notarius rogatus, quod pradictu complebit, & redidit. Annus imperii Cononis, ſeu Conradi quartus, & indictio XII. erat, Chriſti 1030. nam Cono coronatus eſt imperator die Paſchatis 26. Martii a Johanne XIX. ac proinde menſe, quo donatio concinnata eſt, annus ejus quartus inceperat. Vid. Baronius p. 88. & Pagius A. 1027. nu. 2. Mabillon. loc. cit. p. 327. A. 1073. Hugo memorati Comitis Hugonis filius bona quædam eidem cœnobio hoc diplomate conceſſit.

Ex originali in Archivo. † In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti dei Eterni Anni ab incarnatione ejus milleſimo ſeptuageſimo tertio K. Madius indiccione decima. Dominus noſter Jeſus Chriſtus propter redemcio animu generis humani deſendens de ſinu patris per uterum virginis venit factus obediens uſque ad morte, morte autem crucis, oves perditu propriis umeris portas in celeſtibus ſedibus copulavit, ibique vicinas, & amicos convocavit, & conlaudatu ipſu in dei ſapientia, & dicens congratulamini mibi, quia inveni dramu quem perdiderat. Ideo nos in ejus laudem exultantes cum beato Paulo apoſtolo dicere valeamus, noſtra autem converſatio in cœlis eſt, unde expectamus Salvatorem dominus noſter Jheſus Chriſtus, qui traſiguravit corpus umilitatis ſua & corpore claritatis noſtru p. quare ego Ugo Comes filio domni Ugo, qui fuit Comes propter dei omnipotenti tremore, & anime de Julita conjuge mea jure donavit, & tradidit, & judicavit, & cartulu ſcribere rogavit in Monaſterio S. Columbani, quod eſt edificato prope fluvio armine propter unde ipſius venerabilis locis confirmo, atque concedo in Domno Albertus Abbas, & Gerardus bresbyter, & Monachus, & Albertus bresbyter, & Monachus, & at aliis bresbyteris, & Monachis, qui in ipſo Monaſterio ordinati ſunt, ideſt integra uno Albio, qui edificatu fiet mulino, qui eſt in fluvio armine in loco a vado canapulo, & habet fine du una parte terra de filii Rodolfi, & da alia parte via plubica, du tercia parte ripa de molaria, de quartu parte fluvio armine, ideo tam ſupraſcripto Albio ſicut ab omni parte circumdatum eſt cum aquis aquarum, & omnem edificio qui at ipſo Molino pertinet ſupruſcriptus Ugo comes cum meis eredibus a vobis ſupraſcriptis Albertus Abbas cum pradictis Monachis S. Columbani, qui ibidem fierunt ordinati judico, & defendo, et quot factus eſt credo omnia ipſa ſupruſcripta res cum ſua pertinentia ſupraſcripto benefactore noſtro de ipſu monaſterium retollere voluero, vel a noſtris poſteris ſuceſoris, qui in onore Monachorum ordinati ſunt, et in antea fieri debuerunt omnia ſicut ſuperius legitur componere promitto ego qui ſupra Ugo Comes, vel meis filiis eredis, ac pro eredibus meis, & ſupraſcripto Monaſterio S. Columbani, & a predicto Albertus Abbas, & Monachis, vel at veſtris poſteris ſucceſſoribus. Ego qui ſupra Ugo Comes, vel meis eredibus componero promitto tanta res, et alia tantu ſup. juſta eſtimacione tibi, et in propinquis, et infer. q. de. et inconſimilis locis; et ſi quis vero quot factum eſt eredo de unc ſupraſcripto Monaſterio tollere voluerit, qua ego ſcribere rogavit per remedium animu mea, et animu de Julitu conjuge mea dextruxerit, vel deſtruere voluerit ego qui ſupra Ugo Comes, vel meis filiis eredis, aut qualecumque perſona in primis ira Dei incurrat ſuper eo ſet omnis ecclheſias ejus et ſit foris de tricenti dece, et octo Sanctorum Patrum, et da beata dei genitrice Maria, et du omnes virtutes celorum, et omnes apoſtoli, et da omnes martires, et da omnes confeſſores, et Virgines, et abent parte cum Anna, et Caifus, et cum Juda Senriot qui tradidit D. abeat portione qui an cartula judic. u mea bona spontanea volontate Ugo come ſcrivere rogavit. Actu u caſtello de Muſingnano feliciter. Signum manum Bernardo filio bñi Ruſtico rogatus. tſ., tſ., tſ., Signum manum Gerardo Filio bñi Vollando rogatus tſ., tſ., tſ., Signum manum Bentrolino filio bñi Ruſtico rogatus tſ., tſ., tſ., ✠ Ego Ildibrando Notarius poſt traditu complevi, et reddidi.

Cujuſnam dono, vel quo anno monaſterium S. Columbani Caſſinatibus ceſſerit, divinare haud poſſumus. Hæc dumtaxat legere eſt apud Petrum Diaconum lib. IV. cap. 82. Per idem tempus Comitiſſa Adelaſia una cum Ildebrando Comite ex juſſione ſupradicti papæ Calixti reddidit beato Benedicto eccleſiam S. Martini in Armino, et S. Columbani cum pertinentiis ſuis, centum librarum auri pœna appoſita: quam in rem hæc in regeſto Petri Diaconi p. 251. num. 599. habentur. In Dei nomine eccleſia S. Columbani reſtituta auctoritate dñi Calixti dei gratia apoſtolica ſedis antiſtitis. Ego Comitiſſa Adalaſia, necnon Ildebrandus Tuſcia Comes munita eadem auctoritate pro remedio noſtrarum animarum, et noſtrorum parentum, ut domnus peccata noſtra minuere dignetur confirmamus omnia illa inſtrumenta, qua Co-

Quiſnam illud Caſſinatibus dona verit incertum.

Digitized by Google

Comitiſſa Wilia Capuana, et omnes noſtri anteceſſores fecerunt Eccleſia S. Maria de la palara, et S. Sebaſtiani de eccleſia S. Martini, qua eſt ſita juxta fluvium Armini ex omni ſuo patrimonio, atque ex eccleſia S. Columbani cum omnibus ſuis terris, atque vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, & cum omnibus ſuis obedienciis, atque patrimonio. Quas res prafatas prafata eccleſia damus atque concedimus ſalvo noſtro jure patronati, & excepto podio Setauo, & podio S. Martini, quos nobis pertinemus; inſuper promittimus Domno Octaviano Prapoſito de la palara atque arginzoni Propoſito S. Columbani ſtipulantibus ſi prafata inſtrumenta atque confirmacionem reſcindere voluerimus, componere penam, unam cum noſtris heredibus centum unciarum optimi auri domno Oderiſio Abbati S. Benedicti de Monte Caſino ſuiſque ſucceſſoribus. Actum eſt hoc in Groſſeto, in praſencia Moroschi de Caſtelione, & Rainucii presbyteri, & Radulfi Vice Comitis, & Argeri, Petri Frajapanis, & Odonis de Franco, & Gregorii de Gregorio, & Octaviani de orrigo, & Sebaſtiani. Ego Aimerius judex domni Imperatoris ſcripſi. Ildebrandus hic ille non eſt, cujus meminit S. Petrus Damiani epiſtola VII. Edit. Rom. A. 1606. ad Epiſcopum N. quemque vocat Ildebrandum de Capuana Comitem Etruriæ, aut potius Comitem in Etruria, ut verius fuiſſe credimus, nam iſte longe ante Calliſti pontificatum obierat. Primus, qui cœnobium hoc Caſſinatibus confirmaverit, fuit Alexander III. in diplomate dato a. 1159. in quo hæc leguntur: *S. Martini juxta Fluvium Armini, S. Columbani &c.* deinde Clemens III., & Innocentius III. inſigni hoc privilegio.

Ex originali in Archivo.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Caſſinenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitam perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii veſtrit juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, eccleſiam S. Columbani Caſtrenſis dioceſis cum pertinentiis ſuis, quam ex conceſſione, ſeu donatione bona memoria comitis Alebrannini Palatini ſicat eam juſte, ac pacifice poſſidetis vobis, & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Sane tam in ipſa eccleſia, quam & in cellis ejus cujus libet eccleſia epiſcopum, vel ſacerdotem ditionem quamlibet, aut excommunicandi, aut interdicendi, aut ad ſynodum provocandi, aut ex poſſeſſionibus ejus aliquid percipiendi praſumere prohibemus, itans niſi ab Abbate, vel Priore loci fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolempnia inibi audeat celebrare. Liceat Fratribus ipſius eccleſia etiam ad Divina officia quandocumque voluerint ſigna pulſare, populum dei tam in ipſa eccleſia, quam & in cellis ejus ad Dei verbum audiendum, nullus epiſcopus excepto pro communi totius civitatis, vel parrochia interdicto probibeat. Sepulturam ſane ipſius loci, & eccleſiarum ſuarum liberam omnino eſſe cenſemus, ut eoram, qui illic ſepelliri deliberaverint devotioni, & extrema voluntati, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva Juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prephatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet fatigare vexationibus, ſet illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro qaorum gubernatione, ac ſubſtencatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futuram eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temtaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi praſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimô corporo, ac ſanguino Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti quatinus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.





Ego Innocentius Catholica Eccleſia Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Cinth. tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis ſubſcripſi. † Ego Cencius SS. Johannis, & Pauli Presbyter Cardinalis tituli Pamachii ſubſcripſi. † Ego Benedictus tituli S. Suſanne presbyter Cardinalis ſubſcripſi. † Ego Rogerius tituli S. Anaſtaſia presbiter Cardinalis ſubſcripſi. † Ego Petrus S. Pudentiana Tituli Paſtoris Cardinalis ſubſcripſi. † Ego Johannes SS. Coſma, & Damiani Diaconu Cardinalis ſubſcripſi. † Ego Johannes Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi. † Ego Johannes Sabinenſis epiſcopus ſubſcripſi. † Ego Nicolaus Tuſculanus epiſcopus ſubſcripſi. † Ego Guido Preneſtinus epiſcopas ſubſcripſi. † Ego Pelagius S. Lucia ad ſepta ſolis diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Datum apud S. Germanum, per manum Johannis S. Maria in Coſmidin diaconi Cardinalis S. Romana eccleſia Cancellarii, VIII. Kal.

Augu-

Auguſti, indictione XI. incarnationis dominicæ anno milleſimo CC.VIII. pontificatus vero domini Innocentii PP. III. anno undecimo. Commendaverat eccleſiam hanc Canonico Urbevetano nomine Capitanio, P. Cardinalis S. Georgii ad velum aureum S. Sedis iis in partibus legatus. Id indigne ferentes Caſſinates, ad Alexandrum IV. provocarunt, a quo cauſſæ cognitio primo Cardinali S. Laurentii in Lucina commiſſa eſt, ac deinde magiſtro Gregorio a Neapoli Capellano ſuo, qui ſententiam pro Caſſinatibus tulit ab eodem pontifice confirmatam hac bulla.

Ex originali in Archivo.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſterii S. Columbani Caſtrenſis diœceſis Monaſterio Caſſinenſi immediate ſubiecti ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ea, quæ judicio, vel concordia terminantur firma debent, & illibata perſiſtere, & ne in recidiva contentionis ſcrupulum relabantur apoſtolico convenit præſidio communiri, ſane p̃ſata. nobis ex parte tua petitio continebat, quod, cum inter te, ac capitaneum canonicum Urbevetan. ſuper Abbatia Monaſterii S. Columbani, quam idem capitaneus ex collatione dilecti filii noſtri P. S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis ſe obtinuiſſe dicebat coram dilecto filio noſtro J. tituli S. Laurentii in Lucina presbitero Cardinali dato a nobis partibus Auditore queſtio verteretur, tandem Idem Cardinalis venerabili Fratri noſtro Caſtren. epiſcopo de ſpeciali mandato noſtro mandavit, ut vocato eodem Capitaneo de plano, & ſine judicii, & advocatorum ſtrepitu inquireret diligenter ſi fuiſſet prædictum Monaſterium Abbatia, & ſi per Abbatem regi conſueverat, & ſi fuerant ibidem Monachi ab antiquo, qui cum teſtes eodem Capitaneo citato legitime, nec comparere volente juxta mandatum Cardinalis ejuſdem ſuper hiis plurimos recepiſſet, & eorum depoſitiones ſub ſuo ſigillo incluſas ad dictum Cardinalem fideliter deſtinaſſet, mandans nihilominus eidem capitaneo, ut coram eodem Cardinale certo termino compareret dilectus filius Magiſter Gregorius de Neapoli cappellanus nr., cui de conſenſu Cardinalis ejuſdem extitit totaliter a Nobis hujuſmodi cauſa commiſſa juribus partium plene diſcuſſis deliberato conſilio cum peritis, & maxime cum Cardinali præphato, & procuratore præfati capitanei citato ad ſententiam audiendam, quia invenit plene probatum dictam eccleſiam S. Columbani eſſe, ac fuiſſe monaſterium ab antiquo prædicto Capitaneo, & procuratori ejus, qui præſens erat ejus nomine ſententiando perpetuum ſilentium impoſuit ſuper ea, decernens, quod dictus capitaneus te de cætero non impediat, vel moleſtet, quominus poſſis ejuſdem Monaſterii pacifica poſſeſſione gaudere, prout in inſtrumento p. inde confecto ipſius G. ſigillo ſignato plenius continetur. Nos igitur tuis devotis precibus inclinati dictorum Cardinalis, & capellani proceſſum provide habitum ratum habentes, & gratum, illum non obſtante appellatione ad Nos ex parte ipſius capitanei interjecta authoritate apoſtolica confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem ejuſdem Inſtrumenti præſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt. In nomine Domni Amen. Mota dudum queſtione coram Reverendo patre D. J. tituli S. Laurentii in Lucina presbitero Cardinali inter Fratrem Martinum Abbatem Monaſterii S. Columbani, Caſtrenſis diœceſis, & diſcretum Virum capitaneum Canonicum Urbevetan. ſuper Abbatia prædicta; quam Idem capitaneus obtinuiſſe dicitur ex collatione Rev. patris D. P. S. Georgii ad Velum aureum Diaconi Cardinalis, tunc in partibus iſtis apoſtolicæ ſedis legati quam poſtmodum felicis recordationis dominus Innocentius papa quartus, necnon, & Sanctiſſimus pater, & dominus A. dei gratia ſummus pontifex confirmaſſe dicuntur. Cum coram eodem Cardinali in cauſa ipſa aliquandiu proceſſum fuiſſet, idem Cardinalis ſolempni judiciario ordine prætermiſſo de ſpeciali domini Papæ mandato, mandavit venerabili patri Caſtren. epiſcopo, quod vocato capitaneo prædicto de plano, & ſine ſtrepitu judicii, & advocatorum inquireret diligenter ſi præd. Monaſterium fuerit Abbatia, & ſi per Abbatem regi conſueverit, & ſi ibidem fuerint monachi ab antiquo, & ſuper premiſſis eidem Cardinali præſcriberet veritatem, & quod nihilominus partes citaret peremptorie, quod comparerent coram eo receptura ſuper præmiſſis, quod ordo exigeret rationis, cum intentionis domini papæ non eſſet, quod eccleſia, quæ Abbatia eſſet alicui clerico ſæculari in beneficium conferretur. Præfatus vero epiſcopus citato prædicto capitaneo, & coram ſe minime comparente in prædicta inquiſitione proceſſit citans nihilominus partes juxta formam ſibi commiſſam, quod comparerent coram Cardinali præfato. Tandem vero cauſa prædicta totaliter Nobis Magiſtro Gregorio de Neapoli domini papæ ſubdiacono, & cappellano commiſſa prædicto capitaneo citato ad videndum publicationem inquiſitionis præfatæ, & eodem, nec per ſe, nec per priorem legitimum comparente, publicata inquiſitione prædicta comparens Joannes de plebe procurator præfati capitanei, quaſdam exceptiones propoſuit, tam contra inquiſitionem, quam perſonas teſtium productorum, & aliquas etiam tangentes negotium principale. Deliberato vero conſilio cum peritis decrevimus procedendum eſſe in examinatione Inquiſitionis prædictæ, ſalvis exceptionibus prædictis, & omnibus aliis exceptionibus, & juribus, quæ præfato capitaneo competerent, vel poſſent competere, tam contra inquiſitionem præfatam, quam perſonas teſtium productorum, & etiam in negotio principali. Viſa vero, & examinata efficacia eorum, quæ in ipſa inquiſitione probata fuerant, oblata etiam copia inquiſitionis, & examinationis prædictæ, procurator capitanei memorati, qui eam recipere non curavit, aſſignatis etiam ſibi pluribus terminis peremptoriis, quod in cauſa ipſa pro domino ſuo proponeret, quicquid vellet, ipſo nihil rationabile proponente propter quod deberet diffinitiva ſententia retardari, quam pars altera ferri cum inſtancia poſtulabat, poſt hujuſmodi tũos, exceptionem propoſuit, quod cauſa ipſa fuerat per Arbitros terminata, ad quam probandam poſt tot peremptorios terminos ex abbundanti termino ſibi octo dierum indulto adveniente ipſo termino nil probavit. Nos vero cauſam ipſam nolentes relinquere diutius indeciſam ad examinationem negotii proceſſimus, & Jura partium, & probata examinavimus diligenter, & omnibus, ac ſingulis plene diſcuſſis deliberato conſilio cum Peritis, & maxime cum Cardinali præfato, qui olim in cauſa fuerat datus Auditor, prædicto priore citato ad audiendam ſententiam, & præſente cum invenerimus plene probatum, quod dicta eccleſia Monaſterium ſit, & fuerit ab antiquo, & regi conſueverit per Abbatem, & ibidem ab antiquo conventus fuerit Monachorum prædicto capitaneo,

non, & ipſi procuratori ejus nomine de ipſorum conſilio ſententiando perpetuum ſilentium imponimus ſuper ea. Decernentes, quod dictus capitaneus Fratrem Martinum Abbatem ipſius monaſterii de cætero non impediat, vel moleſtet, quo minus poſſit ipſius Monaſterii pacifica poſſeſſione gaudere. Lata fuit hæc ſententia, & recitata in ſcriptis Viterbii in palatio domini Papæ præſentibus Magiſtro Garſia canonico Ylerden. Magiſtro Bonaventura, Magiſtro Ferrando yſpano, Abbate cellæ Trecen., Thomaſio de Carapellis canonico Valleten., & Johanne de Bellicem. clerico Theotonico. Anno Nativitatis Dominicæ Milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo Menſe Novembris ſeptima die ejuſdem Menſis, pontificatus domini Alexandri papæ quarti anno tertio. Ad evidentiam igitur præmiſſorum ſupradictus Auditor ſigillum duxit præſentibus apponendum. Et ego Guillelmus de Lucio authoritate apoſtolica publicus Notarius prolationi hujuſmodi ſententiæ interfui, & eam de mandato Auditoris prædicti ſcripſi, & publicavi rogatus, & meo ſigno ſignavi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii quintodecimo Kalendas Novembris. Pontificatus noſtri anno tertio. I. p. Inter alia jurati teſtes hæc faſſi ſunt: *Interrogatus quomodo ſcit, & qualiter, reſpondit ex eo quod ipſe vidit ibi Abbates, & Monachos ſtare in dicta eccleſia, ſcilicet Abbatem Benincaſam, domnum Maherem, domnum Bonum Abbatem, & Mauritium, & alios, quorum nomina non recordatur. Interrogatus, quid eſt dicere antiquitus, dixit, illud, quod auditur a ſingulis antiquis, & ipſe poſt vidit, & ſcit. Interrogatus, quanti temporis eſt ipſe teſtis dixit, quod eſt in ſexaginta unum annis, & plus. Item interrogatus infra quos confines eſt poſita dicta eccleſia, dixit, quod eſt in diſtrictu civitatis Caſtri &c. Item ſuper 2. articulo interrogatus ſi dicta eccleſia conſuevit regi, & gubernari per Propoſitos, ſeu Rectores Monachos ad hoc deputatos per Abbatem Caſſinenſem, vel per Decanum, & Conventum, quando dictum Monaſterium vacat Abbate, dixit, quod vidit; & audivit regi, & gubernari dicta Eccleſia per dictos Abbates Monachos ad hoc deputatos per Abbatem Caſſinenſem, vel per Decanum, & Conventum quando dictum monaſterium vacat Abbate. Interrogatus quomodo ſcit, reſpondit, quia vidit dictos Abbates ſtare in Eccleſia prædicta, & vidit eos portare litteras teſtimonii communi caſtri, quod haberet dictos Abbates, & eccleſiam ſancti Columbani recomandatos. Interrogatus, quibus temporibus vidit dictam eccleſiam gubernari per dictos Abbates, dixit quod tempore quinquaginta anni, & plus continue uſque nunc &c. Item interrogatus ſi de prædictis omnibus, & ſingulis eſt modo publica fama, & ſunt publica, & notoria, dixit, quod ſic. Interrogatus quid eſt dicere publica fama, dixit quod eſt illud, quod audivit dici antiquitus, & quod ab omnibus hominibus loci publice dicitur &c.*

In primo Regeſto Petri Abbatis p. 286. a t. hoc Inſtrumentum legitur, ex quo plura ad Hiſtoriam pertinentia eruuntur. *Frater Petrus &c. Magnifico, & potenti domino Aldbrandino de Comite Hon. tamquam Fratri noſtro cariſſimo ſalutem in Domino;*

Suppl. Hiſt. Caſſi.

Deducto ad notitiam Magnifici Fratris veſtri Adenulfi de Comite pariter atque veſtram, ad quorum dominium, & poſſeſſionem caſtrum Patrica de provincia Campania, per mortem Magnifici viri qm. Noffi Cicci de Cecchano, qui ſicut Domino placuit diem ſuum clauſit extremum & ex teſtamento, et ſucceſſione ejuſdem non longo elapſo tempore devenit cum turri molendinorum, quæ vulgariter turris molendinorum præfati caſtri nuncupatur, quare nos conſiderantes grata, et accepta ſervitia, quæ dictusq. Noffus dum egit in humanis nobis, et dicto monaſterio perſonaliter militando præſtitit in recompenſationem hujuſmodi ſervitiorum ſuorum, ut alios animaremus ad ſerviendum nobis fidelius temporibus oportunis, Jura, fructus, redditus, et proventus, jura, et obventiones univerſas pro octo annis proxime præteritis pro quatuor unciis annuatim per ipſum, vel alium ejus nomine nobis ſolvendis, vel ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus de carlenis boni, et juſti ponderis, ſexaginta pro uncia computatis in feſto S. Benedicti anni cujuslibet perſolvendis nomine cenſus, ſeu penſionis pro eo quod propter guerras deteſtabiles.

Sanctimonialiū Monaſteria.


Ex hoc privilegio ab Alexandro III. Petro Abbati conceſſo, liquet, plura per id temporis Sanctimonialium Monaſteria Caſſinatium ditioni fuiſſe ſubiecta: *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto Filio P. Caſſinenſi Abbati ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem. Si quando poſtulatur a nobis quod juri conveniat, et ab eccleſiaſtica non diſſonet honeſtate, petentium deſideriis facilem debemus impertiri conſenſum, eorumque vota effectu proſequente complere. Hac itaque ratione inducti, et tuis juſtis poſtulationibus inclinati, præſentibus tibi litteris indulgemus, ut Abbatiſſas, et Monachas monaſteriorum tuorum, in quibus alius jus epiſcopale non habet a quo malueris catholico Epiſcopo, contradictione, et appellatione ceſſante benedici facias, et velari. Datum Tuſculani X. Kalendas Aprilis.*


Eccleſiæ Caſſinatibus donatæ.

Quamquam decreveramus nullas eccleſiarum Donationes recenſere, quaſdam tamen hic referre in animo eſt, quæ conſenſu, authoritateque Gelaſii ſecundi, Calliſti II., & Anaſtaſii IV. nobis conceſſæ ſunt, recenſebimus etiam eccleſiam S. Illuminatæ S. Brunonis noſtri cauſſa. Atque ut ab hac exordiamur, ſic de ea ſcribit Petrus Diaconus cap. 34. *Sed et Johannes Triventinæ Sedis Epiſcopus, una cum Robberto Filio Triſtayni limeſſani Caſtri domino optulit huic loco eccleſiam S. Illuminatæ infra fines prædicti Caſtri limeſſani, loco, ubi dicitur Petra majore cum omnibus eccleſiis, & pertinentiis ſuis pœna indicta centum librarum auri id removere querentibus.* Extat hujuſce donationis autographum in archivo noſtro, eſtque hujuſcemodi. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti filii dei æterni, anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo nono, menſe Junio, ſecunda indictione. Ego Robbertus filius cujuſdam bonæ memoriæ domni Freſtayni, qui dei nutu Limoſani caſtelli ſum dominus, declaro, me habere quamdam eccleſiam pertinentem mihi per hereditariam ſucceſſionem infra fines prædicti limoſani, quæ conſtructa eſt in loco, ubi dicitur Peſclo majore, in honore S. virginis, & martiris Illuminatæ. Quam eccleſiam, dum quadam die, divina me inſpirante miſericordia, cogitans, animadverti pondere facinorum meorum, quorum me nexibus graviter, obſtricteque religatum, agnoſco abſolucionis*

S. Illuminata.

ſaltim aliquantulum merear. Et qui nimii theſauri pondere innumerabilium peccatorum onera lavare debuiſſem munuſculo hoc exiguo terribilis judicis præſentiam judicii in diem tantorum obſecrationibus SS. Fratrũ non iracundam, ſed placabilem utinam in ultimo Fidelium cetus loco poſitus, conſpicere poſſim, & pro anima mea redempcione, & patris mei Troſtayni, & matris mea Altruda, & filii mei Guilielmi, & Rubberti, & animarum parentum noſtrorum, videlicet Raonis Comitis, & Rubberti, Raonis, Ugonis Comitis, & Rogerii filiorum ejus. Deo primitus, & eccleſia beati Confeſſoris, & Abbatum omnium patris Benedicti, que ſita eſt monte caſtri Caſini, ubi ſacratiſſimum ejus corpus humatum eſt, & ubi tunc omnipotentis providencia diſpenſante Brunus Signienſis epiſcopus Abbas, & rector eſſe videtur, cum omnibus utenſilibus ſuis interius, exteriuſque manentibus, & cum aliis ſubditis illis Eccleſiis, earumque facultatibus univerſis tranſactive offerro, atque tranſmitto in poteſtate pradicti cænobii S. Benedicti, & ejus rectorum, atque cuſtodum ad tenendum, & dominandum, & faciendum omnia quecumque ad utilitatem ejus Monaſterii placuerint in perpetuum, abſque ulla contradictione mea, vel meorum heredum, ſeu cujuſcumque hominis pro parte noſtra, & hoc mea ſponte ut factus ſum optuli, una cum conſenſu, & voluntate Johannis Triventini epiſcopi. Igitur obligo me ego qui ſupra Robbertus, & meos heredes quod ſi hanc oblacionis cartulam evacuare aut minuare quocumque modo quæſierimus, vel contradicere his que continet ſubjaceamus pena compoſicionis librarum auri centum, Aſt ego pranotatus Johannes celſa, annuente potentia Triventina ſedis preſul ſic quod ex eadem eccleſia nobis pertinet pro dei timore, & S. Benedicti, ac ob fraternum amorem venerabilis pontificis, & Abbatis Bruni, & omnium Fratrum pariter offero, atque concedo, ſine ulla reſervacione ſicut cetera eccleſia, qua ſubdita ibi conceduntur, quatinus eorum Sacratiſſimis adiutus ſuffragiis, apud eternum bonorum omnium remuneratorem, retribucionem accipere valeam. Et ego qui ſupra Johannes epiſcopus una cum noſtrorum conſenſu, & voluntate Canonicorum canonico anathemate perpetuo condemnamus, & excommunicamus ſucceſſores noſtros, & ipſum Robbertum, & ejus heredes, & omnes quicumque hanc cartulam oblacionis contraire, vel minuare, ſeu contraire temptaverint, ut ſint anathematizati anathemate Maranata, ideſt pereant in ſecundo adventu domini niſi forte reſipuerint, & eccleſia dei quam leſerint per emendacionem, & condignam penitentiam ſatisfecerint fiat, fiat, fiat. Et hac cartula firma, & ſtabilis permaneat, & hanc cartam juſſu pradicti pontificis Johannis, nec non pranominati Rubberti ſcripſi ego Johannes presbyter ejuſdem eccleſia Triventina intus caſtello Limoſano feliciter. ✠ Ego Johannes epiſcopus Triventina eccleſia me ſubſcripſi. ✠ Ego Johannes presbyter. Ego Rizmannus presbyter. Ego Rubbertus de abrepa me ſubſcripſi. Ego Johannes judex. ✠ Ego Johannes Angeli me ſubſcripſi.





De Johanne Triventino epiſcopo agit Ughellius in deſcriptione Epiſcop. Trivent. col. 1328. To. I. nu. 7., & Ciarlante lib. 3. p. 274. Hujus eccleſiæ Præpoſitus fuit Alpherius antequam Triventino ſacerdotio initiaretur, teſte Petro Diacono cap. cit., & Ughellio loc. cit. nu. 6. Abbas Johannes Aragonius omnium ultimus eccleſiam hanc commendavit die 4. Novembris 1471. Clerico Johanni Florillo a Mercugliano, ut ex ejus literis in ſuo 1. regeſto p. 25., & Clerico Barnabæ Brancia a Surrento die 11. Auguſti 1479. in eodem regeſto pag. 126.

S.Silveſtri. Donationem eccleſiæ S. Silveſtri apud Piſas hiſce verbis refert Petrus Diaconus lib. IV. cap. 64. *In eadem vero civitate ſupradicto pontifice perſiſtente, autoritate ejus, ac Petri Archiepiſcopi civitatis illius oblata eſt beato Benedicto eccleſia S. Silveſtri in eadem civitate Piſana ab Odemundo, & filiis ejus cum pertinentiis ſuis. Huic conceſſioni Lambertus Hoſtienſis epiſcopus, poſt autem Papa Honorius cum aliis Cardinalibus interfuit.* Extat in Archivo noſtro Autographum hujuſce donationis a Petro Archiepiſcopo factæ, conſentientibus ejus Eccleſiæ Dominis, authoritateque Gelaſii II. ibi præſentis, atque ita ſe habet. *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti dei eterni; Anno ab incarnatione ejus milleſimo*

Digitized by Google

mo conteſimo nonodecimo pontificatus doni Gelaſii ſecundi papa anno primo, tertio Kalendas Octubris, indictione duodecima Ego Petrus dei gratia Piſanus archiepiſcopus conſilio, & aſſenſu Fratrum noſtrorum canonicorum majoris eccleſia, concedo, & tradomonaſterio S. Benedicti Caſſinen. eccleſiam S. Silveſtri poſitam in Foartia, prope civitatem Piſanam, preſentibus, & collaudantibus fundatoribus ipſius eccleſia Odimundo, & filiis ſuis ut ab hac hora in antea ſit ſub jure Gerardi Abbatis, & Monachorum ejuſdem monaſterii S. Benedicti Caſſinenſ. & in poteſtate, ditione, ac diſpoſitione ipſius Abbatis, monaſterii pradicti, & Monachorum, eorumque ſucceſſorum, qui ibi pro tempore praeſſe videntur, ad habendum, & utendum, fruendum, & ordinandum, ſalva reverentia Piſana matricis eccleſia, ut videlicet presbyter, quem Abbas ibi poſuerit cum conſcientia archiepiſcopi conſtituatur, tamquam curam populi habiturus. Sane pradictam eccleſiam integram, et quietam illis, ſicut ſupra diximus, concedimus eum omni ſua pertinentia, quam Odimundus et filii ſui ei conceſſerunt. Auctoritate igitur domini Papa Gelaſii II., qui huic traditioni, et conceſſioni praſens afuit, et noſtra, ac Fratrum noſtrorum canonicorum deliberatione prohibemus, et in nomine domini Jheſu interdicimus, nec cui ſucceſſorum noſtrorum liceat ipſam eccleſiam a Caſſinenſium Monachorum poteſtate, et ordinatione ſubtrahere, nec eis inde moleſtiam facere, ſed ſicut a nobis tradita eſt, ita ſemper quiete, et integre ſub Caſſinenſis monaſterii jure, ditione ac diſpoſitione, permaneat. Huic traditioni interfuerunt Lambertus Hoſtien. epiſcopus, Petrus presbyter Cardinalis Tituli S. Suſanna, Guido presbyter Cardinalis tituli S. Balbina. Griſogonus Diaconus Cardinalis, Petrus Leonis Diaconus Cardinalis, et alii plures. ✠ Ego Petrus Piſanorum Archiepiſcopus conceſſi, et ſcripſi. ✠ Ugo Archipresbyter ſcripſi. Interfuerunt huic conceſſioni ex pradictis Canonicis. Ugo Archipresbyter, Guido Archidiaconus, Seniorectus presbiter, Gerardus, et Ildibrandus Diaconi. Ego Ildibrandus judex ſacri palatii Lateranenſis, et nunc Piſana civitatis Conſul ſſ. Interfuerunt etiam pradictus Odimundus, et Leo filius ejus, et Atholinus laudavit, & Odimundus, & Baſrellus. Atho Gravignanus ibi fuit, Albertus quondam Ugonis de Ildibrando ibi fuit. Ugo judex de Caſa Invidiæ ibi fuit, & alii plures. Actum in Piſan. civitate in camera predicti Piſan. Archiepiſcopi; ſcripta autem fuit hec per juſſionem domini Apoſtolici Gelaſii papa ſecundi, & per conceſſionem pradicti Petri Piſan. Archiepiſcopi, & predictorum Canonicorum per manum Falconis judicis, & Notarii ſacri palatii. † Ego Gerardus Conſul Piſan. civitatis ſubſcripſi. † Ego Lambertus Conſulo Piſan. civitatis ſubſcripſi. † Ego Henrigus conſul Piſan. civitatis hoc ſignum ſancta Crucis feci, & pradictum Falconem judicem pro me ſcribere precepi.

Ego Falco judex, & notarius Sacri palatii poſt traditionem factam, hac ſubſcripſi.

Ego Melius quondam bonagiude auctoritate imperiali notarius pradictum inſtrumentum; & pradictas ſcripturas, & conſignationes, & vocabula nominum, unde hoc exemplum ſumptum eſt, vidi, & legi non variatum, non cancellatum, nec abolitum in aliqua parte ſui, & hic tenorem pradictorum omnium de verbo ad verbum . . . . in Suppl. Hiſt. Caſſin.

litteris, ſillaba, vel tranſmutatione litterarum, vel partis, qua . . . . fideliter ſubſcripſi . . . . ſignum propria manus appoſui. De Petro agit Ughellius To. III. Ital. Sac. col. 372. nu. 41., & col. 380. hujuſce donationis meminit, innuitque in ea ſupputatum more Piſano annum. Stephanus Abbas anno 1246. Priorem hujus eccleſiæ conſtituit presbyterum Gerianum hiſce literis. *In Dei nomine Amen. Nos Stephanus dei gratia Abbas Caſſin. preſentibus donno Johanne de Sano, & donno Angelo Camerario Caſſinenſi profitemur domnum Ruſticum Prapoſitum monaſterii S. Georgii Lucan. de mandato, & auctoritate noſtra te presbyterum Gerianum in Priorem S. Silveſtri Piſana eccleſia noſtra inſtituiſſe, nos vero inſtitutionem ipſam ratam, & firmam habentes, te in priorem pradicta Eccleſia S. Silveſtri ordinamus ſublata tibi poteſtate vendendi, alienandi, ſeu de novo aliquid infeudandi & quod tenearis nobis, & ſubceſſoribus noſtris in omnibus, & per omnia tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus obedire, ſicut alii Priores, qui pro tempore fuerunt a pradeceſſoribus noſtris conſtituti obedire conſueverunt, ſalva in omnibus voluntate, mandato, inſtitutione, & ordinatione ipſius eccleſia tam noſtra, quam ſubceſſorum noſtrorum. Hac acta ſunt Luc. apud monaſterium S. Georgii, preſentibus presbytero Ventura Cappellano eccleſia S. Luc. & Opizone, presbytero, & Cappellano eccleſia S. Cataldi Piſan., & aliis teſtibus rogatis, dominice nativitatis anno Milleſ. ducent. quadrageſimo ſexto octavo decimo Kal. Julii Indict. quinta. Bonaventura imperialis aula judex, & notarius pradictis omnibus interfui, & de mandato ſupraſcripti dñi Abbatis in publicam ſcripturam redegi.*

Bernardus Abbas Priorem ejuſdem eccleſiæ conſtituit. D. Bonum Johannem hiſce literis in ſuo regeſto primo pag. 80. *Bernardus dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas, & Conventus monaſterii Caſſinenſis. Diſcreto viro eis in Chriſto Kariſſimo dño Bono Johannis plebano de Carmignano Piſtorienſis dioceſis, & Cappellano ven. patris Dñi Uberti S. Euſtaſii Diaconi Cardinalis ſalutem in Dño. Venerabilis patris dñi Unberti S. Euſtaſii Diaconi Cardinalis precibus inclinati, nec non, & meritis tua probitatis inducti, vobis eccleſiam S. Silveſtri de Piſis ad monaſterium noſtrum ſpectantem cum ſuis juribus, & pertinentiis ſub certa forma duximus committendam, prout in litteris noſtris ſigillis ſignatis plenius continetur; verum quia propter malitiam temporis, & perſecutiones multiplices, quas ſancta Mater Romana eccleſia hactenus dignoſcitur pertuliſſe, eadem eccleſia ſancti Silveſtri per alienaciones a quibuſdam invaſoribus ejuſdem eccleſia, necnon ab Opithone, qui vulgariter presbyter Turāzi appellatur, & Laurentio monacho de Lucca, qui dictam eccleſiam S. Silveſtri occupatam aliquibus temporibus tenuerunt in ſpiritualibus, & temporalibus dignoſcitur eſſe leſa. Nos vobis, & dicta eccleſia volentes ſuper hoc prudenter, & utiliter providere, alienationes, obbligationes, donationes, venditiones, locationes, & permutationes, temporales conceſſiones, accenſationes, ſive enfiteoticos contractus de domibus, apothecis, cellariis, terris, vineis, ortis, viridariis, ſive de proventibus, aut fructibus, vel quibuſcumque modis, ſeu rebus ad ipſam eccleſiam ſpectantibus per pradictos invaſores, ſeu occupatores, nec non Opi-*

chonem, & Laurentium ſupradictos in quaſcumque perſonas factas religioſas, ſeu ſeculares, ſive inſtitutiones de clericis, & conceſſiones beneficiorum quocumque modo, & qualitercumque in dicta eccleſia factas revocamus, nullas eſſe volumus, & judicamus, & caſſamus, & irritas nunciamus, & eas carere viribus decernimus, volentes, quod non ſint aliquo tempore valitura: mandantes vobis, quatenus prædicta omnia ſic de jure revocata, vos de facto, & manualiter, & corporaliter ad jus prædictæ eccleſiæ revocetis. Ut autem hæc noſtra revocatio, & decretum robur optineat perpetuæ firmitatis præſentes litteras fieri fecimus noſtris ſigillis munitas. Datum in monaſterio Caſſinenſi in anno domini MCCLXX. menſe Octubris, VI. ejuſdem, indict. XIIII. Extat in eodem regeſto hæc eadem de re Humberti Cardinalis S. Euſtachii epiſtola ad Abbatem, & Monachos Caſſinenſes, quæ nonnulla ad monaſterium noſtrum ſpectantia complectitur: *Religioſis, & honorabilibus viris ſuis amicis in Chriſto Kariſſimis Abbati, & Conventui monaſterii Caſſinenſis. Umbertus miſeratione divina S. Euſtaſii Diaconus Cardinalis ſalutem, & ſinceræ dilectionis augmentum. Per has litteras vobis volumus fore notum, quod Bonus Johannes plebanus plebis de Carmignano Piſtoricii. diœceſis dilectus cappellanus noſter in noſtra præſentia promiſit firmiter, & de juramento præſtito obligavit, quod creato Romano pontifice, cum eum duxeritis requirendum fideliter, & abſque fraude aliqua procurabit, ſecundum potentiam ſuam ſufficientes litteras Apoſtolicas impetrare, per quas indulgentur vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ut vobis, & epiſcopis ex eo quod Prioratum, ſive eccleſiam S. Silveſtri de foris Porta Piſana ad vos, & monaſterium veſtrum ſpectantes gubernari conſuetum per veſtros Monachos commiſiſtis, eidem prejudicium nullum fiat, quin libere ipſo cedente, vel decedente dicta eccleſia ſive Prioratus ad vos, et monaſterium veſtrum aut ſucceſſores ipſos redeat, et vos de illo et ſuis pertinentiis ſicut olim diſponere, et ibidem Monachum, ſeu Monachos, ac Priorem regularem ponere valeatis, et quod etiam decem libras Piſanorum parvorum vobis, et monaſterio veſtro nomine penſionis, ſeu cenſus annuati pro bonis temporalibus ipſius Prioratus quamdiu illum tenebit exolvet, nec non quodnuntios veſtros, Monachos, clericos, adque laycos illuc pervenientes, eundo, redeundo, morando per triduum procurabit, et quod juxta ſcientiam, et poſſe ſuum poſſeſſiones, et bona dictorum Prioratus, vel eccleſiæ, quæ alienata inveniuntur illicite, vel diſtracta, ad jus, et proprietatem ipſius eccleſiæ, vel Prioratus revocavit, et revocari legitime procurabit, et faciet ibidem per ydoneum miniſtrorum numerum deſerviri. Ceterum quia quicquid meis familiaribus gratia, vel honoris impenditur, in nos quaſi per quemdam caritatis rivulum derivatur de hujuſmodi commiſſione Prioratus ipſius facta eidem cappellano noſtro, uberes actiones vobis referamus gratiarum, parati, & prompti ſi requiſiti fuerimus, illa efficere, quæ vobis, et monaſterio veſtro ad honorem, et commodum viderimus expedire. Actum Viterbii in palatio epiſcopali in camera, in qua nos habitamus, præſentibus magiſtro Nicolao de Terracina ſedis apoſtolicæ cappellano, ac Decretorum doctore, et elto. familiari apoſtolicæ ſedis teſtibus ad hæc vocatis, ſub annis domini M.CC.LXX. indictione XIV. VI. Non. Octubris apoſtolica ſede vacante; ut autem hæc promiſſio robur optineat perpetuæ firmitatis præſentes litteras fieri juſſimus noſtri ſigilli munimine roboratas, ac ſigni notarii infraſcripti. † Ego Johannes filius q. Donati imperiali auctoritate notarius prædictis interfui, & de mandato ejuſdem domini Cardinalis ad inſtantiam ejuſdem Cappellani mihi facto ſubſcripſi, & meum ſignum appoſui litteris ſupradictis.*

Et in Sardinia;

Oblationem Gonnarii nobiliſſimi inter Sardos quarumdam in ea inſula eccleſiarum pro Monachorum Caſſinenſium veſtitu hiſce verbis refert Petrus Diaconus cap. 67. *Sub jam dicto Abbate Gyrardo Gunnarius Sardorum nobiliſſimus parentum ſuorum Bareſonis, & Torbcitorii regum veſtigia ſequens cum licentia archiepiſcopi ſui obtulit beato Benedicto eccleſiam S. Petri in Nurhci, & S. Nicolai, ac S. Johannis, & S. Petri in Nugulbi, & S. Heliæ, ac S. Johannis in Setin cum omnibus pertinentiis earundem eccleſiarum ad utilitatem veſtimentorum noſtrorum.* Autographum hujus donationis in Archivo noſtro aſſervatum eſt hujuſmodi: *Auxiliante AA domino deo, atque ſalvatori noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis beata, & glorioſa ſemperque virginem dei genitricem Maria, & beato Michael Archangelo tuo prapoſito paradiſi, beatoque Johanne Baptiſta, & beato Petro Principem omnium apoſtolorum, in cujus manus tradidit deus claves regni cœlorum, & poteſtatem dedit illi dicens: Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, Et quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis, & beato Gavino, Proto, & Januario martyres Chriſti, ſub quorum protectionem, atque defenſionem in hac inſula Sardinia gubernatos nos credimus eſſe ſalvatos. Ego Donnicellu Gunnari de Laccon, & muliere mea Elene de thori, & filias meas vera de Laccon, & Suſanna de thori ciſa facemus iſta carta cum voluntate de deus, & deſſu donnu noſtru judice Goſtantine de Laccon, & deſſa muliere donna Maria de arrubu calido at ſanctum Petru de Nurci parzone de totta cauſa mea cale, & ad unu de filios meos. Ciappo de Matrona foras deſſas domos ci partivi ego in vita mea at Nugulvi, & at Nurci, & foras deſſa cauſa, de intro de domo, & ſe ne ſucantun de appodare in vita mea, & ad fijovilas at ſanctum Petru de Nurci, at ſanctum Nikola de Nugulvi ci mi feci ego, & at ſanctum Elias de Setin, & at ſanctum Johanne, & at ſanctum Petru de Nugulvi, ci mi deit ſu donnu meu judice Goſtantine de Laccon cum voluntate deſſu Archiepiſcopum donnu Athu, & cum voluntate deſſu Epiſcopum donnu Nikola, in cuja parrochiu furun ſus eccleſia, & ego ad Fijovilu, at ſanctum Petru de Nurci cum eccuſtas atteras Cleſias, at ſanctum Benedictu de Monte Caſinu pro veſtimenta deſſos Monachos cum voluntate deſſu Archiepiſcopum donnu Vitalis, & deſſu epiſcopum de flumen donnu Nikola pro redemptione deſſas peccatas meas, & de muliere mea, & de filios meos, & ſi eſt de filios meos cinde aet volerdare deſſa cauſa ſua pro anima ſua at ſas eccleſias, at uve lado ego pro anima meu, & pro anima ipſoro ſſa cauſa mea ibi laden ipſos pro anima ipſoro, & pro anima mea, & ſi eſt cauſa ci romania ego ſine herede aut ſa progenie ci habet naſcer do me in qualecumque temporale*

Ex originali in Archivo.

pro

Digitized by Google

pro camilu facto filiu at S. Petru ci la appat ipſe totta ſa cauſa mea, canta act eſſer in ſecula ſeculorum Amen. Es ſi quis iſta carta deſtruere, ac exterminare voluerit ſibe rex ſibe regina ſibe donnicellu, ſibe curatore, ſibo major, aut minor, vel qualecumque liber homo, inſtrumet deus nomen ſuo de libro vita, & carnes ſuas diſrumpat bolatilibus cœli, & beſtiis terra, mittat in illis dominus mortem Papella, & deleantur de iſto ſeculo cicius, & habeat maledictionem de Deum patrem omnipotentem, & do ſancta Maria Matrem domini noſtri Jeſu Chriſti, & habeat maledictionem de tres patriarchas Abraam, Hyſaac, et Jacob, et de quatuor evangeliſtas Matthaeu, Marcus, Lucas, et Johannes, et habeat maledictionem de nove ordines angelorum, et de decimo archangelorum, es habeat maledictionem de duodecim apoſtolis, et duodecim prophetas, de vigintiquatuor ſeniores, et de trecento dece octo patres ſanctos, qui canones diſpoſuerunt in Ikea civitate, et habeat maledictionem de centum quadraginta quatuor milia martires, qui pro domino paſſi ſunt, et de Gerubin, et Seraphin, qui tenent tronum dei, et de omnes ſancti, et ſancta dei Amen. Et ſi quis iſta carta audire voluerit, et noſtras ordinationes confortaverit, et dixeris quia bene eſt, habeat benedictionem de deum Patrem omnipotentem, et de S. Maria matrem domini noſtri Jeſu Chriſti, et habeat benedictionem de omnes ordines angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, evangeliſtarum, martirum, confeſſorum, atque virginum, et de omnes ſanctos, et ſanitas dei, quod ſuperius diximus Amen. Amen fiat. Et ſunt teſtes primus deus omnipotens, deinde ego judice Goſtantine de Laccon, et muliere mea donna Maria de arrubu teſtis donnicellu Gunnari de Laccon, donnicellu Petru de Serra teſtis, donnicellu dorbeni de Laccon, et Miccinu Pinna teſtis Petrus de Azzen, et Goſtantine ſu filiu. Isbocor de Azzeu, et Mariane ſu fratre teſtis. Mariane de Zorri, et Petru ſu fratre. Goſtantine de Zzori, et Boſobecce Sudegitil teſtis, Mariane Dezzori, et Goſtantine de Zzori, et Comita Mutaſcu de Kita de Bujacceſos majoret, Mariane de Valles, et cita ſua, et omnes Fratres meos, et fideles meos teſtes. Et ego Furatus indignus presbyter dicto nomine de Caſtra iſcripſi iſta carta in regno qui dicitur Ardar anno domini M C X X. menſe Madio dies X X I I I I. Luna vero X X I I. Feria ſecunda.


Tres ex his eccleſiis, quas ipſemet Gunnarius extruxerat, apoſtolico privilegio muniverat Paſchalis II. an. 1113. in hunc modum. *Paſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Illuſtri viro Gunnario Domnicello ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Devotionem tuam ſpectavimus, qua S. Petri de Nurki, S. Nicolai de Nugubii, et S. Helia de Setiu eccleſias, quas infra Turritanam, et Empuriſanam parochias in tuo videlicet patrimonio conſtruxiſti, apoſtolica ſedis poſtulas patrocinio communiri. Et nos ergo tuis poſtulationibus annuentes, ſtatuimus, ut nulli omnino hominum liceat eccleſias ipſas temere perturbare, aut earum poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia, qua illis a te aut jam collata ſunt, aut in futurum largiente Deo vel a te, vel ab aliis fidelibus viris dari, offerri, vel aliis juſtis modis adquiri contigerit, quieta ſemper, et integra conſerventur clericorum illic ſervientium uſibus profutura, ſalva canonica confratrum, et coepiſcoporum noſtrorum reverentia. Si quis igitur in futurum judex, domnicellus, curator, aut qualibet eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, honoris, et officii ſui periculum patiantur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi praſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Quicumque vero eccleſias ipſas, et in eis dño ſervientes fovere, ſuiſque rebus honorare curaverit, omnipotentis dei, et apoſtolorum ejus gratiam, et peccatorum ſuorum indulgentiam conſequatur. Amen, amen, amen. Ego Paſchal. Catholica Eccleſia epiſ. ſſ. Datum Anagnia, per manum Griſogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis agentis vices domni Joannis Cancellarii decimo tertio Kal. Septembris indictione decima. Anno dominica incarnationis milleſimo centeſimo tertio decimo, pontificatus autem domini Paſchalis ſecundi papa anno X V I I I.*

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica rubri coloris referens ex uno latere capita ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli; ex alio vero: *Paſchalis PP. II.* Quod vero in hoc privilegio dicitur; *Quicumque vero eccleſias ipſas, & in eis Domino ſervientes favere, ſuiſque rebus honorare curaverit, omnipotentis Dei, & Apoſtolorum ejus gratiam, & peccatorum ſuorum indulgentiam conſequatur*: illud nos dictum intelligimus de plenaria uti vocant peccatorum indulgentia; de his tamen indulgentiis nos abunde ſuperius quo loco plenariam explicavimus indulgentiam ab Alexandro Papa II. conceſſam viſitantibus Caſſinenſem eccleſiam, quam ipſe idem ſollemni ritu conſecraverat.

Eaſdem eccleſias Calliſtus II. confirmavit, vel potius dono dedit Caſſinatibus, ut ex hiſce Petri Diaconi verbis cap. 68. eruitur: *Hic autem reverendiſſimus pontifex dum Beneventi reſideret, rogatus ab eodem Abbate noſtro, vel Fratribus eccleſias S. Petri, & S. Nicolas de Nugulbi S. Helia in Setin, & S. Petri in Nurci quas vir illuſtriſſimus Gunnarius, de quo ſupra retulimus, beato Petro optulerat, & poſtmodum ejuſdem pontificis juſſu beato Benedicto conceſſerat per apoſtolica ſedis privilegium congregationi noſtra in perpetuum confirmavit, ut ipſarum eccleſiarum redditibus, prout facultas miniſtraverit indumenta ſemper huic noſtro conventui praparentur. Salvo nimirum cenſu quattuor ſolidorum Papienſis moneta ſingulis annis Lateranenſi ſacro palatio perſolvendo. Adiciens inſuper ut poſſeſſiones, & dona omnia, qua ſupradictus Gunnarius beato Benedicto contulit, vel collaturus eſt, omnia ſimiliter in neceſſitate veſtimentorum in perpetuum conſerventur, & ſi quis ejuſdem Gunnarii oblationes auferre, vel minuere, aut a conſtituta veſtimentorum praparatione hujus ſancti Caſſinenſis conventus ſubtrahere, vel mutare praſumpſiſſet anathemate plecteretur.* En diplomatis Calliſti II. autographum. *Calixtus epiſcopus ſervus ſervorum dei Kariſſimis in Chriſto filiis* Ex originali in Archivo: *Girardo Caſſinenſis monaſterii Abbati, & ejus Fratribus tam praſentibus quam futuris in perpetuum; Et commiſſi nobis officii ſollicitudo depoſcit, & paterna charitatis benignitas nos compellit, ut Eccleſiarum omnium providere neceſſitatibus debeamus. Veruntamen locis illis, & perſonis, qua ſpecialius ac fami-*

liarius Romanæ adhærent eccleſiæ, quæque amplioris religionis, & dignitatis gratia præminent, propenſiori nos convenit affectionis ſtudio imminere. Ex propter filii in Chriſto Kariſſimi petitioni veſtræ non immerito annuendum cenſuimus, ut in Sardiniæ partibus de beati Petri oblatione ſuſtentationi veſtræ ſubſidium aliquod conferamus. Per præſentis igitur ſcripti auctoritatem vobis veſtriſque ſucceſſoribus perpetua ſtabilitate concedimus eccleſias illas, quas vir nobilis donicellus Gunnari unà cum uxore ſua Helena beato Petro cognoſcitur contuliſſe, eccleſias ſcilicet S. Petri de Nugulbi, S. Nikolai de Nugulbi, S. Heliæ de Sitin, & S. Petri de Nurci cum pertinentiis ſuis, ut de ipſorum redditibus prout facultas miniſtraverit indumenta ſemper Caſſinenſi conventui præparentur, ſalvo nimirum cenſu quatuor ſolidorum denariorum papienſium ſingulis annis Lateranenſi palatio perſolvendo. Sane poſſeſſiones, & dona omnia, quæ prædictus Gunnari beato contulis Benedicto, vel collaturus eſt apoſtolicæ ſedis munimine confirmamus, ſtatuentes ut illa omnia ſimiliter in veſtimentorum veſtrorum præparatione in perpetuum conſerventur. Si quis igitur in futurum judex, donicellus, aut eccleſiaſticu qualibet, ſecularisſve perſona decreti hujus tenore cognito, prædictas eccleſias, & cæteras præfati Gunnari oblationes auferre, vel minuere, aut a conſtituta veſtimentorum Caſſinenſis conventus præparatione ſubtrahere vel mutare præſumpſerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem qui obſervatores extiterint beatiſſimi patris noſtri Benedicti precibus omnipotentis dei, & apoſtolorum ejus Petri, & Pauli gratia & benedictio, & peccatorum remiſſio tribuatur. Amen. Ego Calixtus catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.





Datum Beneventi per manum Griſogoni S. Romanæ eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac bibliothecarii V. Id. Auguſti indictione XIII. incarnationis dominicæ anno M.C.XXI. pontificatus autem domini Calixti II. Papæ anno II. Adeſt Sigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica crocei coloris referens ex uno latere capita SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ex alio vero: *Calixtus PP. II.*

Litteras pariter, his de rebus dedit Calixtus tum Gunnario, uxori, & filiabus ejus, tum epiſcopo Volaterrano apoſtolicæ ſedis legato, quas ex Petri Diaconi regeſto fol. 32. nu. 58., & 59. hic exſcribimus. *Calixtus epiſcopus ſervus ſervorum dei. Illuſtri viro Gunnari, & uxori ejus Helenæ filiabus ſuis Veræ, & Suſannæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Audivimus de vobis, quod divina gratia inſpirati quædam beato Benedicto, ejuſque Caſſinenſi monaſterio de veſtris facultatibus contuleritis. Unde gratias vobis agimus, atque omnipotentis dei miſericordiam deprecamur, ut B. Benedicti precibus ex hoc, & in futuro dignam vobis mercedem reſtituat. Rogamus autem, & in peccatorum vobis remiſſionem injungimus, ut in eo, quod cepiſtis conſtantius maneatis; non enim cepiſſe virtus eſt, ſed perfeciſſe; & qui perſeveraverit uſque in fine, hic ſalvus erit. Sic quidem nos, & eccleſias, & donum, quod eidem Monaſterio a vobis factum eſt apoſtolicæ ſedis authoritate confirmavimus, prohibentes ne quis illum ſubtrahere, diminuere, aut in poſterum ſine Caſſinenſium Fratrum conſenſu audeat commutare, ſed eorundem Fratrum indumenta quietum ſemper, illibatumque permaneat. Datum Beneventi quarto Idus Auguſti.*

Calixtus epiſcopus ſervus ſervorum dei venerrbili fratri D. Vulterano epiſcopo apoſtolicæ ſedis Legato ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quam ſpecialiter, quam præcipue monaſterium Caſſinenſe ad protectionem Romanæ ſpectet eccleſiæ, tuam non credimus latere notitiam. Idcirco fraternitatem tuam rogamus, & præcipimus, ut donum quod beato Benedicto, ejuſque monaſterio ab illuſtri viro donicello Gunnari, & uxoris ejus Helenæ factum eſt pro Beati Benedicti reverentia, quietum, atque ab omni infeſtatione liberum facias permanere. Nos enim donum ipſum ſcripti noſtri aſſertione firmavimus, & eccleſias quaſdam ex ipſis Gunnari, & uxoris ejus Helenæ oblatione ad beatum Petrum pertinentes jam dicto Caſſinenſi monaſterio ex apoſtolicæ ſedis liberalitate conceſſimus. Nolumus ergo ut per quorumlibet violentiam ſubtrahantur, ſeu infeſtentur, ſed omnia quiete, ac libere ad fratrum indumenta Caſſinenſium conſerventur, cæteraſque eccleſias, ſeu poſſeſſiones, quas Beatus Benedictus in Sardiniæ partibus obtinet ſollicitudini tuæ attentius commendamus. Datum Beneventi quarto idus Auguſti.

Hæc autem eſt ex laudato Petri regeſto fol. 247. a t. num. 589. donationis tabula, qua prædictas eccleſias monaſterio Caſſinenſi donavit Gunnarius.

Auxi-

Auxiliante domino Deo, atque ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis beata & glorioſa dei genitrice, ſemperque virgine Maria, & B. Petro principe omnium apoſtolorum, & beato S. Gabino, Protho, & Januario martyres Chriſti, ſub quorum protectione, & defenſione nos credimus & ſalvatos. Ego Donnicellu Gunnari de Laccon ci la fazo iſta carta cum voluntate de muliere mea Helene de Gunnale, & de filias meas Vera de Laccon, & Suſanna de Thuri. La fazo iſta carta pro ſſa eccleſia de S. Petru de Nurci, & pro S. Nicola de Nugulbi cimmi feci ego da novu, & aſſu donnu meu judice Coſtantine de Laccon pettili ſa eccleſia de S. Heliat de ſetin, eſſa eccleſia de S. Petru de Nugulbi, & iſie dettimilas cum voluntate deſſu archiepiſcopu domnu Azzo cibi ſuit tando, & cum voluntate deſſu epiſcopu domnu Nicola, in cuja parochia forunt. Et ego aſſilailas cuſſas ambas, & S. Nicola de Nugulbi a S. Petru de Nurci, cuſſa cauſa mea cantabi appo ponere pro redemptione deſſa peccata mea, & S. Petru de Nurci cum cuſſat eccleſias aſſolu a ſanctu Benedictu de Monte Caſinu pro ſſa veſtimenta deſſos Monachos cum voluntate deſſu, donnu meu judice Coſtantine do Laccon, & cum voluntate deſſu archiepiſcopu donnu vitalis pro ſſa anima mea, & de fiios meos cantos; & ponlobi aſſanctu Petru de Nurci ce poſt morte mea appa parzone de totta ſſa cauſa mea cale, & unu de filos meos cantos appo habere de matrona cenceſſa domo de Nugulbi, & ſſa domo de Nurci ci partivi ege in vita mea as filos meos de concubas At Adatter Accon, Ao volere facere bene. Et ſi eſt peccata mea cindeſſa cindeſſa mimu de filos meos ſi volet vendere hereditatem velende linde dare ſſos Monachos de monte Caſino cauſa cinde aen habere opus ipſos non appantaſu de darende ad attum abiſt ſinde vendenpare ad pare frater ſcanales ciaen naſcere abenic, et ſi eſt de filos meos qui volet dare de cauſa ſua ad eccleſia pro anima ſua a ſanctu Benedictu, & as atteras eccleſias ubi me accomandai ego pro anima mea, & pro anima ſorum adibe ſe accomandent, & ipſot & ibi poniant ſa cauſa ſua pro anima ſorum, & pro anima mea. Et ſi eſt cauſa cimoria enen tego o de filos meos, o de nepotes meos citorre ſa cauſa tota canta eſt a ſanctu Petru, & a ſanctu Benedictu pro appande mercede aſſa anima, & ego, & iſſos. Et appattila Benedicta ſos Monachos de ſanctu Benedictu de Monte Caſinu proſſa veſtimenta iſorm in ſecula ſeculorum. Et ſi quis ta carta deſtruere eam voluerit, ſive judice, ſive curatore, ſive domicellu, vel qualicumque cribet homo, li umet Deus nomen ſuum de libro vita, & carnes ſuas dirrumpat volatilia cœli, & beſtias terra, & mittat illi Dominus mortem papelle, ut deleatur de iſto ſeculo citius, & appat anathema de S. Maria matre domini noſtri Jeſu Chriſti, & de omnes choros celeſtium angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum apoſtolorum, & evangeliſtarum, Martirum, confeſſorum, & virginum, & appat anathema, & maledictionem de omnet ſanctos & ſanctas dei Amen, amen, amen, fiat, fiat, fiat. Et ſi quis iſta Carta audire eam voluerit, & noſtrat ordinationes confortaverit, & dixerit quia bene eſt, appat benedictionem de deo patre omnipotente, & da S. Maria matrem domini noſtri Jeſu Chriſti, & appat benedictionem de quatuor Evangeliſtas Marchus, Matheus, Lucas, & Joannes, & appat benedictionem de beate archangelo Michaele de omnes choro cœleſtium angelorum archangelorum, patriarcharum, apoſtelorum, martyrum, confeſſorum, monachorum, & virginum, & appat benedictionem de omnes ſanctos, & ſanctas dei Amen, amen, amen, fiat, fiat. Et ſunt teſtes primus deus omnipotens, deinde ego judice Coſtantine de Laccon, teſtes donnicellu Petru de Serra, Donnicellu Dorbeni teſtes, Petrus de Athen, Mariane do Athen, Conſtantine de Thuri, Mariane de Thuri, Coſtantine de Athen, Boſubeccleſu de Gitil, Micclinu Pinna, Comita de . . . . . de cita de Bullacceſſos, Marianu Zanca, & Cita ſua teſtet, & omnes fratres meos, & omnes fideles meos teſtes. Aliorum autem, quæ in privilegio Calixti ab eodem Gunnario donata referuntur, non jampridem adductum eſt monumentum.

Concordia porro iſthæc, quam ſubnectimus, a Calaritano archiepiſcopo inter Turritanum archiepiſcopum conciliata, & Priorem de Nurchi pro cenſu, qui de eccleſiis S. Mariæ, & S. Georgii ſolvendus per hunc erat, clare evincit prædictam S. Petri de Nurchi eccleſiam fuiſſe monaſterium. *Riccus dei gratia Kallaritanus archiepiſcopus cunctis dei fidelibus, ad quos litera iſta pervenerint, ſalutem perpetuam. Cum Prioratus de Nurchi deberet Turritano archiepiſcopo pro eccleſia S. Maria de Chennor ſolvere viginti piſana moneta, & pro eccleſia S. Jorgii de Barache unam libram argenti, tam in conſecratione novi archiepiſcopi, quam in adventu legati Romana eccleſia cenſuali jure prabere, & Monachi illi per aliquod tempus dictum cenſum negligerent exhibere, & ad inſtantiam domni B. Turritani archiepiſcopi cauſa ipſa ſine debito terminanda mihi a domino papa commiſſa fuiſſet in Turritana eccleſia conſtitutus partibus coram me convocatis, cum dictus archiepiſcopus in litis initio reſtitutionem cenſus requireret, & Monachi predicti quoddam inſtrumentum bona mem. Alberti quondam Turritani archiepiſcopi de relaxatione cenſus oſtenderent, & archiepiſcopus non minus reſtitutionem cenſus, quo injuſte fuerat expoliatus, inſtanter repeteret, Monachi predicti de jam dicto cenſu, tam non ſoluto, quam & ſolvendo ſe in ſape dicti archiepiſcopi poteſtate omnibus modis dederunt, & ipſe archiepiſcopus tanquam vir religioſus, & pius ad preces noſtras, & aliorum bonorum virorum omnem negligentiam tunc uſque factam ſuper ſolutionem cenſus pro reverentia Dei, & Caſſinenſis eccleſia relaxavit, & in futurum dictos viginti ſolidos remiſit in perpetuum. De dicta libra argenti dixit, & ſtatuit, ut certis temporibus, ſcilicet, ut prius fueras, & ſupra ſcriptum eſt, Turritano archiepiſcopo ſemper, & pacifice, perſolvatur, quam indulgentiam dicti Monachi valde libenter, & cum plena gratiarum actione receperunt, & ut nulla poſſit, quod factum erat, deleri memoria, hujus conventionis facta ſeriem me ſcribere rogaverunt, & proprio ſigillo munire. Hac acta ſunt in eccleſia S. Maria de Ardrea, ubi pro concilio conveneramus. Teſtes Donnus Gregorius Aurenſis epiſcopus, qui hujus concordia auctor extitit principalis, & Donnus Joannes Archipresbyter S. Gavini, & Donnus Jorgius Scarpa Prior ſancti Gavini, & D. Raſael, & Jantus Merla. Anno Dominica Incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto, indictione ſeptima, tertio nonas Madii.*

Hoc idem, eccleſiam nempe S. Petri de Nurchi

Digitized by Google

chi fuiſſe Monaſterium conſtat pariter ex Inſtrumento anni MCCXCIII. de pecunia, quam Landolfus Abbas S. Mariæ de Tergo Caſſinenſi Abbati perſolvit pro Abbatia S. Mariæ, & pro ejuſdem monaſterii Prioratu: imo ex ſequenti Benedicti Abbatis donatione, eccleſiam S. Petri de Nurchi peculiarem Abbatem habuiſſe convincitur: *Auxiliante domino noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis beatu, & glorioſa Virgine Maria, & B. Michaele archangelo, & beato Petro principe omnium apoſtolorum, & beato S. Gavino, Protus, & Januarius martyres Chriſti, ſub cujus protectione, & defenſione gubernatos nos credimus eſſe ſalvatos Amen, amen, amen; fiat fiat, fiat. Ego Benedictus Monachus S. Benedicti, & Abbas S. Petri de Nurci facio iſtu Carta pro S. Jorgiu de Barake, ubi fui ego pupillu cantu pertineat ad domnu Comita de Athen Monachus yud ſos fratres, & ego petila ad ſu archiepiſcopu donnu Petru de Cunnetu, & ad Iudice Gunnari de Laccon, & a ſanſima domna Maria de Thuri, & a ſos atteros pupillos a domnu Petru de Athen, & ad domnu Ithoccor ſu fratre, & ad umbos ſos nepotes domnu Petru, & domnu Ithoccor, & ad domnu comita de Thuri, & ab oſo Beceſo de Thuri pro uffiliurelu ad S. Petru de Nurchi, & iſſos de runmila pro animu iſſoro, & parentes iſſoro, & ſi quis ita carta deſtruere, aut exterminare eam voluerit, inſtrumet deus nomen ſuum de libro vita, & carnes ſuas diſrumpat volatilibus cœli y beſtius terræ, & mittat in illis dominus mortem papelle, & deleantur de iſto ſeculo citius, & abeat maledictionem de deo Patre omnipotente, & de S. Mariu matre domini noſtri Jeſu Chriſti, & de B. Michaele Archangelo, & de quatuor Evangeliſtas Marchus, Matheus, Lucas, y Joannes, & de duodecim apoſtolis, & de ſexdecim prophetas, y de viginti quatuor ſeniores, y de trecentu decem y octo patres ſanctos qui canones diſpoſuerunt in nicena civitate, & de novem ordines angelorum, y de omnes ſanctos, y ſanctas Dei Amen, amen, amen, fiat, fiat, fiat. Et ſi quis iſta carta audire voluerit, & noſtras ordinationes placuerit, & dixerit quia bene eſt, habeat benedictionem de deo patre omnipotente, & de S. Maria matre domini noſtri Jeſu Chriſti, & de beato Michaele Archangelo, y de quatuor evangeliſtas Marcus, Matheus, Lucas, y Johannes, & de duodecim Apoſtolis, y de ſexdecim Prophetas, y de viginti quatuor ſeniores, y de trecentu & octo Patres ſanctos qui Canones diſpoſuerunt in Nicena civitate, y de novem ordines Angelorum, y de omnes ſanctos, y ſanctas Dei. Amen, amen, amen, fiat, fiat, fiat. Et ſunt Teſtes primus deus omnipotens, y ſu archiepiſcopu Petru de Cannetu, y judice Gunnari de Laccon, y de ſſos clericos de ſu archiepiſcopatu, ſu archipresbiter donnu Conſtantino de Lella, y donnu Coſtantine Malone, y donnu Mariane Carbone cibi forum quando me luderunt ſa eccleſia de ſanctu Jorin, & de curatoribus Mariane de Thuri, & totos tres ſſos fratres Petre, Conſtantine, Ithoccor, Conſtantine de Thuri, & Gunnari ſu fratre, Ithoccor de Laccon, & umbos fratres ſuos, Petru, y Gunnari, Mariane de Maronio, Conſtantine de Puzolu, Gunnari de Thuri, Mariane de Cerci, y Comita ſu fratre, Petru de Athen, y Ithoccor ſu fratro, y de Cita de Bujaceſſos, Petru de Carbia, y cita ſua. † Ego Archiepiſcopus Petru de Cunnetu ſubſcripſi, & confirmavi.*

Ex illis etiam iiſdem donis, quæ Furatus de Gitthil eccleſiæ contulit S. Nicolai de Solio evidens eſt eccleſii huic unitum fuiſſe monaſterium nominis ejuſdem; donavit ſcilicet Homiliarium nocturnale, Antiphonaria duo, Diurnum, & nocturnum, duo Pſalteria monaſtica, lectos, vel ſi mavis grabatos ſeptem, aliaque Monachorum utenſilia. Hanc donationis tabulam in memorata diſſertatione noſtra referemus. Ex Thomæ autem Abbatis apocha, laudatoque inſtrumento anni MCCIXIII. clare adſtruitur huic ſancti Nicolai monaſterio ſuum præfuiſſe Priorem.


Eccleſiam itidem S. Michaelis in Ferruciſi monaſterio fuiſſe alligatam facta a Comita de Azzen eccleſiæ ejuſdem donatio oſtendit, quam nos donationem ſupra, ubi de diſciplina monaſtica hujus ſæculi, pene integram exſcripſimus; quia vero nonnulla deſunt, quæ faciunt ad rem noſtram ideo verbis illis: *Da beſta reparure*, hæc adjicienda ſunt: *Ed omnes, o fundamentum, e quatuor pedia, e de intro de domo, e de foras de domo de beſa domo de Boſolie in Foraſci ponemus a S. Maria de Iſcala ci ſiat benedicta tocta a S. Benedictu de Monte Caſinu, e ſſiamus nois in obedienza, e commandamento de Sanctu Benedictu de Monte Caſinu, e de Apatecibia, & eſſere, e de ccuſta caus noſtra ſiat in manu do Monachu, cincta, & mandare ſuapate de Montecaſinu a S. Michael de Fereerſos, uſque in ſempiternu Amen, fiat.*

Monaſterio pariter S. Mariæ de Tergo peculiaris præerat Abbas, ut ex charta deducitur Gunnarii de Laccon, cujus magnam partem ſupra loco citato retulimus. Deſcribuntur vero in ipſa bonorum, quæ donaverat, fines; atque hæc, quæ ſequuntur, notanda ſunt maxime: *Et damus illis parvula aſſos Monachos kypothan in cuſſu mare ad piſchr, & non accorallu girat toctue mare ſuterm derectu ad ſiu focke deſſalmas collat toctue flumen derectu ad contra de Agoſones collat toctue flumen ad baduc coſa &c. Cuſtobene li fatho a S. Maria de Thergu pro appanindr pro de in S. S. Amen.* Hanc autem donationis chartulam S. Mariæ de Tergo fecit idem Gunnarius anno MCLIII. *Auxiliante domno noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis beata, & glorioſa, ſemperque virgine dei genitrice Maria, & B. Michael archangelo, & B. Petro principe apoſtolorum, & beatis martyribus Gavino, Protho, & Januario, ſub quorum protectione, & defenſione nos credimus eſſe ſalvatos. Ego judike Gunnari de Laccon kis fatho cuſta carta, cum boluntate de deus, & de fiju meu Baruſone rege, & deſſa mujere mea Pretioſa de orruvu regina cando andai ad Anglone per torrare ſos ſaltos ki furun ſecatos a ſecaturu de regnu i cans abean poſtu a faker in coronu de loco, torraimus deſſos ſaltos de ſuberetu deſſu ki abeat S. Mariu de Thergu, & deſſu ki abeat datu donnu Odimundu fiju de Bertho a ſanctu Nicola de ſoju, & deſſu ki abeat gitimel de Serra, & deſſu ki abeat Conſtantine de Laccon fiju de Petru de Serra de Jeruſale, & deſſu ki abeus Mariane de ferre Cacapelles, & ego fatholi cuſtu carta a S. Maria de Thergu ki non deſiat betata ſa caſa ſua de totu cuſtos ſaltos, nen pro ſemita, nen pro ſilva, nen pro pratu, nen pro domeſtica, nen de judike, nen de curatore, & a ſecatura de regnu non de ſecket nulla judike uſque in finem ſaculi. Amen, e dolli a donnu*

Al-

Digitized by Google

Albertu ſa Abbate de Thergu abocare ſe ſalinas in nurra cantas, aet boler e de non de li leves derectu deſſu ſale a Regnu nullu judiche nen deſſas kiaet iſſe bocare, nen de tres ſalinas ki beves aſſolus, & deſſa parte ſua deſſa attera ki aet cum fratres Borthel appatidas od integras S. Maria de Thergu cantu ſe aet reger ſeculu: eccocnſta carta fasho pro deus, & pro S. Maria de Thergu, & pro ſſu Abbate donnu Albertu ki minde prekaet. Et ſi quis iſtam cartam deſtruero, aut exterminare eam voluerit, abeat maledictionem a deo patre omnipotente, & de S. Maria matre domini noſtri Jeſu Chriſti, & de omnes ſanctos, & ſanctas dei Amen, amen, fiat, fiat. Et ſi quis iſtam cartam audierit, & noſtras ordinationes confirmaverit, & dixerit quia bene eſt, abeat benedictionem a deo Patre omnipotente, & de S. Maria, & de omnes ſanctos, & ſanctas dei Amen, amen, fiat, fiat. Et ſunt teſtes primus deus omnipotens, deinde ego judike Gunnari de Laccon, & fiju meu Baruſone Rege, teſtes ſunt donnikellu Petru de ſerra, donnikellu de Ithocor de Laccon, comita de Gunale, Dorgotori de Ponte, Comite de Navita de majores de Janna, Ithoccor de Banios, & omnes Fratres, & fideles meos teſtes ſunt: Anni domini milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio.



Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica cærulei coloris juxta eandem dimenſionem tum latitudinis, tum longitudinis hic expreſſum.

Hoc inſuper monaſterium proprio paruiſſe Abbati nedum adducta hactenus monumenta oſtendunt, ſed evincunt luculentiſſime, cum Thomæ Abbatis apocha, tum inſtrumentum anni 1293. ſuperius jam citatum, & mox adducendum ex reg. pino Thomæ Abbatis fol. 68. a t. *Die 17. Junii XV. indictionis apus S. Germanum. Nos Thomas dei gratia Caſſinenſis Abbas præſenti ſcripto fatemur præſentialiter recepiſſe, & habuiſſe per manus dilecti in Chriſto filii Bartholomei de Altrubolſia de villa Pedemontis a cariſſimo in Chriſto fratre Landulfo de villa Abbate monaſterii S. Mariæ de Thergo de Sardinia pro cenſu nobis debito ab eadem eccleſia pro duobus annis proximis præteritis a primo futuro feſto S. Petri præſentis XV. indictionis retro numerandis libras denariorum Januenſium ſexaginta, quæ valent in auro uncias quindecim: item a fratre Petro de Palumbaria Priore S. Michaelis de Forcleſiis per manus ejuſdem Bartholomei pro prædicto cenſu nobis debito ab eadem eccleſia pro uno anno proximo futuro, & uno anno & dimidio primo futuro a prædicto feſto S. Petri in antea numerandis libras prædictorum denariorum triginta ſeptem, & mediam valent in auro uncias novem, tarenos undecim, & grana quinque. Item a fratre Nicolao de Janua Priore S. Nicolai de Solio pro prædicto cenſu nobis debito pro duobus annis proximis præteritis, & pro quatuor annis proximis futuris prima, ſecunda, tertia, & quarta Indictionis per manus ejuſdem Bartholomai libras denariorum ipſorum nonaginta, quæ valent in auro uncias viginti, & duas, & mediam. Item a fratre Landulfo prædicto pro eccleſia S. Petri de Nurchi per manus ejuſdem Bartholomei pro duobus annis proximis præteritis, & quatuor annis proximis futuris prædictarum prima, ſecunda, tertia, & quarta indictionis libras prædictorum denariorum triginta, quæ valent uncias ſeptem, & mediam. Item a prædicto Fratre Landulfo per manus ejuſdem Bartholomai pro eccleſia S. Petri de Wlphi pro uno anno proximo præterito, & tribus annis proximis futuris, videlicet prima, ſecunda, & tertia indictionis libras prædictorum denariorum quatuor, quæ valent in auro unciam unam. Quæ tota prædicta pecunia reducta in uncias auri eſt in ſumma unciarum quinquaginta quatuor, tarenorum undecim, & granorum quinque. Unde ad futuram memoriam, & tam prædictarum eccleſiarum, quam prædictorum fratrum cautelam, & prædicti Bartholomai, præſentem apodixam tibi extendi fieri mandavimus noſtro ſigillo munitam.*

In æterni Dei nomine amen. Ex hoc publico inſtrumento ſit omnibus manifeſtum, quod venerabilis Frater Landolfus dei gratia monaſterii S. Mariæ de Thergo, & Legatarius Sardineæ ven. Patris domni Pontis Abbatis Montis Caſſinenſis recepit literas ipſius domni Pontii Abbatis, quod cum Bartholomæo de Altribuſio de villa Pediſmontis ſai ſatisfacerentur de unciis aurei quadraginta, de cenſu eccleſiarum in Sardinea poſitarum pertinentium ad monaſterium Caſſinenſe de duobus annis a feſto Petri proximum præterito in antea numerandis. Quas uncias dictus Abbas Caſſinenſis confitetur ſe a dicto Bartholomæo de Altribuſio mutuo gratia habuiſſe, & recepiſſe, ſicut apparet per litteras ipſius domni Abbatis Caſſinenſis communitas bulla plumbea. Unde prædictus Bartholomæus confitetur ſe habuiſſe, & recepiſſe a ſupradicto Fratre Landulfo Abbate S. Mariæ de Thergo dictas uncias quadraginta aurei deducendo de cenſu eccleſia S. Nicolai de Sollio, de quo nihil habere potuit propter Prioris abſentiam; & etiam cenſus S. Nicolai de Gurgo, quem ipſe Dominus Abbas dicitur recepiſſe pro uno anno, & cenſus S. Petri de Nurchi, quem ſolvit Frater Petrus de Arpino....... Aquino ſicut per confeſſionem dicti Prioris apparet. Vocans ſe dictus Bartholomæus a ſupradicto fratre Landulfo Abbate de Thergo de prædictis unciis quadraginta auri bene quietum, & ſatisfactum. Et inde ſupradictum fratrem Landulfum, & monaſterium de Thergo, & monaſterium Caſſinenſe, & ſucceſſores abſolvit, & liberavit, renunciando exceptioni non habitarum, & receptarum dictarum unciarum quadraginta aurei, & omni alii exceptione, doli, mali, & conſulti. Promittens, & conveniens ſupraſcriptus Bartholomeus de Altribuſio per ſtipulationem ſolemnem dicto fratri Landulfo Abbati plus non petere, nec peti conſentire de prædictis unciis quadraginta aurei per ſe, neque per alium, aliqua cauſa, vel exceptione in judicio, vel extra, ſed ipſum fratrem Landulfum Abbatem legitime ab omni perſona petenti de, & imbriganti defendere, & disbrigare, & indemnem conſervare, & author, & defenſor inde erit, & ſemper exiſtet cum omnibus ſuis, ſuorumque hæredum

&

& expenſis. Alioquin pœnam dupli ſupraſcriptarum unciarum quadraginta aurei cum reſtitutione damnorum, & expenſarum, quæ propterea fient, & obligatione omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum, renunciando privilegio fori, juri canonico, conſultus ſenato, & omni alio jure, & auxilio eidem competenti, & competituro contra prædicta taliter ex Rainerium notarium ſcribere rogaverunt. Actum Sardinen extra civitatem Saſſi in orto archiepiſcopatus Torritani, præſentibus Joanne Tarſo Ortolano ipſius orti, & Hobtino. Calganio filio veſte conſi: Teſtibus ad hac vocatis, & rogatis, incarnationis anni 1293. Indictione 6. quarta nonas Novembris, pro uno anno. Ego Rainerius de Saſſi Bonanni Piſani imperiali auth. notarius, & judex ordinarius prædictis omnibus interfui, & rogatus ſcripſi, & firmavi. Adeſt † Signum notarii.

Abbatiæ hujus regimen, & aliarum eccleſiarum, quas in Sardinia Caſſinenſe monaſterium habebat, Bernardus hujus nominis tertius Abbas Monacho cuidam Caſſinenſi contulit anno 1295., eamque oblationem in diſſertationis noſtræ ſæculo XIII. referemus.

Baraſo Rex, & Judex Arboreenſis donavit Caſſinenſi cœnobio anno 1182. eccleſiam S. Nicolai de Gurgo, cum pertinentiis ſuis, omnibus ſervis, famulabus, piſcationibus, aliiſque bonis, ea tamen lege ut ibi degerent Monachi numero duodecim, *ex quibus tres, vel quatuor ita ſint literati ut ſi neceſſarium fuerit in Archiepiſcopos, & epiſcopos poſſint eligi, & etiam regni noſtri negotia ſive in Romana curia, vel in curia Imperatoris, & ubique valeant tractare. Si vero tantos ſuſtinere non potuerit prædicta eccleſia ſeptem, vel quantos ſecundum conſilium noſtrum viſum fuerit tranſmittat. De qua eccleſia viginti bizantios, & non plus annuatim accipiat eccleſia S. Benedicti Montis Caſini niſi forte aliquod intervenerit eidem eccleſiæ impedimentum, vel pro curia Romana, vel pro guerra, vel certe pro regis ſui negotio, &c.*

In regeſto ſecundo Cardinalis Ludovici anni 1454. fol. 143. cenſus notatur, quem Caſſinenſi monaſterio pendebant memoratæ eccleſiæ S. Petri, S. Michaelis de Turricellu, S. Nicolai de Nigulbi, & S. Heliæ de Setin.

His vero, quas hucuſque retulimus, eccleſiis longe plures in Sardinia habuiſſe Caſſinenſe monaſterium mox adducendo Alexandri III. privilegio firmatur. Inſerviebant eccleſiis illis multi clerici eidem monaſterio ſubjecti, qui ab hominibus, & ſervis earundem eccleſiarum, quod parochorum munera obeuntes baptiſma, extremamque unctionem ipſis adminiſtrarent, decimas habebant. *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei venerabilibus fratribus archiepiſcopis, & epiſcopis Sardiniæ, in quorum epiſcopatibus ſunt eccleſiæ monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Audivimus, & audientes vehementi ſumus admiratione commoti, quod quidam veſtrum decretorum noſtrorum obtentu, quæ in Concilio nuper edidimus privilegia, quæ præſcripto monaſterio apoſtolica ſedes indulſit, nituntur infringere, & contra libertatem illam, quam in eccleſiis ſuis, & earundem eccleſiarum clericis de indulgentia ejuſdem ſedis hactenus præſcriptum monaſterium habuit venientes, clericos ipſos cogere volunt, ut eis obedientiam jurejurando promittant, & ad ipſorum ſinodum veniant, & nonſolum ipſis, ſed etiam præſcriptis eccleſiis divina officia interdicunt, oleum ſanctum, & chriſma eis denegant, & prohibent hominibus, & ſervis earundem eccleſiarum decimas ibi dare, cum in eis ad divina ſemper officia conveniant, & in eis etiam baptizentur. Quoniam igitur decreta noſtra ſedis apoſtolicæ privilegia non infringunt, nec eiſdem privilegiis in aliquo derogant, Fraternitati veſtræ mandamus, atque præcipimus, quatenus oleum ſanctum, & criſma eccleſiis ſupradicti monaſterii largientes, nullus omnino veſtrum contra privilegia præſcripti monaſterii, aut libertatem eccleſiarum, & clericorum ſuorum hactenus obſervatam venire præſumat, ſed potius tenorem privilegiorum ipſorum omni occaſione, & contradictione ceſſante inviolabiliter obſervetis. Certum habentes, quoniam ſiquis ſecus facere tentaverit noſtram indignationem poterit formidare. Nos enim ſuſtinere volumus, nec debemus, quod monaſterium ipſum quomodolibet minuatur jure, & libertate ſua. Datum Velletr. V. Kalen. Martii.*

Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica rubei, croceique coloris, referens ex uno latere capita ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ex alio vero. *Alexander PP. III.*

Præterea in diſſertationis noſtræ anno 1400. Bullam laudabimus Bonifacii. IX. qua Archipræſules, Piſanum, Arboreenſem, & Turritanum conſervatores Judiceſque conſtituit, ut Abbatibus, Præpoſitis, & Conventibus, quos in Sardiniæ Inſula monaſterium Caſſinenſe habebat ſibi ſubiectos, juſtitiam adminiſtrarent. Hinc vero conſequens eſt Caſſinenſe Monaſterium hoc anno in Sardiniæ inſula poſſediſſe ea monaſteria, & eccleſias, de quibus in præſenti, & antecedenti ſæculo ſumus loquuti.

Innocentius II. hanc Epiſtolam ſcripſit pro tuitione eccleſiarum noſtrarum in inſula Sardinia. *Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, per Sardiniam conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ad defenſionem rerum Caſſinenſis monaſterii tanto ampliorem nos convenit ſollicitudinem exhibere, quanto idem locus cum omnibus ad ipſum pertinentibus ad jus beati Petri ſpecialius noſcitur pertinere. Verum, quod per præſentiam noſtram effectui mancipare non poſſumus, oportet, ut per fratres noſtros archiepiſcopos, & epiſcopos adimplere curemus. Cujus rei gratia fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandando præcipimus, quatenus eccleſias, & alia bona, quæ B. Benedictus in veſtris parochiis, habet pro beati Petri, & noſtra reverentia diligere, & manutenere curetis, & contra pravorum hominum moleſtias defenſetis, nullamque eis contrarietatem, vel diminutionem inferatis, aut ab aliis permittatis inferri. Si qui autem eas infeſtare præſumpſerint, plenam de ipſis juſtitiam faciatis. Præterea ſi quis fidelium eiſdem venerabilibus locis de rebus ſuis conferre voluerit nullatenus prohibere, vel contradicere præſumatis. Datum apud S. Germanum II. Non. Julii.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula canapis, referens ex uno latere Capita SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ex alio vero *Innocentius PP. II.*

A. 1154. Leo Verulanus epiſcopus ſuorum clericorum conſenſu ac Dominorum eccleſiæ S. Juliani in Fruſinone, atque Anaſtaſio IV. Authore cœ- S. Juliani apud Fruſinonem.

nobio

Digitized by Google

nobio noſtro illam conceſſit, quibuſdam legibus, quas in hoc diplomate autographo in archivo noſtro legere eſt.

† *Anno domini milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto indic. 2. preſidente in ſede apoſtolica urbis Roma dompno Anaſtaſio quarto papa anno primo, menſe Januarii vigeſima ſecunda. Contractus cujuslibet conventionis non ad hoc in ſcriptura redigitur, ut per eam contractus vires habeat, ſed ut in hac rei geſta teſtimonium conferatur. Ideoque ego Leo epiſcopus eccleſia S. Andrea apoſtoli commanentis civitate Verulana, trado, & do monaſterio S. Benedicti montis Caſini, in quo ſacratiſſimum ejus corpus humatum eſt, & tibi dompno Rainaldo S. R. E. presbytero Cardinali ejuſdem monaſterii reverendo Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum eccleſiam S. Juliani cum introitu, & exitu ſuo cum ſuis poſſeſſionibus, & cum itineribus ad quaſque poſſeſſiones pertinentibus poſitis territorio Fruſinonis per diverſa loca, & eorum vocabula, hoc eſt in caſis, caſalinis, arboribus fructiferis, vel infructiferis, ortis, terris, vineis, cultis, vel incultis, aquis, aquarumque decurſibus, auctoritate videlicet, & rogatu domini, ac patris Anaſtaſii S. Romanæ ſedis pontificis preſidentibus nuntiis ejuſdem SSmi papa Tigone Camerario, & Saxone ſedis apoſtolica Subdiacono, conſentientibus, & hoc fieri poſtulantibus cunctis clericis, & militibus univerſis habentibus ex more patronatum, vel non habentibus habitantibus in Fruſinone. Hoc quidem modo, ut ſi ego, vel meis ſucceſſores in prephata Eccleſia hoſpitari deſtinaverint, qui in loco Prapoſitus erit, honorifice, ut proprium condecet epiſcopum recipiat. Et pro jure epiſcopali omni anno in feſto S. Andrea duodecim denarios moneta papienſium mihi, vel meis pro tempore ſucceſſoribus preſtet. Si vero poſt feſtum S. Andrea, decem diebus tranſactis, moram in perſolvendis denariis loci Prapoſitus preſtiterit, in duplum a rectore loci perſolvantur. Et pro hac datione pollicitus eſt te, tuoſque ſucceſſores mihi, & meis pro tempore ſucceſſoribus in rationibus epiſcopii patrocinium, & defenſionem praſtare. Si quando vero pro tempore epiſcopus ad pradictum monaſterium S. Benedicti accedere deſtinaverit Abbas monaſterii pro tempore, vel ejus in obedientia poſiti benigne, & honorifice ſuſcipiant. Unde tibi, tuiſque ſucceſſoribus ad monaſterii utilitatem modo ſupradicto ſervato, tribuo liberam poteſtatem, & me, meoſque ſucceſſores ubique defendere, & non moturum litem promitto, quod ſi non defendero, aut litem intulero obligo me, meoſque ſucceſſores tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſolvere duplum pœnali modo, quo ſoluto, carta hujus dationis firma & illibata permaneat ſemper. Scribere quam cartam Leonardum jure peractam, annis praphatis, & dicto menſe rogavi. Qui Verula natus tabularius hinc vocitatur. † Leo epiſcopus eccleſia S. Andrea apoſtoli commanentis civitate Verulana hanc cartam dationis conſentientibus clericis, & militibus Fruſinonis, & interveniente auctoritate, & rogatu SSmi papa Anaſtaſii fieri rogavi, & noſtro ſigillo impreſſi, & Fratri Petro Egidii Tuſculanenſis filio a noſtro Verulano epiſcopio Monaſterio Caſſinenſi deferendam tradidi. Tigo dñi papa camerarius, & Saxo ſedis apoſtolica Subdiaconus huic dationi interfuerunt. † Rubterius miles civitatis Verula habitator, nepos Leonis Strata in hanc cartam rogatus eſt teſtis. † Urbanus miles civitatis Aletri habitator in hanc cartam rogatus eſt teſtis. † Laurentius clericus filius Gualderii Elliparii civitatis Verula habitator; in hanc cartam rogatus eſt teſtis. † Subſcripſi ſcriptis ego me Leonardus in iſtis. Benedictus archipresbyter S. Maria cum clericis ſubſcripſi, Amato presbytero, Ardone, Amato Diacono, Tebaldo, Littone, Francone, Tebaldo, Amato clerico, & Johanne Pinto aſſenſum prabentibus, & concedentibus huic dationi. Romanus Prior eccleſia, S. Benedicti cum Clericis ſubſcriptis, Amato Benedicto, Amato Nicolao, Gregorio Balduino, Johanne Martilio Benedicto, Benedicto aſſenſum prabentibus, & concedentibus huic dationi, Benedictus presbyter eccleſia S. Quintiani. Octabianus preſbiter S. Lucia. Leo presbyter Eccleſia S. Theodori, Amatus presbyter, & Salomon eccleſia S. Johannis. Amatus presbyter eccleſia S. Stephani, Johannes Clericus eccleſia Aronzii. Johannes presbiter eccleſia S. Petri, Johannes presbyter, & Benedictus eccleſia S. Blaſii, Alexius presbyter eccleſia S. Simeonis. Benedictus presbyter, & Ralterius eccleſia S. Martini, Benedictus presbyter & Gregorius Subdiaconus eccleſia S. Andrea aſſenſum prebentibus & concedentibus huic dationi. † Gregoerius Ceccanenſis Comes filius Landulfi Comitis bona recordationis patronus ejuſdem eccleſia huic dationi aſſenſum prebuit. Gregorius Aſſlaticus cum Senebaldo, Gregorio, Pandulfo, Rodulfo, Johanne, Longo, Traſmundo Litardo, caeteriſque heredibus domini Litardi Patroni ejuſdem eccleſia interfuit, & aſſenſum huic dationi prabuit. Bivianus, Capotia, cum Ogerio, Landone, Biviano, Pagano, Gualguano, Berardo, Littefrido, Guttifrido, Nicolao, Girardo, ceteriſque heredibus Domini Johannis interfuit, & aſſenſum huic dationi prabuit. Adinolfus, cum Egidio Octone, Johanne Abbate, Landone Landulfo, caeteriſque heredibus domini Petri interfuit, & aſſenſum huic dationi prabuit.* Adeſt ſigillum cereum affixum.

Hanc donationem aliamque eccleſiæ S. Cæſarii apud Anagniam ab ejus urbis epiſcopo Eleutherio precibus Anaſtaſii IV. factam ipſemet Pontifex confirmavit, prædiaque quædam addidit hoc diplomate: *Anaſtaſius epiſcopus Servus Servorum dei. Dilecto Filio Raynaldo S. R. E. presbytero Cardinali, & Caſſinenſi Abbati, ejuſque Fratribus ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Inter univerſas eccleſias Orbis Caſſinenſe cœnobium apoſtolica ſedi eamquam ſpeciale membrum ſemper adheſit, & ſicut ei extitit vicinitate loci propinquum, ita eam devotis ſtuduit ſervitiis frequentare. Unde & hi, qui ante nos ex divini muneris largitate beati Petri cathedram tenuerunt, monaſterium ipſum ſincero dilexerunt affectu, & temporalibus ac ſpiritualibus beneficiis ampliare illud jugiter ſtuduerunt, ita quidem de ipſius augmento ſe ſollicitos exhibentes, ut ſtudio eorum, & opere, & nova ſemper incrementa perciperet, & percepta firmiter conſervaret, quorum nimirum, & nos veſtigia erga beati Benedicti, & eccleſia ſua reverentiam imitantes, eccleſiam S. Juliani ſitam in territorio Freſenonis cum pertinentiis ſuis, quam venerabilis frater Leo Verulanus, & eccleſiam S. Ceſarii ſitam in ſuburbio Anagnino ſupra lacum Claranum, quam frater noſter Eleutherius Anagninus epiſcopi vobis noſtris precibus mediantibus conceſſerunt, monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & perpetuo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus juxta conceſſionem*

Ex originali in Archivo.

eorum,

eorum, illibatas permanere ſancimus. Alteri quarum Eccleſiarum eccleſia, videlicet S. Ceſarii concedimus, & preſentis ſcripti pagina confirmamus, tantum terra in Pulliano, quantum duobus paribus boum annuatim debeat ſufficere ad arandum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtra confirmationis, & conceſſionis paginam temerario auſu infringere, vel ei præſumptione aliqua contraire. Si quis autem id attemptare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonitus niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei, & B. Petri, & Pauli apoſtolorum ejus incurrat, atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Rotundam II. Kal. Novemb. De Leone, & Eleutherio epiſcopis agit Ughellius in deſcriptione Epiſcop. Verul., & Anagn. To. I. col. 1391. nu. 17., & col. 309. nu. 25., ubi Eleutherium nuncupat Lothatium. Hanc eccleſiam Caſſinenſes Abbates commendabant, quos inter Petrus de Tartaris die 7. Octobris A. 1374. Leonardo de Tartaris conſanguineo ſuo dedit ob renunciationem ſuis in manibus factam Antonii de Nicolao Muſca ex ejus Regeſto I. p. 75. Henricus Thomacellus eam dedit Antonio Porzo de Babuco die 2. Maii A. 1399. ut ex ejus regeſto I. p. 86. Cardinalis Johannes de Medicis presbytero Michaeli de Baptiſta a Fruſinone die 28. Auguſti. Hanc S. Ceſarei eccleſiam cum bonis omnibus ad ipſam pertinentibus dono dedit Richardus Caſſinenſis Abbas monialibus S. Blaſii civitatis Anagniæ, ita tamen, ut quotannis bilibrem ceram in ſubjectionis argumentum ſolverent monaſterio Caſſinenſi, quam Richardi donationem ratam habuit, Alexander Papa IV. Ex conceſſionis hujus inſtrumento, hæc dumtaxat adnotamus: *Venerabilis pater domnus Riccardus Abbas monaſterii Caſſinenſis de ſua propria, & libera voluntate, & ſpontanea pia, & provida deliberatione conceſſit, donavit, & irrevocabiliter tradidit in perpetuum in jus, & proprietatem venerabili viro fratri Rainallo de Toccho domini papæ pœnitentiario, & cappellano recipienti nomine, & vice Abbatiſſa, & conventus Sororum monaſterii S. Blaſii de civitate Anagniæ Ordinis S. Damiani, & per ipſas dicto monaſterio pro ſuſtentatione vitæ ipſarum ob reverentiam SSmi patris domini Alexandri PP. IV., cujus ipſa Abbatiſſa, & ſorores ſunt filiæ ſpirituales, eccleſiam S. Ceſarii ſitam juxta fontem, qui dicitur Fons S. Ceſarii in ſtrada publica territorii ejuſdem civitatis &c. cum domibus, terris cultis, & incultis, vineis, caſalibus, nemoribus, ſylvis, pratis, hortis, poſſeſſionibus, & omnibus aliis bonis ſuis &c., & tam eadem Abbatiſſa, & Conventus, quæ nunc ſunt, quam aliæ Abbatiſſæ, & Sorores, quæ in eodem monaſterio pro tempore fuerint, vel quæ eis ſucceſſerint, teneantur prædicto monaſterio Caſſinenſi in feſto B. Benedicti duas libras Ceræ pro cenſu reddere annuatim &c.*

Actum Laterani in camera domini Papæ coram Magnifico Angelo dicto Priore domini papæ cappellano, Theodino hoſtiario domini papæ, Fratre Andrea de Ordine Minorum &c.

A. 1158. Kal. Januarii Hadrianus IV. ſub Sedis apoſtolicæ protectione recepit monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis de Monte Sangro Ordinis S. Benedicti, diœceſis Sipontinæ ampliſſimo privilegio ab Ughellio relato To. VIII. in deſcript. Archiepiſcoporum Sipontinorum col. 826. nu. 8. In quo hæc e re noſtra habentur: *Salvo nimirum cenſu duorum ſolidorum Caſſinenſi monaſterio a vobis annualiter perſolvendo.* Cur hi Monachi cenſum Caſſinatibus perſolverent, nobis incompertum, forte quod ſubditi cœnobio noſtro fuerant. Jus Caſſinatium in Monaſterio SS. Trinitatis de Monte Sangro.

PRIMÆ PARTIS

FINIS.

Digitized by Google

005668958

Digitized by Google